Universidad de Deusto
Biblioteca

D.
HIERONYMI
OPERA

T. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERVM D. HIERONYMI

QVINTVS TOMVS

COMMENTARIOS IN PRO-
PHETAS QVOS MAIORES VO-
CANT, CONTINET.

COLEGIO DE S. FRANCISCO JAVIER
BIBLIOTECA DE NAVARRA

BASILEAE M D LIII

Universidad de Biblioteca

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI

IN PRIMVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM VIRGINEM

PROOEMIVM.

EXPLETIS longo uix tẽpore in duodecim prophetas, uiginti explanationũ libris, & in Danielem Cõmentarijs: cogis me uirgo Christi Eustochiũ, transire ad Esaiam, & quod sanctæ matri tuæ Paulæ dum uiueret pollicitus sum, tibi reddere: quod quidem & eruditissimo uiro fratri tuo Pammachio promisisse me memini: quũcp in affectu par sis, uincis præsentia. Itaqp & tibi & illi per te reddo quod debeo, obediens Christi præceptis, qui ait, Scrutamini scripturas: Et, Quærite, & inuenietis. ne illud audiã cum Iudæis, Erratis, nescientes scripturas neqp uirtutẽ dei. Si enim iuxta apostolũ Paulũ, Christus, dei uirtus est, deiqp sapiẽtia: & qui nescit scripturas, nescit dei uirtutẽ eiusqp sapientiam: ignoratio scripturarũ, ignoratio Christi est. Vnde orationũ tuarũ fultus auxilio, quæ diebus ac noctibus in dei lege meditaris, & templũ es spiritus sancti: imirabor patremfamiliâs, qui de thesauro suo profert noua & uetera: & sponsam dicentẽ in Cantico canticorũ, Noua & uetera fratruelis meus seruaui tibi: sicqp exponã Esaiã, ut illum non solum prophetam, sed euangelistam & apostolum doceam. Ipse enim de se & de cæteris euangelistis ait, Quàm specioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantiũ pacem. Et ad ipsum quasi ad apostolum loquitur deus, Quem mittam, & quis ibit ad populum istũ? Et ille respondit, Ecce ego, mitte me. Nullusqp putet me uoluminis istius argumentum breui cupere sermone comprehẽdere, quum uniuersa domini sacramenta præsens scriptura contineat: & tam natus de uirgine Emmanuel, quàm illustrium patrator operum atqp signorũ, mortuus ac sepultus, & resurgens ab inferis, & saluator uniuersarum gentium prædicetur. Quid loquar de physica, ethica & logica? quicquid sanctarum est scripturarũ, quicquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus accipere, isto uolumine cõtinetur. De cuius mysterijs testatur ipse qui scripsit, Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati: quem quum dederint scienti literas, dicent, Lege istum: & respondebit, Non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diceturqp ei: Lege: & respondebit, Nescio literas. Siue igitur hunc librum dederis nescienti literas populo nationum, respondebit, Non possum legere, quia non didici literas scripturarum: siue dederis scribis & Pharisæis, qui legis literas nosse se iactant, respondebunt, Non possumus legere, quia signatus est liber. Qui idcirco eis signatus est, quoniam non receperunt eum quem signauit pater, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, qui claudit & nemo aperit. Neqp uerò ut Montanus cum insanis fœminis somniat, Prophetæ in extasi sunt loquuti, ut nescirent quid loquerentur: & quum alios erudirẽt, ipsi ignorarent quid dicerent. de quibus Apostolus ait, Nesciẽtes quæ loquantur, neqp de quibus affirment: sed iuxta Salomonẽ qui loquitur in Prouerbijs, Sapiens intelligit quæ profert de ore suo, & in labrijs suis portabit scientiam: etiam ipsi sciebant quid dicerent. Si enim sapientes erant prophetæ, quod negare non possumus, Et Moyses omni eruditus sapientia loquebatur ad dominum, & dominus respondebat ei, Et de Daniele ad principem Tyri dicitur, Nunquid sapientior es Daniele? Et Dauid sapiens erat qui gloriabatur in Psalmo, Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi: quomodo sapientes prophetæ instar brutorum animantium, quid dicerent ignorabãt? Legimus & in alio Apostoli loco, Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt: ut in sua habeant potestate, quando taceant, quando loquantur. Quòd si cui uidetur infirmũ, illud eiusdem Apostoli audiat, Prophetæ duo aut tres loquantur, & alij dijudicent: si autem alij fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Qua possunt ratione reticere, quum in ditione sit spiritus qui loquitur per propheras uel tacere uel dicere? Si ergo intelligebant quæ dicebant, cuncta sapientiæ rationisqp sunt plena: nec aer uoce pullatus ad aures eorum perueniebat

Ioan. 6.f
Matt. 7.a
Ibid. 22
Cant. 7.a
Esa. 52.b
Ibid. 6.c
Esa. 29.a
1. Tim. 1.b
Psal. 50.b
1. Cor. 24.f
Ibidem

Zach. 1.c ueniebat: sed deus loquebatur in animo prophetarū, iuxta illud quod alius propheta di-
Gal. 4.a cit, Angelus qui loquebatur in me. Et, Clamantes in cordibus nostris Abba, pater. Et,
Psal. 84.b Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vnde post historiæ ueritatē, spiritualiter
accipienda sunt omnia: & sic Iudæa & Hierusalem, Babylon & Philistĳm, Moab & Da
mascus, Ægyptus & desertū mare, Idumæa & Arabia, ac uallis Sion uel uallis uisionis,
& ad extremum Tyrus, & uisio quadrupedum, intelligenda sunt, ut cuncta quæramus
1. Cor. 3.b in sensu: & in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus apostolus iaciat fundamen
tum, quod non est aliud præter Christum Iesum. Magnicp laboris & operis est, omnem
Esaiæ librum uelle edisserere, in quo maiorum nostrorum ingenia sudauerunt: Græco-
rum dico. Cæterùm apud Latinos grande silentium est, præter sanctæ memoriæ marty
2. Cor. 11.b rem Victorinum, qui cum Apostolo dicere poterat: Et si imperitus sermone, non tamē
scientia. Scripsit enim in hunc prophetam iuxta editiones quatuor, uscp ad uisionē qua-
drupedum in deserto, Origenes triginta uolumina, è quibus uicesimus sextus liber non
inuenitur. Feruntur & alĳ sub nomine eius De uisione τετρακτύοιν, duo ad Gratam li-
bri, qui pseudographi putantur, & uigintiquincp Homiliæ & σημειώσεις, quas nos ex-
cerpta possumus appellare. Eusebius quocp Pamphili iuxta historicam explanationem
quindecim edidit uolumina: & Didymus, cuius amicitĳs nuper usi sumus, ab eo loco
Esa. 40.a ubi scriptum est, Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad
cor Hierusalem: uscp ad finem uoluminis, decem & octo edidit tomos. Apollinaris au-
tem more suo sic exponit omnia, ut uniuersa transcurrat, & punctis quibusdam atcp in-
teruallis, imò compendĳs, grandis uiæ spatia præteruolet, ut non tam Commentarios
quàm Indices capitulorum nos legere credamus. Ex quo animaduertis quantę difficul-
tatis sit, ut Latini nostri, quorum aures fastidiosæ sunt, & ad intelligendas scripturas san
ctas nauseant, plausucp tantum eloquentiæ delectantur, mihi ignoscant si prolixius lo-
quutus fuero, quum Esaias duodecim prophetis iuxta numerum uersuum, aut æqualis
aut maior sit. Sicubi autē prætermisis Septuaginta de Hebraico disputaui: illud in cau-
sa est, quòd aut eadem aut similia sunt pleracp cum cæteris, & duplici editione
posita, nolui libros explanationis extendere, qui etiam
in simplici explanatione modum breuitatis
excedunt. Sed iam propositum
exequamur.

A ISIO Esaiæ filij Amos quam uidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Osiæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda.] Pro Iuda, in quo significantur duæ tribus: Septuaginta & Theodotio posuēre Iudææ, quæ totā terrā duo decim tribuū ostēdit.

Et, p eo quod nos ex Hebræo uertimus, super Iudā & Hierusalē, illi interpretati sūt cōtra Iudææ & Hierusalē: Symmachus more suo manifestius, de Iuda & Hierusalē, ut nec prospera nec aduersa uelit titulo demonstrari, sed ea quæ de Iuda & Hierusalē in utrancp partē propheticus sermo prædixerit. Ergo Esaias principaliter de duabus loquitur tribubus, Iuda & Beniamin: exceptis decē, quæ in Samaria erāt, & uocabātur Ephraim & Israel: & quas sub Ozia rege Iuda & Hieru
4. Reg. 15 salem, Phul rex Assyriorū uastare iam cœperat. Denicp quinquagesimo & secūdo imperĳ eius anno, regnāte apē Samariā Phaceæ filio Romeliæ, uenit Teglathphalasar rex Assyriorū, & cœpit Ahion & Abel domū Maacha, & Ionaha & Cedes & Asor & Galaad & Galilææ, omnē terram Neptalim, & trāstulit eos in Assyrios. Ex quo ostēdit, uicina euersiōe Samariæ, in cōmonitionē duarū tribuū hæc uniuersa narrari. Osias aūt ipse est q & Azarias, duplici nomine: & uno quidē atcp eodem tempore, Esaiā, Osee, Iohel & Amos ,pphetasse, ex re-
Osee 1.a gibus qui ponuntur in titulo cognoscimus, sed principiū uerbi dñi fuit in Osee filio Beeri. Amos autē pater
B Esaiæ, non ut plericp autumāt, tertius duodecim ,pphetarū est, sed alius, diuersiscp apud Hebræos scribunt literis. Iste primā & extremā literas habet א & ת Ille ע & ס Et iste secundū quosdā interpretat fortitudo siue robustus, ille populus durus uel grauis: de quo in Amos plenius diximus, Non solū aūt hic ,ppheta sed &
Esa. 6.a alĳ quū habeāt in titulo, Visio quā uidit Esaias siue Abdias, nō inferūt quid uiderint. Verbi gratia, Vidi dñm sabaoth sedentē super thronū excelsum & eleuatum, & seraphim duo in circuitu eius: sed quæ dicta sint, nar-
Abd. 1.a rant: id est, Audi cœlū, & auribus percipe terra. Et: Hæc
1. Reg. 9.a dicit dñs deus ad Idumæā: Auditū audiui à dño, & legatū ad gentes misit. Prophetæ ēm prius uocabātur ui-
Psal. 24.c dentes, qui dicere poterāt: Oculi mei semper ad dñm.
Ibid. 122.a Et: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Vn-
Ioan. 4.c de & apostolis à saluatore præcipit: Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia iam albæ sunt ad metendum. Istos cordis oculos, & spōsa habebat in Cantico canticorū, cui sponsus dicit, Vulnerasti cor meū soror
Cant. 4.c mea spōsa, uno ex oculis tuis. Et in Euāgelio legimus:
Matt. 6.c Lucerna corporis tui est oculus tuus. In ueteri quocp
Exod. 20.c dicit instrumēto, q populus uiderit uocē dei. Ex quo Montani delyramēta cōticeant, qui in extasi & cordis amētia ,pphetas putat uenturā dixisse: necp ēm uidere poterant quod ignorabāt. Scio quosdā Iudæā & Hierusalē, de cœlestibus interpretari: & Esaiā sub persona dñi saluatoris, quòd captiuitatē illius prouinciæ in nostra terra prænuncient: & postea reditū cōscensumcp ad montē sanctū in diebus nouissimis, quæ nos contraria Christianorum fidei iudicantes, uniuersa despicimus: & sequentes historiæ ueritatem, sic interpretamur spiritualiter, ut quicquid illi de cœlesti Hierusalem somniant, referamus ad Christi ecclesiam, & ad eos

ESAIAS

 ISIO ESAIAE filij Amos, quam uidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Osiæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda. Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia dominus loquutus est: Filios

C qui uel propter peccata egrediuntur ex ea, uel ob pœnitentiā reuertūtur ad sedē pristinā. De qua & illud in hoc eodē propheta dici arbitramur: Illuminare, illumi
Esa. 60.a nare Hierusalē, uenit enim lux tua, & gloria dñi super te orta est, & in te apparebit dñs, & gloria illius super te ostendetur, & gradiētur reges in lumine tuo, & gentes in splēdore tuo, quādo uenient oēs filĳ eius de lōge, & filiæ illius in humeris portabūtur, & operiēt eam cameli Madian & Epha afferentes aurum & thus, & greges Cedar cōgregabunt in Hierusalē, & arietes Nabaioth propērabūt, & erūt placabiles hostiæ sup altare dñi. Quodcp in titulo ponitur ,pphetasse eū sub Osia & Ioathā & Achaz & Ezechia regibus Iuda: non ut in alĳs ,pphetis cōfuse intelligendū est, ut nesciamus quid sub quo specialiter rege dictū sit, sed uscp ad finē uoluminis scriptū referatur, quid seorsum sub Osia, & quid sub Ioathā, & quid sub Achaz, & quid sub Ezechia ei à dño reuelatū sit. Sciamus quocp Ezechiā in Hierusalem duodecimo ישעיהו
anno Romuli, qui sui nominis in Italia cōdidit ciuitā- יחזקיה
tē, regnare cœpisse: ut liquidò appareat quanto anti- ירושלם
quiores sint nostræ historiæ cp gentiū cæterarū. Inter- עזיהו
pretatur aūt Esaias saluator dñi: Iuda, cōfessio: Hieruса- אחז
lē, uisio pacis: Osias, fortitudo dñi: Ioathā, dñi prfectio: יותם
Achaz, tenens siue robustus: Ezechias, imperium dñi. יחזקיהו
Qui igitur dño præsidente saluatur, & est filius Amos, אמוץ
id est, fortis atcp robusti, cernit spiritualiter uisionē cō
sessionis, dum antiqua peccata deplāgit: & pacis, dum
D post pœnitentiā transit ad lucē, & æterna pace requiescit, cūctacp illius tēpora trāseūt sub fortitudine dñi, & perfectione eius ac robore. Quūcp omnia fecerit, dicet
Luc. 17.c illud euangelicū: Serui inutiles sumus, quod ēm facere debuimus, fecimus. b ¶ *Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia dominus loquutus est.*] Supra, quis propheta, cuius filius, quid contra Iudā & Hierusalē, siue super Iudam & Hierusalē, & quo tēpore uiderit, titulo demonstratū est, Nūc cœlū & terrā ad audiendū prouocat. In cœlo supernas significās angelicascp uirtutes, in terra mortaliū genus μετωνυμικῶς ab his quæ cōtinent ea quę cōtinent. Siue quia p Moysen testes uocauerat dñs cœlū & terrā, dans populo Israel legē suam, & dixerat,
Deut. 32.a Attēde cœlū quæ loquar, audiat terra uerba oris mei: post præuaricationē populi, eosdē rursum in testimoniū uocat, ut cuncta elemēta cognoscant, iuste dñm in ultionē mandatorū suorū ad iracundiā concitatū. Pro cœlo, Hebraicū שָׁמַיִם cœlos sonat, plurali numero: maxime quum Audite, dixerit, id est שִׁמְעוּ quod plurali effertur numero, non singulari. Sed quidam uolunt pluraliter quidē dici Cœlos, sed singulariter intelligi: iuxta illud quod singulas ciuitates Thebas & Athenas uocamus. Estcp Hebraici characteris idioma, ut omnia quæ in ים syllabā finiunt, masculina sint & pluralia: ut מוֹבִים & שָׂרִים Et quæ in וֹת fœminina & pluralia, ut אֲבָאוֹת Et hoc notandū cp cœlis dicatur, audite: terræ, auribus percipe: ea enim quæ excelsa sunt, maiorē habent intelligentiam: quæ humiliora, terrenis sensibus inuoluuntur. Vnde & saluator in euangelio, Qui habet (inqt) aures audiendi audiat. Si quis
Matt. 11.d igitur cœlum est, & habet municiparum in cœlestibus, audiat mysticè quæ dicuntur. Si quis terrenus, simplicem

A plicẽ sequatur historiã. Illud quoq; animaduertẽdum q̃ non dixerit, Audi cœlum, & auribus percipe terra, qd uobis loquutus sit dñs, sed quid loquutus sit mihi: ut quod ego auditui in spiritu, uobis referã, qui ipsum loquentẽ audire non meremini. Quidã cœlũ & terram quasi animãtia ad audiendũ ,puocari putãt: iuxta illud quod de terra in alio loco dicitur, Qui respicit terrã, & facit eam tremere, quũ hoc potestatis dei sit non terrenæ intelligẽtiæ. *a ¶ Filios genui, & exaltaui: ipsi autẽ spreuerunt me.*] Pro quo Symmachus & Theodotio ita uerterunt, Filios enutriui & exaltaui. Ab hoc loco narrat propheta quid dñs sit loquutus, q̃ populũ Israel quos seruos cõmuni lege cõdiderat, in filios uerterit, dixeritq;, Filius primogenitus meus Israel. Deinque & dñs in euangelio apostolis repromittit, q̃ si fecerint uoluntatẽ eius, iam non appellet eos seruos, sed amicos. Quòd si superbierit Israel, audiens se essẽ primogenitũ, intelligat primogenitũ idcirco se dici, quia secundi filij significent ex gẽtibus. Non eñ appellatur unigenitus, qui excludat cæteros fratres: sed primogenitus, ut mõstret & alios sequuturos: & tamẽ iuxta mysteria scripturarũ, non primogeniti accipiunt hæreditatẽ, sed secundi. Primogenitus fuit Cain, sed Abel munera placuerũt deo. Primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hæreditatẽ. Primogenitus Esau, sed benedictionẽ patris Iacob supplãtator præripuit. Primogenitus Ruben, sed tamẽ benedictio seminis Christi trãsfertur ad Iudã. Itaq; illi iuxta uocationis ordinẽ primi fuerũt, &
B appellabant caput: nos secundi qui dicebamur cauda, uersi sumus in caput, & dei appellamur filij. Quotquot enim receperũt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri.
Rom. 8.c Nec accepimus spiritũ seruitutis in timore, sed spiritũ
1.Ioan. 4.d adoptionis, in quo clamamus Abba pater, quia perfecta dilectio foras mittit timorẽ. Melius est aũt iuxta Hebraicũ legere, Filios enutriui, q̃ genui: ne uideat illi dicto quod in Ioannis epistola legimus esse contrarium,
Ibid. 3.a Omnis qui natus est ex deo, non peccat: ergo isti si nati sunt ex deo, quomodo peccare potuerunt: quũ omnis qui ex deo natus est, peccare nõ possit? *b ¶ Cognouit bos possessorẽ suũ, asinus præsepe domini sui: Israel non cognouit, & populus meus non intellexit.*] Pro quo soli Septuaginta transtulerũt: Israel aũt me nõ cognouit, & populus me non intellexit. ut iuxta cæteros & Hebraicũ, Possessorẽ suũ Israel non cognouerit, & præsepe dñi sui populus non intellexerit. Et est sensus perspicuus: Ego eos adoptaui in filios, & feci populũ peculiarẽ, & partẽ meam ac funiculũ hæreditatis meæ, appellauiq; eos primogenitos: illi autẽ ne hoc quidẽ fecerũt quod bruta faciunt animalia, ut beneficijs uincerent, & intelligerẽt pastorẽ ac nutritiũ suũ. Nec cõparauit eos canibus, quòd saga cissimũ genus animantiũ est, & pro paruo cibo domorũ tecta defendit, sed stolidioris sensus bou & asino: quorũ alterũ carpenta trahẽs, durissimas terræ glebas uertit uomere: alterũ portat onera & hominum ingradiendo laborẽ temperat: unde & iumẽta appellantur, ab eo quòd iuuent homines. Potest hic locus & de deo patre intelligi, sed magis refertur ad filium, q̃ non cognouerit eum nec; susceperit populus Israel: Cuius
Ioan. 8.g diẽ Abrahã uidit & lætatus est, & in cuius aduentu omniũ prophetarũ uota pendebãt. Qui & in euãgelio ad
Matt. 23.d Hierusalẽ loquit, Quoties uolui cõgregare filios tuos sicut gallina pullos sub alas suas, & noluisti? Quærimus ubi pariter legerimus bouem & asinum? In Deuteronomio scriptũ est, Non arabis in uitulo simul & asino. Et in hoc eodẽ Esaia, Beatus qui seminat super omnẽ aquã, ubi bos calcat & asinus. Simul arat in boue & asino Hebion: dignus pro humilitate sensus, pauper tate nominis sui, qui sic recipit euangeliũ, ut Iudaicarũ superstitionum quæ in umbra & imagine præcesserũt, ceremonias non relinquat. Beatus est aũt qui seminat in eloquijs scripturarũ tam ueteris q̃ noui instrumẽti, & calcat aquas occidentis literæ, ut metat fructũ spiritus uiuificantis. Bos iuxta anagogẽ refertur ad Israel, qui legis portauit iugũ, & mundũ animal est. Asinus peccatorũ onere prægrauatus, gẽtiũ populus accipitur, cui dñs loquebat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Pharisæis ergo & scribis non credẽtibus, q habebãt legis clauẽ atq; notitiã, & uerè appellabant Israel, id est, mẽs uidẽs deũ: credidit pars populi Iudæorũ, ut una die tria milia simul crederẽt, & alia die quinq; milia. Sapientib. quoq; seculi nõ recipientibus crucẽ Christi, indocta nationũ turba susceperit. Vnde & Apls loquebat, Videte uocationẽ uestrã fratres, quia nõ multi sapiẽtes secũdũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles: sed quæ stulta sunt mũdi, elegit deus, ut cõfundat sapiẽtes: & quæ infirma sunt mũdi, elegit deus, ut cõfundat fortia. Sed hæc coacta, superior uera interpretatio est. *c ¶ Væ genti peccatrici, etc.*] Hoc quod in ultimo posui, abalienati sunt retrorsum: Septuaginta interpretes nõ habẽt: & pro populo graui iniquitate, populo pleno peccatis: & pro blasphemauerũt, scribit in eis, iracundiã cõcitauerũt: & pro semine nequã, semẽ pessimũ: quod cæteri sequentes Hebraicum מְרֵעִים interpretati sunt, pessimorũ: ut non tam seminis uitiũ sit, ne boni & mali diuersa putetur esse natura, q̃ eorũ malicæ qui uolũtate ,ppria dominũ dereliquerũt. In principio uoluminis titulus est, personã, causam, tẽpusq; cõmemorans. In secũdo, intentos auditores facit. In tertio narrat quid loquutus sit dñs. In quarto, quasi in excessibus gentem increpat peccatricẽ & populũ plenũ uel grauẽ iniquitate. Non quòd alia sit gẽs & alius populus (ut quidã putãt) sed ipse Israel & gens appellat & populus & filij scelerati siue iniqui: ut qui primũ per beneficiũ filij appellati sunt dñi, postea uitio suo uocarẽtur filij iniquitatis, siue (ut reliqui cõsona uoce dixerũt) filij corrumpentes, id est ὑοὶ ὀλεθρεύοντες, qui naturæ bonũ suo uitio perdiderunt. Quodq; iungit, Blasphemauerũt sanctũ Israel: p̃ priè de Iudæis dicitur cõclamantibus, Non habemus
Ioan. 19. regẽ nisi Cæsarẽ: Et, Nõne hic est filius fabri? Et: DemoMatt. 6.a niũ habet: Et, Samaritanus est. Quia igitur dereliqueIoan. 8.f runt Christum & blasphemauerũt sanctũ Israel, idcirco abalienati sunt retrorsum, ut qui appellabant pars & filij dei, postea diceretur, Filij alieni mẽuti sunt mihi. Præcepit saluator, ne apprehenso aratro respiciamus post
Luc. 9.d tergũ, ne imitemur uxorẽ Lot. Vnde & Apostolus exPhilip. 3.c tendens se in priora, posteriorũ obliuiscitur. Quòd autem dixit iuxta Septuaginta, populo pleno peccatis: ostendit nullam speciẽ peccatorũ in Israel populo non fuisse. Sin autem legerimus ut in Hebraico est, Populo
Zach. 5.c graui iniquitate: illius testimonij recordemur, q̃ iniquitas sedeat sup talentũ plumbi: & ex peccatoris persona dicatur in Psalmo XXXVII. Eleuatæ sunt iniquitates meæ super caput meũ, quasi onus graue grauatæ sunt super me. Manifesta transcurrimus, ut in obscuris & his quæ explanatione indigent immoremur.

In quo

A *a ¶ In quo percutiã uos, etc.*] Quo testimonio discimus id circo dñm percutere delinquentes, ut percussos corrigat, & nõ tã pœna sit q̃ emẽdatio. Estq; sensus: Non inueniam quã plagis uestris posim adhibere medicinã, omnia mẽbra uestra plena sunt uulnerũ, nullã partem corporis quæ non sit antepercussa reperio. Vel certe hoc modo, nullas inueniam plagas quib. uestrã frangam duritiã. Quãto enim tormẽta maiora sunt, tãto magis crescit impietas & iniquitas, si ue (ut Theodotio trãstulit) declinatio, ut recedatis & declinetis à dño: quale est illud Hie
Hier. 2.f remiæ, Sine causa percussi filios uestros, di
Osee 4.a sciplinã nõ recepistis. Vñ iratus loquit p Osee, Nõ uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ, & super
Ezech. 17.a narus uestras cũ adulterauerint. Et per Ezechielẽ: Zelus meus recedet à te, & nõ irascar tibi amplius. De qui
Psal. 27.a bus & in psalmis legimus, Nõ est firmamentũ in plaga eorũ, et in laborib. hominũ nõ sunt, nec cũ hominibus flagellabunt. *b ¶ Omne caput languidũ, etc.*] Animi lætitia interdũ dolorẽ corporis mitigat: q̃ si ad ægrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicat infirmitas. Inter ipsos quoq; sensus & omnia membra corporis, principalẽ locũ obtinet caput, in quo uisus & odoratus, auditus & gustus est. Cũ igitur caput doluerit, om
Metaphora nia mẽbra debilia sunt. Et p metaphorã docet q̃ à prin
B cipib. usq; ad extremã plebẽ, à doctoribus usq; ad imperitũ uulgus in nullo sit sanitas, sed oẽs ad impietatẽ pari ardore consentiãt. *c ¶ A planta pedis usq; ad uerticẽ, etc.*] Seruat cœptã translationẽ, A pedib. usq; ad uerticẽ, id est, ab imo usq; ad sũmũ, ab extremis usq; ad primos, toto cõfossi sunt corpore. Vulnus (inqt) & liuor & plaga tumẽs. aut eñ uerberib. liuẽt corpora, aut plagis tumẽt, aut hiant uulnerib. Quærimus cui hęc tẽpori coaptãda sint? Post Babylonicã captiuitatẽ sub Zorobabel & Esdra ac Neemia, Israel reuersus est in Iudeã, & antiquũ recepit statũ. Sub diuersis quoq; principib. ac regibus, templũ augustius fabricatũ est: in tantũ ut etiam externarũ gentiũ, Lacedæmoniorũ & Athenienſiũ ac Romanorũ mererent amicitias. Ergo hoc quod dicit, Nõ est in eo sanitas: ad extremã refert captiuitatem, q̃ post Titum & Vespasianũ & ultimam euersionem Hierusalem, sub Aelio Hadriano usq; ad præsens tempus
Rom. 3.b nullum remedium est, impleturq; quod scriptum est, Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usq; ad unũ. Quodq; infertur, Non est in eo sanitas: uel in populo intellige, uel in corpore, uel in capite. *d ¶ Non est circũligata, etc.*] Pro quo Lxx. transtulerunt, Non est malagma imponere, neq; oleũ neq; alligaturas. Vsq; hodie uulnus & liuor & plaga tumens populi Israel, non est circunligata fasciolis, nec curata medicamine. Quod Aquila interpretatus est μότοσιν, linteola uidelicet, quæ ad exiccãdam saniem & purulentias extrahendas injiciuntur uulneribus. Neq; fota oleo, ut eorum duritia lachrymis pœnitẽtiæ molliretur. Pro fasciolis quibus Israelis nequaquam circũligata sunt uulnera. Lxx. malagma transtulerũt. Iacet ergo confossus & contrucidatus Israel, quia interfecit medicum, qui ad curãdam uenerat domum
Hier. 51.a Israel. Vñ & in Hieremia propheta προφητικῶς sub persona Babylonis loquunt angeli: Curauimus Babylonẽ, & nõ est sanata. Vrbem uidelicet confusionis atq; uitio

In quô percutiam uos ultra addentes præuaricationem. Omne cãput languidum, & omne cor mœrẽs, A plãnta pedis usq; ad uerticem, non est in eo sanitas: uulnus & liuor & plaga tumens. Non est circũligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra uestra deserta, ciuitates uestræ igne succensæ, regionẽ uestram in cõspectu uestro alieni deuorãt, & desolabitur sicut in uastitate hostili. Derelinq̃tur filia Sion sicut umbraculũ in uinea, sicut tuguriũ in cucumerario, sicut ciuitas quæ uastatur. Nisi

rum. Et in euãgelio legimus, Descendentẽ de Hierusalẽ in Hiericho à latronib. uulneratũ, curatũq; à Samarita
Luc. 10.c no, & post austeritatẽ uini infusam uulnerib. eius oleo mollitudinẽ. ab eo ergo loco ubi suprà dixerat, In quo percutiã uos: &, omne caput languidũ: usq; ad hoc q̃ infert, Non est curata medicamine, neq; fota oleo, trãslationis simílitudo seruat, & irremediabiliũ descriptio uulnerũ, æternæ captiuitatẽ exprimit Iudæorũ. *e ¶ Terra uestra deserta etc.*] Hęc sub Babylonijs ex parte cõpleta sunt, incenso tẽplo, subuersa Hierusalẽ, q̃ regionẽ decẽ tribuum Samaritani possederũt, & in tantã redacta est terra repromissionis solitudinẽ, ut à leonib. uastaret. Plenius aũt atq; perfectius qd futurũ sit sub Romana captiuitate describit, q̃ uniuersam Iudeã Romanus uastauit exercitus, ciuitatesq; succẽsę sunt, & regionem eorũ in præsentiarũ alieni deuorãt, & usq; ad finẽ mũdi perseuerabit uastitas Iudęorũ. Possumus aũt hęc tropologicè de peccatorib. accipere, q̃ de sanctitate prístina corruerũt, postq̃ cõtrarijs fuerint traditi potestatibus, q̃ omnia eorũ bona ueniũt ad desertũ, & prioris iustitiæ deus nõ recordẽt, & igne diaboli omnia succẽdant, & sint pabulũ bestiarũ: de quib. & in alio loco scriptũ est, Ne tradas bestijs animã confitentẽ tibi. *f ¶ Derelinquetur filia Sion sicut umbraculũ, etc.*] Quòd uinea appellatus sit omnis Israel, idem in cõsequentib. propheta testatur, dicens, Vinea enim domini sabaoth, domus est Israel, & homo Iuda, nouella plãtatio atq; dilecta. Et in psalmo, Vineã de Aegypto transtulisti, eiecisti gẽtes, & plantasti eam. Hęc uinea quãdiu uberrimos attulit fructus, habuit custodẽ deũ. De quo scribit, Non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel. Postq̃ uero uinde miauerunt eam omnes transeuntes uiam, & uastauit eam aper de sylua, reliquit templũ suum dominus, ira tusq; consurgens ait: Surgite abeamus hinc. Et, Relinquetur domus uestra deserta. Et per Hieremiã, Reliqui domũ meam, dimisi hæreditatem meam. Facta est hæreditas mea mihi, sicut leo in sylua, dedit super me uocem suam, propterea odiui eam. Similitudo autem uastationis templi & Hierusalem sumpta est ab agricolis, qui quamdiu uinea uuarũ plena est, ponunt custodes in umbraculis. In cucumerario quoq; quod Septuaginta pomorũ custodiã uocant, paruulæ fiunt casulæ propter ardorẽ solis ac radios declinãdos, & inde uel homines uel bestiolas quæ insidiari solẽt natis frugib. abigunt. Cum aũt ablata fuerint istiusmodi genimina, remanent arentia fruticum umbracula, casulæq; recedente custode, quia non habet ultra quod seruet. Ergo & omnipotens deus dereliquit templum, & urbem scit esse defertam: q̃ nõ necesse est sermonibus approbare nobis, præsertim qui uidemus desertã Sion & euersam Hierusalem, templumq; usq; ad solum dirutum. Quòd autem filiam Sion uocat, clementissimi parentis monstrat affectum. Nec mirum si Sion appelletur si
Psal. 136. lia, cum etiã Babylon sępissime filia nuncupetur. Omnes eñ natura filij dei sumus, sed nostro uitio alieni efficimur. Iuxta anagogen, uinea dei & pomorũ paradi-
Anagoge sus, anima nostra appellari potest: cui si mẽs, id est νοῦς præfuerit, habet custodem mẽtis deum: sin autem uitia nos quasi quędã bestię fuerint depręgata, relinquitur à custode deo, & omnia nostra redigent ad solitudinẽ.

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Nisi dominus exercituũ, etc.*] Hunc locũ Paulus apls ad Rom. plenius disserit scribẽs: Dico ergo, Nunquid repulit deus populũ suũ? Absit: nã & ego Israelita sum ex semine Abrahã de tribu Beniamin: nõ repulit deus plebẽ suã quã præscíuit. Et post paululũ, Sic ergo & in isto tẽpore reliquiæ secundũ electionẽ gratiæ salvæ factæ sunt. Ex quo ostendit superiora quæ cõtra Hierusalẽ & Iudam sermo propheticus cõminatus est, nõ ad Babylonicæ captiuitatis referẽdatẽpus, sed ad ultimã Romanorũ, qñ ab apls salvæ factæ sunt reliquiæ

Matt. 11.b populi Iudæorum, & una die crediderunt tria milia, & altera qn que milia, & in toto orbe euãgeliũ semina tũ est. Pro, dño exercituũ: quod nos, sequuti Aquilam, in Latinũ uertimus: in Hebræo legitur, Dominus sabaoth: quod Lxx interpretes pro locorum qualitate dupliciter transferũt, aut dñm uirtutũ, aut dominũ omnipotentẽ. Et quærẽdum utrum de patre dicat an de filio. Nec dubiũ quin illud quod in xxiij. psalmo legit, Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus sabaoth, id est dominus uirtutũ, ipse est rex gloriæ: ad Christum referatur, qui post passionis triumphũ ad cœlos victor ascendit. Et in alio loco de domino dicitur, q̃ rex gloriæ

B est: Si enim cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Ergo nõ solum iuxta Apocalypsin Ioãnis, & apostolum Paulũ, sed in ueteri quoq; testamẽto, dominus sabaoth (hoc est, omnipotens) Christus appellat. Si eñ omnia patris, filij sunt, & ut ipse loquitur in euangelio,

Matt. 2.d Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et: Omnia mea, tua sunt, & glorificor in eis: cur nõ etiã omnipotentis nomẽ referatur ad Christũ, ut sicut deus dei, & dominus domini, sic omnipotens omnipotentis filius sit. *b* ¶ *Audite uerbũ, etc.*] Saluis factis reliquijs per apostolos populi Israel, ad scribas & phariseos & popu

Luc. 23.d lum subclamantẽ, Crucifige, crucifige talem: propheticus sermo cõuertitur, et uocat eos principes Sodomorũ & populũ Gomorræ, iuxta illud quod in cõsequentibus legimus, Iniquitatẽ suã sicut Sodoma annũciauerunt & ostenderũt. Vę animę eorũ, quia cogitauerunt consiliũ pessimũ contra semetipsos, dicẽtes, Alligemus

Infrà 3 iustũ, qñ inutilis est nobis. Ergo propterea principes uocantur Sodomorũ, & populus Gomorrę, quia cogitauerunt consiliũ pessimũ, & alligauerũt iustũ atq; dixe

Ioan. 19.c runt, Non habemus regem nisi Cęsarẽ. Et rursum, Nos

Ibid. 9.f scimus quia Moysi locutus est deus, istum aũt quis sit,

Ibid. 8.d nescimus. Simulq; gloriãtes in euangelio, Semẽ Abrahę sumus, & nemini unquã seruiuimus, audiunt à dño saluatore, Si essetis filij Abrahæ, utiq; opera Abrahę fa-

Ibid. c ceretis. Et rursum, Vos ex diabolo patre nati estis, & opera patris uestri uultis facere. Tale quid et Ezechiel ad

Ezec. 16.a Hierusalẽ loquitur, Pater tuus Amorręus & mater tua Cethea. Aiunt Hebræi ob duas causas interfectũ Esaiã, quòd principes Sodomorum & populum Gomorræ eos appellauerit, & quòd domino dicente ad Moysen,

Exo. 23.d Non poteris uidere faciem meam, iste ausus sit dicere,

Infrà 6 Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum, nõ considerantes q̃ faciem & pedes dei siue suos, quia in Hebræo ambiguè legitur, Seraphim texe

rint, & media tantũ eius Esaias uidisse se scribat. Homo igitur, dei faciẽ uidere nõ potest. Angeli aũt etiam minorũ in ecclesia, semper uidẽt faciẽ dei. Et nũc in speculo uidemus & in ænigmate, tũc aũt facie ad faciẽ, qñ de hominib. in angelos profecerimus, & potuerimus cũ Apło dicere, Nos aũt oẽs reuelata facie gloriã dei speculantes, in candẽ imaginẽ transformamur à gloria in gloriã, quasi à dñi spiritu. licet faciẽ dei iuxta naturæ suæ proprietatẽ nulla uideat creatura, & tũc mente cernat, qñ inuisibilis credit. *c* ¶ *Quomihi, etc.*] Pro eo quod est, Nolui: Lxx. transtulerũt, nolo: præsens tẽpus, p præteritum. Porrò iuxta Hebraicũ, nunq̃ se deus hostias Iudæorũ uoluisse demonstrat, quod & in xlix. psalmo legimus. Non accipiã de domo tua uitulos, neq; de gregib. tuis hircos. qñ meæ sunt oẽs feræ syluarũ, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecũ est. Si esuriero nõ dicam tibi, meus est emi orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorũ potabo? Cũq; ueteris legis ceremonias respuisset, trãsit ad euan-

Psal. 49.c gelicã puritatẽ, & quid pro his cupiat ostendit, Immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulatiõis, & eruãte, & honorificabis me. Omnis ergo capituli huius cõtinentia usq; ad eum D locũ ubi ait: Iudicate pupillo, defendite uiduã, & uenite et disputemus, dicit dñs: Respuit sacrificia uictimarũ, & euãgelij obedientiã docet esse sup sacrificiũ. Quodq; intulit, Plenus sum: hoc sensu est accipiendũ, nulla re in

Ibid. 23 digeo: Dñi est terra & plenitudo eius. Vnde & nos oẽs

Ioan. 1.b de plenitudine eius accepimus. Potest hoc & de his accipi, qui cum dei præcepta nõ faciant, donis uarijs atq; muneribus deũ redimere posse se credũt, uel qui parta per rapinam & auaritiã, altari offerunt & pauperibus. *d* ¶ *Quis enim quæsiuit, etc.*] Audiant Hebionei qui post passionẽ Christi abolitã putant esse seruandã. Audiant Hebionitarũ socij, qui Iudæis tantum & de stirpe Israelitici generis hæc custodienda decernũt. Hostiæ ergo & immolatio uictimarũ non principaliter à deo quæsita sunt, sed ne idolis offerrentur, & ut de carnalibus usẽtis quasi per typũ & imaginem ad spirituales hostias transiremus. Dicendo aũt se hostias nõ quæsisse, ostendit quia lex spiritualis sit, & omnia quæ Iudæi carnaliter faciunt, à nobis impleri spiritualiter. *e* ¶ *Calcare atriũ, etc.*] Obserua q̃ post Babyloniã uastitatẽ, rursum *1 Esdr. 5.d* à Zorobabel templum ædificatũ sit, & per multã annorum seriem in templo sint oblata sacrificia. Ergo ultimã sub Vespasiano & Tito destructionẽ tẽpli indicat, quæ usq; ad consummationem mundi perseueratura est. *f* ¶ *Neomenias, etc.*] Omnis cõuentus qui non offert hostias spirituales, nec audit illud quod in L. psalmo canit, Sacrificiũ deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ deus nõ despicit, abominabilis est deo. Et id circo iungit & dicit, *g* ¶ *Calendas, etc.*] Vt nõ suas appellet festiuitates, sed eorum qui male his abutuntur. Quodq; Lxx. interpretati sunt, ieiunium & ociũ, possumus dicere illud ieiunij recipi à deo, quod ociũ bonorũ operũ nõ habet. *h* ¶ *Odiuit, etc.*] ἀνθρωποπαθῶς, nõ quòd animã deus habeat, sed nostro loquitur affectu.

Facti

A *a* ¶ *Facti estis, etc.*] Pro quo interpretatus est Aquila, Laborauistis sustinens. Symm. ἐκπεπόλωι ἰλλοπούμενος, quod est, defeci miserãs: ut ostendat se nequaq̃ ultra misereri: quia aliud sit seruos ad se missos occidere, aliud filium.

Osee 13.c Hũc sensum & in Osee propheta legimus, Perditio tua Israel, tantũ in me auxiliũ tuũ. Q̃ę ita intelligit, pereas Israel, qa non tuo merito, sed meo tm̃ saluaris auxilio. *b* ¶ *Manus uestræ, etc.*] Causam manifestat cur deus auertat ab eis oculos suos, & multiplicatã orationẽ nõ exaudiat, qa effuderint sanguinẽ iusti, & pessimi coloni hæredẽ ad se missum interfecerint: unde & saluator ad eos loquit,

Matt. 23.d Et uos implete mensurã patrũ uestrorũ. Illi .n. interfecerũt missos ad se, pphetas, uos iugulate patris familiãs filiũ. Vtendũ hoc testimonio & cõtra eos, q cũ quotidianis operib. sanguine manus plenas habeãt, in oratione dies noctesq; cõiungunt. *c* ¶ *Lauamini, etc.*] Pro superiorib. uictimis & holocaustis & adipe pinguiũ & sanguine taurorũ & hircorũ, & pthymiamate et neomenijs, sabbato, die festo atq; ieiunijs, calẽdis et alijs solennitatib. euãgelij mihi placet

B religio, ut baptizemini in sanguine meo per lauacrũ re-

Ioan. 3.d generationis, quod solũ potest peccata dimittere. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ intrabit

Matt. 28.d in regnũ cœlorũ. Ipse quoq; dominus ascendens ad patrem, Euntes (inquit) docete omnes gẽtes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. *d* ¶ *Auser temalum cogitationũ uestrarũ ab oculis meis.*] Quod & Ioãnes Baptista dicebat, Genimina uiperarũ, quis ostendit uobis fugere ab ira uentura? Facite ergo uobis fructus dignos pœnitentiæ, ut qui Christi baptisma consequutus

1 Pet. 3.b est, auferat malum de corde suo, & quiescat agere peruerse, ac postea discat bonũ facere: secundũ illud quod alibi præcipitur, Declina à malo & fac bonũ. *e* ¶ *Quie scite agere peruerse, discite benefacere.*] Virtus ergo discenda est, nec naturæ tantum bonum sufficit ad iustitiam, nisi quis erudiatur congruis disciplinis. Iesus quoq; filius Sirach tale quid loquitur, Desiderasti sapientiam, serua mandata, & dominus tribuet tibi eam. Et in sequentibus idem Esaias commemorat, Omnis qui non didicerit iustitiam super terram, ueritatem non faciet. Discenda est ergo iustitia, & magistrorum sapientiæ terendæ sunt limina. *f* ¶ *Quærite iudicũ, subuenite, etc.*] Victimis Iudæorũ euangelica mãdata succedunt, & ideo pupillis ac uiduis prouidet, ut securi de tutela coniugũ ac liberorum suorum, martyres ad bella procedant. Cum autem (inquit) hæc feceritis, arguite me, si non reddidero præmia quæ pollicitus sum. Quando autem dicit, Quærite iudicium: ostendit non esse omnium rem iudicare, sed eorum qui prudentes sunt. Denique & Salomon in uisione per somnium, hoc à deo postulauit: ut accepta sapientia, iuste populum iudicaret.

Matth. 5.d *g* ¶ *Si fuerint peccata uestra, etc.*] Ordo præcipuus, Non enim sufficit dixisse, Lauamini: nisi iũgat, mundi estote: post lauacrũ aquæ, cordis habeant puritatem. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi deũ uidebunt. Cumq; cordis habuerint puritatem, debent auferre malum de mentib. suis: nõ in conspectu hominũ, sed in conspectu C dei, quę cælare nihil potest. Quodq; iũgitur, Quiescite agere peruerse: illud euãgelicũ sonat: Ecce sanus factus es, noli peccare, ne qd tibi deterius fiat. Recedẽs ergo à uitijs discat bonũ, quęrat iudiciũ, oppresso subueniat, pupillũ uiduãq; iustẽ tet, & si hoc fecerit, tũc peccata quæ prius in modũ coccini sanguinea fuerãt, dimittent, & opa cruoris ac sanguinis, uestę dñi mutabunt, quæ de agni cõsecta est uellere, quẽ sequunt in Apocalypsi, q uirginitatis candore resplẽdet. *h* ¶ *Si uolueritis et au, etc.*] Liberũ seruat arbitriũ, ut in utranq; partẽ nõ ex præiudicio dei, sed ex meritis singulorũ, uel pœna uel præmiũ sit. Bona aũt terræ illa puto dici, de quib. in psalmo legimus, Cre- *Psal. 26.d* do uidere bona dñi in terra uiuentiũ. Et, Beati mites, qñ ipsi possidebũt ter- *Matt. 5.a* ram. Vel certe quia Iudæis loquebatur, qui necdũ poterant capere spiritualia, pollicetur eis bona præsentis seculi, ut saltem præsentibus inuitati, faciant quæ præcepta sunt. Et quia noluerũt audire, sed ecõtrario prouocauerunt ad iracundiã sanctũ Israel, propterea eos gladius deuorauit, id est, Romanus deleuit exercitus. Et hæc (inquit) omnia fient. *i* ¶ *Quia os domini, etc.*] Cuius D sententia, permanentibus hominũ peccatis, non potest immutari. *k* ¶ *Quomodo facta, etc.*] Verbum Hebraicũ יָלִין pro quo Lxx. trãstulerũt κοιμᾶται, id est dormiuit, & requieuit & requiescet, id est, & præteritũ & futurum tẽpus significat. Vnde & Aquila & Theodotio quasi de futuro dicũt. Miratur aũt propherico spiritu, q̃ ciuitas quę quondã fidelis fuit, uel fideliũ receptaculũ, subito facta sit meretrix. Quod quidẽ & in Esaiæ temporib. intelligi potest, sed plenius refertur ad passionẽ Christi, qñ omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et quãq̃ in Hebraico nõ habeatur Sion, tamen Lxx. ut sensum manifestiorẽ facerẽt, addiderũt. Sion aũt mons est, in quo Hierusalẽ urbs condita est, quæ postq̃ capta est à Dauid, appellata est ciuitas Dauid. Nec ambigo fuisse in ea sanctos uiros, quãdo tabernaculũ dei habuit, & postea templum ædificatũ est, quãdo Nathan & Gad prophetauerũt. Et super choros (qui in libro dierũ plenius describuntur) Asaph & Idithun & Emã & filij Choræ cõstituti sunt, ut paulatim à sacrificijs uictimarũ ad laudes dñi transiret religio. Ciuitas ergo fideliũ quæ prius fuit plena iudicij, & iustitia requieuit in ea, nunc plena est homicidis. q interfecerũt pphetas & ipsum dñm saluatorẽ. Fornicationẽ aũt Hierusalẽ, quomodo diuaricauerit crura sua omni transeunti, sub nomine Oolibę אָהֳלִיבָה Ezechiel prosequitur, quæ interpretat tabernaculum meũ in ea, quod nũc alijs uerbis dicitur, iustitia requiescat in ea. Pro iustitia, in Hebræo scriptũ est צֶדֶק quod iustum magis sonat q̃ iustitiã: ut intelligamus prius in ea dñm cõmoratum, de quo alibi dicitur, Iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, dñs in cœlo *Psal. 10.d* sedes eius. Quæ omnia possumus secũdum anagogen *Anagoge* referre ad animã sanctũ quondam uiri, in qua prius dei iustitia cõmorata est, si postea peccauerit, & pro hospite deo, homicidæ dæmones in ea fuerint commorati.

Argentum

Argentū tuū uersum est in scoriam. Caupones tui miscent uino aquam. Principes tui inobedientes, socij furū. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa uiduę nō ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus exercituum, fortis Israel, Heu consolabor super hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Et conuertam manū meam ad te, & excoquam ad purum scoriā tuam, & auferam omne stannū tuum. Et restituam iudices tuos ut fuerūt prius, & consiliarios tuos

A a ¶ *Argentū tuū uersum est in scoriā.*] Ad ciuitatē loquitur Sion, in qua iustus requieuit iustitia: & argentū illius, doctrina uidelicet scripturarū, de qua in psalmis legimus, Eloquia dñi, eloquia casta, argentū igne examinatū, purgatū terræ, purgatū septuplū, uersum sit in scoriā: quod Hebraice dicit חֲרָס rubigo uidelicet metallorū, siue purgamēta et sordes, quę igne excoquuntur: ut quia argentū nominauerat, seruet metaphorā. Potest aūt & hoc dici, & iusti & sancti uiri q prius in urbe uersati sunt, postea in sordes uersi sunt peccatorū. *Psal. 11.b*

b ¶ *Caupones tui miscent uino aquā.*] Pro quo Symm. trāstulit, Vinū tuū mixtū est aqua. Et est sēsus, Lex dei pura atq; syncera, & (ut ita dicam) mera ueritate subnixa, uiolata est traditionib. Phariseorū: quod dñs in euangelio plenius docet, Omisisse eos legē dei, & sequi mādata hominū. Omnisq; doctor qui austeritatē scripturarū p quā potest audiētes corripere, uertit ad gratiā: & ita loquit, ut nō corrigat sed delecter audiētes: uinū sanctarū scripturarū uiolat atq; corrūpit sensu suo. Hæretici quoq; euangelicā ueritatē corrūpūt praua intelligētia: & sunt caupones pessimi, faciētes de uino aquā: cū econtrario dñs noster aquas in uinū uerterit, & tale uinū quod mi- *Ioan. 2.d*
retur architriclinus. quale & regina Saba in Solomōis *2. Par. 9.d*
est mirata conuiuio, pincernas eius & ministros uini, sua uoce collaudans. Sed & Ecclesiastes ministeria uini
B atq; cōuiuij sui, mystico sermone describit. Vñ, p uino, Aquila συμπόσιον. i. conuiuiū, interpretatus est: quod apud Græcos ἀπὸ τοῦ πότου, apud nos à cōuictu rectius appellat. *c* ¶ *Principes tui inobedientes, socij furū.*] Pro inobedientibus, Aquila recedētes, Symmachus declinantes, interpretatus est. Principes aūt scribas & pharisęos uocat, qui à dño recedentes, imò ueritatis semitā relinquentes, peruerso ambulauerunt itinere, & socij fuerūt proditoris furisq; Iudæ. Quod quidē & nos cauere debemus, ne accipientes ab hominib. seculi munera, qui per rapinas miserorumq; lachrymas, diuitias congregant, nō tam ipsi fures, q̄ socij furum appellemur: dica- *Psal. 49.a*
turq; de nobis, Videbas furē & currebas cū eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. *d* ¶ *Omnes diligūt munera, sequuntur retributiones: pupillo nō iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad illos.*] In catalogo uitiorum numerantur etiam hi qui diligunt munera. Non dixit, qui accipiūt: hoc enim sæpe necessitate fit: sed qui non putant amicos, nisi à quibus dona perceperint: nec os considerāt amicorum, sed manus: & eos sanctos iudicāt, quorum exhauriunt marsupium: de quibus & Ecclesiastes lo- *Eccls. 5.c*
quitur, Qui diligit pecuniam, non implebitur pecunia. Istiusmodi sequuntur retributiones, ut laudēt eos à quibus aliquid acceperint, uel certe nulli quippiam tribuant, nisi à quo se recepturos putauerint. Pro retributionibus, Symmachus uicissitudines uel ultiones interpretatus est, ut hi quoque in culpa sint, qui reddunt malum pro malo, & dentem pro dente, oculum pro oculo: & non imitantur illud Dauidicum, Si reddidi retribuentibus mihi mala. Et Hieremię de iusto di- *Thren. 3.d*
centis, Dabit percutiēti se maxillam suam, saturabitur opprobrijs: ut impleat euangelicū uirum, cui dicitur, *Matth. 5.f*
Qui te percusserit in maxillam, præbe ei alterā. *e* ¶ *Propter hoc ait dominus exercituum, fortis Israel.*] Pro forti Israel, quod omnes similiter transtulerunt, soli Septuaginta, nescio quid uolētes, posuerūt, διὰ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ. i. C
Vę fortes Israel: q̄d nos sic edisserere possumus, ut dicamus principes quoq; corripi atq; robustos: de quibus *Sap. 6.a*
scriptū est, Potētes potēter tormēta patient. Et, Cui plus dat, plus exigitur ab eo. Abutimurq; hoc testimonio, si q̄n opus fuerit aduersum ecclesię principes, q suā destruunt operibus dignitatē.

f ¶ *Heu cōsolabor super hostibus meis, & uindicabor, etc.*] Rursum & in hoc quod in Hebraico nō habeī, ponunt Lxx. διὰ τοῦτο ἐγὼ μετὰ θυμοῦ ἐν τοῖς ἐναντίοις μου. i. Nō est sibit ēm furor meus cōtra inimicos meos. Corripit autē scribas & pharisæos, de quibus & in Euangelio loquit, Væ uobis scribæ & pharisæi. Et in alio loco: Generatio adultera & peruersa signū quęrit, & signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetę. Plangit aūt clementissimus pater principes delinquētes, & hostes suos uocat et inimicos appellat, q̄ pereant, eo q̄ nolint agere pœnitentiā, q̄ se uenientē nō susceperint. Appropinquans ēm Hierusalem, fleuit & dixit: Hierusalem Hierusalē quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluisti. Consolatio ergo dei super hostib. eius & inimicis est, ut qui nō senserunt beneficia, supplicijs corrigantur. *g* ¶ *Et conuertā manū meā ad te, & excoquam ad purū scoriā tuā, & auferā omne stannū tuū.*] Pro scoria, q̄d interpretatus est Symmachus, & Aquila σίμφυλα, id D
est, uinacia: Theodotio τὸ γιγαρτῶδες, id est, acinum uuæ, interpretatus est: soli Lxx. incredulos uel inobedientes, sensum magis q̄ uerba uertentes. Quia ēm superà dixerat, Argentū tuū uersum est in scoriā: nunc seruat metaphorā: ut conuertat super eam, id est extendat manū suam ad puniendum atq; purgandum, & excoquat omnes sordes ac uitia peccatorū, ut separato stanno, purum argentum remaneat: quod absque igne fieri non potest, per quod significat eos passuros esse tormenta. Legimus & in Malachia de domino, Ipse egre- *Malac. 3.d*
dietur quasi ignis conflatorij, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans & emundans sicut argentum & aurum, & emundabit filios Leui, ut postquā mundati fuerint, dicatur de eis: Et erūt domino offerentes uictimas *Ezech. 22.d*
in iustitia. Ezechiel quoq; omnem domum Israel ęre & ferro & plumbo & stanno dicit esse cōmixtam, & post ea purgandam, ut postquam purgata fuerit, cognoscat quia ipse sit dominus. Sed & in euangelio sub alia metaphora idem sensus ostenditur: Cuius uentilabrū in ma- *Matt. 3.c*
nu eius, & purgabit aream suam, & mundabit triticū, & congregabit frumentum in horrea, paleas autem comburet igne inextinguibili. *h* ¶ *Et restituam iudices tuos ut fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus.*] In ciuitate fideli Sion, quæ postea facta est meretrix: & pro iusto sitie iustitia habitauerunt in ea homicidę: ideo dominus conuertit manum suam, ut excoquat eam ad purum, & auferat omne stannum eius, & restituat iudices illius sicut fuerūt à principio, & consiliarios sicut antiquitus. Iudices priores fuerunt Moyses & Iesus filius Naue, & cæteri à quibus etiam liber sacræ scripturæ nomen accepit, & postea Dauid, & alij iusti reges. Restituet ergo iudicum similitudinem, uel post captiuitatem Babylonicam (ut Iudęi uolunt) Zorobabel, Esdram & Neemiam, & cęteros principes qui usq; ad Hircanum populo

præfuerunt

A præfuerūt, cui Herodes successit in regnū. Vel certè uerius & rectius, apostos & qui per apostos crediderūt ecclesiarumq; principes cōstituti sunt: sicut in principio huius diximus uisionis: q̄ & cōminatio & repromissio pertineat ad tēpus dñicæ passionis, & ad fidē quæ post passionē eius fundauit ecclesiā. *a* ¶ *Post hæc uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis.*] Hæc perspicuè de ecclesia quę in dñm creditura est, tā de Iudæis q̄ de gētibus prophetica sermo cōplectitur. Vrbs aūt iusti, hoc est, dñi saluatoris, siue ipsa iusta uocabit, de qua dictum est, Nō poterit ciuitas abscōdi sup mōtē posita. Fidelē quoque appellās, uel metropolim, iuxta Lxx. ostēdit ab his esse appellandā, qui in dño crediturі sunt. *b* ¶ *Sion in iudicio redimetur, etc.*] Non omnes redimētur, nec oēs salui fiēt, sed reliquiæ: de quibus & suprà dictū est. Reducent aūt in iustitia, cū scelerati & peccatores contriti fuerint, & qui dñm reliquere consumpti. Cumq; saluati fuerint, confundentur qui idolis prius sacrificauerāt, & erubescent in hortis quos elegerāt. Significat aūt loca luxuriæ, lucos & nemora. *c* ¶ *Erunt enim quasi terebinthus defluentibus foliis, & uelut hortus (siue paradisus) sine aqua.*] Vsq; hodie Iudæi legētes scripturas sanctas, terebinthus sunt, siue quercus, ut interpretatus est Symmachus: & iuxta *Matt. 21.a*
B euangeliū, Ficus quæ aruit: in qua cum dñs poma quę fisset & nō inuenisset, æterna ei ariditate maledixit. Sed & ipsa folia & poma uerborū nunc apud eos esse cessarunt: hortus quoq; irriguus, id est, scientia scripturarū siue paradisus diuersarū arborum, qui absq; gratia spirituali est, nec olera quidem affert: de quib. Apostolus *Ro. 14.a*
loquitur, Qui infirmus est, olera manducet: sed siccatis radicib. omnis uiror in ariditatē uersus est ac squalorem. *d* ¶ *Et erit fortitudo uestra ut fauilla stupæ, etc.*] Pro fauilla, ἀστραπὴ ἀγμῆς interpretatus est Symmachus: quando stupa pectitur, & quicquid sordidum habet, proijcitur. Omnis igitur fortitudo & superbia peccatorum & sceleratorum Israel, qui dereliquerunt dominū: & id circo consumpti sunt: & sacrificauerūt idolis, & erubescent in hortis quos elegerunt, redigent in purgamēta stupæ, quæ leui uorantur incendio. Sequitur enim: Et opus eius, id est, fortitudinis uestræ siue idololatriæ in qua errauerat is, paruula scintilla consumet. *e* ¶ *Et succendetur utrunq; simul.*] Et scientia uidelicet Iudæorum, & omnia opera quæ faciunt, siue & idolum & Hierusalem in qua idolum fuit. Et succēdente domino, nullus extinguere poterit. Quæ omnia de contrarijs quoque dogmatibus accipere possumus, quod & magistri & discipuli pariter pereant, & omne opus eorū ignis pabulum sit.

CAP. II.

Verbum quod uidit Esaias, etc.] Et in priore uisione quā iam exposuimus, ubi Lxx. interpretati sunt, Quā uidit contra Iudæā & contra Hierusalem: in Hebraico scriptum est, עַל יְהוּדָה וִירוּשָׁלִָם Super Iudam & Hierusalem. & in hac quæ secunda est, in Hebraico simul continetur. Et miror cur Lxx. interpretes in illa dixe- *Esaiæ 1*
rint, Contra Iudæam & Hierusalem. & in hac περὶ τῆς ἰουδαίας καὶ περὶ ἱερουσαλήμ. id est, De Iudæa & de Hierusalem. nisi forte quia ibi appellatur gens peccatrix, populus plenus peccatis, semē pessimū, filij iniquitatis C
& principes Sodomorū ac populus Gomorræ, & ciuitas meretrix, & cętera istiusmodi, sensum magis q̄ uerbū interpretati sunt: & hic quia statim prospera, promittuntur: Erit in nouissimis diebus manifestus mōs dñi, &
domus dei in summitate montiū: nō contra Iudæā & Hierusalē, sed de Iudæa & Hierusalē prophetiā intelexerūt: cū & in illa legerimus post cōminationē prospera, Restituam iudices tuos ut *ibidem*
fuerūt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis. Et in ista, post prospera, trucu-
lēta sit cōminatio: Ecce dominator dñs exercituū auferet ab Hierusalem & ab Iuda ualidū & fortē, omne robur panis & omne robur aquæ, & reliqua. Ergo iuxta Hebraicū, & in illa uisione & in isto sermone quē uidit Esaias filius Amos, de Iuda & Hierusalē intelligendū est: non contra Iudæā & Hierusalē, uel pro Iuda & Hierusalem, ut Symmachus transtulit: sed absolutè de Iuda & Hierusalem, in quo possunt & lęta & tristia cōtineri. Et hoc cōsiderandū, quia ibi uisionē uideat: hic uerbū, quod erat in principio apud deū: & in illa, Iudæis cōminās, ad gentiū ueniat salutem: in ista, à gentium salute inciens, puniro Israel ex utraq; uocatione, credentes in Christi ecclesiam congreget. *g* ¶ *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini, etc.*] Nouissimos dies & D
in Genesi legimus, quòd uocante Iacob filios suos atque dicente, Venite ut annunciem uobis quid futurū *Gen. 49.a*
sit in nouissimis diebus: postea ad Iudam, de cuius semine ortus est Christus, dixerit: Nō deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. In his nouissimis diebus erit hora nouissima: de qua Ioannes apostolus loquitur, Filioli mei nouissima hora est, in *Ioan. 2.c*
qua absciſus lapis de mōte sine manib. creuit in mon- *Dan. 2.c*
tem magnum, & repleuit omnem terrā. A quo & princeps Tyri in Ezechiele dicitur uulneratus. Hic mōs in domo domini est, quā propheta suspirat, dicēs: Vnum *Psal. 26.b*
petiui à domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitæ meæ. Et de qua Paulus scribit ad Timotheū: Sin autem tardauero ut scias quomodo *1 Tim. 3.d*
oporteat te cōuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei uiuentis, columna & firmamentum ueritatis. Hæc domus ædificata est super fundamētum apostolorum & prophetarum, qui et ipsi montes sunt quasi imitatores Christi. De hac domo & Hierusalem Psalmista conclamat, dicēs: Qui cōfidunt in domino, sicut mons Sion, *Psal. 124.a*
non cōmouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Mōtes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Vnde & super unum montiū Christus fundat ecclesiam, & loquitur ad eū, Tu es Petrus, & super hāc *Matt. 16.a*
petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Simile quid ad desideratem animam suam, & impatienter domum dei uidere cupientem, sanctius loquitur: Quare tristis es anima *Psal. 14.b*
mea, & quare cōturbas me: Et iterum, Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meā, quoniam pertransibo in locum tabernaculi admirabilis usq; in domum dei, in uoce exultationis & confessionis sonus epulan-

tium

tium: Lxx. manifestũ montẽ dñi & domũ dei super capita montiũ; transtulerunt: q̃ testimoniũ eisdẽ uerbis & Micheas propheta posuit, quæ in suo loco exposui.

A

a ¶ *Et eleuabitur super colles.*] Qui in capitib. mõtiũ ostensus est & paratus, iste sup colles eleuabit. De quib. montib. & collib. et in Cantico canticorũ sponsa loquitur: Vox fratruelis mei, ecce hic uenit saltes super montes, trãsiliens colles, similis est fratruelis meus capreæ uel hinnulo ceruorũ in mõtib. Bethel.

Cant. 2. b

b ¶ *Et fluent ad eũ omnes gentes, etc.*] Omnes enim gentes seruiẽt ei, cui dictum est, Postula à me, et dabo tibi gẽtes hereditatem tuã, & possessionem tuã terminos terræ, ut seruiãt ei (iuxta Sophoniã) sub iugo uno, de quib. idẽ propheta testat, Ex finibus fluuiorũ Aethiopiæ afferẽt tibi hostias. Et in septuagesimo primo psalmo legimus, In cõspectu eius procident Aethiopes. In nomine eñ Iesu omne genu flectet, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ.

Pſal. 2. b
Soph. 3. b
Phil. 2. b

c ¶ *Et dicẽt, uenite ascendamus, etc.*] Gentes & populi nequaq̃ propria salute contẽti, se mutuò hortabuntur & dicent, Venite, ascendamus ad montem domini & ad domũ dei Iacob: de quibus suprà diximus, q̃ sit mons domini præparatus, & quæ domus domini super uerticem montiũ. Domus autẽ domini dicitur domus dei Iacob, ut recipiamus uetus instrumentũ, & non secundum Manichæum, aliam extra domũ dei Iacob quæramus domum. Cum aũt fuerimus in domo dei Iacob, tunc docebit nos uias suas, per quas gradiamur ad eũ: & ambulabimus in semitis

B

Luc. 6. d

eius, quas triuerũt & alij. Denicq̃ & Iesus ascendens in montem, docebat discipulos suos octo beatitudines, & cætera quæ euangelicus sermo cõplectitur. Prius ergo discendæ sunt uiæ domini, & postea ambulandũ in semitis eius.

d ¶ *Quia de Sion exibit lex, etc.*] Omnes gentes & populi multi idcirco se mutuò hortabũtur & dicent, Venite ascendamus ad montem domini, & cætera quæ sequuntur, Quia de Sion egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem: nequaq̃ de Sinai & de solitudine & de monte Oreb, sed de monte Sion, in quo ædificata est Hierusalem. Et de Hierusalem, in qua templum est & religio dei: legimus quod sæpe dñs docuerit in templo, & q̃ nõ oportuerit mori propheiã extra Hierusalem, & supra uerbũ & legem pariter nominata. Verbum principes iubentur audire, legẽ populus auribus percipere. Qui enim prius legẽ fecerit, postea uenit ad sermonẽ dei. Sed & in Hierusalem primũ fundata ecclesia, totius orbis ecclesias seminauit. Et hoc dicendum q̃ quicunq̃ in specula & in uisione pacis fuerit, in hoc & lex & uerbũ domini constitutũ sit. Et pulchre nõ dixit, in Sion & in Hierusalem erit & manebit uerbũ & lex domini, sed egredietur, ut de illo fonte omnes nationes doctrina dei significet irrigãdas.

Mar. 12. d

e ¶ *Et iudicabit gẽtes, etc.*] Ergo & inter gentes iudicandum est: nec omnes increduli pari sententia condemnandi, sed pro diuersitate meritorũ diuersa passuri sunt. Postquam autem iudicauerit gentes, tunc arguet populos multos: siue ut Lxx. transtulerunt, populum multum, id est, λαὸν πολὺν. Et nota ordinẽ: gentes iudicabũtur, quia creaturæ sunt. Qui enim non credit, iam iudicatus est. Populus autem multus, qui intelligitur Israel, nequaq̃ iudicabitur, sed arguetur, quia ad se missum filiũ dei nõ receperit.

Ioan. 3. c

f ¶ *Et cõflabunt, etc.*] Omne bellandi studiũ uertet ad pacẽ, & ꝑ discordia erit in toto orbe cõcordia. Gladij mutabunt in uomeres, & lanceę in falces, ut omisso furore bellandi, agriculturæ seruiãt, & uberrimas falcib. messes secẽt. Q̃ quidẽ & spiritualiter intelligi potest, q̃ omnis duritia cordis nostri Christi uomere frãgit, & eradicant spinæ uitiorũ, ut semẽtis sermonis dei crescat in fruges, & postea labores manuũ nostrarũ manducemus, q̃ uenientes uenient in in exultatione portãtes manipulos suos.

C

Pſal. 125. d

g ¶ *Non leuabit, etc.*] Veteres reuoluamus historias, & inuenie-

D

mus q̃ ad xxviij. annũ Cæsaris Augusti, cuius xli. anno Christus natus est in Iudæa, in toto orbe terrarũ fuisse discordiã, & singulas nationes cõtra uicinas gẽtes arsisse studio præliãdi, ita ut cæderent & cæderent. Orto aũt dño saluatore, q̃ sub præside Syriæ Cyrino prima est in orbe terrarũ facta descriptio, & euangelicæ doctrinæ pax Romani imperij præparata, tũc omnia bella cessauerũt, & nequaq̃ per oppida & uicos exercebant ad prælia, sed ad agrorũ cultus, militibus tantũ legionibusq̃ Romanis cõtra barbaras nationes bellandi studio delegato, q̃ impletus est angelorũ ille cõcẽtus, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominib. bonæ uoluntatis: & in diebus eius orta est iustitia & multitudo pacis.

Luc. 2. b

h ¶ *Domus Iacob uenite et ambulemus, etc.*] Post uocationẽ gẽtiũ & ostensionem mõtis domini super uerticẽ montiũ: ad populum suũ, id est, populum Iudæorũ, qui appellatur domus Iacob, propheta cõuertitur, & hortatur eos, ut q̃ in tenebris uersantur erroris, lumẽ suspiciãt ueritatis, & ambulent in lumine dñi. Et quodãmodo illud Dauid dicum canit, Accedite ad eũ, & illuminamini, & facies uestræ non confundentur. Omnis enim qui operatur malum, odit lumen, & non uenit ad lucem, ne opera eius arguantur. Vos aũt domus Iacob, domus populi mei, uenite mecũ, & pariter ambulemus in lumine domini: recipiamus euãgeliũ Christi, illuminemur ab eo qui dicit, Ego sum lux mũdi. Cumq̃ hoc locutus fuisset ad populum Iudæorũ, cernens impœnitens cor eorum, & animã in crudelitate durissimam, facit apostrophã ad dominũ, & dicit, Ideo eos hortor ut ad te ueniãt, & mecũ tuo lumine perfruantur, quia pro merito peccatorũ suorum reliquisti populum tuum, domum quondã Iacob.

Pſal. 33. a
Ioan. 8. b

i ¶ *Quia rep. etc.*] Pro Philistiim semp Lxx. alienigenas interpretati sunt. i. τὰς ἀλλοφύλας, nomen cõmune pro proprio, quæ est hodie gẽs Palæstinorũ, quasi Philistinorũ: qa p literã sermo Hebraicus nõ habet, sed ꝑ ea ꝙ Græco utitur. Vnde & illud quod in psalmis dicitur, cũ enumeratione gentiũ cæterarũ, Mihi alienigenæ subditi sunt: nõ oẽs exteras nationes, sed ꝑprie Palæstinos significat. Redditq̃ causas quare proiecerit deus populũ suũ domũ Iacob: Quia repleti sunt, inquit, ut fuerũt in principio, augurib. & somnijs cunctisq̃ sordib. idololatriæ. Non attendenda somnia nec auguria, Moyse scribẽte, cognoscimus: quæ habuerunt gentes quas eiecit dominus à facie Israel, Chanæorum, Amorræorũ, & Cethæorũ. Hunc locum ecclesiæ tractatores aliter atq̃ aliter ediſſerunt. Quidã enim uolunt hoc significari, q̃ proiecto populo Iudæorum, ingressus sit terrã quõdam repromissionis Romanus

Pſal. 59. e

exercitus

A exercitus, & eiectis Iudæis habitauerint in Iudæa alieni genæ, q̃ de toto orbe diuersarũ gentiũ accolæ sunt, adducti à Tito & Vespasiano & Hadriano, cæterisq̃ principibus. Alij aũt putãt hoc nõ pertinere ad Romana tẽpora: sed ad superiora, prinsquã à Babylonijs uastaretur: quib. sub impijs regib. fuisse narrãtur, & à dño derelicti sunt.

a ¶ *Et pueris alienis adhæserunt.*] Pro quo Lxx. transtulerũt: καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγγένηται αὐτοῖς. i. & filij multi alienigenę nati sunt eis. Symma. Et cũ filijs alienis applauserũt. Pro quo scriptũ est in Hebræo וישפיקו quã Hebræi interpretant ἐσφλιώθησαν, & nos uertimus, adhæserunt: ut uitiorum in gente Iudæa turpitudo monstretur. Intantum autem Græci & Romani hoc quondã uitio laborauerũt, ut & clarissimi philosophorum Græciæ haberẽt publice cõcubinos: & Hadrianus philosophiæ arnib. eruditus, Antinoũ cõsecrarit in deũ: tẽplumq̃ ei ac uictimas et sacerdotes instituerit: et ex eo Aegypti ciuitas ac regio nomen acceperit. Inter scorta quoq̃ in fornicib. spectaculorũ pueri steterũt publicæ libidini expositi: donec sub Constantino imperatore, Christi euãgelio coruscãte, & infidelitas uniuersarũ gẽtiũ & turpitudo deleta est. Porrò Lxx. cõiuges corũ uitiatas esse significãt, dum filios alienos Iudæis generant. Symmachus quodã circuitu & honesto sermone, plau

B dentiũ eandẽ cum pueris turpitudinẽ demonstrauit.

b ¶ *Et repleta est terra argento & auro, etc.*] Inter cætera uitia terræ domus Iacob, etiã auri & argẽti multitudo numeraſ. Inter somnia & augures, equos & quadrigas, quas deus multiplicari prohibuit regibus Israel: inter idola quæ sunt opera manuũ hominũ, auaritia condẽnatur.

Mat. 6. c

Vnde dñs præcepit in euangelio: ne thesaurizemus nobis thesauros in terra, & ne faciamus thesauros quos

Ibidem

fur possit eripere, ad extremũ inferẽs: Nõ potestis deo seruire & mammonæ. Pulchre aũt illud coma uersiculi: Semper auarus eget, alijs uerbis propheta significauit, dicẽs: Et nõ est finis thesaurorũ eius. Nõ q̃ thesauri finẽ nõ habeãt, sed q̃ possidẽtiũ animus nõ impleaſ. Vtraq̃ aũt gens & Iudæorũ & Romanorũ per hæc uerba auaritiæ suggillat. Quod historiæ quoq̃ tam Græcæ narrant q̃ Latinæ, nihil Iudæorum & Romanorũ gente esse auarius. Vnde & repetundarũ lex cõstituta est: & quotidie

Rom. 2. c

uidemus illud apostolicũ compleri: Qui præcipis non iudex furacior, & in alio de se promẽs sententiã.

c ¶ *Et repleta est terra eius, etc.*] Non enim dignũ est numero q̃ contra dei imperiũ possidetur. Vnde & in psalmis dici

Pſal. 23. d

tur: Fallax equus ad salutẽ. Et in Exodo: Equũ & ascen-

Exo. 15. a

sorem deiecit in mare. Et in alio psalmo: Hi in curribus &

Pſal. 19. b

hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri in uocabimus. Potest autem utrunq̃ intelligi, quod & populus Iudæorũ contra præceptum domini sibi equos & quadrigas multiplicauerit: & terra Iudææ uectorum equis & curribus sit repleta.

d ¶ *Et repleta est terra eius idolis, etc.*] Vbi quondam erat templum & religio dei, ibi Hadriani statua, & Iouis idolum collocatum est: quod multi super illo testimonio interpretantur, quod

Mar. 13. b

in euangelio legimus: Cum aũt uideritis abominationem desolationis stantẽ in sancto loco: & operi manuũ

suarũ inclinati sunt. Et homo rationale animal, æs adorauit & lapidẽ. Sũt aũt qui hæc de Iudæis interpretent: q̃ anteq̃ caperent à Babylonijs, uniuersa hæc fecerint, & ideo dimissi sunt à deo. Vñ & in fine capituli ponit: Ne ergo dimittas eis. Possumus secundũ anagogen & hoc dicere, q̃ omne dogma contrariũ ueritati adoret opa manuũ suarum, & constituat idola in terra sua, & incuruet homo, & humilietur, & se erigere nõ possit: qa sit à diabolo colligatus: ni si illum erexerit dñs: exẽplo illius mulieris quã satanas uinxerat annis decẽ & octo: ut nequaquam cœlum, sed semper terram aspiceret.

C

Anagoge

Luc. 13. d

e ¶ *Ne ergo dimittas eis.*] Pro quo Lxx. interpretati sunt

D

κὰι οὐ μὴ ἀφῶσω αὐτούς. id est, & non dimittam eis. Si deus loquitur, ita intelligendum est: quia tãta fecerunt, non parcã eis: nec tã innumerabilia peccata dimittã. Si prophera, sic sentiendũ: ne ergo dimittas eis q̃ tãta scelera perpetrarũt. Quod si de Romanis intelligimus, uerior interpretatio est, qui subuertẽtes templũ dei, nõ cũ adorauerũt q̃ uictoriã prębuit, sed idola manuũ suarũ. Sin aũt de Iudæis, ꝓphetæ truculẽta sententia est, ut contra populũ suũ orare uideat: cui suprà dixerat: Domus Iacob uenite & ambulemus in lumine dñi.

Ibid. 23. e
Anagoge
Pſal. 60. a
Ibid. 13. e

f ¶ *Ingredere in petrã, etc.*] Ego quidẽ ppẽm cohortatus sum, dicẽs: Domus Iacob uenite ambulemus in domo dñi. sed qa proiecit dñs populũ suũ Iacob, proiecit aũt, quia aut fecit, aut passus est, quæ suprà exposuimus: ideo prænuncio uobis quę uẽtura sint mala: & hortor ut ingrediamini petras, & abscondamini in spelũcis à facie Babylonij, uel Romani exercitus, q̃ omnia uastabunt iuxta illud quod in euãgelio legimus: Tunc dicẽt mõtibus, Cadite super nos, & petris abscondite nos. Iuxta anagogẽ uero, à facie dñicæ maiestatis præcipit nobis ut assumamus petræ fortitudinẽ, de qua dictũ est: Petra refugiũ lepori-

Metaphora
1 Pet. 5. b

bus. Et, In petra exaltasti me. Moyses quoq̃ in foramine petræ ponit, ut uideat posteriora dei. Et, Bibebat populus de spiritali sequẽti eos petra. Absconditurq̃ in petra qui ingredit cubiculũ suũ: & clauso ostio adorat patrẽ, ut in terreno corpore cõstitutus, transeuntẽ mundi nõ sentiat tempestatẽ.

Eſa. 14. d

g ¶ *Oculi sublimes hominis humiliati sunt, etc.*] Cum hostes uenerint, & omnẽ prouinciã Babylonius aut Romanus mucro uastauerit: & circũsederint agmina bellatorũ Hierusalem: tũc nec diuitiæ, nec nobilitas generis, nec potẽtia dignitatũ aliquẽ defendere poterũt: sed omniũ erit una captiuitas: & deus solus exaltabit: cuius irã nullus poterit declinare. Multi hæc de die iudicij intelligũt, q̃ omnis creatura cõparatione diuinæ gloriæ humiliet, & incuruetur & nihil esse se sentiat.

h ¶ *Dies enim domini exercituum, etc.*] Et hæc priori-

bus coniungũtur. In die (inquit) illa in qua exaltabitur dñs solus, hoc est, in die ultiõis dominicæ: excelli quiq̃ & arrogantes atq̃ sublimes, captiuitati & gladio subiacebunt. μεταφορικῶς aũt sermo de magnis est atq̃ principibus: quod quanto magis superbierint, tanto amplius deprimãtur. Dñs eñ superbis resistit, & humilib. dat gratiã. Qui de die iudicij intelligũt, superbum & excelsum & sublimẽ & arrogantẽ, diabolũ dici putãt. Qui superbiens loquitur: Super stellas cœli ponã sedẽ meã, sedebo in monte excelso, super oẽs montes excelsos ad

aquisonẽ,ascendam super nubes,ero similis altissimo.
A Pſal.8.a Qñ ex ore infantiũ & lactentiũ perficiet laus,ut destruatur inimicus & ultor.
Et in xxviij.psalmo canit:Vox dñi cõterẽtis cedros, cõteret dñs cedros Libani, & cõminuet eos quasi uitulũ Libani. Et in xxxvi. psalmo: Vidi impiũ exaltatũ, & eleuatum quasi cedros Libani: & trãsiui & ecce nõ erat,& quæsiui eum,& nõ est inuentus locus eius. Quercus quoq; Basan, quas Aquila δρυὰς: Symm.& Theodotio βελάνους, interpretati sunt,glãdiferas nouimus, quæ etsi fecerint fructus, porcorũ sunt alimẽta nõ hominũ. Basan regio est Arabię:cui imperauit Og,q appellatus est rex Basan:& interpretat ἀσχμήν.i.ignominia,quam si cõfusionẽ trãsferre uoluerimus,magis σύγχυσιν.i. Babylonẽ significat q̃ Basan. Super oẽs ergo qui erigunt in superbiã,& faciũt opera ignominiæ,atq; in cœno libidinũ uolutant,dñi uindicta consurget. Quod si prudẽs lector quæsierit, cur in tẽplo dñi cedrina ligna sint posita:& in centesimotertio psalmo legimus iuxta Hebraicã ueritatẽ:Saturabunt ligna dñi,& cedri Libani quas tu plantasti,ibi passeres nidificabũt.Et inter cętera ligna etiã cedri ad laudes dñi prouocent:Et in aduentu saluatoris, qñ omnes arbores & ligna campi ap
Eſaiæ 41.c plaudent ramis suis,scriptũ sit:Ponam in terra aquosa cedrum & buxũ,& cypressum & pinũ: Et nũc diem do
B mini super cedros Libani sermo propheticus cõminetur:Hoc dicendũ est,q̃ ex eodem genere hominũ, alij sublimẽt ad regnũ,alij detrahant ad pœnã,& cedri Libani quæ propter superbiã conterent, eligant cũ boni
1 Cor.2.d odoris fuerint,& cũ apostolo dixerint: Christi bonus odor sumus deo. b ¶ Et super oẽs mõtes excelsos,etc.] Sicut in bonã partẽ pro uarietate uirtutũ, mõtes appellãtur & colles,sic inter impios pro diuersitate uitiorũ, & maxime superbiæ,alij montes sunt,alij colles, super quos
Ezech.6.c erit dies dñi,de quib.in Ezechiele scriptũ est:Hæc dicit adonai dñs montib.& collibus, ecce ego inducã super uos gladiũ,& dissipabunt excelsa uestra, & conterẽtur aræ uestræ,& reliqua. c ¶ Et super omnem turrim excelsam, etc.] Qui ad Vespasiani Hadrianiq; hæc referunt tempora,corporaliter dicunt impleta quę scripta sunt,qđ nõ turris excelsa,non firmissimus murus,nõ ulla nauiũ multitudo, & negociationis industria, aduersum uim Romani exercitus potuerit prędalere:sed in tantã habitatores Iudææ uenisse formidinẽ,ut ipsi cum coniugibus & liberis,auro & argento quę sibi auxilio fore existimabãt,in foueas terræ demersi sint: & profundissima antra se fiati. Stẽm uociũ & luxuriosorũ uenter est deus: quare nõ auari aurum & argentũ appelletur deus:Alij hæc ad Babylonia referũt tẽpora. Ego iuxta
Tropo. tropologiæ leges singula quæq; percurram.Turris uel ob munitionẽ urbis ædificatur, uel ob speculã, ut lon
Luc.14.f ge uenięs cernatur hostis. Vnusquisq; ergo nostrũ debet ædificare turrim,prius sumptib.supputatis: ne iuxta euangelicã parabolã cum explere opus nequiuerit, rideat:Hæc turris bene constructa persistit.Sin aũt erecta in superbiã firma non habuerit fundamenta,cadet super eum à quo ædificata est,sicut illa in Siloa,quæ decẽ & octo homines interfecit. Vnde & dominus loquit ad audientes:& uos si nõ egeritis pœnitentiã, similiter peribitis.In consequẽtibus quoq; lecturi sumus,quod
Eſaiæ 5.a deus in uinea sua ędificauerit turrim,et fecerit torcular & macerią circũdederit, sed hæc omnia destructa sint, C
atq; uastata,quia uano superbiæ supercilio intumuerint.Muri quoq; extruũt excelsi,ne cito ciuitas destruatur,ne hostib.pateat:quia circũdant ecclesiæ à sapientissimis uiris & omni ratione firmãtur, ne quod dogma peruersum prævalcat ueritati. De istiusmodi muris deus loquit ad Hierusalẽ:Ecce supra manus meas depinxi muros tuos,& in conspectu meo sunt semper.sin aũt hi q̃ prius impugnauerãt ecclesiam,cognita ueritate trãsierint ad fidem,& pugnauerint pro ea quã ante impugnauerãt:tũc illud implebit: Cito ædificaberis ab his à quib. destructa eras.In Leuitico quoq; legimus, domũ quæ Leui.25.c
in domib.muratis sit,si intra annũ redẽpta non fuerit, emptori æterna possessione firmari: q̃ si in uillis & in uiculis sit quæ muros nõ habeat,semper posse redimi, & emptoris precio fluctuare. d ¶ Et super oẽs naues Tharsis,etc.] Pro Tharsis,qđ oẽs similiter transtulerunt, sola Lxx.mare interpretati sũt:ἡ ὧν πᾶν πλοῖον θαλάσσης. Hebræi putãt lingua propria sua mare תַּרְשִׁישׁ appellari:q̃n aũt dicit יָם nõ Hebraico sermone appellari,sed Syriaco. Habuit & Iosaphat naues quas mittebat in Tharsis:sed cõtritæ sunt in Asiongaber.Habuit & Solomõ quæ ibãt in Tharsis: & post tres annos reuertebantur,afferebantq; regi argentũ & aurum,ebur & simias. Sed quia rex uterq; peccauerat: alius dedit us uoluptati,& externarũ gentiũ amans fœminas: alius se cũ rege Samariæ copulas:qđ utrũq; ad ethnicos refert & hæreticos in quib.nihil aliud nisi fulgor eloquẽtię,& sensus dialectica arte cõstructus,& sermo mortuus,qđ intelligit in eburneis dẽtib.& similitudo ratiõis humanę,qđ sentit in simijs,idcirco in psalmis legimus: In spũ uiolento cõfringes naues Tharsis.Et de his nauib.idẽ Esaias loquit:Væ alis nauiũ quæ sunt trãs Aethiopiã. Sunt aũt ecõtrario & bonæ naues, de quib.in eisdẽ psalmis
Pſal.106.f dicit:Qui descendũt in mare nauibus,& faciũt opus in aquis multis:Ipsi uiderunt opera dñi,& mirabilia eius in profundo. Qui em̃ in seculi huius fluctibus nõ sunt otiosi,sed operant & merces portãt dñicas:& ad portũ quietis uenire festinãt,ipsi uidebũt opera dñi,& mirabilia eius in profundo: q̃ ad profundã scientiã peruenerint,& uniuersa scrutãtes, hoc est,etiã profunda dei & mirabilia eius aspexerint. Iosephus Tharsis urbẽ Cilicię Tharsum arbitrat,alij regionẽ putãt Indiæ, & hoc nomine etiã de duodecim gẽmis lapidẽ appellari, qui apud nos uocat chrysolithus, ob marini coloris similitudinẽ.Melius aũt est, Tharsis,uel mare uel pelagus absoluẽ accipere,neq; em̃ Ionas de Ioppe nauigãs,ad In Ionæ 1.a
diam poterat peruenire, ad quã illo mari nõ potest nauigari,sed simpliciter ire in pelagus,& ad quascũq; insulas pergere. Quodq; sequit, e ¶ Et super omne quod ut fu pulchrũ est (siue ut Lxx.transtulerũt) Et super omnẽ aspectũ pulchritudinis nauũ.] Eodem sensu accipiendum,quod destruatur à die domini, quicquid pulchrum uidetur in uerbis, & humana ratione constructum, si se erigat contra scientiam dei. f ¶ Et incuruabitur sublimitas hominum,& humiliabitur altitudo uirorum,etc.] Tam diu uidetur humanus sermo habere rationem, quãm diu diuinæ scientiæ non fuerit comparatus. Cum autem mẽdaciũ ueritati quasi stipula igni appropinquauerit, cito uorat & deperit, & omnia dogmata falsitatis, quæ nũc idola nominant: ab eo quod simulata sint atq; cõficta,

Et introibũt in speluncas petrarũ & in uoragines terræ à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terrã. In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas & uespertiliones, & ingredietur in fissuras petrarum, & cauernas saxorũ à facie formidinis dñi, & à gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terrã. Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse.

penitus

penitus conterentur. a ¶ Et introibũt in spelunces petrarũ, & in uoragines terræ à facie formidinis domini: & à gloria maiestatis eius,cum surrexerit percutere terrã: in die illa proijciet homo idola,etc.] Sæpe diximus argentũ & aurum pro sermone & sensu accipi, quę cum à deo hominibus data sint, ut uel loquantur,uel sentiant deum, & laudẽt creatorẽ suũ: illi abutũtur hoc munere in idolorũ simulationẽ: iuxta illud quod scriptum est: Dedi eis argentũ & aurũ, ipsi uero de argento & auro meo operati sunt Baal. Cum ergo quis domini pauore perterritus,primũ in spelunca pectoris sui idola condiderit,& in uoraginibus terræ absconderit,non audens proferre quod male finxerat: secundus profectus est, ut prius cælata proijciat,& in se esse nõ patiatur.Pro talpis quas nos interpretati sumus.Lxx.uana,id est, τοῖς ματαίοις,Aquila,δῦγας,Symmachus infructuosa:Theodotio ipsum uerbum Hebraicum posuit חֲפֹר הַיְרֹחַ Est aũt animal absq; oculis, quod semper terrã fodit, & humũ egerit, & radices subter comedẽs frugibus noxium est, quod Græci ἀσπάλακα uocant.Vespertilio aũt nocturna auis,quæ congruũ ab eis nomen accepit νυκτερίς, eo q̃ in nocte uolitet,paruũ animal est, & muriũ simile, non tam uoce & cantu resonans, q̃m stridore: quod cum uideatur uolitare,lucifugũ est,& solẽ uidere non patitur. Istiusmodi animantibus idola cõparata sunt,quæ cæca
B & tenebrosa coluntur à cæcis:& omnia dogmata cõtraria ueritati:quæ cum in die domini fuerint derelicta,ingredientur hi qui proiecerint ea in fissuras petrarũ cauernasq; saxorũ, ut nõ in terræ puluere & uili luto, sed in firma ratione uersentur: & inueniãt sibi diuersa uirtutũ foramina, per quæ ad ueritatẽ ualeant peruenire. Hæc iuxta anagogen ut potui breui sermone perstrinxi,quæ Hebræi ad Babylonia referũt tẽpora & subuersionem Hierusalem, quando surrexit dominus terram
percutere Iudæorũ. b ¶ Quiescite ergo ab homine cu.etc.] Hoc prætermisere Lxx. & in Græcis exemplaribus ab Origene sub asteriscis de editione Aquilæ additum est, quod in Hebræo ita legitur: חִדְלוּ לָכֶם מִן הָאָדָם אֲשֶׁר נְשָׁמָה בְאַפּוֹ כִּי בְמֶה נֶחְשָׁב הוּא. Vbi nos diximus:Excelsus reputatus est ipse, Aqla interpretatus est, in quo reputatus est iste. Verbum Hebraicũ במה uel ὕψωμα dicitur,id est excelsum,quod & in Regnorũ libris & in Ezechiele legimus:uel certe in quo,& eisdẽ literis scribitur במה:ac pro locorũ qualitate, si uoluerimus legere, in quo:dicimus במה sin aũt excelsum uel excelsus,legimus במה Intelligẽtes ergo Iudæi propheriam esse de Christo,uerbũ ambiguũ in deteriorẽ partem interpretati sunt,ut uiderentur nõ laudare Christum, sed nihili pendere.Quæ est enim uerborum consequentia:& qui ordo rationis ac sensus,ut dicamus:Cum hæc ita se habeant, & dies uentura sit domini, in qua uniuersus Iudææ status subuertendus est, & omnia conuertenda: moneo uos atq; præcipio, ut quiescatis ab homine qui ita spirat ac uiuit, ut nos homines,quia in nihili cõputandus est? Quisquãne hominũ ita quẽpiã laudet ut dicat, Cauete ut offendatis cũ qui omnino nihil est? Ergo ecõtrario sic intelligendũ: Cum hæc uniuersa uentura sint uobis,& prophetali spiritu prædicant:moneo atq; præcipio,ut quiescatis ab eo qui secundũ carnem quidẽ homo est & habet animã:& ita spirat & naribus halitũ trahit, ut nos homines spiramus ac uiuimus,sed secundũ diuinã maiestatẽ excelsus est & reputatur & creditur.Tacita mecũ mente pertractans,nõ possum inuenire rationẽ: quare Lxx.tam perspicuam de Christo prophetiã in Græcũ noluerint uertere. Cæteri enim qui uerterunt quidẽ,sed sermonem ambiguũ ad impietatis traxere sensum: nõ mirũ cur male interpretati sint,nec uoluerint de Christo gloriosum quid dicere,in quẽ nõ credebãt:uidelicet ut Iudæi aut semijudęi, id est Hebionitæ. Quòd aũt Christus excelsus sit uel al
D tissimus, qui alio sermone apud Hebræos appellatur עֶלְיוֹן: In octogesimosexto psalmo legimus: Nunquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea,& ipse funda uit eã altissimus? Et in euangelio: Et tu puer prophe
Luc.1.g ta altissimi uocaberis. Ac ne longũ funẽ trahã,in expositione em̃ sanctarũ scripturarũ ueritatẽ debemus sequi, nõ contentionẽ:in isto loco בָּמָה apud Hebræos nõ excelsus dicit,sed excelsum, id est ipsa altitudo atq; sublimitas:quasi si de aliquo dicamus, nõ est diuinus,sed diuinitas, nõ est riuus sed fons, nõ est homo sed ipsa humanitas.Origenes hũc locũ ita interpretatus est: Quia singulariter de uno homine dicit,referri potest ad dominum saluatorem,iubente propheta ut quiescant ab eo qui in aliquo magno reputatus est: licet in præsentiarum uideatur ut homo,& spiramen habere in naribus,sicut & cæteri spirant homines.

Commentarij primi in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM Commentariorum Esaiæ ad Eustochium Prologus.

Inito in Esaiam primo uolumine, quod ut potui, non ut uolui, celeri sermone dictaui,sensum potius scripturarum,quam compositæ orationis uerba perquirens, nunc transcendam ad secundum, & quicquid in me uirium est, pronæq; in dominum uoluntatis,offeram ei,qui per prophetam loquutus est: Ego uisiones multiplicaui, & in
עַבְדֵי scripturarum explanatione certantibus,tu cum Moyse ad dominum eleues manus, ut qui exeuntes de Aegypto,mare transiuimus rubrum,uincamus Amalec,qui interpretatur deuorans & elinguens,& possimus tecum dicere: Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum.

COMMENTARIORVM
Hieronymi in Esaiam prophetam
Liber secundus.

Ecce enim dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalē & ab Iuda ualidū & fortē, omne robur panis et omne robur aquæ.

Hucusq; de iudicio dicti putāt: quod sequit, de captiuitate uētura: quū alij ad Babyloniōs, alij referūt ad Romanos. sed melius est ut suprà diximus, cūcta referri ad dñicā passionē. Post interfectionē quippe illius, oēs gratiæ & donationes sublatæ sunt à Iudæis: secundū quod in euangelio scriptū est: Lex & prophetæ usq; ad Ioannē Baptistā. Et est ordo: Qm̄ noluistis cessare ab homine cuius spiritus in naribus eius, q excelsus reputatus est: sed ecōtrario fudistis sanguinē iusti: & cogitastis consiliū pessimū, dicētes: Alligemus iustū, quia inutilis est nobis: ideo fructū adinuentionū uestrarum comedetis. Mihil apud Iudæos post passionē dñi forte, nihil ualidū est: sed omnia infirma & languida. Nec aliquis potest apud eos dicere, omnia possum in eo q me confortat, Christo Iesu dño nostro. Et quia iuxta Lxx. legimus ualidū & ualidam: ualido illud possumus coptare: Donec occurramus oēs in uirū perfectū, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Porrò ualidæ: Volo, inquit, omnes uos uirginē castā exhibere Christo. Fortitudo aūt panis & fortitudo aquæ, pro omni cibo & potu accipitur. Legimus q Moyses fuerit in mōte Sinai, & quadraginta diebus panē nō comederit, & aquā nō biberit. Illud quoq; quod ad Adā dicit: In sudore uultus tui comedes panē tuū, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: similiter audiendū. Necnō quod à saluatore dicit: Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo quod egredit per os dei. Fortitudo igitur panis auferetur ab eis, ille qui dicit: Ego sum panis uiuus, q de cœlo descendi. Et fortitudo aquæ: de qua idem dñs loquebatur: Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterū: qui aūt biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternū: sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitā æternā. De huiusce modi panibus & in Prouerbijs legimus: Aperi oculos tuos & replere panibus. Habent Iudæi panē, sed absq; fortitudine: habent aquas, sed absq; robore. Legūt enim scripturas, sed nō intelligūt: tenent mēbranas, & Christum qui in mēbranis scriptus est perdiderunt. Lacte enim aluntur, quasi paruuli & nō solido cibo. Et quia fortitudinē perdiderunt & infirmi sunt, propterea olera comedūt. Athletarum aūt solidus cibus est, qui & uitam sustentat humanam, & uiuentibus præbet fortitudinē. De istiusmodi pane & aqua q auferantur à Iudæis, etiā alius prophēta testatur, dicens: Ecce dies uenient, dicit dñs, & emittā famem super terram: non famē panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi sermones domini. *b ¶ Fortē & uirum bellatorē, etc.*] Pro forti, quod solum est in Hebræo, duo simul Lxx. transtulerūt, gigantem & fortem: eundem uolentes gigantē esse quem fortem. De forti suprà dictum est. Gigantē aūt in bonam partē: hoc est, de domino saluatore in octauodecimo psalmo legimus: Exultauit ut gigas ad currēdam uiam suam, à summo cœlo egressio eius: & occursus eius usq; ad summū illius. Sin aūt legerimus, Nemrod gigātem, qui fuit uenator coram domino, & gigātes propter quos uenit diluuiū super terrā, in contrariā partem accipiēdi sunt. Virum quoq; bellatorē iuxta historiam sic intelligimus, quod capti sint, & usq; hodie seruiant, & non depositi sint seruitutis iugū: Sed ne iudices quidē habeāt proprios, Romanisq; subijciant iudicibus: intrantū ut de principib. eorū, qui esse uidētur in ppło, Romani principes iudicēt. Sed & hoc dicendū, q nullus sit apud eos bellator in lege, habēs scientiā iudicandi: sed omnia uana sint & caduca & plena stultitiæ. De propheta aūt, q apud eos esse cessauerit, nulli dubiū est.

CAP. III.

Ecce enim dominatōr dominus exercituum auferet ab Hierusalem, & ab Iuda ualidum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ. Fortēm & uirū bellatorē, iudicē & prophetā, & hariolum & senem. Principēm super quinquaginta. Et honorabilē uultu & consiliariū. Et sapiēntē architectū. Et prudētē eloquij mystici. Et dabō pueros

Quærimus iuxta Hebraicū, quō interpretemur hariolū, quem oēs interpretati sunt diuinū: exceptis Lxx, qui pro hoc coniectorē transtulerūt. Et dicendū q sæpe etiā per hariolos futura dicant: sicut in Balaā diuino legimus: & in diuinis quinq; urbiū Palæstinarū, Gazæ & Ascalonis, Geth & Accaronis & Azoti, qui dāt consiliū quō arca dñi remittat. Et est sensus: Et uera & falsa pariter à Iudæis auferent. Senē quoq;, quē Lxx. presbyterū transtulerūt, intelligit ablatū à Iudæis, qui scierit in scripturis sanctis presbyteros merito & sapiētia eligi, non ætate. Neq; enim apud Iudæos senes esse cessarūt, quos usq; ad decrepitā senectutem sæpe uenire conspicimus. Et inueteratos dierū malorū, duos presbyteros iuxta Theodotionem in Danielis principio legimus. Nam & Moysi præcipitur, ut eligat presbyteros, quos scit esse presbyteros. Et apostolus Paulus qualis presbyter eligi debeat plenissime scribit ad Timotheum. Vnde & in Prouerbijs dicit Gloria senū canicies. Quæ est ista canicies ? haud dubium quin sapientia, de qua scriptū est: Canicies hominum prudentia est. Cumq; nongētos & eo amplius annos ab Adam usq; ad Abrahā uixisse homines legamus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id est senex, nisi Abrahā: qui multo paucioribus annis uixisse conuincitur. Vnde scribit & Ioannes post pueros & iuuenes etiam ad senes, dicens: Scripsi uobis patres, quia cognouistis eum qui à principio est. Et Roboam filius Solomonis, ideo perdidit regnū, quia noluit audire presbyteros. *c ¶ Principē super quinquaginta.*] στωικδηχικῶς à parte totum: quomodo enim centuriones uocātur, qui centū præsunt militibus, & chiliarchi, qui mille: quos nos tribunos appellamus, ab eo q præsint tribui: sic in Israelitico exercitu quinquagenarij uocabantur, qui in capite erant quinquaginta militū. Vnde & decanos dicimus, qui decē præsunt hominibus. Nec mirū si apud Iudæos omnis perierit dignitas bellatorum: cum militandi sub gladio & arma portandi nō habeant potestatem. Quia uero quinquagenarius numerus semper refertur ad pœnitentiā, princepsq; pœnitentiæ & caput eorum qui saluantur per pœnitentiā, Christus est, breuiter numeri huius sacramēta pandamus. In Genesi legimus loquente Abraham ad dñm: q à quinquaginta primum iustis, si inueniantur in ciuitate, dixerit urbem esse saluandam. Et septem hebdomadarum in numeris, id est pentecostes celeberrima festiuitas est. Iubileus quoq;, id est remissionis annus, qui septenis annorum hebdomadibus, id est quadraginta nouē annis texit: in quo clangūt tubæ, & ad omnes reuertitur antiqua possessio, hoc cōtinet sacramentū. Vnde & Dauid in quinquagesimo numero psalmū scribit pœnitentiæ. Legimus quoq; in eodē Numerorū libro, q de præda & spolijs, quinquagesimū caput tam de hominibus q̄ de iumētis accipiāt sacerdotes: & quinquagesimum Leuitæ, qui custodiunt fores tabernaculi. Illa quoq; euāgelij parabola, in qua dicunt duo debitores: unus q debebat quingēlos denarios, & alius quinquaginta: ad hanc refertur intelligentiā. Vnde & apostolus ad Ephesios, quibus mystica quæque dissoluerat, uult

permanere

permanere usq; ad pentecostē, donec perfectæ ad dñm cōuertant, dicēs: Ostiū. n. mihi apertū est magnū & euidēs, sed aduersarij multi. Imitat aūt & diabolus isto numero Israeliticū exercitū: de quo Iethro dederat genero suo Moysi consiliū, ut cōstitueret super ppl'm tribunos & centuriones & quinquagenarios. uñ impius rex mittit duos quinquagenarios cū subditis sibi militibus, ut exhiberēt Eliā, q diuino igne cōsumpti sunt. tertius aūt saluat ex eis, q cōuersus ad preces, pœnitētiæ sacramēta cognouerat. Vñ & Iudæi nolētes dñm esse persecutū, nec principē quinquagenariū, dicūt ad eū: quinquaginta annos necdū habes, & Abrahā uidisti: Et ille sciēs se esse nō solū pœnitentiū principē, sed & iustorū, respōdit: Anteq; Abrahā esset ego sum. Quod aūt dñs princeps sit quinquagenarius, ex una festiuitate intelligere possumus, de qua ait: Dñs est sabbati filius hominis: q si sabbati, & calendarū: si calendarū, & paschæ. i. azymorū: si paschæ, & iubilei: si iubilei, & tabernaculorū: si tabernaculorū, & pentecostes, quæ ad quinquagesimū referī numerū. *a ¶ Et honorabilē uultu et consiliariū.*] Pro duobus. i. honorabili uultu & cōsiliario, Lxx. unū uirū admirabilē consiliariū transtulerūt. Inter cæteras gratias etiā hoc dñs auferet à Iudæa, ut nullū habeāt cō filiariū: sed faciāt cūcta absq; cōsilio. Et Græci poetæ laudabilis illa & admirāda sentētia est: Primū esse beatū, q p se sapiat: secundū q sapientē audiat, qui aūt utroq; careat, hūc inutilē esse tā sibi q̄ omnib. Vñ & illud in nostris libris legimus: Amici tibi sint plurimi, cōsiliarius aūt unus de mille. Et iterū: Cū cōsilio oīa age, & dabit tibi prudētia admirabilē consiliariū. Senatus quoq; cōsulta dicunt, & principes quondā Romani cōsules appellati sunt, uel à cōsulendo ciuib. uel ab agēdo cuncta cōsilio. Et nos habemus in ecclia senatū nostrū, cœtum presbyterorū. Cū ergo inter cætera etiā senes Iudęa perdiderit, quō poterit habere cōsiliū, q̄ propriē seniorū est? *b ¶ Et sapientē architectū.*] Pro quo Aquila trāstulit, sapientissimū artificū, ut ostēderet eos plures quondā habuisse artifices: qualis & ille fuit Beseleel filius Vri, filij Vr de tribu Iuda, quē impleuit deus spiritu sapiētiæ & intelligētię, ac disciplinę, ut in omni opere esset faber perfectissimus: nō solū in auro & argēto, sed & in ære & cæteris quæ Moyses enumerat, q ædificauit tabernaculū dei. Illis ergo perdentib. architectos omnis ædificandi gratia translata est ad ecclesiā. Vñ Paulus apls dicit: Quasi sapiēs architectus fundamentū posui. Et Hieremias architectus erat, q nō solū eradicabat & suffodiebat & perdebat, sed & ædificabat. Vñ idē apls loquit: Dei agricultura, dei ædificatio sumus. Dñs quoq; noster appellat structor macerarū. Et in euangelio: filius fabri suggillat, q uniuersa cōdiderit. In Regū quoq; uolumine legimus, q̄ miserit rex Solomon et tulerit Hyrā Tyrium, filiū mulieris uiduæ, q erat de tribu Neptalim & habebat patrem Tyriū, artificem æris: Ingressusq; est ad regē, & fecit omnia opera regi Solomoni, in quo typus est ædificādę ecclesiæ, q̄ non solum de tribu Iuda, sed de Neptalim quoq; & patre Tyrio generatus sit: q habuit matrē uiduā: quia priorem uirū perdiderat. Et multo plures sunt filij desertæ magis q̄ eius quæ habet uirum. Sed & in Paralipomenō libro legimus uallem artificum, Saraias aūt genuit Ioab patrem uallis artificum: ibi quippe artifices erāt. Qui propterea habitare dicūtur in ualle, quod non eos inflabat scientia: sed humilem atq; mansuetum sequebantur Iesum, & cum Apostolo dicere poterant: Ego sum minimus apostolorum, qui nō sum dignus uocari apls. Et alibi: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Et nunc per speculū uidemus in ænigmate. *c ¶ Et prudentem eloquij mystici.*] Pro quo Lxx. interpretati sunt, prudentē audi torē: Theodotion, prudentē incantatorē, Aquila prudentē susurratorē, Symmac. prudentē eloquij mystici: quē & nos in hoc loco secuti sumus. Dicendū primum iuxta Lxx. q̄ inter cæteras gratias spiritales, etiā prudens auditor in ecclesia necessarius sit. Alij em̄ datur prophetia, alij discretio spirituū. Vnde & constituti erāt in populo Iudæorū sacerdotales gradus, qui prophetas pseudoprophetasq; discernerēt: hoc est intelligerēt, qui de dei spiritu loquerent, qui de cōtrario. Legamus Hieremiā, Prudēs aūt eloquij mystici, siue susurrator: & ut Theodotiō uoluit, incātator: uidetur mihi uir esse eruditus & exercitatus, tā in lege & pphetis, q̄ in euāgelio & apīis, qui possit singulas animi perturbationes sua sanare doctrina: & ad statū mētis reducere, dū & scortator recipit castitatē, & ganeo frugalitatē, & quondā auarus dat eleemosynā. Euentila oēs Iudæorū synagogas, & nullū poteris inuenire doctorē, qui sancta præcipiat, & contemptis diuitijs, sectandā doceat paupertatē. De istiusmodi incantatorib. cōtra serpētes & aspides, id est cōtra peccatores, qui dei iustitiā reliquerūt, Dauid loquebat in psalmo: Alienati sunt peccatores à uulua, erauerūt ab utero, locuti sunt falsa. Furor eorū iuxta similitudinē serpētis, sicut aspidis surdæ & obturātis aures suas, quæ nō exaudit uocem incantantiū, & uenefici medicantis sapienter. Omnis sermo apostoli contra serpentes & aspides incantatio est, quē non exaudiunt peccatores & hæretici: quia claudunt aures suas ne audiāt ueritatē. *d ¶ Et dabo pueros principes eorū.*] Si ex persona prophetæ dicit: Ecce enim dominator dñs exercituum auferet ab Hierusalem, & ab Iudæa ualidū & ualidam, omne robur panis, & omne robur aquæ, & reliqua: quō nunc idem propheta loquitur: Dabo pueros principes eorū, & efforminati dominabunt eis. *e* Ergo iuxta consuetudinē prophetalē loquēte propheta: subito deus loquit p prophetā ex persona sua, & dicit: Dabo pueros principes eorū: sublatis enim his quæ antè donauerā, & quasi bona iratus absturlerā: nunc ecōtrario dabo mala: Tuli senē & quinquagenariū, et admirabilem consiliariū & sapientē architectū & prudentē auditorē, &c. Pro his dabo pueros principes. Qui. n. presbyterū perdiderunt, qualē superior sermo mōstrauit: qualis & Abrahā primus appellatus est presbyter: recte iuuenes principes accipiūt. De quibus & in Ecclesiaste legimus: Væ tibi ciuitas cuius rex iuuenis, & principes tui mane comedunt: Beata terra cuius rex filius in genuorū. Talis fuit rex iuuenis Roboā, filius Solomonis, qui secutus est iuuenū consilia: non q̄ ætate esset iuuenis, sed sapiētia: alioqui quadraginta & amplius annorū regnū accepisse narratur. Et ecōtrario Solomon, duodecim annorū erat quando suscepit imperium: & quia habebat sapientiā, propterea nō est appellatus iuuenis. Erat enim in eo latitudo cordis & amplitudo sapientiæ: quanta arena est in maris littoribus. Vnde & apostolus scribit ad Timotheū: Nemo adolescentiā tuā contemnat. Qui enim ætate iuuenis est, maturitate senex est. Et Daniel iuxta Theodotionē anteq; iudicaret, appellatus est puer: postquā uero excitauit in eo deus spiritum, & iudicauit senes, accepit presbyterij dignitatem. Hieremiæ quoq; qui ad mittentem se dominū dixerat: qui es dominator domine: ecce ego nescio loqui quia iuuenis sum. Respondit dominus: ne dicas, quia iuuenis sum: prius em̄ quām formareris in utero, noui te: & antequam exires de uulua matris tuæ, sanctificaui te, & prophetā in genubus constitui te. Ob hanc

causam

A causam recot & adolescentulas uiduas iuberi ab apostolo, ut accipiāt maritos & matres familiās sint, & educent liberos suos: quia multæ retro abierūt post satanā. Et cū luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt, habentes damnationē, quia primā fidē irritā fecerūt. Nec ecclesia sticis uidua sustētatur alimētis, nisi sexaginta annorū est: & maturitatē habet morū pariter & ætatis. Putet aliquis & illud qđ apostolus, phibet episcopū fieri neophytū, ad hoc pertinere: qa paruulus in fide est: ne extatus in superbiā incidat in iudiciū diaboli. Iudiciū aūt diaboli nullū est aliud nisi superbia: propter quā de cœlestibus cecidit. Vnde & saluator loquitur: Videbam satanam, quasi fulgur cadentē de cœlo. *a* ¶ Et *effœminati dominabuntur eis.*] Pro quo in Hebræo scriptum est מעלליהם quos Septuaginta & Theodotion illusores interpretati sunt. Aquila ἐνπαίκτας: qui se mutent & turpitudinis exerceant uices. Quales in Iudicum libro super concubina Leuitæ in Gabaa legimus. Consideremus patriarchas Iudæorum, & iuuenes siue pueros, effœminatosq; ac delicijs affluentes, & impletam prophetiam cernemus. Possumus illusores dicere & magistros populi Israel, qui deuorant populum dei, sicut escā panis: & peruerse scripturas sanctas interpretantur, illuduntq; stultitiæ discipulorū. *b* ¶ Et *corruet populus uir ad uirum, etc.*] Quando iuuenes fuerint principes & illusores domini, quales propheticus sermo describit, tunc nec dignitatis, nec ætatis, nec sciētiæ ullus ordo seruabitur: sed rebellabunt pueri senibus, & ignobiles nobilibus, & mutuo corruent. Et implebitur illud apostolicū: Mordentes inuicē consumpti estis ab inuicem. Hæc sub Tito filio Vespasiani accidisse populo Iudæorū scribit Iosephus, & quod cum expugnarentur à Romanis, fuerit Hierusalem in tres partes diuisa seditio, & alij arcem & templum, alij inferiorē, alij superiorem partem urbis tenuerint. *c* ¶ *Apprehendet enim uir, etc. ruina aūt, etc.*] Pro ruina Symmachus & Theodotion infirmitatem transtulerūt: Lxx. cibum. Significat autem raritatem hominū: & maxime rerum omnium penuriam, quod qui cibum & uestimentum habuerit, potens & diues & inclytus esse credatur. Quod autem ait iuxta Hebraicū: Ruina autem hæc sub manu tua, hunc sensum habet: Miseria nostra & calamitas tuo sustentetur & protegatur auxilio. Et hoc considerandū quod singuli sibi eligant principes singulos, & in principum electione sedirio sit: dum alij alios principatu dignos putant. Nec dicunt ad eos, possessiones tuæ, & diuitiæ & redditus sustentare nos poterūt: sed infirmitas ista siue cibus meus ex tuo saturabitur & pendebit arbitrio. *d* ¶ Et *respondebit in die illa dicēs: nō sum medicus, etc.*] Pro medico, Symmachus & Septuaginta transtulerūt, principem, id est ἀρχηγόν: Theodotio συνθλασμένον τε, qui liget uulnera, & prouideat sanitati. Respondebit, in Hebræo non habetur: sed de Septuaginta additum est: in Hebræo ēm his quæ suprà scripta sunt iungitur: In illa die dicet, non sum medicus, & reliqua. Is autem dicet, qui princeps fuerit electus. Et sicut populus

pueros principes eorū. Et effœminâti dominabunt eis. Et corruet populus uir ad uirū unusquisq; ad proximū suū, tumultuabit puer cōtra senē & ignobilis cōtra nobilem. Apprehēdet em uir fratrē suū, domesticū patris sui. Vestimentū tibi est, princeps esto noster, ruina autē hæc sub manu tua. Et respōdebit in die illa dicēs: nō sum medicus, & in domo mea non est panis, neque uestimentū, nolite cōstituere me principē populi. Rūit em Hierusalem & Iuda cōcidit, quia lingua eorū & adinuentiones eorū cōtra dīm, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio uultus eorū respōdit eis, & peccatū suum quasi Sodoma prædicauerūt, nec absconderūt. Væ ānimæ eorum, quoniā reddita sunt eis mala. Dicite iusto, quoniā bene, quoniā fructū adinuentionū suarū comederunt. Væ impio in malum, retributio enim manuū eius fiet ei.

Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Populē meus qui beatū te dicūt, ipsi te decipiūt, & uiā gressuū tuorū dissipāt. Stāt ad iudicandum dns, & stat ad iudicandos populos. Dns ad iudiciū ueniet cum senibus populi sui, & cum principibus eius. Vōs enim depasti estis uineā meā, rapina pauperis in domo uestra. Quare atteritis populū meū, & facies pauperū cōmolitis. Et dixit dominūs, pro eo q̄ eleuatæ sunt filiæ Sion & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorū ibant & plaudebant & ambulabant, & pedibus suis cōpositō gradu incedebāt, Decaluābit dns uerticē filiarum Sion, & crinem earum nudabit, & pro ornamento erit

Populū meu, qui te beatū dicunt, ipsi te decipiūt, & uiā gressuū tuorū dissipāt. Stāt ad iudicandū dns, dns ad iudiciū ueniet. Igit̄ post ꝓpheta ipse dns qui ad iudiciū uenerat cū senibus populi sui & principibus eius, loquit̄ ad eos & corripit delinquētes: Quare depasciti uineam meā? de qua scriptū est: Vineam de Aegypto transtulisti. Et in hoc codē ꝓpheta, Vinea dñi sabaoth domus est Israel. Hanc uineam & in euangelio locauit dominus agricolis pessimis, qui missum ad se patrisfamiliās filiū interfecerūt. Rapina, ait, pauperis in domibus uestris. Pauperē uel simpliciter accipe qui indiget elemosyna, uel certē pauperē spiritu, de quo scriptum est: Beatus qui intelligit super egenū & pauperē. Et Paulus apostolus, tantū, inqt, ut pauperū memores essemus. Quodq; sequit: Quare atteritis populū meū, & facies pauperū cōmolitis, siue cōfunditis: manifeste ad principes dicitur Iudæorū. Sed & ad nostros principes referri potest: si atterant subiectam sibi plebē, & pauperes delinquentes publicē arguant atq; cōfundant, diuitibus aūt peiora peccantibus, ne nutū quidē facere audeant. Et rapina pauperū in domibus eorū est, quando replent thesauros suos: & ecclesiæ opibus aburūtur in delicias, publicasq; stipes quæ ad sustentationē pauperū datæ sunt, uel sibi reseruant uel propinquis distribuunt, & alienā inopiā, suas suorūq; faciunt esse diuitias. *e* ¶ Et *dixit dominus, etc.*] Supra & populū & principes, tam propheta quàm dominus corripuerat: Nunc ad mulieres, de quibus prius dixerat: Et mulieres dominatæ sunt eis, propheticus sermo conuertitur: ne se alienas arbitrentur à crimine, ob quarū delicias atq; luxuriā depasti sunt exactores uineā dñi, & rapina pauperis in domibus eorū est, & attriuerunt populū eius, & facies pauperū cōfuderūt. Quas quidam putant uerē fœminas Iudæorū, alij metaphoricē de urbibus Iudææ dici arbitrantur, quæ appellantur filiæ Sion, minores uidelicet ciuitates, uici & oppida. Vnde & in libro Iesu per singulas tribus ponuntur nomina ciuitatum: & postea describunt uillæ atq; castella, & filiæ nuncupantur. Alij secundum tropologiā, mulieres animas arbitrantur: quæ si extento collo ambulauerint & se erexerint in superbiā, & non utrilē duritiā, sed dissolutionē sectatæ fuerint fœminarū, corripiant à sermone ꝓphetico, & omnia perdant ornamenta uirtutū, quæ sub lunulis torquibusq; & monilibus atq; armillis, mitris & discriminalib. cæterisq; huiusce modi describuntur. Abutendū est hoc testimonio & aduersum ecclesiæ fœminas, quæ ambulant collo extento & nutibus loquūtur oculorū: & plaudūt tam manibus q̄ pedibus, & ut cōposito incedant gradu, non naturā sequunt ducem, sed histriones redimunt præceptores. *f* ¶ *Decaluabit dominus uerticem filiarum Sion, etc.*] Hoc & nobis accidet quorum peccata cælantur, cum impletum fuerit illud quod scriptū est, nihil occultū quod non reuelabitur.

A suum portabit. *a* ¶ *Populū meū exactores sui spoliauerunt & mulieres, etc.*] Pro mulieres: quas solus interpretatus est Symmachus: & Hebraicē dicitur נשים Aquila & Lxx. transtulerunt ἀπαιτοῦντας, qui significant exactores: Theodotio δανισταί: id est, fœneratores. Loquit autē sermo ꝓpheticus cōtra scribas & pharisæos: qui turpis lucri gratia: ut acciperent decimas & primitias, dei filiū negauerunt. Et non eos uocat magistros, scribas atque doctores, sed exactores qui quæstū putāt esse pietatē: Et deuorant, non iuxta apostolū domus tantū uiduarum, sed uniuersum populum: Accusansq; luxuriā eorū & turpem cōuersationem non solū exactores appellat: ut ab inuitis pecuniā uideantur exigere, sed mulieres: quia propter libidinem omnia faciant, & sint dediti uoluptatibus: Cauеamus ergo nos: ne exactores simus in populo, ne iuxta impiū Porphyriū matronæ & mulieres sint noster senatus: Quæ dominātur in ecclesiis & de sacerdotali gradu, fauor iudicat fœminarū. *c* ¶ *Populе meus qui beatū te dicūt, etc.*] Scribas & pharisæos exactores appellauerat non magistros: & supra illusores. Qui ꝓpter munera quæ excæcāt oculos etiā sapientū: non solū peccatores in populo non corripiebāt, sed pro diuitijs atq; cōpendijs efferebāt laudibus: B beatos uocātes, & colūnas domus dei, & cætera quæ solēt adulatores dicere. Ille est ergo doctor ecclesiasticus: qui lachrymas non risum mouet: qui corripit peccatores: qui nullū beatū, nullū dicit esse felicē: nec præuenit sententiā iudicis sui: dicēte scriptura sancta: Ne beatū dicas quenq̄ hominē ante mortē. Sed & in alio loco legimus. Qui bene dicit amico mane grandi uoce: à maledicēte nihil differt. Vnde spernētes hominum iudicia, nec laudibus eorū extollamur: nec obtrectationib. cōtristemur: sed ingrediamur rectā uiā, & tritas à sanctis ꝓphetis semitas: audiamusq; Hieremiā ꝓphetā dicentē: State in uijs & uidete, & interrogate semitas dñi sempiternas, quæ sit uia bona, & ambulate in ea. Quod si quando errauerimus, & quasi homines peruerso itinere perrexerimus: dñi per Ezechiel expectemus ꝓmissa dicētis: Dabo eis uiā alterā & cor aliud. Exactores autē peruerterūt atq; perturbauerūt uiā dñi: ut habētes claram scientiæ: nec ipsi intrarēt, nec populū intrare paterent: sed facerēt eos perdere uiā ueritatis, quæ loquitur in euāgelio: Ego sum uia, ueritas & uita. *c* ¶ *Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos, etc.*] Populus qui ꝓpter simplicitatē imperitiāq; deceptus est: adhuc uocatur populus dei, & propterea iudicatur ut saluetur. Nec sedet dominus in habitu iudicantis: ut in Daniele legimus: Throni positi sunt: & libri aperti sunt: sed stat ad iudicandū, & stat ut iudicet populos: uolens eos stare quorū uia fuerat dissipata. Contra principes autem & presbyteros populi sui uenit ad iudiciū, non ut iudicet, sed ut pariter iudicetur: dans eis locū defensionis si potuerint habere quod respondeant: iuxta illud quod in quinquagesimo psalmo dicitur, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū fueris iudicatus. In Michea quoq; ꝓpheta tale quid legimus: quod in suo loco interpretati sumus. Ergo cōtra pharisæos & ἀδυτερωτὰς præsens locus accipit. Inter senes autē & principes hoc

fuisse reor in ueteri populo, qđ nūc est inter presbyteros & episcopos. *d* ¶ *Vos enim depasti estis, etc. facies pauperū cōmolitis.*] Siue cōteritis, & ut Lxx. interpretati sunt, confunditis. Seruat cōsuetudinē prophetalē, ut mutet repente personas: supra enim ipse dns dixerat: Populе meus qui beatū te dicunt, ipsi te decipiūt, & postea ꝓpheta sub iecerat, Stat ad iudicandū dns, dns ad iudiciū ueniet. Igit̄ post ꝓphetā ipse dns qui ad iudiciū uenerat cū senibus populi sui & principibus eius, loquit̄ ad eos & corripit delinquētes: Quare depasciti uineam meā? de qua scriptū est: Vineam de Aegypto transtulisti. Et in hoc codē ꝓpheta, Vinea dñi sabaoth domus est Israel. Hanc uineam & in euangelio locauit dominus agricolis pessimis, qui missum ad se patrisfamiliās filiū interfecerūt. Rapina, ait, pauperis in domibus uestris. Pauperē uel simpliciter accipe qui indiget elemosyna, uel certē pauperē spiritu, de quo scriptum est: Beatus qui intelligit super egenū & pauperē. Et Paulus apostolus, tantū, inqt, ut pauperū memores essemus. Quodq; sequit: Quare atteritis populū meū, & facies pauperū cōmolitis, siue cōfunditis: manifeste ad principes dicitur Iudæorū. Sed & ad nostros principes referri potest: si atterant subiectam sibi plebē, & pauperes delinquentes publicē arguant atq; cōfundant, diuitibus aūt peiora peccantibus, ne nutū quidē facere audeant. Et rapina pauperū in domibus eorū est, quando replent thesauros suos: & ecclesiæ opibus aburūtur in delicias, publicasq; stipes quæ ad sustentationē pauperū datæ sunt, uel sibi reseruant uel propinquis distribuunt, & alienā inopiā, suas suorūq; faciunt esse diuitias. *e* ¶ *Et dixit dominus, etc.*] Supra & populū & principes, tam propheta quàm dominus corripuerat: Nunc ad mulieres, de quibus prius dixerat: Et mulieres dominatæ sunt eis, propheticus sermo conuertitur: ne se alienas arbitrentur à crimine, ob quarū delicias atq; luxuriā depasti sunt exactores uineā dñi, & rapina pauperis in domibus eorū est, & attriuerunt populū eius, & facies pauperū cōfuderūt. Quas quidam putant uerē fœminas Iudæorū, alij metaphoricē de urbibus Iudææ dici arbitrantur, quæ appellantur filiæ Sion, minores uidelicet ciuitates, uici & oppida. Vnde & in libro Iesu per singulas tribus ponuntur nomina ciuitatum: & postea describunt uillæ atq; castella, & filiæ nuncupantur. Alij secundum tropologiā, mulieres animas arbitrantur: quæ si extento collo ambulauerint & se erexerint in superbiā, & non utrilē duritiā, sed dissolutionē sectatæ fuerint fœminarū, corripiant à sermone ꝓphetico, & omnia perdant ornamenta uirtutū, quæ sub lunulis torquibusq; & monilibus atq; armillis, mitris & discriminalib. cæterisq; huiusce modi describuntur. Abutendū est hoc testimonio & aduersum ecclesiæ fœminas, quæ ambulant collo extento & nutibus loquūtur oculorū: & plaudūt tam manibus q̄ pedibus, & ut cōposito incedant gradu, non naturā sequunt ducem, sed histriones redimunt præceptores. *f* ¶ *Decaluabit dominus uerticem filiarum Sion, etc.*] Hoc & nobis accidet quorum peccata cælantur, cum impletum fuerit illud quod scriptū est, nihil occultū quod non reuelabitur.

A Quandiu enim ptegimur crine & ueste ignorātiæ: & homines nos putant sepulchra dealbata, q intus sumus pleni ossib. mortuorū: uidemur aliquid habere mūdiciæ. Cū aūt patuerit quod occultū est, auferet uniuersa cæsaries, & fœda caluicies omnibus apparebit. a ¶ *In die illa auferet dominus, etc.*] In qua die r Iudæi putāt captiuitatis Babyloniæ. Nos uerius esse cōuincimus, quādo à Romanis capti sunt: & omnia uestiū atq; gemmarū auriq; ac moniliū ornamenta, & diuersas supellectiles pdiderūt: Siue per metaphorā mulierū: omnis ornatus urbiū destructus esse narrat. Ornamenta urbiū, in plateis & porticibus, foro atq; gymnasiis & mœnibus publicis intellige: Quæ si referamus ad animarū statū, calciatos pedes eius qui carnes agni comesturus est & celebraturus pascha, legisse nos recordemur: & per solitudinē trāseuntiū nec uestimēta nec calciamēta cōsumpta. Quæ sunt ista calciamēta r illa de quibus Apls scribit ad Ephesios: Calciati pedes in præparatione Euāgelij pacis. Quæ calciamēta animę perdituræ sunt, quādo extēto collo ambulauerint & pedibus traxerint uestimēta, & p mūdicia matronali, terra uerrāt spurcitiam. b ¶ *Et lunulas & torques & monilia, etc.*] Describit monilia fœminarū, & p hæc insignia ciuitatū: Vel iuxta anagogen uariarū ornamēta uirtutū. Habēt mulieres in lunę similitudinē bullulas depēdentes: quas nos ad ecclesię ornamēta trāsferimus: quæ illuminat sole iusticiæ. Tor
B ques quoq; quæ ad pectus usq; pendentes: intelligētiā aē principalē mētis rationē in corde demōstrāt. Et monilia, quæ uno sermone omnia ornamēta significāt: Et
Gen. 24.d armillarū bona opera: quales Rebecca accepit in spōsa libus: Et mitras capitis ornamēta: & discriminalia: ut iudiciū habeat singulorū: Et perisselidas, quibus noster
Psal. 90.c gressus ornat: ut audiamus: Pes tuus non offendet: Et,
Ibid. 55.b Eruet pedes meos à lapsu: Et murenulas quæ auri atq; argēti texunt uirgulis, sensu uidelicet & sermonib. scri
2. Cor. 2.d pturarū: Et olfactoriola: Vt Christi bonos odor simus: Et inaures, ne audiamus iudiciū sanguinis, sed dñi uer
Luc. 8.b ba dicētis: Qui habet aures audiendi audiat: Et anulos quibus signamur ad dñi militiā: quē deus signauit pa
Ezech. 28.c ter. Vnde dicit ad principē Tyri: Tu es signaculū simili
Luc. 15 tudinis. Filius quoq; ,pdigus cū stola recipit anulū & calciamēta, & gēmas in fronte pendentes, quib. nostra ora decorant. De cuius capitis ornamēto, & in Psalmo
Psal. 132.a legimus: Sicut unguentū in capite, quod descendit in barbam Aaron. Quæ omnia licet Lxx. interpretes, Aquila & Symmachus ac Theodotio diuersis modis interpretētur, nos ut potuimus uel de Hebræo uel de ipsorum translatione texuimus: nec uolumus diutius in singulis immorari: ne friuola sit expositio, & prudenti lectori fastidiū faciat. c ¶ *Et mutatoria & pallia & linteamina, etc.*] Pro linteaminibus Lxx. τὰ ἱματοφύλακα λακωνικά, id est, perspicua laconica, interpretati sunt: uolētes tenuissimas significare uestes: quibus Lacedæmoniorū, qui fuerūt ad bella prōptissimi & austerioris uitæ, cor
Anagoge pora tegebantur: quanq; Laconica nec Hebraicum habeat nec ullus alius interpretū. Mutatoria aūt & pallia quæ significātius Symmachus trāstulit ἀναβόλαια, ornamēta sunt uestiū muliebriū: quibus humeri & pectora proteguntur. Mutatoria iuxta anagogen illa sunt de quibus dicitur: Ibunt de uirtute in uirtutem, & linteamina, ut loti in domino delicijs perfruamur: secūdum illud, qd in psalmis scriptū est: torrente uoluptatis tuæ C potabis eos. Hæc aūt omnia pdiderūt filiæ Sion: quia ambulauerūt extento collo, & oculorū nutibus superbiā gestierūt: putantes suæ esse potētiæ quod habebāt, & non dñi gratiæ. d ¶ *Et acus & specula, & sindones & uittas & theristra.*] Habēt acus mulieres, quib. ornatorū criniū compago retinetur, ne laxius fluant, & in spar sos dissipētur capillos. Habēt & specula quibus cōsiderāt uultū suū, & si quid deesse uiderint addunt ornatui. Habēt sindones quæ uocant amictoria, & uittas quib. Pulcrines ligant quas appellāt ταινίας. Habent & theristra, quę nos palliola possumus appellare: quibus obuoluta est & Rebecca. Et hodie quoq; Arabiæ & Mesopotamiæ operiuntur fœminæ, quæ Hebraicè dicuntur רְדִידִים Græcè θέριστρα: ab eo quod in θέρος, hoc est in æstate & caumate corpora protegant fœminarū. Filiæ ergo Sion propter superbiā suā perdiderunt acus: quibus omniū præceptorū regula stringebatur. Perdiderunt specula, quæ obtulerūt in Exodo manentes in foribus tabernaculi mulieres ad luterē dñi fabricandum, de quibus & apls Paulus loquebatur: Videmus 1. Cor. 13.
aūt nunc per speculū in ænigmate. Amiserūt sindones & uittas: quib. operiebāt humeros: & fluentē huc atq; illuc animū constringebant, & theristra, quo tutissimo in æstibus tegebant umbraculo. Hæc dicimus ne omnino tropologiam huius loci fugere uideamur. Cæterum laboris est maximi in singulis immorari, & latam D
expositionem quærere. e ¶ *Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus.*] Fœtere peccata pœnitens loquitur: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Zona accingi lumbos, Apostolus præcepit, dicens: State accincti lumbos uestros in ueritate, Et de peccatore legimus: Funibus peccatorū suorū unusquisq; cōstringitur. Igitur pro bono odore uirtutū: filiæ Sion habebunt putredinē peccatorū, Et pro cingulo ueritatis, mendacij funiculis ligabūtur: quos habuerunt super capita, qui cum pannis & sordibus uitam à rege Syriæ precabant. f ¶ *Et pro crispanti crine caluitiū.*] Pro continuis, longis & ascendentibus orationibus: quæ per crines significantur: habuerunt caluitiū, mentem undiq; obstrusam & ad tacendū ab orationibus firmatam. g ¶ *Et pro fascia pectorali cilicium.*] Pro fascia pectorali, quam interpretatus est Symmachus, Lxx. tunicam μιτοπροφύραν, id est, clauatam purpurā transtulerunt: quod Aquila cingulum exultationis expressit. Theodotio ipsum uerbū Hebraicum פְּתִיגִיל posuit, quod genus ornamēti muliebris est. Fascia pectus tegit, & eum posidet locum in fœminis quem rationale in pontificib. De hac fascia pectorali & Hieremias mystico sermone dicebat: Si obliuiscī potest sponsa ornatus sui: aut uirgo fasciæ pectoralis suæ, & ego obliuiscar Hiere. 2.f
tui: dicit dominus. Virgo, qualem exhibere nos cupit 2. Cor. 11.
Apostolus Christo: quandiu non corrumpitur in Aegypto: nec franguntur mamillæ eius, quæ pectorali fascia colligatæ sunt, iungitur sponso: & cū quotidie uirtutum filios generet, nequaq; uirgo esse desistit. Quòd si aliquando diuaricauerit pedes omni transeunti, & secuta fuerit amatores suos, & iuxta Osee uaticinium: Osee 2.b
sepserit dominus uias eius, & intercluserit semitas eius, reuertetur ad uirum suum priorē, & audiet, Exue te uestimentis luctus & induere uestibus gloriæ tuæ.

¶ Pul-

A d ¶ *Pulcherrimi quoq; uiri tui gladio cadent, etc.*] Pro pulcherrimis uiris: Lxx. interpretati sunt, νὶ ὑός σε κάλλιστος ὦν ἠγάπησας μαχαίρᾳ πεσεῖται. i. & filius tuus pulcherrimus quē diligis gladio cadet. Quod si de animæ statu intelligimus, quæ post uirtutes peccauerit: pulcherrimū filiū eius, bona accipiamus opera quæ hostili gladio cōciderūt: & fortes quoscp perisse in prælio: qa iusticia tu sit non liberabit eum in quacūq; die aberrauerit. Sin aūt sequamur historiam: ex his sermonibus docebimur, non de mulieribus prophetæ esse sermonē, quarū uiri in prælio corruerūt: sed de urbibus Iudææ, quas filias Sion appellauit: & quarū bellatores ceciderunt in certamine. Deniq; de eadē Sion sequēs uersiculus loquit. b ¶ *Et mœrebūt atq; lugebūt portæ eius. etc.*] Quod usq; hodie oculis cernimus. Facilis secundum tropologiā interpretatio est: quòd quicūq; locū dederit diabolo, & non omni custodia seruauerit cor suum, lugeant portæ eius: & absente sponso semper in luctu sit, ac de excelsis corruens, in terræ puluere sedeat. CAP. IIII

B ET *apprehendent septē mulieres uirū unū, etc.*] Cum pulcherrimi urbis Hierusalē gladio ceciderint & fortes perierint in prælio: & mœruerint, luxerintq; portæ eius, & ipsa fuerit desolata ob nimiā hominū raritatē interfectis bellatoribus: Septē mulieres apprehēdēt unū uirū, cuptentes habere semē in Sion, & domesticos in Hierusalē: cibū & uestimentū se habere dicentes: tantū ne absq; marito esse uideant: & subiacere illi
Deut. 7.c maledicto, quod scriptū est: Maledicta sterilis quæ non
Zach. 8.d facit semē in Israel. Zacharias quoq; huic cōgruit sensui, In diebus illis apprehēdent decē homines ex omnibus linguis gentiū fimbriā uiri Iudæi dicētes: Ibimus uobiscū: audiuimus enī qm deus uobiscū est. Septenarius & denarius numerus propter sabbatū & decē pręcepta legis, Iudæis familiaris est, & ideo hoc frequēter abuntur: licet iuxta Hebræi sermonis ambiguitatē, qui uerbū שֶׁבַע nūc septē, nūc plures, nūc iuramentū interpretant: possit in hoc non septē significare, sed plures: Hoc secūdū literā. Cæterū in aduētu dñi saluatoris: septē mulieres, id est septē gratiæ spiritus sancti, de quibus in cōsequētibus idē ,ppheta dicturus est: Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius cōscendet, & requiescet super eū spiritus dñi, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis, & implebit eum spiritus timoris dñi: Apprehendent Iesum quē multo tēpore desiderauerāt: quia nullum aliū portuerāt inuenire, in quo æterna statione requiescerent. Vnde & Ioannes baptista refert in euangelio: Et qui misit me, ipse mihi dixit: Super quē uideris
Zach. 3.c spiritū sanctū descendentē & manentē in eo, ipse est. Zacharia quoq; legimus: super lapidē unū septē oculos, & in uno aureo candelabro septem lucernas, & septem suffusoria ac duas oliuas ex utraq; parte lampadis, firma radice fundatas. Quòd aūt gratia sancti spiritus cūcta possideat, expositione non indiget: Sed quia in hominibus semper patiebatur opprobrium, nullo

uiuente, ut spiritus sancti dona poscebāt: propterea Iesu nomē sibi cupiūt inuocari, ut quod in lege imperfe- C
ctū erat in euāgelio cōpleat. d ¶ *In die illa erit germen domini, etc.*] Cū filiæ Sion propter superbiā omnē ornatū perdiderint: & mœruerint luxerintq; portæ eius, & ipsa desolata cōciderit: oēsq; bellatores eius perierint in prælio in tantū ut multæ mulieres unū uirū habere uix possint: Tūc orietur germen nominis Christiani, & terra dabit fructū suū, & exultatio erit his q de Israel saluati fuerint: de quibus & supra dictū est: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semē, quasi Sodoma essemus & similes Gomorræ fuissemus. Et nota cp nō omnis Israel saluetur: sed reliquiæ populi Sion & residuus in Hierusalem: omnis qui scriptus est in uita in Hierusalē. Cūm abluerit dominus sordes filiarū Sion, & sanguinē Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu combustionis. Et creauit dñs super omnē locū mōtis Sion, et ubi inuocatus est, nubē per diē & fumū & splēdorē ignis flam
Tropol. mas est in uita in Hierusalē, quibus & dñs loquebat: Gaudete qm̄ nomina uestra scripta sunt in cœlis: Signi- Luc. 10.g
ficat aūt apostolos, & eos qui p apostolos crediderunt. e ¶ *Cum abluerit dominus, etc.*] Tūc saluabunt reliquiæ de Israel, quādo in baptismate saluatoris eis fuerint peccata dimissa, & ille sanguis ablutus quē super se errās populus imprecatus est: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Vnde supra legimus: Cū extēderitis manus, nō exaudiā uos: manus enī uestræ sanguine plenę sunt. Et postea eos ad pœnitentiā ,puocās infert: Lauamini mūdi estote. Et nota cp sordes filiarū Sion lauerit spiritu iudicij: sanguinē aūt Hierusalē, spiritu cōbustionis: Quod enī leue est, lauatur: quod grauius, exurit. De quo iudicij spiritu, & spiritu cōbustionis, Ioannes baptista in euangelio loquebatur: Ego baptizo uos in aqua, qui aūt post me uenit, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne. Ex quo discimus, cp homo tantū aquam tribuat, deus aūt spiritū sanctū: quo sordes abluuntur & sanguinis peccata purgantur. f ¶ *Et creauit dominus super omnē, etc.*] In Christo enim noua creatura est: de qua alibi legimus: Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua, pro quo Lxx. transtulerunt: Et uenit, & erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius sunt: ,preget nubes per diē, & lumē ignis flāmantis in nocte. Quis aūt uenier nisi ille, de quo scriptū est: Veniet ex Sion qui liberet. Et de quo alius pro Rom. 11.d
pheta cōmemorat: Adhuc paululū modicū, qui uenturus est ueniet & nō tardabit. Cū ille uenerit, reddet po Heb. 10.g
pulo felicitas pristina: quā aliquando habuere in eremo: præcedēte dño eos p diē in columna nubis, & per nocte in colūna ignis: ut nec in ,speris, nec in aduersis aliquādo turbētur. Quod & in psalmo dicitur: Per diē sol non urebte, neq; luna per nocte. Fumus aūt in hoc loco nō errorē & ignorantiā, sed gloriā significat iuxta illud quod in hoc eodē ,ppheta secundū quorundam opinionem lecturi sumus: Et domus impleta est fumo. Et in Ioel de gratia spiritus sancti, quæ descendit super apostolos dicitur: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt. Et: Dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem & uaporem fumi. Idipsum significare puto & Psal. 143.b
illud in psalmis: Qui tangit montes & fumigabunt.

¶ Super

A a ¶ *Super omnẽ autẽ gloriam protectio, Et tabernaculũ erit, etc.*] Hunc locũ Iudæi ad antichristũ referunt: quẽ per turbinẽ & tempestatẽ significari existimãt: quãdo eos dñs à potẽtissimo aduersario defensurus sit: Nos aũt omnia referamus ad primũ aduentũ Christi, de quo & in psalmis legimus: Protexit me in abscondito tabernaculi sui: in petra exaltauit me: Sup Psal. 26.b quã fundata ecclesia nulla tẽpestate cõcuti tur: nullo turbine uẽtisq; subuertit. Plurimi Iudæorũ & hæc & uniuersa, quibus ista sociata sunt: super Babylonia captiuitate & reditu in Hierusalem sub Zorobabel & Esdra & Neemia intelligunt. CAP. V.

Cãtabo dilecto meo cãticũ, etc.] Cantat ꝓpheta carmen lamentabile populo Israel: quod cõposuit ille de quo scriptũ est in euangelio: Cũ aũt uidisset eam haud Luc. 19.f dubiũ quin Hierusalẽ, ꝛicut super eã & dixit: Si scires & tu quæ ad pacẽ sunt tibi: qm̃ uenient dies super te, & circũdabũt tibi inimici tui munitiones: & uallabũt te, & prosternẽt te, & filios tuos. Et rursum: Quoties uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos sub Matt. 23.c alas suas, & noluisti: Ecce dimittet uobis domus uestra deserta: cui simile est hoc quod nũc in isto carmine dicitur: Dimittã uineã meã. Quòd autẽ Christus dicatur B dilectus atq; charissimus: quem Aquila interpretatus est πατράδελφον, id est patruũ uel patruelẽ, quadragesimiquarti psalmi nos inscriptio docet: Canticũ pro dilecto. Et uox dei patris in euãgelio: Hic est filius meus dilectus in quo bene mihi cõplacui. Et in sexagesimoseptimo psalmo legimus, Dñs dabit uerbũ euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutũ dilectꝛ, Hic ergo dilectus carmẽ lugubre fecit uineæ suæ: quod ego cantabo dilecto atq; miserabili populo meo. Vel certe ita intelligẽdũ: Cãtabo omnipotẽti deo patri canticũ Christi qui est patruelis meus: hoc est, ex eadẽ mecũ gẽte generatus. Quòd aũt uinea dei appellet populus Israel, & in fine huius cãtici legimus: Vinea dñi exercituũ, domus est Israel, & uir Iuda germẽ laudabile eius. Et in septuagesimonono psalmo: Vineã de Aegypto trãstulisti, eiecisti gẽtes & plãtasti eam. In euãgelio quoq; penè eisdẽ uerbis quibus ꝓpheta nũc loquit, dñs texit parabolã, Homo quidã erat paterfamilias, qui plantauit uineã, & maceriã illi circũdedit, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & cætera. Et Hiere. 2.d in Hieremia legimus, Ego plantaui te uineã fructiferã, totã uerã, quõ cõuersa es in amaritudinẽ uineę alienę? Itaq; Hierusalẽ, ut diximus, plangit, & sermone ꝓphetico illius ruina cantat. Porrò ecclesiæ & populo quondam gentiũ, aliud carmẽ est editũ: de quo in psalmis legimus: Cantate dño omnis terra, annunciate diem ex die salutare eius: Annunciate in gentibus gloriã illius: in omnibus populis mirabilia eius. Et rursum, Cantate domino canticũ nouũ: quia mirabilia fecit: Ostendit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. *c* ¶ *Vinea facta est dilecto meo, etc.*] Hoc iuxta Hebraicum Theodotio & Aquila trãstulerunt: Symmachus autem more suo manifestius: Vinea facta est dilecto meo, in cornu in medio oliuarum. Porrò Lxx. sensum magis quàm uerbũ interpretati sunt:

flãmantis in nocte. Supẽr omnẽ autem gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculũ diei ab æstu, & in securitatem & in absconsionem à turbine & à pluuia.

CAPVT V

CAntabõ nunc dilecto meo canticũ patruelis mei, uineæ suæ. Vineã facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepsit eã̃, & lapides elegit ex illa, & plantauit uineam Sorec, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Et expectaũi ut faceret uuas & fecit labrusca. Nũc ergo habitator Hierusalem & uiri Iuda iudicate inter me & uineam meam, quid est quod ultra debui facere uineæ meæ & non feci ei? An quod expectaui ut faceret uuas & fecit labruscas? Et Vinea facta est dilecto meo in cornu, in loco pingui in ue uberi. πίων enim utrũq; significat. Et reuera nihil terra repromisisiõis pinguius: si non montana quęq; atq; deserta, sed omnẽ illius latitudinẽ cõsideres, à riuo Aegypti usq; ad flumẽ magnũ Euphratẽ cõtra orientẽ. Et ad septentrionalẽ plagã usq; ad Taurũ mõtẽ & Zephiriũ Ciliciæ quod mari imminet. Cornu aũt regnũ significare & potẽtiã sæpe legimus: ut ẽ illud in euangelio: Suscitauit cornu saluris nostræ in domo Dauid pueri sui. Et: In te inimicos nostros cornu uẽtilabimus. Et in Zacharia quatuor cornua, quatuor potentissima regna demonstrant. Hebraï hũc locũ ita edisserũt: Vinea Christo plãtata est in cornu, id est in forti loco atq; sublimi, q appellat filius olei: uel q indigeat dei misericordia, & eius sustẽtet auxilio: uel q cunctis gẽtibus clarũ dei noticiæ lumẽ præbuerit. *d* ¶ *Et sepsit eã, & lapides elegit ex illa, etc.*] Per metaphorã ut prius diximus uineæ, describit populũ Iudæorũ: quẽ sepsit angelorũ auxilio. Et lapides elegit ex ea, uel idola, uel omnia quæ dei cultũ poterant impedire. Et plãtauit eam uineã sorec: quã solus Symmachus electã interpretatus est: non uerbũ ẽ uerbo, ut mihi uidetur exprimẽs, sed sensum qui tenetur in uerbo. Aiũt enim Hebræi Sorec genus esse uitis optimæ: quod ubeD res fructus faciat atq; perpetuos. Deniq; sorec à qbusdam ἀλλαχόθι interpretatꝰ: quod nos in pulcherrimos fructus uertere possumus. Aedificauit quoq; turrim in medio eius: templũ uidelicet in media ciuitate: Et torcular extruxit in ea: quod quidã altare significari putant. Sicut eñ ad torcular oẽs uuæ cõportant atq; calcant, ut ex eis exprimat uinũ: sic altare omnis populi suscipit fructus, & immolatas hostias deuorat: iuxta illud quod de Beniamin in cuius tribu templũ fuit & altare, legimus: Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad uesperã dabit escã. Cuncta quæ dicũtur de uinea, possunt & ad animæ humanæ referri statũ: quæ à deo plãtata in bonũ, non uuas attulerit, sed labruscas: & postea sit tradita bestijs cõculcanda: nec diuinũ imbrẽ susceperit doctrinarũ: quia præterita dona cõtempserit. *e* ¶ *Et expectaui ut faceret uuas & fecit labruscas.*] Pro labruscis, quas nos uertimus: in Hebræo scriptum est בְּאֻשִׁים quod Aquila interpretatus est, σαπρίας, id est fructus pessimos. Symmachus ἀτελῆ, hoc est imperfectos: Lxx. & Theodotio ἀκάνθας, id est spinas, quibus Iudæi dñm coronauerũt. Illo eñ expectante ut uindemiæ tempore deferrẽt uuas ad torcularia: ꝓ quibus octauus & octogesimus & octogesimus tertius psalmus habẽt titulos: isti se curis & uitijs seculi demergentes, quæ in euãgelio spinæ interpretant, blasphemiarũ stimulos obtulerũt. Puto aũt melius esse, Busim labruscas cꝫ spinas intelligi: ut cœptæ trãslationis similitudo seruet. Vnde & saluator dicit in euãgelio, Nũquid colligũt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? *f* ¶ *Nũc ergo habitator Hierusalẽ, &c.*] Feci, inquit, uniuersa quæ debui, plãtaui uineã in loco uberrimo: circũdedi maceriã, elegi lapides, & flagella eius hastilibus calamisq; subrexi. Vitis quoq; ipsa nõ fuit una de plurib. sed electa & ἀλλαχόθι. Aedificaui firmissimã turrim, in qua fruges recon-

A recõderem, & de qua insidiantes frugibus bestias cõtemplarer: Extruxi torcular, ut in eodẽ potissimũ loco premerent uuæ & uinũ funderẽt. Quia hæc igitur feci, quæ facere debui: respõdeant mihi habitatores Hierusalẽ & Iudæi: imò iudicẽt inter me & uineã meã, qd est quod facere debui & nõ fecerim. Et illis tacentibus, sibi ipse respondet: Nisi forte in hoc errauí: q̃ pro labore meo expectaui, ut faceret uuas nõ labruscas: quas inculta ac deserta uinea afferre cõsueuit. Tale quid 2. Reg. 12.a & Nathan propheta ad Dauid missus loquitur: & interrogat eum per parabolã, ut dum de alio iudicat, de se ꝓnat sententiã. Ergo & hic populus interrogatur quasi de uinea: ut contra se ipse respondeat. Hũc locũ in euãgelio plenius saluator exequitur, & quod hic prætermissum est, scribas & pharisæos interrogat. In Esaia enim nihil dictũ est de agricolis, nec quę passuri sint indicatur: sed tantũ de uinea sermo est: ibi autẽ quasi alia sit uinea & alij agricolæ, sic de populo loquitur & magistris, ut malos male perdat, & uineã alijs agricolis locet: significãs apostolos, & eos qui apostolis successuri sunt. Nec uerò ταυτολογίαν est, ut plerique existimãt, in eo quod ait: An quod expectaui, ut faceret uuas, & fecit labruscas? Supra eñ apud se tacitus loquit: hic aũt quod cogitauerat alios interrogat. *a* ¶ *Et nũc ostendã uobis, etc.*] Prouocaui, inquit, uos supra ô habitatores Hierusalẽ & uiB ri tribus Iudæ, ut iudicaretis inter me & uineã meã, & interrogaui, ut diceretis quid debuerim facere quod non fecerim: Et quia iuxta euãgelicã parabolã nõ uultis respõdere quod scisciter: ego mihi respondebo ipse pro uobis, indicans quid facturus sim: Qm̃ fecí uineæ meæ cũcta quæ debui, & pro uuis attulit labruscas, auferã uniuersa quæ dederã. Tollam angelorũ auxilia: de Psal. 33.b quibus in psalmis scriptũ est: Circũdat angelus dñi in circuitu timentiũ eũ, & liberabit eos, & diripiet ab aduersarijs: Destruã muros & inimicis gẽtib. subiacebit: eritq; deserta & nõ putabit in æternũ, nec fodiet: ut redeat gratia uineæ, de Hierusalẽ atq; Iudææ dicũtur solitudine: quod pleriq; Iudæorũ putãt sub Babylonis accidisse captiuitate: quod & nos ex parte factũ negare nõ possumus. Sed quia sequit: Et nubib. mãdabo ne pluãt super eam imbrẽ: hoc in illa captiuitate intelligi nõ potest. Siquidẽ & Hieremias capta iam urbe, ꝓpheravit in populo, & Ezechiel: Daniel quoq; & tres pueri uel prophetasse uel mirabilia signa etiam in captiuitate fecisse narrantur, Et postea Aggeus & Zacharias futura dixerũt in cõsolationẽ populi seruiẽtis. Tollitur aũt dei auxilijs ab his qui indigni sunt, ut quia non senserũt deũ per beneficia, sentiãt per supplicia. Vel ideo truculenta quædã & aspera cõminat: ut cõuersi ad pœnitẽtiã imminẽtia tormẽta deuitẽt. Verbũ Hebraicũ שִׁית oẽs uoce simili spinas interpretati sunt. Si ergo Saith in præsenti loco spinæ dicunt iuxta Aquilã & Theodotionẽ & Lxx. respõdeãt quõ supra Busim non labruscas, sed spinas transtulerũt. *b* ¶ *Et nubibus mandabo, etc.*] Istæ sunt nubes quas eduxit dñs ab extremo terræ: de quibus & in psalterio legimus: Veritas tua usq; ad nubes. Hæ 3. Reg. 18 nubes, quoniã sub Helia omnes idololatræ erãt: tribus annis & sex mensibus super terrã Israel non pluerunt. Quod quidẽ non solũ de prophetis, sed de apostolis possumus intelligere, quod post passionem domini,

Et nũnc ostendam uobis quid ego faciam uineæ meæ, Auferam sepem eius & erit in direptionem, diruam maceriam eius & erit in conculcationẽ, & ponam eam desertã, nõ putabitur, & non fodiet, & ascẽdent super eam uepres & spinæ. Et nubibus mandabo ne pluãt super eã imbrem. Vinea autem dñi exercituũ domus Israel est, & uiri Iuda germen delectabile eius, & expectaũi ut faceret iudiciũ, & ecce iniquitas, & iusticiam, & ecce clamor. Væ

nec prophetas, nec apostolos habuerũt Iudæi, ne pro C uuis afferrẽt spinas, sed ꝓ sterilitate & ariditate sua pre carent eũ qui potest imbres præbere uirtutũ. Vnde & in Leuitico loquitur ad eos: Ponã cœlũ uobis ferreũ & Leuit. 26.d terrã æneã. Et in Deuteronomio, Erit cœlũ super caput Deut. 28.b tuũ æneũ, & terra subter te ferrea. Et rursũ: Dabit dñs pluuiã terræ tuæ, Et, Cinis de cœlo descendet super te donec eradicet te, & deleat: quia terra quæ frequẽter super se uenientẽ suscipit pluuiã & non facit segetem, sed spinas & tribulos reproba est & maledictioni proxima: cuius finis cõbustio est. *c* ¶ *Vinea autẽ domini exercituũ domus Israel est, & uiri Iuda germen delectabile eius.*] Id est dei. Siue ut Lxx. transtulerunt, νιόφυτον ἠγαπημένον, id est nouella plãtatio dilectissima. Israel & Iudas, hoc inter se differũt: ꝙ omnis populus prius appellabatur Israel, & postea regnãte Dauid super tribũ Iudã, & Roboã filio Salomonis super duas tribus Iudã & Beniamin: hi qui erant in Samaria: hoc est, decẽ tribus, uocabantur Israel, & quibus regnant de genere Dauid, appellabantur Iuda. Et quoniã ab Israel uituli colebãtur in Dan & in Bethel: propterea ab Assyrijs primum est capta Samaria, & multo post tẽpore Iudas à Chaldæis ductus est in Babylonẽ: quia minora peccauerant. Vnde & in Ezechiele ad utriusq; populi peccata purgan- Ezech. 4 da, Israel in sinistro latere ponuntur: iuxta Septuaginta, dies centũ nonaginta: siue ut uerius in Hebraico cõtinetur, dies trecenti nonaginta, Iudæ aũt quadraginta D dies. Hoc dico ut cõparatione Israel, id est decẽ tribuũ, amabilẽ atq; dilectũ ostendã Iudã, in quo erant sacerdotes & leuitæ, & dei religio uersabatur eo tẽpore quo propheta Esaias loquebatur ad populũ. Et pulchrè Israel, hoc est totus populus, domus est, Iudas autẽ qui separatis tribubus postea pullulauit, nouellum dicitur delectabile. Sed & hoc notandũ, quod iuxta consuetudinẽ prophetalẽ, quæ prius per metaphorã dicta sunt, uel per parabolam: postea exponuntur manifestius: ꝙ uinea & nouella plantatio Israel & Iudas sit. *d* ¶ *Et expectaui ut faceret iudiciũ, & ecce iniquitas: & iusticiam, & ecce clamor.*] Siue ut Lxx. transtulerunt: Expectaui ut faceret iudiciũ, & fecit iniquitatẽ, & non iusticiã, sed clamorem. Volumus Latinis insinuare auribus quod ab Hebræis didicimus: Iudiciũ apud eos appellatur מִשְׁפָּט, iniquitas siue diſsipatio, ut interpretatus est Aquila מִשְׁפָּח Rursum iusticia dicitur צְדָקָה clamor autẽ apdelatur צְעָקָה Vna itaq; uel addita litera uel mutata, sic uerborum similitudinẽ temperauit, ut pro מִשְׁפָּט diceret מִשְׁפָּח & pro צְדָקָה poneret צְעָקָה & elegantem structuram sonumq; uerborum, iuxta Hebræam linguam redderet. Expectauit autem deus ut populus Iudæorum faceret iudicium, id est, uuas, & fecit iniquitatem, id est labruscas, & expectauit iusticiam, ut largitorem tantorum munerum à patre missum susciperet, & fecit clamorem quo uociferatus est contra dominum, & clamauit, dicens: Tolle, tolle, crucifige talem. Vnde & Paulus apostolus scribit, Omnis ira & clamor, & blasphemia auferatur à uobis cum omni malicia. Vel certe quoniam iusti sanguinem fuderant, & sanguis dominicæ passionis clamabat ad dominum, propterea clamorem pro iustitia reddiderunt: iuxta illud quod in Genesi legimus, Vox sanguinis Abel fratris tui clamat ad me.

¶ Væ

A d ¶ *Væ qui cõiungitis etc,usq; ad terminũ loci.*] Pro eo quod nos diximus,usq; ad terminũ loci,Lxx.transtulerunt, ἵνα τὸ πλησίον ἀφέλωνται, id est, ut auferãt aliquid proximo : Symmachus & Theodotio: donec deficiat, uel non sit locus:ut deficiente terra nequaq; saturetur auaritia, Quod quidem & generaliter ad uersum omnes quib. nihil satis est, dictum puto:Et specialiter cõtra uineã dñi quæ ꝓ uuis fecit labruscas, id est, pro iudicio iniquitatẽ, & pro iusticia clamorẽ. Quæ est enim rabies cũ tecta & agri ad depellẽdos imbres, & ad ferẽdas fruges haberi debeant, ea habere cupere, in quibus cunctis habitare non possis,& quæ colere non sufficias:alteriusq; necessitatẽ tuã facere uoluptatẽ? Iuxta Tropologiã cõtra hæreticos, quidã hoc dictũ arbitrant, Qui cũ mouerint pedes suos de oriente, ueniunt in campum סנער sennaar: qui interpretatur excussio dentiũ, Et ædificãt ciuitatẽ confusionis turrimq; superbiæ,& audiunt sub uerbis alijs.Audite hæc duces domus Iacob, & residui domus Israel, qui abominamini iudiciũ & omnia recta peruertitis, qui ædificatis, Sion in sanguinibus, & Hierusalẽ in iniquitate. Iti domos dominus,id est,dogmata cõiungũt dogmatib. quibus dicit per Michæã, Nolite ędificare in domo derisum,ne super fundamentũ Christi,quod apls Paulus posuit,& in quo debuerãt ædificare aurũ,argẽtũ, lapides preciosos, ecõtrario ædificẽt ligna, fœnũ, stipulã, quorũ finis incendiũ est. De huiusce modi domibus saluator in euãgelio loquitur,omnis qui audierit uerba mea & non fecerit ea,assimilabitur uiro stulto, qui ædificauit domũ suã super arenã:Descẽdit pluuia,uenerunt flumina,flauerũt uenti,& impegerũt in domũ illã,& cecidit, & fuit ruina domus illius magna. Tamdiu aũt quærunt hæretici noua ueteribus iungere, & eadẽ recẽtioribus immutare, donec & sensus humanus & sermo deficiãt. b ¶ *In auribus meis sunt,etc.*] Pro eo quod nos iuxta Hebraicũ uertimus,in aurib.meis sunt hæc dñi exercituũ,id est, uerba quæ locutus est dñs adhuc resonãt in auribus meis: Lxx. trãstulerũt ἀκοὴ γὰρ εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ ταῦτα, id est,Audita sunt hæc in auribus dñi sabaoth: Nõ ꝓ ꝓphęta uerba dñi audierit,sed in aurib. dñi audita sunt quæ propheta dicturus est,cũ consequẽtius sit intelligere audisse ꝓphętã,quæ dñs sit locutus.Dñs aũt locutus est,ꝙ post captiuitatẽ,domus magnę atq; pulcherrimæ desertæ futuræ sint non habẽtes habitatorẽ. c ¶ *Decẽ enim iugera uineæ fient lagunculã unã,etc.*] Pro κεραμίῳ, id est,laguncula, quam soli Lxx. transtulerũt, omnes alij batum interpretati sunt, quod Hebraice dicitur בַּת Et pro triginta modijs quos nos pro coro posuimus:qui Hebraice dicitur חֹמֶר Lxx. uerterunt ἀρτάβας ιξ, quæ mensura Aegyptiaca est,& facit modios uiginti. In sterilitate ergo nimia quæ sequit captiuitatẽ:decẽ iugera uinearũ facient batũ,id est, tres amphoras, & triginta modij seminis, id est, corus, faciet ephi,quod Lxx. μετρητρίαι, id est,tres mensuras interpretati sunt,id est tres modios. Batus aũt in liquidis speciebus dicitur,& ephi, siue epha eiusdẽ mensuræ in aridis,Sicut in Ezechiel iuxta Hebraicũ legimus,Ephi iustũ, & batus iustus erit uobis, ephi & batus æqualia & unius mensuræ erunt, ut capiat decimã partem cori batus,& decimã partẽ cori ephi,Iuxta mensurã cori erit æqua libratio eorũ.Quærimus iuxta Anagogẽ:quõ hæreticorũ domus grandes & pulchræ sint, quæ cũ iudicij tẽpus aduenerit nullũ habitatorẽ habeãt. Omnis enim pompa structuraq; uerborũ & argumẽta dialectica redigent ad nihilũ. Et quia iuxta apostolũ Paulũ, Nõ solũ dei ædificatio sumus, sed & agricultura, quam imitãtes hæretici suffodiunt & eradicant ab Hieremia, idcirco ubi decem iugera uinearũ, siue decẽ iugaboũ operãtur, faciet batũ unũ, & triginta modij sementis faciẽt ephi, ut de denario numero q in scripturis sanctis mysticus atq; ꝑfectus est, & de tricenario, in quo ꝓphętauit Ezechiel,& dñs baptizatus est,rediguntad ephi,qui ad cõparationẽ multiplicis numeri,unioe cõstringit. Quod aũt ædificatio & agricultura referatur ad intelligẽtiam spiritalẽ:etiã alio loco Paulus apostolus docet : Fundatos & radicatos in charitate credentes esse contestans. Vnde & Ecclesiastes : Non solũ sibi ædificauit domos: sed plantauit uineas & fecit hortos & pomaria, & insituit omnes arbores pomiferas, extruxitq; piscinas ut irrigaret saltũ. Porrò hæretici imaginẽ tantũ habentes umbramq; uirtutũ & non ipsam ueritatẽ, absq; fructu operũ,uerborũ folia pollicent.De quorum arboribus dicit dñs:Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis,eradicabitur. De uinea enim Sodomorũ uinea eorũ,& propago eorũ de Gomorra:Vua eorum uua fellis,& botrus amaritudinis eis:furor draconum uinũ eorũ,& furor aspidũ insanabilis. d ¶ *Væ qui cõsurgitis mane ad ebrietatẽ,etc.*] Pro ebrietate quam Aquila est interpretatus & Symmachus,Lxx.ipsum Hebraicum posuerunt שֵׁכָר, quod omnẽ significat potionẽ, quæ inebriare potest & statum mentis euertere.Arguit aũt iuxta cõsequentiã cœptæ explanationis agricolas uineæ qui imminente sterilitate & uicino incẽdio quo uepres & spinæ sunt cõburendæ luxuriæ se & uoluptatibus tradiderũt,non solũ in uescendo & bibendo,sed in auriũ quoq; oblectatiõe : & in diuersis musicæ artis generibus.Qui cũ ista faciunt,opus dñi non respiciũt: nec cõsiderant quæ uentura sint. Abutamur hoc testimonio aduersum principes ecclesiæ: qui de mane consurgunt ad sectandam sicerã & bibendũ usq; ad uesperam de quibus in alio loco dicit : Væ tibi ciuitas cuius rex iuuenis est, & principes tui mane comedunt. Qui delicijs occupati, ex creaturis non intelligunt creatorẽ:nec cõsiderant opera manuũ eius : de quibus legimus : Verbo dñi cœli firmati sunt : & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ.Potest iuxta altiorẽ intelligentiam, omnis animæ perturbatio ebrietas appellari:quæ concipitur de uino furoris draconũ, & de ueneno aspidũ insanabili:quod nonnulli bibũt ab adolescẽtia usq; ad senectutẽ:hoc est,de mane usq; ad uesperam. Alij uerò hora tertia,sexta, uel nona & undecima suscitant de cõuiuio,& dicit ad eos: Expergiscimini q ebrij estis à uino. Sup hoc uinũ & sup humiscemodi uuas, ac uineas pluit dñs sulphur & ignẽ,& quicũq; ex earũ uino bibe rit,æstuat atq; cõburitur à dño. Requirit citharã & psalteriũ, cuius repertor est Iubal, de Cain turpe generatus : nec audit dominum dicentem ad Aaron: Vinum & siceram non bibetis tu & filij tui, quando ingredimini

C *Anagoge*

1.Cor.3.b

Hiere.18.d

Ezech.1.d
Luc.3.c
Ephes.3.d
Eccle.2.d
Matt.15.d
Deut.32.d
Ioel.1.b
Gen.4.b
Leuit.10.d

A diemini tabernaculũ testimonij, ut accedatis ad altare. Has citharas,& lyras, tympanũq;,& tibias rex Babylonius habuit,quibus consonantibus uniuersarũ gentiũ populi prosternebãtur in terrã, & adorabãt aureã statuã. Quod aũt primũ tẽpus humanæ sapientiæ : quãdo egredimur pueritiã, & ad rationalẽ uenimus ætatem:mane in scripturis intelligat: multa testimonia docere nos poterũt: De quibus exẽpli causa ponenda sunt pauca: Mane mittebã ꝓphętas.Et:Mane exaudies orationẽ meã:Mane assistã tibi,& uidebo : & de nocte cõsurget spiritus meus. Et: Deus deus meus ad te de luce uigilo. Et, In matutinis interficiebã omnes peccatores terræ:ut disperdẽrẽ de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatẽ.Et in alio loco : Ad uesperam demorabitur fletus,& ad matutinũ lætitia,& cætera his similia. Consurgimus aũt de mane, quando uitia relinquimus in puritia,& dicere possumus:Peccata iuuẽtutis meę,& ignorantiæ meæ ne memineris domine. Ortoq; nobis sole iusticiæ fugantur tenebræ , & statim interficimus omnes cogitationes,quæ ad peccata nos prouocant: & de ciuitate mentis nostrę illos disperdimus peccatores:de quibus saluator loquitur : De corde exeunt cogitationes malæ,homicidia,aduleria,fornicationes,furta,falsa testimonia,blasphemiæ , & reliqua. Infelicissimi autẽ sunt qui de mane usq; ad uesperam ebrietate , gula , & diuersis uoluptatibus occupati nõ intelligunt in se opera domini,nec considerant cur creati sunt. a ¶ *Propterea ductus est captiuus, etc.*] Hæc iuxta literã accidisse populo Iudæorũ sub Vespasiano & Tito Romanis principibus: tã Græca quàm Latina narrat historia. Quod quidẽ & spiritualiter hodie quoq; patiuntur: sustinentes non famẽ panis neq; sitim aquæ:sed famẽ audiendi sermonis dei : quia nec respexerunt opus domini: nec considerauerũt opera manuum eius : neq; habuerunt de & in psalmis dicitur de eis : Conuertentur ad uesperã,& famẽ patient ut canes, & circuibũt ciuitatẽ. Quod aũt omnis sermo doctrinæ,panis appelletur & aqua: ille lud docet euangelicũ: Nõ in solo pane uiuit homo,sed in omni uerbo quod egreditur ex ore dei.Et quicunq; biberit de aqua,quã dedero ei,nõ sitiet in æternũ. Et in Psalmo dicitur : Super aquas refectionis educauit me. Vnde & dominus nõ uult esurientes in eremo dimittere,ne lassentur & corruant & interficiantur fame. Et de iusto uiro dicitur : Iuuenis fui & senui, & nõ uidi iustũ derelictũ, nec semẽ eius quærẽs panẽ. Quidã hoc quod dicitur : Captiuus ductus est populus meus,quia non habuit scientiã, & nobiles eius interierũt fame,& multitudo eius siti exaruit: generaliter de inferis & gehenna interpretari uolũt:in qua puniet omnis qui dei nõ habuerit scientiã. b ¶ *Propterea dilatauit infernus,etc.*] Qui surrexerũt mane ad sectãdã sicerã,et permãserũt in ebrietate usq; ad uesperã , & uoluptate ac delicijs occupati,opus dñi respicere noluerũt , nec opa manuũ eius cõsiderauerũt , ꝓpterea ducti sunt in captiuitatẽ: quia nõ habuerũt scientiã filij dei: Dicẽte ipso ad eos, Nec me scitis, nec q me misit:& in ipsa captiuitate fame perierũt ac aruerũt siti, Vnde infernus & mors dilatauit animã suã, & apuit os suũ & absq; ullo numero & satietate deuora

sideratis. Propterea ductus est captiuus populus meus quia nõ habuit scientiã,& nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animã suã & aperuit os suũ absq; ullo termino, & descẽdet fortes eius & populus eius & sublimes gloriosiq; eius ad eũ,Et incuruabit homo & humiliabit uir,& oculi sublimiũ deprimẽt.Et exaltabitur dñs exercituũ in iudicio,& deus sanctus sanctificabit in iustitia. Et pascẽtur agni iuxta ordinem suum , & deserta in ubertatem uersa aduenæ comedent. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis

Psal.5.a
62.a
100.a

Matth.15.b

Amos.8.a

Psal.58.b

Luc.4.d

Ioan.8.d

quid de populo diximus Iudęorũ: tropologice referti potest ad eos qui seculi delitijs occupati, nec respicientes opera dei captiui ducũtur in peccatũ , & non habẽt scientiã dei, & idcirco fame & siti pereũt bonorũ operũ atq; uirtutũ,& detrahentur in gehennam, ibiq; æternis cruciatibus deputati , potentiã & superbiã miseria cernent & humilitate mutari. c ¶ *Et exaltabitur dominus exercituũ, etc.*] Cũ captiuus ductus fuerit populus, quia nõ habuit scientiã,& interierit fame,& siti exaruerit,& dilatauerit infernus animã suã , & descenderint fortes atq; sublimes gloriosiq; in profundũ , & incuruatus fuerit homo,& humiliatus uir,& receperint omnes iuxta merita sua:Tunc exaltabitur dñs in iudicio:cuius prius in iustũ uidebatur esse iudiciũ : & deus sanctus ab omnibus sanctificabitur in iusticia, ut impleatur illud quod in euãgelio dicitur: Pater noster qui es in cœlis,sanctificetur nomẽ tuũ.Et,pater iuste , mũdus te nõ cognouit. Vnde cauere debemus ne prꝫeniamus iudiciũ dei:cuius iudicia magna sunt & inenarrabilia.& de quo Apostolus loquitur , Inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles uię eius,donec illuminet occulta tenebrarũ,& aperiat cogitationes cordiũ:qui dicit in euãgelio,Nolite iudicare,ut nõ iudicemini.Cui sentẽtię cõgruẽs Paulus apostolus præcepit: Tu q es qui iudicas alienũ seruũ? suo dño stat,aut cadit: Stabit aũt:Potens est enim deus statuere illũ. d ¶ *Et pascẽtur,etc.*] Pro pascẽtibus agnis iuxta ordinẽ suũ:qđ in bonã partẽ accipitur:nescio quid uolẽtes Lxx.trãstulerũt , Βοσκηθήσονται συγκεκομμένοι ὡς πρόβατα, id est pascent direpti quasi tauri:ꝑ agnis tauros intelligentes, & rursum ꝑ aduenis interpretãtes agnos.Quãdo aũt dñs exaltatus fuerit in iudicio, & sanctus in sua sanctificatus iusticia : ut mali agricolę male pereãt,& exaltata cedrus securi dñi succidat: Tunc qui fuerint de agnorũ numero nõ hœdorũ,pascẽtur in ecclesię pratis,& dicẽt:Dñs pascit me,& nihil mihi deerit: & quę à Iudæis deserta sunt uersa in ubertatẽ comedet gẽtiũ populus.Hæc iuxta tropologiã.Cæterũ ut ordinẽ cõpleamus historię: id ipsum alijs uerbis dicit, de quo supra legimus. Regionẽ uestrã in cõspectu uestro alieni deuorãt,& deserta est atq; subuersa à populis externis, De toto em orbe cõgregata gẽtiũ multitudo habitat in Iudęa:& electis priorib.populis,ideo ex parte ęcitas facta est domui Israel, ut subintraret plenitudo gẽtiũ.Pulchrèq; iuxta Lxx.direpti sunt atq; uastati et dũcti in captiuitatẽ quasi tauri, de qbus dñs dixerat, Tauri pingues obsederũt me, ut loca taurorũ occuparet ag ni.e ¶ *Væ q trahitis iniqtatẽ,etc.*] Pro uinculo plaustri,ἱμάσι ἅμαξης, id est corrigiã iugi uitulę,siue uac-

Pro.xe

Tropol.

Matth.6.d

Rom.11.d
1.Cor.4.a

Tropol.

A cæ, Lxx. trāstulerūt. Quod aūt uincula dicātur esse pec-
cata crebrius legimus. E qbus illud est: Funibus pecca-
Prouer. 5.d torū suorū unusquisq; cōstringit. Et dñs arguēs popu-
Ioan. 2. a lū delinquentē qui peccatis peccata sociarat: fecit flagel-
Matth. 21.b lū de funiculis: ostēdēs eis quomodo domū dei fecissēt
spelūcā latronū, & sic-
dem orationis uertis-
sent in domū negotia-
tionis. Cōuiua quoq;
Matth. 22.c cœnæ dñicæ, uestē nō
habēs nuptialē: uin-
ctis pedib. ac manib.
eijcit in tenebras exte-
riores. Et dñs uenit:
ut his qui erāt in uin-
culis, diceret: exite, &
qui uersabant in tene-
bris, reuelamini: Ipse
Psal. 145. b eīm soluit cōpeditos & illuminat cæcos: quos Hieremi-
Eccles. 7.c as uinctos terræ nūcupat. Nec plāgit eos q̄ peccare cœ-
perint statimq; desierint: nō eīm est iustus super terrā q̄
faciat bonū, & aliquādo nō peccet, sed qui lōgo funicu-
Num. 19. d lo peccata protraxerint. Vnde & in Numeris legimus,
uaccā rufam, cuius cinis expiatio popli est: nō aliter im-
molari & offerri ad altare dñi, nisi quę terrena opa non
fecerit, iugūq; nō traxerit: nec uinculis iugi Nabucho-
donosor fuerit alligata. Et in hoc eodē ꝓpheta ꝓ cingu-
lo ueritatis filiæ Sīō cingūtur funiculo. Achitophel quo
que & Iudas: quorū alter Dauid, alter dñm ꝓdiderūt:
fune longissimo trahētes peccata sua, periere suspēdio,
putātes malū cōsciētiæ præsenti morte finiri, & nihil esse
post mortē. Q̄d aūt iuxta Hebraicū & omnes alios in-
terpretes, appellantur funiculi uanitatis: hoc significat,
quod faciētib. peccatū facile texāt, et tā inane & futile est,
B ut araneārū fila texūtur: sed cū inde uoluerimus exire,
solidissimis uinculis nectimur. Plaustrū aūt plenū one
Zach. 5. c ratūq; peccatis, facilius intelligūt, qui meminerint scri-
Exo. 15. b ptū in Zacharia: impietatē sedere super talētū plūbi: Et
Aegyptios qui graui peccatorū sarcina premebantur,
quasi plūbū in mare rubrū esse demersos. Et in alio lo-
co peccator loquit: Iniquitates meæ supergressæ sunt ca-
Psal. 37.a put meū. Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Di-
cūtur aūt hæc ad principes Iudæorū, qui supra arguti
sunt in auaritia atq; luxuria: cp ꝓuocati à dño ad pœni-
tēntiā, & postea ab apostolis eius, usq; hodie pseuerāt in
blasphemijs: & ter per singulos dies in omnib. synago-
gis sub nomine Nazarenorū anathematizēt uocabulū
Christianū. Est aūt sensus: Væ uobis q̄ putatis diē iudi-
cij nō futurū, uel nō uēturā captiuitatē quā ꝓpheticus
sermo prædicit: qui dicitis ad ꝓphetā. Vsq;quo nobis
deī minaris īrā? uolumus eā scire, īā ueniat. Hoc aūt per
Ironiā loquūtur: qñ eā nō putāt esse uēturā: sed simula
ri à ꝓpheta. a ¶ Væ q̄ dicitis, etc.] Eiusdē criminis est, bo
nū, lucē & dulce cōtrarijs uocare nominibus: cuius, ma
lū, tenebras & amarū, uocabulis appellare uirtutū. Hoc
cōtra eos qui peccatū nō putāt, si bono detrahāt, & nō
existimāt esse delictū si laudēt malū. Ponūt aūt Iudæi bo
nū, malū: & lucē, tenebras: & dulce, amarū: suscipientes
Matth. 27 b Barrabā latrocinij & seditionis autorē, & crucifigētes Ie
sum, qui nō uenerat, nisi ad oues ꝑditas domus Israel:
ut saluaret q̄d ꝑierat. In Barraba intelligamus diabo
lū: qui cū sit nox & tenebræ, trās figuratur in angelū lu-
cis. Vnde & Apostolus loqtur: Quæ participatio iusti-
ciæ cū iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? qui cō
sensus Christi & Belial? Neq; eīm lucerna tollenda est, &
ponēda sub modio, uel sub lecto: sed supra candelabrū
ut omnib. luceat. Nec arbor malos afferēs fructus: bo-
Gen. 1. c nę arboris est appellāda uocabulo. Vnde in Genesi my
stico sermone narratur: q̄d diuiserit deus inter lucē ac
tenebras, quę in principio sup abyssum ferebātur. Q̄d C
aūt bonus saluator sit appellatus, ipse in euāgelio loqui
Ioan. 10.b tur: Pastor bonus ponit animā suā ꝓ ouib. suis. Lucem
quoq; esse se dicit: Ego sum lux mūdi, & quotidie eccle
Psal. 33.b sti pane saturati dicimus: Gustate & uidete q̄ suauis est
dñs. Ecōtrario qñ di-
cimus: Libera nos à
malo. Et, mundus in
maligno positus est:
diaboli cupimus insi-
dijs liberari. Q̄d aūt
ipse tenebrarū & ama
ritudinis significetur
nominibus: crebrius
legimus. Sed & hoc
possumus dicere q̄d
omnia cōtraria dog-
mata ueritati amara
sint & sola dulcis ueritas. Vnde cauēdū est, ne ꝓ ueritā-
te sequamur mēdaciū: ne ꝓ lumine tenebras: Multę eīm
sunt uiæ quæ uidentī hominib. rectæ, & nouissima earū
puenīūt in ꝓfundū inferni. Est quoq; iustus periens in
iustitia sua: cui dicit: Ne sis iustus multū. Quas ob cau- Deut. 5.d
sas Israel re, ꝓmittit se uia ambulaturū regia, nec ad sini-
strā, nec ad dextram declinaturū. & ut loquar q̄d sentio
difficile hoc maledicto qs carere potest: cū & malis fre-
quēter adulemur, ꝓpter potētiā, & bonos despiciamus
ꝓpter inopiā. Vnde significātius interpretatus est Aq̄-
la: Væ q̄ dicunt malo, bonus es: & bono, malus es. Et in
hūc cōgruit sensum illud q̄d Salomō in ꝓuerbijs loqui
tur. Qui iudicat iustū iniustū, & iniustū iustū: abomina
bilis est uterq; apud deū. Scribæ quoq; & pharisæi uer-
ba saluatoris non recipiētes, sed traditiones hominū &
aniles fabulas, fecerūt bonū malū, & malū bonū. b ¶ Væ D
q̄ sapiē. est iis, etc.] Qui uobis, inqt, ipsis uidemini sapiētes
esse, q̄ prudētiā seqmini nō dei, sed hominū, & cū nō re
cipiatis dei uirtutē deiq; sapiētiā, putatis uos esse sapien
tes. Inter sapientiā & prudētiā hoc dicūt interesse Stoici,
q̄d sapiētia rerū sit diuinarū humanarūq; noticia: Pru-
dētia aūt tantū mortaliū. Cōsequēter aūt hęc aduersum
scribas dicunt & pharisæos, q̄ habētes clauē scientiæ, nec
ipsi ad Christū introeūt, nec alios introire permittunt.
c ¶ Væ q̄ potē. etc. ad misce. ficerā.] Id est ebrietatē. Quibus
supra dixerat: Væ q̄ cōsurgitis mane ad ebrietatē sectan
dā & potādū usq; ad uesperā, ut uino ęstuetis: de his e-
tiā nūc loquit: Q̄ui potētes sunt ad bibēdū uinū, & uiri
fortes ad miscendū sicerā: Qui inebriati uino draconis
& ueneno aspidū insanabili: uirtutes dñi calūniabātur.
Et ipsi ebrij inebriabāt populos, ut pari furore bacchā
tes, aduersus dñm cōclamarent. Iuxta Tropologiā ante
rā diximus, q̄d sacerdotes ingressuri tabernaculū dei,
nō debeāt uinū bibere & sicerā: Quibus nūc addimus:
q̄d Nazaræis quoq; ꝓceptū sit, q̄ se sanctificāt dño: ut
uinū & sicerā, & omne q̄d de uuis est, nō bibāt nec co-
medāt: ne uuā q̄dē passam, & acetū ex uino. Sed & in ꝓ
uerbijs ꝓcipit, Potētes si iracūdi sunt, uinū nō bibāt: Pro. 31.d
ne cū biberint obliuiscant sapiētiæ. Inter uinū & sicerā,
iuxta Anagogē hoc esse arbitror: Quod uinū è plurib. Anagogē
una ꝑturbatio est, Verbi gratia: libidinis, auariciæ, gulę
& inuidiæ. Sicera aūt, id est ebrietas, oēs in se uitiorū cō
tinet passiōes, quas rectius Latino sermone ꝑturbatio-
nes possumus dicere: q̄d statū mētis euertāt, et ebrios fa
ciāt nescire q̄d agāt. Qui ergo præsunt, plurimū debent
carere uitijs, & maxime ira quæ furori proxima est, ne
quāto plus possint, tāto amplius subiectis nocēāt. Mi-
scet sicerā q̄ cū ebrietate plenus sit, ad decipiēdos homi
nes, umbras quasdā et imagines simulat se habere uirtu
tū. d ¶ Qui iustificatis, etc.] Et hæc pars uitiorū est uineæ
quę ꝓ uuis fecit labruscas, & expectāte dño ut faceret iu-
dicium

A diciū, fecit iniquitatem: iustificans impiū pro muneri-
bus, & non causas, sed dona considerans: quæ excæcāt
Exod. 23.a etiā oculos sapientū. Vnde cauēdū est, ne inebriemur
Eccle. 20.c uino in quo est luxuria: & nudētur fœmora turpitudi
nis nostræ, & adulemur impijs pro muneribus & iusti
Iac. 2.d tiā iusti ꝓ inopia de-
spiciamus. Quod &
in epistola Iacobi prę
cipit: Ne honorantes
impios diuites, & de
spicientes sanctos pau
peres, fiamus iudices
iniquitatis. a ¶ Pro-
pter quod sicut deuorat, etc.] Propter superio
res causas superbię et
ebrietatis & auaritiæ:
quia pro uuis attule-
rūt spinas: & fœnū, li-
1. Cor. 3.c gna, stipulam, arsu-
rosq; uepres: Ideo ra
dix malitiæ eorū redi
getur in fauillā, & om
nis flos & pulchritu-
do diuitiarū & corpo
ris, puluerī cōparabi
tur. Non enim solum
ista fecerunt: sed his
gradib. peruenerunt
ad blasphemiā, ut le-
gē dñi non reciperēt,
& sermonē sancti Is-
rael blasphemarent:
de quibus supra legi
B mus: De Sion egredietur lex, & uerbū dñi de Hieruſa-
lem. Potest radix in malis cogitationib. accipi: fructus
autē & germen, in malis operibus atq; sermonibus: ut
Heb. 12.d quod in radice latet, monstretur in germine, quæ utra-
que dñi incendio deuorabuntur. Vnde & Apostolus,
radicē amaritudinis malorū, sursum loquitur germinā
tem. b ¶ Ideo iratus, etc.] Q̄ñ abiecerunt legē dñi exer-
Hier. 31.f citiū: quam se daturū per Hieremiam dñs pollicetur,
dicens: Ecce dies ueniunt, dicit dñs: & feriam domui Is
rael & domui Iuda fœdus nouū: non secundū pactum
quod pepigi cū patribus uestris, in die quando appre-
Ioan. 8.f hendi manū eorū, ut educerem eos de terra Aegypti, Et
Matth. 13.g sermonem sancti Israel blasphemauerūt, dicentes: Dæ-
monū habet et Samaritanus est: Et: Nonne hic est filius
fabrī? Idcirco iratus est furor dñi in populū suum: qui
prius iratus fuerat contra principes & potentes, qui sa-
pientes erant in oculis suis, & iustificauerūt impiū pro
Sap. 6.a muneribus, & deuorauerat eos quasi stipula lingua ig
nis, & calor flāmæ exusserat, ut potentes potenter tor-
menta paterent: Et extendit manū suam aduersum eum
quē uocat populū suū, eo quod fuerit pars hæreditatis
eius, & funiculus possessionis illius. Extendit aūt ma-
nū ut percutiat, & furor eius iracatur: de quo & in alio
Psal. 6.a loco legimus: Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in
Hier. 10.d ira tua corripias me. Et Hieremias: Corripe nos inquit
dñe: ueruntamen in iudicio, & non in furore. Furere au
tē dñs dicitur: non quod humanis perturbationibus
subiaceat, sed quod nos qui delinquimus, nisi irascen-
tem audierimus, dñm non timeamus. Vnde & Aposto
Rom. 2.d lus scribit: quod bonitas dei & patientia prouocet nos
ad pœnitentiā: nos aūt secundum duritiam & impœni
tēs cor nostrū, thesaurizemus nobis iram in die iræ &
reuelationis iusti iudicij dei. Quæ sit aūt manus quæ ex
Iob. 19.c tenditur: uel eleuatur super populum peccatorem: Iob
loquitur manifestius: Manus eīm dñi tetigit me. Vnde

& diabolus scīēs potentē manū dñi, & brachiū q̄d uni C
uersis gentibus reuelatū est: dicit ad dñm: Mitte manū
tuam & tange omnia quæ habet, nisi in faciē benedixe
rit tibi. Quod aūt quasi præteritū dicitur, quod futurū
est, cōsuetudinē sequitur prophetalē, in qua tam certa
sunt quæ futura dicū
tur, ut putentur esse
præterita: Quod & in
psalmis canitur: De- Psal. 98. c
derūt in cibū meum
fel, & in sitī mea potą
uerūt me aceto: Et ite
rū: Diuiserūt sibi ue-
stimēta mea, & super
uestimentū meū mi-
serunt sortē. Quodq;
sequitur: Et percussit
eū, id est populū suū,
& cōturbati sunt mō-
tes. Montes quidā pu
tant contrarias fortī-
tudines: siue eos spiri
tus qui in ministerio
dei sunt, & quibus
tradūtur peccatores
ad puniendum. Nos
autē hyperbolice di-
cētū putamus: quod ꝓ
magnitudine malo-
rū imminentiū etiam
montes cōmoueantur, & cadaueribus
mortuorū repleātur
omnes plateæ urbiū.
Hoc accidisse Iudæis post passionē dñi sub Vespasiano D
& Hadriano nemo dubitat. Cūq; hæc facta sint, non est
auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta siue
excelsa, quæ habitū irascentis & percuuentis ostēdit. Et
notandū in his omnibus, quod non eis exprobret ido
lolatriā: non alia peccata, propter quæ offenderint deū,
sed quia abiecerunt legē euangelij & sermonē dñi blas-
phemauerunt. c ¶ Et eleuabit signū, etc.] Hebræi hūc lo-
cum de Babyloniis, & de Nabuchodonosor intelligūt
prophetari: quod dei uoluntate adductus sit in Iu-
dæam & Hierusalem, templumq; subuerterit, Nos aūt
sequentia superioribus copulantes: ideo signū in natio
nibus procul eleuatū dicimus esse, & sibilasse dñm, uel
traxisse eos de finibus terræ: qñ abiecerunt legē euan-
gelij, & sermonē sanctū blasphemarunt. Si eīm de Baby
lonijs esset sermo: iuxta consuetudinē prophetalē dixis
set: Vocabo eū qui ab Aquilone est, eo quod iuxta Iu-
dææ situ, Assyrij atq; Chaldæi in Septentrionali plaga
sint: Vel certe apertius Babylonios Assyriosq; describe
ret. Nūc uero dicendo: Leuabit signum in nationibus
procul, & sibilabit ad eū de finibus terræ: gentes longe
positas significat, & quæ in terræ finibus cōmorantur:
haud dubiū quin Romanos, & oēs Italiæ Galliarumq;
& Hispaniæ populos, qui sub Vespasiano & Hadriano
Romano imperio subiacebant. Vnde & Italia ab eo q̄d
ibi hesperus occidat: olim Hesperia dicebat: Et hoc ue-
niente percussus est. Et omnes Iudææ montes turbati
sunt: ut interpretatus est Theodotio & Symmachus: uel
cōmoti, ut Aquila posuit: uel παραφυάδη, id est, acerba-
ti, ut Lxx. transtulerunt: ut impetu hostiū omnes reple
rentur plateæ cadaueribus mortuorū. Describit ergo
sermo diuinus uelocitatē uenientis exercitus: qui non
sua, sed dñi uenerit uoluntate: imò attractus sit & sibilo
illius prouocatus: quod nō defecerit, nec tanto itinere
laborauerit, & cupiditate prædandi, somnū oculis nō

admiserit, calciamenta quoq; illius non sint atrita: sagittariorum multitudinem, equitū turmas, curruum quadrigarumq; feruorem: quod instar leonis non tam ad pugnandum quàm ad prædandum & uorandum uenerit: Et ululatus uincētis exercitus, marinis fluctibus comparatur. Ex quo notandum ubicunq; sonitus maris in scripturis appellatur quid significet. Cum igitur uenerit Romanus exercitus & tenuerit prædam, & nō fuerit qui eruat, propheta compatientis affectu se iungit populo, & ait: Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis: Cœlum enim aspicere non audebimus, cuius habitatorem offendimus: Et lux nostra quā semper habebamus in deo, tribulationum caligine obscurata est. Legi in cuiusdam commentarijs, hoc quod dicitur: Leuabit signum in nationibus procul & sibilabit ad eum de finibus terræ: de uocatione gentium debere intelligi, quod eleuato signo crucis, & depositis oneribus peccatorum: uelociter uenerint atq; crediderint. Sed nescio quomodo huic sensui possint congruere quæ sequuntur. C

¶ Libri secundi Commentariorum in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERtium Commentariorum Esaiæ ad Eustochium proœmium.

SVfficit mihi uoluminū magnitudo, quæ in explanatione Esaiæ prophetæ texitur, ubi aliquid prætermittere damnū est intelligentiæ. Quamobrem in singulis libris qui tantum numerū ordinemq; significant, breues præfatiunculas posui, Teq; uirgo Christi Eustochiū precor, ut in expositione difficillimæ uisionis orationibus me iuues, in qua deus omnipotēs in sua cernit maiestate, & duo Seraphim stātia in circuitu eius atq; clamantia. Sanctus, sanctus, sanctus dns deus sabaoth: plena est omnis terra gloria eius, Et cōmotū liminare templi atq; cōcussum, & domus Iudaica tenebris erroris impleta, Et comparatione diuinæ gloriæ propheta immunda labia habere se dicens, & habitare in medio populi blasphemātis, qui consona impietatis uoce conclamabat, Crucifige talē: Et, non habemus regem nisi Cæsarem: Vnumq; de Seraphim missum ad Esaiam, qui forcipe de altari carbone comprehenso, prophetæ purgaret labia & populus remaneret immundus. Tertius ergo in Esaiam liber hoc habet exordium. D

B COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER TERTIVS.

ANno quo mortuus est rex Ozias: uidi, etc.] Sub quatuor regib. prophetasse Esaiā super Iudam et Hierusalē: primæ uisionis titulo demonstratū est, id est sub Ozia, Ioathā, Achas & Ezechia. Mortuo ergo Ozia sub quo dicta sunt uniuersa, quę supra exposuimus: successit filius eius Ioatham, qui regnauit annis sedecim & fecit rectum in conspectu domini: & portam templi ædificauit excelsam. Quo imperante uidit Esaias sedentem dominum super solium excelsum & eleuatum ut habitum regnantis ostenderet. b ¶ *Et ea quæ sub ipso erant implebant templum* (siue ut Theodotio & Symmachus transtulerunt.) *Et ea quæ sub pedibus eius erant, implebant templum.*] Pro quo Lxx. interpretati sunt, Et plena domus gloria eius. De hac uisione ante annos circiter triginta: cum essem Constantinopoli & apud uirum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum: tunc eiusdem urbis episcopum, sanctarum scripturarum studijs erudirer: scio me breuem dictasse subitumq; tractatum: ut experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. Ad illum itaq; libellum mitto lectorem, oroq; ut breui huius temporis expositione contentus sit. Oziam quia sibi illicitum sacerdotium uendicabat lepra fuisse percussum, sacra narrat historia: quo mortuo dicitur in templo quod ille polluerat. Ex quo animaduertimus, regnante in nobis leproso rege, nos dnm in sua maiestate regnantem uidere non posse, nec sanctæ trinitatis nosse mysteria. Vnde & in Exodo postquam mortuus est Pharao q̄ opprimebat Israel luto & paleis & lateribus: populus clamauit ad dnm: qui illo uiuente clamare nō poterat: Et Ezechiel mortuo Phaltia filio Banaiæ pessimo principe, cadit in faciē suā, & uoce excelsa clamabat ad dnm. Pulchreq; iuxta Hebraicū: nō ipse dns implebat templū: Cuius cœlū thronus est, & terra scabellū pedū eius: & de quo in alio loco legimus: Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius: sed ea quæ sub pedibus eius erant, implebant templum. Quis sit autem iste dominus qui uidetur: in euangelista Ioanne, & in apostolorum actis plenius discimus, Quorum Ioannes ait: Hæc dixit Esaias: quando uidit gloriam eius: & locutus est de eo: haud dubium quin Christum significet. Rursum Paulus in actis apostolorum, ubi Romæ loquitur ad Iudæos: Bene, inquit, spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum & dic: Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant se & sanem eos. Visus est autem filius in regnantis habitu, & locutus est spiritus sanctus propter consortium maiestatis, unitatemq; substantiæ. Quærat aliquis quomodo nunc propheta dominum uidisse se dicat, & non absolute dominum, sed dominum sabaoth: ut in consequentibus ipse testatur, cum euangelista Ioannes dixerit: Deum nemo uidit unquam, Et ad Moysen loquatur deus: Non poteris faciem meam uidere: neque enim uidebit homo faciem meam & uiuet. Ad quod respondebimus, nō solum patris diuinitatem: sed ne filij quidē & spiritus sancti: quia una in trinitate natura est posse

2. Pa. 26. d

Exod. 2. d

Ioan. 12. f

Act. 28. f

Ioan. 1. b

Exo. 33. d

A posse oculos carnis aspicere: sed oculos mētis. De quibus ipse saluator ait, Beati mūdo corde, qm ipsi deū uidebūt. Legimus quod Abrahā uisus sit dns in hominis figura: Et cū Iacob quasi homo luctatus sit, qui deus erat: Vnde & appellatus est locus ipse phanuel, hoc est facies dei, Vidi enī, ait, dnm facie ad faciē, & salua facta est anima mea. Et Ezechiel quoque uidit dnm in forma hominis sedētē super Cherubim: à lumbis eius & deorsum erat quasi ignis, & superiora habebāt speciē electri. Ergo deus natura nō cernit, sed uidet hominib. ut uoluerit. a ¶ *Seraphim stabāt super illud, &c.*] Hoc quod nos, sequētes alios interpretes & Hebraicā ueritatē, in qua scriptū est מִמַּעַל לוֹ id est, סְבִיבוֹתָיו עָמְדִים, qđ Latine dicit sup illud, uertimus, Lxx. trāstulerūt κυκλῳ αὐτοῦ, id est in circuitu eius: ut nō sup tēplū stare Seraphim, sed in circuitu dnī describantur. Rursum ubi nos diximus: qđ unus de Seraphim uelaret faciē & pedes eius, per quod intelligitur, dei: in Hebraeo scriptū habet רַגְלָיו & מִמֶּנּוּ quod potest interpretari, & eius, & suā: Vt Seraphim iuxta Hebræi sermonis ambiguitatē, & faciē pedesq; dei, & suam faciē ac pedes operire dicant. In septuagesimonono psalmo legimus, Qui sedes super Cherubim manifestare: Qui in nostra B lingua interpretantur multitudo scientiæ: Vnde & dns in aurigæ modū sup Cherubim aperte sedere ostenditur: Seraphim autē præter hūc locū, in scripturis canonicis alibi legisse me nescio: q̄ stare dicunt sup templū, uel in circuitu dnī. Ergo errāt qui solēt in precib. dicere: Qui sedes super Cherubim & Seraphim, qđ scriptura non docuit. Seraphim aūt interpretant ἐμπυρους, qđ nos dicere possumus incēdentes siue cōburētes: iuxta illud qđ alibi legimus: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignē urētē. Vnde & Paulus apostolus in epistola ad Hebræos, quā Latina cōsuetudo nō recipit: Nonne oēs, inquit, ministri sunt spiritus, in ministeriū missi, ppter eos qui hęreditatem accepturi sunt salutis? Daniel quoq; cū in habitu regnātis dnm descripsisset, adiecit: Milia miliū ministrabāt ei, & decies milies cētena milia assistebāt ei. In Cherubim ergo ostēdit dns: in Seraphim ex parte ostendit, ex parte cælat. Faciē enī & pedes eius operiūt: quia & præterita ante mūdū, & futura post mūdū scire nō possumus, sed media tantū quæ in sex diebus facta sunt contēplamur. Nec mirū hoc de Seraphim credere: cū & apostoli saluatorē credentibus aperiant, infidelibus abscondāt: Et uelū ante arcā fuerit testamēti. Alas quoq; habere dicūtur propter uelocitatē & in cūcta discursum: siue quia semper in altioribus cōmorantes, Neq; enim illud quod de uentis dicitur: Qui ambulat super pennas uentorū: uere uētos iuxta fabulas poetarū & pictorū licētiam pennas habere testatur: sed celerē in cuncta discursum. Et singuli senas alas: quia de fabricatione tm̄ mūdi & præsentis seculi nouimus. Quod aūt clamat alter ad alterū: uel iuxta Hebræos: iste ad istū, id est unus ad unū: inuicem se ad laudes dnī cohortantur, & dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus dns exercituū: ut mysteriū trinitatis in una diuinitate demonstrent: Et nequaquam templū Iudæorum sufficiat prius: sed omnē terrā illius gloria plenā esse testentur, qui pro nostra salute dignatus est humanū corpus assumere ad terras q̄ descēdere. Deniq; & Moysi cū pro adorato uitulo dnm precarē, ut parceret populo peccatori: respōdit dns: Propitius ero illis: Verūtā uiuo ego & uiuit nomē meū: q̄a implebit gloria mea omnis terra. Et Septuagesimusprimus psalmus canit: Implebit gloria eius omnis terra. Vnde & angeli elamabāt pastorib. Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ uolūtatis. Impie ergo qdā duo Seraphim, filiū & spiritū sanctū intelligit: cū iuxta euāgelistā Ioannē, et Paulū apostolū, filiū dei uisum in maiestate regnātis, & spiritū sanctū locutū esse doceamur. Quidā Latinorū duo Seraphim, uetus & nouū instrumētū intelligūt quæ tārū de præsenti seculo loquunt. Vnde & sex alas habere dicunt, & faciē dei pedesq; uelare, & certatim, pferre testimoniū ueritatis: & omne qđ clamāt trinitatis sacramēta mōstrare: Et mirari adinuicē qđ dns sabaoth in forma dei patris positus, formā serui acceperit, & humiliauerit se usq; ad mortē, mortē aūt crucis, & nequaq̄ ut prius cœlestia eū tm̄, sed & terrena cognoscāt. b ¶ *Et cōmota sunt superliminaria cardinū à uoce clamātis, etc.*] Clamātibus Seraphim, & in tota terra trinitatis mysteriū prædicātibus, qui passionē dni saluatoris terra uniuersa cognouit: statim cōmotū est ut sublatū liminare tēpli, & oēs illius cardines cōciderūt, impleta saluatoris cōminatione, dicēnis: Relinquet uobis domus uestra deserta. Et quā pulcher ordo uerborū, Postq̄ terra repleta est gloria dni sabaoth, Iudæorū tēplū impletū est ignorātię tenebris, & caligine, & fumo, q̄ noxius est oculis. Vel certe p fumū tēpli mōstrat incēdiū: Prius enī euāgeliū saluatoris in toto orbe prædicatū est: & post quadraginta duos annos dnicæ passionis, capta Hierusalē tēplūq; succēsum est. Iudæi putāt tēplū impletū fumo, thymiama significare: id est, incensum, & per hoc aduersū diuinæ maiestatis. c ¶ *Et dixi: Væ mihi, etc.*] Et Abrahā postq̄ uidit dnm, & audiuit uocem eius, terrā & cinerē esse se dicit: & Esaias iuxta Lxx. interpretes cōpūctū se esse testat, dicēs: ὠ τάλας ἐγώ ὅτι κατῳκηνωμαι, id est, ò miser ego, qm̄ cōpūctus sum: nō ob alia crimina, sed quia labia haberet immūda. Felix cōscientia quæ tm̄ in sermone peccauit: nō suo uitio, sed societate populi habētis polluta labia, cū quo loqui sæpissime cogebat. Ex quo ostēdit noxiū esse, uiuere cū peccatoribus: Qui enī tāgit picem inquinabitur ab ea. Sed quia in Hebræo legimus: Væ mihi quia tacui: plāgit se ppheta, quia nō fuerit dignus laudare dnm sabaoth cū Seraphim, quos angelicas fortitudines intelligimus. Nō fuit aūt ausus laudare dnm: quia labia habebat immūda. Et, ppterea labia habebat immūda: quia cū peccatore populo uersabat. Vel certe ita intelligēdū: Quia tacui & nō audaciter Oziā impiū regem corripui: Ideo labia mea immūda sunt & laudes dni cū angelis cantare nō audeo: ne mihi dicat, Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentū meū per os tuū? Non est enī pulchra laudatio in ore peccatoris. Hoc aūt dicimus, nō quod Esaiā talē fuisse doceamus: sed quod ipse pro humilitate & immūdis tantū labijs, indignū se dei laudē fateatur. d ¶ *Et uolauit ad me, etc.*] Volauit uel missus est unus de seraphim, qui interpretatur incendens: ut prophetæ labia purgaret immunda: & pruna uel calcu

Pſal. 79. a שֹׁרְפִים

Pſal. 103. a

Heb. 1. d

Dan. 7. c

Pſal. 103. a

ברובים B

Ezech. 1. g

Luc. 2. b

Phil. 2. d

Matth. 23. d

Gen. 18. d

A lo quẽ de altari tulerat excoqueret. Multi aũt putãt duos esse seraphim, quia clamabat alter ad alterũ, cũ & de plurib. posint singuli clamare ad singulos: Et Lxx. æditio magis significet plurimos: q interpretati sunt, καὶ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, id est, & seraphim stabant in circuitu eius. Qđ si de duobus diceret, nõ in circuitu, sed ex utraq; parte dixisset. Et hoc cõuenit angelorũ multitudini quę in dei ministeriũ prępărata est. Seraphim autẽ plurali numero appellant, & singulari seraph: Sicut cherubim et cherub. Quod autem altare sub quo animæ martyrũ sunt, uideat in cœlo, & Ioãnes in Apocalypsi loquit, & calculus iste qui à solis Lxx. ἄνθρακες, id est carbũculus est interpretatus: potest non carbonẽ significare, uel prunã: ut plerig; existimãt: sed ἄνθρακας, id est, carbũculũ lapidẽ: qui ob coloris flãmei similitudinẽ igneus appellat. Ex quo intelligimus altare dei plenũ esse carbũculis: hoc est ignitis calculis & prunis, pecata purgãtibus. Vnde scriptũ de deo legimus: Carbones succẽũ sunt ab eo. Et de ipso dño dicit: qđ ignis cõsumẽs sit. Et saluator in euãgelio: Ignẽ uenì mittere sup terrã: ut baptizaret in spiritu sancto & igni: Vtiusciuus que eñ opus quale sit ignis, ꝓbabit. Et q̃ saluandus est, sic saluabit quasi p ignẽ trãsierit. Et hoc notandũ: qđ ad Hieremiã, cui dictũ est: Priusq̃ te formarẽ in utero noui te: & in uulua matris tuæ sanctificaui te: ꝺa labia nõ habebat immũda, sed tm̃ dixerat, nescio loqui, ꝺa iuuenis sum: extendit ipse dñs manũ suã, & tetigit os eius, & dixit, Ecce dedi sermones meos in os tuũ. Porrò ad Esaiã q dixerat: Vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito: non dei manus porrigit, sed Seraphim mittit à deo, uel uolat, ꝓpria uolũtate, qa huic officio mãcipatus est. Et in manu sua tenet calculũ: quẽ iuxta Lxx. & Theodotionẽ, τῇ λαβίδι, id est, forcipe: Iuxta Aquilã & Symmachũ q Hebraicũ sunt secuti, forcipib. apprehẽdit, id est מלקחים ut trãgeret os eius & pristina delicta purgaret. Manus autẽ & à deo & Seraphim mittit: ut, ꝓpheta sui corporis mẽbrũ uidẽs, tactu nõ terreat externo. Quidã nostrorũ forcipẽ quo calculus cõprehendit, duo testamẽta putãt, quæ inter se spiritus sanctũ unione sociant. Quia uero sedẽs dñs introducit & sedẽs in templo: & domus impleta est fumo, ut Iudæi putãt thymiamatis: cõsequẽter ponunt & forcipes, quos & in sacerdotali ministerio legimus.

a ¶ *Et audiui uocẽ domini, etc.*] Pro eo qđ & nos & alij oẽs interpretes trãstulerũt, nobis, qđ Hebraice dicit אֵת ne scio qd uolẽtes Lxx. posuerunt τὸν λαὸν τοῦτον, id est ad populũ istũ, qđ penitus in Hebrẽo nõ habet. Qñ aũt ex dei persona dicit, nobis: illo sensu accipiẽdũ est, quo & in Genesi legit: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostram, ut sacramẽtum indicet trinitatis. Quõ enim in euãgelio legimus dicẽtẽ dñm: Ego & pater unũ sumus: & unũ, ad naturã referimus: sumus, ad personarũ diuersitatẽ: Sic dño iubẽte trinitas imperat. Propterea aũt nõ dicit dñs quẽ ire præcipiat, sed ꝓponit audiẽtib. optionẽ: ut uolũtas præmiũ consequat. Et propheta nõ temeritate & arrogantia propriæ conscięntiæ se ire, pmittit, sed fiducia: qñ purgata sunt labia eius et ablata iniquitas, mundatũq; peccatũ. Ergo et Moyses cui dixerat dñs: Veni mittã te ad Pharaonẽ regẽ Aegypti, & ille ait: Obsecro dñe. non sum dignus: prouide aliũ quem mittas: Siue ut in Hebræo legitur: Mitte quẽ missurus es: nõ de cõtemptu, sed de humilitate respondit: quia nihil de purgatis labijs suis audierat, qui omni sapientia Aegyptiorũ fuerat eruditus. Et Esaias non suo merito: sed dñi gratia qua purgatus est offert se ad ministeriũ. Alij aũt putant idcirco se obtulisse Esaiam, quia existimabat populo prospera nuncianda: sed quia audiuit: Vade dic populo huic: Auribus audietis & non intelligetis, & uidẽres uidebitis, & nõ cognoscetis, ꝓpterea in consequẽtibus dicẽte ad eũ uocẽ dñi, Clama, nõ statim clamat: sed interrogat, quid clamabo. Et Hieremias cui dictum fuerat: Accipe calicẽ, & potiona bis omnes gentes ad quas ego mittam te: libenter acciens suppliciorũ calicem, ut aduersarijs gentibus propinaret, biberent q̃, & uomerent & caderẽt, postquam audiuit, uade, & primũ propinabis Hierusalem, Respõdit: Decepisti me dñe, & deceptus sum. Hæc Hebræorũ obseruatio est. Cæterum nos dicimus non temeritatis esse, sed obedientiæ dño se obtulisse mittendũ. b ¶ *Et dixit, uade, & dices populo huic, Auditu, etc.*] Lxx. hunc locũ ita interpretati sunt: ut euangelista Lucas in apostolorum actibus posuit: Cumq; inuicẽ non essent consentientes: haud dubiũ quin Iudæi, discedebant: dicente Paulo unũ uerbũ, Quia bene spiritus sanctus loquutus est per Esaiã prophetã ad patres nostros, dicens: Vade ad populũ istũ & dic: Aure audietis, & nõ intelligetis, & uidẽtes uidebitis, & nõ perspicietis, incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos cõpressẽrũt: ne forte uideant oculis suis & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertant se, & sanẽ illos. Quo aũt hæc prophetia impleta sit tẽpore: ipse apostolus Paulus in cõsequẽtibus loquitur, Notũ ergo sit uobis, qm̃ gentibus missum est hoc salutare dei, ipsi & audient. Vnde & in ijsdẽ apostolorũ Actis legimus, qđ Paulus & Barnabas Iudæis nolentib. credere, dixerint: Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei, sed qm̃ repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes, Sic enim præcepit nobis dñs, Posui te in lucem gentibus, ut sis in salutẽ usq; ad extremũ terræ. Ergo secundũ Lxx. facilis interpretatio est, quod Esaias propheta dño imperante prædicat, quid populus sit facturus. In Hebraico difficultas est: quõ ipse deus præcipiat populo, ut auditu audiat & nõ intelligat, & uidẽs uideat, & non agnoscat, & postea propheta inducatur loquens, & dñm precetur & dicat: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat & cõuertatur & sanetur. Ac primũ soluẽda est illa quæstio, quæ nobis obijci potest: quare apostolus Paulus cũ Hebræis disputans, nõ iuxta Hebraicũ, quod rectũ esse cognouerat, sed iuxta Lxx. sit locutus. Euangelistã Lucã tradũt ueteres ecclesiæ tractatores medicinæ artis fuisse scientissimũ, & magis Græcas literas scisse quàm Hebræas. Vnde & sermo eius tam in euangelio quàm in Actibus apostolorũ, id est, in utroq; uolumine comptior est, & secularem redolet eloquẽtiam: magisq; testimonijs Græcis utit quã Hebræis. Matthæus aũt & Ioannes, quorum alter Hebræo, alter Græco sermone euãgelia texuerũt: testimonia de Hebraico ꝓferunt: ut est illud. Ex Aegypto uocaui filium meũ. Et, Quoniam Nazareus uocabitur. Et, flumina de uentre eius fluẽt aquæ uiuæ. Et, Videbũt in quẽ cõpunxerunt; &

A & cętera his similia. Pauli quoq; idcirco ad Hebrẽos epistolæ cõtradicitur, quod ad Hebræos scribens utatur testimonijs quæ in Hebræis uoluminibus nõ habẽtur. Quod si aliqs dixerit, Hebræos libros postea à Iudæis esse falsatos, audiat Origenẽ quid in octauo uolumine explanationũ Esaiæ huic respõdeat quæstiũculæ: qđ nũquam dñs, & apostoli q cætera crimina arguunt in scribis & pharisæis, de hoc crimine qđ erat maximũ reticuissent. Sin aũt dixerint post aduentũ dñi saluatoris & prædicationẽ apostolorũ libros Hebræos fuisse falsatos, cachinnũ tenere non potero, ut saluator, & euangelistæ, & apostoli ita testimonia protulerint, ut Iudæi postea falsaturi erant. De præsenti aũt loco hoc dicendũ est, frustra nos ad Lxx. translationẽ confugere: ne blasphemũ uideatur esse qđ iuxta Hebraicũ dicitur: Auditu audite, & nolite intelligere, & uidete uisionem, & nolite cognoscere, eũ huiusmodi testimonia etiã in Lxx. interpretib. reperiamus: ut est illud in Exodo quod ad Pharaonem dicitur: Propterea suscitaui te, ut ostendam in te uirtutẽ meã. Si aũt ipse suscitauit, & indurauit cor Pharaonis ne crederet, & de alijs dicitur: Dedit eis deus spiritũ cõpunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut nõ audiãt. Et in psalmis: Fiat mensa eorũ in laqueũ, & in captionẽ, & in scãdalũ, & in retributionẽ: obscurentur oculi eorũ ne uideant, & dorsa eorũ semper incurua: nõ sunt illi in culpa qui nõ uidẽt, sed ille qui dedit oculos ad nõ uidendũ. Ergo & absq; hoc testimonio, quod nunc conamur exponere, manet eadẽ quæstio in ecclesijs: & aut cũ ista soluentur & cæteræ, aut cũ cæteris & hæc indissolubilis erit. Locũ istũ beatus apostolus Paulus plenius explicat ad Romanos: & quod ille penè tota epistola prosequutus est: nos superfluũ facimus, si uoluerimus breui sermone cõprehendere: Dicit enim post multa, Cõelusis sit deus omnia in incredulitate ut omnib. misereatur. Admiransq; dñi sacramenta intulit: O profundũ diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Et iterũ de Iudæorũ incredulitate disputans ait: Nunquid sic peccauerũt, ut caderent, absit: sed illorũ delicto salus gentium fieret ad æmulãdũ eos. Et post modicũ: Si enim abiectio eorum reconciliatio mundi, quæ assumptio eorũ: nonne uita ex mortuis. Et iterũ: Nolo eñ uos ignorare fratres mysteriũ hoc, ut nõ sitis uobismetipsis prudẽtes: quia cæcitas ex parte facta est in Israel: donec plenitudo gentiũ introeat: & tũc omnis Israel saluus fiat. Et post paululũ: Iuxta euangeliũ quidem inimici propter uos, iuxta electionem autem dilecti propter patres, absq; pœnitentia enim sunt donationes & uocatio dei. Sicut eñ uos, inquit, aliquando nõ credidistis deo: nunc autem estis misericordiam consecuti propter eorũ incredulitatem: Sic & isti nunc non crediderunt in uestram misericordiam: ut & ipsi misericordiam consequantur. Cõclusit enim deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Ergo nõ est crudelitas dei, sed misericordia unam pere gentem ut omnes saluæ fiant: Iudæorum partem nõ uidere, ut omnis mundus lumen accipiat. Vnde & ipse dñs in euangelio sacramentum cæci à natiuitate qui receperat oculos, uertit ad Tropologiam, & dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundũ, ut uidentes nõ uideãt, & nõ uidẽtes uideant. Et in alio loco Simeon loquitur:

Ecce hic positus est in ruinã & in resurrectionem multorũ. Illis itaq; non uidẽtibus, nos uidemus, illis cadentibus nos resurgimus. Quod intelligens, ꝓpheta quodãmodo alijs uerbis dicit: O dñe præcipis mihi loqui populo Iudæorũ, ut audiãt & nõ intelligãt saluatorẽ, & uideant eũ, & non cognoscãt: Si uis impleri iussionẽ tuã & totũ saluari mundũ, quod & ego fieri desidero: tu excæca cor populi huius & aures aggraua, & oculos claude, ne intelligãt, ne audiant, ne uideant. Si enim illi uiderint & cõuersi fuerint, & intellexerint & sanati fuerint, totus mũdus nõ recipiet sanitatẽ. Ex quo animaduertimus, quãuis graue sit peccatũ, si quis cõuertat, eũ posse sanari. Simulq; & hoc intelligendũ quod pro magnitudine sceleris, cuiã pœnitẽtia indigni iudicati sint, Ipso dño dicente ad Hierusalẽ: Quoties uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina pullos sub alas suas, & noluistis. a ¶ *Et dixi, usq; quò domine, etc.*] Dicente dño: Vade & dic populo huic, qđ audiat, & nõ audiat, uideat & nõ uideat: Idcirco aũt nec audiat, nec uideat: quia nõ sit intellecturus uerba dñi, nec eius opera cogniturus: & qm̃ incrassatus est & dilatatus, & oblitus creatoris sui: Propheta respõder, & quęrit solicitus de populo suo: Vsq; quò dñe hæc sententia permanebit, ut audiens nõ audiat, uidens q̃ nõ uideat? Cui respõdit dñs: tamdiu nõ audiet & nõ uidebit, & excæcatũ habebit cor, donec ciuitates Iudææ Vespasiano Titoq; pugnantibus penitus subuertãtur: intantum ut ne nomẽ pristinũ quidẽ permaneat: & domus si quę remanserint, sine habitatore sint, & terra redigatur in solitudinẽ, & uel fuga uel captiuitate in totũ orbem Iudæus populus dispergat: Et nequaquã in Iudæa ut prius, sed in cunctis gentibus Iudæorũ populus multiplicet. Quod aũt dico multiplicetur: tanta erit infelicitas residui populi, ut ad cõparationem prioris multitudinis, uix decima pars remaneat. Cũq; & in ipsa terra fuerit solitudo (dupliciter eñ locus iste intelligi potest, quod decima pars & in toto orbe uix remaneat, & in ipsa Iudæa uix parua pars populi reseruet) rursum ipsæ reliquiæ erũt in deprædationẽ: quando post annos fermè quinquaginta Hadrianus uenerit: & terrã Iudæã fuerit peruastus deprædatus: intantũ ut terebintho & quercui quæ glãdes amiserint cõparetur. Deniq; post extremã uastitatẽ, etiã leges publicæ pependerũt: & prohibiti sunt Iudæi terrã, de qua ejecti fuerãt, ingredi. Si quis aũt crediderit in Christũ, & implerit fuerit illud quod supra legimus: Nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus: quando iuxta Apostolũ, reliquiæ saluabunt, hoc semẽ sanctũ erit: & de apostolorũ germine cũctæ ecclesiæ pullulabũt. Quod diximus, sanctũ semẽ erit quod steterit in ea: Vel iuxta Aquilã, semẽ sanctũ erit germen eius, in Lxx. interpretibus nõ habetur: sed de Hebraico & Theodotionis æditione ab Origene additũ, in ecclesiæ fertur exemplaribus: ut postq̃ intrauerit plenitudo gẽtiũ, tũc omnis Israel saluus fiat: & impleatur etiã in hoc sermo dñi, dicentis: Ego occidam & ego uiuificabo, percutiam & ego sanabo.

CAP. VII

ET *factũ est, etc.*] Ozias qui & Azarias, rex Iuda, regnauit in Hierusalẽ annis qnquaginta duobus. Cuius extremo iam tẽpore uidit Esaias quæ præteritus sermo disseruit. Quo mortuo & regnãte pro eo

A Ioathã filio eius rege iustissimo: uidit statim propheta dñm saluatorẽ in sua maiestate regnãtẽ, & annũciãtẽ Iudaici populi excitatẽ, & subuersionẽ Hierusalẽ & cæterarũ urbiũ sub Vespasiano & Hadriano: & quomodo in apostolis reliquiæ sint saluãdæ. Tertius rex filius Ioa-
4.Re. 16 2.Par. 28.d tham succedit Achaz impijssimus, qui clausit ianuas templi, et in ualle Gehennon adorauit Baalim, & filiũ suum idolis consecrauit: Ita ut auferret altare æneum, quod Salomon fecerat, & poneret in templo dei altare idolorum: cuius exemplar de Damasco acceperat. Iuste igitur à dñi auxilio derelictus est, & consurrexerũt aduersus eũ Rasim rex Syriæ, id est, Aram: & Phaceæ filius Romeliæ, rex Israel in Samaria, & uenerũt in Hierusalem ut expugnarent eam. Legimus in Paralipomenon libro, Rasin regem Damasci uicto
B Achaz multos de Iudæa Damascum transtulisse: Et Phaceæ filiũ Romeliæ regem decem tribuũ quæ appellabãtur Israel, & regnabat in Samaria, una die centũ uiginti milia percussisse de Iuda hominum bellatorum, & ducẽta milia mulierũ, puerorumq; & puellarum cum infinita præda in Samariã duxisse captiua. De quo certamine propheta nunc tacuit: sed secundum refert præliũ, quando experimentũ habẽtes fortitudinis suæ atq; uictoriæ, & inuitati prædę magnitudine rursum ueniũt ad Iudæam, & Hierusalẽ cupiunt debellare, & non potuerunt, quia auxiliatus ei est dñs, ut sub occasione misericordiæ qua populum liberabat obsessum, filiũ suũ nunciaret de uirgine nasciturum. Quod cum audisset domus Dauid: hoc est, domus regia, Syriam scilicet & Ephraim, Rasin & Phaceæ iuncto uenire exercitu, exterrita est atq; pertimuit: & tam rex quàm populus ita contremuerũt, ut putares arborũ folia uẽtorũ flatibus uentilari. Iuxta Anagogẽ facilis interpretatio est: Quod
Anago. regnante Achaz rege impio, rex Aram, qui interpretat֗ excelsus atq; sublimis, ut indicet arrogantiam sapiẽtiæ secularis, & Phaceæ filius Romeliq; & ipse iuxta Oseæ prophetam ex tribu Ephraim, de qua Hieroboã filius Nabath uitulos aureos in Bethel & Dan cõstituerat: & à domo Dauid dei populũ separare, refertur ad hęreticos, consentientes sibi, ut expugnent ecclesiã. Quod cũ
Ezech. 34.f audierit domus Dauid, quem in Ezechiel bonũ pastorem legimus suscitãdũ: & populus eius simpliciter credens in dñm, pertremiscet. Et ideo pertremiscet, quia non arboribus frugiferis, sed infructuoso saltui cõparat֗. Eosdem autẽ Hæreticos atq; gentiles contra domũ Dauid argumentorum & dialecticæ artis gladijs dimicare: nulli dubium est, ut qui inter se discrepant, in ec-
Luc. 23.b clesiæ oppugnatione consentiant: Iuxta illud quod Herodes & Pilatus inter se discordantes, in dñi passione amicitia fœderarunt. a ¶ *Es dixit dominus ad Esaiam: Egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est Iasub filius tuus, etc.*] Iasub filius Esaiæ qui interpretatur relictus atque conuertens, in typum populi Iuda, qui erat de duorum regum manibus liberandus, iubetur egredi cum parẽte & occurrere Achaz regi Iudæ in loco aquæ C
ductus piscinæ superioris, in uia agri fullonis: ubi postea lecturi sumus sub Ezechia rege Iuda stare Rabsacem, & ex præcepto Sennacherib regis Assyriorũ dei populũ blasphemare. In quẽ locũ egressi sunt, missi ab Ezechia
4. Re. 18 principes ciuitatis, quos in Regum uolumine legimus. Præcipitur֗q; Achaz quã uis impio regi, ꝓpter dñi misericordiã, ut agat silentium: & non terreatur neq; formidet cor eius, putans se passurũ similia quę prius sustinuerat. Duas autem caudas titionum: id est torriũ fumigantiũ istorũ, in ira furoris Rasin & Syriæ, & filij Romelię, eo qd֗ cõsiliũ inierit cõtra te Syria pessimũ, Ephraim et filius Romelię, dicẽtes: Ascendamus ad Iudã, et suscitemus eũ, et euellamus eũ ad nos, & ponamus regẽ in medio eius filiũ Tabeel. Hęc dicit dñs deus: nõ stabit, et nõ erit istud, sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin, & adhuc sexaginta et quinq; anni et desinet Ephraĩ esse populus, Et caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ, Si non
Amos 1.b phalassar rex Assyriorum, sub rege Achaz ascẽderit in Damascũ & uastauerit eã, & trãstulerit habitatores eius Cyrenẽ, & Rasin interfecerit: & quod tetẽderit insidias Phaceæ filio Romeliæ Oseæ filius Ela, & percusserit eũ
D & interfecerit, & regnauerit pro illo in Israel annis nouẽ: & quod uenerit Salmanasar rex Assur & obsederit Samariã, quæ nũc Sebaste uocat֗, tribus annis, & nono
4.Re.17 anno regni Oseæ cœperit eam, uinctũq; Oseæ in carcerem miserit & transtulerit Israel in Assyrios, posueritq; eos in Hala & in Habor iuxta fluuiũ Gozan in ciuitatibus: siue, ut Lxx. transtulerũt, in montibus Medorũ: Quamuis eũ inierint consiliũ hi duo reges pessimi, ut ascenderent ad Iudã: cuius regio in montib. sita est, & suscitarent eũ quiescentẽ, & quodãmodo dormientem: suoq; imperio subiugarẽt, & superponerẽt ei regẽ filiũ
שְׁאָל Tabeel, qui interpretat֗ bonus deus: ut uel hominem hoc nomine, uel idolũ demonstrarent: Tamẽ hęc dicit dñs deus: Non stabit hoc consilium: sed interim modo caput Syriæ urbiũ erit Damascus: & in ipsa Metropoli Damasco imperabit Rasin: Porrò in Ephraim propter Hieroboam filiũ Nabath, qui primus regnauit de Ephraim, erit caput Samariæ: hoc est regia domus in urbe Samaria, & Samariæ caput erit filius Romeliæ, id est Phaceæ: Regnũ aũt decẽ tribuũ, id est, populi Ephraim, post sexaginta & quinq; annos esse cessabit: Qđ nisi diligẽtius attendamus, stare non poterit. Quarto decimo enim anno Achaz filij Ioatham, in tribu Iuda regnauit Oseæ super Samariam, & nono anno impij sui captus est. Regnauit aũt Achaz super Iudã annis sedecim, post cuius mortẽ septimo anno imperij sui captus est Oseæ & destructa Samaria: omnisq; populus est trãsductus in Medos: ita ut si uoluerimus sedecim annis Achaz & septẽ Oseę ponere, efficiant֗ anni uiginti tres, aut ut multũ, uiginti quatuor: & ubi erũt sexaginta et quinq; anni, in quibus regnũ Israel dicitur finiendũ? Igitur Hebræi hũc locum ita edisserunt: ut Amos qui sub Ozia cœpit ꝓphetare quando & Esaias prophetiæ suæ habuit exordiũ, primus ꝓphetauerit cõtra Israel, dicẽs: Israel aũt captiuus ducẽ de terra sua. Titulus quoq; ꝓphetiæ eius

contra

A cõtra Samariã sit, & ꝓphetare cœperit in diebus Oziæ
2.Par.26.d regis Iuda ante duos annos terræmotus: quẽ uoluũt eo tẽpore accidisse, quo ingressus Ozias in templũ dei, fibi sacerdotiũ uẽdicabat, & terra percussa est: & cineres altaris effusi sunt: & ipse rex percussus est lepra. Volunt aũt annũ fuisse uigesimũquintum Oziæ, quãdo hęc acciderũt: cuius reliq anni sunt uiginti septem. Ozias enim regnauit annos quinquaginta duos, post eũ regnauit Ioatham filius eius annis sedecim: & huius filius Achaz annis alijs sedecim, post quẽ regnauit Ezechias: cuius sexto imperij anno capta Samaria est, atq; ita effici simul annos sexaginta quinq. Hæc per prophetam dño prædicente: & Achaz & populus futura non credidit. Vnde subiungitur: Si non crediderit is nõ permanebit is: ut Symmachus transtulit, id est, & uos non permanebitis in regno uestro, sed in captiuitatem ducemini, sustinentes corũ pœnas, quorũ imitari estis insidelitatẽ. Vel certe iuxta Lxx. ἐὰν μὴ συνῆτε, id est, non intelligetis. Et est sensus: Quia quæ dñs dicit futura, nõ
Tropologia creditis, intelligentiã non habebitis. Hæc iuxta historiã dixerimus. Cæterũ iuxta cœptã Tropologiam considerandũ est, quod impio regi Esaias iubeatur occurrere, exiens de loco suo: non in principio aquæ ductus, sed in extremis finibus piscinæ superioris, quę erat in agro
B fullonis, ubi sordes & maculæ purgabantur. Quamuis enim Achaz regnaret super Iudam: tamẽ quia impius erat, in superioris piscinæ extremis finibus morabat֗. Ergo deus non tam regis miseretur, quem indignũ ęstimabat֗ salute, quàm populi sui. Duas aũt caudas torriũ fumigantiũ: ut prius diximus, uocat֗ sapientiam secularem, hæreticũq; sermonẽ, quorũ finis exustio est. Qui frustra inierunt consiliũ, ut ascenderent contra Iudam, & quasi negligentẽ & dormientem caperent, & suis erroribus copularent, ponerentq; super eũ regem filium Tabeel, hoc est, bonũ deũ. Vtercq; enim aduersarius apud se ueritatem, apud se existimat optimam esse doctrinam. Denicq; Marcion hæreticus, boni dei filiũ, hoc est, alterius putat esse Christũ, & non iusti, cuius prophetæ sunt, quem sanguinarium, crudelẽ & iudicẽ uocat. Hæc illis dicentibus, dñs cõminatur, quod non stet cõsilium ipsorũ: sed interim nunc quamdiu mundus iste stat, & ea quæ mundi sunt, in suis finibus & in suis urbibus dominentur. Cum aũt consummationis tempus aduenerit: hoc est, sexaginta quinq; anni: & tam mundi res quæ in sex diebus factæ sunt: quàm omnia quæ ad quinq; sensus pertinent finem acceperint, tunc uniuersa esse soluenda quæ gentiles & hæretici futura non credunt, & propter infidelitatem non intelligunt quæ dicuntur. a ¶ *Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicẽs: Pete, etc.*] Qui prius per prophetã locutus fuerat ad Achaz, uide ut sileas: noli timere, &c. Illo non credente: & ideo non intelligente, ipse loquitur ad Achaz: ut saltem autoritate dñi territus suscipiat quæ dicũtur. Quia tibi, inquit, uidetur esse difficile, quod regna potentissima breui tẽpore finienda sint: & tu cũ populo tuo de magno periculo libereris: Pete tibi signũ, nequaq; ab idolis, quorũ errore retineris: sed à dño deo tuo qui tibi auxilium pollicetur, & ipsum signũ optionis tuæ est unde postules, siue de profundo siue de excelso: Quod cũ soli Lxx dixerint: cæteri iuxta Hebraicum significantius trãstulerunt, de profundo inferni. Ergo sicut profundũ, infernũ significat: ita excelsum, supra cœlos intelligere debemus: ut cum de inferno siue de excelso signũ acceperis, credas futura quę dixi: Vis, inquit, ut scindatur terra et grandi hiatu inferi pateant, qui in corde terræ esse dicũtur, an ut aperiantur cœli? Quod utrũq; ad typũ pertinet mortis dñi & ascensionis: Qui enim descendit ipse est qui & ascẽdit. Et in apostolo legimus: Ne dixeris in
Rom. 10.b corde tuo: quis ascendit in cœlum? hoc est Christum deducere: Aut, quis descẽdit in abyssũ? hoc est Christũ de mortuis reducere. Et in alio loco de
Ephe. 3.d Christo disputãs, ait: Quæ sit latitudo, & lõgitudo, & excelsum, & profundũ supereminẽtis scientiæ & dilectionis Christi: Hoc quantũ ad mysticos pertinet intellectus. Cæterũ & Moyses accepit signa de terra, de quibus in psal-
Psal. 134 mis legimus: Misit signa & prodigia in medio tui Aegypte, ranas, locustas, cyniphes, & cynomyiam: de cœlo aũt grandinẽ & ignem & triũ dierũ tenebras. Ego reor & Ezechiã, quando sol decem regressus est lineis, signũ
4.Re. 20.b accepisse de cœlo, & Iesum filiũ Naue in Gabaon & Hialon stantibus sole & luna. Plerique putant Saulẽ signũ accepisse de terra & de profundo inferni: quando Samuelẽ per incantationes & artes magicas uisus est ascitasse. Sed & Ionas propheta de abysso, & de profun-
Ionæ 2.c do ac mortis faucibus liberatus, signũ dedit & accepit inferni. Legi in cuiusdã cõmentarijs hunc locũ per allegoriã extenuatũ: ut profundũ & excelsum ἀισθητὰ καὶ νοητὰ intelligeret, quæ nos possumus sensibilia dicere, & intelligibilia: quorũ alterũ refertur ad sensus, alterũ ad mentẽ & rationẽ. Virginem quoq; interpretatur ani
D mã, quæ nulla peccati corrupta est conscientia: & potest de se Emmanuel nobiscũ deũ, id est, præsentẽ dei generare sermonẽ. Sed nos elixas agni carnes non comedimus, uerũ assas: & quæ in nobis possint omnes uoluptatũ siccare pituitas: ne sacramentũ fidei nostræ, dum plus sapimus quàm oportet sapere, negligamus. b ¶ *Et dixit Achaz: Non petam & non tentabo dominũ.*] Non humilitatis est, sed superbiæ, quod non uult signũ à dño postulare: Quanq; enim scriptum sit in Deuteronomio: Non
Deut. 6.d tentabis dñm deũ tuum, & hoc contra diabolũ saluator
Matth. 4.b usus sit testimonio, tamen iussus ut peteret, obedientia debuit explere præceptũ: præsertim cũ & Gedeõ & Ma-
Iudic. 6.b & 13.b nue signũ petierint & acceperint: Quanq; iuxta Hebręi sermonis ambiguitatẽ, in quo scriptũ est, אַבְקֹשׁ אֶת יְהוָה לֹא & omnes similiter transtulerũt, nõ tentabo dñm, possit legi non exaltabo dñm, Sciebat eñ rex impius quod si signũ peteret, accepturus esset, & glorificaretur dñs. Ergo quasi idolorũ cultor, qui in omnibus angulis plateaꝝ & in montib. locisq; nemorosis aras cõstituerat: & pro leuitis habebat Phanaticos, nõ uult signũ petere quod præceptum est. c ¶ *Et dixit: audite ergo domus Dauid: Nunquid parũ uobis est molestos esse hominibus, etc.*] Quis est iste qui dixit: audite ergo domus Dauid? Nequaq; deus qui supra ad Achaz dixerat: Pete tibi signũ à dño deo tuo: sed propheta, ut ex consequentibus comprobatur: Quia molesti estis & deo meo. Et est sensus: Quia non solũ prophetas persequimini & eorũ dicta cõtemnitis: sed & præsentis & iubentis dei sententiæ contradicitis: ita ut ei exhibeatis laborem, qui in alio loco ait: Laboraui sustinens: ideirco dñs faciet quæ sequuntur. Pro labore & molestia: quod Aquila & Symmachus trãstulerũt: Lxx. & Theodotio ἀγῶνα interpretati sunt, id est luctam atq; certamen: quia contentiosi non subiiciant collum dñi seruituti: sed illo uulnera eorum uolente curare respuant sanitatem: Et hoc notandũ, quod Achaz rege impijssimo uolente signum petere, sermo

prophe-

A prophetiæus ad domũ Dauid, hoc eſt, ad tribũ regiam cõuertatur, de qua ſupra legimus: Et nunciauerũt hæc domui Dauid, dicẽtes: Conſenſerũt Syria & Ephraim.
a ¶ *Propterea dabit dominus ipſe uobis ſignũ, &c.*] Nequaquã
Heb. 1.a multifariæ iuxta apoſtolũ Paulũ & multis modis loque
Oſee. 12.c tur deus; Nec iuxta aliũ ꝓphetã, in manibus propheterũ aſſimilabit, ſed qui ante loquebat per alios dicet: Ecce adſum. De
Infra. 58.c quo & ſponſa roga-
Cant. 1.a bat in canticocanticorũ: Oſculetur me oſculo oris ſui:
Pſal. 23.b Dñs eñ uirtutũ ipſe eſt rex gloriæ, ipſe deſcẽdet in uterũ uirginalem, & ingredietur & egredietur orientalem portam, quę ſemper eſt clauſa, de quo Gabriel dicit ad
Luc. 1.d uirginẽ: Spiritus ſanctus ueniet ſuper te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: propterea quod naſcetur ex te
Prouer. 9.a ſanctũ, uocabitur filius dei. Et in prouerbijs: Sapientia ædificauit ſibi domum. Quando aũt dicitur: Dabit dñs ipſe uobis ſignũ, nouũ debet eſſe atq; mirabile. Sin aũt iuuencula uel puella, ut Iudæi uolũt, & non uirgo pariat, quale ſignũ poterit appellari, cũ hoc nomen ætatis ſit non integritatis? Et reuera, ut cũ Iudæis cõferamus pedem: & nequaquam cõtentioſo fune præbeamus eis riſum noſtræ imperitiæ, uirgo Hebraice בְּתוּלָה appellatur, quæ in præſenti loco nõ ſcribitur, ſed pro hoc uerbo poſitũ eſt עַלְמָה quod præter Lxx. qui poſuerunt νεᾶνις, oẽs adoleſcentulã tranſtulerũt. Porrò עַלְמָה apud eos uerbũ ambiguũ eſt, dicitur enim & adoleſcẽtula, & abſcondita, id eſt, ἀπόκρυφος. Vnde & in titulo pſalmi noni, ubi in Hebræo poſitum eſt עַלְמוּת cæteri
Gene. 24.b interpretes tranſtulerunt, pro adoleſcẽtia, quod Lxx.
B interpretati ſunt, pro abſcõditis. Et in Geneſi legimus, ubi Rebecca dicitur alma: Aquilam non adoleſcentulam nec puellam, ſed abſconditam trãſtuliſſe. Sunamitis quoq; mulier amiſſo filio, cũ Heliſei fuiſſet pedibus prouoluta, & prohiberet eã lezi, audit à propheta: Dimitte eam, quia in dolore eſt, & dñs abſcondit à me. Pro eo quod in Latino dicitur, abſcondit à me, in Hebræo ſcriptũ eſt חַיַּלְמִים מִמֶּנִּי Ergo alma, non ſolũ puella uel uirgo: ſed cũ παρθένος uirgo abſcondita dicitur et ſecreta, quæ nunquam uirorũ patuerit aſpectibus, ſed magna parentũ diligentia cuſtodita ſit. Lingua quoq; Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, ꝓprie uirgo alma appellatur. Et ut riſum præbeamus Iudæis, noſtro quoq; ſermone alma ſancta dicitur: Om
Can. 3.c niũq; penè linguarũ uerbis utuntur Hebræi, Vt eſt il-
אפריון lud in Canticocanticorũ de Græco φορεῖον: id eſt fercu-
בנוי lũ ſibi fecit Salomon, quod & in Hebræo ita legimus.
בתשוקות Verbũ quoq; nugas & menſuram Hebræi eodem modo & eiſdem appellant ſenſibus. Et quantũ cũ mea pugno memoria: nunq; me arbitror alma in muliere nupta legiſſe: ſed in ea quæ uirgo eſt, ut non ſolũ uirgo ſit, ſed uirgo iunioris ætatis, & in annis adoleſcentiæ. Poteſt eñ fieri ut uirgo ſit uetula, iſta aũt uirgo erat in annis puellaribus: Vel certe uirgo non puellula, & quæ adhuc uirũ noſſe nõ poſſet: ſed tam nubilis. Deniq; in Deuteronomio, ſub puellæ & adoleſcentulæ nomine, uirgo intelligitur: Si inuenerit, inquit, homo in campo puellã deſponſatã, & ui opprimens dormierit cũ ea, & terſicietis uirũ ſolũ, qui concubuit cũ ea, & puellæ nihil facietis, nõ eſt adoleſcentulæ peccatũ mortis: Quia quo modo ſi quis in inſidijs inſurgat cõtra proximũ ſuũ, & interficiat animã eius, ſic hoc negotiũ accidit. In agro inuenit eã, clamauit puella deſpõſata, & nõ eſt inuẽtus q
1.Reg. 1.a auxiliaret ei. Et in Regũ uolumine legimus, qđ queſierint puellã uirginẽ nomine Abiſag, & introduxerint ad regẽ, quæ dormiret cũ eo & foueret eum, & erat puel-

deo meo? Propterea dabit dominus ipſe uobis ſignum: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabis nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut ſciat repro bare malum & eligere bonum. Priũs enim quàm ſciat

la pulchra nimis & miniſtrabat ei, & rex nõ cognouit eã. Quodq; ſequitur: Et uocabis nomẽ eius Emmanuel, & Lxx. & tres reliqui ſimiliter trãſtulerũt, ꝓ quo in Matthæo ſcriptũ eſt, uocabũt: qđ in Hebræo nõ habet. Ergo iſte puer qui naſcet ex uirgine, ò domus Dauid, nũc à te appellet Emmanuel, id eſt, nobiſcũ deus, quia rebus ipſis probabis à duobus inimicis regibus liberata, deũ te habere præſentẽ: & qui poſtea uocabitur Ieſus, id eſt, ſaluator: eo quod uniuerſum hominũ genus ſaluaturus ſit, nunc à te Emmanuelis appelletur uocabulo. Verbũ קְרָאת quod omnes interpretati ſunt uocabis, poteſt intelligi & uocabit: qđ ipſa ſcilicet uirgo quæ cõcipiet & pariet, hoc Chriſtum
Matth. 1.d appellatura ſit nomine. In multis teſtimonijs quæ euãgeliſtæ uel apoſtoli de libris ueteribus aſſumpſerũt, curioſius attendendũ eſt, nõ eos uerborũ ordinem ſecutos eſſe, ſed ſenſum. Vnde & in præſenti loco, pro concipiet in utero, Matthæus poſuit in utero habebit, & ꝓ uocabis, uocabunt. Hebręi hoc de Ezechia filio Achaz prophetari arbitrantur, quod ipſo regnante ſit capta Samaria, quod omnino probari nõ poteſt. Siquidem Achaz filius Ioatham, regnauit ſuper Iudam & Hieru-
4.Reg. 18 ſalẽ annis ſedecim, Cui ſucceſſit in regnũ filius eius Ezechias, annos natus uigintiquinq;, et regnauit ſup Iudã et Hieruſalẽ annis uigintinouẽ. Quiõ ergo, ut demus primo anno Achaz hãc ad eũ factã, ꝓphetiã, de Ezechię cõceptu dicit & natiuitate, cũ eo tẽpore quo regnare cœpit Achaz, iã nouẽ Ezechias eſſet annorũ: niſi forte ſex tũ Ezechiæ regni annũ, quo eſt capta Samaria, infantiã eius appellari dicãt, nõ ætatis, ſed impij. Qđ coactũ eſſe atq; uiolentũ, etiã ſtultis patet. Quidã de noſtris Iudaizãs, Eſaiã ꝓphetã duos filios habuiſſe cõtẽdit, Iaſub & Emmanuel: & Emmanuel de ꝓphetiſſa uxore eius eſſe generatũ, in typum dñi ſaluatoris: ut prior filius Iaſub, qđ interpretat relictus ſiue cõuertẽs, Iudaicũ populũ ſignificet, q relictus eſt, & poſtea reuerſus. Secũdus aũt, id eſt, Emmanuel & nobiſcũ deus, gẽtiũ uocationẽ: poſt quã uerbũ caro factũ eſt, et habitauit in nobis. *b* ¶ *Butyrũ & mel comedet, etc.*] Pro quo Lxx. tranſtulerũt, anteq; ſciat. Quodq; ſequit, aſſumere malũ, in Hebraico nõ habet. Et eſt ſenſus: O domus Dauid cui dei ſermone pręcipit ut uoces, id eſt, inuoces in periculo cõſtituta nomẽ Emmanuelis, id eſt, nobiſcũ dei: nõ mireris ad rei nouitatẽ, ſi uirgo deũ pariat, q tãtã habeat poteſtatẽ, ut multo poſt tẽpore naſciturus te nũc liberet inuocatus: ipſe eſt eñ q uiſus eſt Abrahã, & locutus eſt Moyſi. Dicã & aliud mirabilius: ne eũ putes in phãtaſmate naſciturũ, cibis uteꝛ infantiæ, butyrum comedet & lac: Et licet multa
Luc. 2.b poſt ſecula de eo euãgeliſta teſtet: Puer aũt ꝓficiebat ſapiẽtia & ætate & gratia apud deũ & homines: & hoc dicat, ut ueritas humani corporis apꝓbet: tñ adhuc pãnis inuolutus, & butyro paſtus ac melle, habebit boni malíq; iudiciũ, ut reꝓbrãs mala, eligat bona: Nõ qđ hoc fecerit, aut reꝓbauerit uel elegerit: ſed qđ ſcierit reꝓbare & eligere: ut ꝓ hęc uerba noſcamus, infãtiã humani corporis diuinæ nõ præiudicaſſe ſapiẽtiæ. Deniq; iacẽtẽ in præſepio angeli paſtoribꝰ. nũciãt, magi adorãt de Oriẽte ueniẽtes, quos utiq; electos eſſe credẽdũ eſt: Et ecõtra
Matth. 2.b rio Herodes, ſcribæ ac phariſęi reꝓbant: qa ꝓ uno infãte multa paruulorũ milia trucidarũt. ¶ *Prius enim, etc.*] Sexto imperij anno Ezechię, eſt ab Aſſyrijs capta Samaria, id eſt, triceſimoprimo anno ętatis ipſius. Si itaque iſte qui naſciturus: uel de uirgine, ut nos probamus, uel de adoleſcentula, ut Iudæi uolunt butyrum & mel comedet: & tam paruulus erit ut malum à bono diſcernere

A diſcernere nequeat, & antequã ille tempus egrediatur infantiæ, terra Syriæ & Samariæ uaſtãda ab Aſſyrijs ſit, reſpõdeãt Hebræi, quomodo Ezechias triginta & uno annis infantulus prædicetur, & tam rudis ætatis ut mel & butyrũ comedens: iuxta Niniuiticos pueros, nec ſiniſtram, nec dextrã, id eſt, nec malũ, nec bonũ nouerit. Relatum autem ad Emmanuel qđ interpretatur nobiſcum deus, facilem habebit intelligentiã, Quod ad myſterium & inuocationẽ nominis eius, terra Syriæ & Samarię Aſſyrio ſuperante, uaſtetur, & domus Dauid libere tur à duobus regib. quos meruit, Raſin uidelicet & Phaceæ.
a ¶ *Adducet dominus ſuper te, & ſuper populum, etc.*] Locus iſte per Hyperbaton legẽdus eſt. Deniq; & nos ſecuti Hebraicam ueritatem: ita eũ interpretati ſumus. ò domus Dauid, auſcultа quæ dico, ut derelinquatur terra Syriæ & Samariæ à facie regum duorũ, quos tu uche
B mentiſſime reformidas: Adducet dñs dies ſuper te, & ſuper domũ patris tui Dauid: quos nunquã habuiſti ex eo tẽpore quo decẽ tribus à duabus tribubus ſeparatæ ſunt & regnũ in Samaria habere cœperunt. Addu cet aũt iſtos dies, id eſt, tẽpora cũ rege Aſſyriorũ, ut illis ſuperatis atq; ſubuerſis, tu Emmanuelis præſentia liberis. Lxx. hũc locũ ita uerterũt, Adducet dñs ſuper te, & ſuper populũ tuũ, & ſuper domũ patris tui dies, qui necdũ uenerunt, ex qua die abſtulit Ephraim à Iuda regem Aſſyriorũ. Quod quẽ ſenſum habeat, ſcire nõ poſſumus: niſi forte hoc dicendũ eſt, quod peccatorũ ſuorũ magnitudine Ephraim: id eſt, Samaria primũ ad ſe Aſſyriorũ fecerit impetũ declinare. Aliter: Interim nũc duo reges Raſin & Phaceæ qui te obſident & uaſtare ſe ſtinant, breui tẽpore ſubuertentur: Tuæ autẽ uaſtationis tempus illud aduenier: quando, quod nunq; ſperaueras, immo nunquã metueras, Aſſyrius uenerit. Per ſyrios eſſe metuendos. Præſenti ergo formidine liberat, & de futuro tẽpore cõminatur. *b* ¶ *Et erit in die illa, ſibilabit dominus, etc.*] Cũ fuerit duorũ regum terra deſerta. Damaſcus & Samaria, quã tu nũc deteſtaris & metuis, tunc adducet dñs ò domus Iuda ſuper te, & populum tuũ dies, quos nunq; ante uidiſti, & regẽ Aſſyriorũ. Fruſtra igitur præſentia metuis, ſemiuſtos torres & ignem penitus nõ habẽtes: ſcire enim debes, quod ſibilo ſuo dñs muſcas Aegypti & fluminũ eius, haud dubiũ quin ſeptẽ διωρυχας Nili ſignificet, uocaturus ſit, & apẽ quæ eſt in terra Aſſur. Muſcas aũt Aegyptios uocat propter ſordes idolatriæ, & imbellẽ populũ, & apem Aſſyrios quorũ illo tempore potentiſſimũ regnũ erat, & ad bella promptiſſimũ: uel ob id quia omnis ꝓpe Aſſyriorũ & Perſidis regio uſum habebat ſagittarũ: Ii igitur omnes ueniẽt et occupabũt terram tuã in torrentibus uallíũ & cauernis petrarũ, & in omnib. fruticis & foramínibus lignisq; nemoroſis. Hæc aũt per Metaphoram dicũtur: ut quia ſemel muſcas & apes nominauerat, trãslationẽ ſeruaret in reliquis. Legamus Regũ & Paralipomenon libros & inueniemus ab Aegyptijs cæſum ſanctũ regẽ Ioſiã, & populũ Iſrael poteſtati Aegyptiæ ſubiugatũ: ita ut regem illis cõſtitueret. Et poſt nõ multũ temporis, uenit Nabuchodonoſor cũ innumerabili multitudine bellatorum, captaq; Hieruſalẽ & cæteris Iudææ urbibus diruꝰ, incẽdit tẽplũ, & habitatores Aſſyrios poſuit in Iudæa. *c* ¶ *In die illa radet dominus in nouacula, etc.*] Hæc quidam putant de Aſſyrijs ꝓphetari, qui mille trecentis annis, antequã Hieruſalem ſubuerterent, regnũ Aſiæ Aegyptiq; & Libyæ poſſederũt, quod à Mœdis Perſiſq; uincendi ſint, & eorũ imperiũ deſtruendũ. Alij uero arbitrantur, qđ trãs flumen Euphratẽ cæſi ſint Aegyptij. Nos aũt nouaculã mercede cõductã, ipſum ar

C *Butyrũ & mel comedet, etc.*] Pro quo Lxx. tranſtulerũt, anteq; ſciat. Quodq; ſequit, aſſumere malũ, in Hebraico nõ habet. Et eſt ſenſus: O domus Dauid cui dei ſermone pręcipit ut uoces, id eſt, inuoces in periculo cõſtituta nomẽ Emmanuelis, id eſt, nobiſcũ dei: nõ mireris ad rei nouitatẽ, ſi uirgo deũ pariat, q tãtã habeat poteſtatẽ, ut multo poſt tẽpore naſciturus te nũc liberet inuocatus: ipſe eſt eñ q uiſus eſt Abrahã, & locutus eſt Moyſi. Dicã & aliud mirabilius: ne eũ putes in phãtaſmate naſciturũ, cibis uteꝛ infantiæ, butyrum comedet & lac: Et licet multa poſt ſecula de eo euãgeliſta teſtet: Puer aũt ꝓficiebat ſapiẽtia & ætate & gratia apud deũ & homines: & hoc dicat, ut ueritas humani corporis apꝓbet: tñ adhuc pãnis inuolutus, & butyro paſtus ac melle, habebit boni malíq; iudiciũ, ut reꝓbrãs mala, eligat bona: Nõ qđ hoc fecerit, aut reꝓbauerit uel elegerit: ſed qđ ſcierit reꝓbare & eligere: ut ꝓ hęc uerba noſcamus, infãtiã humani corporis diuinæ nõ præiudicaſſe ſapiẽtiæ. Deniq; iacẽtẽ in præſepio angeli paſtoribꝰ. nũciãt, magi adorãt de Oriẽte ueniẽtes, quos utiq; electos eſſe credẽdũ eſt: Et ecõtrario Herodes, ſcribæ ac phariſęi reꝓbant: qa ꝓ uno infãte multa paruulorũ milia trucidarũt. ¶ *Prius enim, etc.*] Sexto imperij anno Ezechię, eſt ab Aſſyrijs capta Samaria, id eſt, triceſimoprimo anno ętatis ipſius. Si itaque iſte qui naſciturus: uel de uirgine, ut nos probamus, uel de adoleſcentula, ut Iudæi uolunt butyrum & mel comedet: & tam paruulus erit ut malum à bono diſcernere

puer reprobare malũ & eligere bonũ, derelinquẽt terra, quã tu deteſtaris, à facie duorũ regũ ſuorũ. Adducet dõminus ſuper te & ſuper populũ tuũ & ſuper domum patris tui dies qui non uenerũt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cũ rege Aſſyriorũ. Et erit in die illa ſibilabit dominus muſcæ quæ eſt in extremo fluminũ Aegypti, & api quæ eſt in terra Aſſur, & ueniẽt & requieſcent oẽs in torrentibus uallíũ, & in cauernis petrarũ & in omnibus frutetis & in uniuerſis foraminibus. In diẽ illa radet dñs in nouacula cõducta, in his qui trans flumẽ ſunt, in rege Aſſyriorũ, caput & pilos pedũ, & barbam uniuerſam. Et erit in die illa nutriet homo uaccã boũ, & duas oues, & præ ubertate lactis comedet butyrũ, Butyrum eñ & mel mãducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa, omnis locus ubi fuerint mille uites, mille argentei, & in ſpinas & in uepres erunt, Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc, uepres enim & ſpinæ erunt in uniuerſa terra. Et omnes montes qui in ſarculo ſarientur, non ueniet illuc terror ſpinarũ & ueprium, & erit in paſcua bouis & in conculcationem pecoris.

Et di-
bitramur Aſſyriũ, quẽ in Hieremia ob ultionẽ populi peccatoris, etiã colũbã ſuã uocat. Deniq; & in uiſione Tyri, quia in extruendis munitionibus, & aggere compoſitãdo Nabuchodonoſor plurimũ laborauerat, & illis claſſe fugientibus, fuerat mercede priuatus, data eſt ei Aegyptus ꝓ mercede & labore ſuo. Ergo in iſta nouacula acutiſſima, & in his qui habitãt trãs flumẽ Euphratẽ in rege uidelicet Aſſyrio, oẽs capillos & pilos totius corporis à capite uſq; ad pedes decoremq; barbæ, qđ uirilitatis indiciũ eſt, radet dñs de Iudæa ut nihil in illa forte nihil pulchrũ reſideat, ſed effœminatis hominibus imò ignominioſis mulieribus cõparẽtur. *d* ¶ *Et erit in die illa nutriet homo uaccã boũ, etc.*] Poſt ſubuerſionẽ Hieruſalẽ & captiuitatẽ populi & tẽpli incẽdiũ: Nabuzardã princeps militiæ, quẽ Lxx. ἀρχιμάγειρον uocãt, paucos de populo & eos pauperes dereliquit in terra, qui uineas & agros colerent. Deniq; Godolias qui eis præpoſitus erat de regio gñre relictus, hortatur et dicit: Nolite timere Chaldæos, habitate in terra & ſeruite regi Babylonis & bene erit uobis. In die igit illa, hoc eſt, in illo tẽpore cũ fuerint oẽs opes Iudæorũ trãslatæ in Chaldæã, tãta ſolitudo erit in terra Iudæ: & tam incredibilis uaſtitas, ut nequaq; armẽta boũ habeant, nec greges ouiũ ſicut prius habere cõſueuerãt: ſed uix rarus habitator unam uaccã nutrire poſsit & duas oues, non ad arandũ, ſed ad cibũ atq; ueſtitũ lactis ac uelleris. Propter inopiã quippe frumenti & omniũ quæ terra gignit ad comedendũ lacte ac butyro & agreſti melle ueſcentur. Quodq; ait: Præ ubertate lactis comedet butyrũ, hoc ſignificat, qđ terra cultorũ raritate fertilior ſit, & magis apta paſcuis. In illo tẽpore præ hominũ paucitate, tãta erit uini inopia deſertis uineis, quæ meru hoſtili nequaquã putabunt, ut ſingulæ uites ſiclis argenteis ſingulis uix emant. In uepres eñ & in ſpinas omnis terra redigẽ: tantaq; erit formido ubiq; ſeuientib. gladijs, ut abſq;

arcu

C *Metapho.* 2.Par. 35.d

D Hiere. 25.g

4.Re. 25.f

Universidade de Deusto
Biblioteca

A arcu & sagittis nullus suũ agrũ inuisere audeat, & derelictis cãpestribus locis, ad mõtana cõfugiãt: ubiq; locorũ difficultate muniti, uix asperos mõtes manu fodiãt: quia boues, aratra, & uomeres nõ habebũt. Sicubi ergo rarus cultor in mõtibus fuerit inuẽtus, inde uitam miserabilem sustẽtabunt: Cætera aũr pertinentia ad pascuis & absq; ullo custode à brutis animantibus conculcabũtur. Hæc post captiuitatem solere fieri, unũ nesciremus: At nunc magna pars Romanę urbis quondã Iudææ similis est, quod absq; ira dei factũ nõ putamus, qui nequaquã cõtemptũ sui per Assyrios ulciscitur & Chaldæos, sed per feras gẽtes & quondã nobis incognitas: quarũ & uultus & sermo terribilis est, & fœmineas incisasq; facies præferentes, uirorũ & bene barbatorũ fugiẽtia terga confodiũt. Legisse me noui in his locis latissimã & inextricabilem Tropologiã, qđ uniuersa quæ iuxta historiã disserui-
mus, spiritualiter Iudæis acciderint, uix unã habentibus uaccã & duas oues, munda uidelicet animalia, ut nequaq; solido cibo, sed lacte nutriãtur infantiæ, & comedãt mella uerborũ, quæ distillant de labijs mulieris meretricis, et uinũ nõ habeãt, qđ lętificat cor hominis: sed omnia corũ opera rediganť in spinas, ut uulnerent
Psal. 10.a ab aduersarijs, qui pcutiunt in obscuro rectos corde.
B Qđ si quãdo uoluerint altius quippiã sapere, & nimio labore sudãtes de scripturis sanctis mysticũ aliquid inuenire: nihilominus fruges nõ afferãt doctrinæ, sed ue prib. cõpleãtur & spinis, quæ oriũtur in manib. ebrij. Et nequaq; terra eorũ atq; doctrina ab hominib. rationalibus animãtibus, sed à bobus, quorũ deus curã nõ habet, & à brutis animalib. cõculcetur. CAP. VIII

ET *dixit dominus ad me: Sume tibi librum grandẽ, & scribe,* etc.] Lxx. pro libro grandi, interpretati sunt τὸ μου καινὸν τὸ μέγαλον, id est, librũ nouũ & magnũ. Et pro eo quod in Hebræo habetur, adhibui mihi testes fideles: dixerũt, πάρεσται μοι, καὶ μάρτυρας πιστοὺς ἀνθρώπους, id est, adest eis, & testes fac mihi fideles homines. Et ꝓ Vria sacerdote, tantũ τὸν ἱερέα,
Supra. 7 id est, Vriã, cætera similiter. Primũ propheta missus est ad Achaz, ut ei prædiceret quæ scriptura cõmemorat: Quo audire nolẽte, ipse dñs loquitur ad Achaz: & præcepit ei ut petat sibi signũ in profundum siue in excelsum: Quo respondente, non petã & non tentabo dñm, dimisso rege impio, ad domũ Dauid dei uerba uertuntur, & promittitur ei uirgo paritura filiũ, cuius nomen sit Emmanuel, hoc est, nobiscũ deus. Qui si crebro fuerit inuocatus, Samaria subuertatur & Syria: subuertatur aũt à rege Assyriorũ, qui & ipsum Iudam postea capturus fuerit ut omnis terra Iudæa uertatur in solitudinẽ. Rursum ergo sub alia figura partus describitur uirginalis. Et dixit dñs ad propheta, ut nequaq; in populos ꝓferat nouæ natiuitatis arcanũ, sed scribat eam in isto grandi uolumine quod nũc legimus. Et quo sit mirabilius, humanis uerbis, & stilo, quo homines scribere consueuerũt, dei sacramenta cõprehendat. Quid est aũt illud quod scribitur humano stilo c Vt puer natus uelociter spolia detrahat & cito prædetur, hoc est, ne ultra patiat regnare diabolũ, nec mittat angelos, nec ꝓphetas: sed ad saluãdas creaturas suas ipse descẽdat. Fecit ergo ꝓpheta quod iussum est: & adhibet sibi duos testes fideles, Vriam sacerdotẽ, qui legis doctor est, dicẽte Malachia: Labia sacerdotis custodiẽt scientiã, & legẽ requirẽt ex ore eius: quia angelus dñi exercituũ est: Et Zachariã filiũ Barachiæ, quẽ prophetã fuisse dubium nõ est. Legimus quod regnante Achaz, Zacharias sacerdos fuerit templi dñi: cui præcepit Achaz ut altare simile altaris Damasci faceret. Et dierum narrat liber, quod Ezechias filius Achaz quæsierit dñm in diebus Zachariæ eruditi in timore dei. Exhibuit aũt se Esaias dignũ spiritu prophetali, & præbuit prophetisse, id est, spiritui sancto, qui sermone Hebraico uocatur רוח genere fœmini-
no: iuxta illud quod scriptũ est: Accedite ad dñm & illuminamini. Spiritu itaq; sancto conceptus est dñs. Et licet humanus sermo nativitatis eius nequeat explicare mysterio: tamen Gabriel ipsi uirgini loquitur quæ cõcepit: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei. Quidam ꝓphetissam sanctam Mariam interpretantur, quam prophetam fuisse non dubiũ est: Ipsa enim loquitur in euangelio: Ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes: quoniã fecit mihi magna qui potens est: & reliqua. Præcipiturq; Esaiæ, ut ipsum puerũ qui prius uocabatur Emmanuel, nunc appellet, accelera, spolia detrahe, festina prædari: Ascẽdẽs enim in altũ, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus: Et anteq; humanũ corpus assumeret, & iuxta infantiã patrem uocaret deũ, & matrem Mariã, auferetur Damasci fortitudo, & spolia Samariæ per regẽ Assyriorũ: ut necdũ natus populũ suũ, domũ Dauid, sola inuocatione saluaret. Vrias interpretatur lux dñi: Zacharias, memoria dñi: & Barachias, benedictio dñi, quibus testibus Christi natiuitas comprobatur. Ipse enim in euangelio duobus euntibus in Emaus, incipiẽs à Moyse & prophetis, edisserũt quod de se omnia prophetassent. Iuxta tropologiã, in anima uirginali, & nulla sorde maculata, de spiritu sancto dei sermo conceptus, uelociter de aduersarijs potestatibus spolia detrahit & sibi facit uniuersa seruire. Cũq; ex parte nũc uideat, & ex parte prophetet priusquam posit esse perfectus: & merito uocare deũ patrem, & matrem suam cœlestem Hierusalem: adhuc in infantia & in ꝑfectu positus, uincet fortitudinem Damasci, doctrinã uidelicet sapiẽtiæ secularis: Et auferet spolia Samariæ, qui bus ecclesiã hæretici spoliauerant dicentes: Non est nobis portio in Dauid, neq; hæreditas in filio Iesse, præsente rege ipso Assyriorũ diabolo, qui eis non poterit auxiliari. Tales autem filios non solũ Maria prophetes uirgo perpetua, sed & sanctæ mulieres patriarchis generant: Sara quæ interpretatur ἄρχουσα, id est, princeps, & Rebecca quæ in lingua nostra patientia sonat. b ¶ *Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicẽs,* etc.] Dixerat supra auferendã Damasci fortitudinẽ, & spolia Samariæ in conspectu regis Assyriorũ, & duos reges Assyrio pugnante capiendos: Nunc deus loquitur ad prophetã charactere solito scripturarũ, per translationem Siloæ fontis Hierusalem, & Assyrij fluminis uiolentissimi, quod omnem terrã Israel suis inundet aquis, & egrediatur ripas aluei: tãtoq; feratur impetu, ut posti decem tribuũ occupauerit terrã, ad Iudã perueniat, & transiens ad collũ usq; pertingat, per quæ uicinã significat captiuitatẽ. Nõ enim tunc captus est Iudas: sed cunctis duarũ tribuũ urbibus

A urbibus subiugatis, sola remansit Hierusalem, quæ incredibili dei misericordia liberata est. Potentiam ergo Assyrij & innumerabilis eius exercitus, quã sub fluminis inundatione descripserat, nũc ꝓ alia ostẽdit trãslationem, ꝙ alis suis, id est, ducib. & infinita multitudine operuerit terram Emmanuelis: hoc est, defendẽris eã dei: sed tamen non possẽderit, quanq; Emmanuel à Lxx. sequẽti capitulo coaptet, nõ ꝓprio nomine ut apud Hebræos uocat, sed interpretato. i. nobiscũ deus. Siloã aũt fontẽ esse ad radices mõtis Sion, q nõ iugib. aquis, sed incertis horis diebusq; ebulliat: & ꝓ terrarũ cõcaua & antra saxi durissimi cũ magno sonitu ueniat, dubitare nõ possumus: nos præsertim q in hac habitamus prouincia. Est aũt sensus: qa populus decẽ tribuũ magis uoluit Rasin & filio Romeliæ. i. Damasci & Samariæ regib. esse subiectus, q̃ ĩtirpi Dauid, quæ meo cœpit regnare iudi-
B cio, faciã eũ nequaq; his regib. quos assumpsit, sed regi seruire Assyrio: cuius potentia occupãtis terram Samariæ, inundatio-
ni fluminis cõparat. Et fit apostropha ad Emmanuel, hoc est, ad præsentẽ deũ: q in tantũ se erexerit Assyrius, ut etiã terrã ipsius Iudam conatus sit
Anagoge posisidere. Iuxta anagogen, omnis hæreticus qui iunxerit auxilio suo sapientiam secularem: & Hierusalem, id est, ecclesiam uoluerit oppugnare, de-
שִׁלֹחַ relinquens aquas Siloæ fontis, qui interpretatur missus, & qui salit in uitam æternam, tradetur Assyriorum principi, quem sensum magnum in posteriori-
bus lecturi sumus, cuius traditus potestati, in profundum uenient peccatorum. Tantæ est enim arrogantiæ, ut ausus sit ostendere saluatori uniuersa regna terræ, & dicere: Hæc omnia mihi tradita sunt. Conabitur quoque Iudam, id est, domum confessionis intrare, & crebrò per eos qui in ecclesia negligentes sunt usq; ad collum uenient credentes in Christo cupiens suffocare, & extendet alas suas, implens uniuersam regionem Emmanuelis, sed non poterit obtinere, quia habet Iudas præsentẽ deum. Legimus in Euangelio secundum Ioannem, quòd cæcum à natiuitate, cuius oculos, luto ex saliua sua facto, dominus linierat, miserit ad aquas Siloæ, quibus cum cæcus lauisset lutum, cæcitate detersa, clarum oculorum lumen accepit, quod post signi magnitudinẽ, indicat nõ aliter cæcitatẽ Iudæorũ,

quod abiecit populus iste aquas Siloę, quæ uadũt cum silentio, & assumpsit magis Rasin & filiũ Romeliæ, ꝓpter hoc ecce dñs adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regẽ Assyriorũ & omnẽ gloriã eius, & ascẽdet super omnes riuos eius, & fluet super uniuersas ripas eius. Et ibit per Iudam inundans & transiens, usq; ad collum ueniet, & erit extẽsio alarũ eius implens latitudinẽ terræ tuæ ô Emmanuel. Congregãmini populi & uincemini, & audite uniuersæ procul terræ, confortamini & uincemini. Accĩgite uos & uincemini, inite consiliũ, & dissipabitur, loquimini uerbũ, & nõ fiet, quia nobiscum deus.
HEB. Hæc ẽnim ait dominus ad me, sicut in forti manu erudiuit me, ne irem in uia populi huius dicẽs: Nõ dicatis coniuratio, omnia enim quæ loquit populus iste, coniuratio est, & timorem eius ne timeatis neque paueatis, dñm exercituũ ipsum sanctificate: ipse pauor uester, et ipse terror uester. Et erit uobis in sanctificationẽ, in lapidem aũtẽ offensionis, & in petrã scãdali duab. domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretient, & capiẽtur. Liga
SEP. Hẽc dicit dñs, forti manu recesserũt ab itinere uię populi huius loquẽtes, ne fortè dicatis, durum est. Omnia em̃ quę loquit̃ populus iste, dura sunt, timorẽ aũt ei? ne timueritis neq; cõturbemini, dñm uirtutũ ipsum sanctificate, & ipse erit timor tuus, & si in ipso cõfisus fueris, erit tibi in sanctificationẽ: & nõ ut lapidi offensiõis occurretis, neq; ut petræ ruinæ. Domus aũt Iacob in laqueo & in cõual le erit sedẽũb. in Hierusalẽ, ideo infirmi erunt in ipsis plurimi, & ruẽt, & cõterentur, & appropinquabũt, & capient̃ ÷ hoĩes ĩ tuitiõe.

aliquid facere, in Hebraico non habetur, & in Græcis codicibus ueru iugulante confossum est.

a ¶ *Congregamini populi, & uincemini, & auscultate,* etc.] Pro congregamini siue infirmamini & confringimini, ut interpretati sunt alij, Septuaginta posuerunt scitote. Verbum enim Hebraicũ רעו propter ר literæ & ד similitudinem intellexerũt רעי. Igitur populi Samariæ & Syrię, infirmos uos & debiles esse cognoscite, & Emmanuele præsente, nihil posse contra Hierusalem urbem dei, & hoc nõ solum uos qui uicini estis, sed cuncta procul terra cognoscat. Quamuis enim exercitum congregetis & accingatis D uos ad prælium, & maior sit numerus obsidentiũ quàm obsessorum: tamen non semel, sed iterum dicam: uincemini. Et quodcunque contra Hierusalem inieritis consilium, dissipabitur. Et licet suprà diximus: Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum quiescentẽ, & ponamus regẽ super eum filium Tabeel, loquimini quidẽ uerbum, sed non fiet: quia nobiscũ est deus, id est, Emmanuel. Possumus hoc testimonio & contra gentes ãbuti in persecutionis tempore, quod quamuis fortes esse uideãtur, & nos superare in his qui lapsi sunt, tamen uincantur in his qui pro Christo fuderũt sanguinẽ: & quod post bella pax reddatur ecclesijs, & uniuersa eorum contra Emmanuelem consilia dissipentur, quia nobiscum sit deus. Contradicentes quoq; ueritati utiliter audiẽt, ut tandem ratione superentur, & nequaq; uelint in mendacio uincere: quia quodcũq; dixerint, nunq; peruersitas posit superare quod rectũ est. b ¶ *Hæc dicit dominus,* etc. *Et appropinquabunt, & capiẽtur.*] Quod ꝙ sequitur, homines in tuitione, obelo prænotandũ est. Quia multũ inter se hebraicũ dissẽt, et uulgata editio: ideo utrũq; posuimus. Et primũ de hebraico disputãdũ est. b ¶ *Hæc ad me locutus est dominus.*] Qui ꝓpter bona opera, & gratiã quę ꝓ bona opera consecutus sum: siue forti manu sua erudiuit me & instituit, ne ambulare in uia populi huius, & pari tenerer errore, uel certe fecit me recedere

A à uia ppli huius pessima, & dixit mihi: Noli duorũ re-
gũ timere coniurationẽ: sed hoc magis cõsidera, q̃ om-
ne quod lõquit hic populus aduersum me, coniuratio
sit, & secũdũ Symmachũ q̃ interpretatus est, ἀνταίρεσις,
in me extiterit perduellis. Tu aũt propheta, & hi q̃ tecũ
sunt, ne timeatis insi-
dias populi, sed dñm
timete, & ipse sit timor
uester: Principiũ em̃
sapientiæ, timor dñi.
Qui erit credentib. in
sanctificationẽ, incre-
dulis aũt in lapidẽ of-
fensionis & in petrã
scãdali, duab. s. domi
bus Iudę & Israel. Prę-
cipuè autẽ in laqueũ
& in ruinã habitãtib.
in Hierusalẽ in quo impingẽt plurimi, & cadẽt & cõte-
rent, peccatorũq̃ suorũ uinculis irretiti, ducent in ca-
ptiuitatẽ. Duas domus, Nazaræi (q̃ ita Christũ recipiũt
ut obseruationes legis ueteris nõ amittãt) duas famili-
as interpretant, Sammai & Hillel: ex quib. orti sunt scri-
bæ & pharisæi, quorũ suscepit scolã Akibas, quẽ magi-
strũ Aquilæ proselyti autumãt, & post eũ Meir: cui suc-
cessit Iohãnan filius Zachai, & post eũ Eliezer, & p or-
dinẽ Delphon: & rursum Ioseph Galilæus: & usq̃ ad ca
ptiuitatẽ Hierusalẽ Iosue. Sammai igit & Hillel nõ mul
to prius q̃m dñs nascerẽt, orti sũt in Iudæa, quorũ prior
discipulus interpretat, sequẽs ,pphanus: eo q̃ per tradi
tiones & διατάξεις suas legis præcepta dissipaue-
rint atq̃ maculauerint. Et has esse duas domus quę sal
uatorẽ nõ receperint, q̃ factus sit eis in ruinã & in scan
dalũ. Iuxta Lxx. manu forti restitit ppls dei uolũtati, &
B dicit omnia dura esse quæ dñs præcepit, secundũ illud
Ioan. 6.f quod in euangelio legimus: Durus est iste sermo, quis
poterit audire eũ? Vnde præcipit eis ut dñm audiãt, &
ipsum solũ timeãt. Si em̃ in ipso cõfisi fuerint, habebũt
eum in sanctificationẽ, & nõ impingẽt quasi in lapidẽ
scãdali, & quasi in petrã ruinæ. De hoc loco & aposto-
1 Cor. 1.d lus sumit testimonium, q̃ Christus Iudæis factus sit in
scandalũ, gentib. aũt in stultitiã. Et rursum Israel sectan
do legẽ iustitiæ, in legẽ iustitiæ nõ peruenit. Quare? qa
nõ ex fide, sed quasi ex operib. legis offenderũt in lapi
dem offensionis, sicut scriptũ est: Ecce ponã in Sion la-
pidem offensionis & petrã scãdali: omnis qui credit in
eo, nõ confundetur. Ergo qui nõ receperũt Emmanue
lem, sed factus est eis in lapidẽ offensionis & in petram
scãdali, conterẽtur captiuitq̃ ducentur. Quodq̃ ait: Do
mus aũt Iacob in laqueo & in cõualle erit sedẽtibus in
Hierusalẽ, hoc significat, q̃ nõ habitẽt in mõtib. nec in
excelsis scripturarũ uersẽt locis, sed semp humilia in-
telligãt, peccatis peccata sociãtes, & uincti laqueis deli-
ctorũ. a ¶ *Liga testimonium, etc.*] Vox dñi loquentis ad
prophetã: Quia (inquit) factus est dñs in lapidẽ offen-
sionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, &
missum ad se Emmanuel suscipere noluerũt: Liga testi
monia ueteris instrumẽti, & trade illa discipulis meis,
qui euangeliũ susceperũt: apostolis uidelicet siue apo-
Matt. 11.b stolicis uiris. Vel certe lex & prophetia usq̃ ad Ioannẽ
liget apud eos, & clausa sit atq̃ signata: ut quod legũt,
nõ intelligãt. Pro discipulis em̃ iuxta Hebraici sermo-
nis ambiguitatẽ possumus & doctrinas interpretari.
Vñ propheta respõdit: Quia euãgelio succedẽte lex a-
pud Iudæos clausa est atq̃ signata: & iubes eã nequaq̃
Iudæis, sed gentibus assignari. Idcirco ego expectabo
Emmanuelem, quem promittis esse uẽturum: de quo
suprà dixisti, quòd ipse sit pauor noster, & ipse terror
noster: & nobis sit in sanctificationem, & præstolabor
dñm, qui abscõdit faciẽ suã à domo Iacob, hoc est, à Iu
C dæis, quia eũ recipere noluerũt. Lxx. hunc locũ ita in-
terpretati sunt: τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφαγισθέντες
τὸν νόμον αὐτοῦ μὴ μαθεῖν. i. tũc manifesti erũt qui signati,
ut nõ discãt legẽ. Quod hunc sensum habet, qñ cecide-
rint plurimi & cõtriti
fuerint, & impegerint
in lapidẽ offensionis,
& in petrã scãdali: tũc
manifesti erũt qui si-
gnati in ppho, ut ne-
quaq̃ discãt legẽ Moy
si, sed obediãt præce-
ptis euãgelicis. b ¶ *Ecce ego & pueri mei, etc.*]
Præcepit mihi, ait, dñs
ut ligarẽ testimoniũ
in Iudæis, & legẽ disci
pulis eius: traderẽ atq̃ signarẽ: quia abscõdisset faciem
suã à domo Iacob: ideo præstolabor eũ, & expectabo
dñm meũ: & nõ solũ ego, sed & pueri quos mihi dedit
dñs: alij uidelicet prophetæ & filij prophetarũ, q̃ nõ ex
uoluntate carnis & sanguinis, sed ex deo nati sunt. De
Gal. 4.d quibus & apls loquebat: Filioli mei quos iterũ partu-
rio, donec Christus formet in uobis. Isti autẽ pueri, id
est, ,pphetæ: in signa dati sunt & in portẽta Israel: iuxta
Ezec. 24 illud qd̃ in Ezechiele legimus: Et erit Ezechiel uobis
Zach. 3.d in signũ. In Zacharia quoq̃ sancti uiri prophetarumq̃
discipuli τερατοσκόποι. i. portentorũ signorũq̃ factо-
res appellant: eo q̃ semper prophetæ in signũ præcesse
rint futurorũ. Hoc interim iuxta literã. Cæterũ beatus
apostolus in epistola quæ ad Hebræos scribit, docet (li
cet eã Latina cõsuetudo inter canonicas scripturas nõ
recipiat) hoc testimoniũ ex pſona debere intelligi. dñi
saluatoris. Quamobrẽ nõ erubescit fratres eos uocare,
D dicẽs: Annũciabo nomẽ tuũ fratrib. meis, in medio ec-
Psal. 21.c clesiæ laudabo te. Et iterũ: Ego ero cõfidẽs in eũ. Et rur
Heb. 2.c sum: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus. Quia
ergo pueri cõmunicauerunt carni & sanguini: & ipse si
militer particeps factus est earundẽ passionũ. Quõ aũt
isti pueri in signũ fuerint atq̃ portentũ sapientiæ seculi
1 Cor. 1.b & superbiæ Iudæorũ, idẽ apostolus docet: Qui elegisse
dicit dñm saluatorẽ stulta mundi & infirma, ut cõfun-
deret sapientes & fortia. Vnde & ad apostolos saluator
Matt. 18.b aiebat: Nisi cõuersi fueritis quasi unus de pueris, nõ in
trabitis in regnum cœlorum. Puer autẽ efficitur noui
euangelij prædicator, qui deponit ueterẽ hominẽ, qui
corrumpitur in desiderijs seductionis, & induitur no-
uo, qui renouatur in cognitionẽ iuxta imaginẽ creato
ris: habitare autẽ dominum exercituũ in monte Sion,
Hebr. 4.b idem Apostolus scribit: Accessistis ad montẽ Sion & ci
uitatẽ dei uiuentis, Hierusalem cœlestem. Vnde miror
quendã nostrorũ pueros istos duos Esaiæ filios intelli
gere, quos de prophetissæ mulieris cõceptione genera
rit: lasub uidelicet & Emmanuel, quorũ prior in abie-
ctione prioris populi, sequẽs in assumptione gentium
præcesserit. Quod qui recipit, consequẽter & Oseæ pro
phetã uerè mereritcẽ uxorẽ habuisse firmabit. c ¶ *Et
cum dixerint ad uos, quærite à Pythonib. etc.*] Si Esaiæ prophe
tæ uox est, ut Iudæi existimant: Ecce ego & pueri mei
quos mihi dedit dominus in signum & in portentum
Israelis: & hæc quæ sequuntur, ipse ad discipulos suos
credẽdus est dicere: Cum dixerint (inquit) ad uos gen
tes & populi: de quibus suprà lectum est: Infirmamini
populi & uincemini, quid ,pphetas uultis audire: quid
Esaiæ uerbis decipimini, & illum putatis quæ uentura
sunt nosse? Quærite magis à Pythonibus & à diuinis
qui stridٔent in incantationibus suis. Pro quibus Lxx.
interpretati sunt: Qui de terra loquũtur, qui de uentre
clamitant

A clamitãt. Omnis em̃ qui de terra est, de terra loquit. Et
Ioan. 3.d cuius deus uẽter est, & gloria in cõfusione eius, de uen
tre clamare credendus est. Vos respõdete eis & dicite:
Nũquid nõ populus à deo suo requirit ,p uiuis à mor
tuis? Si uos (inquit) ,p uarietate idolorũ uestrorũ, non
enim unũ, sed plures
habetis deos: eos con
sulitis quos deos ar-
bitramini, & à mor-
tuis siue mortuorum
hominũ simulachris,
de uiuentib. quęritis:
quãto magis nos de-
um nostrũ p prophe
tas audire debemus?
Docet ergo discipu-
los: & infert ad legem
magis & ad testimo-
niũ. Si de aliquo, in-
quit, dubitaris, scitote
scriptum: Gẽtes quas
dñs deus tuus disper
Deut. 18.c det à facie tua, somnia audiunt & diui-
nos: tibi autẽ non ita
tradidit dñs deus tu-
us: Prophetam uobis
suscitabit dñs deus ue
ster de fratrib. uestris, sicut me illum audietis. Vnde si
uultis nosse quæ dubia sunt, magis uos legi & testimo
nijs tradite scripturarũ. Quod si noluerit uestra cõgre
gatio uerbũ dñi quærere, nõ habebit lucẽ ueritatis: sed
uersabit in erroris tenebris, quæ lux ptransibit eã, hoc
B Psal. 58.d est, cõgregationẽ uestrã siue terrã, & corruetis & esurie
tis, & cũ esurieritis, irascemini: secũdũ illud qd̃ scriptũ
est: Et cũ nõ fuerint saturati, murmurabũt: & maledice
tis regi uestro & deo uestro, & in necessitatib. sursum
aspicietis in cœlũ, & in terrã deorsum: & ecce tribulatio
& tenebræ, dissolutio genuũ & mẽtis angustia, & cali-
go oculorũ: & nõ poteritis erui de angustia. Hæc iuxta
Hebręos. Cęterũ ut suprà diximus, si pſona Christi est
dicentis: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus:
Etiã hæc ipse loquit ad apostolos & ad credẽtes ex gẽti
bus, q̃ eius euãgeliũ susceperũt. Si dixerint (inquit) pa
tres uestri quos reliquistis, quęrite uẽrriloquos quos
Act. 16.d Pythonas intelligimus. qualẽ & in acũb. apl'orũ ancillã
legimus, quæ quæstui erat dñis suis. Et qui de terra lo-
quũt, qd̃ in euocatiõe animarũ se magi facere pollicẽt:
& cætera maleficarũ aruũ gña. Hoc scire debetis, q̃ una
quæq̃ gẽs proprios consulat deos, & de uiuorũ salute
mortuos scisciteٔ. Vobis aũt in auxiliũ legẽ dedit deus,
ut possitis dicere: Nõ est talis ethnicorũ diuinatio, q̃ cul
tores suos sępe decipiũt, sicut nostra, quę absq̃ ullo mu
nere ,pferٔ ex lege. unde interpretati sunt Lxx. Nõ sicut
Matth. 10.d uerbũ hoc, ,p quo nõ est dare munera. Gratis em̃, inqt,
accepistis, gratis date. Veniet aũt super incredulos fa-
Amos 8.d mes durissima: non fames panis, aut sitis aquæ: sed fa
mes audiendi sermonẽ dei. Et cũ esurieritis, cõtristabi
mini: & maledicetis principi uestro & paternis traditi-
onib. hoc est diabolo & antiqs errorib. Hoc em̃ ad eos
loquitur, qui famẽ pasti fuerint ueritatis, & suspiciẽt in
cęlũ surs̃ũ, & in terrã deorsum: & erũt in indigẽtia & in
angustia, & in tenebris, & in tribulatione, ut nõ uideãt
usq̃ ad tẽpus, donec & ipsi ad dñm conuertãtur. Latã
explanationẽ loca ista desiderant, sed parcimus libro-
rum magnitudini, ut tollamus fastidiũ lectionis. Hæc
iuxta Lxx. translationẽ ex parte perstrinximus, quæ
in plerisq̃ dissonat ab Hebræo. Cæterũ Nazareni locũ
istum ita ediderũt: Cum dixerint ad uos scribæ & pha

testimoniũ: quod si nõ dixerint iuxta uerbum hoc, non
eis erit matutina lux. Et transibit per eam, corruet, & esu-
riet: & cum esurierit, irascẽt & maledicet regi suo, & deo
suo. Et suspiciet sursum & ad terram intuebitur, & ecce
tribulatio & tenebræ, dissolutio, angustia, & caligo per-
sequens, & non poterit auolare de angustia sua.

CAP. IX.

PRimò tempore allę-
uiata est terra Zabu-
lon & terra Neptalim, &
nouissimo aggrauata est
uia maris trãs Iordanẽ Ga-
lilęę gentium. Populus qui
ambulabat in tenebris, ui-
dit lucem magnam: habi-
tantibus

CAP. IX.

HOc primũ bibe, uelo
citer fac regio Zabu-
lon, terra Neptalim, & reli-
qui q̃ iuxta mare estis trans
Iordanem Galilææ gen-
tium. Populus qui am-
bulabat in tenebris, uidit lu-
cem magnam: qui habita-
tis

CAP. IX.

Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon, etc.] Duplicẽ po
suimus editionẽ, quia uulgatũ est testimoniũ, &
usurpatũ ab euãgelista Matthæo: ut uel diuersitas
interpretatiõis, uel similitudo noscaٔ. Ac primũ notan-
dũ, q̃ testimoniũ hoc euangelista Matthæus non iuxta D
Lxx. sed iuxta Hebræos posuerit. Dicit em̃ sermo euan Matth. 4.b
gelicus: Audiẽs aũt Iesus q̃ Ioãnes esset traditus, secesٔsit
in Galilæã: & derelinquẽs Nazareth, uenit & habitauit
in Capharnaũ, quę est iuxta mare in finib. Zabulon &
Neptalim, ut impleretٔ qd̃ dictũ est per Esaiã prophetã
dicentẽ: Terra Zabulon & terra Neptalim, uia maris
trãs Iordanẽ Galilææ gentiũ: populus qui sedebat in te
nebris, uidit lucẽ magnã: sedentib. in regione umbræ
mortis, lux orta est eis. Ex eo tẽpore cœpit Iesus prædi
care & dicere: Appropinquabit regnũ cœlorũ. Et Ioan
nes euangelista refert, q̃ Iesus cũ discipulis suis in Cha
na Galilæę inuitatus ad nuptias, primũ ibi signũ fece- Ioan. 2.d
rit, aquas in uinũ conuertẽdo. Hoc fecit principium si
gnorũ Iesus in Chana Galilæę, & manifestauit gloriam
suã, & crediderũt in eũ discipuli eius. Vnde & in Lxx.
dicit: Hoc primũ bibe, uelociter fac: quia terra Zabulõ
& terra Neptalim prima Christi uidere miracula: : ut
prima biberet fidei potionẽ, quæ prima uiderat dñm
signa facientẽ. Et iuxta Hebraicũ: primo tẽpore releua-
ta esse dicit onere peccatorũ: quia in regionib. duarum
tribuũ primũ saluator euãgeliũ prædicauit. Vnde & in
sexagesimoseptimo psalmo dicitur: Benedicite dñm de
fontib. Israel. Ibi Beniamin adolescẽtior, Paulus aposto Act. 9.d
lus, in mentis excessu. Qui & alibi loquebat, siue mẽte 2. Cor. 5.c
excedimus deo: Principes Zabulon, principes Nepta
lim duces eorũ: quia in his tribub. fuerũt uiculi, de qui
bus duces nostri apostoli crediderunt. Et crediderunt
iuxta Symmachũ uelociter, ut audiẽtes: Venite & faciã
uos piscatores hominũ: statim & patrẽ relinquerent &
nauiculã. Nouissimo aũtẽ tempore aggrauata est fides
eorũ, plurimis Iudæorũ in erroribus permanentibus.
Mare autẽ hic lacũ appellat Genesaret, qui Iordane in-
fluẽte efficitur, in cuius littore Capharnaũ, & Tiberias,
& Bethsaida, & Chorozaim sitæ sunt: in qua uel maxi-
me regione dñs cõmoratus est: ita ut populus qui uel

A sedebat uel ambulabat in tenebris, lucē uideret, nequa quā partā, ut aliorū prophetarū: sed magnā, ut eius q̄
Ioan. 8.b in euangelio loquit: Ego sum lux mundi. Et qui habita bāt in regiōe umbrę mortis, lux orta est eis. Inter mor tē & umbrā mortis hoc esse puto, q̄ mors eorū est, qui eū operib. mortis ad inferos perrexerunt.
Ezech. 18.a Anima eī quę pecca uerit, ipsa morietur. Vmbra autē mortis eorū est, qui cum pec cēt, necdū de uita ista egressi sunt. Possunt eī si uoluerint agere pœnitentiā. Pro Gali læa gentiū, Aquila δι' ἐναγὲς gentium, Symma chus terminos gen tiū interpretati sunt: δίνας aūt tumulos in telligimus arenarū, q̄ uel in littoribus, uel in ripis sunt. Hebræi credentes in Christū, hūc locū ita edisserūt: Primo tēpore hę duę trib. Zabulon & Nep talim ab Assyrijs ca ptæ sunt, & ductæ in hostilē terrā, & Gali læa deserta est, quam nūc propheta dicit al leuiatā esse: eo q̄ peccata populi sustineret. Postea autē nō solū duæ tribus, sed & reliquæ quæ habitabant trās
B Iordanem, & in Samaria, ductæ sunt in captiuitatē. Et hoc, inquiūt, scriptura nūc dicit: quod regio cuius po pulus primus ductus est in captiuitatē, & Babylonijs seruire cœpit: & quæ prius in tenebris uersabatur erro ris, ipsa primū lucem prædicantis uiderit Christi, & ex ea in uniuersas gentes sit euangeliū seminatum. Naza ræi, quorū opinionē suprà posui, hunc locū ita expla nare conantur: Adueniente Christo & prædicatione il lius coruscāte: prima terra Zabulon & terra Neptalim scribarum & pharisæorū est erroribus liberata, & gra uissimum traditionū Iudaicarum iugum excussit de ceruicibus suis. Postea autem per euangelium aposto li Pauli, qui nouissimus apostolorū omnium fuit, in grauata est, id est multiplicata prædicatio, & in termi nos gentium & uiam uniuersi maris Christi euange lium splenduit. Deniq̄ omnis orbis qui ante ambula bat uel sedebat in tenebris, & idololatrię ac mortis uin culis tenebatur, clarum euangelij lumen aspexit.

a ¶ *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam, etc.*] In obscuris locis utramq̄ editionē ponimus, ut quan tum à cæteris editionibus, & ab Hebraica ueritate di stet uulgata translatio, diligens lector agnoscat. Ad lu cem ipsam quæ apparuit populo in tenebris constitu to, id est, ad dominum saluatorem, fit apostropha. Et dicitur ad deum: Multiplicasti gentem, hoc est, repleti omnes gentes notitia tui, sed non magnificasti lætitiā.
Rom. 10.b Iuxta quod Apostolus mœrorem sibi dicit esse perpe
Ionæ 4.b tuum pro fratribus suis qui sunt Israelitę. Et Ionas con tristatur quòd ita saluari sint Niniuitæ, ut cucurbita si
Matth. 15.c ue kikaion aruerit. Et ipse dñs loquitur in euangelio: Nō ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Et in pas sione: Pater, si fieri, inquit, potest, trāseat calix iste à me. Qui locus hūc sensum habet: Si potest fieri ut sine inte ritu Iudæorum credat gentium multitudo, pastionem recuso: sin aūt illi excæcandi sunt, ut omnes gentes ui deant, fiat pater uoluntas tua. Cū ergo Christus adue C nerit, & Christianorū gens de uniuersis gētibus fuerit congregata, tunc lætabunt apostoli, sicut messores læ
Matth. 9 tant in messe: de quibus dñs loquebat, Messis quidem multa, operarij aūt pauci. Et sicut exultāt uictores qui captā diuidūt prædā. Cum enim fortis ca ptus fuerit & ligatus, oīs domus eius di ripitur, & diuidūtur spolia. Tu aūt domi ne atq̄ saluator iugū oneris eius, hoc est, diaboli: qui prius ex ultabat in mūdo, qui cunctis gentibus im perabat, qui grauis simo seruitutis iugo colla omniū deprime bat: & uirgā qua per cutiebat uniuersos, & peccata sibi quasi q̄dam tributum redde re compellebat, detra xisti de humeris eo rum, & tibi liberatos seruire fecisti absq̄ ul lo exercitu, & absque effusiōe sanguinis in abscondita manu: si
Iudic. 7 cut quōdam sub Ge deone populo Israeli de Madianitis uictoriā præbuisti. Quomodo enim ue stis quæ humano sanguine cruentata est, lauari nō po
D test, sed infecta sanguine, igne cōburitur, ut maculæ eī ue stimento fœdi cruoris intereāt: Sic diaboli uiolenta prædatio & tumultus ac turbæ, quibus humanum sibi subiecerat genus, gehēnæ ignibus deputatæ sunt. Lxx. non omnes, sed partē quandā populi credidisse signifi cant: licet pro eo quod illi dixerūt ληστήγαγες ἐν δύφρῳ σωὺν, id est, deduxisti in lætitia, alij interpretati sint, magnificasti. Et cū in reliquis eundē sensum teneāt, sto lam congregatā dolo, & uestimentū cōmutatū, eū adij ciūt redditurū, id est diabolū: q̄ scilicet omnes animas quas dei auxilio nudauerat, cum ornamētis pristinis redditurus sit: nō solū ipse, sed & satellites eius dæmo nes, quibus si optio det, magis eligant perire flāmis, q̄ prædam perdere. ¶ *Parvulus enim natus est nobis, filius da tus, etc.*] Ideo diabolus & omnis eius uiolenta præda tio qua humanum supprēserat genus, & sanguinē san guini miscuerat, erit in combustionē & cibos ignis æ terni: quia natus est nobis de uirgine puer, de quo su prà dictum est: Antequā sciat puer reprobare malū & eligere bonū. Et postea in generatione prophetissæ: An teq̄ sciat puer uocare patrē suum & matrē suā. Iste igi tur puer qui natus est de uirgine, appellat Emmanuel, id est, nobiscum deus: & de prophetissa, hoc est, de san cto generatus spiritu, nuncupatus est, accelera, spolia detrahe, festina prædari: nunc multis nominib. appel
עַשֵּׂר שָׁלָל latur. Et licet ex eo quod suprà dixerat, Emmanuel, id est, nobiscū deus, deū illum esse mōstrauerit: tamē nūc dicit factū illius principatū super humerū eius, uel q̄ crucē suam ipse portauerit: uel per humerū ostendens
Esa. 52.a brachij fortitudinē, eodem Esaia dicēte: Reuelauit dñs
Esa. 53.a deus brachiū sanctum suū omnibus gentibus. Et rur sum: Dñe quis credidit auditui nostro, & brachiū do mini cui reuelatum est? Vocabitur ergo post duo no mina, sex alijs nominibus: Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Non enim

A enim, ut pleriq̄ putāt, bina iungēda sunt nomina: ut le gamus, Admirabilis consiliarius: & rursum, Deus for tis, sed admirabilis legēdū est separatim: quod Hebrai cē dicit פלא & Consiliarius seorsum, qui lingua eorū appellat יועץ & Deus separatim, qui Hebraicē dicit אל. Deniq̄ in conse quētib. ubi legimus:
Esa. 45.c Tu es eī deus, & ne sciebamus. Et iterum: Ego sum deus, & nō est alius præter me. & multa his similia. Pro eo quod in Latino di cit deus, in Hebraico אל scriptū est. Q.F.q̄ sequit: Fortis, Hebrai cē גבור appellat. Vñ & in eo loco ubi idē ꝓpheta cōmemorat: Erūt cōfidentes super
Esa. 8.d deo sancto Israel in ueritate: & quod resi duum est Iacob super deo forti, ꝑ deo forti, in Hebraico scriptū habet אל גבור Patrē aūt futuri seculi & resurrectionis, quod in nostra uo
Ioan. 14.d catione cōpletur, & principē pacis, qui locutus est ad apostolos: Pacē meā do uobis, pacē meā relinquo uo bis: nō dubitabit, qui pacē nostrā iuxta Paulū aposto lum legerit saluatorē. Qua nominū maiestate perterri tos Lxx. reor non esse ausos de puero dicere, q̄ apertè deus appellādus sit, &c. sed pro his sex nominib. posu isse, quod in Hebraico nō habet: Magni cōsilij angelū,
B & adducā pacē super principes, & sanitatē eius. Quod hunc mihi sensum habere uidet: Magni cōsilij angelus est, qui nūciauit nobis abijciendū pro tēpore Israel, & gētes esse saluandas, deditq̄ pacē principib. suis, apo stolis & apostolicis uiris, & sanitatē dogmatū suorum credentib. dereliquit. Quod autē sequitur: Multiplica bitur eius imperiū, & pacis nō erit finis: Pro quo Lxx. transtulerūt, μεγάλης ἀρχῆς, id est, magnus principa tus eius. Scire debemus q̄ uerbū Hebraicū משרה & C hic & suprà Lxx. ἀρχὴν, id est, principatū interpretati sunt: ꝑ quo nos suprà principatū, hic impiū uertimus. Aquila aūt uerbi ambiguitate deceptus, μέτρον, id est mēsurā interpretatus est, quæ & Hebraicē & Latinē eodē appel latur nomine משרה Nec dubitare poterit de multiplici saluato ris imperio, & pace eius, quæ non habeat finem, qui in psalmis legerit: Postula à me, Psal. 2.b & dabo tibi gētes hæ reditatē tuā, & possessionē tuam terminos terræ. Et rursum: Et Psal. 51 multitudo pacis do nec auferatur luna, id est, usq̄ ad cōsumma tionē seculi. Principa tus autē illius & impe riū erit super solū & regnū Dauid: quod post captiuitatem Babylonicam fuerat dissipatum, ut confirmet illud & roboret, & doceat esse perpetuū, ne cassa dei promissio uideretur, ab incarnationis tēpo re usq̄ in sempiternum. Propterea autem zelus, id est, æmulatio domini exercituum fecit hoc, quia ipsi eum ad æmulationem prouocauerunt in his qui non erant dij: & ille eos prouocauit ad æmulandum in gēte, quæ non erat gens. Cœpta Emmanuelis & nascentis pueri de uirgine prophetia, ex eo loco ubi dicit ad Achaz: D Pete tibi signum à domino deo tuo, uersiculo isto fini ta est, quo infertur: Zelus domini exercituū faciet hoc. Nunc ad reliqua transeamus.

Commentarij tertij in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM Commentariorum Esaiæ ad Eustochium Prologus.

Næquales dictamus libros, & pro diuersitate uisionum ac sensuum, alius extenditur, alius contrahitur. Itaq; tertio finito uolumine, transimus ad quartū, qui tertia mensu ra uersuum priore minor est: præsertim cum quintus, quem huic libro subiecimus, historicæ explanationis sit, & penè duplicem numerum habeat. Dum enim nolumus coniuncta diuidere, & olim interpretata transire, quasi inter duas maris Pontici συμπληγάδας nauiculam nostram direximus, quæ flante spiritu sancto, & domino saluatore cursum dirigente nostrum, elabitur in pelagus, dicente te uirgo Christi Eustochium: A quatuor uentis cœli ueni spi ritus, & mortua ossa uiuifica: ut quæ iacebant in terræ puluere, spirante domino suscitentur.

COMMENTARIORVM Hieronymi in Esaiam prophetam Liber quartus.

ERBVM *misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel, etc.*] Legimus suprà quòd in dieb. Achaz filij Ioa tham fi lij Oziæ regis Juda ascenderit Rasin rex Syriæ, & Phaceæ fi
4 Reg. 16 lius Romeliæ rex Israel in Hierusalem, ut expugnarēt eam. Et quòd missus sit Esaias propheta in occursum Esa. 7.a Achaz cum Iasub filio suo: ut ei diceret, ne timeret: & cor illius ne formidaret à duabus caudis titionū fumi gantiū, eo quòd in ipsis esset Syriæ & Israel imperium finiendū. Quo non credente propter rei magnitudinē & præsens periculum iubetur ut sibi postu let signū. Et quia ido lolatra erat, hoc quo que facere uoluit: ꝑ pterea dñs nequaq̄ ipsū regi, sed domui Dauid dat signū filij sui de uirgine

CAP. IX.

ERBVM misit dominus in Iacob, & ce cidit in Israel. Et sciet populus omnis Ephraim

A nascituri, ad cuius inuocationē sint de imminenti periculo liberādi: & cætera quæ usq; ad præsentē locū interpretati sumus. Multis ergo mysterijs in medio positis, nunc reuertūr ad id quod cœperat, & euersionē Rasin & Ephraim, hoc est, Syrię & Samarię uaticinat. Verbū, inquiēs, misit dñs in Iacob, & cecidit in Israel. Apud Hebræos דבר qđ p tres literas scribitur cōsonātes רבה pro locorū qualitate, si legat דֶּבֶר uerbum significat: si דֶּבֶר mortē & pestilentiā. Quā ob causam plerię sermonis ambiguitate decepti, non uerbū dicūt missum esse, sed mortē. Misit ergo dñs uerbum in Iacob, & cecidit in Israel. Regnare uoluit Iudam, ut Iacob proGen. 49.b pherat in Geneſi: Et Israel, hoc est, decem tribus sibi imperium uindicarunt, de quiOsee 8.a bus dictū est: Ipsi regnauerunt, & nō per me. Imperij ergo dignitas, quæ in unctione Samuelis post abiectum Saul cœperat in Dauid, missa in Ia
B cob, hoc est, in duodecim tribus, quę Iacob olim uocabātur, cecidit in Israel: nō ut Lxx. transtulerūt ἦλθεν, id est, uenit: cecidit eīn in impijs, qđ statuerū ad sanctos directū erat. Sciat igitur populus Ephraim, & habitātes Samariā, qui propter multitudinē erigūtur in superbiā, & dicunt: Paruum est regnū Iudæ & nostri cōparatione utilissimū. Itaq; illis ruentibus quasi lateribus, nos quadro lapide ædificemus nobis domū, Illorum sycomoris, quæ ligna sunt utilia, hostili incursione succisis: nos imperiū nostrū cedris extruemus, quę imputribiles sunt, ut regnū significēt sempiternū. Sciat ergo hoc populus omnis Ephraim, & habitantes Samariā, q̄ Syrus qui nunc ei auxilio est, in hostē transeat. Vel certe cōtra ipsum Syrum subita aduersariorū bella consurgāt: & omnes uertantur in tumultū: ita ut contra Israel Syria ab oriente, & Philistijm, hoc est, Palæstini, ab occidente moueātur: & simul deuorent Israelem. Cumq; hæc fecerint, nihilominus manus mea extenta siue excelsa est super Israel, & eos ferire nō cessat. Cęsiq; à deo nō reuertentur ad percutientē se, nec dominum quęrent exercituū: uitulos aureos adorantes pro deo.
Anago. Iuxta anagogen hunc locum ita nostri ediſſerunt: Misit deus filium suum ad Iacob, hoc est, ad Iudæos, & uenit ad Israel, hoc est, ad gentiū populum: quos & Apostolus appellari dicit Israel. Alij uerò ita: Verbū suum misit dominus ad ecclesiam, quæ priorē populum supplantauit, & cecidit in Israel, hoc est in hęreticos, q deū uidere se iactāt. Sciant itaq; principes eorum & omnes qui habitāt in Samaria, hoc est, qui legē dei custodire se dicūt, & in ubertate esse uirtutū, & fructus afferrē iu
C stitiæ: hoc eīn interpretat Ephraim, qui in superbia cordis sui despiciūt ecclesiā, & simplicitatē eius arbitrantes imperitā, dicūt: Pro lateribus illius quadris lapidibus atq; fortissimis ædificabimus ecclesias nostras, & pro infructuosis arboribus cito
D q; perituris, cedros sublimissimas extruemus: quas conteret dñs, & quas iustus sub persona impij uidisse se narrat, & non inuentū locū earū. Dicit ergo dñs q̄ Rasin, רְצִין q interpretat sapiētia secularis: cuius Ephraim utebat auxilio, uertatur contra eū, & oēs inimici eius aduersū illū dimicēt: & tam ab oriēte q̄ ab occidente expugnet, & deuoraturi sint Israelem toto ore. Pro quib. interpretati sunt Lxx. ὑμᾶς οἱ κολουόμενοι ἑκατοντάπυργον, ὑμᾶς ἐξέδοτο ὁ θεὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών, ὑμᾶς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἀλασκεῖν σε, id est, & ædificemus nobis turrē, & ab
Gen. 11.d lident deus qui cōsurgūt cōtra montē Sion: & inimicos illius dissipabit. Cupiūt eīn & ipsi in similitudinem tēpli dei ædificare sibi tēplū in Samaria: sed quāuis mouerint pedes ab oriente, & dixerint: Venite ædificemus turrim, & faciamus nobis nomē antequam dispergamur, domino impugnāte soluetur, & dissipabitur consensus eorum, & linguæ eorū cōtra se inuicē diuidentur, ne consentientes pesores fiāt, sed à se inuicē destruantur. Cumq; ita percussi sint, & ab hostibus deuorati: tamē non reuertentur ad dominum: sed adhuc manus illius ad percutiendū parata est: iuxta illud qđ legimus in Hieremia: Sine causa percussi filios Hier. 2.c uestros, disciplinam non recepistis. a ¶ *Et disperdet dominus ab Israel caput & caudam incuruantē & deprauantem in die una, etc.*] Non solū dominus hostes Rasin eleuabit contra eum, & inimicos eius uertet in tumultum, Syriā ab oriente, & Philistim ab occidente, ut deuorent Israel toto ore: sed quia non est reuersus ad percutiētem se, nec requisiuit dominum exercituum, extēdet manum ad percutiendum, ut disperdat de Israel caput, & caudam incuruantem & deprauantem, cum uidelicet qui recta peruertit. Qui sit autem caput, ipse interpretatus est, longæuus & honorabilis: & qui sit cauda, propheta, inquit, qui docet mendacium, id est, pseudopropheta. Dixit de principibus, nunc optimatibus iungit & populum, quòd & magistri & discipuli, & eruditi & uulgus indoctum pariter pereant. Qui enim beatum dicebant populum, seductores sunt: & qui beati appellabantur, non propter uirtutem, sed propter munera, præcipitabuntur in mortem. Vnde & suprà legimus:

CAP. X.

Væ

Populus

A Populus meus qui beatū te dicūt, seducūt te, & semitas pedū tuorū supplārāt. In tali populo nullius psonæ mi serebitur deus: nō pupilli, nō uiduę: quia omnis hypocrita, est aliud simulās, & aliud agēs, ꝓmittens castitatē & uiuēs luxuriose, paupertatē præferēs, & replēs matsupiū. Vnde iungit & dicit. Et uniuersū os locutū est stulticiam. Propter hæc omnia dñs non cessāt irasci, sed adhuc ad percutiendū eleuat manū. Et quia ista fecerunt succendet quasi ignis impietas: ut nō cultū agrum, sed uepres & spinas deuoret: nec frugiferas arbores, sed infructuosum saltū in quo habitant bestiæ, rapiens flāma consumat. Quam ob rem dicitur quòd densitas saltus igne suppositō, fumi superbia & altitudine conuoluatur. Omne eīn quod excelsum est & in sublime cōsurgēs, superbū appellari potest. Pro quo nescio qd uolētes Lxx. trāstulerūt, καὶ συγκαταφάγεται τὰ κύκλῳ τῶν βουλῶν πάντα, id est, & deuorabit in circuitu collū omnia. Vnde & ad itrā dñi terra cōtremuit, & populus ignis factus est pabulū: quia tanta fuit in eo crudelitas, ut ne charissimo quidē germanitatis nomini parceret: sed dextrā deserēs atq; cōtemnēs, saturaret in his quæ siniſtra erant: dum uoluptatū & malorū patitur fāmem, & semper cupit malis pectora sociare. Ipū quoq; Manasses & Ephraim qui de uno nati sunt utero, & de eodē parēte generati: in tantā rabiē prorupērūt, ut hostili odio inter se dissiderēt. Legamus Regū &
B Paralipomenō uolumina, & inueniemus Samariæ inter se bella ciuilia: dū alij ꝓ alijs regib. dimicant: & quō suis regibus interfectis, in Iudæ expugnationē cōcorTropol. dēt. Secundū Tropologiā, auferet dñs caput & caudā, maiorē pariter ac minorē. Caudā appellās, non homines, sed iumenta, hæreticos esse demonstrat: quæ hoc membro utūtur ad stercora ꝓtegēda, & arcēda paruā animalia. Et post caput & caudā, incuruantē iungit & deprauantē, quòd legis præcepta subuertāt, & rectam deprauēt uiā. Longæuū quoq; qui caput est, & pseudo prophetā qui in cauda ponit, disperdet, & magistros pariter & discipulos: alios qui propter munera laudāt peccatores: alios qui laudati sua mala non sentiūt, nec
Ecēs. 10.c agunt pœnitētiā. Propter hoc in iuuenibus eorū non lætabitur dñs: Væ enim ciuitati cuius rex adolescēs. Et qui deū patrē uel dominū uerū perdiderunt, non impetrabunt misericordiā: Omnis enim hæreticus hypocrita est, aliud agens, & aliud simulans, & quicquid loquitur, licet uideatur esse sapientia, tamen stultitia est. Propter hæc extēdit manū suā ad puniendū, & omnes impietates eorū, quasi spinas uorax flamma cōsumet. Et uerba absq; uirtutibus, quæ infructuoso saltui cōparantur, inuoluentur fumi superbia. Ad eorū pœnā cō tremiscet omnis humus, & decepti populi, æternis tradentur ardoribus, quia turpis lucri gratia ne suis quidem parcunt, sed certatim de deceptis populis prædas agunt: relinquentes bona, & in pessimis immorantes. Cumq; semper sinistra inueniant: tamen suis nunq; satiantur erroribus: uorantes carnē brachij sui, & aduersum ecclesiā pari studio dimicantes. Propter luxuriam & uoluptates, & lucra de populis inter se habēt discordiam: ut de una hæresi duæ fiant, & rursum ipsæ diuiduntur in partes, ut proprios abducant greges, & deuorent domus uiduarū, & mulierum peccatricū: semper discentium & nunquā ad scientiam ueritatis peruenientium. In omnibus his non auertetur furor domini consumens uitia atq; subuertens, sed quanto illi proficiunt ad peccandum, tanto iste amplius manum
C suam extendit ad pœnas.

CAP. X

Ae qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causæ humiliū populi mei, ut essent uiduæ præda eorū, & pupillos diriperent. Quid facietis in die, &c.] Hæc plerię adhuc contra decem tribus dici arbitrantur, quæ habitabāt in Samaria, q̄ ad priora scelera etiā ista fociarint. Nobis autem

V Ae qui cōdunt legēs iniquas, & scribētes, iniustitiā scripserūt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causæ humiliū populi mei, ut essēt uiduæ præda eorū, & pupillos diriperēt. Quid facietis in die uisitatiōis & calamitatis de lōge ueniētis? ad cuius cōfugietis auxiliū? & ubi derelinquetis gloriā uestrā? ne incuruemini sub uinculo, & cū interfectis cadatis. Sup omnibus his nō est auersus furor eius, sed adhuc manus ei⁹ extēta.

Væ assur

uidetur cōtra iudices tribus Iudæ & Hierusalē scribas uidelicet & ἀδυτερώτας, sermo propheticus cōclamare, q̄ aduersum legem dei iniquas scripserint leges: & traditionibus suis subuerterint iudicij ueritatē. Deo enim dicente: Honora patrē tuū & matrē. Illi ecōtrario Exod. 28.b monuerunt filios parentibus dicere: Donū quodcūq; est ex me, tibi proderit: ne honorarēt patrē & matrē, & cætera his similia. Propterea autē scripserūt leges pessimas, ut opprimerent pauperes & humiles populi: ut prædas agerent de uiduis, & pupillos diriperent. Qui interrogātur quid facturi sint, cum uel captiuitatis uel iudicij dies aduenerit, & calamitatis de longe uenientis: quę multo tempore ante prędicta est. Ad cuius in- Prou. 12.a quirit, fugietis auxiliū, cum offenderitis deū, qui uerus auxiliator est, & ubi derelinquetis gloriā uestrā? Non enim proderūt diuitiæ in die furoris, ne uinctos in hostilē terrā ducat Assyrius, ne corruatis in prælio. Et ad D extremū sicut in superiorib. cōtra Samariā crebro dixerat: In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, Etiā contra Iudā loquitur, quòd non sit finis mali eorum extrema captiuitas, sed etiā in hostili terra dñi eos gladius persequatur. Iuxta Anagogen: omnis hæreticus scribit iniquitatē: ut pau- Anagoge peres & humiles populi decipiat: uiduas & pupillos diripiat. Qui eīn diues est: de quo legimus: Redēptio Prou. 13.b animæ uiri propriæ diuitiæ, nō sustinet cōminationē: nō cito ab eis capitur. Pauper autē & qui humilis est & paruus in populis, cito ab eis scādalizat. Vidua quoq; quæ uitū perdiderit deū, & pupillus qui patrē amisērit creatorē: de quo scriptū est: Deū qui te genuit dereli Deut. 32.c quisti: & oblitus es dei creatoris tui: facile supplantantur. Quid igit faciēt in die iudicij cū tantos deceperint, & calamitatis de lōge ueniētis? Sicut eīn ad iustū uirū dicitur: Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo, & Rom. 10.B in alio loco, Regnū dei intra uos est. Sic hæreticorū ca Luc. 17.c lamitas de lōge uenit, multo eis tēpore præparata. Ad quē cōfugiēt cū fictū habeāt deū? Cui tradent gloriam suā, cum simulata sint omnia? Nec poterunt euadere uinculum quo plurimos ligauerūt. Vnde & in uisione uallis Sion, quæ dei alitudine derelicta, & hæretica humilitate decepta est, dicitur de magistris falsi nominis sciētiæ, Oēs principes tui fugierūt, & qui capti sunt dure ligati sunt, quodq; cū singulis interfectis cadāt, & in aliorū nece ipsi percāt, & cū multa patiātur, diesq; uisitatiōis aduenerit, nō sit finis eorū interitus, sed semper sibi impendentē manū dñi pertremiscant. Hucusq; cōtra decē & duas tribus, id est contra Samariā & de Hierusalem dei cōminatio est: quæ regnante adhuc Achaz cœpit in populo: de quibus duę & semis tribus sub eo captæ sunt, & reliquæ sub Ezechia qui Achaz successit in regnū. Sequens prophetia cōtra Assyrios scribitur.

A ¶ Væ Assur, uirga furoris mei.] Ideo ponimus in hoc loco trãslationẽ Lxx. quia ab Hebraico discordat in plurimis. Primũ sciẽdum est ꝙ in Hebraico nõ habet chalane sed בלנה Vltima enim nominis huius litera non est ה ut illi putauerunt, sed ר quæ literæ sola inter se distãt magnitudine.

Turris autẽ ædificata est in cãpo Sennaar, in quo erãt Arphad & Chalanno & Babylon: quę ex cõfusione linguarũ nomen accepit. Arabia autem non habetur in Hebræo, sed Hemath: quã Syri usq; hodie Epiphaniam uocant. Vlulate quoq; sculptilia in Hierusalem, de suo addiderunt. Quodq; supra scriptũ est: Si dixerint ei: tu solus es princeps: respondebit non tuli regionẽ illã & illam, sed tuli Arabiã & Damascũ & Samariam: hũc suggerit sensum. Cũ, inquit, dixerint Assyrio qui capti sũt, tu princeps es omnium: ille adhuc infirmum se esse sentiens respõdit: Quomodo

B me uocatis principẽ cum tantũ Arabiam & Damascũ & Samariam ceperim: & longe positas nationes trans Babylonẽ necdũ meæ subdiderim potestati? Quomodo autem Arabiã cepi, Damascũ & Samariam: sic omnia mihi regna substernam. Transeamus ad Hebraicum, & quid nobis uideatur breuiter annotemus. Væ Assyrio, id est Sẽnacherib: quia ipse est uirga & baculus furoris mei, in manu enim eius indignatio mea: & per illum percutiam gentem fallacissimã: quæ inter me semper & idola claudicauit, quæ præcepta mea se facturam esse mentita est, & contra populũ furoris mei ipsi præcipiam, ut spoliet eum atq; prædetur, & redigat in puluerẽ & conculcet quasi lutum platearum, id est ut percutiat eum & non interficiat: ut uulneret, & non animam auferat. Ipse autem modum iracundię meę egressus est, & non solum contra Israel, ad quẽ directus fuerat: sed in gentes plurimas debacchatus est, ut omnia per circuitum regna contereret, & usq; ad internicionẽ gentium plurimarũ illius mucro sæuiret. Erectus enim in superbiã, hæc ausus est dicere: Duces mei aliarũ gentium reges sunt, & mihi subiecti, cunctus nationibus imperabunt. Quomodo cepi Charcamis, sic cepi & Chalanno: quomodo Arphad sic obtinui & Hemath, quomodo Damascum, sic mihi subiecti & Samariã. Quomodo cætera regna quæ idolorũ cultui seruiebãt, meis subiecti pedibus, sic & Hierusalem & Samariã in qua eadem idola sunt, meæ subiiciam potestati. Quomodo cepi Samariam cum idolis suis, sic & Hierusalẽ capiam: quia eosdem ueneratur deos. Pro Charcamis autem Lxx: addentes de suo regionem trans Babylonem interpretati sunt, & Chalane ubi ædificata est turris: Arphad penitus relinquentes. Possumus autem iuxta translationem eorum & Tropolo- Tropol.
giæ dummodo pia sit accommodare: ex eo ꝙ ait, populo meo præcipiam ut faciat spolia & prædam, & conculcet ciuitates & ponat eas in pulue-
rem, etiam hoc dicere, quod quotidie populo suo præcipiat dominus ut aduersariorum ciuitates quæ eriguntur cõtra scientiã dei, & hæreticorũ nimio labore constructæ sunt in puluerẽ redigat & nihil esse demonstret, Qui intelligens infirmitatẽ cordis humani, & ꝙ mortali carne circundatus, non possit perfectam uirtutum habere uictoriam, nec omnes gentes capere, licet eum D
alij admirentur & dicãt: Tu solus es princeps: respõdebit eis, Multa sunt quæ destruere debeo & adhuc destruere nõ potui, scio qđ nescio. Et quanq; multa aduersariorũ argumẽta superauerim: tamẽ sunt pleraque quæ adhuc superanda sunt. Simulq; spe futurorum ex his quæ superauit, etiam cæterorum sibi uictoriam repromittit. Iubentur autem ululare simulacra Hierusalem & Samariæ, non ipsa quæ ficta sunt, sed hi qui ea finxerunt: μετωνυμικῶς hi qui fecerunt per ea quæ facta sunt: ut non solum hi qui in hæresibus idola fabricati sunt: sed qui in ecclesia per ignorantiam defendunt pro ueritate mendacium, ululatu & pœnitentia se erraſſe testentur. b ¶ Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalem, uisitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim, in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, etc.] Septuaginta, pro fructu: sensum uel mentem magnam interpretati sunt, id est τὸν νῶν μέγαν. Post captiuitatem Samariæ, & Assyriorum uictoriam, & cõmotionem aduersum Hierusalem, quia simulacra imitata Samariæ, simili sit ferienda sententia, nunc aduersum ipsum Assyrium qui elatus est in superbiam, & suæ fortitudinis putauit esse quod uicit, propheta loquitur. Dixit enim Assyrius, cordis tumore iactans, ꝙ in fortitudine manus suæ cũctas uicerit nationes, & incredibili sapientia

A sapiẽtia omniũ possederit terminos. Et iuxta Lxx. tantæ potẽtiæ fuerit: ut bellatorũ hominũ urbes funditus subruerit: totumq; orbẽ quasi nidum apprehẽderit: & quasi derelicta oua à matribus in suam prędã uerterit. Et quia semel metaphorã ab auibus, nido & ouis sumpserat, seruauit in reliquis, ut diceret: Nõ fuit qui moueret pennã & aperiret os atq; ganniret. Tantus, inquit, terror fuit fortitudinis meæ atq; uictoriæ, ut ne fletũ quidem & gemitũ uicti libere ꝓderẽt. Sũt qui hæc generaliter contra regnũ Assyriorũ dici arbitrẽtur: quod postq; cõpleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalẽ: hoc est, postq; subuersa fuerit Hierusalẽ Assyriorum imperiũ destruatur. Mihi autẽ ex his quæ sequuntur, proprie cõtra Sennacherib regẽ Assyriorũ uidetur cõminatio. ꝙ autẽ ait: Postq; cõpleuerit dominus cũcta opera sua in monte Sion & in Hierusalem: non subuer-
Tropol. sionẽ urbis significat, sed obsidionẽ: quãdo uenit Rab
B saces dux Sennacherib, & in ea fecit quæ in posteriori-
bus idem propheta cõmemorat. Secundũ Tropologiam: cum Samaria & Hierusalem domini iram sustinuerint, & in fabricatione idolorũ errasse se senserint: Tunc destruetur sensus magnus Assyrius: qui in tantũ cõtra dominũ inflatus est superbiã, ut sapiẽtiæ suæ existimauerit cuncta cessura: & quæuis excelsa dogmata, & dialectica arte munita, cõcutienda & penitus destruenda: intantũ ut in similitudinẽ pullorũ auiũ non ualeant in sublime consurgere, & necdum animata insensibilia esse atq; torpentia, quod uuorũ demonstrat exemplum, & ne mutire quidem, & cõmouere linguã cõtra rationẽ & fortitudinẽ sui sermõis audere. a ¶ Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat, etc.] Contra Sennacherib, siue ut multi putant, Nabuchodonosor gloriantẽ atq; dicentẽ, In fortitudine manus meę feci, & in sapientia mea intellexi, & reliqua, sanctus propheta respondit: O stultissime mortaliũ: dei iram, tuam putas esse sapientiã: & illius iusionẽ ad tuam refers fortitudinem? Quomodo si securis glorietur cõtra eum qui securim tenet, & serra contra illum à quo trahitur: & dicant cuncta opera quæ per securim & serram fiunt, sua arte perfecta: Et si eleuet quispiã uirgã: & exaltet baculum ad percutiendũ quẽ uoluerit, & ipsa uirga ac baculus glorientur & dicant à se percussum esse qui percussus est, Sic & tu cum organũ dei fueris uoluntatis, erigeris in superbiã: & cuncta quæ geruntur, tuæ gloriaris esse uirtutis. Quicquid aũt Assyrio dicitur, & ad hæreticorũ superbiã & ad diabolum referri potest, qui securis & serra & uirga in scripturis appellatur: eo ꝙ per illum infructuosæ arbores succidantur, & diuidatur atq; serretur incredulorũ duritia, & percutiantur uirga qui non recipiunt disciplinam. Hæretici quoq; quorum os in cœlum ponitur, & lingua eorum pertransit in terrã: sensu quem à deo in bonam partẽ acceperunt: abutuntur in cõtrariũ atq; peruersum: ut
C quantur contra eum à quo cõditi sunt, & linguæ minis-
teriũ quo laudandus est dñs uertãt in blasphemiam.
b ¶ Propter hoc mittet dominator, etc.] Quia ista fecisti & locutus es quæ supra narrauí: propterea mittet dñs angelũ suũ & una nocte
centũ octoginta quinque milia de tuo mo-
rietur exercitu: ità ut
potentissimi quique
quos pingues appel-
lat redigantur in te-
nuitatẽ & in nihil: &
sicut Hebręi tradunt:
illæsis uestibus Assy-
riorũ, corpora occul-
to cremẽtur ardore: tunc lumen Israel & sanctus: hoc est angelus, erit in igne & in flamma: & omnes spinæ ac uepres Assyriorũ, id est, malicia consumetur: non longo tempore sed uno die atq; momẽto, Et quomodo saltus & Carmelus, qui est mons in Galilæa nemoribus consitus, suppositio igne ucluciter cõ-
crematur: sic ab ani-
ma usq; ad carnẽ omnis Assyrij gloria cõsumetur: Tũc
D spoliatus exercitus fugiet: quod idem in cõsequẽtibus
propheta testatur, & de tam innumerabili multitudine quæ carmelo & saltui cõparata est, ad tantam ueniet paucitatẽ: ut puer paruulus eos possit numerare & describere. Tradũt eiũ Hebręi decẽ tantũ de eius exercitu remãsisse, nostrorũ quidã uolũt hũc regẽ, typũ esse aduersariæ fortitudinis, Et quõ in Daniele legimus: Principes regni Persarũ: & regni Medorũ, & regni Græcorũ, sic & principẽ esse Assyriorũ, qui propter superbiã sensus magnus uocetur & in die iudicij gehẽnæ tradat ardoribus, quæ præparata est diabolo & angelis eius. Et lumẽ Israel & sanctũ: hoc est ipsum dñm succendere uepres ac spinas Assyrij, omnẽq; illius potentiã, & innumerabiles populos ad nihil deducẽdos. Tũc eũ timore perterritũ, quasi colubrũ tortuosum & fugitiuũ, imminẽtes pœnas uelle uitare. Qui autẽ de saltu & cõfusione eius ignisq; perituris potuerint euadere, eos dignos existere, qui numerẽtur & describant à puero: cuius principatus in humeris eius est. Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest, Quod postquã ecclesiastica doctrina illuxerit & oẽs eorũ decipulæ patuerint, tunc ad tantã ueniant solitudinẽ, ut de saltu & infructuosis arboribus & innumerabili eorũ multitudine quã hæretica fraude deceperãt uix pauci resideãt qui eorũ sequãtur errorẽ. Pro eo quod nos uertimus: mittet dñs in pinguib. eius tenuitatẽ, Lxx. transtulerunt, ἀφτελᾶ κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, id est, mittet dñs in honorẽ tuũ ignominiã. Et ꝙ eo quod nos diximus, Et sanctus eius in flãma: illi uerterũt, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν πυρί. i. & sanctificabit eũ in igne: per quod quidã intelligũt uolũt pœnas atq; tormẽta ad hoc adhiberi peccatoribus, ut diuino igne purgent. Quodq; nos diximus, Et gloria saltus eius & Carmeli eius: illi interpretati sunt, ἀφανισθήσεται τὰ ὄρη καὶ βουνοὶ καὶ οἱ δρυμοί, id est, extinguent mõtes & colles & saltus, quo omnis Assyriorum claritas & superbia, & multitudo humilietur extincta.

Dan. 10. d

¶ Et

A *a ¶ Verùm in die illa, non adijciet residuum Israel &c. conuertentur reliquiæ inquã Iacob ad dominũ fortem etc.*] Vbi in Græco dicitur: Cõuertantur reliquiæ Iacob ad deum fortẽ: pro deo forti, in Hebræo scriptũ habetur, אל גבור duo nomina de sex nominibus, quibus paruulũ puerũ & filium qui datus est nobis supra legimus appellatũ. Et ꝓ eo quod scriptũ est: Reliquiæ conuertentur: pro eo dicitur in Hebræo numero singulari: qd reliquũ est conuertetur: id est, τὸ κατάλειμμα ὑποστρέψει: in Hebræo scribitur שְׁאָר יָשׁוּב Et ex hac occasione sermonis putãt Iasub filium Esaiæ insignũ saluandi ex Israel populi præcessisse. Quãdo ergo lumẽ Israel, & sanctus, Carmeli saltum uepresq; consumpserit, & rex Assyrius cum paucis fugerit: tũc residui Israel qui cũ Ezechia principe captis cæteris Iudææ urbib. obsidebãtur in Hierusalem, nequaq; cõfidẽt
4 Reg. 16 b in Assyrio: sicut nũc faciũt sub Achaz rege, q misit nuncios ad regem Assyriorũ dicẽs: Seruus tuus ego sum:
B ascende & libera me de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui cõsurrexerũt aduersum me, quãdo tulit aurum & argentũ quod inuentũ est in thesauris domus dñi & in domo regia, & misit regi Assyriorũ munera: audiuitq; eum rex Assyrius, & uenit in Damascũ & cœpit eam & transtulit, & Rasin interfecit: sed liberati ab ipso Assyrio percussore qui prius amicus & postea hostis extiterat, innitentur atq; cõfident super dominũ sanctũ Israel: nequaq; falso ut sub prioribus fecerãt regibus, sed in ueritate. Quod sub Ezechia factũ legimus: ita ut idolis derelictis cõuerterentur ad cultum dei. Et quia dixerat reliquias esse saluandas, transit ad posteriora tempora, & plenã saluationẽ futuram dicit esse sub Christo, Quod & apostolus Paulus intelligẽs
Rom. 9. f scribit ad Romanos. Esaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorũ Israel tanquã arena maris reliquiæ saluæ fient. Verbũ enim cõsumens & breuians in æquitate: quia uerbũ breuiatũ faciet dñs super terram.
Esa. 2. c Et sicut dixit Esaias: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semẽ, sicut Sodoma facti essemus, & Gomorræ similes fuissemus. Vbi ergo tanti uiri præcedit autoritas, cesset
Ioseph. li. 10 cap. 2 alia omnis interpretatio. Et reuera si legamus Iosephũ, & quãta hominũ in Hierusalẽ & in Iudæa fuerit multitudo quãdo passus est dominus, intelligimus uix paucos in apostolis & in apostolicis uiris ex Iudæis esse saluatos. Abbreuiatus autẽ atq; perfectus sermo euangelicus est: qui pro cũctis lacinios æ legis ceremonijs, dedit præceptũ breuissimũ dilectiõis & fidei: ut quod nobis fieri noluerimus ne fecerimus alteri. Vnde & dñs
Matth. 22 in euãgelio. In his, inqt, duobus mãdatis pẽdet omnis lex & prophetæ. Nõnulli hoc capitulũ ad illa tempora referunt, quãdo sub Zorobabel filio Salatiel & Iesu filio Iosedech, & Esdra & Neemia quædã pars populi reuersa est in Iudæã. Quibus respõdebimus, non eos seruare ordinẽ historiæ. maxime cũ ea quę sequũtur non aduersum Babylonios: quorũ rex Nabuchodonosor C
fuit, sed aduersum Sennacherib regẽ dicantur Assyriorum. *b ¶ Propter hoc hæc dicit dominus deus exercituũ etc. iuxta plagam Madian in petra Oreb &c.*] Pro petra, quod iuxta Hebraicum interpretatus est Aquila, Symmachus & Theodotio ipsũ uerbũ posuerũt Hebraicũ צור עורב Pro quo Lxx. interpretati sũt, locum tribulationis, de quo in suo dicemus loco. Difficile, inquit, tibi uidetur ô habitator Sion: ut cum eis in circuitu ab Assyrio gentibus subiugatis: tu solus de eius manib. libereris. Audi sculta quæ dico: Noli timere populus meus habitator Sion ab Assur, in uirga percutiet te: & baculũ suũ leuabit super te
4 Reg. 19 in uia Aegypti. Adhuc enim paululũ modicũq;, & consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum. Et suscitabit super eum dominus exercituum flagellum, iuxta plagam Madian in petra Oreb, & uirgam suam super mare, & leuabit eam in uia Aegypti. Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. Veniet
tę gladio sed uirga percussurus sit: & pergens cõtra Tarachã regẽ Aethiopiæ, & Aegyptios ac mare rubrũ per D
uiã Aegypti baculũ tanũ suum eleuet cõtra te, & ferire non possit. Adhuc enim paululũ, & reuersus de Aegypto cũ infinita exercitus multitudine, atq; obsidere te
Iudic. 7 cupiẽs: statim mea indignatione ferietur, & flagellũ illud super eũ suscitabo, quo quondã aduersum Madianitas sub Gedeone, qui altero nomine uocabatur Ierobaal, suscitaui: quãdo Oreb & Zebeæ principes Madianitarũ occisi sunt super petrã durissimã, id est, silicem quæ Hebraice appellatur צור ita ut ex petra & ex rege qui in ea occisus est, locus petrę Oreb nomẽ acceperit. Leuabit ergo uirgã suã super mare rubrũ pergens aduersus Aethiopes, & leuabit reuertẽs ad te per uiã Aegypti: sed statim ut de Aegypto uenerit, auferetur onus de humeris tuis & iugum imperij eius, ac seruire desistes. Quod iugũ id est, potẽtia Assyrij: à facie olei, id est, dei misericordiæ cõputrescet. Possumus aũt hoc quod dixit: in uirga percutiet te, & baculũ suũ leuabit super te in uia Aegypti, Et rursum, Et uirgã suã super mare, & leuabit eam in uia Aegypti: etiã sic intelligere: quod idcirco percusserit plurimos de tribu Iuda, & in circuitu regni Hierusalẽ cœperit ciuitates: quia non in deo, sed in Aegyptijs habuerint fiduciã. Vnde & Rabsaces exprobrat eis dicens: Ecce confidis super baculum harundineũ cõfractũ, super Aegyptũ: Cui si innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius & perforabit eam: sic Pharao rex Aegypti omnibus qui cõfidũt in eo. Historia Madianitarum in Iudicum libro scripta est, quam & in psalmo legimus: Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb & Zebeæ & Salmana. Errant ergo qui putant illud significari tempus, quando in libro Numerorum Madianitæ cæsi referuntur ab Israel à deserto Sur usq; ad montem dei Oreb, quæ alijs apud Hebræos scribuntur literis: cum eo tempore non fuerint in mõte Oreb, sed in solitudine Sethim. Iuxta Anagogen præcipitur populo in ecclesia cõmoranti ne timeat

A timeat aduersarios qui ad pugnandum semper parati sunt, & multa disputatiõe sua animas subuerterũt. Ideo eñ eos contra populũ dei pauxillũ accipere potestatẽ, & nõ tam gladio percutere q̃ uirga: id est, nõ occidere sed minari: quia in uia ambulauerint Aegypti, & nõ in dño sint cõfisi. Cũ aũt ad deum reuersi fuerint & reliquerint iter Aegypti, tunc flagellũ dei iudicio suscitandum cõtra aduersarios: Madian eñ interpretat ex iudicio: ut spiritu oris eius & oleo misericordiæ, iugum hostiũ cõputrescat. *a ¶ Veniet in Aioth: transibit in Magron, etc.*] Multũ in hoc loco Lxx. ab Hebraico discrepãt: Quam ob rem utranq; editionẽ posuimus: ut qd nobis uideatur in singulis, Christo si meruimus inspirante dicamus. Describit sermo ꝓpheticus Assyrij iter pompamq; redeũtis de Aegypto Hierusalẽ, & quanto strepitu quãtoq; cursu ad oppugnandũ eã ueniet.

HEB. Veniẽt in Aioth, trãsibit in Magrõ, apud machmas cõmendabit uasa sua. Transierũt cursim Gabee sedes nostra, (siue ut alibi scriptũ reperimus, mansione manserunt) obstupuit Rama, Gaba Saulis fugit. Hinni uoce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth, migrauit medemena, habitatores gebim confortamini, adhuc dies est ut in Nob stetur, agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Hierusalẽm. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculã in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur cõdensa saltus ferro, & Libanus cum excelsis cadet.

SEPT. Veniet enim in ciuitatẽ Aggai & trãsibit in Mageddo, & in Machmas ponet uasa sua, & trãsibit uallem & ueniet in Aggai, Timor apprehẽdet Rama ciuitatẽ Saul, fugiet filia Gallim, attende Laisa, audiet in Anathoth, obstupuit Medemena, & habitatores Gebim. Consolamini hodie in uia ut maneat, Consolamini montem filiæ Sion & collem Hierusalem.

Et primũ, inquit, ueniet in Aioth: ubi præ festinatione
B nimia nolens manere, transibit in Magron, tantãq; cupiendæ urbis habebit fiduciã, ut apud Machmas commendet sarcinas suas, quasi cito subuersa urbe rediturus: quibus depositis, trãsibit eã cursim & in Gabee habebit diuersoriũ: quo paululũ ibidẽ subsistente, ut lassum resoueat exercitũ, Rama urbs uicina terrebit: Gaba Saulis quondã ciuitas fugiet: tũc & filia Gallim quę Hebraice dicit בת גלים ita eiulabit ut equorũ arbitretur hinnitũ. Vnde ô Laisa, & paupercula uel obediens siue humilis Anathoth: tribus eñ modis interpretari
בְּנֵים potest: diligẽter attẽdite & declinate currẽtis impetũ si potestis: migrauit eñ iam de sedibus suis urbs Medemena. Vos aũt qui habitatis in collibus, qđ interpretatur Gebim: tuti locorũ altitudine, cõfortamini, id est arma corripite. Adhuc tantũ supererat diei: ut stãs in oppidulo Nob & ꝓcul urbẽ cõspiciẽs Hierusalẽ, agitaret manũ suã atq; cõcuteret super montẽ Sion, uel despiciẽs eã atq; cõtemnẽs, uel insultãs & cõminans, & admirãs quod toto sibi oriẽte subiecto, tã parua ciuitas potẽtiæ suę audeat repugnare. Hęc iuxta Hebræos ut nobis abeis traditũ est breui sermone perstrinximus. Nũc quid iuxta Lxx. editionẽ ecclesiastici uiri de hoc loco sentiant subijciamus: Cũ iugũ Assyrij, siue ut quidã male arbitrantur Babylonij, ablatũ fuerit de humeris tuis atq; corruptũ: fugiẽs Assyrius Sennacherib, cũ paucis relicuijs ueniet in Aggai, quæ in Hebraico nõ habetur. Et tãta erit fugiẽtis trepidatio, ut ibi manere non audeat, sed trãsibit in mageddo: quã & ipsam scriptura nõ cõtinet. Et qa sarcinis suis præpeditus uelocius fugere non poterit, deponet uasa in Machmas, & gradu cõcito trãsibit uallẽ, quã & ipsam Hebræus sermo non resonat, & rursum uenit in Aggai, quæ bis in hoc loco ponit, & in Hebraico nõ habet. Ad sonitũ fugę eius cõtremiscet Rama ciuitas Saul: Quod perspicue falsum est. Ciuitas ẽnim Saul appellatur Gaba, ut in Hebraico continetur.

Deinde ueniet in Gallim: audiet Laisa, audiet Anathoth, cõtremiscet Medemena. Habitatores aũt Gebim & colles qui sunt in Hierusalẽ: id est, excelsi quiq; uiri, ꝓuocantur ad cõsolandã Hierusalẽ: nõ lõgo post tẽpore, sed in pręsentiarũ, & eadẽ die dũ in uia est Assyrius: ut maneant in locis suis, & perturbari timore nequaq; fugiant. Hoc iuxta literã. Cæterũ quidã in isto loco, cũ fallsorũ nominũ iuxta Lxx. ἐτυμολογίας inuenire non possit: nec se in libro Hebraicorũ nominũ reperire potuisse testetur: mittit nos ad incertũ: ut dicat in extremo mundi tempore & in cõsummatione huius seculi imminentibus pœnis: sensum magnũ principẽ Assyriorũ esse fugiturũ, & per diuersa loca uariosq; ꝓfectus fugere cupere ab ira dei. Cũq; ille fugerit, habitatores Gebim, id est excelsas quasq; uirtutes sermone ꝓphetico ꝓuocari, ut cõsolentur fugiẽtem,
C doceantq; ne fugiat, sed maneat in uia, & dei præstoletur misericordiã, & non solũ consolari fugientẽ, sed in D
bonis operibus filiã Sion reuocare à luctu, & ad salutẽ pœnitẽtiæ prouocare, & hos esse colles in Hierusalem, de quibus in posteriore parte huius ꝓphetæ legimus, Cõsolamini, cõsolamini populũ meũ sacerdotes: loquimini ad cor Hierusalẽ. Hæc dixit, quia rei ueritate constrictus aliud quod diceret nõ habebat. *b ¶ Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur: & subuertentur condensa saltus ferro, & Libanus cum excelsis cadet.*] Putant quidam hunc locum adhuc dici de Assyrio, quòd illo cõrrito omnes in circuitu nationes, quæ ditioni illius subiacebant, succidantur & humilientur, & saltus densissimus subuertatur: per quem μεταφορικῶς populum & principes intelligi uolunt. Libanũ quoq; cum excelsis suis cadere, ut nihil omnino Assyriæ relideat potestatis. Alij uero ab hoc loco uolunt principiũ esse de Christo, maxime cũ & ea quæ sequuntur, & nos de illo, & circũcisio scripta fateatur. Dixerat supra nomen de uirgine pueri nascituri ꝙ appellaret Emmanuel, & postea prophetissæ cõceptus utero uocaretur, accelera, spolia detrahe, festina prædari, & ipse esset lapis offensionis & petra scandali duabus domibus Israel: Cuius principatus esset in humero eius, & uocaretur sex nominibus: admirabilis, & cõsiliarius, & deus, & fortis, & pater futuri seculi, & princeps pacis, & ꝙ multiplicaretur eius imperium, & pacis non esset terminus. Nunc in prologo aduentus eius prius quàm dicatur quòd de Iesse & Dauid sit genere nasciturus, per trãslationem fractæ lagunculæ passio illius demonstratur: quòd uolente deo idcirco caro eius morti tradita sit, ut Iudæorũ sublimitas destruatur: & excelsi quondam in terram corruant, & Libanus cum suis cedris succidãtur, de quo in Zacharia legimus, Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas: ulula abies, Zach. 11. d
quia

A quia cecidit cedrus, qñ magnifici uastati sunt. Quod
aũt à patre cõtritus & percussus esse dicat, & illud indi-
Zach. 13.e cio est, Percutiã pastorẽ & oues dissipabũtur. Et aliud
Psal. 68.f testimoniũ. Qñ quẽ tu persecuisti, ipsi psecuti sunt. Ver-
bũ Hebraicũ נכה quod Aquila κεκάμφθον interpre-
tatus est, Theodotio Symmachusq; uerte
runt, λωτόν, id est, tor
cular, quod & ipsum
iuxta inscriptionem
triũ psalmorũ domi-
nicã significat passio
nẽ, ipso dicente in E-
Esa. 63.a saia: Torcular calcaui
solus, & de gẽtib. non
est uir mecũ. Lxx. aũt
p torculari, nouũ sen
sum inserẽtes: glorio
sos interpretati sunt.

CAP. XI

ET egredietur uirga de radice Iesse, etc.] Vsq; ad princi-
piũ uisionis uel ponderis Babylonis quod uidit
Esaias filius Amos: omnis hæc ꝓphetia de Chri-
sto est, quam per partes uolumus explanare: ne simul
ꝓpositа atq; dissertа, lectoris cõfundat memoriã. Vir-
gam & florẽ de radice Iesse, ipsum dñm Iudæi interpre
tantur, ꝙ scilicet in uirga regnãtis potẽtia, in flore pul-
chritudo mõstret. Nos aũt uirgã de radice Iesse, sanctã
Mariã uirginẽ intelligamus: quę nullũ habuit sibi fru-
ticẽ cohærentẽ: de qua & supra legimus: Ecce uirgo cõ
cipiet & pariet filiũ. Et florẽ dñm saluatorẽ: qui dicit in
Cant. 2.a Canticocanticorũ: Ego flos campi & liliũ cõuallium. Pro
radice, quã soli Lxx. transtulerunt: in Hebraico scriptũ
habetur גזע quod Aquila & Symmachus & Theodo
tio λοχμοῦ interpretati sunt, id est truncũ. Et pro flore
B qui Hebraice dicitur נצר germẽ transtulerũt: ut osten
derẽt quod multo post tẽpore Babylonicæ captiuita-
tis, nullo de stirpe Dauid antiqui regni gloriã possi-
dente, quasi de trũco Maria, & de Maria Christus exor
Matth. 2.c tus sit. Illud quod in euãgelio Matthæi oẽs quærũt ec-
clesiastici, & nõ inueniũt ubi scriptũ sit: Qñ Nazareus
uocabit, eruditi Hebræorũ de hoc loco assumptũ pu-
tant. Sed sciendũ ꝙ hic נצר per ץ literã scribat: cuius
ꝓprietatẽ & sonũ inter z & s Latinus sermo nõ expri-
mit. Est eñ stridulus, & strictis dẽtibus uix linguæ im-
pressione, pferatur: ex qua etiã Sion urbs scribitur. Por
ro Nazaræi: quos Lxx. sanctificatos: Symmachus sepa
ratos, trãstulerũt, per ד semper scribuntur elementũ.
Super hũc igitur florẽ, qui de trunco & radice Iesse per
Mariã uirginẽ repẽte cõsurget, requiescet spiritus dñi.
quia in ipso cõplacuit omnem plenitudinẽ diuinitatis
habitare corporaliter, nequaq; per partes ut in cæteris
sanctis: sed iuxta euangeliũ eorũ quod Hebræo sermo
ne cõscriptũ legunt Nazaræi, Descendet super eũ om-
nis fons spiritus sancti. Dñs aũt spiritus est, & ubi spi-
ritus dñi, ibi libertas. In eodẽ Matthæi uolumine legi-
mus illud quod in cõsequentibus scribitur, Ecce puer
meus quẽ elegi: electus meus in quo cõplacuit animæ
meæ, ponã spiritũ meũ super illũ, iudiciũ gẽtibus pro-
feret: ad saluatoris referri intelligentiã, in quo requie-
uit spiritus dñi, id est æterna habitatione ꝑmansit: non
ut auolaret & rursum ad eum descẽderet, sed iuxta Io-
annis baptistæ testimoniũ iugiter permaneret, qui ait:
Ioan. 1.c Vidi spiritũ descendentẽ quasi columbã de cœlo & ma
nentẽ in eo, & ego nesciebã illũ: sed qui misit me bapti
zare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiri
tũ descẽdentẽ & manentẽ in eo, ipse est qui baptizat in
spiritu sancto. Porrò in euangelio, cuius supra fecimus
mẽtionẽ, hæc scripta reperimus, Factũ est aũt cũ ascen-
disset dñs de aqua, descendit fons omnis spũs sancti, &
requieuit super eũ, & dixit illi: Fili mi in omnibus pro 6
phetis expectabã te ut uenires & requiescerẽ in te. Tu
es enim requies mea: tu es filius meus primogenitus
qui regnas in sempiternũ. Qui spiritus dñi appellatur
& spiritus sapiẽtiæ. Omnia eñ per ipsum facta sunt, &

CAP. XI

sine ipso factũ est ni-
hil quod factũ est. Et
in psalmis canitur: Psal. 103
Quàm magnificata
sunt opera tua dñe,
omnia in sapiẽtia feci
sti. Et Apostolus scri-
bit, Christus dei uir-
tus & dei sapiẽtia. Et
in ꝓuerbijs legitur, Pro. 3.d
Deus in sapientia sua
fundauit terrã, & pa-
rauit cœlos in pru-
dentia. Et quõ idẽ ser
mo dei uocatur lux & uita & resurrectio: sic spiritus sa
pientiæ & intellectus, cõsilij & fortitudinis & scientiæ &
pietatis & timoris dñi nuncupatur, non ꝙ diuersus sit
iuxta differentias nominũ: sed unus atq; idem cuncta
rum uirtutũ fons sit atq; principiũ. Absq; Christo igi-
tur nec sapiens quis esse potest nec intelligẽs, nec cõsi-
liarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus ti
moris dei. Et hoc notandũ quod spiritus dñi sapientiæ
& intellectus, cõsilij & fortitudinis, & scientiæ & pieta-
tis & timoris dñi: id est septenarius numerus, qui septẽ
oculi in uno lapide dicunt in Zacharia: requiescat su- Zach. 3
per uirgã & florẽ qui de Iesse ac ꝓ hoc Dauid stirpe sur
rexit: Specialiter aũt spiritus timoris dñi impleuerit eũ
ꝓpter eos qui timore dñi indigent, quia paruuli sunt,
quẽ foras mittit perfecta dilectio. Qui eñ timet, pœnã
habet & nõ est perfectus. Vnde & Apostolus loquitur D
ad credentes: Non enim accepistis spiritũ seruitutis ite Rom. 8.
rum in timore, sed accepistis spiritũ adoptiõis in quo
clamamus abba pater. Et in Malachia legimus: Si pa- Malach.
ter ego sum: ubi est gloria mea? & si dñs ego sum, ubi
est timor meus? de quo timore cantatur in psalmo: Ve
nite filij audite me: timorẽ dñi docebo uos. b ¶ Nõ se-
cundũ uisionẽ oculorũ iudicabit, etc.] Hæc nos ad primũ ad-
uentũ referimus saluatoris. Iudæi in fine mundi cõten
dunt futura. Porrò Lxx. trãstulerũt: Non secundũ glo-
riã iudicabit, neq; iuxta sermonẽ arguet: sed iudicabit
humili iudicio & arguet humiles terræ. Nullius enim
personam accipit in iudicio, sed scribis & pharisæis ac Matt. 23
principibus loquitur, Væ uobis hypocritæ. Et aufere-
tur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus
eius. Nec secũdũ sermonẽ & auditũ auriũ corripuit. Il-
lis eñ dicẽtibus: Magister scimus quia uerax es, & uiã
dei in ueritate doces, & nõ ad te ꝑtinet de aliquo: neq;
eñ uides in faciẽ hominũ: sciẽs malicią eorũ, respõde-
bat: Quid me tentatis hypocritæ? & cætera his similia.
Iudicabat aũt in iustitia pauperes spiritũ quorũ est re
gnũ dei. Et arguebat in æquitate mãsuetos & humiles
terræ, dicẽs ad apostolos, Adhuc & uos insipientes e-
stis. Et iterũ. Necdũ scitis neq; intelligitis? Et ad Petrum
specialiter: Modicæ fidei quare dubitastis? Vel certe pro
humilibus atq; mãsuetis alios arguebat qui eos oppri
mere conabantur, Percussit quoq; omnia terrena ope
ra uirgæ: siue ut Lxx. trãstulerũt, uerbo oris sui: loquẽs
in euãgelio: Nolite putare quia uenerim mittere pacẽ
sup terrã: nõ eñ ueni mittere pacẽ, sed gladiũ. Et spiritu
labiorũ suorũ interficiet impiũ, de quo in nono psal-
mo legimus, Increpasti gẽtes & perijt impius, nomen
eorũ delesti in seculũ & in seculũ seculi. Et Paulus apls
scribit, Quẽ dñs Iesus interficiet spũ oris sui. Percussio 2. Thes. 2
autẽ impio accinctus est dñs iustitia & ueritate & fide.

Ipse

A Ipse enim factus est nobis à deo sapientia & iustitia &
1. Cor. 1.d sanctificatio & redemptio: qui & in euãgelio loquitur,
Ioan. 8.b Ego sum lux & uita & ueritas. Et de quo in psalmis di-
& 14.a citur, Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo pro-
Psal. 84.b spexit. Vnde & apostolus hortatur Ephesios, State er-
Ephe. 6.c go succincti lumbos
uestros in ueritate, &
induti lorica iustitiæ.
Quòd si pro ueritate
fides legitur, illud di
cendũ ꝙ cingulũ dñi
quo cinctus est & Hie
Hierre. 13.a remias, fides creden
tiũ sit. a ¶ Habitabit lu
pus cum agno, etc.] Hæc
quoq; Iudæi & nostri
Iudaizantes iuxta li-
terã futura cõtendũt,
ut in claritate Christi
quem putant in fine
mundi esse uenturũ,
oẽs bestiæ redigãtur
in mansuetudinẽ, &
pristina feritate depo
sita, lupus & agnus
pascantur simul, & cæ
tera cum cæteris, quę
nũc uidemus sibi esse
cõtraria. Quos inter
rogare debemus, si
omnia præsentis loci sic accipiuntur ut scripta sunt, &
nihil refertur ad intelligentiã spiritalẽ, iuxta illud Apo
2. Cor. 1.a stoli qui ait, Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu
Christi qui benedixit nos in omni benedictione spiri
B tali in cœlestibus in Christo: ergo & radix & uirga &
flos non referantur ad sensum: terraq; percussa uerbo
dei, & interfectus impius spiritu labiorũ eius, sic intel-
ligant ut scripta sunt, & docere cogãtur quõ rebus in-
corporeis iustitia & ueritate, renes dñi circũdent. Sed
& hoc eos interrogemus, quid dignũ sit dñi maiestate,
ut lupus & agnus pascant simul, & pardus cum hœdo
accubet, & leo paleas comedat, & puer paruulus mit-
tat manũ suam in foramine aspidũ? Nisi fortè iuxta fa-
bulas poetarũ, aureũ nobis Saturni seculũ restituent,
in quo lupi & agni pascent simul, & mulso uino plena
current flumina, & de folijs arborũ stillabũt mella dul-
cissima, lacteisq; fontibus omnia cõplebuntur. Quòd
si respõderint pro beatitudine temporũ hæc futura, ut
absq; cuiusq; noxa, homines bonis omnib. perfruant,
audiant à nobis nihil esse bonũ nisi uirtutẽ, & nihil ma
Psal. 33.c lum nisi uitiũ, dicente psalmista. Quis est homo q uult
uitã, & diligit dies uidere bonos? Cõpesce linguã tuã à
malo, & labia tua ne loquant dolum. Declina à malo &
fac bonũ. Diuitiæ aũt & sanitas corporis & rerũ omniũ
abundantia: & his contraria, paupertas, infirmitas, &
inopia: etiã apud philosophos seculi, nec inter bona re
putant, nec inter mala: sed appellant indifferentia. Vn-
de & Stoici qui nostro dogmati in pleriscq; cõcordant,
nihil appellant bonũ, nisi solam honestatẽ atq; uirtutẽ:
nihil malũ, nisi turpitudinẽ. Hæc breuiter diximus, ut
Iudaizantes nostros grauissimo somno fierere con-
uincamus. Cæterũ iuxta uiuificantẽ spiritũ facilis in-
Act. 8.a telligẽtia est. Lupus enim Paulus qui primũ persequę-
Gen. 49.d batur & lacerabat ecclesiã: de quo dictũ est, Beniamin
lupus rapax, habitauit cum agno: uel Ananias, à quo
Ioan. 21.d baptizatus est: uel Petro apostolo, cui dictum est, Pasce
agnos meos. Et pardus qui prius non mutabat uarie-
tates suas, lotus in fonte dñi accubuit cum hœdo, non
qui à sinistris est, sed qui immolatur in pascha domini.

Et hoc notandũ ꝙ non agnus & hœdus habitẽt & ac- a
cubent cum lupo & pardo, sed lupus & pardus, agni
& hœdi imitentur innocentiã. Leo quoq; prius fero-
cissimus, & ouis & uitulus pariter morabũtur. Quod
quotidie cernimus in ecclesia, diuites & pauperes, po-
tentes & humiles, re-
ges atq; priuatos pa
riter commorari, & à
pueris paruulis quos
ꝏpos intelligimus &
apostolicos uiros, im
peritos sermone, sed
non scientia, regi in
ecclesia. Qui quũ in-
ter se disciplina domi
ni fuerint fœderati,
ita ut eorũ quoq; fa-
miliæ coniungantur,
tunc cõplebit. Simul
requiescent catuli eo
rum. Leo quoq; non
carnes comedet, sed
paleas, quo scilicet ue
scatur cibo simplici.
Et hic obseruandum
ꝙ nõ bos carnes, sed
leo paleas comedat.
Paleas puto in scri-
pturis sanctis, uerba
simplicia intelligi. Tri
ticũ aũt & interiorẽ medullã, sensum qui inuenit in lite
ra: & frequẽter euenit ut homines seculi, mystica nesci-
entes, simplici scripturarum lectione pascantur. Infans
quoq; qui malitia paruulus est, mittet manũ in forami
ne aspidis, & de obsessis hominũ corporibus fugat dæ D
mones. Qui aũt ablactatus est, & nequaq; lacte nutrit
infantiæ, sed tam solido uescit cibo: iste in reguli cauer-
nam mittet manũ, hoc est, in ipsius satanæ habitaculũ,
& inde eũ extrahit. Vnde & apostolis potestas data est, Luc. 10.a
ut calcarẽt super serpẽtes & scorpiones, & super omnẽ
fortitudinẽ inimici. Nocere aũt & occidere nequaq; po
terũt uenenata prius animalia eos qui habitauerint in
monte sancto dei, quod interpretat ecclesia: de quo in
euãgelio dicit, Non potest ciuitas abscõdi super montẽ Matt. 5.b
posita. Ac ne hoc putemus dici de mõte Sion iuxta He
bræorũ errorẽ, sequẽti uersiculo euãgelicæ prædicatio
nis sacramẽta mõstrant. Quia repleta est terra scientia
dñi, hoc est illud quod suprà dicebat obscurius, Habi-
tabit lupus cũ agno, & pardus cũ hœdo accubabit. Et
iuxta cõsuetudinẽ suã prophetalia in fine uerba pan-
dunt. Sicut aqua (inquit) maris operiẽtes. Quõ aquæ
maris operiũt, pfunda maris: hoc est, terrã quæ operta
est fluctibus, sic sciẽtia dñi omnis terra cõplebit. Quam
diuersorũ prius morũ cõiunctionẽ, etiã beatus aposto
lus Petrus in uase linteo, quod de cœlo dimissum est, Act. 10.b
se uidisse testatur, habẽte quatuor principia: quæ qua-
tuor mundi plagas intelligimus, ut repletam terrã dei
scientia cognoscamus: In quo uase erant quadrupedia
& serpentes, & bestiæ & uolatilia cœli: ut quod arca in
diluuio, hoc ecclesia præstet in mundo. b ¶ Et erit in die
illa radix Iesse, etc. in ipso gentes sperabunt, & erit requies eius ho-
nor.] Pro requie eius, in Hebraico positum est מנחתו
quod omnes similiter transtulerũt. Pro honore quoq;
in Hebræo legitur כבוד quod perspicuè gloriã sonat.
Et est sensus: erit mors eius gloriosa: ut impleatur illud
quod saluator in euangelio deprecatur, Pater glorifica Ioan. 17.d
me gloria quam habui prius quàm mundus esset a-
pud te. Dictum est de natiuitate eius, dictum est de cæ-
teris in medio sacramentis, uenit ad mortem, quę non

Hier. to. 5 e consucto

A consuetō mortaliū nomine, sed quia in Christo erat uita perpetua, requies appellatur. Nos autem ut manifestium legentibus sensum faceremus, pro dormitione & requie: altero uerbo, sed eodem sensu, sepulchrū uertimus. In tēpore igitur illo quando Christi in toto mundo euāgeliū corusca-
rit, & repleta fuerit omnis terra scientia dñi, sicut aquæ maris terrā operiētes: erit radix Iesse, & q de eius stirpe conscendet in signū omnium populorū, ut uideāt populi signū filij hominis in cœlo. Qui habet cornua in manibus suis, in quibus absco-
ditur fortitudo eius, ut exaltatus oīa trahat ad se. Siue ut Septuaginta transtulerunt, resurget à mortuis ut princeps sit omniū nationū, & uniuersæ gentes sperent in eo. Quod etiam Iacob de tribu Iuda, mystico sermone testatur: Non deficiet princeps ex Iuda neq; dux de fœmoribus eis, donec ueniat cui repositū est, & ipse erit expectatio gentiū. a ¶ *Et erit in die illa, adijciet dominus secundò manum, etc.*] In die illa, hoc est, In illo tempore de quo & suprà dictū est, quū surrexerit radix Iesse in signum populorū, siue ut dominetur gentiū, apponet dominus secundò manū suam, ut nequaq̄ iuxta nostros Iudaizantes, in fine mundi quū intrauerit plenitudo gentiū, tunc omnis Israel saluus fiat: sed hæc omnia in
Rom. 11.c primo intelligamus aduentu: Neq; enim possumus quū una dies dicatur & nūc & supra, illā referre ad primū aduentū, & istā ad secundū: ne per hęc quę sequuntur & illa quæ præcesserunt ad eum referēda sint Christum, quē Iudæi necdū uenisse, sed uenturū esse cōtendunt. Post uocationē igitur gentiū quæ quondā in caudam reputatæ sunt, Israel in caudā reputabitur, ut apponat dñs secundò manū suā, & possideat reliduū po
Cap. 10.c puli sui: de quo & suprà legimus, non omnē Israel, sed reliquias esse saluandas, quæ relictæ fuerint ab Assyrijs & ab Aegypto, & à diuersis per circuitum nationibus. Primū em duodecim apostoli, & septuaginta & centū uiginti animæ, & quingenti, quibus pariter cōgregatis dñs apparuit: deinde tria milia & quinq; milia Iudæo
Act. 2.g rū in dñm crediderūt. Iacobus quoq; ad Paulū apostolum loquitur, qui & ipse de reliquijs erat, Vides frater quanta milia sint Iudæorū credentiūe hi omnes æmu-
Act. 21.d latores legis sunt. Et in eodē uolumine legimus: Erant
Cap. 2.a autē in Hierusalē habitantes Iudæi uiri timorati, de uniuersis gēntibus quæ sub cœlo sunt, qui omnes mirabantur atq; dicebant: Nonne isti Galilæi sunt, & quō nos audiuimus unusquisq; linguā nostrā in qua nati sumus: Parthi & Medi & Elamitæ & habitantes in Mesopotamia & Syria, Cappadocia, Ponto & Asia, Phrygia & Pamphilia: Aegypto & Libya & Cyrene, & aduenæ Romani, Iudæi & proselyti, Cretes & Arabes, audiuimus loquētes eos nostris linguis magnalia dei. De his igitur uniuersis gentibus per apostolos Israel reliquiæ saluabunt. Tradunt ecclesiasticæ historiæ, quōd apostoli in toto orbe dispersi euangelium prædicarint: ita ut quidam Persas Indosq; penetrarēt, & Aethiopia daret manus suas deo, & trans flumina Aethiopię inde Chri- C
sto munera deferrentur. Ac ne solū orientales populos significare uideatur, iungit & reliqua. Et ab insulis maris. Insulas autē maris occidentalē plagā significat, quę Oceani ambitu clauditur. Leuabit igitur signū crucis in uniuersas natiōes, & de synagogis Iudæorū primū Israel populū congregabit, ut apostoli præceptū saluatoris implerēt, qui dixerat, Ite ad oues pditas domus Israel. Mat. 10.d
Denicq; & Paulus ad incredulos loquitur ex Iudæis: Vobis oportebat primum lo- Act. 13.f
qui uerbum dei, sed quoniā repulistis illud & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes, sicut præcepit nobis dñs. Quatuor aūt plagas, orientē & occidentē, meridiē & septentrionē significat, ut per hæc mūdi uocatio demō-
stretur. Eo tempore, inquit Esaias, nequaq̄ Ephraim & & Iudas, qui nūc me prophetante inter se hostili odio dissidēt, inimici erūt: sed iuxta Ezechielis ꝓphetiā, duę Ezech. 37
uirgæ in unā uirgā copulabunt, & iungent in Christi ecclesiā qui prius fuerāt separati, ita ut in gentibus cōmuni labore desudent, & uolent in humero Philistim
D per mare, hoc est primū martiimis prędicēt Palęstinis, & per mare uolucri cursu pergant ad cæteras natiōes: siue iuxta Septuaginta interpretes, ϖατασϑήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, ϑάλασσαν ἅμα προνομεύσουσιν, id est, uolabūt in nauibus alienigenarū, mare simul prædabunt: quod de unius Pauli apostoli exēplo intelligamus, qui ꝑ Pamphiliā & Asiā & Macedoniā & Achaiā, Act. 4.d
& diuersas insulas atq; prouincias, ad Italiā quoq;, & (ut ipse scribit) ad Hispanias, alienigenarum portatus Rom. 15.c
est nauibus. Igit Ephraim & Iudas, id est, qui de duodecim tribubus in Christū crediderunt ex Iudæis, simul prædabunt orientē: & in Idumæa & Moab extendent manus suas: iuxta illud quod sub persona Dauid Christus mystice loquit, In Idumæā extendā calciamentum Psal. 59.b
meū, mihi alienigenæ seruient. Hæ enim gentes eo tempore quo Esaias prophetabat, aduersariæ erant populo Iudæorū: & idcirco nūc dicit, ꝙ posq̄ surrexerit radix Iesse ut regnet in gentibus, & uexillū crucis ob salutem totius orbis fuerit eleuatū, tūc etiam Idumæa & Moab & filij Ammon, omnis scilicet Arabiæ latitudo dent apostolis manus, & in locis idololatriæ Christi ecclesiæ suscitent. b ¶ *Et desolabit dominus, etc.*] Quō Idumæa & Moab & filij Ammon tradent manus suas apostolis ut obediāt euāgelicæ prædicatiōi: sic ipse dñs qui in apostolis suis illa perfecit, desolabit non mare iuxta Septuaginta, sed iuxta Hebræos linguam maris Aegypti quæ prius cōtra dñm blasphemabat & superstitiōi Aegyptię pręerat. Vnde & in psalmis legimus, Hoc mare magnū & spatiosum, ibi reptilia quorū non est nu- Psal. 103.
merus. Quibus inest, Draco iste quē plasmasti ut illuderet ei. Desolabit igit siue interficiet, hoc est ἀναθεματίσει, ut Theodotio, Aquila & Symmachus trāstulerūt, lingua maris Aegypti, & leuabit manū suā super flumina Aegypti in fortitudine spūs sui, uel spiritu uio-
lentissimo

A lentissimo, quod regnū intelligimus Romanorū. Regnante em Cæsare Augusto, quando flos de radice Iesse cōscēdit, & in orbe Romano prima facta est descriptio: potētissimū prius regnū Aegyptiorū, quod multis durauit ætatibus, Cleopatræ morte destructū est, & percussus est amnis Aegyptius in septē riuis siue in septē uallibus. Nilus enim aquarū multarū qui prius uno fluebat alueo, & intransibilis erat, in septē ualles humillimas & riuos diuisus est atq; cōcisus est, ut calciatis pedib. transiretur. Hoc aūt tropo
Tropol. logicē significat, ꝙ gētē Aegyptiorū intantum idololatriæ & uanissimæ superstitioni dediti, ut accipitres, nocturas, canes & hircos & asinos diuino nomine consecrarent, de infinita regni potentia per singulos Romani imperij iudices distribuerit, ut aliū iudicē habeat Thebe, aliū Lybia, aliū Pentapolis, aliū Aegyptus, aliū Alexandria, & diuersæ regiones quas νόμας Aegyptij uocant. Propterea autē sub metaphora, Nilus diuisus in partes est, & scissus in riuos, ut possit absq; ullo impedimento euangelicus sermo discurrere, & ad populos Aegypti ultimos peruenire. Et quomodo temporibus Moysi rubrū siccatū est mare, ut populus de Aegypto fugeret: sic econtrario Aegypti flumina siccabūtur, ut reliquiæ populi dei quæ ab Assyrijs & diuersis gen-
B tibus saluabuntur, transeant in Aegyptum: nequaq̄ fugientes eam, sed capientes & suo calcantes pede. Prudens & Christianus lector, hanc habeat repromissionum prophetaliū regulam: ut quæ Iudæi & nostri, imò non nostri Iudaizantes, carnaliter futura contendunt: nos spiritualiter iam transacta doceamus, ne per occasionem istiusmodi fabularū & inextricabilium iuxta apostolum quæstionum, Iudaizare cogamur.

CAPVT XII

Exod. 15.a ET dices in die illa, confitebor, etc.] Qui prius in solitudine dixeratis, quando ascēdistis de terra Aegypti, & mare siccatū est rubrū: Cantemus dñō, gloriose enim magnificatus est: & reliqua. Nunc percussa lingua maris Aegypti, & flumine illius arefacto atq; cōciso & humiliato, glorificate dominū & dicite, Cōfitebor tibi dñe, quoniā qui iram merui & furorē tuū, misericordiā cōsequutus sum: tu es enim saluator meus, id est, Iesus: & nequaq̄ fiduciā habebo in idolis, nec timebo quæ non sunt timenda: sed tu es fortitudo mea & laus mea, qui factus es mihi in salutē. Audiat sceleratissima hæresis, factū dominū his qui saluantur, & quorum prius dominus non erat: ut creationem in scripturis sanctis atq; facturam, non semper conditionem eorum quæ non erāt, sed interdū gratiam in eos qui meruerint sibi deū fieri intelligamus. b ¶ *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.*] Quē suprà Emmanuel: deinde, spolia detrahe, festina prædari: & reliquis appellarat nominibus: ne uideret alter esse præter eum quem Gabriel uirgini nunciauit, dicens: Et uocabis nomen Matt. 1.d
eius Iesum, ipse enim saluū faciet populum suū: nūc uocat saluatorē, & de eius fontibus aquas prædicat hauriendas: nequaq̄ de aquis fluminis Aegypti, quæ percussæ sunt, neq; de aquis fluminis Rasin: sed de fontibus Iesu: hoc em Hebræorū lingua saluator exprimit. Vnde & ipse clamabat in Ioan. 7.f
euangelio, Qui sitit, ueniat ad me & bibat: qui crediderit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aūt (inquit euangelista) dicebat de spiritu sancto, quem credentes in eum accepturi erant. Et in alio loco ipse loquitur euāgelij; Qui biberit de aquâ Ibid. 4.b
quam egò dedero ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam egò dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitā æternā. Fontes saluatoris, doctrinā intelligamus euangelicam; de qua in LXVII psalmo legimus, In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. c ¶ *Et dicetis in illa die, confitemini, etc.*] Hæc præcipiuntur ab apostolis & reliquijs Israel, his qui de gentibus crediderūt, D
ut soli confiteantur domino, & idolis derelictis inuocent nomen eius, & cuncta opera eius prædicent infidelibus, ut sciant, quoniam solus excelsus est, cui cantandum sit quòd magnificē fecerit, & in omni orbe illius misericordia prædicetur. d ¶ *Exulta & lauda habitatio Sion.*] Primum dicendum iuxta literam: O habitatio Sion, exulta & lauda deum tuum, quòd qui tuus ante uidebatur deus, & modicis Iudææ terræ claudebatur angustijs, nunc repleuerit omnē terram scientia sua: & de morte cōsurgens, regnet in gentibus, & ipsum nationes deprecentur atq; adorent: ita duntaxat, ut adijciat secundò manū suam ad possidendū quod reliquū est populi sui, & congregandos profugos Israel, & dispersos Iuda colligendos à quatuor plagis terræ, quia seminariū euangelij per apostolos qui ex Iudæis erāt, processit à fontibus Israel. Melius autem est, ut Sion, id est, speculam in sublimibus collocatam, interpretemur ecclesiā: de qua & quinquagesimus psalmus canit, Benignè fac domine in bona uoluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalē: ut acceptabile fiat in ea deo sacrificium iusticiæ, oblationes & holocausta. Et uitulus, quem filio pœnitenti, pater clemētissimus immolauit.

Commentarij quarti in Esaiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM COMMENTARIORVM Esaiæ ad Eustochium uirginem Proœmium.

PLures anni sunt quòd à sanctæ memoriæ uiro Amabili episcopo rogatus, ut in decem Esaiæ scriberem uisiones: pro angustia illius temporis quid mihi uideretur in singulis breui sermone perstrinxi, historiam tantùm quod petebat, edisserens: nunc ad te φιλοπονώτατη Eustochium cogor in totum prophetam commentarios scribere, & interim orationibus tuis ad Babylonem usq; peruenimus, quæ prima decem uisionum est, de quibus antè iam dixi. Superfluum autem mihi uisum est, aut eadem rursus iterare, aut in

A uno opere diuersas sentētias promere. Vnde quintus in Esaia hic liber est, qui quondam solus editus est, quo ad calcem usq; perfecto, sexto uoluminis iuxta tropologiam arripiemus exordium, & eadem te dominum deprecante, spiritalis intelligentiæ culmina persequemur. C

EIVSDEM AD AMABILEM EPISCOPVM IN EXPLAnationem decem uisionum Esaiæ Prologus.

HVcusq; papa Amabilis columen charitatis & nomen, ac mihi omnium quos terra genuit amatissime, per literas flagitabas, ut tibi decē uisiones quæ in Esaia obscurissimæ sunt, historica expositione differerem, & omissis nostrorum cōmentarijs, qui uarias opiniones secuti, multa uolumina condiderūt, Hebraicam panderem ueritatē, meq; retractantem, & molestissimum explanationis genus in tempus aliud differentem, sæpissimè commonebas. Hoc autem anno misisti filium nostrum Heraclium diaconum: qui me manu conserta in ius uocaret, & promissum per momenta exigeret. Quid igitur faciam? subeam ne opus in quo uiri eruditissimi sudauerunt: Origenem loquor & Eusebium Pamphili, quorum alter liberis allegoriæ spacijs euagatur, & interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit ecclesiæ sacramenta: alter historicam expositionem titulo repromittens, interdum obliuiscitur propositi, & Origenis fata concidit: an taceam & apertè huius generis expositionem nescire me dicam? & quando tibi potero persuadere me non potuisse magis quàm noluisse, quorum alterum imbecillitatis est, alterum superbiæ. Quibus adactus causis, malui à te ingenium meum quàm uoluntatē quæri, breuiterq; adnotabo quæ didici, fundamenta iaciens scripturarum. Cæterum si aut tu uolueris, aut spacium fuerit, & uoluntati nostræ Christus annuerit, spirituale suprastruendum est ædificium, ut imposito culmine, perfecta ecclesiæ ornamenta monstremus. Proposuisti de Esaia uisiōnem Babylonis, & Philistim, Moab, & Damasci, Aegyptiq; & deserti maris, & Idumææ, & Arabiæ, & uallis uisionis, & Tyri: quas si latius nitar exponere, multis libris opus erit, & exactoris mei nauigatio in annū
B alterum differetur. Itaq; ut uis singulis testimonijs breues sententiolas coaptabo: ut non tam expo- D
nam quid sentiam quam paucis uerbis tibi sentienda dimittam. Dictamus hæc, non scribimus: current notariorum manu currit oratio. Nolumus enim nostra laudari: sed prophetę dicta intelligi: nec iactamus eloquentiam, sed scientiam quærimus scripturarum. Incipiamus ergo à Babylone.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam, Liber quintus.

CAPVT XIII

ONus Babylonis quod uidit Esaias filius Amos.] Verbum hebraicum משא uel onus uel pondus intelligi potest, & ubicūq; præpositū fuerit minarū plena sunt quę dicuntur. Vnde miror Septuaginta translatores in re tristi uoluisse ponere uisionem, sed de hoc aliàs. Nunc quod cœpimus exequamur: Babylō fuit metropolis Chaldæorū: cuius rex Nabuchodonosor cūctis usq; ad Aethiopiā gētibus superatis, inter cæteras uastauit & Iudææ: diuq; obsessam Hierusalē undecimo anno cepit regni Sedechiæ, Quē & ipsum captū duxit in Antiochiā quæ tunc uocabatur Reblata: ubiq; corā patre filijs interfectis, oculos Sedechiæ iussit auferri: excæcatumq; misit in caucam: & in ritū ferarū traxit in Babylonē: cōpleto uaticinio Hieremiæ quod canebat: intrabis in Babylonem & non uidebis eam. Ad consolationē ergo populi Iudæorum Babylonis ruina prædicitur: quod quomodo Niniue metropolis Assyriorū: quorū reges Phul & Theglathphalasar & Salamanasar & Sennacherib decē tribus ceperant, Chaldæo uastante subuersa est: ita etiā hæc quæ contra deum superbierit Medorū atq; Persarū impetu subuertat. b ¶ *In montē caliginosum, etc.*] Montem caliginosum siue tenebrosum, qđ Hebraicè dicit הר עשן Babylonē, ppter superbiā intellige. Isti sunt montes tenebrosi, trisiciā & caliginē præferentes, de quibus Hieremias ait: Dare gloriā dño deo uestro: antequā offendant pedes uestri ad montes tenebrosos. Præcipitiq; uel angelis uel quibuslibet ministris, ut iubente deo & exaltata nuncio-
rum manu uentura Babyloni captiuitas prædicetur. c ¶ *Et ingrediantur portas duces, etc.*] Principes & gigantes iuxta Lxx. trāslatores: Eusebius uirtutes angelicas interpretat & pessimos dęmones, qui ad euersionē Babylonis missi sunt. Nos aūt historiæ ordinē prosequētes, Medos esse dicimus. De quibus in consequentibus apertius scriptura testat, dicēs: Ecce ego suscitabo super eos Medos qui argētū nō quærāt, nec aurū uelint. Nec mirū si Medos ad subuersionē Babylonis sanctificatos uocet, cum per Hieremiam ipsum Nabuchodonosor, quia eius imperio seruiebat, destruens prævaricaticē Hierusalē, seruū suum & columbā dixerit. Porrò quòd ait, Fortes meos & exultantes in gloria mea, ostendit

CAPVT XIII

ONus Babylonis quod uidit Esaias filius Amos. In montē caliginosum eleuate signum, exaltate uocem, leuate manum. Et ingrediantur portas duces, ego mandaui sanctificatis meis, & uocaui fortes meos in ira mea, exultantes

A dit eos non suis uiribus, sed dei ira tam sublimis regni potentiā subuertisse. a ¶ *Vox multitudinis in mōtibus, etc.*] Medorū atq; Persarū describitur impetus: quod multis secum auxilijs congregatis, domino eorū exercitū præcedente ad uastitatē ueniant Babylonis, ut dispergant omnē terrā: non quòd totū orbē uastauerint, sed omnē terrā Babylonis & Chaldæorū. Idioma est enim sanctæ scripturæ ut omnē terrā illius significet prouinciæ de qua sermo est: qđ quidam non intelligentes ad omniū terrarū subuersionē trahūt. b ¶ *Vlulate, etc.*] Apostropha fit ad populū Chaldæorū: ut uētura mala flentibus resonent: nec de ruina ambigāt ciuitatis, cum dominus uastator aduenerit. c ¶ *Propter hoc oēs, etc.*] Hoc expositione non indiget: sed breuiter indicatur quod tantū malorū pondus incumbat: ut pugnatorū Babylonis soluantur manus, & cor pauore langueſcat, & in
B morē parturientium fœminarū dolor torqueat uiscera: & unusquisque alterius quærat auxilium, luridam faciem pallore circūferens: naturale est enim ut imminentibus malis alios sapere plus putemus. d ¶ *Ecce dies domini, etc.*] Crudelē diē uocat non merito sui sed populi. Nō est ēm crudelis qui crudeles iugulat: sed q̄ crudelis patientibus esse uideat. Nā & latro suspēsus patibulo, crudelē iudicē putat. Simulq; solitudo & uastitas terræ Babyloniæ nunciatur, & causa uastitatis exponitur quòd propter accolas eius hæc omnia fiant. e ¶ *Quoniā stellæ cœli, etc.*] Verbū Hebraicū הֵסִירוּ Lxx. ἀφέωνται trāstulerūt. Hebræus quo ego præceptore usus sum: Arcturū interpretatus est. Nos generaliter sequētes Symmachū stellas diximus. Est aūt sensus: q̄ cum dies domini crudelis aduenerit, & furor eius uniuersa uastarit, prætioris magnitudine mortalibus cuncta tenebrescāt, & sol ipse & luna astraq; rutilātia suū uideant negare fulgorē. Vnde & cœlū sacco induit, q̄ scilicet tenebræ cuncta operiāt: & premētibus malis nihil aliud sentiant homines nisi qđ mēs uidere cōpellit. f ¶ *Et uisitabo super, etc.*] Ex hoc loco & supiore ubi scriptū est, quod obtenebrescat sol in ortu suo: & luna caligine cōpleat: & stellæ fulgorē retrahant, & totius orbis iniquitas uisitetur: Quidā putāt nō de Babylonis ruina: sed de mūdi consummatiōe prædici: cū utriq; secūdū supiora & orbis q Hebraicè dicit תבל & Græce οἰκουμένη, Babylō intelligēda sit, οἰκουμένη ēm lingua nostra habitatā sonat, & habitata ppter ingētē populi multitudinē Babylō dicitur: ut ubi prius fuerat innumerabilis turba populorū, ibi sit uastitas & habitatio bestiarū. g ¶ *Preciosior erit uir, etc.*] Causa manifesta quare deus uisitet οἰκουμένην, id est Babylonis mala: ut habitatore deserta redigatur in solitudinē. Preciosum autem dicitur omne quod rarū est: quō & supra iuxta historiā, pro hominū raritate apprehendere legimus septē mulieres unū uirū, dicētes: Panem nostrū comedemus, & uestimētis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomē tuū super nos: aufer opprobriū nostrū: Et in Samuelis uoluminе cōtinetur: Sermo dñi erat pretiosus in diebus illis, id est rarus. Nota qđ in Hebraico pro generali auro פז, p obrizo אופיר scriptum est. b ¶ *Super hoc cœlū, etc.*] Vel eo sensu accipe quo supra de stellis & sole & luna & orbe expositimus: uel hyperbolicos, qđ ab indignatione dei & cœlū triste sit, & terra moueatur, elementa quoq; omnia iram D creatoris agnoscant. i ¶ *Et erit quasi damula, etc.*] Babyloniū significat & Chaldæorum populū, quod ita pauidus ad irruptionē Medorū Persarūq; fugiat, quasi damula & ouis rugitū leonis & ululatū lupi: nec habeat defensorē aut principē cuius sequatur imperium. k ¶ *Vnusquisq; ad populū suū, etc.*] Postq; capta fuerit Babylō, & per portas eius intrarit hostilis exercitus, cuncta auxilia & diuersarū gentiū turmæ quibus prius ciuitas defensabat ad suas prouincias reuertent. l ¶ *Omnis qui inuentus fuerit, etc.*] Qui non fugerit, mucrone feretur: qui uero aut resistere uoluerit aut reuerti, intantum captæ urbi non proderit: ut ipse quoq; sanguinē fundat. m ¶ *Infantes eorum allidentur, etc.*] Hoc est quod Dauid in spiritu ,pphetat, Filia Babylonis misera, beatus qui tribuet tibi retributionē tuam quā retribuisti nobis. Beatus q tenebit & allidet paruulos tuos ad petrā. Tāta erit urbis uastitas & uictorū sæuitia ut nec innoxiæ parcat ætati, ut cunctæ domorū diripiant opes, & in conspectu maritali uxorum uioletur pudicitia. n ¶ *Ecce ego suscitabo super eos Medos qui argentū non quærant, etc.*] Apertū est quod latebat, quod nequaq̄ fortes & gigantes angeli intelligendi sunt & dæmones, sed Medorum gens: quorum princeps Darius primus Babyloniorum destruxit imperium, occiso Balasar nepore Nabuchodonosor qui Euilmarodach filius fuit: Tantam autem scribit Medorum Persarumq; sæuitiam, ut ardore sanguinis effundendi aurum argentumq; contemnant, & oblatas opes pro luto reputent.

rum uelint. Sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus uteri non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum: sicut subuertit dominus Sodomam, & Gomorram, non habitabitur usq; in finem, & fundabitur usq; in generatione & generationē. Nec pōnet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed erunt ibi bestiæ & replebuntur domus eorū draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabūt ibi. Et respondebunt ululæ in ædibus eius, & Syrenæ in delubris uoluptatis.

CAP. XIIII

PRopē est ut ueniat tēpus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserēbitur enim dominus Iacob & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humū suam. Adiungētur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob, & tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum, & possidebit eos domus Israel super terram domini in seruos & ancillas, & erunt capientes eos qui se cepe rant & subijciēt exactores suos. Et erit in die illa cum requiē dederit tibi dns à labore tuo & à cōcussione tua, & à seruitute tua dura qua ante seruiuisti, sumes parabolā istam cōtra regē Babylonis, & dices. Quomodo cessauit exactor, requieuit tributū? Contriuit dominus baculum impiorū, uirgam dominantiū cædentem populos in indignatione, plaga insanabili subijcientē in furore gētes, persequentē crudeliter, conquieuit & siluit, omnis terra gauisa est & exultauit. Abietēs quoq; lætatæ sunt sup te & cedri Libani. ex quo dormisti nō ascēdit q̄ succidat nos.

Infer-

Hieruſalē non multū tempus in medio: & à Medis Persis q̄ uastata est. *e* ¶ *Miserebitur enim dominus, etc.*] De hoc Sophonias plenius loquitur, Lauda filia Sion, iubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalē, qa abstulit dns iudiciū tuū, auertit inimicos tuos. Significat autē tempus quo Cyrus rex Persarum captuū populū Hierusalē redire permisit. Lege Esdræ librū: Aggæū & Zachariā: quando sub Zoroba bel & Iesu sacerdote magno & Esdra & Neemia altare, templum, muricq; urbis extructi sunt. *f* ¶ *Adiungetur aduena, etc.*] Multos de diuersis gentibus cum populo Iudæorū Hierosolymā uenisse coniicimus, credentes deo Israel, & errorū idola relinquentes. Quòd aūt reducti sint ad literas regis & accepe rint munera & impēsas tēpli, nulla dubitatio est. In hoc solum artari uidetur intelligenda: quō possederint Israel in terra domini uictores quondam suos, & subiecerint exactores seruosq; eos habuerint & ancillas: nisi fortè Synecdochicos totū intelligamus ex parte, quòd tantæ postea felicitatis fuerint: ut de diuersis quoque per circuitū gentibus sibi seruorū & ancillarū familias cōparārint. Potest & in Asueri tēporibus intelligi, quando occiso Holoferne hostilis ab Israel est cæsus exercitus. Quod hæreo literæ & in morē serpentis terrā comedo: tuæ est uoluntatis: qui historicā tantum interpretationē audire noluisti. *g* ¶ *Et erit in die illa etc.*] Sermo dirigit ad Israelē, q̄ postq̄ reuersus fuerit Hieruſalē, & iugū seruitutis excusserit recordet potentiæ quondā Nabuchodonosor & culminis Babyloniſ: miserabilicq; cum uoce deploret, quia ad tantā uenerit calamitatē, ut hostibus quoq; suis dignus miseratione uideat. *h* ¶ *Quomodo cessauit exactor requieuit tributū, etc.*] Vox ista plangentis & miserantis est Israelis, quomodo dominus quondā uictorq; terrarū & tributis cuncta depopulans, contritus sit & redactus in nihil. Ille inquam qui fuit baculus impiorū, qui sceptrū & uirga regalis omnes furibunde percutiens: cuius plaga non poterat sustineri: qui fugientes quoq; crudeliter persequebatur: quomodo cōquieuit & humiliatus est, & ad ruinam eius omnis terra cōsiluit: uocē tantū lætitiæ gestientis emittēs. *i* ¶ *Abietes quoq;, etc.*] Per abietes & cedros Libani principes gentiū intellige, qui Nabucho donosor percutiēte succisi sunt: q & ipsi in uocē lætitiæ ,prīpētes dicūt: ex quo ad inferna deductus es nullus alius potuit inueniri qui magnos potētesq; succideret

¶ Infernus

a ¶ *Infernus subter, etc.*] Hæc emphaticos legēda sunt, & scenæ modo, non quo facta sint, sed q̄ fieri potuerint: nisi fortè animas regū quos interfecerat insultātes regi Babylonio occurrisse credimus. Solariū enim malorū est, cum inimicos uiderint eadē sustinere. *b* ¶ *Et tu uulneratus es sicut nos, etc.*] Sermo potentiū & principū terræ quos suprā cedros & abietes appellarat, ad regē Babyloniū dirigit in inferis constitutū. Iam nō dolemus nos fuisse succisos, cum & tu eadē securi corrueris. Omnis potentia tua & in cœlum eleuata superbia, ad terrā detracta est. Ergo ne & tuum eadauer tineā sustentabit, & scatentium operiet uermiū multitudo? Senties per mortē hominis utilitatē, qui dei in te potentiā præferebas. *c* ¶ *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, etc.*] Pro eo quod interpretati sumus ob facilitatem intelligētiæ, quō cecidisti de cœlo lucifer qui mane oriebaris: in hebraico, utuerbū exprimamus ad uerbum, legitur: quō cecidisti de cœlo, ulula fili diluculi. Significatur autē alijs uerbis lucifer, & dicitur ei, q̄ flere debeat & lugere, qui quondā sic fuerit gloriosus ut fulgori luciferi comparatus sit. Sicut, inquit, lucifer discutiens tenebras ardens & rutilus illucescit: sic & tuus progressus in populos & publicum claro sideri similis uidebatur: sed cecidisti in terram gentium uulnerator, qui per superbiam loquebaris, tantam potentiam consecutus sum, ut cœlum mihi rescet & sidera, ut sub pedib. meis superna debeāt subiacere. Quanquam Iudæi cœlum & astra dei se uelint intelligi, ex eo quod sequitur, sedebo in monte testamēti, id est in templo ubi dei iura sunt condita, & in lateribus aquilonis, id est, in Hierusalem. Scriptum est enim: Montes Sion latera aquilonis. Nec sufficerat superbiæ eius desiderare cœlestia, nisi ad tantam prorupisset insaniam, ut dei sibi similitudinem uendicaret. *d* ¶ *Veruntamē ad infernum detraheris in, etc.*] Qui per superbiam dixerat: In cœlum ascendam, ero similis altissimo: non solum ad infernum, sed ad inferorum ultimum detrahitur: Hoc enim significat laci profunditas: pro quo in Euangelio tenebras exteriores legimus ubi est fletus & stridor dentium. *e* ¶ *Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, etc.*] Et hæc uox insultantium est atque mirantium, quomodo uastator omnium & ipse uastatus sit. Quod autem ait: Vinctis eius non aperuit carcerem, magnitudo crudelitatis & impietatis exprimitur, ut etiam uinctos teneret in carcere, & non sufficerent miseris catenæ, nisi illos & tenebrarum horror includeret. *f* ¶ *Omnes reges gentium uniuersi dormierunt, etc.*] Narrant Hebræi huiuscemodi fabulam: Euilmerodach qui patre suo Nabuchodonosor uiuēte per septē annos inter bestias, ante regnauerat: postq̄ ille restitutus in regno est, usq; ad mortē patris cū Ioachim rege Iudæ in uinculis fuit: quo mortuo cū rursus in regnū succederet, & nō susciperet à principibus qui metuebant ne uiueret qui dicebat extinctus, ut fidē patris mortui faceret, aperuit sepulchrū & cadauer eius unco & funib. traxit. Et est sensus: Sepulto omnibus qui à te interfecti sūt tu solus in sepulturis iacebis. Alij uero locū istū sic interpretant: Oēs animæ apud inferos aliquā requiē accipiēt: tu solus in extremas tenebras relegaberis, omniū eīm operieris sanguine: & uniuersorū te cruor premet uelut obuolutū sanie mortuorū. Symmachus hūc locū sic trāstulit, etiā cum his qui occidunt in bello nō mereberis habere cōsortiū sepulturæ. Pro eo aūt qd̄ nos diximus, quasi stirps inutilis, & in Hebræo legitur נִבְזֶה נֵצֶר Aqla interpretatus est, quasi sanies polluta נֵצֶר aūt proprie uirgultū appellat quod ad radices arborū nascit, & quasi inutile ab agricolis amputat: possumus idipsum sanie tabemq; intelligere: simulq; discimus quod infernus sub terra sit dicēte scriptura: Vsq; ad fundamēta laci. *g* ¶ *Tu enim terrā tuā disperdidisti, tu populū tuū occidisti.*] Lxx interpretes qui dixerūt ὅτι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας, id est, quia terrā meā perdidisti, & populum meū occidisti, quid dicāt, nulla dubitatio est: terrā eīm Iudææ & populū eius Israel Nabochodonosor interfecit & perdidit. Iuxta Hebraicum difficilis intellectus est: quō terrā suā perdiderit, & populum suū occiderit: nisi fortè hoc sensu accipiendum est: eos quos ubi deus in correptionē dederat, tu penitus perdidisti. Vel aliter: Antiquū Assyrium regnū, te multū superbiente & eleuante contra deū ceruicē tuam, omnino destructū est. Si enim te egisses humiliter, & scisses mensurā tuam, Assyrius & Babylonius hucusq; regnaret. Siue hoc modo, tam crudelis fuisti in externos, ut etiā subiectos tibi populos furibundus opprimeres. *g* ¶ *Non uocabitur in, etc.*] Omnes historiæ consentiunt, q̄ occiso Baltasar nepote Nabuchodonosor, & succedēte Dario in regnum Chaldæorum, nullus de Nabuchodonosor deinde stirpe regnarit. Hoc ergo scriptura prædicit, quòd in tantam Babylon ueniet uastitatem, ut etiam de semine regio nullus remaneat: sed propter impietatem patris, omnis soboles deleatur. Pro eo autem quod nos in ultima parte sententiæ transtulimus: neq; implebunt facies orbis ciuitatum, in Hebræo scriptum est pro ciuitatib. עָרִים quod nos trāsferre possumus & aduersarios: ut sit sensus: Nullus ex semine tuo qui cupiat reparare

A regnū aduersarius suscitabit. Secundū Lxx. interpretes qui dixerūt, semē pessimū, para filios tuos interfectioni propter peccata patris tui, quē sensum habeat, scire nō ualeo. *a ¶ Et consurgā super eos, dicit dominus exercituū, & perdā Babylonis nomē, etc.*] Babylonē fuisse potentissimā, & in campestrib. per quadrum sitā, ab angulo usq; ad angulū muri sedecim milia tenuisse passuum, id est, simul per circuitū quadrin gēta octoginta stadia refert Herodotus, & multi alij qui Græcas historias conscripserunt. Arx autē, id est, capitoliū illius urbis, est turris quæ ædificata post diluuiū, in alti tudine quatuor milia dicitur tenere passuū, paulatim de lato in angustias coartata, ut pōdus imminēs facilius à latiorib. sustentetur. Describunt ibi tēpla marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroq; fulgētes: & multa alia quæ penè uideant incredibilia. Hoc totū narrauimus, ut ostenderemus q̄ ad iram dei omnis potētia puluis sit, & fauillæ & cineri comparetur. Si liceret introire barbaras nationes, & uidere tātæ urbis extrema uestigia, uideremus posse sionē heritij & paludes aquarum, & uerē completū esse quod nunc Esaiæ

B uocibus canitur: Scopabo eam in scopa terēs: exceptis enim muris coctilib. qui propter bestias cōcludendas post annos plurimos instaurantur, omne in medio spacium solitudo est. *b ¶ Iurauit dominus, etc.*] Reuertit ad præsentia, hoc est ad Sennacherib regem Assyriorū qui Samariā Iudæamq; uastauit: & excepta Hierusalem deleuit per circuitum omnia, & longè post futuris uicina consociat, ut imminēs auferatur merus: quia dicere poterant audientes: Nos præsentem perpetimur obsidionem, iste multis post seculis uētura promittit. Est igitur ordo prophetiæ, quanquā post annos plurimos Babylon destruenda sit, & omne penitus stirpis Assyriorum & Chaldææ seminariū disperdendum: tamen ut non timeatis uicinā captiuitatē, iurat dominus: cui etiam nō iuranti credendum est, quod sua æstimatio nō fallatur: & quod mente concepit irritū non fiat. Hoc autem humano loquitur affectu, quod scilicet nō fallatur qui falli

4 Reg. 19 non potest: Conterā, inquit, Assyriū in terra mea, & in montibus meis conculcabo eum. Vna enim nocte centum octogintaquinq; milia exercitus Assyriorū angelo uastante deleta sunt. Et auferetur ab his qui obsidebantur in Hierusalem iugū eius, & graue imperium quod omnibus imminebat, & pondus quo premebantur, in ipsum potius retrudetur. Fugiente enim Assyriorū rege in terrā suam, liber cum populi reliquijs egressus est Ezechias. *c ¶ Hoc consiliū, etc.*] Hoc loco quidam arbitrantur generalem esse contra omnē orbem prophetiā: & quod uastitas Babylonis & Assyriæ ciuitatis typus sit consummationis mundi. Quibus nequaquam contra dicimus, dum sciamus hic omnem terram Assyriorum proprie significari, & uniuersas gētes socias regis Assyrij demonstratas. Quicquid aūt à domino decretū est, nullius uirtute prohibetur. Et extentam manum eius & ad percutiendum paratam, nemo poterit coercere.

Et cōsurgā super eos, dicit dns exercituū, & perdam Babylonis nomē, & reliquias & germē & progeniem, dicit dns. Et ponā eā in possessionē eritij et in paludes aquarū, & scopabo eā in scopa terens, dicit dns exercituū. Iurauit dns exercituū, dicēs: si nō ut putaui ita erit: & quō mente tractaui sic eueniet, ut conterā Assyriū in terra mea, & in montibus meis conculcē eū, & auferet ab eis iugū eius, et onus illius ab humero eorū tollet. Hōc cōsiliū quod cogitaui sup omnē terrā: & hæc est manus extenta sup uniuersas gētes. Dns enim exercituū decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extēta, & quis auertet eā? Annō quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud. Nē læteris Philistæa omnis tu, quoniam comminuta est uirga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens uolucrem. Et pascēntur primogeniti pauperū, & pauperes fiduciali ter requiescent. Et

d ¶ Anno quo mortuus est rex Achaz, fac. etc.] Quatuor reges C Iudææ titulo prophetæ legimus esse præpositos: Oziā, Ioathā, Achaz & Ezechiā, singulos sibi ordine & sobole succedentes: quorū Oziā mortuū suprà legimus, refert Esaia: Anno quo mortuus est rex Ozias, uidi dñm sedentē super soliū excelsum & eleuatū. Ex quo intelligimus etui sionē sedentis dñi, & ea quæ præcipiunt, pphetæ usq; ad eū locū ubi scriptū est: Sicut *Cap. 6.1* terebinthus & sicut quercus quæ expādit ramos suos: semē sanctum erit germē eius: sub Ioatham rege prophetatū. Tertius succe- *Ibid. 7.1* dit Achaz filius Ioatham filij Oziæ regis Iuda: sub quo ascēdit Rasin rex Syriæ, & Phaceæ filius Romeliæ rex Israel in Hierusalem ad prēliandum cōtra eam: & reliqua quæ scriptura cōmemorat. Igit sub Achaz usq; ad præsentem locum quem nunc exponere nitimur, omnia quæ in medio posita sunt, uaticinata cognoscimus, quo mortuo quartus, id est ultimus succedit Ezechias: sub quo omnis usq; ad finē texitur liber. *e ¶ Ne læteris Philistæa, etc.*] Naturale est quod dicimus: Mortuo rege aduersarum gentiū, semper lætantur inimici, ex rebus nouis bella ciuilia & seditiones ac regnādi imperitiam præstolantes. D Mortuo igitur Achaz peccatore, qui ambulauerat in uijs regū Israel, & cognatione eis fuerat copulatus, intelligimus Philistæos è uicino fuisse lætatos, & insultasse Israeli quod maturo rege perdito, Ezechiæ iuueni subiacerent. Philistæos aūt, ut suprà diximus, Palæstinos significat, quos alienigenas uulgata scribit editio, cū hoc nō unius gentis, sed omniū externarū gentiū uocabulum sit. Ne, inquit, læteris ô Philistæa, ne insultes populo meo, q̄ percussoris tui Achaz uirga confracta sit, q̄ baculus qui te ferire solitus erat, uideatur morte contritus, q̄ coluber interfectus: Pro hoc enim nocētior nascetur Ezechias regulus, quē Græci uocant basiliscū, qui te suo aspectu interficiat, & spiritu oris occidat. Quomodo enim nulla auis reguli aspectū potest illæsa transire, sed quāuis procul fuerit, eius ore sorbet: ita & tu à cōspectu regis Ezechiæ totus peribis. Et pulchre seruauit metaphorā: quia enim serpentē & regulū nominarat, ore eius & spiritu dicit uolucres deuorari. quod aūt nullus regū Iuda sic percusserit Philistim, quō eos depopulatus est Ezechias, audi Regū librum: Ipse percusit Philistim usq; ad Gazā & usq; ad terminos eius, à turre custodū usq; ad urbes munitas. Pro eo aūt qđ nos trāstulimus, absorbens uolucrem, & in Hebræo scriptum est שרף מרשפת interpretari potest, serpēs uolans, Vt sit sensus: De radice colubri nascet regulus & fructus illius, id est reguli, serpēs uolans, ut draconē uolantē intelligas. *f ¶ Et pascentur primogeniti, etc.*] Cum te percusserit regulus, & draco uolans tuos terminos deuastauerit, nequaquam insidiaberis Iudæ, & pauperculū populum meū tua fraude terrebis, sed pressus proprijs angustijs, fletibus calamitatē tuam: humiles aūt & pauperes qui nō in diuitijs & in potētia, sed in meo nomine cōfidebāt, secura pace requiescēt, et nullius hostis impetū formidabūt,

¶ Et

A *a ¶ Et interirē faciā, etc.*] Totū per figuras loquitur. Est aūt sensus, q̄ populo dei fiducialiter requiescēte, siccetur radix Philistim, & oēs reliquiæ consumēt. *b ¶ Vlula porta, etc.*] Portā uocat, p̄ his qui in porta sunt, & ciuitatē, p̄ habitatorib. ciuitatis: sermonē quoq; dirigit ad urbes Palæstinorū, q̄ ciulare debeāt & lugere ueniente Sennacherib, & torrētis modo cuncta uastante. Sub rege enim Ezechia, uenit Assyrius, & inter cēteras nationes uastauit Philistæos. Ad quos loquitur Hieremias: *Hier. 47.a* Ecce aquæ ascēdēt ab aquilone, & erūt quasi torrēs inundans: & operiēt terrā & plenitudinem eius, urbem & habitatores illius. Ab aquilone enim uenit Assyrius, et de eius ardore egrediētes, Niniuen & nationes cæteras subiugantes. Eo tēpore quo hæc canebantur, fumus ascendebat in excelsum, id est, rumor in populos uagabatur per ordinem cunctarum gētium, Phœnices quoq; & Palæstinos esse uastādos. *c ¶ Quid respōdebit nuncijs gētis, etc.*] Quia dixerat, nullus est q̄ effugiat agmē eius, uidebatur in generali sententia etiam Iudæos esse cōprehensos. Si, inquit, quæsierint angeli gentis Assyriæ, quare solus Iudas euaserit: respōdete eis: qa

B dñs fundauerit Sion, & ipse humilē populū sua uirtute protexerit. Pro angelis Lxx. trāstulerūt *Βασιλᾶς*, id est בְּלָאכֵי reges, unius literæ א errore decepti. CAP. XV בְּלָכֵי

ONus Moab. Quia nocte, etc.] De onere & pondere semel dixisse sufficiat. Hoc tantum breuiter admoneo, q̄ onus semper tristia consequātur: uisionē aūt uel statim læta, uel in fine læta post tristia. Moab pro uincia est Arabū, in qua fuit Balac filius Beor, qui cōduxit hariolum Balaam de Mesopotamia, ut malediceret Israel: ubi et initiatus est populus Beelphegor: huius metropolis ciuitas ער quæ hodie ex Hebræo & Græco sermone cōposita Arcopolis nūcupatur, nō ut plerique existimant, q̄ Ἄρεως, id est Martis ciuitas sit. Interpretatur autem Ar & ἀντιδικος, id est aduersarius. Quantæ au- *Hier. 48.a* tem fuerit potentiæ, Hieremias testatur dicens: Non est ultra exultatio in Moab. Et iterum: Habuisti fiduciā in munitionibus tuis, & in thesauris tuis. Et iterū: Fertilis fuit Moab ab adolescētia sua, & requieuit in fecib. suis, nec transfusus est de uase in uas, & in trāsmigrationem nō abijt: & idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Et in alio loco: Quomodo fracta est uirga fortis, baculus gloriosus? Et post modicū: Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde. Sublimitatem eius & arrogantiā & superbiam & altitudinem cordis illius ego scio, ait dñs, & iactantiam eius. Si cut ergo contra Babylonem & Philistim propheta uaticinatus est, quod oppresserit populum Iudæorum: ita nunc uastitas prædicitur Moabitarū, id est, Arabiæ, ab Assyrijs & Babylonijs. Ab utraq; enim gēte uastati sunt,

4 Reg. 17.d & eo tempore quo Sennacherib captiuū duxit Israel, & *& 25.a* quando Nabuchodonosor subuertit Hierusalē. Insulta

Hier. 48.d uerat enim ad utrunq; hostem Ephraim & Iudæ, dicēte Hieremia: Allidet manū Moab in uomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. Fuit enim in derisum tibi Israel quasi inter fures reperisses eū. Propter uerba ergo tua quæ aduersus illum locutus es, captiuus duceris. Quod aūt C aut, nocte uastata est ער Moab cōticuit: decorū inuectionis principiū, ut uastaret in tenebris, qui de incestu patris nocte cōceptus est. Nisi forte nocte, p̄ magnitudine terroris accipimus: & credendū quia q̄ sibi confidebat in muris, insidijs eā & cuniculis fuisse superatā. Audiui quēdam Areopolitē, sed & omnis ciuitas testis est, motu terræ magno in mea infantia, qñ totius orbis littus transgressa sunt maria, eadem nocte muros urbis istius corruisse.

e ¶ Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctū super Nabo & super Medaba, Moab ululabit.] Ne molestū tibi sit, q̄ per historiæ uiā gradior, ut eīn hoc facerē, ipse uoluisti: subaudit aūt domus regia & urbs Dibon ad idola quæ in ædītis posita sunt, ascendit, super Nabo & super Medaba, nobiles ciuitates, ululabit uniuersa prouincia. In Nabo eīn erat Chamos idolum consecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor. *f ¶ In cunctis capitibus eius, etc.*] Apud antiquos barbæ capitisq; rasura luctus indicium fuit. Per hæc ergo magnitudo mœroris ostēditur: Hieremia contra Moab eadem conclamāte: Omne caput caluitium, *Hier. 48.f* & omnis barba radetur, & in cunctis manibus colliga- D tio, & super omne dorsum cilicium. *g ¶ In triuijs eius accincti, etc.*] Non erunt priuatæ lachrymæ, publicum luctum publica lamenta resonabunt: nec matronæ, nec uirgines, nec ætas parua puerorū, nec fracti senū gressus tenebuntur domibus, pudorem & imbecillitatē extrema captiuitas nesciet. *h ¶ Clamabit Esebon & Eleale.*] Nomina ciuitatū Moabiticæ prouinciæ, quarū Esebon urbs fuit quondam regis Amorræorum, de qua idem Hieremias: Ignis ingressus est Esebon, & flamma de medio Seon. Interpretatur autem Esebon cogitatio: et ideo חשבון Hieremias alludens ad nomen, contra Esebon, ait, cogitauerunt mala. *i ¶ Vsq; Iaza audita est uox eorum.*] Vrbs Iaza mortuo mari imminet: ubi est terminus prouinciæ Moabitarum. Hoc ergo indicat, quòd usq; ad extremos fines ululatus prouinciæ personabūt. Vnde & Hie- *Hier. 48.e* remias ait: De clamore Esebon usq; Eleale & Iaza dederunt uocem suam. *k ¶ Super hoc expediti Moab, etc.*] Verbum Hebraicum חלציו pro quo Aquila ἐξώμισε, id est expeditos, & exertis humeris, Symmachus accinctos interpretatus est: quidam putant nō uiros, sed nomen urbis intelligi, quæ hodie appellat Heluza, & est in Moabitidis finibus posita. Possumus autem & hoc dicere, quòd uniuersa pugnatorū fortitudo corruerit, & mutis flectibus omnis terra resonarit. Sin aūt Heluze, ut Aquila uoluit exertis humeris intelligantur, ille nobis sensus suggeritur, quod ad plangendū cuncti nudauerint pectora. *l ¶ Cor meum ad Moab clama.*] Propheta loquitur dolentis affectu: uel quòd hostes quoq; creatura dei sint, in quos tot mala superueniant: uel q̄ tanus calamitatib. opprimendi, ut etiā inimicis miserabiles fiant. Idipsū Hieremias ait: Propterea cor meū ad Moab qua si tibia resonabit. *m ¶ Vectes eius usq; ad Segor uitulā conternantē.*] Et Hieremias: A Segor, inquit, usq; ad Oronaim uitulam conternantem. De hac & in libris quæstionum

Hebraica-

A Hebraicarũ diximus: & nunc breuiter annotamus, q̃ ipsa sit quinta urbs post Sodomã & Gomorram, Adamam & Seboim, quæ ad preces Loth parua seruata est: appellaturq; Bala, id est absorpta: tradentibus Hebræis quod tertio terræ motu prostrata sit. Ipsa est quæ hodie Syro sermone uocatur Zoora: Hebræo Segor: utroq; paruula. Possumus uitulam conternantẽ pro perfecta ætate accipere. Sicut eñ trigesimus annus in hominibus, ita in pecudib. ac iumentis tertius robustissimus est. Vectes quoq; pro terminis & robore intellige, eo q̃ Segor in finib. Moabitarum sita sit, diuidẽs ab eis terrã Philistijm. a ¶ *Per ascensum, etc.*] Et Hieremias, Per ascẽsum Luith plorãs ascendet in fletum. Intelligimus aũt eiuũ esse itineris, q̃d ducit ad Assyrios, & per hoc captiuitatem significari. b ¶ *Et in uia Oronaim clamorem, etc.*] Rursum Hieremias, Vox clamoris Oronaim, uastitas & cõtritio magna. Longũ est, si uelim de singulis dicere, cum perspicuũ sit uel urbium in Moab uel locorũ esse nomina, quæ deserunt transmigrantes.

B c ¶ *Aquæ enim Nimrim desertæ erunt.*] Hoc oppidum super mare mortuum est, salsis aquis, & ob hocipsum sterilibus. Siue aũt allusit ad nomen, siue quod ante non fuerat, post uastitatem accidit, ut etiam aquæ in amaritudinem uerterentur. d ¶ *Quia arsit herba, etc.*] Non ut quidam putant uerẽ propter steriles Nimrim aquas omnis herba exaruit: sed per metaphorã scriptura loquitur. Et est sensus: in cuncto Moab aquæ Nimrim erunt salsæ & amaræ: quomodo ibi nulla herba pullular, sic tota prouinciã siccitas consequetur: id est, à Segor usq; ad Oronaim, à finib. usq; ad fines. Id ipsum Hieremias, Hier. 48.f Aquæ Nimrim pestimæ erunt. e ¶ *Secundum magnitudinem, etc. ad torrentem salicum ducent eos.*] Pro salicibus in Hebræo legimus עֲרָבִים quod potest & Arabes intelligi, & legi שְׂרָפִים id est, uilla in finibus eorum sita: cuius à plerisq; accolæ in mõte Horeb Heliæ præbuisse alimenta dicuntur: quod nomẽ propter ambiguitatem transfertur & in coruos atq; occidentem locaq; campestria. Est autem sensus: iuxta morbi magnitudinem erit uisitatio. Visitatio hic non pro remedio, sed pro plaga accipe. Visitabo (inquit) in urga iniquitates eorũ, & in uerberibus peccata eorum. Torrentem salicum, Babyloniæ accipe flumina. De quibus Dauid: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Siue uallem Arabiæ, per quam pergitur ad Assyrios. f ¶ *Quoniam circuibit clamor, etc.*] Eadem propẽ omnia & Hieremias scribit. Sunt autem urbes & loca Moabitarum, in quibus clamor & eiulatio captiui populi describitur.

Pſal. 88.c

Pſal. 136.a

g ¶ *Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine.*] Vbi prius erat luxuria, propter irriguos agros & fontes iugiter emanantes: ibi præ multitudine interfectorum, riui sanguinis fluent. h ¶ *Ponã enim super Dibon additamenta, etc.*] Ne quis scriptoris uitium putet, & errorem emendare

צוֹעַר

עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה

נִמְרִים

ad Segor uitulã conternantẽ. Pẽr ascensum enim Luith flens ascẽdet. Et in uiã Oronaim clamorẽ contritionis leuabunt. Aq̃æ eñ Nimrim desertæ erũt. Quia aruit herba, defecit germẽ, uiror omnis interijt. Secũdũ magnitudinẽ operis & uisitatio eorũ ad torrentẽ salicũ ducent eos. Quoniã circuibit clamor terminũ Moab usq; ad Agallim ululatus eius, & usq; ad puteũ Elim clamor eius. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine. Ponam enim super Dibon additamẽta his qui fugerint de Moab leonem & reliquijs terræ. CAP. XVI

EMittẽ agnũ dominatorẽ terræ, de petra deserti ad montẽ filiæ Sion. Et erit sicut auis fugiẽs & pulli de nido auolãtes, sic erũt Moab in trãscensu Arnon. Inicõsiliũ, coge conciliũ, pone quasi noctẽ umbrã tuã in meridie, abscõde fugiẽtes, & uagos ne prodas: habitabũt apud te profugi mei: Moab esto patibulũ eorũ à facie uastatoris, finitus est eñ puluis, cõsummatus est miser, defecit q̃ cõculcabat terrã. Et præparabit in misericordia soliũ, & sedebit super eũ in ueritate in tabernaculo Dauid, iudicãs & quærẽs iudiciũ & uelociter reddẽs quod iustũ est. Aud

C

יִמְלֹט דִּיבוֹן

tio. Et est sensus: O Moab, in quã desæuiturus est leo: & de qua ne reliquiæ quidẽ saluari poterunt, habeto solatium hoc: egredietur de te agnus immaculatus, qui tollat peccata mũdi, qui dominetur in orbe terrarũ. De petra deserti, hoc est, de Ruth, quæ mariti morte uiduata, de Booz genuit Obed, & de Obed Iesse, & de Iesse Dauid, & de Dauid Christum. Montẽ aũt filiæ Sion, aut ipsam urbem Hierosolymã interpretabimur, aut iuxta sacratã intelligentiã, ecclesiam quæ sit in uirtutũ culmine constituta. k ¶ *Et erit, etc.*] Redit ad ordinẽ quem cœperat: Cum posuero (inquit) his qui fugerint de Moab & reliquijs terræ leonẽ sæuissimũ, qui eorũ artus ossaq; confringat, tunc pauidi auolabũt, & oẽs filiæ, id est, uillæ & urbes prouinciæ Moab, in trãscensu Arnon migrabũt, qui est terminus Amorrhæorũ & Moabitarũ. Transcensum aũt & hic ponens, captiuitatẽ significat. l ¶ *Imicon. etc. confusum. est miser, etc.*] Pro misero in Hebraico legit שׁוֹד quod potest & uastator intelligi. Loquitur autẽ ad Moab, ut consiliũ salutis inueniat, & senibus congregatis cogat salutare conciliũ. Vis (inquit) saluus esse, & dei misericordiã promereri? In clara luce & in aperta fuga populi mei, tu quasi nox & umbra esto, fuscipe fugientes, uagosq; ne prodas. Et hoc quare dixerit, statim infert, Habitabũt apud te profugi mei. Vastata eñ Hierusalem & omni Iudæa quæ cõfinis est Moabitis, ad te populus meus trãsmigrabit: esto igitur latibulũ eorũ, nec timeas impetũ uastatoris, quia sicut puluis cito transit, & depopulator uniuersæ terræ q̃ conculcabat eã, & suis pedib. subijciebat, aura flãte disperiet. Quidã locũ hũc male de Antichristo interpretant, ut putẽt sanctos eo tẽpore propter uicinã urbis Hierosolymæ ad Arabes trãsituros, & nunc eis præcipi ne prodant fugientes ad se.

D

m ¶ *Et præp. etc.*] Hebræi locũ istũ sic interpretant: Fugato Assyrio regnabit Iudæ Ezechias uir iustus, & retinebit solũ Dauid, subiectũ sibi populũ dei iudicãs in ueritate. Alij de Christo intelligũt: finito ãtichristi puluere & uastatore

A uastatore sublato qui cõculcabat uniuersam terrã, rex Christus adueniet, q̃ sedebit in tabernaculo Dauid, & in die iudicij reddet cunctis pro operib. suis. Nec est ulla dubitatio, quin capitulũ hoc de Christo uaticinetur. Sed nos & in primo aduentu idipsum intelligere possumus atque in ecclesiæ tabernaculo demonstrare, q̃ in omni terra Moab, ecclesiarum trophęa surgẽtia Christi testentur imperiũ. a ¶ *Audiuimus superbiam etc.*] Rursum ad præsentia redit, & superbiæ arguit Moab, q̃ multo plus elatus sit, q̃m eius fortitudo poscebat, & propter hãc superbiã ululaturus sit Moab ad Moab, id est, populus ad urbẽ uel metropolis ad puincię, & cuncta ululatib. terra resonabit super muros cocti lateris: de quib. & Hieremias ait: Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab uniuersum clamabo, ad uiros muri fictilis lamẽtates. Per hæc autem & potentiam pristinæ felicitatis & plagas repẽtinæ subuersionis ostẽdit.

Cap. 48.a

B b ¶ *Quoniam suburbana Esebon deserta, etc.*] Inter Esebon et Sabama uix quingenti passus sunt: & per metaphorã uineæ, omnis puinciæ significat uastitatem. c ¶ *Domini gentium, etc.*] Seruat trãslationem quam cœperat, ostendens reges gentium qui uastauerant Moab omnes uiculos castellaq; depopulatos. d ¶ *Vsq; ad la. etc. propagines eius, etc.*] Flagella & propagines, populum fugitiuosq; eius intellige: & transitum maris, captiuitatem in Babylonem, de qua postea lecturi sumus, onus deserti maris. e ¶ *Super hoc, etc.*] Vox plangentis prophetæ, & magnitudinem uastitatis lachrymarum magnitudine contestantis flentisq; uineam Iazer & Sabama & Esebon & Eleale urbes quondam ualidissimas, Assyrio putante succisas. f ¶ *Quoniam super, etc. uox calcantium irruit.*] Calcatores uuarum & uindemiæ lætitiam congregãtes, hostium exercitus intellige, & quòd in ipso lætitiæ tempore, captiuitatis tempus aduenerit. g ¶ *Et auferetur lætitia, etc.*] Idioma scripturarum est, quòd semper Carmelum montem opimum atq; nemorosum, qui Ptolemaidi imminet, & in quo orauit Helias, fertilitati & abundantiæ comparet: ac per hoc significat omnem lætitiam & fertilitatem de uberrimis quondam urbibus auferendam. h ¶ *Et in uineis, etc.*] Subauditur prior uindemiator, id est, colonus Moabitidis prouinciæ. Denique statim subiecit:

C

i ¶ *Vinum in torculari, etc.*] Nequaquam in uindemia lætus uindemiator celeuma cantabit, sed ubique hostilis uastitas & uictorum orietur clamor. k ¶ *Super hoc uentre meus, etc.*] Ne quis putaret planctum prophetæ exultationis indicium per quam inimicos populi Israel gauderet esse captiuos, ex affectu & ex intimo cordis dolore, potentissimã quondam urbẽ subrutã lugere se dicit.

D

l ¶ *Et erit cum apparuerit, etc.*] Vluma miseria est, nec in his quos semper uenerata est habere subsidiũ. Deserta (inquit) uiribus tuis, & cunctis propugnatoribus inter fecis, perges ad idola: delubra ueneraberis, & nec in illis reperies auxiliũ, quibus uastitas tecũ communis adueniet.

m ¶ *Hoc uerbum quod locutus est dominus ad Moab ex tũc.*] Ex quo putas tẽpore? Videlicet ex eo quo creatus est Moab. Et dñs ait, Moabitæ & Ammonitæ non intrabũt in ecclesiam dei. Siue ex tunc, pro antiquo tempore intelligamus, q̃ olim diuina sententia ista decreta sint: non quòd præscietia dei, causam uastitatis attulerit, sed q̃ uastitas futura, dei maiestati prænota sit.

n ¶ *Et nunc locutus est dominus dicens, in tribus annis, quasi anni merc. etc.*] Prophetia ista (ut suprà diximus) mortuo Achaz cõtra Moabitas dirigit, regnante Ezechia, sub quo decẽ tribus à Sennacherib rege Assyriorum in captiuitatẽ ductæ sunt. Itaque sicut mercenarius, solis expectat occubitum, & diebus ac noctibus finem operis præstolatur, ut stature mercedem accipiat: sic & post tres annos & Moab Assyrio ueniente delebitur: & uix pauci relinquentur in terra, qui subrutas habitent ciuitates, & desertos agros exerceant. Potest & de Babylonica captiuitate prædici, quòd post captam Hierusalem & translatis annorum trium curriculis, Moab à Chaldæis uastanda sit, siue quòd in trium annorum spatio nulla eis danda sit requies. CAP. XVII

ONus Damasci, etc.] Post Babylonem & Philistæos & Moab, ad Damascum, id est, Aram, sermo conuertitur: quæ & ipsa regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria tenuit principatum: necdum florebat Antiochia & Laodicia & Apamia: quas urbes post Alexandrum & Macedonum imperium auctas esse cognouimus. Quia igitur semper decem tribubus contra Iudam præbebat auxilium: ut Regum & Paralipomenon narrat historia, etiam ipsis uastitatem ab Assyrijs appropinquare significat, dicente rege Assyriorum: Cœpi Arabiam, & Damascum, & Samariam. Sicut enim illas cepi, & uniuersa regna, capiam & te. Et in Regum uolumine legimus: Ascẽdit rex Assyriorum Damascum, & cepit eam, & transtulit Cyrenen. Rasin quoq; interfecit, qui erat rex Damasci, quæ omnia Ezechia Hierosolymis regnante perpessa est. Ecce (inquit) Damascus

4 Reg. 16

Universidad Pontificia de Salamanca
Biblioteca

A Damascus desinet esse ciuitas, iam uicina captiuitas est, iam Assyrios suũ mouit exercitũ. Et erit sicut aceruus lapidũ in ruinã, ut tantũmodo parietinæ ac pristinæ potẽ tæ uestigia in ruinarũ magnitudine demonstrent. Derelictæ ciuitates Aroer gregib. erunt. Aroer myrice interpretatur quæ proprie arbor in solitudine & salsa humo nascitur, & per hoc uastitas demonstratur. Requiescẽt ibi, subaudi tur greges, & non erit qui exterreat. Tanta enim erit solitudo, ut nec insidiator timendus sit. Et cessabit adiutoriũ ab Ephraim. Nequaquam decem tribus in illa cõtra Iudam habebunt auxilium. Et regnum à Damasco, ἀπὸ κοινοῦ subaudiẽ cessabit. Quando autem dicit, cessare regnum & quiescere: non perpetuam significat uastitatẽ, sed aufert in præsens potentiam, per quam in omni Syria ante regnabat. Et reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituum. Quomodo (inquit) decẽ tribus Assyrio populante deletæ sunt, & omnis gloria earum in captiuitatem ducta est: sic pauci qui in Damasco resederint, immutabuntur, & habebũt gentis gloriam sociæ. Gloriam per ironiam dictam accipe pro ignominia: hoc autem totũ fiet, quia dominus loquutus est, cuius uerba irrita esse non possunt. Quidam hanc prophetiam eandem putant esse quam in
Hier. 79.c Hieremia legimus: Dissoluta est Damascus, uersa est in fugam, tremor apprehendit eam, angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem. Et iterum: Succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadab. Sed sciendum quòd ab Hieremia Babylonia captiuitas Damascenę urbis describitur, id est paucorum quos Assyriorum rex reliquerat in ea. Esaias autem uicinam ab Assyrijs captiuitatẽ nunciat. Alij existimãt de Romana captiuitate prædici, quando & Iudæorum captus est populus, & Damascus cui imperabat Areta, similem sustinuit seruituti, ut cuncta quæ super eam scripta sunt, ad Christi tempus & ad apostolorũ mysteria transferãtur. *a* ¶ *Et erit in die illa, attenuabitur, etc.*] Quando (inquit) Damascus capta fuerit, & ciuitas esse desierit, & talis eam gloria coronauerit qualis coronauit Israel, id est decem tribus, tunc omne præsidium & pinguissimæ carnes & refugium emarcescet Iacob: nequaquam enim habebit, quibus iunctis uastet Hierusalem. Legimus suprà quòd ascẽderit Rasin rex Syriæ & Phaceæ filius Romeliæ rex Israel in Hierusalem ad prælian dum contra eã, nunciatumq; sit domui Dauid: Requiuit Syria super Ephraim: de quibus propheta loquitur ad Achaz: Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantiũ horum, in ira furoris Rasin regis Syriæ & filij Romeliæ: eo quod consilium inierit contra te Syria pessimũ Ephraim & filius Romeliæ. *b* ¶ *Et erit sicut congregãs in messe, etc.*] Qui præsentem Damasci uastitatem sub Romano intelligũt regno, hæc de apostolis significata contendunt, quòd quomodo paucæ spicæ & olivæ remanere soleant in agro uel in arboribus: sic reliquię Israel saluentur, maxime quia sequatur: In die illa inclinabitur homo ad factorẽ suũ, & oculi eius ad sanctũ Israel respiciẽt, id est, ad Christũ. Duas oliuas & tres & quatuor & quinq;, quatuordecim apostos interpretant, id est duodecim qui electi sunt, & tertiũdecimũ Iacobũ, qui appellat frater dñi: Paulum quoq; apostolũ uas electiõis. Qui uero Assyriorũ temporibus putant completa quæ dicta sunt: hoc uolũt intelligi, q; sub Assyria captiuitate, Damascus non sit omnino deleta: sed trãslatis quibusdã in Cyrenen, alia pars cultorum terræ dimissa sit, quæ & ipsa postea Babylonio uastãte delet a est, donec sub Macedonib. et Ptolemęis rursum instauraret, et in aduẽtu Christi esset quidẽ ciuitas, sed nõ tantæ potentiæ, quanta antea fuerat. Et est sensus: Tam pauci remanebunt in Damasco, q̃ solẽt post messores paucæ remanere spicæ quas in ualle Raphaim latissima & potentissima solent pauperes legere: uel in olea paucæ oliuæ, quæ diligentiam legentis euaserint. *c* ¶ *In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, etc.*] Hoc Christi temporibus putant esse completum, quando destructo regno Damasci, perpetuum saluatoris successit imperium, & idololatriæ error est imminutus. Pia quidem uoluntas interpretantium, sed non seruans historiæ ordinem. Nos autem dicimus, quòd subuersa Damasco & decem tribus ductis in Assyrios, residui tribuum qui erant ex Israel, ad Ezechiæ literas conuersi sint ad cultum dei, & ad templum Hierusalem aduenerint: sicut Paralipomenon narrat historia. Deleta ergo Damasco, conuertent homines ad factorem suum, id est, ad deum qui eos creauit, & oculi eorum nequaquam idola quæ fecerant in Bethel & in Dan, sed deum respicient, contemnentes delubra & altaria quæ operati sunt digiti eorũ.
d ¶ *In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, etc.*] Hoc non loquitur contra Damascum, sed contra decem tribus quæ uocabantur Israel, ut quomodo ad aduentum ex Aegypto populi dei, omnes gentes quæ incolebant terram repromissionis, subito pauore conterritæ aratra dimiserunt, aceruosq; frugum & media opera, salutem pedibus requirentes, sic & terra Israel multo tempore desolata permaneat. Vnde miror proaratris & aceruis frugum uoluisse Aquilam interpretari, testam & emir: Symmachum syluam & amir: Septuaginta, Amorræos & Eueos: solus Theodotio Hebraicum uerbum posuit, hares & emir: quod apud nos emendatius legitur חֹרֶשׁ וְהָאֲמִיר id est, uomeres & acerui segetum. *e* ¶ *Quia oblita es dei saluatoris tui, etc.*] Ista (inquit) perpetieris ô Israel, quia reliquisti deum saluatorem tuum, qui te liberauit ex Aegypto, qui tibi gentes subiecit inimicas, & adiutoris tui non es recordata. *f* ¶ *Propterea plantabis plantationem fidelem, etc.*] Hoc prælsius & per ironiam legendum. Quia (inquit) oblita es dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata, num idcirco plantare debebis plantationem fidelem, & non potius alienum semĩnare germen, quod hostis eripiat? Vel certe sic, Filios meos, qui de populi mei stirpe generati sunt, ideo fundasti in terra, ut eos alienos & pessimos facias.

a ¶ *In die*

A *a* ¶ *In die plantationis tuæ labrusca, etc.*] Hos, inquit, operum tuorũ fructus capies: Vitis tua sorek degenerauit in labruscam: semẽ tuũ spem promittet in germine, sed cum maturitas aduenerit ab alio demetetur. Et tunc dolebis grauiter, quando sperata & penè iam tenta perdideris.
b ¶ *Væ multitudini populorũ multorũ, ut multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum, etc.*] Qui superiorẽ Damasci captiuitatẽ à Romanis illatam existimãt: et hoc quod scriptum est: Inclinabit homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctũ Israel respicient, ad Christi & apostolorũ tempora referũt: nec non illud quod sequitur: Plantabis plantationẽ fidelem, & germen alienum seminabis, in die plantationis tuæ labrusca, & cętera, de infidelitate sentiunt Iudæorũ. Et hoc capitulum quod nũc proposuimus, super ethnicis interpretantur, qui persequuntur ecclesiã. Illud quoq; quod sequitur, Increpabit eũ & fugiet procul, de diabolo accipiunt, tropologica interpretatione uastitatem persequutorum & dæmonum demonstran
B tes. Nos autem cœptum sequimur ordinem, & historica fundamenta, historico culmine protegimus. Væ, inquit, uniuersis gentibus quæ militauerunt contra populum meum: quarũ tantus impetus fuit, ut maris fluctibus cœquandus sit. Sed cum uenerint fœuientes, & inundauerint terrã meam: tunc princeps earum Senna cherib ab eo fugiet increpatus. Et sicut puluis uento rapiante dispergitur, & turbo in sublime uoluitur in tẽpestate: sic ille appropinquabit quidem Hierusalem obsidens eam: sed percutiet ab angelo. Veniet mane & deletum potentiæ suæ uidebit exercitũ. Et hæc erit pars eorum qui uastauerunt nos. Hoc propheta loquitur uel ex persona populi, uel seipsum iungẽs genti suæ. Postea
4 Reg. 19 legimus: Egressus est angelus domini, & percussit in castris Assyriorũ centũ octogintaquinq; milia: & surrexerunt mane, & ecce omnia cadauera mortuorũ. Et egressus est & abijt & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue. CAP. XVIII
Væ terræ cymbalo, etc.] Verbum Hebraicum צִלְצַל quẽ Symmachus sonitum, Theodotio aues interpretati sunt: & nos in cymbalum uertimus: Aquila, bis umbram transtulit. Sed sciendum quod umbra צֵל dicitur: hic autẽ syllaba ipsa geminatur. Ex quo possumus dictum intelligere: Væ terræ quæ in umbra alarum suarum pollicetur auxiliũ. Et cum scriptura dicat: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectiõe dei cęli cõmorabitur. Pro quo in Hebræo scriptũ est: In umbra omni potentis cõmorabitur: ipsam dei similitudinẽ habere se iactãs: & in periculis cõstituta, alijs suffragari repromittit. Significat aũt siue No, Aegypti ciuitatem, quæ nunc Alexandria dicitur, siue Aegyptũ in qua semper Hierusalem quasi super quassatã arundinẽ innixa est, quæ cõfracta manũ perforat incumbentis. Et est hic ordo pulcherrimus: ut quomodo in priori uisione sermo ,pphe ticus Damasco minabatur quod decẽ tribus in illa ha-
Pſal. 19.a
נוֹא

buerint auxiliũ, misericordiã dei nõ rogãtes: sic etiã nũc C
Aegypto uastitas prædicet: ob cuius auxiliũ dei negle-
cta sit inuocatio: ipsa enim terra quæ est trãs flumina Aethiopiæ, id est trãs riuos Nili fluminis, quem de Aethiopia in Aegyptũ fluere nemo dubitat. Potest Aegyptus alatrũ cymbalum dici propter uelocitatẽ frugum: uelox quippe & concitus auium uolatus, reddit cymbali sonitum. Quidã ex eo quod sequitur: Qui mittit in mari legatos & in uasis papyri super aquas: Romanũ regnum intelligũt, & omnem historiam referunt ad Vespasiani & Titi tempora, à quibus Hierosolyma subuersa est. Sed hoc fidei nostræ nõ conuenit, ut minetur dñs regno Romano, quare impiam getitem subuerterit: & rursum in montẽ Sion dicat munera deferẽda: nisi forte & hæc spiritualiter in ecclesia accipiamus.
d ¶ *Qui mittit in mari legatos, etc.*] Apud Hebræos & Aegyptus, & Aegyptius, & Aegyptij uno uocabulo nuncupantur מִצְרַיִם Hoc dictum sit, ne quis in uerbo hæreat: cũ pro genere fœminino, masculinũ inuenerit, id est, p terra hominẽ: quia & nũc dicit: Qui mittit in mari lega D
tos, hoc est ipsa mesraim, ipse Aegyptius: eo q; de Alexandria, quæ tũc, ut diximus, No uocabat, legati missi sint Hierosolymã, & in uasis papyri, id est epistolis siue nauibus, suum illis auxiliũ promittẽtes dixerint: Ite uelociter ad Iudæorũ gentẽ cõuulsam, & Assyriorũ impugnatione lacerata, ad populũ quondã terribilẽ, qui dei utebat impio, ad cuius potẽtiã nulluis alius cõparãdus est, ad gentẽ quæ dei semper expectabat auxiliũ: & nihil ominus ab hominib. cõculcatur: cuius terrã flumina, id est diuersi reges depopulati sunt. Alij aũt putãt q; a postropha dirigat ad dñm, & sit sensus: O deus qui mittis in mare seculi istius prophetas: & quasi per epistolas nauigantes, populũ cõmonens, tuis imperas nunciis, Ite uelociter ad gentẽ meam laceratã atq; cõuulsam, ad populum robustissimũ, qui omnibus quondam in citu gentib. terroti fuit, qui semper dei expectauit auxilium: & pro peccatorũ magnitudine, quod sperari nõ meretur accipere: cuius diuersarum gentium reges uastauere terram, & cætera quæ sequuntur. Eusebius Cæsariensis historicã interpretationẽ titulo repromittẽs, diuersis sensibus euagatur: cuius cum libros legerẽ, aliud multo reperi, q̃ indice promittebat. Vbicunq; enim eũ historia defecerit, transit ad allegoriam: & ita separata consociat, ut mirer eum noua sermonis fabrica in unũ corpus lapidẽ ferrumq; cõiungere. Hoc breuiter admonui, ne quis nos putet ex illius fontib. mutuasse quæ dicimus: nam & in præsenti capitulo aduersum Iudæos & Hierosolymã dicit prophetiam dirigi, q; in principio fidei Christianæ ad totas gẽtes epistolas miserint, ne susciperẽt passionẽ Christi, & miserint usq; ad Aethiopiã & occidentalẽ plagã, totiq; orbẽ huius blasphemiæ dissẽminatione cõpleuerint. *e* ¶ *Omnes habitatores orbis, etc.*] Cuncti, inquit, gentes per circuitũ, quando meã iussionem quasi signũ in mõtibus eleuatũ, meumq; imperiũ

quasi clangorē tubæ sublimiter resonātis audieritis: tūc uidebitis quid præcepérim. *a* ¶ *Quia hæc dicit dominus ad me, etc.*] Quid est quod locutus est dñs ad prophetam? Hoc quod sequit: Donec ueniāt quæ præcepi, in mea sede requiescā: ut Iudæi putāt, in tēplo: ut nos, in cœlestib. Et considerabo, inqt, qui rerum finis adueniat. *b* ¶ *Sicut meridiana lux, etc.*] Sicut in toto die nihil est clarius meridie, qñ sol de medio cœlo rutilat, & omnē orbem pariter illustrat: & sicut in æstu & calore torrente, qñ nudus messor exoquitur, & operis magnitudinē anhelitus probat, gratissima est roris tēperies, si arentes stipulas matutinus humor siccabiles faciat: ita meus sermo quem considero in loco meo, cūctis in me credentib. gratus aduenīet. *c* ¶ *Ante messem enim totus, etc.*] Quia meridie dixerat: & nubem roris in æstate ac messe præmiserat, & ab agricultura translationē sumpserat, seruat eā in reliquis, de-

Quiā hæc dicit dñs ad me: quiescā & cōsiderabo in loco meo. Sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. Antē messem ecce totus efflоruit, & immatura pfectio germinauit, & precidentē ramusculi eius falcib. & quæ dereliēta fuerint, abscindentē & excutientē. Et relinquentē simul auib. montiū & bestijs terræ, & æstate perpetua erūt super eū uolucres, & oēs bestiæ terræ super illū hyemabūt. In tēporē illo deferet munus dño exercituū à populo diuulso et dilacerato, à populo terribili, post quē nō fuit alius, à gēte expectāte, expectāte & cōculcata, cuius diripuerūt flumina terrā eius ad locū nominis domini exercituū montē Sion.

CAP. XIX

ONūs Aegypti. Ecce dñs ascēdet supra nubē leuē, & ingrediet Aegyptū, & mouebunt simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius. Et cōcurrere faciā Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnabit uir contra fratrē suū, & uir contra amicū suū, ciuitas aduersus ciuitatē, regnū aduersus regnū. Et disrūpēt spiritus Aegypti in uiscerib. eius, & consilium eius præcipitabo, & interrogabūt simulacra sua & diuinos suos, & scribens Aegypti superbiam, & populi illius uastitatē, & cadauera per uniuersam prouinciam, quæ à uolucribus deuoranda sint. Quomodo enim ante maturitatē segetes erumpentes, cito pereūt: & antequā perfectio temporis ueniat, germinātes inutiles sunt: sic, inquit, Aegyptij populi quasi rami inutiles falcibus præcidentur, & cunctæ propagines nudabūtur. Ac ne putares cum de uinea dicere, & nō de hominibus, uerūt metaphoram in historiæ ueritatem: Et relinquentur, inquit, simul auibus montium, & bestijs terræ. Aues enim & bestiæ non abscisos arborū ramos, sed cadauera deuorant. Legamus plenius Ezechiel, ubi prophetat contra Pharaonem & cōtra Aegyptū: & hęc omnia apertissime scripta reperiemus. Quodq; dicit: æstate perpetua erunt super eum uolucres, & oēs bestiæ super illum hyemabūt, aut uere intersectorū significat multitudinē, aut per eandē translationē demonstrat, ꝙ à cunctis gentibus uastandus sit. *d* ¶ *In tempore illo, etc.*] Post Aegypti uastitatem & deletū eius imperium, nequaq; Israel in umbra illius uanitate confidet: sed reuertetur ad dñm, & sua munera deferet ad montē Sion, id est in templum eius, & illum solum rogans, cuius uerū æternumq; præsidiū est. Hoc autem sub Zorobabel & Iesu, Esdra ac Neemia factum intelligimus. Lxx pro eo quod nos diximus expectāte, קַוֵּי קָוִי, expectante, & in Hebraico scriptū est, sperante sperāte, ecōtrario interpretati sunt, ἀνελπίστῳ, id est, nō sperantem. Et ob hanc causam dederunt occasionē Eusebio, ut hoc de gentibus magis, quæ nec spem habeāt, nec testamentū dei, nec prophetas, intelligendū putauerit, qñ de Iudæis, quod ab ipsis postea ecclesiæ quæ in specula constituta est, dona mittenda sint, & offerendæ uictimę spirituales.

CAP. XIX

ONus Aegypti, *etc.*] Moris est scripturarum, obscuris manifesta subnectere: & quod prius sub ænigmatibus dixerint, aperta uoce proferre. Vnde & in præsenti loco quia cōtra Aegyptū fuerat cōminatus: Væ terrę obumbranti alis quæ est trans flumina Aethiopiæ, & cætera quæ propheticus sermo cōtexuit: nunc manifestiorē facit intelligentiā, & ad ipsam cōminās Aegyptū loquit, ꝙ nequaq; per angelos, sed ipse dñs ueniat super nubē leuem, id est uelocē, & ingrediat Aegyptū, & idola Aegypti contremiscāt, tabescatq; cor fortiū: & Hieremiæ uaticiniū compleat: Disperdam simulacra, & cessare faciā idola de Memphis. Quidā tota hanc prophetiā ad saluatoris tēpora referunt, qñ ingressus est super nubē leuē, id est corpus humanū qd ex uirgine assumpserat, nullo humanæ cōmixtionis semine pręgrauatū, siue ꝙ à nube leui portatus sit, id est corpore uirginali: & ad ingressum eius oēs dæmones contremuerint: tunc q; prima idolorū ruina fuerit, præsentiā dñi ferre non sustinēs. *f* ¶ *Et cōcurrere faciā Aegyptios aduersus, etc.*] Ingresso Aegyptū domino, & potentissimam gentem sui præsentia destruente, erit prima uictoria dissidere Aegyptios contra Aegyptios, & aduersum se rebelli odio dimicare. Quod temporibus Assyriorum & Nabuchodonosor regis Babylonij factum esse manifestum est, alijs sedentibus, alijs repugnantibus. Quod autem hæc de Babylonica captiuitate prædicat, Hieremias testis est dicens: Vitula elegans atque formosa Aegyptus, stimulator ab Aquilone uenit ei. Et rursum: Confusa est filia Aegypti, & tradita in manu populi Aquilonis. Ezechiel quoque pari prophetiæ autoritate consentiens: Et cessare, inquit, faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Et iterum: Confortabo brachia regis Babylonis: daboq; gladium meū in manu eius, & confringam brachia Pharaonis. Et scient, quia ego dominus cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti, & dispergam Aegyptum in nationes. Si autem ad tempora referimus saluatoris: illud de Euangelio sumamus exemplum: Nolite putare quòd ueni pacem mittere super terram: non ueni pacem mittere, sed gladium. ueni enim diuidere uirum aduersus proximum suum, & filiam contra matrem suam, & nurum contra socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Et rursum in alio loco: Erūt diuisi duo in tres, & tres in duo, pater contra filium, & mater cōtra filiam, & nurus contra socrum. *g* ¶ *Et disrumpetur spiritus Aegypti in uisceribus eius, & consilium, etc.*] Quum seditio fuerit orta in Aegypto, siue Babylonio seruire cupientibus, siue nolentibus iugo eius colla submittere, siue alijs Christo credentibus, alijs repugnantibus, disrumpetur & scindetur spiritus Aegypti: nō eadem cunctis uolentibus, & omne consilium eorum redigetur ad nihilum. Tunc ibunt ad simulacra sua & diuinos, & hariolos ac uates: magicisq; edoctos artibus interrogabunt, cur ista acciderint

derint. *a* ¶ *Et tradā Aegyptū in manu dominorū crudelium, etc.*] Duplicē intelligentiā sequimur uel Chaldaicorū temporum, quando à Nabuchodonosor Aegyptus expugnata est: uel Romani imperij, qñ Antonio Cleopatrāq; superatis, Augustus Cæsar Aegyptū subiugauit. Babylonios fuisse crudeles, omnis scriptura testatur: qui paruulis non pepercerint: & suis eos iaculis uulnerarint: nec prægnātibus sint miserti. Romanū autem regnum fortissimum, & Danielis scriptura testatur, exponens quartā bestiam habentem dētes & ungues ferreos. *b* ¶ *Et arescet aqua de mari, etc.*] Naturale est, ut cum per iram dei captiuitas uenerit, indignationem eius pestilentia subsequatur: & ad uersum eos qui offenderint deum, cuncta simul elementa desæuiant. Vnde scriptum est in alio propheta: Et uolucres in aere deficere, & pisces in aquis, ut omnia humano usui subtrahātur. Hoc dicimus, si simpliciter siccitatem Nili fluminis, & riuorū eius uoluerimus accipere. Sin autem per metaphoram in fluuio regnum, & in riuis, duces eius intelligimus: & in uirore & iunco & papyro, cunctam Aegypti abundantiam: ut per eas res, opes Aegypti describant: quarum Aegyptus fertilissima est. Legamus Ezechiel, ubi rex Pharao draco magnus habitare describitur in fluminibus, & dicit: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et audit: Ponam frenum in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum in squamis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorū, & uniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt, & proiciam te in desertо. In aduentu autē Christi hæc omnia τροπικῶς intelligēda sunt: iuxta illud quod suprà legimus: Desertum faciet dominus mare Aegypti. Et rursum: Immittet dominus manum suam super fluuiū Aegypti uiolentum, & percutiet eum in septem uallibus, ita ut pertranseat eum quis calciato pede: quod scilicet omnis error Aegyptiarum aquarū, & artes maleficæ, quibus subiectis populis illudebant, Christi siccentur aduētu. Quodq; dicit: Arescet aqua de mari, & historicè possumus accipere: non mare magnum significari, sed lacum Mareotidem: eo quod scriptura omnes congregationes aquarum appellet maria. Possunt & hyperbolicè dicta intelligi. Quodq; sequitur, Nudabitur alueus riui à fonte suo: describit quod & riuus & fons arescant simul.

c ¶ *Et mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamū, etc.*] Et hoc dupliciter accipe: quòd uastata Aegypto & cuncta prouincia ariditate siccata, mœreant piscatores: & lugeant qui in flumen mittebant hamum, & qui operabantur retia ac sagenas, & texebant iunco diuersi generis uascula, id est, principes & regij generis atque rectores: & quod in aduentu Christi omnes peruersi generis piscatores, qui contra apostolicam disciplinā capiebant homines in perditionē, & stulta sapientia texebant retia & sagenas, quibus perditos irretirent confusi sunt, & nullus aut rarus in Aegypti terra sit talis piscator. Hoc opere uidemus expletū, quod ecclesiarū trophæa consurgūt: & in omni Aegypto idola corruerunt. *d* ¶ *Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consiliū insipiēs: quomodo dicetis, etc.*] Tanim metropolim fuisse Aegypti, & Psalmista declarat: ꝙ ibi Moyses multa signa fecerit, quæ in Exodo describuntur: Posuit in Aegypto signa sua, & *p.* digita sua in cāpo Taneos. Memphim quoque magicis artib. deditam, prisciani usque ad præsens tēpus uestigia erroris ostendunt. Et hoc breuiter indicatur, quod Babylonia uastitate ueniente, omnia magorum cōsilia, & eorum qui futurorum scientiā promittebant, stultitiæ coarguātur: & in aduentu Christi cuncta rediganturin nihili, non inuenientibus consiliū Aegypti uatibus, quomodo dogma opprimant Christianum. Idioma autem scripturarum est, ut angulum pro regno ponant, eo ꝙ populos contineat, & quasi in tota domo fortissimū sit. Vnde & Christus duorū populorum parietes continēs, lapis dicitur angularis. Quodq; intulit: Quomodo dicetis Pharaoni, filius sapiētium ego, filius regum antiquorum: significat ꝙ Aegyptij heroas & deos autores suæ gentis simulēt, Oron, & Isin, & Osirim, & Typhonem. *e* ¶ *Dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis, & errare fecerunt Aeg. etc.*] Primum de interpretatione dicamus, & postea de his quæ scripta sunt, disseremus. Pro spiritu uertiginis interpretari potest & spiritus erroris. In eo quoq; quod nos trāstulimus incuruantē & refrenantē: possumus dicere incuruum & lasciuientē, ut intelligamus senem & puerum. Nos autem uerbum Hebraicum נָעַע dum celeriter quæ scripta sunt uertimus, ambiguitate decepti, refrenantē diximus, quod significantius Aquila trāstulit σφιλόντα, id est, qui nihil recte agit, sed omne peruersum: ut puerum significaret. Est igitur sensus: Stulti facti sunt principes Taneos, & sapientes cōsiliarij Pharaoni dederunt consiliū insipiens, & emarcuerunt principes Mempheos, & deceperūt Aegyptū angulum populorum, quia dominus miscuit eis spiritum erroris atq; uertiginis, ut ignorent quid loquant, & errare faciant Aegyptū. Et sicut ebrius & uomens egerit quod ingesserat, & ubi sit, nescit: sed iacet mentis alienæ: Sic nullum habebit Aegyptus opus siue consilium, quod aut caput habeat, aut finem, aut sensibus conueniat, aut pueris: quorum alij per nimiam ætatem desipiunt atq; delyrant, alij per lasciuiam & infantiam ignorant quid agant. Hoc autem siue in Babylonia uastitate, siue in aduentu Christi, & iuxta literam, & iuxta spiritualem intelligentiam recipere uoluerit, habebit consequētiam,

Universidad de Sevilla
Biblioteca

A ¶ *In die illa erit, etc.*] Melius reor etiã propriũ errorẽ reprehendere, q̃dum erubesco imperitiã confiteri, in errore perstere. In eo qđ transtuli: Et erit terra Iuda Aegypto in festiuitatẽ, pro festiuitate, in Hebraico legitur חג quod interpretari potest & festiuitas: unde & Aggeus in festiuũ uertit: & timor, quod significantius Aquila trãstulit φοβερόν: cum aliquis pauidus & tremens circumfert oculos, & aduenientẽ formidat inimicum. Ergo si uoluerimus in bonam partem accipere, quod recordatio Iudæ Aegypto sit gaudij, recte festiuitas dicitur: Sin autem ut arbitror: in timorem pro festiuitate uertit, intelligamus formidinem uel pauorem: quod cum Nabucho donosor uenerit, & oẽs uirorum fortium manus quasi mulierum fuerint dissolutæ, etiam uocabulum Iudæ terrori sit Aegypto: quia dum ei uult auxiliũ præbere, tanta mala perpessa sit. De nostris temporibus nemo dubitat, q̃ B comparatione Christianorũ omnes ethnici quasi mulieres sint, infirmas habentes sententias: & quicquid dixerint uerti in stultitiã: dum stupeant tantã gentis conuersionem: & mirentur atq; intelligãt manũ domini: & quicunq; gentilium nominis Christiani fuerit recordatus, imbecillitatem idololatriæ timore fateat. *b* ¶ *In die illa erunt, etc, ciuitas solis.*] Pro ciuitate solis, nescio quid uolentes Septuaginta, interpretati sunt ἀσεδὲκ: quam qui dam nostrorum urbem iustitiæ interpretatur: & ductus errore, quòd iuxta Hebraicum הרס scriptum sit, terram putat, quæ aliis literis scribitur. Melius ergo transtulit Symmachus ciuitas solis uocabitur una: חרס enim uerbum ambiguũ: & testa dicitur & sol: eo quòd utrumque careat & siccum sit. Hunc locum non intelligens Onias, templum extruxit in Aegypto in oppido *Ioseph. libro* ἡλιοπόλεως. Lege Iosephi historias. Alij Ares, id est, *12. cap. 13* ὄφεως, hoc est, testam, urbem Ostracinã intelligi uolunt & cæteras iuxta Rhinocoruram, Casium ciuitates: quas usque hodie in Aegypto lingua Chananitide hoc est Syra, loqui manifestum est: & putant è uicino Syros atque Arabas à Nabuchodonosor in illam terram fuisse translatos. Porrò qui in aduentu Christi & Romano imperio prophetiam differunt: quinque ciuitates, uel legem domini quæ in Alexandria primum interpretata est: uel quinque ecclesiæ ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, catechumenos sentiũt. Aut certe spiritualem legis intelligentiã, de qua & Apo *1 Cor. 14. c* stolus ait: Volo quinq; uerbis loqui in ecclesiis in sensu meo: q̃ decem milibus uerborũ in lingua: & quod una quinq; ciuitatum appelletur ciuitas solis, uidelicet iustitiæ, in cuius pœnis est sanitas. *c* ¶ *In die illa erit altare, etc.*] Ab hoc loco usq; ad finem Aegyptiæ uisionis siue ponderis, & Iudæi & nostri de Christi aduentu intelligi uolunt: sed illi uota sua differunt in futurum, nos quasiam transacta retinemus. Diẽ aũt pro tempore accipe: quanq; sub Onia Iosephus hæc facta cõtendat: qui profugus in Aegyptũ, cum turba plurima Iudæorũ ædificauit templũ & altare: & prophetiã Christi cassa implere temeritate conatus est. Ita aũt unũ altare dicit, quõ una fides, & unũ baptisma, & una ecclesia. Et titulus iuxta terminum eius dñi: haud dubiũ, quin euangeliũ & apostolorum scripta significet. Quomodo enim suprà iuxta tropologicam intelligentiam terra Iuda Aegypto formidabilis siue solennis uetus intelligitur testamẽtum: sic & titulus in terminis Aegypti, euangeliorũ historia demonstrat. Denicq; iungit: Et erit in signũ & in testimoniũ dño exercituũ in terra Aegypti. Clamabunt enim ad dñm à facie tribulantis: & mittet eis saluatorẽ & propugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab Aegypto, & cognoscẽt Aegyptij dñm in die illa: & colent eũ in hostijs & muneribus, & uota uouebunt dño, & soluent. Et percutiet dñs Aegyptũ plaga, & sanabit eã, & conuertentur ad dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. In diẽ illa erit uia de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius in Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios: & seruient Aegyptij Assur. In diẽ illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit dominus exercituũ, dicens: Benedictus populus meus D saluator aduenit, id est, Iesus: hoc enim in lingua nostra sonat: & cognoscetur dominus ab Aegyptijs, & cognoscent eum, siue persecutores qui fuerint superati: siue credentes præsenti auxilio liberati: Et colent eum in hostijs & muneribus, uotaq; uouebunt domino & soluent. Respondeant Iudæi: Lege præceptum est, ut altare non fiat nisi in loco uno quem elegerit dominus deus: *Deut. 12. d* & hostiæ tantum à sacerdotibus Leuitici generis immolentur. Ecce Esaias aperte docet quòd Aegyptij cognoscant dominum, & colant eum: & hostias & munera offerant, & uota uoueant atque persoluant. Si Aegyptij sacerdotium habent, impletur & in illis Pauli testimonium dicentis: Translato sacerdotio necesse est ut legis *Heb. 7. b* translatio fiat. *d* ¶ *Et percutiet dominus Aegyptum, etc.*] Quem enim diligit dominus, corripit: castigat autẽ omnem filium quem recipit. Persecutio non ad negationem credentium, sed ad probationem pertinet & coronam. *e* ¶ *In die illa erit ita, etc.*] Ante aduentum Christi unaquæq; gens suum habebat regem: & de alia ad aliam nullus ire poterat nationem: in Romano autẽ imperio unum facta sunt omnia. Doctus lector ueteres reuoluat historias, & ab Euphrate usq; ad Tygrim, omnẽ in medio regionem Assyriorum fuisse cognoscat. Ergo quos ueteres Assyrios, nũc nos uocamus Syrios, à parte totũ appellantes. Quod aũt dicitur, Aegyptij seruient Syris: uel sic accipiendum, quod Romanæ legiones Syro instructo milite Aegyptum custodiant: aut quod utriusq; gentis inter se cõmercia sint: & abundantiã Aegypti Syriæ suscipiant ciuitates: sicut e contrario Palæstinæ & Phœnicis bonis Aegyptus irriget. Quidã nostrorum male hæc ad mille annos referunt: & more Iudaico in consummatione mũdi futura pronũciant, quãdo antichristus de Assyrijs ueniens, Aegyptũ Aethiopiamq; possederit. *f* ¶ *In die illa erit Israel, etc.*] Nequaquã Israel inter

A inter Aegyptũ & Assyriũ medius elidet: nũc Antiochis & Demetrijs ad se ludq; trahentib. regnũ, nũc Ptolemęis possessionẽ eius sibi uendicãtibus: sed & ipsa sub Rom. imperio, ac p̃ hoc Christi imperio cõstituta, erit eius cõditionis cuius & Aegyptus & Assyrij: & benedicetur in *Esaiæ 2. d* omni terra. Quia ex Sion exibit lex, & uerbũ dñi de Hierusalẽ. Tunc dicet à dño: Benedictus ppls meus Aegypti: qñ nequaq̃ Moyse, sed Christo dño præeunte, infinita hominũ milia solitudines repleuerint: & Pharaone submerso, dixerint in deserto: Cãtemus dño, gloriose enim magnificatus est, equũ & ascẽsorem deiecit in mare. *Exo. 15. d* Tunc & opus manuũ dñi erit in Assyrijs: hæ eñ uel maxime gẽtes monachorũ florent examinibus, Aegyptus & Mesopotamia, & pari inter se pietate contendũt. Hereditas autẽ Christi Israel est: hoc est, natiuitatis, & crucis, & resurrectionis, ascẽsionisq; eius loca, ad quæ de toto orbe concurritur.

B CAP. XX

ANno quo ingressus, etc.] Totam posuimus capituli huius cõtinentiã, ut p̃ partes singula disseramus: Azotus quæ Hebraice dicit אשדוד urbs fuit potẽtissima Palęstinę de quinq; urbibus: hanc Sargon rex Assyriorũ, qui septẽ nominib. appellat: missio duce exercitus fuit, cui nomẽ erat Thartam, cepit & tenuit. Eo igitur tẽpore quo uicina ciuitas capta est, præcipit Esaiæ, ut deposita saccea tunica, hic enim habitus erat prophetalis populi delicta plangẽtis, & calciamẽtis è pedibus, quæ Lxx. σανδάλια, id est caligas uocãt: nudus & discalciatus incederet, typũ præbẽs captiuitatis Aegyptię & Aethiopũ qui Aegyptijs in adiutoriũ fuerãt: quod quõ Esaias nudus ambularet, & fœditatẽ cernentibus nudis natibus demonstraret, ita omnis Aegyptus atq; Aethiopia populante Assyrio, nudæ fierent, & nihil omnino in terra remaneret. Nec hoc aliqs putet superiori felicitati quæ Aegyptijs repromittit esse contrariũ: quia ibi post mala de futura beatitudine prædicat: hic aũt præsens narrat captiuitas: p̃ quã deleto Israel & Damasco & Philistim, recta uia perrexit Aegyptũ, & ipsos pariter Aethiopes q̃ superauit. Quod ne cui uideatur ambiguũ, ipsius Esaię ponamus testimoniũ: Reuersus aũt Rapsaces, inuenit *4 Reg. 19* regem Assyriorũ præliantem aduersus Lobnam: audierat enim quia profectus esset de Lachis: & audiuit de Tharaca rege Aethiopiæ dicentes: Egressus est ut pugnet contra te. Simulq; discimus obedientiam prophetarum, quod uir nobilis: traduntur enim Hebræi Esaiam socerũ fuisse Manasse filij Ezechiæ regis Iuda: nõ erubuerit nudus incedere: sed dei præceptis nihil honestius iudicãs, deposuerit saccũ: quo abiecto, nudus fuerit, unam prius habens tunicã, & ipsam cilicinã. Quod autẽ dicitur: Trium annorũ signum & portentum erit super Aegyptũ & super Aethiopiam: hoc significat, quod tribus annis ab Assyrijs Aegyptus uastanda sit & Aethiopia: Tunc, inquit, dicet habitator insulæ huius: hoc est, C Hierusalẽ quæ uicinarã gentiũ fluctib. tundit: Hæccine erat spes nostra: & ad hos cõfugimus, ut nobis præberẽt auxiliũ: q̃ se de captiuitatis malo eruere nõ quiuerunt: Est igitur hic ordo prouidẽtię dei, omne hominũ genus ineffabili iudicio dispẽsantis. Cõtra dei irã Israel sperauit in Damasco: diruatur ciuitas quæ aduersũ illius uoluntatẽ impijs præstat auxiliũ. Iudas sperauit in Aegyptijs, & Aegyptus destruat. Aegyptij cõfisi sunt in Aethiopibus, Aethiopes quoq; uincant ab Assyrijs. Assyrij superbierũt: nõ dei, sed suarũ uirtũ arbitrãtes esse uictoriã: & ipsi uincant à Babylonijs. Babylon eleuauit cõtra deum caput, & ipsa à Medis Persisq; superet. Persæ & Medi ex parte plecuti sunt populum dei, & aries sexuissimus ad orientẽ et occidentẽ oẽs ppłos uentilauit: ueniat hircus Alexãder, & cõterat eum pedib. suis. Et D q ultra modũ erectus est, ueneno pereat, regnũq; eius diuidat in partes: & cum multo tẽpore inter se collisum fuerit, Romano uincẽte pereat. Romanus ipse ferratis dentib. unguibusq; sanctorũ carnes & cruẽto ore lacerauit: excidat lapis de mõte sine manibus: & potentissimum primũ regnũ ac ferreũ: deinde fragile & infirmũ, in testarum modum conterat. CAP. XXI

ONus deserti maris, etc.] Nisi in consequentib. huius capituli legerẽ: Babylon dilecta facta est mihi in miraculum. Et iterũ: Cecidit, cecidit Babylon: & omnia sculptibilia deorũ eius cõtrita sunt in terra. Et suprà: Ascẽde Elam: & obside Mede: dubitarem quod esset hoc pondus qđ deserto mari imponit. Perspicuũ ergo est q̃ desertũ mare Babylon appellat, Hieremia dicẽte ex pſona dei: Et desertum faciã mare eius: & siccabo terrã illius: & *Hier. 15. d* erit Babylõ in tumulos arenarũ. Mare aũt propter multitudinẽ habitantiũ dicit. Vnde & suprà Aegypti multitudo mari cõparata est: Desertũ faciet dñs mare Aegypti. Quod aũr Medi & Persæ pugnauerint cõtra Babylonẽ, & subuerterint eã, in supradicto Hieremia legimus: Acuite sagittas, implete pharetras. Suscitabit dñs spiritũ regũ Medorũ: & cõtra Babylonẽ mẽs eius ut perdat eã: quĩ ultio dñi est, ultio tẽpli sui. Super muros Babylonis leuate signũ, augete custodia, eleuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit dñs, & fecit quæcunq; locutus est cõtra Babylonis habitatores. Et rursum: Leuate signum in terra, clangite buccina in gẽnibus, sanctificate super eã gẽtes: annũciate cõtra illã regib. Ararat, Menni & Ascenez: numerate cõtra eã Tapsar: adducite equũ quasi bruchum aculeatũ. Sanctificate cõtra eam gẽtes: reges Mediæ, duces eius & uniuersos magistratus eius: cunctamq; terram potestatis eius: & cõmouebitur terra & turbabitur: quia uigilauit contra Babylonẽ cogitatio dñi, ut ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem. *c* ¶ *Sicut turbines, etc.*] Vox Babylonij populi umentis inducitur, siue ipsius Babylonis, quod au-

Universidad de Sevilla
Biblioteca

A diat Medos & Elamitas contra se exercitū præparare & uenire de solitudine, ponitq; cōparationis exemplū: Sicut, inquit, ab Africo uēto uehemēs tēpestas uenire cōsueuit, ita mihi de solitudine uastitas uenit: de terra horribili, cuius ne nomē quidē audire possum absq; formidine. Visio dura nunciata est mihi: qd eñ durius q̄ præsens captiuitas? a ¶ *Qui incredulus est, etc.*] potest in Hebræo ita legi: Qui cædis, cæde: & qui uastas, uastа: ut ad ipsū Elamitem & Medum prophetiæ uaticiniū dirigat, hortātis eum implere quod cœpit: intrepidū ascendere, obsidere potētissimā ciuitatē. sin aūt sic legitur ut transtulimus, quasi de persona tertia dicat: Qui incredulus est, infideliter agit: & q depopulator est, uastat: cum superioribus copulandū est, in quibus sibi Babylon uisionem duram prædicat nunciatam.

b ¶ *Ascende Elam, etc.*] Ne timeas, inquit, ô Persa & Mede Babylonis multitudinē, ne illius præteritā potentiam reformides: Om

B nem gemitū eius ac pōdus quo te ante premere consueuerat, cessare feci: seu quod nullus iam gemat & doleat pressus potētia Babylonis: seu q̄ tātis malis oppressa sit ipsa Babylon, ut ne gemitum quidem liberum habeat.

c ¶ *Propterea repleti sunt, etc.*] Prophetæ ideo obscuri sunt, quia personæ in his plurimæ cōmutantur. Ergo & nunc uox Esaiæ inducitur plangentis Babylonē spiritu prophetali, q̄ tanta mala super eam uētura sint, ut ipse qui narrat timore superatus, nequeat in uerba protūpere: uidens tātæ multitudinis sanguinē fundi: & misericordiæ motus affectu, homo eñ de hominib. loquiēnō minus doleat, q̄ mulier ululare in partu solet: sed cōturbatus & trepidus & in terrā corruēs, caligantib. oculis nesciat quid loquatur. Pro eo aūt quod nos uertimus Babylon dilecta mea, in Hebræo legit בִּבְשָׁה חִמְשִׁי & est ipsum uerbum quod in principio Babylonij oneris posuimus: super montē caligosum. Pro caligosum eñ tenebroso scriptū est בִּבְשָׁה Proprieq; hæc urbs sic uocat, propter altitudinē, & erectū usq; ad cœlū superbię uerticem. *d* ¶ *Pone mensam, etc.*] Locus iste dupliciter accipitur: O Medi & Elamitæ, quib. suprà dixi, Ascēde Elam, obside Mede, sumite cibū, futuro uos prælio præparate: ne posteā dimicatiōis tēpus aduenerit, lassitudo uos retrahat. Cumq; comederitis & biberitis: surgite, arma corripite, Babylonium debellate. Quodq; ait, Contemplare in specula, hoc sensu legitur, diligenter quæ uentura sunt, prospice. Potest & sic intelligi: O Babylon para Balthasar filio Euilmerodach nepoti Nabuchodonosor regi tuo mensam atque conuiuium: & uide quid post cibum eueniat, in quo scortis & concubinis in ualis domini propinabit. O principes qui cum rege accumbitis: Medos autem Persasq; significat: surgite & ad interficiendum regem arma corripite.

niunt, de deserto uenit de terra horribili: uisio dura nunciata est mihi. Qui incredulus est, infideliter agit: & q depopulator est, uastat. Ascēdē Elā, obside Mede: omnē gemitū eius cessare feci. Propterea repleti sunt lūbi mei dolore: angustia possedit me sicut angustia parientis: corrui cū audirē, cōturbatus sum cū uiderē: emarcuit cor meū, tenebræ obstupefecerūt me. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculū. Ponē mēsam, contēplare in specula comedētes & bibētes. Surgite principes, arripite clypeū, Hæc enim mihi dixit dñs: Vade & pone speculatorē: & quodcūq; uiderit annūciet. Et uidit currū duorū equitū, ascensorē asini, & ascensorē cameli. Et contēplatus est diligenter multo intuitu, clamauitq; leo, super speculā domini ego sum stās iugiter per diē: & super custodiā meā ego sum stans totis noctibus. Ecce iste uenit ascensor uir bigæ equitū, & respondit & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorū eius contrita sunt in terra. Tritura mea & fili areæ meæ, quæ audiui à dño exercituum deo Israel, annūciaui uobis. Onus Duma, ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte, custos quid de nocte? Et dixit custos: Venit mane & nox: si quæritis, quærite

Hoc plenius in Danielis uolumine discimus. *e* ¶ *Hæc enim, etc.*] Causas reddit superioris formidinis: quare angustia possederit eū sicut parturientē, & corruerit audiēs & perterritus sit, ac tenebroso horrore circūdatus. Hæc, inquit, dixit dñs mihi: Vade & cōstitue speculatorē, ut spiritu prophetali tibi futura prænūciet: quē cū posuisseni in speculā, uidit uenientē bigā, & aurigam desuper, asinumq; & camelū currū trahere. Significat aūt Cyrum Persarū regē atq; Medorū, cū paruo & magno imperio uenientem. Persæ enim ante Cyrū ignobiles erant & nullius inter gētes loci habebanē: Medi semper potentissimi. Iste ergo urnus ascensor, duarum gentium fultus exercitu, uenit cōtra Babylonem, & speculator ille qui positus erat ut uentura prospiceret, clamauit quasi leo, siue ipse, pheta appellatur leō. Et quia dubium erat de persona speculatoris, quit Cyrum uiderat ascendentem, ipse exponit manifestius, et ait: Super speculam

D domini stans iugiter per diem: speculatorem dominū se esse pronuncians, qui semper positus in officio prophetali, & diebus ac noctibus domini parens imperio, quodcunque iusserit, loquitur. Quid igitur clamauit leo? *Ecce iste uenit ascensor uir bigæ equitum*: haud dubium quin Cyrus indicetur. Et respondit & dixit ipse leo qui suprà clamauerat: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorū eius contrita sunt in terra. Vastante enim ascensore bigæ, Babylon usque in æternum deleta est, & Belis templum omniaq; idola usque ad solum strata. Quod autem sequitur: Tritura mea & fili areæ meæ: ad Hierusalem apostropham facit, & ad templum quod in area Ornæ situm est, dicitq; ad eam: O Hierusalem & populę fili templi mei, non tibi uideatur incredulum esse quod dixi: non mea enim uerba sunt, sed domini, & per os meum illius uerba resonarunt. Quidam putant, sed male, hoc non ad Hierusalem, sed ad Babylonem dici: de qua & suprà, Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum, & esse sensum: Quæ contriuisti me, eris & ipsa contrita, non meo sermone, sed domini potestate, qui tibi hæc uentura prænunciat. Quid sibi autem uoluerint in hoc loco Septuaginta interpretes, ut pro leone, qui Hebraice dicit אַרְיֵה id est, uriam transtulerint, non satis intelligo: præsertim cum supradictus sacerdos Vrias, qui uocatur in testimonium, alijs literis scriptus sit אוריה *f* ¶ *Onus Duma, etc.*] Pro Duma Lxx. *Idumæam*, id est, Idumæam ponūt: Est aūt Duma nō tota Idumæa prouincia, sed quædam eius regio quæ ad austrum uergit, & ab urbe Palæstinæ quæ hodie dicit Eleutheropolis, uiginti distat milibus: iuxta quam sunt montes Seir, sumpto ab autore nomine. Seir quippe interpretatur hispidus & pilosus: qui Esau fuit. In Abdia propheta plenius super hac gēte

à nobis

A à nobis disputatū est, in quo necesse fuit ueterem historiam reuoluere, & Ezechielis Hieremiæq;, easdē in testimoniū trahere uisiones, & maxime prophetiā cōtra
Psal. 59.b montē Seir. Et illud de psalmis: In Idumæā extendā calciamentū meū. Et alibi, Tabernacula Idumæorū & Ismahelitę, Moab & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalech. A-
Amos 1.d mos quoq; inq;, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non auertam eum: eo q̄ persecutus sit in gladio fratrē suum, & uiolauerit misericordiā suam: siue ut Symmachus trāstulit uiscera sua, q̄ ad uersus cognatos populos ausus sit dimicare, & hostili odio dissidere. Fuit aūt regio Esau in regione Duma, hoc est, in montibus Seir. Hāc ut metropolim, iuxta ordinē superiorū uisionum ab Assyrijs, siue à Nabuchodonosor expugnatā esse credimus: memorēq; pristini generis quod de Abrahā & Isaac sit stirpe generata, imploraſſe auxilium dei: & necessitate cogēte, illius clementiā flagitasse. Narrat ergo nūc dñs: Qui obsidet in Seir, & ab hostib. cingitur: meū implorat auxiliū, & dicit: O custos Israel qui populū tuū tueris custodia sempiterna, & quasi in nocte illis dormientib. uigilas, ne hostis irrumpat: quare
Psal. 120.d & nos qui de eius semine sumus, non simili clementia protegis? Quibus ego custos uigilq; respōdeo: de quo scriptū est, Non dormitabit neq; obdormiet qui custodit Israel. Venit mane populo meo, & nox genti Idu-
B mæorū: illis præbebo lucē, uos in tenebris derelinquā. Vel certe ita: Venit lux nocte transacta: si meū inuocatis auxiliū: & estis de stirpe serui mei Abraham. Nolite me tantū in necessitatibus quærere, sed toto ad me animo cōuertimini. Venite & suscipiā pœnitētes. Hoc iuxta historiā dictū sit: Cæterū propter similitudinē literæ, ex eo ר & ד non multū inter se discrepent: quidam Hebræorū רוּמָה pro דוּמָה legunt: uolentes prophetiam cōtra regnū Romanū dirigi, friuola persuasione, qua semper in Idumææ nomine Romanos existimant demōstrari: Duma aūt interpretatur silentiū. *a* ¶ *Onus in Arabia, etc.*] Quærēti mihi & diu cum deliberatione tractāti quæ esset Arabia ad quam propheticus sermo dirigit: utrū Moabitæ, an Ammonitæ, & Idumæi, cunctæq; aliæ regiones quæ nunc Arabia nuncupant:
Gen. 23.b sionē tribuit in hac eadem uisione quod sequit: Auferetur omnis gloria Cedar: & reliquiæ numeri sagittariorū fortiū de filijs Cedar imminuent, Ismaelitas debere intelligi. Liber Geneseos docet ex Ismaele Cedar & Agarenos, qui peruerso nomine Sarraceni uocātur esse genitos. Hi per totā habitant solitudinē: de quibus puto & poetā dicere: Lateq; uagantes barcæi, & suprà dictū uolumen contra facie omniū fratrū suorū habitabit: eo q̄ latissima eremus ab India ad Mauritaniā usq; tendatur, & Athlanticū oceanū, quod puto Hieremiæ
Hierc. 49.f titulū sonare: Ad Cedar & ad regna Asor quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis: statimq; sequit: Hæc dicit dominus, surgite & ascendite ad Cedar & uastate filios orientis, Tabernacula eorū & greges eorum capient: pelles eorū & omnia uasa, & camelos tollent sibi. Et iterum, Inuit enim contra uos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, cogitauit aduersus uos cogitationes: Surgite & ascendite ad gentem quietam & confidenter habitantem, ait dominus: non ostia, non uectes eis, soli habitant, & erūt cameli eorum

in direptionē, & multitudo iumentorū in prædam. Et dispergam eos in omnē uentū, qui sunt attonsi in comam: & ex omni confinio eorū adducam interitū super eos, ait dominus: eritq; Asor habitaculū draconū deserta in sempiternū: non manebit ibi uir: nec incolet eā filius hominis. Totum prophetiæ testimoniū de Hieremia posui: ut quæ sit Cedar indubitanter intelligas. Et considera quomodo Ismaelitarum, hoc est, Sarracenorū proprie gētem descripserit: qui habitant in tentorijs, qui quas nox compulerit, sedes tenent, quibus armenta sunt & pecora camelorūq; greges: qui non habēt ostia nec uectes: non enim uersantur in urbibus, sed in solitudine habitant. Et hi ergo à Babylonijs deleti sunt, eo q̄ Asor ciuitatē quę metropolis gentis illius in eremo fuit, usq; ad solū subuerterint: & tamen cum camelorū & ouium greges capti sunt: pellesq; eorū atq; tentoria sorte diuisa: non omnis gentis illius significatur interitus: eo q̄ dromedarijs camelis centum & amplius milia uno die per uastam solitudinē fugere soleāt. Auferetur, inquit, omnis gloria Cedar, & imminuto sagittariorū numero, quia maxime pollent arte pugnandi, cæteri qui fugerint, remanebunt. Quia intelleximus quæ sit Cedar, & quæ Arabia, quæq; Asor: uideamus Esaias propheta quid dicat: In saltu ad uesperā dormietis: in semitis Dodonim, uerbū ערב ut sæpe iam diximus, & uesper, & Arabia, & coruus, & planicies, & occidens appellat. Et D pro eo quod nos iuxta Lxx. transtulimus, dormietis, potest interpretari morabimini siue habitabitis, hoc est ἀναλισθήσεσθε, quod Hebraicè dicitur תָּלִינוּ בַּיְעָרִים quod in propinquos uertit & cognatos. Itaq; prædicit nūc Iudæis q obsidionē Babyloniā effugere potuerint: & de totius prouinciæ uastitate ad eremū transire uicinam: quod habituri sint in solitudine Arabiæ in hinc re quod ducit ad fratres, Rursumq; ad Ismaelitas sermo conuertitur: & eos ad misericordiā cohortat, Currite, & lassis fratribus ac periclitantibus ardore sitis obuij, ferte aquas. Tantus enim feruor est solis: ut nisi subueneritis, in solitudine pereant: & non solū aquas, sed etiam panem ferte fugientibus, ut quos confecit obsidio, uestra clementia releuet. Simulq; reddit causam quare hæc imperet fieri, dicens: Fugerūt Babylonium gladiū: fugerunt arcus Elamitarū, fugerunt imminens
Hier. 49.g prælium. Nec despiciatis miseros: cito ueniet & uestra captiuitas. Quomodo enim uelox mercenarij annus est: & omnem laborem breuem putat, dum ad desideratam mercedem perueniat, Sic uniuersa gloria filiorū Cedar auferetur à uobis, & sagittæ uestræ conterentur: & paruus remanebit numerus pugnatorū. Quidā uolunt ex eo quod dicitur: adhuc in uno anno & auferetur omnis gloria Cedar, non Babyloniā captiuitatem prædicari, de qua & Hieremias loquitur: sed Assyriorum qui post unum annum uastationis Iudaicæ, Sarracenos latissimè persecuti sunt. Illum præterea locum in quo nos transtulimus, Qui habitatis terram austri, cum panibus occurrite fugienti, & quasi ex persona domini imperatiuo modo legimus, in Hebræo sic legi posse affirmant, qui habitant terram austri cum panibus occurrerunt fugienti: ut cum deus eis dixerit, occurrentes sitienti ferte aquam, illi inimica mente panes tulerint absq; aquis, ut cibo augerent sitim.

CAPVT XXII

ONus uallis uisionis. Quidnã tibi quoq; est, quia ascẽdisti & tu omnis in tecta, clamoris plena, urbs frequens, ciuitas exultans. Interfecti tũi non interfecti gladio, nec mortui in bello. Cuncti principes tui fugerũt simul, dureq; ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt uincti sunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi, recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere ut consolemini me super uastitatem filiæ populi mei. Diẽs enim interfectionis & conculcationis, & fletuũ domino deo exercituum in ualle uisionis. Scrutans murum, & magnificus super montem, & Elam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erũt electę ualles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta. Et reuelabitur operimentum Iudæ, & uidebis in illa die armamentarium domus saltus, & scissuras ciuitatis Dauid uidebitis, quia multiplicatæ sunt. Et congregastis aquas piscinæ inferioris, & domos Hierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros & aquam piscinæ ueteris, & non suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem illius de longe non uidistis. Et

A ONus uallis uisionis.] Lxx. licet non habeatur in Hebræo, manifestius transtulerũt, τὸ ῥῆμα τῆς φάραγγος σιών, id est, uerbũ uallis Sion. Hæc cũ ciuitas seminariũ prophetarũ est: in qua extructũ templũ, & uisiones dñi multiplicatæ sunt. Quia ergo inter cęteras gentes ponit, & reputat una de pluribus, nequaq; mons appellat: iuxta illud *Psal. 86.a* propheticũ, Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob: sed uallis ex eo quod humiliata sit: Aliis uerbis hoc *Hiere. 25.d* ipsum Hieremias loquit, quando accepit calicẽ plenum uini, & dat uniuersis gentib. ac nouissimè porrigit Hierusalẽ, ut bibat & uomat, & ruat, & insaniat: significans à Babyloniis, & hanc esse uastandã. Quod plenius Regũ & Hieremiæ narrat historia. Ex quo intelligimus omniũ creatorẽ æqualiter esse deũ: & eodẽ cuncta dispensare iudicio, iuxta illud quod ipse loquit *Amos 2.d* per Amos: Nunquid non ut filij Aethiopum uos estis *& 9.c* mihi filij Israel, ait dñs? Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti, & Palæstinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi dñi super regnũ peccans. Ne putarent Iudæi idcirco se meritorũ habere priuilegiũ: quia educti essent de Aegypto: dicit etiã cæteras gẽtes ad alias terras suo imperio fuisse trãslatas. b ¶ *Quid nam tibi, etc.*] Referebat mihi Hebræus, præsentẽ uisionẽ non pertinere ad illud tempus quo Nabuchodonosor Hierusalẽ cepit: & Sedechiã uinctũ, oculisq; priuatum duxit in Babylonẽ: sed ad Sennacherib tempora, quando Sobna pontifex magnã partẽ prodidit ciuitatis, & tantũ Sion, id est arx & templũ, ac nobiles remãserũt, in exemplũ Romanæ urbis, quæ irruentib. Gallis, patricios & florẽ iuuẽtutis in arce seruauit. Nos autẽ possumus & de Babylonia captiuitate dicere: quanquã Eusebius omnia ad Christi aduentũ referat, & putet Vespasiani Titiq; temporibus fuisse cõpleta. Carpamus ergo singula, triplicẽ expositionẽ breuiter attingentes: Quidnam tibi quoq; est, quid habes, inquit, Sion, quod etiã tu ascẽdisti omnis in tecta? Quãdo dicit, etiã tu, ostẽdit q; cæteri prius ascẽderint: Num & tu reputata es inter gentes quæ ab hostibus obsideris: & tecta cõscendis plena ululatus, & planctus miserabilũ fœminarũ, urbs quondam regia? c ¶ *Interfecti tui, etc.*] Si ad Sennacherib tẽpora referas, quãdo ex parte capta est ciuitas: recte dicunt non fuisse uicti gladio, nec occisi in bello: sed ꝓditione: aliis ex urbe fugiẽtib. aliis quos hostis oppressit uinculis alligatis. Sin aũt ad Babyloniã captiuitatẽ, quod & uerius est: dicemus q; non pugna, sed obsidione superati sint. Quòd si in aduẽtu Christi iuxta Eusebiũ Tropologicè intelligere uolueris: dices eos interfectos nõ gladio, sed infidelitate, omnesq; principes eorũ recessisse à deo, & peccatorũ funibus alligatos: nec quenq; fuisse de Pharisæis: q nõ diaboli retibus alligatus sit. d ¶ *Propterea dixi recedite à me, etc.*] Si in uastitate Babylonis lachrymat propheta luctus affectu, & dicit: Angustia possedit me sicut angustia parientis, corrui cum audirẽ: cõturbatus sum cum uiderẽ, emarcuit cor meum: tenebręq; supposuerũt me: Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum: quanto magis nũc in urbis suæ ruina nullam accipere cõsolationẽ potest, totum se planctibus tradens.

e ¶ *Dies enim interfectionis & conculcationis, & fletuũ domino deo exercituum in ualle, &c.*] Reddit causas iuxta triplicẽ intelligentiã: quare dixerit: Recedite à me, amarè flebo: qa conculcata sit Sion, mons quondam uisionũ, & nunc uallis fletuum. f ¶ *Scrutans murũ, & magnificus super montẽ, etc.*] Describitur Babylonis exercitus intrans urbem, templum occupans: & quadrigis per plateas superbus incedens. Quodq; aura- D tos postes & marmorum crustis uestitos parietes, clypeus qui alia solet tegere nudauerit: eleganter in Hebraico resonat: sensusq; pulcherrimus est, q̃ scutũ non ꝓtexerit in prælio quempiã, sed nudauerit: eo q̃ per robur militũ oẽs opes ereptæ sint. Sin aũt Elamitæ ponuntur in prælio, quæ urbs Assyriorũ est: non potest referri ad tẽpora Romanæ subuersionis: nisi fortè cũcta allegoricè interpretemur. g ¶ *Et erunt electæ ualles.*] Manifestè captiuitatem describit: quæ undecimo anno regis Sedechiæ facta est: de qua & Hieremias loquitur, Ecce *Hiere. 24.a* ego cõuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, ait dñs, & uenient & ponet unusquisq; soliũ suũ in introitu portarũ Hierusalẽ, & super oẽs muros eius in circuitu. Quod ne putemus uoce prædictum, & opere non expletũ: idem Hieremias ait: Vndecimo anno Se- *Hiere. 39.b* dechiæ, mẽse quarto, quinta mẽsis aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media. Tunc ergo in circuitu ciuitatis Hierusalẽ, innumerabilis est fusus exercitus, & aperta sunt sanctasanctorũ, & armamẽtariũ quod nemore cõsitũ erat, hostili populatione reseratũ, & p cũctas urbis partes diuisis muris hostis ingressus est. h ¶ *Et cõgregastis, etc.*] Narrat quõ obsidioni parauerint ciuitatẽ, & aquas inferioris piscinæ quę capi poterãt ad superiorẽ munitionẽ trãstulerint: destructisq; domibus, muros ædificauerint, & p singulas cognationes quæ domus quãtũ aquæ deberet accipere, dinumerarint: fecerintq; cisternã inter duos muros, & piscinã ueterẽ instaurarint ad seruandas aquas: & non magis dei inuocauerint auxiliũ: q cõditor urbis sit, piscinęq; dñs. quasi aliis uerbis dixerit: Fiduciã habuistis in homine, & nõ in deo q factor est hominis. Quidã iuxta mysticos intellectus pi- *Mystici* scinã ueterẽ, legis umbrã intelligũt, & inter duos muros, nouũ uidelicet & uetus testamẽtũ, ædificatũ lacum

A pharisæorum traditionibus atq; mandatis, qui aquas continere non possit: & non respexisse eos ad filiũ dei, nec illius præsentiam credidisse quem olim non uiderint, quia semp dei præceptis increduli fuerint. a ¶ *Et uocabit dominus, etc.*] Captiuitate præsente & obsessa Hierusalem, cum ferrũ, fames, sitis urgeret urbẽ, Hieremias ad pœnitentiam populum prouocabat: & econtrario reges ac principes & uulgus miserabile, desperatione pereuntium se tradebat epulis. Nihil autẽ sic offendit deum quàm posit peccata erecta ceruix, & ex desperatione contẽptus. Q; *Amos 1.a* & per Amos loquit: Sup tres & quatuor impietates non auertabor eũ: quod & cogitauerit & fecerit, & non egerit pœnitentiã: insuper & docuerit malũ. Vnde & nũc dicitur: Si dimittetur iniquitas hæc uobis, donec moriamini.

Allego. Putant allegorici interpretes de passione Christi esse prædictũ: quod uocauerit deus

B etiam post crucẽ domini saluatoris infelicem populũ ad pœnitentiã, & nihilominus ille se desperationi tradiderit & uoluptati. Principiũ quippe istius uisionis, in quo ait: Clamoris plena, urbs frequens, ciuitas exultans, ad illud tempus referunt, quando à pharisæis populus incitatus, pari conura Iesum uoce resonabat, Crucifige, *Ioan. 19.c* crucifige talem: non habemus regem nisi Cæsarem. Hius testimonij exemplo etiam Apostolus abusus est: *1. Cor. 15.c* scribẽs ad Corinthios de resurrectione: Si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. b ¶ *Hæc dicit dominus deus exercituum: Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam, etc.*] Supra diximus Sobnã fuisse pontificẽ qui Assyrijs prodidit ciuitatẽ. Sed quia hoc traditionis est Hebraicæ, & scriptura non loquitur: intelligamus eum superbũ, tumidũ, & uoluptuosum, fuisq; pedibus populos conculcantem. Et quia fecerit cuncta quæ propheta describit: sacerdotiũ eius ad Eliakim filiũ Helkiæ fuisse translatũ: ut illo electo, nouus pontifex fieret. Ex quo intelligimus omni studio superbiã declinandam quæ offendit deũ: & ne põtificatus quidẽ priuilegio tuta esse possit. Iste est Sobna (sicut quidã putant) & Eliakim: de quibus idem propheta subtexuit: Misit rex Assyriorũ Rab *Esa. 36.a* sacen de Lachis in Hierusalẽ ad regẽ Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæ ductu piscinæ supioris in uia agri fullonis: egressusq; est ad eum Eliakim filius Helkiæ, qui erat super domũ, & Sobna scriba & Ioæ filius Asaph à cõmẽtarijs. Iubetur ergo ingredi propheta ad pontificem, qui habitabat iuxta Lxx. ἐν παστοφορίῳ, id est, in pastophorio, iuxta, Aquilam in tabernaculo: pro quo sequens Hebraicam ueritatẽ Theodotio ait: Ingredere ad Socen istũ, quod in- סוכן terpretari potest, æquũ & rectũ: ut scilicet יהוה ἀντιφράσει, iniquus intelligat & prauus: ad pontificẽ tẽpli & dices ei. Qui habitas in domo dei, cuius scelera in tota ciuitate bacchantur: cur securus es in operibus tuis: quasi non uereris captiuitatẽ, excidisti tibi in petra sepulchrũ, & tam superbè ædificasti, ut ambitio te & in morte sequeretur? Audi quæ sit in re dñi sententia: Quomodo gallus gallinaceus humero portãtus auferetur: & singuli hominũ leuant in scapula pallij suũ: sic tua facilis erit in captiuitatẽ translatio. Habebis coronã D non laminæ aureæ & sanctificationis domini, sed tribulationis & angustiæ. Sicut enim pila si mittatur in procliue stare nõ potest, sed ueloci cursu uoluitur: ita & tu ad terram latissimã deduceris: quam aut Aegyptum aut Babyloniæ cãpos intelligamus, ibiq; morieris, & ibi erunt currus gloriæ tuæ, omnes potentiæ tuæ, & opes, quibus nunc fultus incedis: ibi senties ignominiam domus domini tui: quia propter opera mala & uiolatũ templũ dei tui ista patieris. Detraham te de gradu tuo, & de pontificatus officio pronũciã: & pro te Eliakim seruum meum filium Helkiæ induam uestimẽtis tuis: & cingulo tuo decorabo: sicut Eleazar uestimẽtis Aaron patris indutus est: Ipsi dabo potestatem templi qui habeat populum non subiectũ sibi quasi seruum, sed amatorẽ sui quasi filium: Ipse accipiet clauẽ domus meæ, & in suo portabit humero: ipse habebit ceremoniarũ omnium potestatem. Et quomodo paxillus si figatur in pariete templi, & in loco firmissimo collocet, omnia uasa sacerdotum & Leuitarum, tam quæ in sacrificijs necessaria sunt, quàm omnis generis musicorum suspẽduntur in eo: sic omnis populus ex Eliakim seruo mei potestate pendẽbit. Quod autẽ ait: In die illa auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo: quia dominus locutus est, Multi ad Sobnam referũt, quod

Et uocãbit dominus deus exercituũ in die illa ad fletum & ad planctum & ad caluicium & ad cingulum sacci. Et ecce gaudium & lętitia occidere uitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum: comedamus & bibamus, cras enim moriemur: & reuelata est in auribus meis domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc uobis donec moriamini, dicit dominus deus exercituum. Hæc dicit dominus deus exercituũ, Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnã præpositum templi, & dices ei. Quid tu hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum? Excidisti in excelso memoriam, diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinacius, & quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione: quasi pilam mittet te in terram latam & spaciosam, ibi morieris, & ibi erunt currus gloriæ tuæ ignominia domus domini tui, Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, uocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ. Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantibus Hierusalem & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & nemo erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris sui. Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, uasorum diuersa genera, omne uas paruulum, à uasis craterarum usq; ad omne uas musicorũ. In die illo dicit dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia dominus locutus est.

Onus

A quod Eliakim infixo paxillo, prior paxillus q̄ infixus fuerat corruat. Sed quia sequit, Et peribit quod pependerat in eo, quod deiecto Sobna nequaq̄ factū est, intelligimus hoc dici: quod depositō Sobna pontificatū acceperit Eliakim, cuius sacerdotij dignitatē subuertit extrema captiuitas.

Anagoge Qui iuxta ἀναγωγὴν cuncta accipiunt: uolunt in Sobna pontificatū Iudæorū sacerdotiū cadere: & in successione Eliakim qui interpretat deus resurgēs euāgelici cultus sacramenta monstrari: ita ut hoc quod sequit. In die illo, dicit dominus exercituū, auferet paxillus qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet, ad prioris populi ruinā pertineat. Nemo aūt dubitat & iuxta historiā, & iuxta allegoriā: quia paxillū dixerat, seruari metaphorā in suspensione uasorū diuersi generis, & quod priorib. fractis, alia suspendant.

CAPVT XXIII

ONus Tyri, ululate naues maris, quia uastata est domus unde uenire cōsueuerant: de terra Cethim reuelata est eis, etc.] Manifestius & plenius Ezechiel ꝓpheta, & subuersionē Tyri, & causas subuersionis exponit, dicens:

Ezech. 29.d Fili hominis, pro eo ꝙ dixit Tyrus de Hierusalē: Euge cōfractę sunt portæ populorū, cōuersa est ad me, implebor: deserta est: propterea hæc dicit dñs deus. Ecce ego super te Tyre, & ascēdere faciā ad te gētes multas: sicut

B ascēdit mare fluctuās, & dissipabo muros Tyri, & destruā turres eius, & radā puluerē eius de ea. Quæ autē istæ sint gētes multæ quæ inūdabūt Tyrū sicut mare fluctuās, nominatim in cōsequētib. docet, Ecce ego adducā ad Tyrū Nabuchodonosor regē Babylōis ab Aquilōe, regē regū cū equis, & currib. & equitib. & cœtu populoq̄ magno. Filias tuas quæ sunt in agro, gladio interficiet, & circūdabit te munitionib. & cōportabit aggerem in gyro, & eleuabit cōtra te clypeū & uineas atq̄ arietes tēperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua, & cætera quæ usq̄ ad finē uisionis sequunt. Nā & in alia ꝓphetia quæ aduersum Aegyptios cernit, cadē scriptura cōtexit: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitū suū seruitute magna aduersum Tyrū: omne caput decaluatū, & omnis humerus depilatus, & merces nō est reddita ei, neq̄ exercitui eius de Tyro: Per quę significat multo tēpore ab exercitu Babylōis aggerē cōportatū: ut qđ postea fecit Alexāder insulā cōtinēti terræ socians, ille ante facere sit conatus. Quō ergo aduersus Babylonē & Philistim, & Moab & Aegyptū, & Idumæos & Ismaelitas, supra dei cōminationē legimus, ꝙ insultauerint captiuitati populi eius, Ita etiā nunc aduersum Tyrū inimicā & insultatricē subuersiōis Hierusalē, ꝓphetia texit, ꝙ etiā ipsa ab eodē hoste sit destruenda. Legamus Græcorum historias, & maxime eorū qui Assyriæ gentis bella describūt: ibiq̄ reperimus post captiuitatē Hierusalem, Palæstinos & Arabas & Damascenos, ac deinceps Aegyptios fuisse subuersos. Quod aūt semper hæ gētes & præcipuē Tyrus impugnauerit Israel, & in illius sub

Amos 1.c uersione lætata sit, Amos ꝓpheta in exordio sui uoluminis explicat, & breuiter laudes deo canēs psalmista

Psal. 82.a declarat. Deus quis similis erit tibi? ne taceas neq̄ cōpescaris deus, Quoniā ecce inimici tui sonuerūt, & qui te oderūt, extulerūt caput. Super populū tuum malignauerūt cōsiliū, & cogitauerūt aduersus sanctos tuos. C Dixerūt, uenite & disperdamus eos de gēte: & nō memoret nomē Israel ultra: Quoniā cogitauerūt unanimiter, simul aduersum te testamentū dispositurūt: tabernacula Idumæorū & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitātibus Tyrum. Ex quibus omnibus discimus pondus iræ dei sup Tyrū uenisse meretricem: quæ hic sub specie scorti, in Ezechiel sub nauis translatione describitur. Vlulate, inqt, naues maris. Pro quo in Lxx. legimus κατὰ Χιτιέων, id est, Carthaginis: & habetur in Hebræo כִּתִּים de quo & in Iona ꝓpheta & in quadā epistola disputaui. Possumus autē quia Carthago Tyriorū colonia est in præsenti loco Tharsis, non mare generaliter, sed & Carthaginē accipere: quod nequaq̄ de Aphrica naues Tyrum ueniant: nec de terra Cethim, quam Cyprū quidam interpretant: Vsq̄ hodie eā est apud eos urbs Citiū: de qua & Zeno Stoicæ sectæ hæresiarches fuit: quam quam pleriq̄ nostrorū & maxime Machabæorū principū Cethim Italiæ Macedoniæq̄ insulas arbitrentur. Hoc eā scriptura cōmemorat, ꝙ Alexāder rex Macedonū egressus sit de terra Cethim. Insulā quoq̄ nominans, non mentit. Postea eā à Nabuchodonosor uel Alexādro terræ cōtinēs facta est, ꝓpter expugnationē multis in breui freto aggeribus cōportatis. Negociatio D nē quoq̄ Sidonis appellat, iuxta sequentē uerticulū, in quo ait: Erubesce Sidon: Tradūt eā hist oriæ, ꝙ Tyrus Colonia Sidonis sit. b ¶ *Transfretantes mare repleuerūt te, in aquis multis semē Nili, messis fruges eius, & facta est negociatio gentis.*] Tyrū negociatione gaudere & totius orbis esse emporion, & præsentia tēpora probāt, & Ezechiel lato sermone describit. Quod autē negociatores in subuehendis mercibus transfretent maria, nemo est qui dubitet, nec tantas habet opes ipsa urbs de terra regionis suæ, quæ ualde angusta est & Galilææ Damascięq̄ finib. premit: quantas de subuectione nauiū, Nilus omnis & Aegypti fertilitas é uicino infundit Tyro. Pro Nilo qđ apud Hebræos legimus שִׁיחוֹר Lxx. & Theodotio negociatores interpretati sunt, quod uerbū turbidum, & per hoc Nili aquas significat Hieremia testante: quid tibi & Aegypto ut bibas aquas Geon: ꝓ quo in Hebraico habet שִׁיחוֹר id est, turbidas. c ¶ *Erubesce Sidon: ait enim mare fortitudo maris, dicens etc.*] Dixi supra coloniā Sidoniorū esse Tyrū. Audi igitur mater, cuncta simul cōtra filiā tuā maria clamantia, & quodāmodo uocē emittētia, quæ per naturā loqui non ualent: frustra diuitias cōportaui, sine causa de toto orbe in Tyrū opes cōtuli: Illa diues, illa luxuriosa: & populorū quondā gaudens multitudine, in qua nascebat turba mortaliū, caterua puerorū, iuuentutis examina, cuius plateæ uirginū, & infantiū, ac iuuenū, & puellarū lusibus perstrepebant, nūc ad solitudinē redacta est. Fieri aūt προσωποποιΐαν ex rebus muris solenne est. d ¶ *Cum auditū fuerit in Aegypto dolebūt cū audierint de Tyro.*] Hoc perspicuū est, quod Aegyptij postq̄ audierint potentissimā & uicinā gentem, lōga obsidione deletā, sciāt etiā sibi interitū ꝓpinquare. e ¶ *Transite maria, etc.*] Rursum ꝓ mari & tharsis Lxx. Carthaginē transtulerūt. Legimus in historijs Assyriorū, obsessos Tyrios postq̄ nullā spem euadendi uide

Ezech. 28.b

Hesa. 9

Ezech. 28.b

A uidebant, cōscensis nauibus fugisse Carthaginē, & ad
Ezech. 29.b alias Ionij Aegeiq̄ maris insulas. Vnde & in Ezechiele dicitur, Merces nō est reddita ei, neq̄ exercitui eius de Tyro: eo ꝙ omnes urbis opes translatæ sunt, & nobiles quoq̄ eam uacuam dereliquerint. a ¶ *Nunquid non hæc uestra est quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua.*] Arguit superbiæ Tyrū, ꝙ in conditionis suę antiquitate sit gloriata, & non respexit ad eum: sed nomina patrū recolens se æternam putauerit. b ¶ *Ducēt eam pedes sui longe ad peregrinandū.*] Eos dicit qui in urbe remanserūt, & captiui ducti sunt in Babylonē. c ¶ *Quis cogitauit hoc super Tyrū quondā coronatā.*] Rursum lege Ezechiel, &
Ezech. 27 quantæ gloriæ Tyrus fuerit, ex principis eius lamentatione cognosces. Coronatam uocat eam: quod sicut rex inter plurimā hominū multitudinē ornatū diademate erigit caput: ita Tyrus fulgens & excelsa opibus, auroq̄ & gēmis,

B & serico ac purpura nitens, regina sit in cunctis gentibus existimata. d ¶ *Cuius negociatores principes, institores eius inclyti terræ.*] Miramur legatū Pyrrhi quondam dixisse de urbe Romana, uidi ciuitatē regum. Ecce multo ante illa tempora negociatores & institores Tyri, principes & inclyti describuntur: ut per hæc ostendatur opulentiæ magnitudo, cum negociator Tyri alterius urbis esse rex possit. e ¶ *Dominus exercituum cogitauit, etc.*] Quia supra interrogantis more dixerat Quis cogitauit hoc super Tyrū quondam coronatā? Nunc ipse respōdit: non fatorū ut stulti putant, sic fila deducta sunt, nōn fortunæ cucurrit rota, sed dei iudicio & ipsius uoluntate perfectū est, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiā, & cōmoner arrogantes conditionis suæ, ut discant potentiā eius per misericordiam, cuius clementiam per beneficia sentire noluerant. f ¶ *Transi terram tuam, etc.*] Sicut, inquit, fluuius, siue ut in Hebraico significantius habet riuulus: hoc enim dicit יְאֹר facile trānsitur pedestria & tu terrā tuam, in captiuitatē ducta transi bis ô filia maris, uel quia insula es, uel quia supra de te scriptū est, Dixit mare fortitudo maris, non parturiui, & non peperi. Quodq̄ infert, non est cingulū ultra tibi: quem sensum habeat, apertius Symmachus docet, non poteris ultra resistere, id est, nō habebis uires nec accinctos ad pugnandū lumbos tuos, ut possis aduersarijs contraire. g ¶ *Manum suam extendit super mare: conturbauit regna.*] Quis extendit manū? haud dubium ex ipsa sermonis continentia quin deus, de quo supra dixit: Dominus exercituū cogitauit hoc ut detraheret superbiā omnis gloriæ. Extendit ergo manū suam super omnia maria, seculū orbēq̄ significans, & conturbauit uniuersas gentes, inter quas & tu Tyre turbata es, siue super mare in quo proprie sita es. h ¶ *Dominus mandauit aduersus Chanaan, ut etc.*] Ostendit quod sit mare, super quod extenderit dominus manum suam, di-

Nunquid nōn hæc uestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Dūcent eam pedes sui longe ad peregrinandū. Quis cogitauit hoc super Tyrū quondam coronatā? Cuius negociatores principes, institores eius inclyti terræ. Dominus exercituū cogitauit hoc, ut detraheret superbiā omnis gloriæ, & ad ignominiā deduceret uniuersos inclytos terræ. Transi terrā tuā quasi flumen filia maris, non est cingulum ultra tibi. Manum suam extendit super mare, cōturbauit regna. Dominus mandauit aduersus Chanaan, ut cōtereret fortes eius. Et dixit, Non adijcies ultra ut glorieris, calumniā sustinens uirgo filia Sidonis, in Cethim consurgēs transfreta, ibi quoq; non erit requies tibi. Ecce terra Chaldæorūm talis populus non fuit, Assur fundabit eam in captiuitatē, traduxerūt robustos eius, suffoderunt domos illius, posuerūt eam in ruinā. Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo uestra. Et erit in die illa, in obliuione eris ô Tyre lxx annis sicut dies regis unius. Post septuagintā autē annos, erit Tyro quasi canticū meretricis, Sume citharā, circumi ciuitatē meretrix obliuioī tradita, bene cane. frequen

cens: Mandauit aduersus Chanaan. Tyrus enim in terra Chanaan condita est. Lege scripturas, maximeq̄ euangeliū, ubi Syrophœnissa interpellans pro filia, egreditur de terra Chanaan, quæ dicitur mulier Chananæa. Simulq̄ quia dixerat: Extendit manum suam, ne operantē membris & officio corporali crederes dominū, adiecit mādauit: ut dei fecisse iussisse sit. i ¶ *Et dixit: Non adijcies ultra aut glorieris: calumniam sustinens uirgo filia Sidonis, in Cethim cōsurgēs transfreta, ibi quoq; non erit requies tibi.*] Deus, qui cogitauit detrahere superbiā omnis gloriæ, qui mādauit aduersus Chanaan, ut cōtereret fortes eius, ipse dicit: nequaquā ultra gloriaberis, & in tua cōfides potentia. O uirgo filia Sidonis, id est, colonia Sidoniorum, fugies quidem nauibus ad insulas Occidentis, seu in Cyprū, & cæteras Macedoniæ Græciæq̄ terras: sed & ibi aduersante deo, requiem inuenire non

D poteris. Alioquin, omnis uagus atq̄ in orbe peregrinus & incertarum sedium, semper in angustia iugiter & in mœrore est. k ¶ *Ecce terra Chaldæorū talis, etc.*] Quia supra dixerat, ducēt eam pedes sui lōge ad peregrinandum, & iterū: Transi terrā tuam quasi flumē, Duplexq̄ fuit populus Tyri eorū qui fugerant & transfretauerāt in Cethim, & eorū qui in urbe remanserant: ad utrūq̄ loquitur. De his qui fugerant, supra ait. In Cethim consurgens transfreta: ibi quoq; non erit requies tibi. De his qui remanserant & ducti sunt in captiuitatē. Ecce, inquit, accolæ terræ Chaldæorū, cuius potentiam nulli populi ante habuerunt: & quæ ab Assyrio fundata est, transduxerunt robustos Tyri. Suffoderunt non solum muros, sed & cuncta habitacula ciuitatis: posueruntq̄ eam in ruinā. Quia igitur alij fugerunt, alij capti sunt: ululate naues uel maris, uel Carthaginis: negociatio enim & colonia uestra deleta est. Simulq̄ cōsidera, quō laudauerit Chaldæos. Non dixit, talis populus ultra non erit: potentius quippe & durius regnū est Romanorū, sed ante non fuit. Qui priora negauit, concessit sequentia. l ¶ *Et erit in die illa, in obliuione eris ô Tyre septuaginta, etc.*] Ab hoc loco usq̄ in finē huius prophetiæ, Tyro prospera nunciant, quod debeat agere pœnitentiā: quod iterū extrenda sit: quod septuaginta tantū annis, quibus & templū dei desolatū fuit, Tyri subuersio maneat: ut cuius ruinis insultabat, & ruinarū eius tempus imitet. Septuaginta aūt annos unius regis, multi putāt Nabuchodonosor dici, quibus regnū gentis Assyriæ in Hierusalem permanserit. Alij generaliter pronunciatū: quod qui longum regnandi tempus habuerit, septuaginta annos transire non possit. m ¶ *Post septuaginta autem annos, erit Tyro quasi canticum, etc.*] Quia cum plurimis gentibus fornicata es, & desolatam te nudamq̄ & captiuitatis squalentem sordibus, amatores pristini cōtempserunt, assume nunc citharā: cōgemina

carmi

A carmina circumi ciuitatē: plange lupanar pristinū: & antiqui crroris uestigia lachrymis laua: ut posis dei in te misericordiā prouocare. *a* ¶ *Et erit post septuaginta annos uisitabit dominus, etc.*] Hæc omnia iuxta historiā expleta esse, consonis Græcorū & Phœnicū literis indicatur: quod post Lxx annos instaurata, ad potentiā pristinam sit reuersa, & negociatio uniuersarū gentium fuerit, quas ego puto fornicationes appellari: ut quomodo qui fornicat ad lupanar ingreditur, & mercedem stupri tribuit: ita & institor, de toto orbe concurrens, pulchritudinem urbis quasi meretricis impleuerit. *b* ¶ *Et erit negociatio eius, etc.*] Hæc secundum historiā, necdum facta comperimus: nisi forte putandum est, quod post ædificationem Hierusalem, & instaurationē Tyri, amicæ inter se fuerint ciuitates, & ad templum dei crebro Tyrij dona transmiserint: sicut & in Esdra legimus: q̄ Tyrios qui pisces uendebāt, in sabbato abegerit, & introire urbē non permiserit, atq; ex uno mercimonio, etiam de cæteris existimandum sit. Iudæi cassa in futurum uota differunt: post antichristū in mille annis hęc explenda memorantes. Nec mirum si ista confingant, qui spreta ueritate Christi, organum diaboli antichristum recepturi sunt: cum etiam Christiani Iudaizātes, de mille annorū beatitudine hæc dicta cōtendant. Ego aūt quomodo in uisione Babylonis sub typo euersionis eius cōsummationis tēpus intelligo, & in Aegypto

B destructis idolis altare dñi collocatū ad Christi tēpus refero, & in uisiōe Moab, thronū saluatoris in terra eius positū recognosco, & in Damasci cæteris uisiōibus omnibus, nostrorū esse temporū sacramenta non dubito: ita & in uisione Tyri, quæ extrema est, Christianæ felicitatis tēpus interpretor: quòd postq̄ ædificata est, & recepit pristinū statū, & omnis negociator in antiquam consuetudinē, portū eius ingressus est: & mercimonia & labor eorū domino dedicentur. Cernamus in Tyro extructas Christi ecclesias: cōsideremus opes omnium, quod non reponantur, nec thesaurizent: sed detur his qui habitant coram domino, qui seruientes altari, participāt cum altari. Ministrant autem Tyrij non ad diuitias, nec ad cumulandas sacerdotū opes, sed ad uictus necessaria suppetenda: ut (iuxta Apostolum) habentes uictum atq; uestitū, his contenti simus. Et nota quod non dixerit negociationes & merces Tyri sanctificatas dño his dandas qui habitauerint Hierusalem, sicut Iudæi arbitrantur: sed qui fuerint corā domino, qui seruiunt ei. Sic enim & dñs constituit, ut qui euangeliū prædicant, uiuant de euangelio. Seruire aūt dño & habere corā eo, non est loci, sed meriti. Hucusq; uisiones Esaiæ siue onera quæ certis gentibus imposuit: ut iusisti, & ut nos quiuimus historica interpretatione disseruimus, Hebraicę tantū ueritatis prementes uestigia. Quæ sequuntur, ad omnes pertinēt nationes, & generaliter ad totius mundi cōsummationē. De quibus nec tu petisti ut scriberē: nec mihi ociosum fuit, ut ex superfluo non quæsita dictarē, q̄ quæsita uix scripsi.

frequenta canticum, ut memoria tui sit. Et ērit post septuaginta annos uisitabit dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas, & rursum fornicabitur cum uniuersis regnis terræ super faciem terræ. Et ērit negociatio eius & merces eius sanctificatæ domino: non condentur neq; reponentur. Quia his qui habitauerint coram domino, merces erit negociatio eius, ut manducent in saturitate, & uestiantur usq; ad uetustatem.

1.Cor.9.b

1.Tim.6.b

1.Cor.9.c

D

Commentarij quinti in Esaiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM COMMENtariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Prooemium.

QVod in præcedenti uolumine pollicitus sum, ut super fundamenta historiæ, si uoluntati nostræ Christus annueret, spirituale extruerem ædificium, & imposito culmine perfectæ ecclesiæ ornamenta monstrarem: hoc in sequentibus duobus libris, ô uirgo Christi Eustochium, orationibus tuis, & domini misericordia facere conabor: ut eodem labore quo quintus liber historiam comprehendit: sextus & septimus perstringat anagogen, non omnia differentes, ne multa fiant uolumina, sed quid ecclesiastici uiri ante nos senserint, breuiter indicantes.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam, Liber sextus.

CAPVT XXIIII

Onus seu uisio contra Babylonem, quam uidit Esaias filius Amos.] Vidit non carnis, sed mentis oculis cū grande magnumq; pondus Babyloni sit imponendum. Et quia Babylon, quæ Hebraicè dicitur בָּבֶל interpretatur cōfusio, eo q̄ ibi ædificātiū turrim sermo cōfusus sit: spiritualiter mundus iste intelligit, q̄ in maligno positus est, & nō solū linguas, sed opera singulorū mētesq; cōfundit. Huius Babylōis rex est uerus Nabucho donosor cōtra dñm superbiēs, q̄ dicit in corde suo, In cœlū ascendam, super sydera cœli ponā soliū meum: sedebo in monte testamēti in laterib. Aquilonis: ascendam super altitudinē nubiū, ero similis altissimo. Iste est qui ostendit dño uniuersa regna mundi, & dixit ei, Hæc omnia mihi tradita sunt, & tibi dabo, si cadens adoraueris me. Denicq; in cōsequentibus nequaq̄ contra Babylonē, sed cōtra orbem terrarum cōminatio est. Domi

Matt.4.d

CAPVT XXIIII

ONus seu uisiō contra Babylonem, quam uidit Esaias filius Amos.

nus sabaoth præcepit genti bellicosissimæ, ut ueniat de terra longinqua à summitate cœli, ut disperdat orbē terrarū. Et iterū. Ecce dies uenit insauabilis furoris & iræ, ut ponat orbem terrarum desertum, & peccatores disperdat ex eo. Ac deinde: Præcipiā orbi terrarū uniuerso mala, & impijs peccata sua. Ex quibus probatur, omnia quæ dicuntur contra Babylonē, ad mundi huius confusionem & interitum pertinere.

¶ Super

A. *a* ¶ *Super montem caligosum siue campestrem leuate signum.*] Apostolis præcipit & apostolicis uiris ac magistris ecclesiarū, ut dimicaturi cōtra Babylonē, signum eleuent dominicæ crucis, non in humili loco, & in demersis uallibus, sed in monte caligoso siue campestri. Quorū alterū significat abscōdita ecclesiæ sacramēta, quæ ut uideret Moyses & audiret uocem dei, intrauit tenebras & caliginē. Posuit enim deus tenebras latibulū suū, & nubes & caligo in circuitu eius. Alterū docet, sic nos ad excelsa ecclesiasticorum dogmatū debere conscendere: ut (iuxta apostolum Paulū) humiliemur atque dicamus: Qui nō sum dignus uocari apostolus, qa sum pśequutus ecclesiam dei. Qui & ipse eleuauit signū in mōte campestri, quando insita sibi humilitate dicebat: Ego aūt iudicaui nihil scire me in uobis, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixum. Hoc autem signū & in superioribus leuauit ipse, qui ortus est de radice Iesse in nationibus, ut congregaret perditos Israel. *b* ¶ *Exaltate uocem, leuate manum.*] Qui de sublimibus loquitur, & præsentia quasi breuia & transitoria cōtemnit. Qui audit ab eodem Esaia: Super montem excelsum ascēde qui euāgelizas Sion. Eleua in fortitudine uocē tuā qui euāgelizas Hierusalē. Eleuat manum suā qui potest cū Dauid dicere: Eleuatio manuū mearū sacrificiū uespertinū: & qui in omni loco leuat sanctas manus: ut non solū leuet manus, sed etiā consoletur manu, ne dicat pauperi, eras ueni & accipe: sed ut pauperiē eius & necessitatē præsenti misericordia consoletur. *c* ¶ *Et ingrediantur portas duces.*] Duces ecclesiæ ingrediunt portas mysteriorū dei & scripturarū sacramenta cognoscunt: habentes clauē scientiæ, ut aperiant eas creditis sibi populis. Vnde præcipitur, ut magistri aperiant, & discipuli ingrediant. *d* ¶ *Ego mandaui sanctificatis meis.*] Ipse enim sanctificat ministros suos, ut & qui sanctificat & qui sanctificant, ex uno oēs sint. Qui & in alio loco credentibus loquit, Sancti estote, quoniā & ego sanctus sum, ipse præcipit & adducet principes suos, ut faciant quæ præcepta sunt. *e* ¶ *Et uocaui fortes meos, etc.*] Iuxta Hebraicū hærēt superioribus quę dicunt: q̄ ipse uocauerit fortes suos, exultantes in gloria sua, qui mādauerat sanctificatis suis. Porrò iuxta Lxx. gigantes uenientes ut impleant furorē dñi, gaudentes in aliena iniuria atq; lætantes, finistræ accipiendæ sunt contrariæq; uirtutes, de quibus & in psalmis legimus: Misit in eos furorē iræ suæ, furorē & irā & tribulationē, immissionē per angelos pessimos. Ex his est & exterminator in Aegypto: qui postes agni litos sanguinem nō audet intrare: & ille spiritus qui egressus stetit in cōspectu dñi, & ait: Ego decipiā Achab. Dixitq; ei dñs: Decipies & prævalebis: egredere & fac sic. Vnde in eodem Regū uolumine Micheas dixit: Vidi dñm Israel sedentem super thronū suum, & omnis exercitus cœli stabat circa eum à dextris & à sinistris. Dexteræ, uirtutes sunt eorum angelorum qui ad bona mittuntur: sinistræ autē corū quibus ad puniendū tradimur. Vnde & Apostolus: Quos tradidi, inquit satanæ, ut discant non blasphemare. Nomē aūt gigantiū, pro quo in Hebræo גבריים id est, fortiū positū est, Lxx. & Theodotio in similitudinē fabularū uertere gentiliū: sicut & Syrenas, & Titanas, & Arcturū, Hyadas, & Oriōnem nominant, quæ apud Hebræos aliis appellantur uocabulis. Si autē gigātes rebelles dei sunt: & omnes hæreses cōtrariæ ueritati rebellāt deo: omnes hæretici gigātes sunt, qui gaudent in errore suo: & tunc maxime gloriantur, quando ecclesiæ contumeliam fecerint. *f* ¶ *Vox multitudinis, etc.*] Tripliciter iste locus accipitur. Primū, ut eleuato signo in monte campestri, ueniat gentiū multitudo, & ipsa in montibus constituta: quæ diuiditur in duo: in populos scilicet & in reges, in discipulos & magistros: de quibus & saluator in euāgelio loquebat, Multi ab Oriēte & ab Occidente ueniēt, & accūbēt cū Abrahā & Isaac & Iacob in regno cœlorū. Propterea aūt una uox & cōsona dicit, ut illud apostolicū probet: Idipsum dicatis omnes. & non sint in uobis schismata, sed sitis perfecti in eodē sensu & in eadē sententia. Secundo hæreticorū describit superbia q̄ in mōtibus se esse credētes, erigunt cōtra scientiā dei: & iniquitatē in excelsū loquunt: & ponunt in cœlum os suū, qui & ipsi habēt populos, habent reges, qui deceptū populū deuorant. Tertia interpretatio est: Quia supra dixerat: gigantes ueniunt, ut impleant furorē meū gaudentes simul & contumeliā facientes: ipsorū gigantiū describit arrogantiā: & ad puniendos qui sibi tradi ri fuerint in mala parte cōsensum. *g* ¶ *Dominus sabaoth, etc. à summo fundamento, etc.*] Fundamentū, obelo prænotandū est. In Regū & Paralipomenon uolumine legimus: q̄ ira dei accensa sit super Israel, quādo Dauid numerauit populū & offendit dñm. In psalmis quoq; scribitur: Dñe, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me: & cætera his similia: per quæ legi in eiusdam cōmentarijs, irā dei posse intelligi cōtrariā fortitudinē cui tradimur ad puniendū: de quo & in octauo psalmo cantat: Vt destruas inimicū & ultorē. Possunt bellatores dici qui de terra procul ueniūt: & à summo cœli, etiā ministri angeli: qui in mundi cōsummatione mittēdi sunt, ut zizaniorū manipulos faciant, & separatos à frumēto incendio præparent sempiterno. Omnis quoq; terra disperdit, quando terrena opera subuertunt. Sunt & alij dñi bellatores instructi armatura apostoli: qui quotidie in ecclesia quæ οἰκουμένη, id est, orbis & habitata intelligitur: disperdant eos & interficiāt qui erigunt cōtra scientiā dei. *h* ¶ *Vlulate, quia prope est dies domini, etc.*] Quoniā bellatores domini uenturi sunt ut disperdant omnem terram: ululate & agite pœnitentiā, quibus pœna uentura est. Prope est enim dies domini, uel cōsummationis totius mundi atq; iudicij, uel exitus uniuscuiusq; de uita. Venit enim à domino deprædatio, quam nos diximus uāsitatem, ut

Pſal. 17.b

Leuit. 19.d

Pſal. 77.c

Exod. 12.d

3.Reg. 22.d

A. 1.Tim. 1.d

Matt. 8.b

D

1.Cor. 1.b

2 Reg. 24.d

1 Par. 21.a

Pſal. 6 & 17

Matt. 13.d

A seruaremus metaphorā, quia præmiserat bellatores. eū dies iudicij uel dormitionis aduenerit, oēs manus dissoluent: quibus dicit in alio loco: Cōfortamini manus dissolutæ. Dissoluent aūt manus, quia nullū opus dignū dei iusticia reperiet: & non iustificabit in conspectu eius oīs uiuēs. Vnde propheta dicit in psalmo: Si iniquitates attēdas dne, qs sustinebit? Ome quoq; cōr siue anima hominis tabescet: & pauebit cōscientia peccati sui. Hæc est dies formidolosa atq; terribilis, de qua & Sophonias loquitur: Metuite à facie dñi, quia ꝓpe est dies dñi. Et rursum: Iuxta est dies domini magna, prope & uelox nimis. Et Amos: Væ, inquit, qui desiderant diem dñi: ut qd uobis dies dñi: quæ tenebræ sunt & non lux? Quodq; in xta Septuaginta additū est: turbabunt legati, & dolores apprehendent eos: illos legatos interpretari possumus, quos ciues miserant aduersum eum, qui ꝓfectus erat in terrā longiquā, ut sibi regnū peteret. Vnde ipse loquitur in euangelio: Inimicos autem qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite coram me. a ¶ *Torsiones & dolores tenebunt: quasi parturiens dolebūt: unusquisq; ad proximū suum stupebit: facies combustæ, etc.*] Cum

B uenerint domini bellatores de terra longinqua, & omnes manus fuerint dissolutæ, & cor pauidum atq; contritū: tunc strophomata quæ nos torsiones uentris interpretati sumus: & dolores tenebunt eos, similes doloribus parturientiū. Per quæ ostenditur torqueri eos propria conscientia, & facies habere cōbustas eo igne quem sibi succenderant: quia non possunt dicere: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Et: Nos omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur. Vnusquisq; stupebit ad proximum suum, uidens eum in eisdem esse tormentis, quibus ipse cruciatur. b ¶ *Ecce dies domini uenit crudelis, & indignationis plenus & iræ furorisq;, ad ponendam terram in solitudinē, peccatores eius conterendos de ea.*] Pro terra Septuaginta ὁλην οἰκουμένην, id est, orbē interpretati sunt: pro crudeli, insanabilem. Cum enim dies uel iudicij uel mortis aduenerit, implebitur illud quod in sexto psalmo legitur: In inferno autem quis confitebitur tibi? Non est enim illud tempus pœnitētiæ, sed pœnarum. Et in alio loco dicitur, Quām magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Ergo absconditur multa dei misericordia ab his qui adhuc in timore sunt positi, & perfectā dei non habent charitatē: ut dum crudelem audiunt diem domini & insanabilē, & indignationis furorisq; plenum, peccare desistant. Ponetur quoq; orbis uel terra in solitudinem, & peccatores conterentur de ea quæ prius peccatorum onere grauabatur: ut deleris perditisq; sceleribus, habitet & regnet in terra sola iusticia. c ¶ *Quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu suo, etc.*] Pro eo quod nos interpretati sumus, splendor earum: haud dubium quin stellarum, Aquila & Theodotio ipsum uerbum posuerunt Hebraicum כסיל pro quo Septuaginta Orionem transtulerūt: addētes de suo, & omnis ornatus cœli: quē C obelo prænotandū est. Orionē aūt gentilū fabulæ dicunt uiginti duas habere stellas: è quibus quatuor tertiæ magnitudinis sunt, nouē quartæ: rursum aliæ nouē quintę, qui ab alijs appellatur Bootes. Legimus quoq; *Iob 9.a*
in Iob: Hyadas, & Vesperū, & Arcturū, & thesauros siue interiora Austri, de quibus in suo loco dicendum est. Nec putare debemus apud Hebræos has stellas his appellari nominibus, quæ Græcus sermo resonat & Latinus: sed propria habere uocabula: Sicut eīm deus uocauit lucem, diem: & firmamentū, cœlum: & aridam, terram: & congregationes aquarū, maria: sic & singulas stellas suis appellauit nominibus: quarum proprietatem nostra *Gen.1.a*
infirma iniquo lingua nō exprimit. Scriptū est de eo in alio loco, Qui *Psal. 146.a*
numerat multitudinē stellarū & omnibus eis nomina uocans. Quādo igitur dies dñi uenerit ad ponendum orbē terrarū in solitudinē: & peccatores de ea penitus auferendos: tūc ad cōparationē diuinæ maiestatis stellæ cœli, & omnis splendor earū retrahēt lumē suū. Nec mirū est hoc de minorib. stellis dicere, cum etiā sol ob tenebrescat in ortu suo, & lūna splendorē solitū nō habeat. Illud aūt quod Lxx. trāstulerūt, ꝙ stellæ & Orion, & omnis ornatus cœli obtenebrent sole oriente: nō habet quid signi, siue miraculi: hoc enim omni sit tempo- D
re, ut orto sole, stellæ quæ in cœlo sunt non appareant. Nec mirū hoc dixisse de sole, cum etiā plena luna & tota nocte fulgente, pleraq; astra non luceant. Esse autem etiā per diē stellas in cœlo, probat solis deliquiū: quod quando umbra terræ (ut philosophi disputāt) & obiecto orbe lunæ fuerit obscuratus clariora in cœlo astra uideant. d ¶ *Et uisitabo super orbis mala, et cōtra impios, etc.*] Quando uisitat & percutit deus, ad hoc percutit, ut emendet: deniq; quādo uehemēter irascit super eos qui *Osee 4.e*
non agunt pœnitentiā. Non uisitabo, inquit, super filias uestras, cum fuerint fornicatæ: & super nurus uestras, cum adulterauerint. Ecōtrario de his qui in Christo crediturī sunt dicit: Visitabo in uirga iniquitates eo- *Psal.88*
rū, & in flagellis peccata eorū. Misericordiā autē meam nō auferā ab eis. e ¶ *Et quiescere faciā superbiā, etc.*] Verbum Hebraicū גאון quod perspicue arroganiā & superbiā sonat, Theodotio & Lxx. semper iniuriā trāstulerūt: sensum magis ꝙ uerbū exprimētes: quia omnis superbus promptus est ad iniuriā. Ergo propterea dominus uisitat super orbis mala, & cōtra impios iniquitates eorū: ut cōprimat arrogantiā superborū, & superbiā fortiū humilier. Deus enim superbis resistit, humi- *1.Pet.5.b*
libus autem dat gratiā. Et in Prouerbijs legimus: Ante *Prou.16.a*
contritionē eleuat cor uiri, & ante gloriam humiliatur. Semper superbiam ruina sequitur, & humilitatē gloria. Qui enim se exaltat, humiliabit: & qui se humiliat, *Luc.14.c*
exaltabitur. Legimus in alio loco: Perdam sapientiam *1.Cor.1.c*
sapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo. Non quòd uera sapientia & uera prudentia perdant à domino, sed falsi nominis scientia: qui sibi thesaurizant linguam mendacij: & deficiunt scrutantes scrutinio

A tinio, & inueniunt nihil: loquentes iniquitatē in excelsum, & ponentes in cœlū os suū. Vnde propriè hæreticorū superbia ueritatis iniuria nominatur. a ¶ *Preciosior erit uir auro, etc.*] In cōsummatione mundi, quando orbis redactus fuerit in solitudinē, & obtenebratus sol in ortu suo, & luna splendorē suū nō dederit: tanta fiēt ab antichristo signa atque portenta: ut iniquitate crescente, refrigescat charitas multorū ad decipiēdos etiam si fieri potest electos dei. Tunc preciosior erit uir auro, qd Hebraicē dicit̄ נזר & Aquila interpretatus est πυῤῥόν, quod coloris optimi atq; sanguinei est, & homo mundissimo obrizo: quod Hebraicē dicitur אופיר & Aquila transtulit σωκλωμα ὀφαῖρ, quod nescio qd uolentes Lxx. interpretari sunt, lapidem de σκῶλος. Est autem Indiæ locus, in quo aurū optimū nascit: sicut in Genesi legimus de fluuio Phison: iste est qui circumit omnē terrā Euilath, ubi est aurū, & aurū terræ illius optimum, & ibi est carbūculus & lapis prasinus. Preciosior autē intelligitur, pro eo quod est rarior. Omne enim quod rarū est, pretiosum est, sicut & in Samuelis uolumine legimus: *Gen.2.b*
3 *1.Reg.3.a* Et sermo dñi pretiosus erat in Israel. b ¶ *Super hoc, etc.*] Cum preciosior fuerit uir auro & homo mundo obri- *Luc.18.b*
zo, & impletū quod scriptū est: Putas cū uenerit filius hominis: inueniet fidē super terrā? tunc & cœlū mouebunt & terra. Cœlū eīm & terra pertrāsibūt non sua uoluntate & ꝓprio arbitrio, ut plerique existimāt, animātia ea esse credentes: sed propter indignationē dñi exercituū, & propter diē furoris eius, qui respicit terrā, & facit eam tremere. Vnde hoc quod in Lxx. dicit̄, cœlū eīm furiet, μετενμικῶς accipiendū pro his, qui uersant̄ in cœlo, quō si dicamus omnis ciuitas cōclamauit, & obuiā iudici urbs uniuersa processit. Fundamēta uerò terræ, & in Prouerbijs legimus, Deus sapiētia fundauit ter- *Prou.3.c*
ram. Et ad Iob loquit̄ dns: Vbi eras quādo fundabā terrā? Non ꝙ terra habeat fundamēta, ꝓfunda mole deiecta: sed uoluntas & potestas dei, qua omnia continent̄, *Iob 38.a*
fundamēta illius appellanda sunt. Ipse eīm super maria *Iob 26.b*
fundauit eam, & super flumina collocauit eam, & ipse *Psal.23.a*
appēdit eā super nihili. c ¶ *Et erit quasi damula fugiens, & quasi grex ouiū, etc.*] Cœlo terraq; cōmotis, fugiet diabolus coluber tortuosus, uel omne dogma cōtrariū ueritati: quod in magistros ac discipulos scinditur: quorū priores propter ὀφυολιγωρίαν Græco sermone Dorcades. i. capreæ nuncupant̄: sequētes quasi bruta animalia, & huc atq; illuc errātia nō habēt qui eos dirigāt: perdiderūt eīm eū, de quo scriptū est, A dño gressus hominis diriguntur: qui liberati à magistris pessimis, conuer-

tentur ad populū suū, & singuli ad terrā suā fugient, de qua orti sunt, qui uerò inuentus fuerit, occidetur siue iugulabitur. Hoc autē non solū in cōsummatione mundi, sed usq; hodie fit in ecclesia, quando magistris superatis, grex deceptus reuertit̄ ad populum, & ad terram C
suam: & in eo quod inuenitur occiditur: ut hæreticus esse desistat. Et quicūq; superuenerit cadet in gladio spirituali. Tūc infantes eorū & paruulos, qui nondum ad perfectā uenerūt erroris ætatē, allidēt in oculis magistrorū, diripientęq; eorū domos: & uxores eorū uiolabunt, prauā sapientiā & doctrinā peruersam. Vnde ꝓ huiusmodi patribus, quorum interficiēdi sunt paruuli, debemus orare & dicere: Da eis dne. Quid dabis eis? Vuluā sterilē, & *Osee 9.c*
ubera arentia: Partu- *Psal.7.d*
rierunt enim iniquitatē, cōceperunt dolorem, & genuerūt iniusticiā. d ¶ *Ecce ego suscitabo super eos Medos, etc.*] Inuenimus in Genesi, quòd Madai D
autor gentis Medo- *Gen.10.a*
rum fuerit, qui interpretatur mēsura, siue à potente uel forti. Igitur cōtra Babylonios מדי
qui mente confusi sunt, suscitant̄ à potente & forti deo ministri ad puniendū fortitudinis: ut reddāt unicuiq; secundū opera sua. In qua eīm mēsura mēsi sunt, remetient̄ eis: Mensurā agitatā atq; cōcussam & plenā & super *Luc.2.c*
effundentē resituēt in sinus eorū. Qui nec argentū nec aurū, id est, nec eloquij pulchritudinē, nec acumen ingenij, in quib. sibi ante plaudebāt, recipient: sed pœnis afficient traditos, & paruulis ac lactēubus uteri nō miserebunt̄, ut magis miserent̄. Atq; utinā & nos suscitemur à dño, & hæc nobis detur potestas, ut nec argentū nec aurū uelimus eloquētiæ & sapiētiæ secularis, sed filios hæreticorū, & omniū q decepti sunt, interficiamus sagittis spiritualib. i. testimonijs scripturarū, & qui lacte nutriunt erroris, absq; ulla misericordia trucident̄, ut clemēti crudelitate pereāt: nulliusq; misereamur insaniæ, & illa beatitudine digni simus: Beatus q tenebit & allidet paruulos suos ad petram.

CAP. XIIII

E T erit, etc. cito ueniet & non tardabit. (*Quodq; sequitur.*) *Et dies eius non protrahentur.*] Asteriscis notandū est, quod de Theodotione addita sunt. Medis aduersus confusionis urbē suscitatis, qui nec aurum in bonis reputant, nec argentū, qui sagittis interficiunt paruulos, & lactentibus uteri non miserentur, & super filios non parcit oculus eorū: urbs quondam inclyta quæ erat in superbia Chaldæorū, qui interpretant̄, quasi dæmonia: sic subuertetur, quomodo subuersa est Sodoma & Gomorra, ut nullū in ea maneat prisinæ mansionis uestigium, sed posiq; fuerit cœlum nouum, & terra noua, & præterierit figura huius mundi, non habitabitur

CAP. XIIII

E T erit Babylon, quæ uocatur inclyta gloriosa regis Chaldæorum

H E B. infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Preciosiòr erit uir auro, & homo mundo obrizo. Superhoc cœlū concutiam, & mouebitur de terra de loco suo: propter indignationem dñi exercituum: & propter diem iræ indignationis eius.

Et ērit quasi damula fugiens, & quasi grex ouiū, & non erit qui congreget, unusquisq; ad populum suum conuertetur: & singuli ad terram suam fugient. Omnis qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorū allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum uiolabuntur. Eccē ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum uelint: sed sagittis paruulos interficiant, & lactentibus uteri non misereantur, & super filios non parcet oculus eorum.

CAP. XIIII

E T erit Babylon, quæ uocatur inclyta gloriosa regis Chaldæorum

S E P T. iniquorū, & iniuriam superborum humiliabo. Et erūt qui derelicti fuerint, honorati magis q̄ aurū excoctū, & homo honorabilior erit lapide de Suphir. Cœlū enim furiet, & terra mouebit à fundamētis suis: ꝓpter furorem iræ dñi sabaoth in die qua uenerit furor eius.

A bitur urbs cõfusionis in perpetuũ,& nequaq̃ eundem ſtatũ recipiet. Non em̃ ponet ibi poſtq̃ in priſtina gloria eſſe deſierit Arabs tentoria ſua: qui interpretat occidentalis & ueſpertinus: ut in ea cupiat habitare quam uiderit eſſe deſertã. Arabs aũt in præſenti loco in bonã

עֲרָב partem accipit: quod ſemper tẽdat ad finẽ, & oblitus præteritorũ, extẽdat ſe in priora. Nec paſtores requieſcẽt ibi, qui manſuetiſſimum domini gregẽ in Hieruſalem ſolent paſcere: ſed econtrario requieſcẽt ibi beſtiæ: quas deteſtaẽ pſalmiſta, dicens: Ne tradas beſtijs animam confitentẽ tibi. Pro quibus Aquila & Symmachus & Theodotio, ipſum uerbũ Hebraicũ poſuerunt שיח Et implebuntur domus eorũ, hoc eſt, Babyloniorũ, iuxta Lxx. & Theodotionẽ ἦχος, id eſt, ſonitu & clamoribus: iuxta Aquilam, typhonibus: quos nos in draconẽs uertimus: iuxta Symmachum אוחים quod uerbum in Hebraico continetur. Et

B habitabunt ibi ſtruthiones: animal ſemper ſolitudines appetẽs: de quo in Iob plenius ſcribit: qui cum pennas habere uideatur, tamen de terra altius nõ eleuatur: pro quo Lxx. σειρῆνας, id eſt, Sirenas interpretati ſunt. Piloſos autẽ qui dicuntur Hebraicè שעירים Theodotio erectis & ſtantibus pilis interpretatus eſt. Symmachus & Lxx. dæmonas tranſtulerũt. Pro onocentauris quoque, quos ſoli Lxx. interpretati ſunt, imitantes gentium fabulas, qui dicunt fuiſſe hippocentauros, tres reliqui interpretes ipſum poſuere uerbum Hebraicum לילית quod nos in ululas uertimus. Vbi autem Lxx. dixerunt, cubilia facient hericij in domibus eorum, & in Hebraico poſitum eſt תחש Aquila & Symmachus & Theodotio Sirenas interpretati ſunt: ſignificantes uel beſtias aliquas eſſe uel dæmonas, iuxta errorem gentilium dulce cantantes, & decipientes homines, qui huius ſeculi naufragium clauſis auribus tranſire non poſſunt. Porrò onocentauri nomen, ex aſinis centauriſq̃ compoſitum, uidetur mihi ſignificare eos, qui ex parte aliquid humanum ſapiunt, & rurſum uoluptatibus & cœno turpitudinis abducuntur ad uitia. Dicitur ergo ſecundum tropologiam: quod in fine mundi, uel mortis uniuſcuiuſq̃, omnis gloria & ſuperbia Chaldæorum, & confuſio mundi, recedat à nobis, & ita omnia ſubuertantur, ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorram: nec ultra mundi iſtius futurus ſit ſtatus, ſed pereat in æternum. Nec ponat ibi Arabs tentoria ſua: de quo in ſexageſimoſeptimo pſalmo dicitur: Iter facite ei qui aſcẽdit ſuper occaſum, dominus nomen eius. Nec paſtores ibi requieſcant: angeli uidelicet qui humano præſunt generi, & quotidie uident faciem patris, ſed requieſcant ibi beſtiæ, & dracones, & ſtruthiones, & piloſi, & ululæ, & ſirenæ: quas omnes beſtias in figura intelligimus angelorũ, uel dæmonum, & eorũ quib. tradimur ad puniendum. Et in domibus quondam uoluptatis, ubi erat lætitia & gaudium: ſit plãctus ululatusq̃, & lamentabilis uox Sirenarũ: quæ auditores ſuos ducit ad mortẽ. Tempus autẽ immĩnere iudicij & diẽ cõſummationis Babyloniæ non elongari, nequaq̃ mirabit, qui quotidie per ſanctos uiros in his qui credunt in dño, ſubuerti uiderit Babylonẽ, & æternitati comparatã, omnẽ longitudinem eſſe uicinam. De generibus beſtiarum imò monſtrorũ breuiter diximus, quia in priori libro iuxta hiſtoriã ex parte perſtricta ſunt. Hoc quoque conſiderandum, quòd poſtq̃ eccleſiaſticus ſermo & doctri

D na ſaluatoris urbẽ cõfuſionis euerterit, ita ut Sodomæ & Gomorræ comparetur, non habitetur à ſanctis uiris: nec paſtores requieſcant in ea, qui Chriſti gregẽ paſcere cõſueuerant: ſed econtrario requieſcant ibi beſtiæ & dracones, & ſtruthiones, & piloſi ſaltent in ea. Quicquid enim hæretici loquunt in ſynagogis Satanæ, non eſt doctrina domini, ſed ululatus dæmonũ & piloſorũ, quos imitabatur Eſau. Et Sirenæ requieſcent in deliciis uoluptatis: quæ dulci & mortifero carmine animas pertrahunt in profundum: ut ſæuiente naufragio, à lupis & canibus deuorentur. Prope eſt ergo & inſtat quotidie tempus ruinæ hæreticorum, & non differtur eorum ſubuerſio. a ¶ *Miſerebitur enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebũt eos populi, etc.*] Pro aduena, id eſt, προσηλύτης, Lxx. γηώρων interpretati ſunt: qui Hebraicè גר dicitur. Vnde puto & Moyſi filium, qui aduena erat in terra, nominatum à patre Gerſan. Ergo gioras non eſt Græcum uerbum, ſed Hebraicum, Græca conſuetudine declinatũ: licet quidam Hebræi ſermonis ignarus, Græcam in eo etymologiam exprimere conetur, ab eo quòd terrenæ rei curã habeat: γῆ enim, inquit, terra appellaẽ, & ὥρας φροντὶς, id eſt ſolicitudo. Rurſum pro בְּשֵׁל quam Aquila & Symmachus & Theodotio parabolã tranſtulerũt, quod & nos ſequuti ſumus, Lxx. τὸν θρῆνον. i. planctũ interpretati ſunt. Eſt aũt ordo: Poſtq̃ Babylon deſerta fuerit in æternum, ita ut habitatio beſtiarum ſit: miſerebitur dominus Iacob, eius uidelicet qui uitia ſupplan

A ſupplantauit, & eliget Iſrael, eum qui mente conſpicit deũ. Et nota uerborũ proprietatẽ: Iacob qui adhuc in lucta poſitus eſt miſerebit: Iſraeli uerò qui poſt victoriã nomẽ accepit, non miſericordia, ſed electio coaptatur. Requieſcere quoq̃ eos faciet ſuper terrã ſuã: de qua

Matt. 5.d ſaluator loquit: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

Pſal. 26.d Ibi: Credo uidere bona dñi in terra uiuentiũ. Adiungeẽ quoq̃ domui Iacob, qui electi ſunt per apoſtolos gentiũ multitudo, & tenebũt reliquias domus Iſrael, & adducent eos in locũ ſuũ, ut habitent in tabernaculis eorũ: & poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terrã domini in ſeruos & ancillas. Prodeſt quippe malis, ut bonis ſeruiant. Vnde & Eſau

Gen. 27 dicitur: Seruies fratri tuo. Et ad Iacob: Seruiet tibi frater tuus. Et accipient eos qui ſe ſophiſmatibus ante deceperant: & exactores ſuos qui omnia lucri cauſa faciunt, redigẽt in ſeruitutẽ. Poſtq̃ aũt requieuerit Iacob & Iſrael à labore ſuo, quo multũ cõtra ſeculũ & hæreticos pugnando laborauerat: & à cõcuſsione & ſeruitute ſua qua malignæ interpretationi & falſis dogmatibus ante ſeruierat: tunc ſumet planctũ atq̃ parabolã contra regẽ Babylonis: ſermonẽ uidelicet hæretici erroris & confu

B ſionis, & dicet quæ ſequunt. Locũ iſtũ Iudæi interpretantur carnaliter: cũ poſtq̃ reuerſi ſunt de Babylone, factũ eſſe docere non poterunt. Neq̃ enim Babyloniſ ſeruierunt eis qui eos prius ceperant: nec uictis Babylonijs domus eorũ poſſẽderunt: neq̃ habuerunt eos in ſeruos & ancillas. Reſtat igitur ut iuxta fabulas ſuas de imperio hoc putent futurũ eſſe Romano: quibus ſuperatis in ultimo tempore, ſeruituræ ſint eis gentes, quibus ante ſeruierint: quod ſi ſequentes literã, ſpe ſe falſa decipiunt, quis eis cõcedet ut Roma uocetur Babylon, & Nabuchodonoſor rex Romani imperij? c a ¶ *Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributũ, contriuit dominus baculũ impiorũ: uirgam dominantiũ, cædentẽ populos in indignatione, etc.*]

1. Pet. 4.d In Petri epiſtola legimus: Tempus eſt, ut incipiat iudi-

Ezech. 9.c cium à domo dei. Et in Ezechiele tortoribus dicit: A ſanctis meis incipite. Pro diuerſitate quippe peccati, iudicij ordo diſponitur: ut qui minus deliquerint, ante pur-

1. Cor. 15.d gentur. Nouiſsimus autẽ inimicus, deſtruatur mors. Ergo cum Iſrael de ſeruitute dura fuerit liberatus, ſumet parabolã cõtra regem Babylonis: quam debemus intelligere ut parabolam. Si enim contra Nabuchodonoſor ſermo eſt: & ſimplex hiſtoriæ expoſitio: quomodo parabola dicitur, quæ nulli alteri πρᾳβάλλεται, id eſt, cõparatur? Miratur ergo Iſrael quõ ceſſauerit exactor, qui exigere conſueuerat uſq̃ ad nouiſsimũ quaMatt. 5.d drantẽ. Exigere autẽ cõſuetus non alios niſi debitores qui dicunt in oratione dominica: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Huic exactori debitores tradunt à iudice, qui eos mittit in carcerẽ, & exigit uſq̃ ad peccatũ minimũ. Deniq̃

1. Cor. 5.d & Paulus apoſtolus in Corintho fornicantẽ, qui uxo-

2. Tim. 1.d rem patris acceperat: necnon Phygellũ & Hermogenẽ tradidit exactori. Et de his exactoribus etiam ſupra dicitur: Populus meus exactores ueſtri deprædantur uos: & qui repetunt, dominantur ueſtri. Pro tributo, Aquila famem interpretatus eſt. Sublato enim à nobis ſpõſo: famẽ patimur uerbi dei, & iugiter à corpore domini ieiunamus. Idcircoq̃ uirga & baculus impiorũ: pro quo Lxx. τὸν ζυγόν, id eſt, iugũ interpretati ſunt, percunt nos ſiue opprimit: quia noluimus ſuſtinere iu

C gum leuiſsimũ, iugũ ſaluatoris. Hoc autẽ baculo & hac uirga, inſanabili gentes furore cædebat, & fugientes perſequebatur crudeliter: non emendare uolens traditos, ſed occidere. b ¶ *Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit, etc.*] Ad interitum regis impij qui percutiebat plaga inſanabili nationes: & perſequebatur eas crudeliter: omnis terra conquieuit, & ſiluit: quæ prius tutbarũ & ſeditionis plena erat: in-

Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributũ. Cõtriuit dominus baculũ impiorũ: uirgã dominantiũ, cædentẽ populos in indignatione, plaga inſanabili: ſubijcientẽ in furore gentes: perſequentẽ crudeliter. Conquieuit & ſiluit omnis terra: gauiſa eſt & exultauit: abietes quoq; lætatæ ſunt ſuper te & cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendet q ſuccidat nos: infernus ſubter cõturbatus eſt, in occurſum aduẽtus tui ſuſcitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ ſurrexerũt de ſolijs ſuis: omnes principes nationũ: uniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu uulneratus es ſicut nos: noſtri ſimilis effectus es. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua: cõcidit cadauer tuũ: ſubter te ſternetur tinea, putredo & operimentũ tuum erũt uermes.

Quotantũ ut abietes & cedri Libani lætarent: de quibus in pſalmis ſcriptũ eſt: Vineã de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gẽtes & plantaſti eam. Operuit montes umbra eius: & arbuſta eius cedros dei. Haſ cedros dei, qa aliquando peccauerũt, tradidit dñs ſupplicijs cõterendas. Vnde in alio pſalmo dicitur: Cõteret dñs cedros Libani. Abietes autẽ excelſi quiq̃, & in dñi ſeruitute ſublimes debẽt accipi: quę cõſona uoce dixerũt: Ex quo tu dormiſti. Nota quòd & mortis mors appelletur dormitio. Non aſcẽdet qui ſuccidat nos. Victo enim foru & dire D ptis ualis eius, etiã cæteri ſatellites corruerunt. Vnde & dñs loquit in euãgelio: Ite in ignẽ æternũ, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Quantos iſti lignorũ arborũq̃ cæſores ſuis ſecuribus ſuccidерunt & fecere corruere! Infernus quoq̃ conturbatus ſiue uerſus in amaritudinẽ, in occurſum aduentus ueri Nabuchodonoſor: locus ſuppliciorũ atq̃ cruciatuũ eſt: in quo uidet Luc. 16.f diues purpuratus: ad quẽ deſcendit & dñs, ut uinctos de carcere dimitteret. Poſſumus inferno occurrentẽ dicere, & eũ angelũ qui inferis pœnis præpoſitus eſt: qui ſuſcitauit oẽs gigantes: pro quo alij Raphaim, alij Titanas tranſtulerũt. Gigantes aũt uocant iuxta ethnicorũ cõſuetudinẽ, qui eos terrigenas exiſtimant, quos terra genuerit. Nos aũt gigantes (iuxta Græci ſermonis etymologiã) eos appellare poſſumus, qui terrenis operibus ſeruierunt. Deniq̃ ſequitur: Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis, in aduentu quondã principis ſui: ut quẽ prius honorabant pro potẽtia, poſtea mirarent in pœnis & dicerẽt: Et tu uulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. Quæ uerba hunc ſenſum habent: Putabamus nos pro imbecillitate noſtra non potuiſſe reſiſtere potẽtiæ dei, & te eſſe ſolũ, qui in tua altitudine permaneres: ſed ut rebus oſtẽditur, & tu uulneratus & captus es, noſtriq̃ ſimilis effectus: ut quos in terra dignitas ſeparauit, apd inferos pœna cõ ſocier. Detracta eſt ad inferos ſuperbia uel gloria tua, & cõcidit cadauer tuũ: ſiue uti Lxx. tranſtulerũt ἡ πολλὴ ὑφροσύνη σου. i. multa lætitia tua, qua prius ſubiectis tibi gentibus lætabaris, Subter te ſternet putredo, & operimentũ tuum erunt uermes. Hæc requies diaboli: iſte lectus tentatoris: qui in tantã erectus eſt ſuperbiã: ut etiam dominũ auderet tentare, dicens: Hæc omnia tibi Matt. 4.b dabo, ſi procidens adoraueris me. Putredo & tinea & operimentũ uermiũ, uel pœnæ intelligũntur æternæ,

A quas propria gignit cõscientia: uel suppliciorũ materia, quæ ex propriis peccatis nascitur. Sicut enim quandiu cadaueris materia est, & aliqs humor in cadauere, uermes nascuntur ex putredine: sic ex ipsa materia peccatorum supplicia gignuntur. Vnde & apostolus Paulus interfecta morte, ad quã per Osee sermo

1.Cor. 15.b

ppheticus loquebatur: Ero mors tua ô mors: ero morsus tuus inferne: loquitur ad eam: Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors stimulus tuus? Illa eñ mortua non est qui succidat nos: nequaq; eñ erit peccatũ quod succidendum sit: Quia stimulus mortis peccatum sit. a ¶ *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, etc.*] Pro Lucifero, qui Hebraicè dicitur הילל Aquila transtulit ululantẽ auroræ filiũ. Verè enim ululare debuit & eiulare, qui propter superbiã suã de cœlo in terrã præcipitatus est, atq; cõtritus est. Vnde &

Luc. 10.c

saluator ad discipulos loquitur: Videbã satanam quasi fulgur de cœlo cadentẽ. Non modo uideo sed prius ui debã quando corruit. Et si ille propter superbiã de tanta magnitudine cecidit: uos quoq; non debetis gloriari, quia uobis dæmonia subiecta sunt: sed quia nomina uestra scripta sunt in cœlo: ut unde ille cecidit per superbiam, uos ascẽdatis per humilitatẽ. Iste est princeps seculi, qui inter stellas cæteras mane oriebat, &

B

suo uitio de Lucifero uesper effectus est: & non oriens, sed occidens: qui uulnerabat gentes, siue qui mittebat ad gentes satellites suos: ut oẽs sua fraude deciperet. Isti sunt falsi apostoli, operarij mendaces, qui transfigurant in apostolos Christi: qui bono semini lolii superseminãt, dormientibus ecclesiarũ magistris, & nolentibus aut nequeuntibus eorũ maliciæ resistere. Iacob aũt & Israel cuius misertus est, & quẽ elegit dñs, hæc adhuc loquit ad diabolũ: siue ut Lxx. uolunt, de diabolo, id est, non ad secundam personã, sed ad tertiã. b ¶ *Qui dicebas in corde tuo, In cœlum ascendam, super &c.*] Vel anteq; de cœlo corrueret, ista dicebat: uel posteaq; de cœlo corruit. Si adhuc in cœlo positus, quomodo dicit, ascendã in cœ-

Psal. 113.d

lum? Sed quia legimus, Cœlũ cœli dño, cũ esset in cœlo, id est in firmamento, in cœlũ ubi solium dñi est cupiebat ascendere: non humilitate, sed superbia. Sin autem posteq; de cœlo corruit, loquitur ista uerba, arrogantiam debemus intelligere: quod nec præcipitatus quieſcat: sed adhuc sibi grandia repromittat: nõ ut inter astra, sed super astra dei sit. Cumq; dñs loquatur ad

Matt. 10.c

apostolos: Sufficit discipulo ut sit quasi magister: &ser-

Ioan. 17.b

uo sicut dominus suus: & dicat ad patrẽ: Pater sancte, da ut sicut ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint. Iste intantũ sibi arrogat, ut super stellas cœli, quæ non corruerunt, solium suum positurũ esse se iactet. Quodq; infert: Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis: pro quo Lxx. transtulerunt: ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς βορρᾶν, id est, in monte sublimi: super montes excelsos, qui sunt ad aquilo-

Hierc. 1.c

nem: ad illud referamus quod in Hieremia dicitur: Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitatores terræ. Et quod olla succensa à facie aquilonis accendi-tur. Iste est Aquilo uentus durissimus: à quo suos uult dominus liberare captiuos, & reducere in ciuitatẽ sanctam, dicens: Dicam Aquiloni adhuc, & Aphrico noli prohibere adhuc filios meos de terra longinqua. Illud aũt quod huic potest esse contrariũ, montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni, facile soluitur. Hi e-

Psal. 47.b

nim qui quondã erant in lateribus Aquilonis duriſsimi: postea per pœnitentiã in ciuitate dei esse cœperũt. Semp istiusmodi Lucifer quærit ascendere super eos qui habent imaginem cœlestis: & qui fulgent in ecclesia sicut astra dei: & sedere in monte pacti siue testamenti, id est, in ecclesia quæ in sublimibus collocata est: & de lateribus quondam Aquilonis habitatores possidet. Qui intantũ oblitus sui est, ut uelit super nubes ascendere: qui bus mandauit dominus ne pluat super Israel imbrẽ: & ad quas peruenit ueritas dñi: cui loquit & Abdias: Si exaltatus fueris ut aquila: & inter sydera cœli posueris nidum tuũ: inde te detrahã, dicit dñs. Infelix Iudas, qui quasi nubes cum aliis apostolis mittebatur ut plueret super Israel imbrẽ: & quasi stella inter cæteras stellas erat: quibus dñs lo-

Matt. 5.b

quebatur: Luceat lumen uestrũ corã hominibus: uitio suo suscepit ascẽsorẽ diabolũ: qui ut superbiæ uerba cõpleret, euã hoc ausus est dicere: Ero similis altissimo: ut quõ Christus habet prophetas & apostolos suos, sic & ego habeã pseudoprophetas & pseudoapostolos. Hæc autẽ omnia referenda sunt ad hæreticos, qui cum deorsum sint, cũ principe suo excelsos se esse iactãt. c ¶ *Ve-* D *runtamen ad inferũ detraheris, etc.*] Non ad infernũ sponte descẽdes: hoc enim domini saluatoris est, ut uinctos de inferis liberet: sed ad infernũ detraheris inuitus: ut qui per uirtutes poteras ad excelsa cõscẽdere, per uitia detraharis ad pœnas. Sancti pennas habẽt aquilæ & pennas columbæ, & possunt dicere: Volabo & requiescam.

Psal. 54.b

Impij autem & Aegyptiorũ similes, demersi sunt quasi plumbũ in aquis uehementissimis, & demersi sunt in profundũ sicut lapis. Vnde & iniquitas, siue ut melius

Exod. 15.b

habetur in Hebræo, impietas super talentũ plumbi sedere cõspicitur. Ergo illud quod alibi legimus: Omnis

Zach. 5.c

Luc. 14.c

qui se exaltat, humiliabitur: etiã rex confusionis passus est, ut detraheretur in fundamenta terræ: siue ut uerius in Hebraico habetur, in profundũ laci. De fundamẽtis terræ in Deuteronomio scribitur: Ignis succensus est in

Deut. 32.c

furore meo: ardebit usq; ad infernũ nouissimũ. Deuorabit terrã & fundamẽta eius: eos uidelicet qui terreni sunt. De lacu quoq; quod per eum ꝓfunda significentur inferni, illa sunt testimonia. Assimilatus sum cum

Psal. 87

descẽdentibus in lacum. Et: Posuerunt me in lacum no uissimũ. Sicut enim lacus aquas ad se descendentes, ita infernus animas suscipit: ad quem lacum descendit Ba

2.Reg. 23.c

naias tempore niuis & frigoris: & interfecit in eo leo-

1.Par. 11.c

nem. Vnde & hæretici relinquunt fontem aquæ uiuentis, dominũ: & fodiunt sibi lacos contritos qui aquam non ualeant continere. De his lacis, qui feruorem non

Hiere. 6.b

habent spiritus sancti: nec Hieremiæ propheræ similes sunt: qui iuxta Septuaginta interpretes loquebatur: Inueni aquam calidam in deserto: sed refrigescente charitate, calorem sancti spiritus perdiderunt: Ille est lacus, de quo idem Hieremias loquitur: Sicut refrigerat lacus aquam, sic refrigerat malicia habentes se. Qui utinam (iuxta Apocalypsim Ioannis) aut calidi

Apoc. 3.c

essent, aut frigidi: id est, aut crederent, aut omnino non

A non crederẽt, ne per teporẽ & simulationẽ fidei à dño reiicerent. a ¶ *Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, etc. & uinctis eius nõ aperuit carcerẽ.*] Siue ut Lxx. transtulerunt: eos qui ducebãt non soluit. Qui uiderint Nabuchodonosor regẽ Babyloniũ nõ oculorũ, sed cordis intuitu de cælo ad inferos corruisse: inclinabunt humilitate, quæ cõtraria est superbiæ: & illum prospicient ista dicentes: Nõne iste est uir siue homo qui cõturbauit uel cõcitauit terrã? Et sensus: Qui dixerat, ero similis altissimo, & se iactabat deũ: homo esse conuincit, de quo in nono psalmo,

Psal. 9.d

qui proprie cõtra diabolum est, dicit: Exurge dñe, non conforte tur homo. Et in Euan-

Matt. 13.d

gelio: Inimicus homo superseminauit ziza nia. Vnde ad eum & socios eius dictum legimus: Ego dixi, dij

Psal. 81.b

estis, & filij excelsi omnes. Vos autẽ sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Et ad eun dem sub figura principis Tyri dicit: Pro eo quod exal-

Ezech. 28.d

tatum est cor meum, & dixisti: Deus ego sum, habitatione dei habitaui in corde maris: tu autem es homo & non deus: & dedisti cor tuum sicut cor dei. Iste uir &

B

iste homo conturbauit uniuersam terram, eos uidelicet qui audiunt cum Adam: Terra es, & in terram ibis:

Gen. 3.d

& concussit regna siue reges: quorum cor in manu do-

Prou. 21.d

mini est. Concussit, inquit, nõ subuertit. Vnde & unus de his qui concussi fuerant, & tamen non ruerat, lo-

Psal. 72.d

quebatur: Mei autem pene moti sunt pedes. Et Apostolus loquitur ad credentes, ut arripiant armaturam dei,

Ephe. 6.b

Matt. 7.d

& stent contra insidias diaboli. Domus autem quæ supra petram fundata est, nulla tempestate concutitur.

Sequitur: Qui posuit orbem terrarum desertum: Siue ut iuxta Hebraicum, præter Septuaginta, omnes alij transtulerunt, quasi desertum. Vitijs enim suis atq; peccatis, orbem qui Hebraice dicitur תבל fecit esse desertum, ut nullam haberet uirtutem, uel eisdem subiaceret uitijs, quibus gentium plena est solitudo. Vrbes quoq; eiusdem destruxit orbis: ut de ecclesiis Christi faceret synagogas diaboli: & inunditiam ueræ fidei hæretica sorde polluret. Sed & uinctis eius, id est orbis, non aperuit carcerem. Nos omnes uincti eramus & clausi tenebamur in carcere: quibus uinctis dixit saluator, exite, & his qui erant in tenebris, reuelamini. Dominus enim soluit compeditos. Qui liberati ab eo gratias refe-

Psal. 145.b

runt, dicẽtes: Tu dissoluisti uincula mea. Funibus enim

Prou. 5.d

peccatorum suorum unusquisque constringitur: quos funes atq; uincula soluere possunt & apostoli imitantes magistrum suum qui eis dixerat: Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Soluũt autem eos

Matt. 18.c

apostoli sermone dei, & testimonijs scripturarum, & exhortatione uirtutum. b ¶ *Omnes reges gentiũ uniuersi dormierũt in gloria, etc.*] Reges gentium, quibus deus secun-

Deut. 32

dum canticum Deuteronomij gentes crediderat gubernandas: qui concussi sunt à Nabuchodonosor, & tamen non subuersi: quorum nequaquam regnat peccatum: sed quia cor eorum in manu dei erat, minime corruerunt. Etenim saluator: quomodo deus deorum appellatur, sic dominus dominantium, & rex regũ. Isti igitur reges uniuersi requieuerũt in gloria sua: C

Ioan. 14.d

unusquisq; in domo sua. Diuersæ quippe apud patrem suũ mansiones: & ꝑ uarietate uirtutũ, habitationũ differentiæ. Porrò Nabuchodonosor proiectus est de sepulchro suo: nec in morte à cruciatib. cõquieuit. Proiectus est autẽ quasi sanies, quæ Hebraice dicitur נדף quã Aquila ἰχῶρα interpretatus est, tabẽ uidelicet & pedorẽ, quẽ Symmachus ἔκτρωμα, id est abortiuũ, Lxx νεκρός, mortuũ: Theodotio germen: quanq; hoc ipsum uerbũ suprà, ubi de Christo legimus: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, Lxx ἄνθος, id est florem: Theodotio βλαστός, id est germen, Aquila ἀκρεμονα, id est uirgultum, interpretati sunt. Proprie aũt Nezer dicitur uirgultũ, quod ad radices arborũ nascitur, & ab agricolis auulsum quasi inutile proijcitur: unde & nos surpem inutilem trãstulimus. Igitur Nabuchodonosor quasi stirps inutilis incendio præparatus: uel sicut sanies pollutus & inuolutus his qui ab eo interfecti sunt gladio, & descenderunt usq; ad fundamenta laci, detrahetur in profundum, & ne cum his quidẽ habebit consortiũ sepulturæ quos interfecit. Alterius enim pœnæ est autor deli D

cti: & alterius qui ab autore cõpulsus est. Iste est gladius quo uulnerati sunt plurimi & interfecti, de quo in septimo psalmo legimus: Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum uibrabit: arcũ suum tetendit, & parauit eum: Et in ipso parauit uasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit: his uidelicet, qui in suum cor ignita diaboli iacula susceperunt. Porrò iuxta Lxx. cadauer Nabuchodonosor cũ plurimis interfectis pollutum atq; cõfossum iacebit in superbiæ montibus, & deducetur ad inferos. Fundamenta autem laci, pro lapidibus laci interpretatus est Symmachus, ut alijs uerbis, profundum & tartarum significaret inferni. c ¶ *Quasi cadauer putridũ nõ habebis consortiũ neq; cum eis in sepultura. Tu enim terrã tuã disperdidisti, populum tuum interfecisti.*] Quia multum inter se Hebraicum distat & Septuaginta editio, separatim de singulis disseramus. Sicut cadauer putridum, siue ut Aquila transtulit, conculcatum: non habebis consortium sepulturæ, nec cum his quidem quos interfecisti. Tu enim magister es, illi fuere discipuli: & cui plus creditum est, plus exigitur ab eo. Tu enim terram tuam disperdidisti: populum occidisti: eos uidelicet qui tibi crediti sunt gubernandi. Vnde ad saluatorem audet dicere: Hæc om-

Matt. 4.b

nia mihi tradita sunt, & dabo tibi ea: si procidens adoraueris me. Cadauer autem diaboli putridum, ob magnitudinem peccatorum dubitare non poterit: qui legerit peccatum esse fœtidissimum, ipso peccatore dicente: Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ

Psal. 37.a

à facie insipientiæ meæ. Econtrario uirtus boni odoris est. Vnde & spiritualium fratrum dilectio comparatur unguento quod descendit super barbam, barbam

Psal. 132.a

Aaron: & super oram uestimenti eius. Et ad sponsam

Cant. 2.d

sponsus loquitur: Odor tuus suauis, & facies tua speciosa. Quomodo aũt cadauer diaboli spiritualiter conculcetur: illud apostoli docet nos: Deus conteret satanam

Rom. 16.a

A sub pedib. uestris uelociter. Et dñi uerba, dicētis, Quasi
Psal. 17.f lutū platearū delebo eos. Iste quia terrā sibi creditā per-
didit, & cōmissum sibi populū trucidauit, nequaq; eos
uiuos reseruās deo, sed socios suæ præparās sepulturæ:
propterea nō erit, nec uocabit in æternū semē pessimo-
rū. Porrò iuxta Lxx.
hunc habet sensum, ô
lucifer qui mane ori
baris, qui qñ habe-
bas opera uirtutis &
luminis, uestimētum
Psal. 103.a poterat, Amictus lu-
mine sicut uestimēto:
quia multos interfeci
sti gladio, qui descen-
derūt ad infernum, &
eorū pollutus es san-
guine, nequaq; uoca-
beris uestimentū dei,
sed uestimentū cruo-
re permixtū: non ma
culatū arq; pollutū, ut
aliquid mūdi habere
uideris, sed totū san
guine cruentatum. Et
hoc notandum quod
ad diabolū dicat: Si-
cut uestimētū cōmix-
tum sanguine nō erit
mundū, sic & tu nō eris mundus. Vbi sunt ergo qui dāt
diabolo pœnitētiā, & dicūt illum posse mūdari? Nec sta
B tim fatemur hæresim quæ diuersas asserit esse naturas:
& aliā esse quæ nunq; recipiat sanitatē. Nō enim hoc ue
stimentū per se immundū est: & ita à deo conditū quo
olim deus uestiebat: sed quia cōmixtum est sanguine, &
totū se polluit suo uitio & malis accedentibus, non erit
mundum. Et propterea non erit mundū, quia terrā do
mini perdidit, populū eius interfecit, terrā Iudææ & ter
ram confessionis, & sanctos quosq; perdens atq; inter-
ficiens, & ideo nō manebit in perpetuū. Vnde & in Euā
Matt. 25.d gelio dicitur: Ite in ignē æternū qui præparatus est dia-
bolo & angelis eius. Quomodo aūt sanctus uestimen-
tum dei est, & uestimentū nouū, & uestitur tunica salu-
Esaiæ 61.d tis atq; lætitiæ, dicēs: Exultet anima mea in dño. Induit
enim me uestimento salutis: & tunica lætitiæ circunde-
dit me. Sic econtrario peccator qui portat imaginē ue-
Esaiæ 50.d teris hominis atq; terreni, meretur audire: Ecce omnes
uos quasi uestimentum ueteraſcemini, & tinea deuora
bit uos. Qui autem profecerit in scelere, & uetustatē no
luerit emundare nouitate, nequaq; ueteri uestimento,
sed panno menstruatæ mulieris comparabitur, dicens:
Errauimus & facti sumus immundi omnes nos, sicut
pannus menstruatæ uniuersa iustitia nostra. a ¶ *Semē
pessimorū, etc.*] Pro semine pessimo, quod Lxx. transtule
runt, in Hebraico scriptum est זֶרַע מְרֵעִים quod cęteri
Gen. 1.d semen pessimorum interpretati sunt: Non quod ipsum
semen per seipsum malum sit. Deus enim omnia fecit
bona: sed ab his qui sua uoluntate sunt pessimi, semen
ortum sit malum, quod uoluntate fit, non natura. Vn-
Dan. 13.f de & in Daniele legimus: Semen Chanaam & non Iu-
1 Cor. 4.d da. Et de bonis filijs dicitur ab Apostolo: In Christo Ie-
Ioan. 1.a su per euangeliū ego uos genui. Et in Euangelio: Quot
quot eum receperunt, dedit eis potestatem ut filij dei fie
rent. Omnis enim qui facit peccatum, de diabolo est.
Huic igitur præcipitur semini ut filios suos, omnes scili
cet cognationes pessimas, & opera mala præparet occi
sioni, quæ ex impijs nata sunt patribus: haud dubiū qn
contrarias significet fortitudines: Qui pessimi filij ideo
trucidant in iniquitatib. patrū suorū: ne ultra cōsurgāt C
& possideāt terrā, quæ à sanctis possidēda est & implen
da, ut ciuitates in ea dñi construant. Et quia nō est ho-
minū perfecta uictoria: Nisi em dñs custodierit ciuitatē, Psal. 12
in uanū uigilabunt qui custodiūt eā. Ideo dñs ipse con-
surget aduersus filios
pessimorū: & disper-
det de confusione no
mē eorū & reliquias,
& omne germē & pro
geniē, ne ultra pullu-
lent in urbib. dñi. Le-
gimus in Euāgelio, q; Ioan. 8.f
diabolus ab initio mē
dax sit, & pater eius. i.
mēdacij: quod multi
nō intelligētes, patrē
diaboli uolūt esse dra
conē, q; regnet in ma-
ri, quē Hebræi appel-
lant לִוְיָתָן Et hoc pu-
tāt loco cōuenire præ
senti iuxta Lxx. inter
pretes q; dixerūt: pro
peccatis patris tui: cū
perspicue in Hebræo
non patris tui,
sed patrū suorū signi-
ficet. b ¶ *Et ponā, etc.*]
Cum perdiderit dñs
exercituū nomen Babylonis, & reliquias, & germen, &
uniuersam progeniē, nō erit eius perditione contētus,
nisi dederit eam possessionē hericij, & paludes aquarū:
& scopauerit eā nō leuiter & fortuito, sed terens ut nihil
in ea antiquarū sordiū resideat. In Actibus apostolorū D
scribit, in uase illo linteo quod quatuor demissum prin Act. 10.d
cipijs pendebat è cœlo, omnia genera quadrupedū, &
reptiliū, & uolatiliū contineri: quod postea Apostolus
disserens: Deus, inquit, ostendit mihi nullum hominē Ibid. 11.d
immundū dicere. Mores ergo hominū in diuersis ani-
mantibus monstrabantur: sicut Pharisæi & Sadducæi
propter nequitiam appellantur genimina uiperarum: Luc. 3.b
propter dolos, Herodes uulpes dicit: & luxuriosi pro- & 13.b
nię ad uoluptatem, equi appellantur, insaniētes in fœ Hier. 5.c
minas. Et, Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus Psal. 31.a
non est intelligentia. Econtrario innocentes columbæ
uocantur & oues. Igitur iuxta doctrinā domini saluato
ris, qui curas istius seculi & seductionem diuitiarū spi-
nas appellauit, hericius mihi uidetur, qui iuxta Apostо- 1 Tim. 6.d
lum, gaudet in incerto diuitiarum, & armatum se non
armatura dei, sed spinis atq; peccatis huius mundi esse
confidit, cui rectissime dicitur illud euangelicum: Stul- Luc. 12.c
te hac nocte auferetur anima tua à te, quæ autem para-
sti cuius erunt? Tales habitatores habet Babylon deser
ta uirtutibus, ubi non est ager irriguus, qui afferat fru-
ctus diuersorum seminū, sed paludes infertiles & limo
sæ ac lutosæ, in quibus cœno gaudentia reptant anima
lia. Quamobrē clementissimus dominus scopauit eam
uehementissime terēs, & quasi quodā uerriculo ad pu-
rum usq; mundauit, ut Babylonia semina pereant, & à
solis habitent hericijs. quādo uidemus aliquē diuitia
rū immersum luto, & ut Lxx. interpretati sunt, βάθρῳ,
hoc est, profunda uoragine, & quasi cœnosa palude circū
dari, nō dubitemus eū appellare hericiū, habitatorē de
sertæ Babylonis. c ¶ *Iurauit dominus, etc.*] Postq; hericius habi
tauerit in deserta Babylone, & pro agris irriguis ac ferti
libus paludes cūcta operuerint, ita ut nihil pristini semi
nis & abūdātię in Babylone resideat, iuramentū dñi cō
plebitur, & eueniet quod mēte tractauit, ut conterat As-
syrius

A syrius in terra eius: & in montibus illius conculcet. Ho
stis quippe temerarius nō solum terrā dei & humiliora
quęq; occupare festinat: sed etiā eos qui in dei seruitute
uirtutib. profecerūt: ita ut montib. comparent, & dicat
Psal. 86.2 de eis: Fundamēta eius in montib. sanctis. Et nota pro-
prietatē. In terra con-
terit, in montibus dei
ab ipso dño conculca
tur. Cum em oēs ini-
mici positi fuerint sub
pedibus Christi: ita ut
nouissima destruatur
mors: tunc auferetur
à sanctis grauissimū
iugū Assyrij, quo eos
ante depressērat, & o-
nus, siue ut Lxx. tran
stulerūt, τὸ νικᾶν, id
est gloria, ab humero
eorū tolletur, ut subla
to iugo Assyriorū ui-
deant requiem, quia
bona est: & terram,
quia uberrima est: &
supponant ceruices
suas iugo Christi ad
laborandum, & fiant
uiri agricolæ. Vnde et
Isachar, qui interpre-
tus est merces, ex uir-
tutibus nomen acce-
pit. Et in propheta le-
gimus, Est merces his
qui seruiūt domino.
B Et in alio loco: Ecce
dominus, & merces eius cum eo, qui reddet unicuique
secundum opus suum. Quod autem conterātur & con
culcentur Assyrij, id est contrariæ fortitudines, & illud
Lucæ 19.c euangelicum docet: Ecce dedi uobis potestatem calcan
di super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtu
Rom. 16.c tem inimici. Et Apostoli uerba testantur: Deus conteret
satanam sub pedibus uestris uelociter. a ¶ *Hoc consiliū
quod cogitauit super omnē terrā, etc.*] Pro omni terra, Septua
ginta uniuersum orbem interpretati sunt. In fine one-
ris uel uisionis contra Babylonem, quod latebat aperi-
tur, deum cogitasse consilium super omnem terram, id
est orbem terrarum, & nō contra terram tantum Chal-
dæorum & regem Assyrium atq; Chaldæum. Et exten-
tam siue eleuatam manum eius super omnes gentes, &
non super unam gentem Babyloniam. Ex quo ostendi
tur, cuncta quæ dicta sunt non ad unam prouinciam
specialiter, sed contra orbem terrarum generaliter per-
tinere. Quodq; dicitur: Quis poterit infirmare, & quis
auertet eam? Non pro difficili debemus accipere: sicut
Psal. 16.6.d illud legitur: Quis sapiēs & intelliget hęc? Et, Quis puta
est fidelis & prudēs dispensator? & cętera his similia: sed
pro impossibili. Nullus enim poterit domini infirma-
re consilium, & manum eius extentam siue sublimem
ne percutiat auertere. b ¶ *In anno quo mortuus est rex A-
chaz factum est onus istud, Ne lęteris Philistæa omnis tu, quoniam
comminuta est uirga percussoris tui: De radice, etc.*] Mortuo A-
אָחָז chaz, qui interpretatur κατάσχεσις, id est, obtentio siue
possessio, quem regem impiissimum legimus: fit
pondus istud super Philistim siue uerbum. Viuente e-
nim illo & regnante in peccatoribus, nec pondus con-
tra alienigenas, nec sermo dei fieri poterat ad prophe-
tam. Quod quidē & suprà dixisse me memini, quando
Ozia mortuo, uidit Esaias dominū sedentē super thro-
nū excelsum & eleuatū. Et in Exodo legimus, q; postq;
mortuus est rex Aegypti, ingemuerint filij Israel ab ope C
ribus suis, & exclamauerint, & ascēderit clamor eorum Exo. 2.2.d
ab operibus, & exaudierit dñs gemitus eorū. Nisi enim
esset mysticū quod dicebat, illo magis regnante clama
re debuerant: quando luto & lateribus deseruiebant.
Præcipitur ergo Phi-
listim, quos nunc
Palæstinos uocant, &
semper à Septuagin-
ta ἀλλόφυλοι, id est,
alienigenæ transfe-
runt: & dicitur eis,
ne gaudeant neq; læ-
tentur, quoniam con
triuerint uirgam uel
iugū percussoris sui.
Quem enim diligit Heb. 12.b
dominus, corripit: &
castigat omnem fi-
lium quem recepit. Et
quasi filios nos eru-
dit deus, quando ui-
sitat in uirga iniqui-
tates nostras, & in fla
gellis peccata nostra,
ut misericordiam nō
auferat à nobis. Hæc
est uirga de qua in a-
lio psalmo scribitur:
Virga tua & baculus
tuus ipsa me conso- Psal. 22.b
lata sunt. Hæc est uir-
ga, & hoc iugū quod
ceruicibus omnium
uult saluator impo- D
nere: ut deposito iugo Nabuchodonosor, portent iu-
gum Christi. Quod si quis abierit atque contrauerit,
statim de semine siue radice serpentis, qui est coluber
tortuosus, egredientur regulus & aspides, & de aspi-
dibus exibunt serpentes uolantes: siue qui absorbeant
uolucres. Abiecto autem iugo dei, & contrita domini
disciplina: primum in cogitationibus nostris semen co
lubri radicatur: secundo de semine pessimo nascitur re
gulus, qui rex serpentium est: & afflatu suo atq; conspe
ctu homines occidere dicitur: siue genimina aspidum
de quibus in psalmo dicitur: Venenum aspidum sub la
bijs eorum, quæ peccata sunt uaria, & de cogitationum
pessimo thesauro in mala opera prorumpunt. Cumq;
regnauerint in hominib. alienis, qui à deo alieni sunt:
statim egrediuntur serpentes pennati, ut non sufficiat
eis cogitasse & fecisse quæ mala sunt: nisi patrocinium
quoque malorum operum quæsierint, & diuersas fin-
xerint hæreses. Ego puto serpentes esse pennatos qui se
exaltant & eleuant contra scientiam dei, & ponūt in cœ
lum os suum: uel qui absorbēr uolucres, hoc est qui ue
nenato ore singulos quosq; uolare cupientes, & ad ex-
celsa consurgere, suis faucibus deuorāt. Et hoc interim
de malis. Cæterum qui non contriuerunt uirgam, & iu
gum percussoris sui: sed ceruicem suam domino subie
cerunt: & sunt pauperes spiritu, pascētur & dicent: Dñs
pascit me, & nihil mihi deerit. Et à domino audiēt: In pa Ezech. 34.d
scuis uberrimis pascam eos. Et ingredientur & egredien
tur, & pascua inuenient. Et pascētur pauperes per eum
qui eos percunit ut emendet, & in pace requiescent: siue
pastore sollicito ipsi agēt fiducialiter, & cum Lazaro re
quiescent in sinu Abrahæ. Qui autem contriuerunt iu-
gum & uirgam percussoris sui, famem perpetuam sustі
nebunt, ut non alantur sermone dei, sed omnes eorum
reliquiæ intereāt, ne quid de malo semine germinetur.

¶ Vbi

Universidad De Navarra Biblioteca

A a ¶ *Vlulá porta, clama ciuitas, prostrata est Philistæa omnis. Ab aquilone enim fumus uenit, & nō est qui, etc. et quid respōdebitur nunciis eius, etc.*] Pro nunciis, id est, angelis, quos solus Symmachus trāstulit, oēs reges interpretati sunt, uerbi ambiguitate decepti, quia præter unā literā א quæ in angelorū uocabulo addita est, codē reges et angeli apud Hebræos appellantur nomine, id est מַלְאָכִים. In libro Hebraicorū nominū reperi Philistiim interpretari cadētes poculo. Qui ergo inebriati sunt calice Babylonis, & biberint uinum in quo est luxuria, & inter cætera uitia, ꝓpter ebrietatem regnū dei iuxta apostolū non fuerint cōsecuti, his præcipit, ut porta corū ululet, & clamet ciuitas. Portam hæreticorū, os arbitror quo blasphemant: ciuitatē, animā quæ malarū cogitationū thesaurus est. Hæc ululare debet & plangere, quia omnis prostrata est in terrā & deiecta, & nihil in ea sanæ intelligētiæ est deiectq; sapientiæ. Quare ululat porta? quā ob causam clamitat ciuitas? quia prostrata est omnis Philistæa. Curēp prostrata sit, sequēs uersus ostendit: Ab aquilone fumus uenit, & nō est qui effugiat agmē eius. Fumus iste ardentibus diaboli iaculis suscitat: qui noxius est oculis & contrarius lumini, & ab aquilone oriē, à quo in Hieremia olla succendit, & à quo exardescūt mala super oēs habitatores terræ, qui nō possunt dicere: Accola sum & peregrinus, sicut oēs patres mei, sed in terra habitāt. Vnde & in Prouerbijs legitur: Aquilo uentus durus. Nomine aūt alio dexter uocatur, qui cū per se durus sit & siniſter, & ceruice durissima iugū dei nolit recipere, uocatur dexter ab his qui ponunt dulce amarum, & amarū dulce: qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, & nullus est qui fumi huius agmē effugiat. Nemo enim absq; peccaro, nec si unius quidē diei fuerit uita eius. Cumq; Philistæa corruerit, & fumus eius uniuersa penetrarit, ita ut eū nullus possit effugere, quid dicet angelis qui singulis præsunt gentibus, admirātibus & scire cupientibus, cur sola Sion in specula & in sublimibus collocata amaritudinem fumi huius euaserit? Quid igitur dicetur eis? Nempe hoc quod sequitur: Quia dns fundauerit eam, & ipse sit fundamentū eius. Fundauerit autē eam super fundamentū prudētiæ, iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ, sub quibus nominibus Christus intelligitur, de quo & apostolus ait: Fundamentū enim aliud nemo potest iacere, præter eū q̄ positus est Iesum Christum. Qui aūt fatuus est, & stulta loquit, & cor eius uana intelligit, ædificat domum suam super arenam: quæ non habet fundamentū. In hac ergo Sion quæ fundata est à domino, sperabunt pauperes siue mansueti, & humiles populi eius, de quibus dicitur, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā. Et qui audierunt dominū loquentem: Discite à me, quia mansuetus sum & humilis corde. Qui ante gloriam humiliati sunt & audierunt dicentem apostolum Petrum: Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Pauperes aūt ipsi sunt de quibus suprà legimus: Pascentur primogeniti pauperū, & paupes fiducialiter requiscēt.

Vlulá porta, clama ciuitas, prostrata est Philistæa omnis. Ab aquilone enim fumus uenit, & nō est qui effugiat agmen eius. Et quid respondebit nūcijs gētis, quia dns fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

CAP. XV

ONūs Moab. Quiā nocte uastata est Ar, Moab conticuit, quia nocte uastatus est murus, Moab conticuit. Ascendit domūs & Dimon ad excelsa in planctum.

CAP. XV

VErbū contra Moabitidem. Nocte perijt Moabitis, nocte em̄ perijt murus Moabitidis. Contristamini in uobis, peribit enim Dimon: ubi ara est, illuc ascēdetis ad plorādum. Super Nabo & super Medaba Moab ululabit, in cūctis capitib. eius caluitiū, omnis barba radet. In triuijs eius accincti sunt sacco, & super tecta eius & in plateis eius omnis ululat, descēdet in fletū. Et clamauit Esebon & Eleale, usq; ad Iasa audita est uox corū. Sup hoc expediti Moab ululabūt, anima eius ululabit sibi. Cor meū ad Moab clamabit, uectes eius usq; ad Segor uitulā conternantē, per ascēsum meū Luith, flens ascēdet, & in uia Oranaim clamorē cōtritionis leuabūt: aquæ enim Nemrim desertæ erūt, quia aruit herba, defecit germē, uiror omis interijt. Secundū magnitudinē operis, & uisitatio eorum, ad torrentē salicū ducēt eos, q̄m circuiuit clamor terminū Moab, usq; ad Agallim ululatus eius, & usq; ad puteum Elim clamor eius, quia aquæ Dimō repletæ sunt sanguine. Ponam enim super Dimon additamēta his qui fugerint de Moab leonē, & reliquijs terræ.

CAP. XVI

EMittē agnum dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. Et erit sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu

Hier. 1.c
Prou. 25
Ephe. 5.d
Malach. 5.d
Matt. 5.a
1 Cor. 3.c
Num. 24
Abdiæ 1
1 Cor. 15
1 Thess. 5
Gen. 15.b

A a ¶ *Super Nabo & super Medaba Moab ululabit, etc.*] Quia omnis prophetiæ huius penè unus est sensus, ne eā per partes proponendo lacerarē, simul uniuersam posui: & qd mihi secundū anagogē uideat in singulis, breui sermone percurrā. Nabo interpretat sessio uel prophetia: Medaba, de saltu: Esebō, cogitationes: Eleale, ascensio: Iasa, factum, siue mandatū: Segor, parua: Luith, genæ: Oronaim, foramen mœroris: Nērim, pardi, siue præuaricatores: Agallim, uiculi, uel arenarū tumuli: Elim, arietes, siue fortes: Dimon, sufficiens mœror. Quia igit̄ omne dogma cōtrarium ueritati, quod absque inspiratiōe dei de humano sensu in erroris tenebris nascit, nocte uastatū est: & argumēta illius, quæ intelligū tur muri ecclesiastico sermōe destructa sūt: ita ut æterno silentio cōticuerint: intantum ut uniuersa eorum factio ad pœnitentiā & lachrymas uerteret: sup Nabo, id est, prophetiam & sessionem, id est, magistros eorum, & super

B Medaba, ubi non sunt arbores fructuosæ, sed saltus infertilis, in quo habitant bestiæ: de quo in uicesimooctauo psalmo scriptum est: Et reuelabit cōdensa saltus: erit ululatus & planctus, & omnia de capitibus eorum eloquentiæ ornamenta tollentur: ita ut nudi maneāt & deformes. Et si quid utilitatis habere uideātur in barba, rasum à utro ecclesiastico, effœminatū & debile cōprobetur. In triuijs quoq; eorum, id est, diuerticulis errorum, dum pro uoluptate sua fingit unusquiq; quod uoluerit, accingitur sacco pœnitentiæ, & super tecta ac domata, in quibus primum se sublimes esse credebant, & in plateis, quia non ingrediuntur per angustam uiam, quæ ducit ad uitā: sed per latam, quę ducit ad mortem, erit ululatus. Et nequaq; ascendēt in superbiam, sed descendent in fletum. Tunc intelligent omnes cogitationes suas uanas, quod interpretatur esebon: & cassum ascensum superbiæ, quod eleale sonat, ut uox eorū audiatur usq; ad mala opera quæ fecerunt, & mandatum quod putabant dei propria se cōfessione damnantes. Propterea uectes, id est qui firmi fuerint in Moab, & errorem suū intellexerint, ululabunt, & spē habere profectus incipient, cum anima eorum ululauerit sibi. Vnde prophera compatientis affectu loquitur ad eos, quorū anima ululabat sibi, & dicit: Cor meū ad Moab clamabit, ut eos ad pœnitentiā prouocem. Vectes aūt eorū & omnia firmamenta quæ habere in hæresibus uidebantur, ad Segor, hoc est ad paruulū usq; peruenīet, & ostēdentur non robusti esse, sed fragiles. hæc aūt Segor, hoc est parua pœnitentia si perseuerauerit, perducet eos ad perfectā salutē: quod utiula triū annorū significat: iuxta illud quod in Genesi legimus: ubi præcipit Abrahā ut offerat uitulum, arietem, & hircum triū annorū, perfectum scilicet sacrificium: ut hæres domini esse mereatur. Cumq; egerint pœnitentiam, per Luith, id est, genarum lachrymas ad altiora consecendent. Et hoc quasi

C

Philip. 3

בְּמוֹאָב

בִּירִיחָא

חֶשְׁבּוֹן

אֶלְעָלֵה

יַהַץ

צוֹעַר

לְחִיתִ

חוֹרֹנַיִם

נִמְרִים

אֲגַלִּים

אִילִים

דִּימוֹן

Num. 24

Abdiæ 1
1 Cor. 15

דִּיבוֹן

C

עֲבָרִים

Hier. 13.d

Psal. 118.d

אֲרִיאֵל

D

אֵלִים

דִּימוֹן

דִּימוֹן

עֶגְלַת

לְחִיתִ

A ad scientiã nõ ascenderint ueritatis. Dicit̃ itaq; ipsi Moab uel ei qui euaserit de Moab: Nihil agas absq; consilio, nec circumferaris omni uẽto doctrinæ: sed sequere eum qui magni cõsilij angelus est: Et coge conciliũ, ut de uagis & errantibus, dei ecclesiam facias. Vmbraculum aũt & tabernaculum, in quo prius requiescere te putabas: quod erat noctis & tenebrarum: pone in meridie hoc est in clarissimo lumine, in quo absc̃o dere debes de errore fugientes, & prius uagos ultra nõ prodere.

O eñ Moab profugi mei qui te dereliquerant: qui de ecclesia egressi erant, & dimittentes doctrinam spiritus sancti, suum sensum sequebantur: uel q̃ habitauerant apud te: cum eos cœperit uastator diabolus p̃sequi: tu ad eis dñi timorẽ tota mente conuersa præbeto latebras: & scito, q̃ post aduentũ agni qui de petra deserti ortus est dominator uniuersæ terræ, & uenit ad mõtem filiæ Sion: finita

B sit omnis potẽtia diaboli, quæ puluerì cõparatur. Et consumptus est miser, q̃ multos fecit miseros, & defecit qui conculcabat omnem terram, eos uidelicet qui terreni erant. Illo autem consumpto, & redacto ad nihili & penitus deficiente: præparabitur solium & regnum sempiternum. Primum in misericordia: Omnes enim sub peccato sumus & indigemus gratia dei. Et sedebit in tabernaculo Dauid, quod corruerat & suscitatum est, qui post misericordiam iudicet & quærat iustitiam: & reddat unicuiq; secundum opera sua. Consideremus à principio uel oneris uel sermonis Moab, in quo dicitur: Nocte uastata est Ar Moab, & cætera usq; ad hũc locum: & uidebimus quomodo per gradus & ordinem pœnitentiæ de Moabitis Israelitæ fiant, & fugiant quasi aues, & auolẽt quasi pulli de nido: ut transcendant per Arnon, et habitent in monte filiæ Sion, & omni diaboli uel antichristi potestate cõtraria, Christus regnet in his & ponat solũ suum, qui misericordia iustitiaq; saluati sunt. Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.

a ¶ Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde, etc.] Quãtis obscuritatibus locus iste iuxta Septuaginta interpretes inuolutus sit, ex eo perspicuum est, quòd legi uix potest. Dicamus ergo iuxta Hebraicum. Moris est scripturarum, ut postquam desperationem mentis humanæ læto nuncio subleuarint: rursum negligentes & nolentes agere pœnitentiam, cõminatione deterreantur ne bonitas dei induret cor nostrum. Cuius rei unum tantum ponamus exemplum. In centesimo quadragesimo quarto psalmo legimus, Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera illius. Et post paulum: Sustentat dominus omnes qui corruũt, & erigit omnes elisos. Oculi omniũ in te sperant dñe, & tu das escã illorũ in tẽpore opportuno. Cumq; præmisisset, cu stodit dñs omnes diligentes se: ne te negligentẽ faceret auditorẽ, intulit, Et oẽs peccatores disperdet. Quia igit consummato antichristo & parẽte eius diabolo, q̃ conculcabat uniuersam terrã: præparandũ est uaticinatũ esse solium in misericordia, & eũ qui sessurus sit in tabernaculo Dauid, ex persona sanctorũ, qui de Moab saluati sunt, & experimẽto suo eius didicere superbiã, propheta loquit̃, Audiuimus superbiam Moab: siue iniuriam, ut Lxx transtulerunt. Quis eñ hæreticorũ nõ superbus est? qui ecclesiasticã despiciẽs simplicitatem, ita habet ecclesiæ homines, quasi bruta animalia, & intantum superbiæ iniuriæq; tumore erigit̃, ut cõtra ipsum creatorem armet os suum, detrahens prophetis eius, quasi auctoritate testimonij eu angelici, in quo saluator ait: Omnes qui uenerunt ante me: fures fuerũt & latrões: adeo ut Moysen quoq; famulum dei appellet homicidam: & Iesu filio Naue detrahat, quasi homini sanguinario: qui tantæ sanctitatis fuit, ut ad imperium sermonis eius sol lunaq; constiterint. Et Dauid, de cuius semine ortus est Christus, homicidam & adulterum uocet: nõ respiciens eius pœnitentiam & mansuetudinem, qua dei clementia comparatur. Sed quamuis superbus sit & arrogans, & furibundus exultet, tamen plus audet quàm eius patitur fortitudo. Idcirco Moab ululabit ad Moab, id est, alter ad alterum, omnes uidelicet hæreticorum & secularis sapientiæ diuersitates contra se mugient, cum in tormentis fuerint. Quam ob rem his qui muros habent non quadris ædificata lapidibus, de quibus templum ædificatum est, & in tantum politis, ut malleus & securis non sit audita in domo dei: O uos ecclesiæ magistri, uel qui estis de Moab errore saluati: annunciate plagas suas, quibus hæreticorum iaculis uulnerati sunt. Omnes enim cogitationes eorum, quod significat Esebon, non ad urbis dominicæ habitationem pertinẽt, de qua scriptum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei: sed suburbana sunt, ut ad urbem domini pertinere credantur, quæ suburbana, dei sunt deserta præsidio, siue diuino igne combusta: præcipue uinea Sabama, quæ interpretatur attollens altitudinem, eo quòd in altũ se erigat, & superbiæ suæ turrim usq; ad cœlum extruere conetur. Quod aũt in Lxx. positũ est, τοῖς κεκοικόσι ἐν ἀσεβεῖ, id est, habitatoribus Deseth: in Hebraico non habetur: sed pro hoc legitur חרשת quod testam siue coctum laterem significat. *b ¶ Domini gentiũ exciderunt, etc. uineam Sabama inebriabo te, etc.*] Suburbana Esebon, de quibus suprà diximus

A ximus, deserta sunt: & uinea Sabama quæ interpretari potest, nõ solũ extollens altitudinẽ, sed & conuersio aliqua: quia uideatur in regione Moabitica ad dñi seruitutem aliqua ex parte uelle conuerti. Huius igitur uineæ Sabama, dñi gentium apostoli & apostolici uiri: flagella & propagines penitus abciderunt: ne ex alijs hæresibus aliæ nascerentur hæreses: & infinita errantiũ fieret multitudo. Et non solũ exciderũt ppagines Sabamæ: שׁבמה sed usq; ad Iazer peruenerunt, quæ interpretatur fortitudo eorum: hoc est ad fortissima quæq; dogmata hæreticorũ & dialecti ea arte constructa: in quibus robur sui habere uidebantur erroris: & intantũ eorũ mucro bacchatus est, ut nouissime errarent in solitudine, & quẽ interficerent nõ haberent. Cumq; illi exciderent flagella eius: tamen ultio radicis pessimæ, propagines aliquæ remanserũt. Dñi aũt gentiũ transierunt mare, hoc est tentationes seculi huius: de quibus in psalmo legimus: Veni in profundum maris, & tempestas absorbuit me. Et in alio loco: Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: ipsi uiderũt opera dñi & mirabilia eius in profundo. Isti ergo transierũt mare, ut opera dñi, & mirabilia eius in profundo tentationũ conspicerent, dum

B liberantur ex eis. Itaq; sermo propheticus plangit fortitudinem hæreticorũ, id est Iazer: & uineã Sabama, quę se extollit contra scientiam dei. Et inebriabo te lachryma mea Esebon, cogitationes scilicet eorũ: & Eleale: qui bus ad excelsa cõscendunt. Cur aũt plangit Iazer uineam Sabama, & inebriat Esebõ, & Eleale lachrymis suis: ut dum ipse plorat, & illos plorare doceat. Quoniã, inquit, super uindemiam tuam, & super messem tuã uox calcantiũ irruit. Vinea enim Moabitarũ propter uiciniam loci talis est, qualis & uinea Sodomorũ: de qua dicitur: De uinea enim Sodomorũ uinea eorũ & propago eorum de Gomorra. Et in Septuagesimo septimo psalmo legimus de Aegyptia uinea, quam deus percussit grandine. Messes quoq; Moabitæ nascuntur in ualibus quæ appellantur Raphaim: falsaq; uindemia eius est uineæ: de qua supra dicitur: Dñi gentiũ exciderunt flagella eius. Isti enim conterunt uuas amarissimas, & suis calcant pedibus: ne draconis de eis exprimant uenena, & omnes interficiantur bibentes. Auferet̃ quoq; lætitia & exultatio hæreticorũ qua ante gaudere consueuerant: ut postquam egerint pœnitentiam, illud mereã

Matth. 5.a tur audire: Beati lugentes quoniam ipsi consolabunt̃. Quodq; addidit: de Carmelo: hoc significat: non quod hæretici uere Carmelũ habeant, id est spiritalis circunci sionis noticiam: sed quod falso habere se iactent. Cũq; succisæ fuerint uineæ & ablata lætitia, & exultatio de falsi nominis scientia: tunc nullus erit de pristinis calcatoribus, qui calcet uuas quas ante calcauerat, & uox eorũ æterno obmutescet silentio. *a ¶ Super hoc uenter meus ad Moab, etc.*] Destructio errore Moabitico: imò falsa lætitia in luctũ lachrymasq; mutata: uenter meus prophetæ qui instar citharæ musica arte compositus est: & qui de dei timore cõcipiens, multos liberos procreauit, ita ut nulla sit chorda quæ nõ reddat sonũ suũ: resonabit luctũ agentis pœnitentiã Moab, & omnia uiscera mea ad murũ cocti lateris: ք quo interpretatus est Theodotio,

ad murum dissipatum: Omnia enim contrariorũ præsidia in quibus antea confidebant, destruentur & corruent: Hæc sunt aut̃ uiscera, & interiora prophetæ, de qbus & Dauid dicebat in psalmo: Benedic anima mea dño, & omnia interiora mea nomen sanctũ eius. Quomodo eñ cithara nõ emittit uocalem sonũ atq; compositũ, si saltem una chorda rupta fuerit: sic spiritalis uenter prophetę si una in eo uirtutum chorda defuerit, non poterit melos dulce resonare: nec ad latericiũ murũ cũctis clamare uisceribus. Philosophorũ quoq; sententia est hærere sibi uirtutes, & apostoli Iacobi: ut cui una defuerit, huic omnes desse uirtutes. Cũ aut̃ intellexerit Moab frustrà se in his quæ prius putabat excelsa dogmatib. laborasse: ingredieret ad sancta sua, nõ quæ per se sancta sunt: sed quæ sancta errans arbitrabatur: & auxiliũ inuenire nõ poterit. Vel certe deserto errore mendacij ad sancta ecclesia intrare conabit: ut sua ea faciat, & oret, & obsecret: sed nõ prævalebit: Neq; eñ statim ut uoluerimus, perfectam possumus capere uirtutẽ. Quodq; infert: Hoc uerbum q̃ locutus est dñs ad Moab extunc: prooemio in quo dixerat: uerbũ contra Moab siue onus: sciamus epilogũ redditũ: ut quod ibi cœperat, hic cõpleuerit. Ex tũc aũt intelligendũ, ex quo cœpit ad eum loqui: ut omne quod dixit, unũ uerbũ dei sit, id est una sententia. Porrò iuxta Lxx. qui interpretati sunt: Interiora prophetæ quasi murũ renouata à deo: & erubescere eũ, id est Moab & intrare ad aras, & ad ea quæ manu facta sint: ita differere possumus, ut dicamus semper prophetæ renouari uiscera, & à deo fieri fortiora: ut aduersarij confundãtur, & ea quæ humana manu fabricata sunt cassa intelligant, & nihil ad salutem proficientia. *b ¶ Et nunc locutus est dominus, dicens: In tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab, etc.*] Tres anni in quibus auferet̃ gloria Moab super omni populo eius multo, uel diuitijs multis, ut Lxx. transtulerunt, mystice intelligendi sunt. Sicut eñ misericordia dñi in ponderibus est atq; mẽsura: sic & cruciatus ac supplicia habent mensurã suã: ut postquam tres anni transierint, in quibus relinquetur parvus & modicus & nequaq̃ multus: tunc inglorius esse desistat. Et hoc notandũ, quod iuxta Ezechielis ꝓphetiam: quando dies pro annis numerant̃ Israeli, hoc est decem tribubus, quæ maiora peccauerant: supputẽtur in pœnis, anni trecenti nonaginta, ut in Hebraico continetur: non centũ nonaginta, ut uulgata ædition habet & Iudæ in quo erat templũ dei anni quadraginta. Qui eñ paruus est mereť misericordiã: Potentes aũt potenter tormenta patientur: Et seruus qui scit uoluntatẽ dñi sui, & nõ facit eam: uapulabit multũ. Moab igitur quia externus erat, nec de populo dei, sed relicto errore cõuersus: non annis pluribus: sed tantũ tribus paruus & modicus, & inglorius relinquet̃. Isti sunt anni, de quibus & alibi legimus: Recordamini dierũ seculi. Et iterũ: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Si enim umbræ & exemplaribus seruiebat iuxta carnem Israel: & omnis corũ solennitas futurorũ erat typus: quare non & anni præsentis temporis, futura tempora præfigurẽt de qbus & in alio loco legimus: Quid facietis in diebus conuentus, & in diebus festiuitatis do

Pſal. 68. d
Pſal. 106. d
Deut. 32. d
Matth. 5. d
Ioan. 5. d
Rom. 3. c
Ioan. 10
Matth. 12
3 Reg. 6
Pſal. 45
Iacobi 2. b
Ezech. 4. b
Sap. 6. a
Luc. 12. f
Pſal. 76. b

A mini? Quodq; iugitur: Quasi anni mercenarij: hoc o/
stendit quod falsa doctrina p lucro cuncta faciat atq; cō
pendio: Omnis enim mercenarius, & qui non est pastor,
Oseæ. 9.a Ioan. 10.b cuius nō sunt oues: cū uiderit lupū uenientē fugit, quia
mercenarius est, & oues ad eū nō pertinēt. Quā ob rem
puto aduenā & mercenarium de sanctis nō comedere:
nec seruos sanctorū esse participes: Nō enim ob dilectio/
nē dñi, sed ob mercedē cuncta faciūt: qui comedūt do/
Matth. 23.b mos uiduarū & proprios abducūt greges: ut lanis eo/
rū uestiantur, & lac mulgeant. Quod de doctrina dixi=
mus mercenaria, referamus ad cætera. Si præbeo elee/
mosynā, ut glorificer ab hominibus, recepi mercedem C
meā, & mercenarius appellādus sum. Si castū esse me si
mulo, & aliud est in cōscientia mea: habeo nō gloriā mer
cenarij, sed supplicia peccatoris. Et in cōparatione duo/
rū malorū, leuius malū est aperte peccare: quàm simu/
lare & fingere sanctitatē. Verū & in hoc p fectus est Mo/
ab, ut q prius multos erroris sui habebat comites, po/
stea redigat ad paucos: uel q prius multus erat in diui=
tijs peccatorū, post pœnitētiam paruus & pauper sit in
malicia. Libri sexti commentariorum
in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTI-
mum Commentariorum Esaiæ ad Eustochium proœmium.

SEptimus liber idem iuxta Anagogen secundus est: imò extremus. In hoc enim decem
uisionum tropologica explanatio terminatur: quem cum tuis Eustochium precibus,
& Christo auxiliante compleuero, ueniam ad octauum: & utranq; explanationem iu
xta priores usq; ad quartum libros pariter explicabo.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Esaiam prophetam liber septimus.

ONus Damasci.] Symmachus & Theodotio, as/
sumptio Damasci: Lxx. uerbum contra Da
mascum, addentes de suo, quod & in Mo/
ab fecere principio. Damasci primū nomen in Ge=
Gen. 15.d neseli legimus: Qui an te Isaac fuit uernacu/
דַּמֶּשֶׂק lus Abraham, & pu/
tabatur hæres, nisi es/
B set Saræ filius ex pro
missione generatus. Interpretatur autem aut sanguinis osculū, aut sanguinem bi/
bens, aut sanguis cili
cij: quę omnia populo conueniūt ethnicorū, qui ante fi
dē Christi amicus erat sanguinis & crudelitatis, & di/
2.Pet. 24.a gna opera plāctu agebat & sacco. In dierū libro narrat
historia: quod impleto anno ascēderit contra Ioas regē
Iudæ exercitus Syriæ: & uenerit in Hierusalē, & omnes
principes populi interfecerit: cūctāq; prædā miserit re/
gi Damasci: qui cū paucis uiris uenerat, & deus tradi/
derat in manu eorū multitudinē magnā nimis: eo qd
reliquissent dñm deū patrū suorū. Quod iuxta Anago
gen & futurorū typū considerandū est: utrū ad tempus
dñici aduētus referre ualeamus: Post finē enim anni acce
prabilis, in quo à saluatore est euāgeliū prædicatū, ascē=
dit de Damasco gentiū exercitus in paucis uiris contra
Iudā & Hierusalē qui reliquerāt dñm, & omnes eorū le
gis ac prophetarū abstulere diuitias, & misertus regi Da
masci: uitris scilicet ecclesiasticis & doctrinæ euangelicæ:
qui ad cōparationē totius mūdi, adhuc tūc infidelis, &
in toto orbe dispersorū Iudæorū pauci erāt, et tamē dñs
tradidit Hierusalem in manibus eorū: eo quod reliquis
sent dei filiū, qui per prophetas ante prædictus est. Er/
go ob hanc causam reor, & Saulū qui postea Pauli ex
uirtute nomen accepit: quia æmularor erat legis, isse Da
Act. 9.a mascū & contra credentes ex gentib. pugnare uoluisse:
ibiq; superatū eos secutū qui in Damasco uersabant: ut
inde rursum Herusalem Iudæos expugnaturus ascēde
ret. Nec alicui uideatur esse contrarium, si in Paralipo/
menon libro læta de Damasco: & nunc in Esaia tristia
prædicentur: quia & de ipso Israel qui certe portio dei
est: nunc aduersa, nunc prospera nunciātur. Et quomo
do est Israel iuxta carnem: & ad gentes dicitur: uos gen
tes iuxta carnem, qui diciminr præputiū ab ea quę ap/
pellatur in carne circuncisio: sic ecōtrario est Israel iu
xta spiritū: & sunt gentes iuxta spiritum, & inter cæte/
ras gentes est Damascus iuxta spiritum: ne tantū Iudai/
cis fabulis acquiescamus. b ¶ Ecce Damas=
cus, etc.] Sicut in titu
lo demōstratum est,
per Damascum uoca
tio gentiū significat:
quæ amabāt uel bibe
bāt sanguinem: quæ
postq; in Christū cre/ D
diderint, pristinę cō/
uersationis ciuitates
esse desistēt, & erūt si/
cut aceruus lapidum
in ruina. Quō esset acerui lapidū q in agris dispersi sunt,
in unū tumulū cōportanē: sic de uniuersis nationib. a/
ceruus credētiū cōgregatus est in ruina populi Iudæo/
rū illis cadēnb. & nobis surgentib. Derelictæ quoq; ciui
tates עֲרֹעֵר id est, myricæ, ecclesiasticis gregib. erunt: ut
quas Iudæi deseruerūt, nos incolamus: siue destructa i/
dololatria extruct euāgeliū. hoc & nostris tēporib. uide
mus esse cōpletū. Serapis in Alexādria, & Marnæ tēplū
Gazæ, in ecclesias dñi surrexerūt: & ciuitates Aroer euā
gelicis gregib. præparatæ sunt. Aroer, id est myricæ na/
scunt in desertis locis: iuxta illud qd scriptū est in ma/
ledictione eius hominis, q confidit in homine, & à dño
recedit cor eius. Erit, inquit, quasi myricæ in deserto, &
nō uidebit bonū cū uenerit: sed habitabit in siccitate, in
deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. Alij uero di/
cūt ex hac arbore maleficis arub. μίσχα, id est, odia cō/
citari. Ergo q prius erāt in deserto gēuliū, & in odio no
minis Christiani, Christi gregib. seruiēt: qui requiescēt
in eis, & non erit qui exterreat: quia dñs habitabit inter
eos, & præsente pastore, lupū timere nō poterūt: Tūc ces
sabit adiutoriū dei ab Ephraim, qui in hoc loco intelli/
gūtur scribæ & pharisei: iuxta Oseæ prophetiā: qui con
trarios populo dei Ephraim nominat. Et regnū cessabit Oseæ 5.d
à Damasco: ut nequaq; peccatū & peccati princeps dia/
bolus regnet in Damasco, quę prius sanguinē dilige=
bat: sed reliqæ Syriæ, id est, q ex gēt. crediderūt, sint si
cut prius fuerāt filij Israel: ablato ab illis regno dei, et tra
dito gēt. quæ faciūt fructū eius: sicut dñs deus exerci/
tuū locutus est per oēs prophetas suos. c ¶ Et erit, etc.]
Postq;

CAP. XVII.

ONus Damasci. Eccē Damascus desinet es/
se ciuitas: & erit sicut aceruus lapidum in
ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus
erunt: & requiescent ibi, & non erit qui ex=
terreat. Et cessābit adiutorium ab Ephraim: & regnum
de Damasco, & reliquiæ Syriæ, sicut gloria filiorum
Israel erunt, dicit dominus exercituum. Et ērit in die illa,
attenuabitur gloria Iacob: & pingues carnes eius tabe=
scent

A Postquā reliquiæ Syriæ fuerint sicut quōdā fuerat glo/
ria filiorū Israel: & delicto eorū salus gentibus data: tūc
attenuabitur omnis gloria Iudæorū qua glorioſi erant
in uniuerso orbe, & pingues carnes eorū tabescent: nō
habentiū prophetas, nō signa atq; uirtutes, nō præsens
auxiliū dei, non sacer
dotij dignitatē: sed o/
mne corpus gētis eo
rum emarcesceret, & re
diget ad nihili. Cūq;
dicatur de uocatione
Matth. 9.d gentiū: Messis multa,
operarij aūt pauci: al/
li pauperes messis re
liquias, quæ per apo
stolos saluatę sunt, &
rarissimas spicas le/
gent: nō de mōtibus
& erectis locis: sed in
ualle Raphaim, id est
in literæ uilitate. Et cō
sidera qd Raphaim,
qui gigātes interpre/
tantur, sicut supra E/
phraim, pharisæos
scribasq; significent.
רְפָאִים Denicq Lxx. p ualle
Raphaim φαραγγα σε
γεων, id est uallē durā:
interpretati sunt: ut
duritiā cordis Iudai/
ci exprimerent. De
quorū humilitate eli
guntur quasi in stipula
spicæ, & quasi in uin/
demia racemi, qui sal
B uati fuerint. Et sicut
excussio oliuæ duarū
aut triū oliuarū siue
quatuor aut quinq. Quando enim uenit percussio po
Num. 26.f puli Iudæorum: oliua illa populi Israel, quæ sub Moyse
2.Re. 24.b fexcēta milia habuit armatorū, & sub Dauid numerāte
Ioab innumerabilē populū: uix paucos fructus offerre
Act. 13.a potuit dño saluatori: duas oliuas Paulū & Barnabā, &
Matth. 17.a tres oliuas, Petrū & Iacobū, & Ioannē: qui & in monte
Mar. 5.d transfiguratū dñm conspexerūt, & ad archisynagogi fi
Act. 1.d liā ire cū dño meruerunt. Quatuor aūt & quinq; oliuæ,
reliquos nouē faciunt apostolos: in quibus Iudæ prodi
toris locū Matthias obtinuit, qui utiq; p diuersitate gra
tiarū quæ nobis ignota est: in quatuor & quinq; oliuas
separati sunt: ut euāgeliorū numerū & legis in se uolu/
mina demonstrarēt, quasi prædicatores utriusq; instru
menti. d ¶ In die illa inclinabitur, etc.] In illo tēpore quan/
do de populo Israel, cui prius dicebatur: Oliuam fructi
ferā uocauit te dñs deus tuus: & de qua in psalmis legi/
Psal. 137.a mus: Filij tui sicut nouellæ oliuarū in circuitu mēsæ tuę:
p siccitate gratiæ spiritualis uix duas oliuas, & tres aut
quatuor, aut quinq dñs esuriens repererit, subintrabit
gentiū plenitudo: & nequaquā ad idola manufacta: sed
ad deū suū inclinabit, & respicient sanctū Israel: & aras
Matth. 15.b lucosq; ac delubra cōtēnent: scientes illud scriptū: Om
nis plantatio quā non plantauit cœlestis pater, eradica
bitur. b ¶ In die illa erunt, etc.] Quomodo sub Moyse &
Iesu filio Nauæ, Amorræi & Etæi siue cæteræ gētes quæ
habitabant in terra repromissionis, dereliquerunt uo/
meres & segetes, & aceruos in agris, atq; fugerunt ne ab
hostibus occuparent: sic terra Iudæa & omnes urbes il
lius robustissimæ, Romanis Iudæā uastantibus & obsi
dentibus Hierusalē, à suis habitatoribus derelictæ sunt.

Et fit apostropha ad ipsam terram Iudææ, id est, ad eos C
qui habitabant in illa. Hæc aūt uniuersa perpessa es: qa
oblita es dei saluatoris tui, qui interpretatur Iesus, quē
ubi uenturū lex & prophetæ iugiter nunciabant, & for
tis adiutoris tui qui tuus semper opitulator fuit, non es
recordata. Causa er/
go desertarū urbium
Iudææ, obliuio salua
toris est: qui in prin/
cipio huius prophe/
tæ dixerat: Israel mē
non cognouit & po/
pulus meus non in/
tellexi. c ¶ Propterea
plantabis plantationem fi=
delem, etc.] Pro eo qd
nos iuxta Aquilā &
Symmachum & Lxx
interpretati sumus:
in die hæreditatis: qd
Hebraice dicitur בְּיוֹם
נְחָלָה legi potest in He
braico, in die pessi/
ma. Et pro eo quod
Aquila & Theodotio
interpretati sunt, &
dolebit homo: nos
docti ab Hebræis: p
homine qui lingua
eorū dicit אֱנוֹשׁ inter
pretati sumus אָנוּשׁ
id est, grauiter. De cu
ius uerbi ambiguita/
te si uitæ huius spaciū
fuerit: in Hieremia
plenius disseremus: D
ubi iuxta Lxx. dicit:
Et homo est & quis
cognoscet eū? Dicam
ergo quod proposui: Quia oblita es terra Iudæa dei sal
uatoris tui: & eius qui tibi semper præbuit fortitudinē,
non es recordata: propterea plantabis quidem planta
tionem fidelē: siue ut Aquila & Theodotio interpretati
sunt, pulchrā: aut Symmachus bonam, unum deū præ
dicans: Sed germen alienū seminabis, nō recipiens pa
trē quia nō recipis filiū. Qui enim credit in patrē, credit &
in filiū. Et quia germen alienū blasphemiæ cōtra Iesum
seminasti in synagogis satanæ: ideo nō uindemiabis u/
uam, sed labrusca. Cumq; uisum fuerit, florere germen
tuū, & aliquā habere pietatis umbrā, dum homines ab
idolis retrahis: tamē quādo ad fructus ueneris colligen
dos, in die hæreditatis dolebis grauiter, cernens gentiū
populū tibi esse prælatū. Vnde & Apostolus loquitur: Rom. 9.a
Tristicia mihi est magna & indesinēs dolor cordi meo:
Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fra/
tribus meis, qui sunt cognati mei iuxta carnē, qui sunt
Israelitæ: quorū est adoptio filiorū, & legislatio, & glo/
ria, & testamētū, & repromissiones: quorū patres, & cæ
tera: Quod non solū Paulus, sed et omnis sanctus loqui
tur: uolens cū ramis oleastri etiā radicem saluā esse. Hæ
reditas aūt illa est, quam à dño cōsequimur: de qua A/
postolus ait: Diuisiones aūt gratiarū sunt: idē aūt spiri/ 1.Cor. 12.d
tus: & diuisiones ministeriorū, idem autem dñs, & di/
uisiones operationū sunt, idem aūt deus, qui operatur
omnia in omnib. Miret quispiā: cur p plātationib. pul/
chris & bonis: qd Aquila & Theodotio ac Symmachus
interpretati sunt nos fidelē plantationē dixerimus. Ver
bum Hebraicum אֲמִתִּית si per א literam scribatur, אמתית
sve, id est, fideles sonat: Si uero per ע & dicatur אֲמִתִּית

pulchram significat. Vnde & Noemi: quæ hac litera scripta est: loquitur in Ruth. Nolite uocare me נעמי id est, pulchram, sed uocate me מרא id est, amaram. a ¶ Væ multitudo, etc.] Supra legimus sub nomine Damasci, uocationem gentium, & abiectionem Iudæorum: & per apostolos atq; in apostolis, paucorum de Iudæis credentiũ electionem. Et quoniam ad comparationẽ totius mundi & uniuersarũ gentium, parua pars populi credidit Christiani: de quib. supra dictũ est: Et reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorũ Israel erũt.

Multi ẽm uocati, pauci uero electi: Et, Non est omniũ fides: Nũc consequenter infertur non planctus, sed uæ his gentibus quæ credere noluerunt & persecutæ sunt populum Christianũ: Cõparãturq; undarum molibus & frementi mari, & quantum in

se est cuncta opprimere & occupare cupiẽti. Sonabunt ẽm populi in spectaculis theatralis luxuriæ, & am

B phitheatri crudelitate, & circi furoribus: sicut sonitus aquarũ inundantium: quando consona impietatis uoce blasphemãt, & dicũt Christianos ad leones & bestias proijci, & cætera huiusce modi: Sed illis instar maris furentibus, increpabit dominus autorem seditionis eorum, & fugabit eum à suo populo: Et sicut puluis motus in montibus, quanto excelsior est, tanto fortius rapitur: & sicut turbo qui de terra consurgit subita tempestate fertur in sublime: Ita & ille raptus, à dei populo separabitur ac fugiet: ne in abyssos relegetur. Cum dies consummationis aduenerit, quod interpretatur uesperæ: tunc erit turbatio, sua pèccata noscentis: Et in tempore matutino, die uidelicet resurrectionis, non subsistet: quod Lxx. transtulerunt, non erit. Sin autem non erit: quid respondebunt qui diabolo dant pœnitentiam: & illi quantum in se est archangelicum fastigium pollicentur? Hæc est pars eorum qui uastauerunt nos, & fors diripientium nos. Hæc uel populus loquitur Christianus, uel propheta ex persona credentis populi: quod interitum sempiternum persecutores eorum habituri sint: qui exilijs, carceribus, bonorum proscriptionibus oppresserunt sanctos dei & æterna supplicia possessuri sunt.

CAP. XVIII

Væ terræ cymbalo alarũ quæ est trans flumina, etc.] Vtrã que æditionem posui in pphetia obscurissima, ne quid uolentibus intelligere quod scriptũ est deesse uideat. Simulq; uehementer admiror eos qui fidem nostram, & spem Christianam arbitrant simplici-

Psal. 18.b tate cõtentam: quia scriptũ: Mandatũ dei lucidũ illuminans oculos: Nec plus debere nos quærere q̃ ut fiant quæ præcepta sunt: cũ idcirco & omnis scriptura & prophetæ specialiter, futurorum mysterijs inuoluti sint: ut prouocent nos ad intelligentiã: & ad illud quod in euãgelio dicitur: Petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Quia ergo iuxta historiã, & id qđ in Hebræo continetur, in quinto libro exposui: Nũc qd mihi iuxta Anagogẽ uideatur, edisseram. Prudẽs forsitã lector inquirat, quid sibi uelit in uisione uel onere Damasci, alarum cymbalum, & cætera quæ sequunt: Postq̃ de uocatione gentiũ dictũ est: de abiectione Iudæorũ, & electione eorũ, qui per apostolos crediderunt, & postea de gentiũ multitudine & persecutoribus qui maris fluctib. comparati sunt: sequebatur ut de hæresibus quoq; quæ ecclesiã uexauerunt & hucusq; populantur, sermo ꝓpheticus nũ ciaret: qui dormiente patrefamilias, in agro ecclesiæ superseminauerũt zizania: Et dicuntur cymbalum, charitatẽ dei nõ habentes: iuxta illud Apostoli: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatẽ aũt non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cymbalũ tinniens. Et non solũ cymbalũ rauco concrepans sonitu: sed propter leuitatẽ sermonis hæretici in diuersa currẽtis, alarũ cymbalũ dicunt: siue iuxta Lxx. πλεούσης πλοίων, id est, alæ nauiũ: qui magna mercimonia promittentes, nauigãt in seculi istius fluctibus. Alas aũt nauium, uela quibus suspenduntur & trahuntur, intellige. Et pulchre alas dixit nauiũ: omnis enim hæreticus pollicet excelsa, & cũ alas habere se iactet, tamen hæret in salsis fluctibus, & procul non recedit à terra, in medioq; cursu patitur repente naufragium. Vnde Aquila pro cymbalo, umbrã alarum interpretatus est: non enim habent alas, sed alarũ similitudinem. Quodq; infert: Quæ est trans flumina Aethiopię hoc significat, quod impietate sua omnes uincant hæretici. Verbi gratia: Dicit Epicurus non esse prouidentiã, & uoluptatem maximũ bonũ. Comparatione huius sceleratior Marcion, & omnes hæretici, qui uetus lacerant testamentũ. Cum enim recipiant prouidentiam, accusant creatorem: & asserunt eum in plerisq; operibus errasse, & non ita fecisse ut facere debuerat. Ad quam enim utilitatem hominum serpentes, scorpios, crocodilos, & pulices, cimicesq; & culices pertinere? Isti ergo trans flumina Aethiopiæ sunt: & mittunt in mari huius seculi legatos, id est, discipulos suos: qui eorum portantes uolumina, recte uasa papyri, id est, chartacia super aquas portare dicuntur, quæ delentur uelociter. Sicut enim libri iuxta aquas & humores cito obscurantur, delentur & pereunt, ita

Væ, multitudo populorum multorũ ut multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarũ multarum sonabunt. Populi sicut multitudo aquarum inundantium sonabunt: & increpabit eum & fugiet procul, & rapietur sicut puluis montium à facie uenti: & sicut turbo coram tempestate. In tempore uesperæ & ecce turbatio in matutino, & nõ subsistet: Hæc est pars eorum, qui uastauerunt nos & fors diripientium nos.

CAP. XVIII

VAe terræ cymbalo alarũ quæ est trãs flumina Aethiopiæ. qui mittit in mari legatos & in uasis papyri sup aquas: ite angeli ueloces ad gẽtẽ cõuulsam & dilaceratã ad populum horribilẽ post quẽ non est alius, ad gẽtẽ expectãtẽ, expectãtẽ & cõculcatã: cuius diripuerunt flumina terrã eius. Oẽs habitatores orbis qui moramini in terra: cũ eleuatum fuerit signum in montibus uidebitis & clãgorem tubæ audietis.

VAe terræ nauium alarum trans flumina Aethiopiæ: q̃ mittis in mari obsides, & epistolas biblinas super aquam: Ibunt enim nuncij leues ad gentem excelsam: et peregrinũ populum & pessimum * qui est trans eum: gẽs absq; spe & conculcata: nunc flumina terræ omnis sicut regio quæ habitatur: habitabitur regio eorum, quomodo si signum de monte eleuetur & tubæ uox audiatur.

Quia

Græce

D

1. Cor. 13

Anagog.

ita

A ista sermo eorũ atq; doctrina, cũ in principio aliquã uis sa fuerit fortitudinem possidere, pertransit & labitur.

Ironia. Itaq; per Ironiã dicitur ad eos, O angeli hæreticorũ ite

2. Cor. 11. c ueloces. Quos beatus apostolus Paulus falsos apostolos, operarios fraudulentos: qui in apostolos Christi transfigurent, appellat. Et ite ad gẽtẽ auulsam & laceratã. Auulsam à deo & hæreticorũ morsibus laniatã. Ad populũ horribilem: Nihil ẽm horribilius blasphemia, quæ ponit in excelsum os suum. Post quem nõ est alter populus: Omne quippe peccatũ comparatũ blasphemiæ, leuius est. Gentẽ expectantem, expectantem & conculcatam: Nam oẽs hæretici sibi cœlestia repromittunt & pollicẽtur ingentia: & tamen à dæmonibus conculcant. Cuius terrã diripuerũt flumina quæ non de cœlo habẽt aquas, sed de terra. Quis enim angulus est: quæ extrema solitudo terrarũ, ad quã non turbidus hæreticorum sermo perueniat? Itaq; omnes qui habitant & morantur in orbe terrarum, ad hæreticorum signũ quod quasi in montibus eleuatũ est, erigunt oculos suos: & clangorem tubæ, id est doctrinę

B eorũ, audiunt: Hæc iuxta Hebraicũ. Cæterum secundũ Lxx. planguntur alię hæreticorũ quæ instar nauiũ per mare huius seculi uolitant, & impietatem superant ethnicorum, quos nũc Aethiopes scriptura cognominat, & dicitur ad doctrinam eorũ, atq; sermonem: Qui mittis in mari huius seculi libros, obsides peruersitatis tuę: & epistolas ad decipiendos eos qui lecturi sunt. Pergũt nuncij leues ad gentem excelsam, & peregrinũ populum, & pessimũ. Nullus enim ecclesiasticorũ tantũ habet studij in bono, quantũ hæretici in malo: & in eo se lucrũ putant consequi, si alios decipiant, & ipsi perditi cæteros perdant. Gens aũt uocatur excelsa propter superbiam: Et peregrina & pessima: quia aliena à deo est. Vere gens sine spe & conculcata: cuius flumina in tota terra imitantur habitationem ecclesiæ: ut inueniant sibi hospitiũ & regionem in qua eleuent signum doctrinæ suæ: in qua scripturarum clangant tuba. a ¶ Quia hæc dicit dominus, etc.] Quiescit et contemplat deus in loco suo: siue iuxta Aquilam, in firmamento, id est, in ecclesia: de qua Paulus apostolus loquit: Columna & firmamentũ

1. Tim. 3.d ueritatis. Contemplat aũt ea quæ fiunt in ecclesia, & sicuti meridiana lux clara est, ita uniuersa perlustrat iu-

Anagog. xta illud quod in decimooctauo psalmo secundũ Anagogen de sole iusticiæ dicitur: Nec est qui se abscondat à calore eius. Et quomodo nubes roris in die messis, &

1. Cor. 13. c in feruenti æstate gratissima est: Sic dñs habitatores ecclesiæ suæ refrigerat: quo præsente cuncta floresc̃unt. Et aptęq; tempus consummationis aduenit: quia nũc ex parte cognoscimus, & ex parte ꝓphetamus: multi per-

Philip. 3. c fecti reperient: de quibus Apostolus loquit: Quotquot perfecti hoc sentiamus. Ramusculi aũt q̃ inutiles sunt,

Ioan. 15. a falcibus præcident: dicente in euangelio saluatore: Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnẽ palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eũ, ut fructũ plus afferat. Et quæ præcisa fuerint, relinquentur auibus montium, & bestijs terræ. Auibus quę iuxta uiam seminata populã-

Quiã hæc dicit dñs ad me: quiescã & cõsiderabo in loco meo: sicut meridiana lux clara est & sicut nubes roris in die messis. Ante messem ẽm totus efflоruit: & immatura perfectio germinabit: & præcident ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscindent, excutient. Et relinquent simul auibus mõtiũ, & bestijs terræ, & æstate pętua erũt sup eũ uolucres: & oẽs bestiæ terræ super illũ hiemabũt. In tẽpore illo deferet munus dño exercituũ à populo auulso & dilacerato: à populo horribili post quẽ nõ fuit alius, à gẽte expectãte, expectãte & cõculcata: cuius diripuerũt flumina terrã eius, ad locũ nominis dñi exercituum montem Sion.

CAP. XIX

ONũs AEgypti. Ecce dominus ascendet super nubem

C

D

tur: & bestijs quibus tradit anima non confitens deũ: ita ut qui à dño præcisus fuerit & abiectus, & de corpore illius quod est ecclesia separatus: tam in æstate quàm in hyeme, hoc est, in prosperis & in aduersis, uolucrũ et bestiarũ mansio sit. Sicut autẽ hi qui inutiles sunt & infructuosi in ecclesia, amputant & proijciũtur: ne modicũ fermẽ tũ totã massam corrũpat: Sic econtrario fieri potest: ut qui hæretico fuerant errore decepti, & auulsi à dño atq; lacerati, & horribiles ob blasphemiã, frustraq; mendacia præstolantes, & conculcati à dæmonibus & à fluuijs in partes uarias dissipati: cũ recordati fuerint Dei sui, & magistros pessimos dereliquerint, offerant munus dño exercituũ nõ alibi nisi in monte Sion & in specula, quod interpretatur ecclesia. Breuius dicimus: quia in libro explanationis historicæ multa iam diximus.

CAP. XIX

Onus Aegypti.] Symmachus & Theodotio, assumptio Aegypti, Lxx. ὁρασις ἀιγύπτου, id est, uisio Aegypti: Vbi in Hebræo scriptũ est משא מצרים quod nos interpretati sumus, onus uel pondus Aegypti: pro quo Aquila trãstulit ὁραμα ἀιγύπτου. Possumus dicere ab eo quod tollat propheta, & portet iugũ dñi, eũ extitisse condignũ, qui prophetiã Aegypti cerneret siue portaret. Vnde miror Lxx. & in Babylone pro põdere interpretatos uisionem, & in Philistim, & Moab & Damasco uerbũ, & nunc in Aegypto, uisionẽ: cũ in Hebræo in omnibus his non uerbum & uisio, sed משא id est, onus ponduscq; ponat. Quod aũt Symmachus & Theodotio λημμα, id est, assumptionem semper interpretati sunt: hoc scire debemus, accepisse prophetam à dño gratiam spiritualem: ut Aegypti sacramenta cognosceret: siue oculis mẽtis aspiceret, ut Lxx. transtulerunt. Non est aũt Aegyptus ista quam ludæi putant, sicut arbitratus est Iosephus: qui in libris antiquitatum refert: Oniam sacerdotem Esaiæ impleſſe uaticiniũ ut in territorio Heliopolitano, quod Aegyptij νόμον uocant, extrueret templũ ad similitudinem templi & altare. Esto enim, concedamus hæc dicta de Onia & altari quod in Aegypto extruxit: quæ erũt quinq; ciuitates quæ in Aegypto loquant lingua Chananitica: ex quibus una iuxta Lxx. appellatur ἀσεδὲκ: iuxta alios interpretes ciuitas Ar, siue Ares uel ciuitas solis? Et quis erit iste saluator qui missus est Aegyptijs ut saluaret eos, & dominũ cognoscerent Aegyptij? quando coluerunt eum in hostijs & muneribus, & uota soluerunt? quando percussit dominus Aegyptũ & sanauit eam? In quo tempore factum poterimus docere, ut fuerit uia de Aegypto in Assyrios: & intrauerint Assyrij in Aegyptũ, & Aegyptij in Assyrios, & seruierint Aegyptij Assur? Quãdo Israel tertius in Aegypto fuit & apud Assyrios, quasi benedictio in medio terrę ita ut dominus diceret: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrius? Hæc ad Aegyptũ istam quam ludæi æstimãt non pertinere perspicuũ est: Itaq; locum istum quem incolimus, & mundũ qui in maligno positus est, Aegyptum possumus appellare: maxime quia מצרים quod dicitur Aegyptus interpretat θλιβουσα, id est tribulãs, siue

A ad angustiã redigens. Et tamẽ sciẽdũ multa oneris Aegypti uel uisionis ad Aegypti prouinciã pertinere: quę usq; hodie habentur & cernitur. Sed & in hoc & in alijs scripturarũ locis pleraq; ponuntur: quæ nõ possent stare iuxta historiã: ut rerũ necessitate cogamur altiorẽ intelligẽtiam quærere.

a ¶ Ecce dominus ascẽdet super nubẽ, etc.] Pleraq; de prophetia Aegypti quam leuauit uel uidit Esaias, in historica explanatione pstrinxi. Vnde nũc iuxta Tropologiã summa quæq; carpenda sunt. Ascendit dñs super nubem leuẽ, corpus sanctæ uirginis Mariæ, qđ nullo humani seminis pondere prægrauatũ est: uel certe corpus suũ qđ de spiritu sancto conceptũ est. Et ingressus est in Aegyptũ huius mundi: statimq; omnia Aegypti simulacra commota sunt: ita ut diuinationes & uniuersa fraus idolatriæ quæ deceptũ possidebat orbem, se fractam esse sentiret: intantũ ut magi de oriẽte docti à dæmonib.

Tropol.

B uel iuxta pphetiã Balaam intelligentes natũ filiũ dei, qui omnem artis eorũ

Num. 24. c

destrueret potestatem: uenerint Bethleem: & ostendẽte stella, adorauerint puerũ: Tunc cor Aegypti omne contabuit, & Aegyptij contra Aegyptios surrexerũt: iuxta illud quod dñs loquitur in euangelio: Nolite putare quia ueni mittere pacem super terram: nõ ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim diuidere hominẽ contra patrem suum, & filiam contra matrem suam, & nurum contra socrum suam. Eo tempore & illud expletũ est: Inimici hominis domestici eius. Et pugnabit uir cõtra fratrem suũ, & uir contra amicũ suũ. Fuerunt enim in una domo separati, duo cõtra tres, et tres cõtra duos, & diuisus est pater contra filium, & filius cõtra patrem: Ciuitas aduersum ciuitatem, & regnũ aduersus regnũ: eorum qui non crediderunt, aduersum eos qui crediderunt: uel certe eorũ qui crediderunt proximos suos saluare cupiẽtiũ. Et disruptus est spiritus Aegypti in uisceribus suis: ut nequaquã paria sentirent: sed spiritualli contra se gladio separati, omne consilium suũ præcipitatum esse cognoscerent, & nihilominus in errore pristino permanentes, hi qui fidei ueritatem susciperе noluerant, interrogarẽt simulacra, & diuinos suos, & pythones & hariolos. Cumq; illi hoc fecerint, dominus tradidit eos in manu dominorum crudelium: iuxta il-

Matth. 2. a

Ibid. 10. d

Mich. 7. b

1. Tim. 1. d

lud Apostolicum: Quos tradidi satanæ ut discant non blasphemare: quo seruitute durissima oppressi, ad clementissimum dominum reuertantur. Pulchreq; dæmones, crudeles dñs uocat: quibus nihil crudelius est.

Matth. 12. b

Rex quoq; fortis qui dominus est eorũ, perspicue diabolus intelligitur: quẽ & in euangelio dominus fortem uocat: quo uincto, & oppresso, uasa domus eius & præda diripitur. *b ¶ Et arescet aqua de mari, etc.*] Quando rex fortis & durus dominatus fuerit in Aegypto, arescet nũbẽ leuẽ: & ingredietur Aegyptũ: & mouebunt simulacra Aegypti à facie eius: & cor Aegypti tabescet in medio eius. Et concurrere faciã Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit uir contra fratrẽ suũ: & uir contra amicũ suũ: ciuitas aduersum ciuitatẽ, regnũ aduersus regnũ. Et disrumpetur spiritus Aegypti in uisceribus eius: & consiliũ eius præcipitabo: & interrogabunt simulacra sua & diuinos suos: & pythones, & hariolos. Et tradam Aegyptũ in manus dominorũ crudeliũ: & rex fortis dominabitur eorũ. ait dñs deus exercituũ. Et arescet aqua de mari: & fluuius desolabit atq; siccabit: & deficient flumina: attenuabuntur atq; siccabuntur riui aggerũ. Calamus & iuncus marcescet: nudabit alueus riui à fonte suo: & omnis sementis irrigua siccabit: arescet & non erit. Et mœrebunt piscatores, & lugebunt oẽs mittentes in flumen hamum: & expandentes rete super faciẽ aquæ & arescent. Et confundentur qui operantur linũ: plectentes & texẽtes subtilia: & erũt irrigua eius flaccẽtia, oẽs qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes Taneos, sapiẽtes consiliarij Pharao, dederũt cõsiliũ insipiens. Quo modo dicitis Pharaoni: filius sapientũ ego, filius regum antiquorum

Tropol.

C omnis doctrina & pulchritudo eloquentiæ secularis, & ipse fons fluuiorũ omniũ diabolus à quo oriũtur uniuersa mẽdacia, desolabitur: ita ut deficiãt cætera flumina & riui, qui de turbidis Nili aquis implebãtur. Calamus quoq; & iuncus nimia siccitate arescẽt. Pro iunco, papyrũ Lxx. trãstulerũt, de quo charta fit, addentes de suo ἄχρι χλωρέων, qđ in Hebraico nõ habetur. Cũq; ab eruditis quærerẽ, qđ hic sermo significaret: audiui ab Aegyptijs hoc nomine lingua eorũ omne qđ in palude uirẽs nascitur appellari. Calamus aũt iuxta Tropologiam, est sermo uacuus & nihil in se solidum habens, & papyrus qđ uidetur quidẽ habere medullã, & nõ esse uacuus: & tamẽ fragilis est, citoq; marcescit. Oẽs quoq; riui arefacto riuorũ capite siccabunt, & quicquid prius aquis irrigabat Aegyptijs arefactum nõ erit: ita ut mœreant Aegyptij piscatores qui ualde cõtrarij sunt piscatoribus dñi, & lugeãt qui mittebãt hamũ in flumẽ & expãdebãt rete super faciẽ aquæ. Qui singulos quosque decipiũt, hamũ mittũt in aquas turbidas. Qui autẽ plures simul, ita ut in synagogis satanæ loquant publice, & populorũ abducãt greges: isti rete sup aquas mittũt Aegyptias. Cõfundent etiã hi qui operabant linũ, ut uestes facerẽt sacerdotũ: plectẽtes illud & texẽtes subtilia: quod proprie ad dialecticorũ artẽ pertinet. Pro subtilibus τὸν βύσσον, id est, byssum Lxx. trãstulerũt: qđ & ipsum in sacerdotũ uestibus texitur. Quodq; sequit: & erunt irrigua eius flaccentia omnes qui faciebant lacunas ad capiẽdos pisces: hoc significat, quod omnes insidiæ Aegypti piscatorũ destruãtur & pereãt. Pro lacunis quæ fiebant ad capiendos pisces: quod nos iuxta sensum interpretati sumus, & in Hebraico & in cunctis interpretibus, in loco piscium ponũtur animæ: ut ab historia trahamur ad Tropologiã: quod uidelicet isti piscatores qui faciebãt lacunas & foueas, ad hoc fecerint ut animas in eis deciperẽt. Notandũ quod pro lacunis Lxx. ζύθον trãstulerũt: qđ genus est potionis ex frugib. aquaq; cõfectũ, & uulgo in Dalmatiæ Pannoniæq; prouincijs gentili barbaroq; sermone appellat sabaiũ: Hoc maxime utuntur Aegyptij: ut nõ puras aquas bibẽtibus tribuãt, sed turbidas, & cõmixtarũ fecium similes: ut per huiusmodi potionẽ hæreticæ prauitatis doctrina mõstretur. Tunc stulti erũt principes Taneos, quę interpretatur mandatũ humile. Omnes eĩ hæretici cõtrariam altitudini humilitatẽ docẽt, & detrahũt ad inferos, & fũt principes humilis deiectiq; mandati. Consiliarij quoq; Pharao, qui rex Aegypti est, & recte dissipator, & diuisus, & in partes uarias separatus exprimit: insipiens arguent dedisse cõsiliũ, quãdo disperderit dñs sapiẽtiã sapiẽtiũ: & intelligẽtiã prudentiũ reprobauerit. *c ¶ Quõ dicitis, etc.*] Solent hæretici regi suo uel Pharaoni dicere: filij

Tropol.

Tropol.

Tropol.

Num.

1. Cor. 1.

A filij sumus sapientũ, qui ab initio doctrinã nobis apostolicã tradiderũt: Filij sumus regũ antiquorũ, qui appellant reges philosophorũ, & habemus scientiã scripturarũ iũctã sapientiæ seculari: Quos nũc interrogat siue ipsum regẽ hæreticorũ, ubi sint sapiẽtes eius qui cõtenebãt ecclesiasticam simplicitatẽ: & respõdere cõpellit, quid cogitauerit dñs sabaoth sup Aegyptũ istius mundi, & quid in cõsummatione facturus sit. Stulti sunt approbati principes Taneos, q̃ humile hæreticorũ habuere mãdatũ. Emarcuerũt omnes principes Mempheos, qui eloquẽtiæ & oris pol

Tropol.

luere iactãtia: Mẽphis enĩ os uel ex ore, interpretat, & μεταφορικῶς sermonẽ sonat. Quodq; sequit: Deceperũt Aegyptũ angulũ populorũ eius, siue iuxta Lxx. πλανήσουσι ἄγγυπτον ἀγγυπτίους, id est, decipient Aegyptũ per tribus, hoc significat, quod regnũ sapientiæ secularis stultũ esse mõstretur, & singulorũ dogmatũ principes, qui interpretantur tribus, arguantur stultos habuisse doctores. Dñs enim miscuit eis spiritũ uertiginis siue erro

B rũ, iuxta illud quod scriptũ est: Et sicut nõ probauerũt

Rom. 1. c

Hier. 2. d

deũ habere in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum. Et quomodo qui sanctus est, cũ Esaia dicere potest: Spiritus salutis tuæ faciemus super terrã: sic qui pecator est, faciet spiritũ erroris, hoc est, maliciæ spiritũ, secundũ quod & in Hieremia legimus: Arguet te prævaricatio tua, & malicia tua corripiet te. Sin aũt scandalizatur hæreticus qui uetus nõ recipit testamentũ, quod

Rom. 1. c

dñs miscere dicatur erroris uel uertiginis spiritũ: Audiat scriptũ in Apostolo, hoc est, in nouo testamento: Tradidit eos deus in desideriis cordis sui in immunditiã. Et iterum: Propterea tradidit eos deus in passiones ignominiæ, Et rursum: Tradidit eos deus in reprobum sensum, ut faciãt quæ nõ cõueniũt. Tradũtur aũt in desideriis cordis, quia mutauerũt gloriam incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, &

2. Thes. 2. c

uolucrũ & quadrupedũ, & reptiliũ. Quod quidẽ nõ solũ in epistola ad Romanos, sed & ad Thessalonicẽs. de antichristo legimus: Pro eo quod charitatẽ ueritatis nõ susceperũt ut saluarent, mittet eis deus operationẽ erroris ut credant mendacio, & iudicent omnes qui nõ crediderũt ueritati, sed cõplacuerũt sibi in mẽdacio, quod puto apostolũ Paulũ de præsenti Esaiæ lectione sumpsisse, in qua dicit: Dñs miscuit eis spiritũ erroris, & errare fecerunt Aegyptũ in omnibus operibus suis: sicut erat, inquit, ebrius & uomens, qui inebriatus est uitijs.

Rom. 1. c

Ioelis 1. a

De quibus ebrijs Ioel loquitur: Væ qui ebrij sunt absq; uino. Et non solũ ebrij, sed & uomentes furorẽ draconũ, & furorem aspidũ insanabilẽ, ut postquam huiusce modi uinũ euomuerint, intelligant ebrietatẽ suam atq; cognoscãt, quod quamdiu ebrij fuerint, nec principiũ habuerint nec finẽ, id est, nec caput nec caudã, sed truncũ ex utraq; parte animal. Pro principio & fine, qđ & Symmachus & Lxx. trãstulerũt: ἀρχὴν καὶ τελευτήν, Theodotio more suo ipsa uerba Hebraica posuit תמה ואבוקין qđ Aquila interpretatus est, incuruũ atq; puersum. In incuruo, senes intelligi uolẽs: in puerso, laciuientes pue

C ros, qui omnia peruersa faciãt, ac per hoc esse sensum, qđ in Aegypto nõ solũ caput desit & cauda, sed & senes & pueri, id est, principiũ & finis. *a ¶ In die illa erit Aegyptus, etc.*] In illo tẽpore, hoc eĩm ut crebro diximus significat dies, quando miscuerit dñs spiritum erroris atq; uertiginis, ut euomat Aegyptus uinum draconũ & furorẽ aspidum insanabilẽ, intelligẽs errorẽ suũ & ebrietatẽ pristinã, Aegyptus timebit quasi mulier, non timore fortuito, qui uiris accidere cõsueuit, quos nõ amat Aegyptus, sed suffocat & interficit: sed timore fœmineo quas solas uult Pharao uiuere. Timebit aũt cõmotionẽ siue elationem manus dñi, per quã supplicia demonstrant, quã mouebit & eleuabit ut percutiat Aegyptũ. Tũc terra Iuda, id est, scientia scripturarũ, lex & prophetæ, euangelia, & apostolorũ epistolæ, erunt Aegypto in festiuitatẽ si eas cognouerit, uel in timorem, si comparatione doctrinæ & ueritatis earum se intellexerit habuisse mendacium. Omnis qui

D huius terræ fuerit recordatus, pauebit eo pauore qui ducit ad uitam: Principium enim sapientiæ, timor domini. Et hoc non solũ in consummatione mũdi, sed in

Eccli 1. b

præsenti quoq; tempore accipere possumus, quod ecclesiasticũ uirũ & doctrinis cœlestibus eruditum, omnis hæreticus timeat, & ad recordationem illius terreatur. Timebit autem & pauebit consilium dñi, quod super Aegyptum mundi istius cogitauit. Singula breuiter transcurrimus, ut ad reliqua transeamus. *b ¶ In die illa erunt quinq; ciuitates, etc.*] Multum prodest manus dñi eleuata siue commota super Aegyptũ, ut terra Iudæ sit ei in timorem: & omnis qui illius recordatus fuerit, per tremiscat. In illo tempore quinq; ciuitates in terra Aegypti loquentur lingua Chanaan, quas plerisq; nostrorũ quinq; sensus intelligunt: uisum, auditũ, odoratum, gustum, & tactum. Quando uidemus mulierẽ ad concupiscendum, uisus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando audimus iudiciũ sanguinis, dicente dño: Nõ

1. Cor. 7

suscipies auditionẽ uanã, auditus noster loquitur lingua Aegyptia. Si nõ audierimus illud qđ Apostolus loquit: Bonũ est homini mulierẽ nõ tangere, sed econtrario iungamur meretrici: tactus noster loquit lingua Aegyptia. Sin aũt econtrario eleuauerimus oculos nostros, & uiderimus quod regiones iam albæ sint ad metendũ: & nequaq̃ curui fuerimus in terrã, sed iuxta euãgelicã mulierẽ quæ decẽ & octo annis cœlũ aspicere nõ poterat: eleuauerimus oculos nostros & dixerimus: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis: oculus

Psal. 122. d

noster & uisus loquit lingua Chananitide. Si circũcidemus aures nostras, & audierimus dñm loquentẽ: Qui habet aures audiẽdi audiat: auditus noster loquitur lingua Chananitide. Qui potuerit spõso dicere: Post te in odorẽ unguentorũ tuorũ currimus. Et: Christi bonus odor sumus in omni loco, huius odoratus loquitur lin-

Luc. 8. a

Universidad de Deusto Biblioteca

A gua Chananitide. Custus quoq; in bonā partē accipit eius qui comedit panē de cœlo descendentē, panē uiuū & non mortuū, & audit illud: Gustate & uidete quàm
Psal. 33.b suauis est dñs, statim loquit lingua Chananitide. Sed & tactus spiritualis est, de quo Ioannes apostolus ait: Manus nostræ palpauerūt de uerbo uitæ, & qui fide tangit Iesum, ita ut de eo saluator possit dicere: Tetigit me aliquis: ego enim scio uirtutē exisse de me. Didicimus quanta bona tribuat eleuata manus dñi: quæramus quare nō lingua
Marc. 5.c Hebræa, sed lingua Chananitide loquantur quinq; Aegypti ciuitates. Ad qđ ita respōdere conabimur, עברי id est, Hebræus, περάτην, id est, trāsitorē sonat, qui de loco trāsit ad locū. Ergo & nos licet sancti quādiu in Aegypto sumus, & in istius mundi uersamur tenebris, non possumus loqui lingua Hebręa, sed lingua Chananitide, quę inter Aegyptiā & Hebræā media est, & Hebrææ magna ex parte consinis. עברי interpretat, quasi cōmotio siue quasi respōdēs. Quādo igitur ab Aegypto recedimus, et exire uolumus de potestate Pharaonis, ita ut terra no
B stra & cōfestio formidolosa sit Aegyptio: tūc mouemur & quasi respōdemus dñi uolūtati, & tamen quia adhuc in præsenti seculo sumus, lingua Hebræa necdū loqui possumus. Quodq; sequit: Iurate quinq; ciuitates per dñm exercituū: hoc significat, quod etiā hic positi nequaq; dæmonū, sed dei recordemur omnipotentis. De his quinq; ciuitatibus, cū aliarū quatuor tacita sint nomina, una dicit solis ciuitas, quæ mihi uidet referri ad uisum. Sicut enim ut uideat ciuitas, sole et luna indiget, ita ut oculi nostri illuminētur, indigemus solæ iusticiæ.
a ¶ *In die illa erit altare domini, etc.*] Consequēter ad id qđ supra dixerat: In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti loquētes lingua Chananitide, & iurantes per dñm exercituū, nunc infertur: Erit altare dñi in medio terræ Aegypti, quod Onias secundū Iosephū male intelligens, implere conatus est: Et titulus dñi continens passionem, in quo scriptum est Hebraicis literis, Græcis & Latinis: Iesus Nazarenus rex Iudæorū, in signum crucis, & in testimoniū uniuersarum gentiū, quæ nunc Aegyptus appellantur. Cumq; persecutio creuerit à facie tribulantiū nominis Christiani, tunc clamabunt in cordibus suis: Abba pater. Et mittet dñs exercituū sal-
Rom. 8.c uatorem, id est, Iesum, & iudicem uel propugnatorem qui liberet eos, ut liberati cognoscant dominum, & ipsi cognoscantur à domino: & ubi abundauit peccatū, superabundet gratia. Vnum aūt altare Aegypti, id est mū di istius dicitur, ut cuncta altaria quæ contra ecclesiæ eriguntur altare, sciamus esse non domini. Vsq; ad finē uisionis Aegyptiæ, in libro explanationis historicæ, qa manifesta prophetia erat, diximus quod cuncta referantur ad Christum. b ¶ *Et cognoscent Aegyptij dominum, etc.*] Postquam cognouerint Aegyptij dominum, colēt eum in hostijs spiritualibus & muneribus, & uota uo-
Psal. 50.d uebunt dño & soluent, & dicent cum Dauid: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum, quando credētes in Nazareū, & ipsi fuerint Nazarei, uinū & sicerā nō bibētes, & acetū qđ dño propinatū est, & quæcunq; fiūt ex uua Sodomitica. Cūq; uota persoluerint cū Abel, & respexerit ea deus, inuidebit frater maior Cain, id est cir-
Gen. 4.d cūcisionis populus, & effundet sanguinē Christianū, q clamabit ad dñm: & idcirco egrediet à facie dei dicēs de saluatore: Crucifige, crucifige eū. Et: Nos nō habemus regē nisi Cæsarē. Votū offert & solUuit dño, qui est sanctus corpore & spiritu. Votū obtulit & Zacheus, qui mediā partē substantiæ suæ pauperibus repromisit.
Luc. 23.c Quærit, si Aegyptijs saluator & propugnator est missus qui liberet eos de angustijs, quomodo nūc dicatur: Percutiet dñs Aegyptū plagā. Sed cōsideremus quod sequitur: Et sanabit eā.
Heb. 12.d Quē em diligit dñs, corripit. Et ipse saluator in LXVIII psalmo loquitur ad patrē: Qm quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt: & super dolorem uulnerū eorū addiderunt. Si ergo proprio filio non pepercit, sed tradidit eū pro nobis, ut illius huore & uulneribus sanaremur: tradidit dñs & martyres passioni, sed rursum eos in resurrectione sanabit, ut illorū uulneribus fides credentium
D confirmetur. Vnde & ad Iob dicitur: Putas me tibi aliter locutū, nisi ut appareres iustus? Ipse em dolorē facit & reddit pristinæ sanitati: & uisitat seruos suos in uirga, ut misericordiam suam non auferat ab eis. Vnde & filiæ & nurus quæ multū peccauerūt, & diuaricauerunt pedes suos omni transeunti, non uisitant necq; corripiūtur, dicente dño: Non uisitabo super filias uestras cum
Osee.4.d fuerint fornicatæ, & super nurus uestras cū adulterauerint. Percutit ergo Aegyptios dñs, nō igne, non gladio, sed uirga. Quis em filius est, quem nō erudiat pater? ut postquam sanati fuerint, reuertant ad dñm & placetur eis, & rursum sanet eos: Semper em indigemus misericordia dei, & nullus est finis eius clementiæ. c ¶ *In die illa, etc.*] Quō cætera quę præcedunt, in bonā partē accidisse Aegyptijs demonstrauimus: quinq; uidelicet ciuitates in terra eorū loquentes lingua Chananitide, & iurātes per dñm, & altare dñi in medio terræ Aegypti collocatū, & titulū & testimoniū, & signum, & saluatorem qui liberaret eos, & quod dñs cognosceretur ab Aegyptijs, & ipsi cognoscerent eum, & quod offerrēt hostias & munera, & uota persoluerent, & percussi sanarent, et reuerterent ad dñm, & placaret eis, & iterū sanarent: sic & hoc qđ sequit: Seruite Aegyptios Assyrijs, in bonam partē accipiendū est. Seruit em & Apostolus credentibus, ut lucri eos faciat. Et Esau subjcit fratri suo Iacob,
Gen. 27.d ut particeps fiat benedictionū eius. Igit q priores de gē tib. saluati fuerint & habuerint in se altare dñi, eos q in duritia psæuerāt, sua seruitute saluabūt, et cōmixtione ac societate eorū ipsi pgent ad Assyrios, ut Assyrios ducāt ad Aegyptū, & postea possint ad Israeliticū populū perue nire: Ob hāc causam reor, & fidelem mulierē seruire uiro infideli, ut paulatim eū de Aegypto & Assyrijs pertrahat ad Iudæam. d ¶ *In die illa erit Israel, etc.*] Tertius erit Israel in Aegypto et in Assyrijs, ut omnē massam suę benedictionis fermēto misceat: & qui prius cōtra se hostiliter

A stiliter diuidebāt, hac benedictionis fibula copulent, et sit populus dei Aegyptus, & opus manuū eius Assyrius: hæreditas aūt eius Israel. Benedictus est Aegyptius dño, quia Israelis societate benedicit. Et opus manuum eius Assyrius, quia in ipso suā clementiā demōstrauit. Israel aūt solus potest
Tren. 3.c dicere: Pars mea dñs, qui mente conspicit deum, & eius hæreditas appellatur.

CAP. XX

Τεργαν *Anno quo ingressus est Thartan, etc.*] Pro Thartan Lxx. Tanatham transtulerunt, & pro
ἄρνα Sargon, Arna, quod quid interpretet, scire non possumus: neque em falsorū nominum falsas possumus etymologias fingere. Sūt aūt nomina non Hebræa, sed Assyria, è quib. sonare cognouimus Thartan, turתרתן
סרגון rē dedit, uel superfluus, siue elōgans. Sargon aūt princeps horti. Hic rex Assyrius quem supra legimus sensum magnū, habet duces plurimos,
B quorū unus est Thartan, elatus in superbiam, & longe
α procedens in scelere, amplior cæteris, & mittit ad impugnandū Azotū, quæ Hebraice dicitur אשדוד & interpretatur, ignis generationis: expugnatq; dux regis Assyrij eos qui generationi & libidini seruiunt. Et pulchre
3. Re. 21.d rex Assyriorū Sargon princeps hortorū dicitur uoluptati & luxurię deditus. Denicq; & Achab rex Israel uineam Naboth uertere in hortum cupiebat, quod ille iuxta leges Tropologiæ intelligens, mori maluit quàm facere, ne hæreditas paterna & antiqua possessio in impij regis delicias uerteret. Præcipit aūt prophetæ, ut sacco calciamētisq; depositis, nudus et discalciatus incedat: et in signū fit atq; portentū Aegyptijs atq; Aethiopib. qui dei populū persecuti sunt, & propter superbiā fuere humiles. Aegyptus enim interpretatur persequens siue tri
בוצרים
בוש bulans. Aethiopes, humiles atq; deiecti: Omnis em qui
Luc. 14.c se exaltat, humiliabitur. Qui ducendi sunt in captiuitatem, & triū annorū tormenta passuri, de quibus annis,
Psal. 76.b in psalmis legimus: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mēte habui. Quę nō putemus parua esse supplicia, sed magnis elōgata tēporibus. In ipsa aūt captiuitate et trāsmigratione Aegypti, ibūt iuuenes et senes qui in malicia roborati sunt, & ad perfectæ ætatis uitia puerūt, nudi ut omnia corū scelera pateant. Nihil em occultū quod non reuelabitur. Et discalciati, quia pascha
Exod. 12.b dñi comedere non poterunt: quod qui comedit, accinctos habet lūbos, & tenet manu baculū, & calciatis stat pedibus, ne per seculi huius solitudinē transiens, à serpentibus mordeatur. Tunc discoopertæ erunt nates eorum, per quas stercus egeritur: & omnis ignominia Aegypti demonstrabitur, ita ut confundant qui habuerūt spem in Aegypto & in Aethiopia, & gloriā suā in confusionem uiderint esse mutatā, intantū ut habitator insulæ huius, id est seculi, q nō est aduena & peregrinus, sed perpetuū mundi possessionem habere cupiebat, cō fusus dicat: Hæc est Aegyptus, & hæc est Aethiopia, qua

C rū sperabamus auxiliū, ut à principe mundi istius nos liberarēt. Quō ergo effugere poterimus, cū capti sint hi in quibus spē habebamus? Et hoc notādū quod antequ capiat Azotus, propheta sacco uestitus sit, & calciatis pedibus, ut plangat quidē eos qui ardentib. diaboli iaculis uulnerati sunt, & libidini seruiūt: sed nihilominus ipse caliatus incedat, ut calcare possit super serpentes et scorpiones, & securus incedere p huius seculi eremū, in qua sunt serpētes & scorpiones, & bonarū rerū sitis. Postq; aūt Azotus capta fuerit in typū captiuitatis Aegypti, & trāsmigrationis Aethiopiæ, ipse discalciatus & nudus incedat. Neq; em in terra sancta ad quā ire festinat sacco ire uestitus, & optis pelle pedibus, uel stare poterat, uel ambulare, dicēte dño: Solue calciamentū de pedibus tuis, locus em in quo stas, terra sancta est.

CAP. XXI

Onus deserti, etc.] D
Tropol. Quid nobis uideatur iuxta historiā breuiter diximus: nunc Tropologiæ summa carpamus. Visio uel pondus contra seculi huius cernitur mare, & cernitur à propheta, quantis tentationibus mundus hic plenus sit. Quod autem mare appellet ur seculum (ut multa præteream) uno testimonio psalmi contentus sum: Qui de
Psal. 106.c scendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: Ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Qui enim operantur in hoc seculo opus dei, & cum propheta dicunt: Veni in profundum maris, ipsi uident mirabilia eius in profundo. Et liberati de tentationibus & angustijs, horribilem & duram uisionem audisse se dicunt. Hæc autem ipsa tempestas à deserto uenit, in quo tentatus est & dñs, & Israel colubri morsibus, & scorpionū ictibus patuit. Cumq; uenerit, pertransit, & præterit, & tunc intelligit ille qui susti-
עיים net, quod non præuaricatur, nisi qui præuaricator est, & non agit inique nisi iniquus. Vt igit maris fluctibus obruamur, & opprimat nos sæua tempestas, nostri uitij est, qui ante tempestatem præuaricatores fuimus & iniqui. Quodq; dicit: Cōtra me Elamitæ & legati Persarum ueniunt, hic sensus est: elamitæ interpretantur despicientes, Persæ, tentantes. Veniant igitur hi qui despicere solent, contemnere atq; tentare, sed ego ingemiscā, & gemitus meus erit mea consolatio. Sed & lumbi mei repleti sunt angustia, & obtinuerunt me dolores quasi parturientem, ut à timore domini concipiam & pariā, & spiritum salutis eius faciam super terram. Recte autem iuxta Hebraicum turbines atq; tempestates de deserto ueniunt, & de terra horribili, ubi nō est habitator deus, & ubi uniuersa terrena sunt: Et quicūq; est incredulus, agit rē cōgruā infidelitati suæ: & q depopulator est, uastat. Vnde audacter contra aduersarios loquitur: Ascende Aelā, obside Mede, omnem gemitū deserti maris, & terræ horribilis, & uisionis durissimæ, quæ nūcia ta est, cessare feci: Quia lūbi mei agentes pœnitētiā, ne-

quaquam

Universidad de Piura Biblioteca

A quaꝝ ut prius uoluptate, ſed dolore ſunt pleni, nec ul-
Pſal. 37.b tra dicã: Lũbi meũ impleti ſunt illuſionib. Anguſtia eũ poſſedit me & tribulatio, ſicut ſolet tenere parturiẽtem. Multũ inter ſe uulgata ẽditio & Hebraicum in hoc loco diſcrepant: Ideo breuiter utrãq; perſtringemus, ne φι λοτιμώτερον carpẽdi nos occaſiunculã relinquamus. a ¶ *Cor-rui cũ audirem, etc.*] Præ auditu & viſione duriſſima quam cernebat de deſerto mari, pheta uenturam, corruiſſe & turbatũ eſſe ſe dicit: & propemodũ caligantibus oculis, & ſtupefacta mente, neſciſſe quid cerneret. Illa eñ Babylon, p qua Aqla & Theodotio, tenebras interpretati ſunt, ut ſignificarent mundũ iſtum qui in maligno poſitus eſt, & cuius principes ſunt iuxta apo-
Ephe. 6.b ſtolum Paulũ, rectores tenebrarũ iſtarũ, quæ quondã uel prophetæ, uel deo amabilis fuit: facta eſt in ſua ſubuerſione mirabilis. Vnde prophetæ præcipitur, ut ueſcens in menſa dñi, &
B illius ſaturatus cibo, diligentius contempletur quæ uentura ſint mũdo: diciturq; per eũ ad omnes credentes, ut comedentes & bibẽtes corpus & ſanguinẽ dñi, uertãtur in principes eccleſiæ, & cum apoſtolis audiant: Surgite, arripiantq; clypeum fidei de armatura apoſtoli Pauli, in quo poſſint ignita diaboli iacula extinguere. Hoc iuxta Hebraicũ, & cœptam ſuper mũdo interpretationẽ. Tranſeamus ad ædi-
tionẽ Lxx. quæ multum à ſuperioribus diſcrepat: Corripit ſe propheta, immo ſub perſona ſua aliorum confitetur errorem, qui ſequentes occidentem literam, contemnunt ſpiritum uiuificantem, & inique feciſſe ſe dicit, ut non audiret legem ſpiritualiter, ſed econtrario feſtinaret dei ſacramenta non cernere, nec diceret cum Da-
Pſal. 118.c uid: Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. Idcirco errat cor eius: & Iudaica ſuperſtitione completum, non in charitate dei, ſed in timore conſiſtit: ut habeat ſpiritum ſeruitutis in timore, & nequa-
Rom. 8.c quam ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater. Vnde præcipitur ei, ut accedat ad mẽſam ciborum ſpiritualiũ, comedantq; omnes in ea qui illius ſequuntur exemplũ, & bibant, & ueteri errore contempto, cõ-
C ſurgant in ſpiritum qui iacebant in litera, & fiant principes, dicantq; cum prophetа: Dñe ut ſcuto bonæ uolũ-
Pſal. 5.c tatis tuæ coronaſti nos. b ¶ *Hæc enim dixit mihi dominus: Vade & pone ſpeculatorem, etc.*] Iubetur ppheta ponere in corde ſuo ſpeculatorem, & diligentius intueri quæ uentura ſunt mũdo, uiditq; duos equites,
Matth. 21.c aſcẽſorem aſini, & aſcẽſorẽ cameli: Quos quidam ſic interpretatus eſt, ut aſcenſorem aſini iuxta euangelicam lectionem & prophetiam Zachariæ, Chriſtum diceret, & ecõtrario aſcenſorem cameli, contrariam fortitudinẽ propter fœditatẽ tortuoſi animantis. Alij uero duos aſcenſores literæ & ſpiritus, ad duo referunt teſtamenta. Illudq; quod in Hebraico dicitur רכב p quo Aquila ei Symmachus leonẽ & leænã interpretati ſunt: neſcio quid uolentes Lxx. ἅρμα poſuerũt,
D quod quidam lumẽ dñi interpretari putat, cum alijs literis lumen dñi, quod hic non habetur, & alijs ſcribatur leo, qui hic legitur. Vultq; ſpeculatorem iſtum quẽ iubetur ppheta in corde ſuo, appellari Vriam, & per interpretationem nominis refert ad Chriſti intelligentiam, ut ipſo habitante in nobis, poſſimus cernere quæ uẽtura ſunt. Quod quidẽ & leoni poterit coGen. 49.c aptari, qui à Iacob & Balaã ſub Chriſti myſterio nominatur. c ¶ *Super ſpeculam, etc.*] Stat propheta in ſpecula domini, & in illius lumine conſtitutus quæ uentura ſint proſpicit. Hancq; habet cuſtodiam, & hoc ſibi officium delegatum, ut in ſeculi iſtius tenebris quæ ſint uentura conſpiciat. Ecce iſte inquit, uenit, hoc quod ſequitur ſe uidiſſe ſignificans, uenire dñm ſaluatorem ſedentem ſuper bigam, & duobus equis, imò animantibus aſino & camelo unũ currũ iungentem: Qui aſcenſor bigæ deſiderãti, pheræ & uerba eius audire cupiẽti: Reſpõdit & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, totius orbis cõfuſio, & in aduẽtu meo cecidit quo humanũ corpus aſsũpſi, & penitus in cõſummatiõe mũdi ruitura eſt. Et omnia

SEP. Viſio dura annunciata eſt mihi: prꝙuaricator præuaricatur, & iniquus inique agit. Contra me Elamitæ & legati Perſarũ ueniunt: nũc ingemiſcã & cõſolabor me, idcirco repleti ſunt lũbi mei anguſtia: dolores apprehenderunt me ſicut parturientem. Inique egi ut non audirẽ, feſtinaui ut non uiderem: errat cor meũ, iniquitas inundauit ſuper me: anima mea inſiſtit timori. Para mẽſam, ſpecula ſpeculam, comedite, bibite: ſurgite principes, parate clypeos. Quia ſic dixit ad me dñs: Vade & pone tibi ſpeculatorem, & quodcunq; uideris annuncia. Et uidi aſcenſores equites duos, aſcenſorẽ aſini, & aſcẽſorem cameli: Audiui auditũ multum, & uocaui Vriam ad ſpeculam. Dñs dixit: Steti per totam diem, & ſuper caſtra ego ſteti tota nocte, & ecce ipſe uenit aſcenſor bigæ, & reſpondens ait: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſimulachra eius & manufacta cõtrita ſunt in terra. Audite qui derelicti eſtis & doletis: audite quæ audiui à domino ſabaoth, deus Iſrael annunciauit nobis.

Viſio

A omnia ſculptilia eius cõtrita ſunt in terra. Pro quo Lxx ſimulachra & manu facta interpretati ſunt, ſignificãtes ſcripturã hæreticorũ uarioſq; errores hæreſeõ, qui fabricatores ſunt idolorũ, & adorãt quæ de ſuo corde finxerũt. Quodq; ſequit ex perſona ppheтæ dicẽtis: Tritura mea, & fili areæ meæ, quę audiui à domino exercituũ deo Iſrael annũciaui uobis, iuxta Hebraicũ hũc habet ſenſum: O populi qui cõdẽdus es in horrea mea, quẽ ideirco triui in uarijs anguſtijs, ut paleas ab eo excuterẽ, & puriſſimũ triticũ in meis horreis cõderetur, quæ audiui à dño exercituũ deo Iſrael eſſe uẽtura uniuerſo mũdo, hæc uobis qui in mũdo eſtis omnibus nũciaui. Alij uero dicunt adhuc ſuperiorẽ eſſe pſonã, uidelicet dñi ſaluatoris, qđ ipſe loquat ad apoſtolos: Quæ audiui à patre annũciaui uobis. Et quia p hoc in Lxx. legit̃ ἀκόσατε οἱ πεπλανημένοι, καὶ οἱ ἀθυμοῦντες, id eſt, audite q̃ relicti eſtis & doletis: hic mihi iuxta interpretationẽ eorũ ſenſus uidet̃: O apoſtoli, de quibus ſcribit Eſaias: Niſi
B dñs reliquiſſet nobis ſemẽ quaſi Sodoma eſſemus, & ſimiles Gomorræ fuiſſemus, quorũ reliquias & Apoſto-
Rom. 9.f lus ad Romanos docet eſſe ſaluatas, qui relicti eſtis de populo Iudæorũ, ut ſaluaremini, & doletis ſuper perditione gentis ueſtræ, de qua & alibi legimus: Triſtitia eſt cordi meo & dolor continuus pro fratribus meis, qui ſunt Iſraelitæ ſecundum carnem, hæc quæ audiui à deo patre, uobis annuncio, quæ deus Iſrael uobis uentura prædicit. a ¶ *Onus Dumæ, etc.*] Verbum Hebraicum דומה, quod omnes interpretati ſunt, ad me: ſi uolueris legere אלי interpretatur deus meus, uel fortis meus. Quodq; nos diximus, clamat, uel uocat, id eſt, καλεῖ, ſecundum Hebræi & Græci ſermonis ambiguitatẽ dici poteſt clama, uel uoca, & eſt ſenſus: Deus qui eſt cuſtos meus die ac nocte me ad pœnitentiam uocat, ut relinquens Seir, quod interpretatur, hiſpidus ac piloſus, reuertar & habitem apud eũ. Duma, uel ſimilitudinem uel ſilentium ſonat: Idumæa autem in terrenã uertitur: Dominus ergo loquitur ad apoſtolorum chorum, & præcipit ei, ad me uoca eos q̃ ſunt de Seir, ut mihi ſeruiat gentiũ multitudo, quæ in ſimilitudinem Eſau nihil in ſe habet molle & leue, ac nitidum, ſed eſt hiſpida, fera, intractabilis. Et ô uos apoſtoli poſtquã uocaueritis ad me nationes de Seir, cuſtodite eccleſiæ propugnacula, ne facile hoſtis irrũpat: ne leo rugiens atq; circuiens, qui quærit aditũ per quẽ poſsit intrare, clauſum in eccleſia gregem faceret atq; diſperdat. Reſponditq; eccleſiæ multitudo, nõ ſolũ in proſperis, ſed & in aduerſis, hoc eſt, & in die & in nocte, tua deus præcepta ſeruabo. Ad quam loquitur deus: Si uere me quæris, opere oſtende qđ me quæras, nec ſemel tibi quęſiſſe ſufficiat: ſed quem inueneris, ſemper inquire: & ut perfectius teneas, obliuiſcere populi tui & domus patris tui, & deſerto errore gẽtiliũ, apud me in eccleſia commorare. Hoc iuxta Lxx. dixerimus, q̃ uiſionẽ Idumeæ, hoc eſt, terrenæ ponũt in uirtuto, ut eos oſtendat uocari, qui prius terrenis operib. ſeruiebãt. Porrò iuxta Aquilã qui duma, hoc eſt, ſilẽtiũ poſuit uel ſimilitudinẽ: ſic poſſumus intelligere, ut ad ſimilitudinẽ populi Iſrael, prouocẽt gẽtiũ multitudo: & ubi prius ſilẽtiũ fuerat legis dei, ibi cõfeſſionis clamor ſit, et oleaſter inſeratur in bonã oliuã. Legimus & in parabola euangelij miſſos ſer-
Matth. 22.a uos qui uocarẽt bonos & malos, ac patrisfamilias de quibuſlibet implerẽt cõuiuium, quia priores uenire noluerũt. Poteſt & eccleſia narrare qđ dñs de Seir, hoc eſt, de terrenis locis ad ſe uocifereꝛ, ſeq; prouocet ad ſaluẽ, & dicat ad ipſum dñm: O cuſtos, qđ de nocte cõſurgẽs uerſaris in tenebris? qđ abſq; peccato in carne es peccatrice, qua cauſa uoluiſti humanũ corpus aſſumere? Reſpõdit cuſtos, hoc eſt Samarita-
Luc. 9.f nus, qui in euangelio uulneratũ ſuis humeris ad ſtabulũ reportauit: Venit mane & nox. Et eſt ſenſus: Gẽtiũ multitudini ortus eſt ſol iuſticiæ, & Iudæis uenerũt tenebræ: iuxta
Ioan. 9.g qđ dicit à dño: In iudiciũ mũdi iſtius ego ueni, ut nõ uidẽtes uideãt, & uidẽtes cæci fiãt. Et ipſe cuſtos q̃ dixerat: D Venit mane & nox, loq̃tur ad gẽtiũ multitudinẽ: Si me quæritis, ſtudioſius quærite. Cõuertimini ad me filij cõuertẽtes, & ego ſanabo cõtritiones ueſtras, & uenite ad me. Loca difficilia ſunt, & cũ ſecũdũ hiſtoriã minime patẽãt, cogimur iuxta ἀναγωγὴν diuerſas opiones ſequi. b ¶ *Onus in, etc.*] Hoc in ẽditione Lxx. interpretũ nõ habet, ſed qđ ſeq̃t: In ſaltu ad ueſperã dormitis in ſemitis Dedanim, cũ priori uiſione cõiũctũ eſt, ut legaꝛ, ſi quæ- ערב
ris, quære, & ad me habita in ſaltu. Arabia in lingua noſtra, ueſperã ſonat, quæ noctis & tenebrarũ principium eſt: omnisq; q̃ habet initiũ peccatorũ, uerſaꝛ in ueſpera. Qui aũt uenit ad ſummũ, in media nocte cõſiſtit. Vnde & in Ægypto primogenita in media nocte cædũt. Era-
Exod. 12.c Matth. 26.c poſtolus Petrus, anteq̃ gallus cãtaret, ter dñm negauit: qđ media nox intelligit. Poſtq̃ aũt nox præceſſit, & coepit dies ap̃pinquare, ſuparis mediæ noctis tenebris, et gallo lucis nũcio reſonãte, ſicuit amare, & intellexit peccatũ ſuũ: & eo tẽpore dicere potuit: Ad ueſperã demora-
Pſal. 29.b biẽt fletus, & ad matutinũ lætitia. Hoc interim de præſenti loco: Cæterũ nomẽ Arabię, id eſt ueſperę & occidẽtis, in alijs ſcripturarum locis, diuerſas intelligẽtias recipit. c ¶ *In ſaltu, etc.*] Qui in malicia eſſe coꝛperũt, & peccatorũ ingrediũt uiã, nõ dormiũt nec moranꝛ in agris cõſitis & noualib. nec in prato & ſegetib. quas ad metendũ eſſe cãdẽtes, ſaluator docet: nec inter arbores pomiferas, ſed in infructuoſis ſalub. ubi uepres & ſpinę ſunt, et beſtiæ cõmoranꝛ. De huiuſcemodi ſaltu & in Regũ uolumine legimus, qđ plures deuorauerit ſylua uel ſaltus q̃ interfecti ſint gladio, q̃ Abſalon aduerſus patrẽ exiit
2. Re. 18.b pduellis: Reſteq̃, qa ueſpa principiũ malorũ eſt, in uia & in ſemitis habitare dicũt, & in uia Dedanim, qđ interpretaꝛ iudicia. Quot eñ habẽt peccatorũ genera, tot iudiciorũ merẽt ſentẽtias. Põt aũt Dedan & grãde iudiciũ interpretari. d ¶ *Occurrẽtes ſitiẽti, etc.*] Vos q̃ eſtis in Theman, qđ interpretatur auſter atq; perfectio, & in eo uerſamini loco de quo ſcriptũ eſt: Deus ab auſtro ueniet, et
Abac. 3.d qui con-

A qui cōsummati estis atq; perfecti, & habetis in uobis lumen scientię scripturarum, fugientibus de Arabia & de saltu, occurrite cū aqua & panibus: & nolite expectare donec ipsi ad uos ueniant: sed imitamini illū euangelicæ patabolæ patrem, qui occurrit filio reuertenti. Et ille quidem dedit so-
Luc. 15.d lū, obtulit annulum: uos aūt aquas & panes offerte fugientibus: ut qui lassi erant aspectu uestro mi-
sericordia sustententē: et ad sedes uestras citius transeant. Fugerunt eñ gladios hęreticorū, doctrinam gētiliū, blasphemias Iudæorū. Et quia multos uiderunt eorū iaculis interfectos: & cecidisse in prælio plurimos, ipsi cupiūt uestro auxilio liberari. Locus hic, pprie adversus eos intelligi potest: qui tradentes se ocio atq; desidiæ, propria salute contenti sunt, nec pœnitentibus atq; conuersis porrigūt manū. a ¶ *Quoniā hæc dicit dominus ad me, etc.*] Ideo uobis dico ut occurratis cū aqua & panibus, fugientibus de saltu & Arabia, quia dñs hæc futura pollicitus est. Sicut annus mercenarij cito præterit, qui quotidie nihil aliud nisi mercedem sui laboris expectat, uel certe semper in opere est ac labore, ut mercedem laboris
סוּרוּ B accipiat: sic omnis gloria Cedar, quod interpretaē te-
Psal. 119.d nebræ, de quo & in psalmis legimus: Habitaui cū habitantib. Cedar, ucl ociter auferet, & omnis sagittariorū, id est, diuersorū dogmatū numerus q̄ cōstitutos in saltu Arabiæ uulnerabat, rediget in nihili, postq̄ fugiētes de saltu fuerint liberati, & aquā baptismi salutaris acceperint, comederintq; cœlestē panē. Hæc eñ futura dñs omniū & proprie deus Israel, id est mente cernentium deum, locutus est. CAP. XXII

אֹנֶשׂ *Onus uallis uisionis.*] In libro Hebraicorū nominū posuimus, Sion interpretari speculam, quæ in sublimibus sita, de longe uenientia contemplatur. Cū igitur Sion iuxta leges tropologiæ referatur ad ecclesiam, ut est illud in secūdo psalmo ex persona dñi saluatoris. Ego aūt constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius. Et: Qui confidunt in dño sicut
Psal. 86.a mons Sion. Et: Diligit dñs portas Sion super omnia ta-
Heb. 12.f bernacula Iacob. Et manifestius Apostolus: Accessisti, inquit, ad Sion montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem. Quærimus quare in præsenti uisione, uallis Sion dicatur. Ipsaq; uerborum consequentia trahimur ad intelligentiam spiritualem, ut omnes peruersorum dogmatum principes qui corruerunt de sublimitate sensus sanctarum scripturarū, & ad humilia deuoluti sunt, sciamus in Sion ualle uersari. Tale quid
Pro. 30.c puto & Salomonem in prouerbijs dicere: Oculum qui irridet patrem & despicit senectutem matris, effodiant eum corui de conuallibus, & comedant eū pulli aquilarū: Statim enim ut sensus hæreticorum irriserit creatorem patrem, & senectutem ecclesię matris despexerit, effoditur à terris & immūdis uolucribus, quę referuntur ad cōtrarias fortitudines, nec possunt istiusmodi di
Psal. 12.a cere: Leuaui oculos meos in montes unde ueniat auxilium mihi, sed in modum brutorū animantium ad terrena depressi sunt. c ¶ *Quidnam tibi, etc.*] Hoc quod iuxta Lxx. interpretes in Regū uolumine quæritur, quid sibi uelit dicente Heliseo: Vbi est deus Heliæ? אַתּ in præsenti loco manifestius ponit pro eo quod Lxx. τὰ στέλουντα, id est nūc, in Hebræo habet אַתָּה quē nos interpretati sumus, nunc quoq;, & Aquila uolens Hebraicū seruare idioma, posuit καιπρότοι, quam cōiunctionē latinus sermo nō explicat. Quādo aūt dicit: quidnā tibi quoq; est? inter rogat cur inter alios & ipsa cōscendat, atq; opinione sublimium in humilibus cōmoret. Et est sensus, cum philosophi tumeant, & omnis sapientia secularis, de sublimib. disputans, simplicitatem contemnat ecclesiæ, cur tu quoq; excelsa sectaris? quæ Lxx. σημαντικότερον, δ' ὑπερταπεινά, id est, tecta uana interpretati sunt, ut ostenderent esse & aliud tectum, de quo saluator descendere prohibet, quod tamen non sit tectum uanū. Deniq; & apostolus Petrus, hora orationis sexta ascendit in tectum. Nunc aūt ut ostenderet multam hæreseon uarietatē, nō unū tectū, sed tecta plurima nominauit. d ¶ *Clamoris, etc.*] Doctrina hæreticorū nō in sensu, sed in multiloquio & clamore uersat. Vnde ob multitudinē deceptorū, frequens ciuitas adpellatur, & exultans, propter superbiam. Inflati eñ tument, & sacratiora se inuenisse gloriant. e ¶ *Interfecti, etc.*] Maxima pars absq; ullo certamine & disceptatione, hæreticorū deceptionibus supplantatur, & hæc est turba quamplurima. Interfecti igitur siue ut Lxx. transtulerunt uulnerati uallis Sion, nō sunt interfecti & uulnerati gladio, sed uoluntate propria ad hæreticos transierūt, & comparatione eorū qui post prælium uicti sunt, infelicius ille uulneratus & interfectus est, qui sponte se tradidit: Quō & in martyrio qui post pœnas uictus manus dedit, leuioris pœnæ est eo qui absq; ulla necessitate, & dolore cruciatuū Christū negauit. f ¶ *Cuncti principes tui, etc.*] In hoc loco Lxx. interpretationē secuti sumus, quia nō multū ab Hebraico distat in sensu. Cæterū ut uerbū ex uerbo de Hebræo transeram, ita apud eos legitur: Omnes primates tui migrauerūt simul, ab arcu ligati sunt, quā ædition̄ & alij interpretes secuti sunt. Migrauerūt eñ omnes hæreticorū principes ad synagogā satanæ à Christi ecclesia, & transierūt simul discordes in perfidia, in transitu cōcordes, & ligati sunt ab arcu, de quo in psalmo scripū est: Ecce peccatores intenderunt arcū, parauerūt sagittas suas in pharetra, ut sagittēt in obscuro rectos corde, & mittant ignita diaboli iacula quæ uulnerent pariter & ligent. Ideoq; dure ligati sunt, quia obturauerūt aures suas sicut aspides surdæ, & obturātes aures, quæ nō exaudiēt uoces incantantiū, nec uenefici incantātis sapiēter. Ob quā causam & apostolus Paulus hæreticū post unā cōmonitionē, peruersitati suæ præcipit relinquēdū, quia peruersus est, & ,pprio iudicio cōdemnatus. Ex nobis eñ exierūt, sed nō erāt ex nobis, si eñ ex nobis fuissent, mānssent utiq; nobiscū. Horū principum fugitiuorum ille princeps est, quem idem Esaias uocat draconem fugientem, colubrū tortuosum, qui cum uerba mortifera in aures miserit deceptorū, dure eos ligat, & de uinculis suis exire non patī, de quibus sanctus erutus gratulabat in psalmo: Anima mea sicut passer erepta est de laqueo

Grece sic, πολὶς νεκρῶν δόωτων

Math. 24.b

Titum 3.c
1. Ioan. 2.c

Psal. 10.a

Psal. 123.a

A laqueo uenantiū. Et in alio loco gaudens q̄ euaserit loquit: Susceptor meus es tu, & refugiū meū, deus meus, sperabo in eū: qñ ipse eruit me de laqueo uenantiū, & à uerbo aspero, siue turbulento: quod proprie hæreticorū doctrinā significat. a ¶ *Omnes qui inuēti sunt, etc.*] Adhuc sermo prophetæ contra uallem Sion, cuius habitatores ascenderūt in tecta uana, & clamauerūt clamore confuso, & uulnerati sunt absq; prælio, cuius principes omnes fugerunt, & dure ligati sunt: & qui sortes inter eos erant, longius aufugerunt. Quanto enim quis in hæretica peruersitate prudentior, tanto longius recedit à domino. Quod autem dicit iuxta Hebraicum, Omnes qui inuenti sunt in te, hoc notare debemus, q̄ & hæretici eos quos deceperint, inuenisse se dicant, sed inuentio eorum, perditio est. Denique pariter colliguntur, & procul fugiunt. Nec mihi placet illa expositio secundum diuersitatem hæreseon diuersa esse & spacia fugientium, cum scriptura sancta dicat: Omnes qui ab hæreticis sunt reperti, pariter colligatos fuisse & longissime, dicente domino: Qui non est mecum, cōtra me est: & qui mecum non colligit, spargit. Vnde & de Moyse dicitur:
Exod. 24.a Appropinquabat Moyses solus ad deum, cæteri uero non appropinquabant. Deus enim sanctis suis, deus appropinquans est, & non de longe, dicit dominus.
1 Reg. 15.g b ¶ *Propterea dixi, etc.*] Et Samuel plangebat Saul, & do-
Luc. 19.f minus atque saluator flebat Hierusalem. Et Apostolus
2 Cor. 12.g scribit ad Corinthios: Ne cum rursus uenero ad uos, humiliet me deus, & lugeam multos qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Vnde compatientis
Ibid. 11.g affectu & ad alios loquitur, Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Igitur & propheta uidens populum quondam uisionis uana tecta conscendere, & in clamore uersari, cunctosq; principes eius fugisse, & ligatos esse uinculis peccatorum, erumpit in lachrymas, & abigit consolantes, & fletu amarissimo se fiere testatur, non super filios, sed super filias populi sui, quæ uitilitatis perdiderunt dignitatem. Dies enim iudicij & interfectionis & conculcatio-
יְרוּשָׁלַם יְבוּס nis, nequaquam erit Hierusalem, quæ interpretatur uisio pacis, sed antiqui nominis Iebus, quæ interpretatur conculcatio, fletuum quoque siue erroris, ut Lxx. transtulerūt, à domino sabaoth, non quo fletus & error à domino sit, sed per occasionem sanctarum scripturarum quas dominus legendas dedit, illis nascitur erro-
Esaiæ 63.d ris occasio; qui possunt dicere, Quare nos errare fecisti
Ibid. 29.a à uia tua? Et in alio loco, Dominus eis miscuit spiritum erroris, ut non in uisionis monte, sed in Sion ualle consisterent. Hæc autē ipsa dies quæ à domino exercituum in ualle oritur uisionis, ut singulorū opera demōstret, scrutatur murū hæreticorū, quē aduersum ecclesiā quasi firmissimū propugnaculū construxerūt, & magnifi-
C Exo. 22.d cū gloriosum q̄, id est doctores eorū, qui se super Christo mōte cōsistere gloriant. De quo alibi legimus, Venite ascendamus in montem dñi, & in domū dei Iacob, & annūciabit nobis uiā suā. Porrò quod Lxx transtulerūt, πλανῶνται ἐπὶ μικρὰ ὡς μὴ γάλα, πλανῶνται ὧν τὰ ὄρη. i. errant à minimo usq; ad maximū, errāt super montes: hoc sentire debemus, in maiori scelere esse eos, qui maiores sunt, & tamē à minimo usq; ad maximū errare cunctos, & errare super montes, Moysen, Hieremiā, cęterosq; prophetas, cu angelistas, & apostos. Cūq; in ualle uersent, mirū in modū errant in mōtibus. c ¶ *Et Adלעלם lam sumpsit pharetrā, curruū, etc.*] Aelam, quod interpretaē ascēsus eorum, siue ἐλαμῖται, ut Lxx. transtulerūt, quos in contēptores uertimus, sumpserūt pharetrā, ut sagittent in obscuro rectos corde, qui sunt in curru equites hominum, ut parietem Sion & ecclesiæ firmamenta suo clypeo & impugnatione denudent. Erunt autem, inquit, electæ ualles tuæ & humilia dogmata ô uallis Sion, plenæ quadrigarum, quas dominus cum Pharaone submersit, quarum equites & ascensores ponent sedes suas in portis tuis, ut obsessos in te atq; conclusos non patiantur exire. Tunc omnipotens deus per ecclesiasticos uiros reuelabit operimenta Iudæ, & uniuersa secreta eorum qui in confessione fidei constituti sunt: & tunc uidebis ô uallis Sion in die illa & in claro lumine ueritatis omnem armaturam apostoli & domus saltus in quo gentium turba consistit. Sicut & in centesimo trigesimo primo psalmo canitur: Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluæ. Cum autem operimentum Iudæ atq; secretum quod propter mysterium cælabatur, fuerit reuelatum, & uideris armaturam ec-
עֵילָם clesiæ, tunc intelliges schismata ciuitatis Dauid, quæ multiplicasti ut deceptos tibi populos congregares. Isti Elamitæ iuxta editionem Lxx. non habent unam pharetram sed plures, & ascensores sunt hominum, in quorum equitant animabus, & plurima multitudo est ad pugnam se præparans contra ecclesiam, ita ut omnes ualles illius compleantur, & equites obturēt sensus eorum, & dimicatione sua ecclesiasticū uirū qui interpretatur Iudas prouocent ad certandum: quo proferente testimonia scripturarum, & cuncta redarguēte mendacia, uidebunt hęretici domos ciuitatis Dauid, & omnia prius secreta cognoscent, quomodo in arce Dauid qui interpretatur, manu fortis, hoc est Christi, omnia sint dogmata ueritatis. Obscura loca sunt, non solum iuxta historiū, sed iuxta ἀναγωγήν. Quibus ergo nostra displicuerint, debēt proferre sua, ut explanationi eorū, si

D

A uera fuerit acquiescamus. a ¶ Et congre. etc.] Vos qui scissuras ciuitatis Dauid, id est, ecclesiæ uidebitis uel uitiis, quæ in toto orbe multiplicatæ sunt, qui congregastis aquas piscinæ uestræ atque doctrinæ, non superioris, sed inferioris, & domos Hierusalem numerastis siue destruxistis: ut munieretis murum uestrum, nõ fodistis puteos qui uitales haberẽt & æternas aquas, sed lacus cõtritos qui aquã nõ ualẽt cõtinere, & fecistis eos inter duos muros noui & ueteris instrumẽti, & aquã piscinæ ueteris neglexistis, nec cõsiderastis datorẽ legis deũ & operatorẽ mũdi penitus neglexistis. Hoc iuxta Hebraicum. Cæterum iuxta Lxx. confiderauerunt se hæretici, q̃ multi essent, & in hac multitudine cõfidentes, doctrinã ueteris testamenti auerterunt à ciuitate dei, quæ est ecclesia, & destruxerũt domos Hierusalem, ut ædificarẽt cõciliabula malignantium, dumq̃ uetus reprobant instrumentum, nec nouum sequuti sunt, quia nouum ueteris instrumenti testimonijs roboratur. Propterea inter duos muros ueterem & nouum fecerũt sibi nouas aquas, quas interiores esse putant, & maiora continere mysteria, q̃s in testamento ueteri continentur, & non respexerunt deum, qui ueteris instrumenti conditor est, & factorem eius ne lõge quidem uidere uoluerunt.

b ¶ *Et uocabit dominus, etc.*] Quotidie dominus deus exercituum, uocat hæreticos ad pœnitentiam, qui inter duos muros aquã piscinæ ueteris cõtemnentes, foderunt sibi lacum, & congregauerunt aquam piscinæ inferioris, HEB. sunt. Et congrẽgastis aquas piscinæ inferioris, & domus Hierusalẽ numerastis, & destruxistis domus ad muniẽdum murũ. Et lacum fecistis inter duos muros & aquã piscinæ ueteris, & nõ aspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorẽ eius de longè non uidistis. SEP. sunt. Et auerterũt aquã antiquæ piscinę in ciuitatẽ, & destruxerũt domos Hierusalem ad firmandos muros ciuitatis, et fecistis uobis aquam inter duos muros intra piscinam antiquam, & non aspexistis eum qui à principio fecit eam, & creatorẽ illius non uidistis. Et uocabit dominus deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci, & ecce gaudiũ & lętitia, occidere uitulos & iugulare arietes: comedere carnes & bibere uinũ: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc uobis donec moriamini, dicit dominus deus exercituum.

HEB. Hęc dicit dominus deus exercituum, Vade ingredere ad eũ qui habitat in tabernaculo, ad Sobnã præpositum templi, & dices ei, Quid tu hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum? excidisti in excelso memoriam, diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportat gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terrã latam & spaciosam, ibi morieris, & ibi erit curr⁹ gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui. Et expellam te de statione tua, et de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, uocabo seruum meum Eliacim filiũ Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo cõfortabo eũ, & potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantium Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerũ eius, & aperiet SEP. Hæc dicit dominus sabaoth, Vade ad pastophorion ad Somnam quæ stolarem, & dices ei, Quid tu hic? Aut, quid tibi est hic? quoniã excidisti tibi sepulchrũ, & fecisti tibi in excelso memoriam. Et descripsisti tibi in terra tabernaculũ. Ecce dominus sabaoth eijciet & cõteret uirũ, & auferet stolã & coronã tuam gloriosam, et proijciet te in regionem magnã & absq; mensura, & ibi morieris, & ponet currũ tuũ optimum in ignominiã, & domum principis tui in cõculcationem. Et auferes à dispẽsatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, uocabo puerũ meũ Eliacim filium Helciæ, & induã illum stola tua, & coronã tuã dabo illi fortiter, & dispensationem tuam dabo in manus eius, & erit quasi pater habitatorib. Hierusalem & Iudæ, & dabo gloriã domus Dauid ei, & principabitur & non erit qui cõtradicat. Et dabo clauẽ domus Dauid super humerũ eius, & claudet

C quæ non de cœlo, sed de terra aquas habet, & uocat eos ad fletũ. Beati eĩ flentes, quia ipsi ridebunt. Et ad planctum, ne postea audiant: Lamentauimus uobis, & nõ plãxistis. Et ad caluitium ut omnia opera mortis radant, & auferant de corpore suo quicquid nõ uiuit in corpore. Et ad cingulum sacci, ne postea iuxta Hierusalem pro cingulo reste cingantur. Illi autem econtrario pro fletu & plãctu, caluitio & cilicio, gaudium habuere atq; lætitiam, & quasi morte omnia finirentur, occidentes uitulos arietesq; iugulantes, ut comederent carnes & biberent uinum, loquuti sunt uerba blasphemantium. Dum in præsenti seculo sumus, delicijs affluamus. Crastina enim dies, hoc est, futurum tempus, sine sensu erit. Illis ista dicẽtibus, D audiuit dominus uerba blasphemiæ, & cõminatus est non se dimissurum esse hanc iniquitatem, donec aut peccato moriantur & uitijs, aut cum delictis suis ad inferos pertrahant. quod quidem nõ solum de hæreticis, sed de omni potest intelligi peccatore, qui negligens peccata sua desperatione fit peior, & uoluptatibus irretitus, iungit peccato blasphemiam, ut omnem sensum uiuentium putet morte finiri, dicens illud Epicuri: Post mortem nihil est, & mors ipsa nihil est. c ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Præcipitur Esaiæ prophetæ, ut ingrediatur ad eum qui habitat in tabernaculo quod Hebraice dicitur סְכָנָה ad Sobnam præpositum templi, siue ut Lxx. transtulerũt, ταμίαν, hoc est quęstorẽ & dispensatorẽ thesaurorũ domus dei. Sochẽ aũt uel tabernaculum

claudet

A naculum interpretatur: uel pastophorion, hoc est thalamus, in quo habitat præpositus tẽpli. Quis est aũt alius qui habitauit in tabernaculo Iudæorũ, & in domo quõdam dei, nisi Iudaicę legis sermo & ratio, quę in ueteris instrumẽti lectione uersata est? Huic itaq; traditioni dicitur atque doctrinæ,

Quid hic agis? Cur tibi uis ędificare domũ in occidẽte litera, & tabernaculũ tuũ quod nõ habet fundamentũ in petræ figere firmitate, quod nõ tam tabernaculum & domus q̃ sepulchrum & memoria appellandũ est? Propterea aũt tibi dico q̃ in excisione sepulchri nõ debeas laborare, quia trãsferet dñs sacerdotiũ tuum, sicut transferri solet גֶּבֶר quod omnes uirum interpretati sunt. Hebræus aũt qui nos in ueteris instrumẽti lectione eruditi, gallum gallinaceũ transtulit. Sicut, inqt, gallus gallinaceus humero portitoris de alio loco transfertur ad aliũ, sic te dñs de loco tuo leuiter asportabit. Et

B qui quondã habebas coronã pontificis, & sanctificatio
Exo. 28.f nem in auri lamina, in qua erat scriptum nomẽ dei, coronaberis tribulatione et angustia. Et quomodo si sphęra mittatur in decliui loco atq; spacioso stare non potest, sed in immẽsum uoluitur, sic omnis populus tuus in orbis terminos dispergetur. Ibiq; morieris cum litera tua, & omnis gloria tua & currus quib. inclytus antea ferebaris, & domus dei splendor uertet in ignominiam. Auferet enim te dominus de statione tua & de ministerio tuo, hoc est ceremonijs uictimarũ, ut impleatur illud quod scribitur ad Hebræos: Translato enim sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. Cum autem tu eiectus fueris de ministerio tuo, uocabo puerũ meum Eliacim cui dixi & in alio loco: Magnum tibi est uocari te puerum meum. Eliacim interpretatur resurgẽs deus siue dei resurrectio. Iste igitur resurgens deus qui est filius Helciæ, id est patris domini, accipiet locum tuum, tuaq; induetur stola, & cingulo tuo cõfortabit, ut quod tu habebas in litera, ille possideat in spiritu, & erit pater habitantium in Hierusalem, hoc est in uisione pacis quæ interpretat ecclesia, & domui Iuda ubi est fidei uera cõfessio. Vnde ipse ad apostolos loquitur, Filioli adhuc modicum uobiscum sum. Et ad aliũ: Fili dimittuntur tibi peccata tua. Et ad aliam: Filia, fides tua te saluam fecit. Dabo, inquit, ei clauem domus Dauid qui aperit & nemo claudit, qui claudit & nemo aperit. Et hæc ipsa clauis erit super humerũ eius, hoc est in passione. Iuxta illud quod in alio loco scribitur: Cuius principatus super humerum eius. Quod enim ille sua passione reserauerit, claudi nõ poterit: & quod clauserit in ceremonijs Iudæorũ, à nullo alio aperietur. Figam enim illum paxillum in loco fideli, ubi conuentus fidelium est. Vnde & credentes in Christo fideles appellantur. Et erit in soliũ gloriæ domus patris sui, hoc est ecclesię. Et suspendent super eum omnẽ gloriã domus patris eius. Vnde

Hier. Io. 5

& in Euangelio scribit: Omnis populus pẽdebat ex eo. C Quod quidẽ nõ illo tantũ tempore factũ est, sed usq; hodie impleẽ, ut pendeant ex eo quasi uasa diuersa dei, sapiẽtia & iustitia, & omnia quib. Christus appellatur. Vasorũ diuersa genera, pro quibus Aquila interpretatus est מְתִנְעִים quę Symmachus uertit nepotes atq; cõmixtos, & ut apostoli & oẽs credentes, hoc est filij filiorũ & cõmixti de uniuersis gẽtibus pendeãt super eũ: à uasis craterarũ: pro quibus Theodotio מְנוּחָה posuit, & parui eĩs & magni in dominũ credituri sunt. Crateras aũt puto esse apostolos plenos uitalibus aquis. De quibus dicitur: Benedicite deũ de fontibus Israel. In quibus craterib. miscuit sapiẽtia uinũ suum. Et omne, inquit, uas muscorũ, eorũ qui omni tẽpore in dei laudes personãt. Quod sequitur, uidetur sensui nostro esse cõtrariũ, quomodo paxillus iste q̃ fixus fuerat in loco fideli auferaẽ & frangaẽ

Psal. 67.f

SEP. claudet, & non erit qui aperiat, & constituã eũ principẽ in loco fideli, et in soliũ gloriæ domus patris eius, & erit confidẽs super eũ omnis gloriosus in domo patris sui à minimo usque ad maximũ. omne uas paruulũ à uasis aganoth, & pendebũt super eũ. In die illa hæc dicit dñs sabaoth, Mouebiẽ homo qui stabilitus erat in loco fideli, & auferetur & corruet, & dispe ribit gloria quæ erat in eo, quoniã dñs locutus est.

Cap. XXIIII

VErbũm Tyri. Vlulatẽ naues Carthaginis, quia perierunt, & ultra non uenient de terra Citiorum, ducta captiua est. Cui similes facti sunt habitatores insulæ & cadat & pereat quod pepẽderat in eo, & hoc fiat quia D dñs locutus est. Quod ita solui potest, si legamus illud euãgelij, q̃ in nouissimis dieb. refrigescat charitas multorum, & ipse dñs dicat, Putas filius hominis ueniẽs in uenietfidẽ sup terrã? Nõ ergo paxillus frangeẽ & cadet & peribit, quod impiũ est dicere: sed paxillus auferetur de loco fideli, hoc est de ecclesia per impietatẽ quotidie subcrescentẽ, & qui super eũ ante pependerãt fide, post ea infidelitate frangentẽ & cadent & peribũt. Hoc aũt fiet in diebus nouissimis: quia dñs locutus est. Pro paxillo qui Hebraice dicitur יָתֵד & ab omnibus similiter effertur, soli Lxx. supra ἄρχοντα, id est principẽ: hic hominem, interpretati sunt. Quodq; nos celeritate dictandi penè præterijt, Sobnas interpretaẽ conuertere nunc, siue conuersio. Dicitur ergo ad principẽ Iudæorũ ut conuertaẽ de lege ad euangeliũ, & uictimarũ imaginib. derelictis, transferat se ad spiritualis sacrificij ueritatem.

Matt. 24.b Luc. 18.b

CAP. XXIII

VErbum Tyri.] Quid nobis uideret super onere uel uerbo & assumptione Tyri iuxta Hebræos, suprà in libro decẽ uisionũ historicę explanationis diximus. Nunc omnẽ contra Tyrũ prophetiã secundum ἀναγωγὴν & editionẽ Lxx. breuiter percurremus. Tyrus lingua Hebræa צֹר dicitur, & in nostrũ sermonẽ transfertur, angustia. Omnis igit anima uitijs occupata & prauis cogitationibus, for appellari potest. b ¶ *Vlulate, etc.*] Pro Carthagine in Hebræo scribitur תַּרְשִׁישׁ quod omnes similiter transtulerunt. Tarsis autem interpretatur contẽplatio siue exploratio gaudij. Citij quoq; q̃d Hebraice dicitur כִּתִּים interpretatur mare congelascẽs, & pro Phœnice apud eos Sidon legitur. Arguunt itaq; hi quos malarũ cogitationũ turba circundat, & qui uolentes iuxta Apostolũ diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueos diaboli & desideria multa & noxia, quæ detrahũt homines in profundũ. Et dicitur eis q̃ ululare

1 Tim. 6.b

A debeant, ſcientes oēs negociationes mūdi huius eſſe peri
turas, & contemplationē gaudij atq; lætitiæ in luctū la
chrymasq; uertendā. Mare enim hoc nō poterit nauiga
ri. ſed omnia cōgelaſcēt, & coloniæ Tyriorū captiuæ du
centur in pœnas. Nulli eñ alij ſimiles ſunt qui habitant
in inſula iſta, niſi ne
gociatoribꝰ, ſiue tranſ
latoribus qui circun
feruntur omni uen
to doctrinæ, & de alijs
ad alia uitia trāſeunt.
Habitamus aūt in in
ſula q̄ diu tentationi
bus huius ſeculi tun
dimur, & ex oīni par
te noſtra inſula atque
nauicula maris ferit
fluctib. Huius aūt in
ſulæ negociatores de
Sidone ſunt, quæ in
terpretat uenatrix, &
in qua habitant pluri
mi uenatores. De qui
bus ſcriptū eſt: Libera
bit te de laqueo uenā
tium. Et in alio loco,
lætatur ſanctus q̄ de eorū inſidijs liberatus ſit, dicēs: A
nima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiū.
Omnes aūt negociatores gentiū, ſegetibus comparan
tur, quæ cito areſcūt, ſiue meſſibus fluminis quæ de cœ
lo non habent pluuiā, ſed de terra, ideoq; cum gētibus
perituræ ſunt. Vbi nos legimus, ſemen negociatorum,
in Hebræo ſcriptum eſt, ſemē ſihor, quod ſubaudiē Ni
li, eo quod aquas turbidas habeat, quibus Aegypti ſe
B getes irrigantur. a ¶ *Erubeſce Sion, dixit mare, etc.*] Seculi
huius mare, in quo habitant animalia parua cum ma
gnis, & draco quem plaſmauit deus ad illudendum ei,
uidens à uenatoribus Chriſti qui de omni monte ue
nantur & colle, captos qui prius à dæmonib. capti fue
rant, loquitur ad contrariam fortitudinem uenatorū,
quę interpretatur Sidon, & dicit ei, Erubeſce Sidon, nō
enim parturiui, neq; peperi, nec captos à te nutriui iu
uenes, nec eleuaui uirgines quarum ſtultitia in Euange
lio condemnatur. Mea enim parturitio & partus & nu
trimentū & eleuatio uirginū, apoſtolorum Chriſti par
turitione deleta eſt, quorū unus loquebatur: Filioli mei
quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in uo
bis. Et, Lac uobis potū dedi non eſcam. Et rurſum: Vo
lo autem uos omnes uirginem caſtam exhibere Chri
ſto. Cum hoc Aegyptus audierit, quæ Hebraice dicitur
מצרים quod interpretatur ἐκλιπαρσις, id eſt, tribulans
& coartans, etiam ipſa terrebitur, ſe quoq; intelligēs ea
dem quæ Tyrus paſſa eſt, eſſe paſſuram. Quod cum ad
omnia uitia referatur, poteſt & in hæreſeōn diuerſitate
ſentiri, quando alia capta hæreſi, alia pertremiſcit, & in
alterius confuſione, alter ſe capiendum eſſe ſentit. Quo
modo autem de Sodomis dicitur. Quoniam ſi facta fu
iſſent ſigna in eis quæ facta ſunt in Capharnaum, man
ſiſſent uſq; hodie. Et infertur, Veruntamen Sodomis to
lerabilius erit in die iudicij quàm uobis. Sic de Tyro
& Sidone diſcimus ſaluatore dicēte: Veruntamē Tyro
& Sidoni leuius erit in die iudicij quàm ciuitati illi. Vn
de & Chananæa quæ ad prædicationem Chriſti, filiam
id eſt animam ſuam grauiſſimo dæmonio uexari intel
ligebat, exiſſe dicitur de finibus Tyri & Sidonis. Neq;
eñ poterat aliter occurrere ſaluatori, niſi Tyri & Sido
nis terminos reliquiſſet. b ¶ *Ite Carthaginē, etc. à principio
antequam traderetur.*] Quod ſequitur, Deducent eam pe
des eius longe ad peregrinandum, de Hebraico addi

tū eſt, & ſtellis illuminantib. prænotaē. O Tyrij qui habi
tatis in anguſtia & in inſula cōmoramini, qui ex omni
parte expoſiti eſtis tentationū fluctib. recedite de ea, &
ite ad Carthaginē, id eſt Tarſis, atq; ad uerū gaudiū feſ
tinate, lugentes antiqua peccata & ueterē contumeliā,
quā aut ipſi alijs inſe
rebtis, aut patiebami
ni ab illis. Hoc autem
ideo præcipio, quia
Tyrū urbē ueſtrā de
ſuis ſedib. & propoſi
to cernitis ad termi
nos alios migraturā,
quando ueteri errore
depoſito, euāgelio ſal
uatoris colla ſubmiſe
rint, ut qui prius ha
bitabant in anguſtia,
recedāt longius & ad
uerias ſint atq; incolæ
doctrinæ dñi ſaluato
ris. c ¶ *Quis cogitauit
hæc, etc. principes Chanaā,
etc.*] Verbū Chanaan
de Theodotionis edi
tione additū eſt, pro
quo Aquila, negociatores trāſtulit. Interrogat ergo ſpi
ritus ſanctus, imò interrogatione confirmat, quod do
minus hęc aduerſum Tyri principes cogitarit, quorum
omnis induſtria eſt negociationibus opes quærere. Et
quomodo in Euangelio legimus inſtitores margarita
rum qui omnibus uenditis unam cupiunt emere mar
garitam, & utiq; appellandi ſunt inclyti negociatores
non terræ, ſed cœli, ſic econtra negociatores Tyri, hoc
eſt tribulationis & anguſtiæ, appellandi ſunt inclyti ter
ræ, quia quicquid agunt, terram reſpicit, & principes
Chanaan, quod interpretatur fluctuantes atq; commo
ti. Non enim ſtaruunt ſupra petram pedes ſuos, nec po
teſt de eis dici, Petra refugiū herinacijs ſiue leporibus,
ſed illud potius quod iuſtus penè paſſus eſt, ſuſtinent.
Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſ
ſus mei. Dominus ergo exercituū hoc conſilium cogita
uit, ut diſſolueret peſſima negociatorum uincula, imò
compactam iniuriam diſſiparet, per quam cuncti qui
Tyro ſubditi ſunt ſuperbiunt. Quodq; intulit, & deho
neſtare omne quod glorioſum eſt ſuper terram, nō do
minus dehoneſtamenti autor eſt, ſed quod per ſe igno
miniæ patet, oſtendit eſſe ignominioſum. Quod quidē
& de ſacerdotibus in Leuitico legimus, Contaminatio
ne contaminabit eum, haud dubiū quin ſacerdos, non
quo contaminationis autor ſit, ſed quo oſtendat eum
contaminatum, qui prius mūdus plurimis uidebatur.
d ¶ *Operare terrā tuā, etc.*] Multum à cæteris interpreti
bus & ab ipſo Hebraico in hoc loco Lxx. diſcordat edi
tio, ſed propoſitum proſequamur. Suprà dixerat, Ite
Carthaginē, ululate, qui habitatis in inſula. Nunc con
trarium loquitur, quia naues de Carthagine ultra non
uenient, operare terram tuam. Profuit enim Tyro naues
interire peregrinas, ut cogatur operari terram ſuam. de
qua in Prouerbijs dicitur: Qui operatur terram ſuam,
ſaturabitur panibus, ut nequaq; de incerto fluctuum
naufragorumq; diſcrimine, ſed operis ſui uiuat frugib.
De quibus in pſalmis ad iuſtum canitur, Labores ma
nuum tuarum manducabis. Scriptum eſt in Oſee, me
retricis uias ſeptas eſſe à domino ſpinis, ne ſequi poſſit
amatores ſuos, ut hac neceſsitate cōpulſa, reuerteretur
ad uirum ſuum priſtinum. Quod & in ſeculi rebus fre
quenter animaduertimus, multos qui per proſpera &
abundantiam omnium rerum dominum ſentire non
poterant

A poterāt, intelligere p inopiā, & cōuerti ad opera iuſtitię,
poſtq; manus eorū nō prævaluerit felicitate huius ſecu
li perfrui, quæ prius in mari prouocabat reges, ſiue iux
ta Symmachū cōturbabat, quorū cor in manu dei eſt.
Atq; utinā & nos maris huius negotiatione contempta
operemur terram no
ſtram, & nequaq; ex
pectemus naues Car
thaginis, ſiue naues
Tyri, quę Carthaginē
ire conſueuerant, ne
ſubijciamur poteſtati
draconis, qui domi
natur in mari. Sed ſta
bilem gradū figamus
in terrā, imò ad cœle
ſtia feſtinātes, opere
mur terrā noſtram, ut
hic ſeminātes, ibi me
tamus. Manus quoq;
noſtra quæ prius in
mundi negocijs uerſa
batur, & pro potentia
ac felicitate etiā reges,
id eſt ſanctos de ſtatu
ſuo poterat cōmouere,
fiat imbecilla in re
bus maris, ut fortis ſit
in opere terræ ſuæ.
a ¶ *Dominus ſabaoth,
etc.*] Tyrū & Sidonē
eſſe in terra Chanaan
& ſuprà oſtendimus,
euangelij teſtimoniū proponētes, in quo legit Chana
B næam mulierē ſiue Syrophœniſſam exiſſe de finib. Ty
ri & Sidonis, & occurriſſe dño ſaluatori. Omnis autem
anima quæ in ſeculi fluctibus poſita eſt, & circunfer
tur omni uento doctrinæ, Chanaan appellanda eſt,
quæ interpretatur quaſi fluctuatio ſiue cōmotio. Vnde
Dan. 13.c & ad ſenem adulterū dicitur: Semen Chanaan & nō Iu
da, ſpecies decepit te. Prodeſt igitur Tyro & eius angu
ſtijs robur perire Chananæū, ut dicatur habitatoribus
eius quod ultra nō ualeant iniurias facere, & opprime
re per iniquitatem uirginem filiam Sidonis. Quicunq;
à diabolo capitur in diuerſorum perturbatione uitio
rum, & traditur in contumelias ignominiæ, ut polluat
corpus uoluptatibus & libidine, iſte filius uel filia eſt
Sidonis. Et hoc ſciendum quod ſabaoth in Hebraico
non habetur, & ecōtrario uirgo de Hebraico addita ſit.
b ¶ *Si ieris in Citios, etc. ipſa uaſtata eſt ab Aſſyrijs.*] Quodq; ſe
quitur de Theodotionis editione, ſub aſteriſcis addi
tum eſt: Fundauit eam Sijm, ſtatuerunt propugnacula
eius, ſuſcitauerunt turrem eius: & abſque aſteriſcis iun
gitur, paries eius cecidit. Citij interpretantur plaga con
ſummata ſiue perfecta, Chaldæi in hoc loco, quaſi ube
ra, Aſſyrij, arguentes. Sijm etymologiam nec nos po
tuimus inuenire, & cæteri interpretes ipſo quo apud
Hebræos ſcribitur nomine tranſtulerunt. Dicitur er
go ad Tyrum, quod licet ad Citios ire contendat, & an
guſtiarum ſuarum plagam uitare, perfectam etiam ibi
requiem inuenire non ualeat. Rurſumq; ſi cupiat ire
ad Chaldæos, & ubertate eorum ac rerum omnium a
bundantia perfrui, etiam illos inueniat deſolatos, ar
guentibus Aſſyrijs eorum ſterilitatem, iuxta quod &
1 Tim. 1.d Apoſtolus tradidit peccatores ſatanæ, ut diſcant non
blaſphemare, qui traduntur in interitum carnis, ut ſpi
ritus ſaluus fiat. Chaldęorum autem Sijm fundamenta
fecerunt, quos intelligo dæmones peſſimos, qui & pro
pugnacula & turres ſuperbiſſimas urbis Chaldææ con

tra ſcientiā dñi ſuſcitauerūt. Sed omnis eorū ædificatio C
in ruinas cōcidit: ſequit eñ, paries eius cecidit. Niſi eñ Pſal. 126.d
dñs ædificauerit domū, in uanū laborauerūt qui ædifi
cant eā. Sæpe uidemus in ſeculo quoſdā de alio propo
ſito trāſire ad aliud. Verbi gratia, ut qui militiā male ex
perti ſunt, tranſeāt ad
negociationem. Rur
ſumq; cauſidicos bel
latorū arma corripe
re. Mutant induſtriā,
ut mutent infelicitatē,
& nihilominus diſpē
ſatione dei his quos
ſaluare dignatur, om
nia nitentibus euente
cōtraria, ut per ino
piam ac miſerias co
gantur nō in ſe, ſed in
creatore ſuo habere fi
duciam. c ¶ *Vlulate
naues.*] Naues Carthagi
nis, id eſt, Tharſis, iu
bent ululare, nequaq;
enim, ut ſuprà, perie
runt, ſiue nō uenient,
ſed periit fortitudo ea
rum. Tharſis enim ſe- תרשיש
cundū aliā interpreta
tionē in linguā noſtrā
uertitur cōſummatio
ſex, ſiue lætitiæ. In ſex
aūt diebus mundum
iſtum factū legimus,
qui iuxta traditiones eccleſiaſticas poſtea cōſummabi
tur. Omnia ergo bona ſeculi huius, & uniuerſus morta D
lium labor, incerto nauiū curſu comparatur, quod ci
to peritura ſint, & cuncta nauigantiū fortitudo ſoluat.
unde & in Salomone ſcriptū eſt: Ciuitates firmas aſcen Prou. 21.c
dit ſapiens, & deſtruxit munitiones earum. Quicquid
enim hæreticorū & ſapientiæ ſecularis contrariorumq;
dogmatū arte componitur, uir eccleſiaſticus deſtruit, et
ſuis docet pedibus eſſe ſubiectum. d ¶ *Et erit, etc.*] Hoc
quod dicitur, memoriale corā domino, & ſuper faciem
terræ, & ſicut tempus hominis, in Hebraico non habe
tur, ſed in Græco additū eſt. Septuaginta aūt annis Ty
rus quondam coanguſtata dimittitur, ut expleto ſolitu
dinis tempore, carmē quondam meretricium uertat in
laudes dei, aſſumensq; citharā omnes chordas habeat
concinentes: ut poſtquam bene concinuerit, & multa
cantauerit, fiat eius apud deum memoria, quæ propter
fornicationē obliuioni tradita erat, & reſtituatur in pri
ſtinum ſtatum, habeatq; diuitias regnorū totius orbis,
& mercedes laboris illius nequaq; Tyrijs congregētur,
ſed his qui habitant in conſpectu domini, comedantq;
& bibant & impleantur omnibus bonis quæ in cōuiuij
lætitiam cunctorū fuerint labore collata. Sidonē ac Ty
rum ſermo diuinus ad pœnitentiam cohortatur, & la
bores eius atq; mercedes dño ſanctificandas eſſe pro
mittit. Quis non peccatorū ſpem ſalutis habeat, ſi tamē
bene cecinerit, & uniuerſæ chordæ uirtutū, quæ quon
dam fuerant relaxatæ, in laudes domini componātur?
Legimus in xliij. pſalmo, qui ſpecialiter ad coniunctio
nem ſponſi & ſponſæ id eſt, ad deum ſaluatorē & eccle
ſiæ pertinet ſacramenta, dici inter cætera, Filiæ Tyri in
muneribus faciem tuā precabunt diuites plebis. Et ipſe
rurſum ſponſus ad ſponſam Tyriā loquitur: Audi filia
& uide & inclina aurē tuam, & obliuiſcere populi tui, et
domū patris tui, quia concupiſcit rex decorē tuum. Vn
de & in deſcriptione pulchritudinis eius infertur: Aſti

A tit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circundata Psal. 44.a uarietate. Et iterū: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Si aūt cōcupiuit rex pulchritudinē Tyriæ pœnitētis, & uariarū habentis ornamēta uirtutū, quāto magis mereces eius & negociatio nō in Tyro permanētiū, sed eorū erit qui habitāt in conspectu dñi? Qui postq̄ egerint pœnitentiā, audient à dño saluatore: Comedite amici mei & bibite, & inebriamini charissimi. Quid sit aūt comedere & bibere & saturari omniū collatione uirtutū, fidelis lector intelligit. Septuaginta annis desolatū fuisse templum & Hieremias & Dantel & Zacharias docent. Et in Ezechiele de Sodoma legimus, q restituat in antiquū, & de Aegypto q post desolationē terræ Aegypti, & aditatē septē fluminū, ueterē recipiat ubertatē. Septenarius aūt & septuagesimus numerus, qui uel de singulis diebus, uel de septē conficit decadibus, perfectā significat & consummatā pœnitentiā, ut iustē Tyrus expleto pœnitētiæ tempore in antiquū redeat statū. De hac arbitror meretrice & illud in Prouerbijs Salomonis mystico sermone signari. Ne attēdas pessimā mulierē. Melle nim distillat de labijs mulieris meretricis, quę ad breue impinguat fauces tuas, & postea amarius felle reperies. Per fenestrā enim domus suæ in plateas prospicit, quia lata est & spacioſa uia quæ ducit ad mortē, & quēcunq̄ insipientē uiderit iuuenē, sapiētes quippe tentare nō audet, & transire iuxta angulos qui rectam lineā perdiderunt, loquitur ei in tenebris & in caligine, & sub specie uoluptatum quasi uictimam ducit ad mortē. Hęc si conuersa fuerit, & bene cecinerit, & perfectæ pœnitentiæ anorum tempus impleuerit, comedet & bibet & saturabitur, Audiat Nouatianus & taceat. C Prou. 9.c

Commentarij septimi in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN OCTAVVM
Commentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Procemium.

Sextus & septimus superiores libri, allegoriā quinti uoluminis continēt, quod olim historica explanatione dictaui. Presens opus, id est octauus liber, ad cœptā interpretationem reuertit, ut & historiā & tropologiā iuxta utranq; editionē pariter differat. Quæ si longa tibi uidebit, ô uirgo Eustochiū, non mihi imputes, sed scripturæ sanctæ difficultati, præcipueq; Esaiæ prophetæ, qui tantis obscuritatibus inuolutus est, ut præ magnitudine rei breuem explanationē putem, quæ per se longa est. Certe nos studiosis scribimus, & sanctā scripturam scire cupientibus, non fastidiosis & ad singula nauseantibus. Qui si flumē eloquētiæ & concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianū, Gallionem, Gabinianum, & ut ad nostros ueniam, Tertullianū, Cyprianū, Minutiū, Arnobium, Lactantiū, Hilariū. Nobis propositū est Esaiam per nos intelligi, & nequaquam sub Esaiæ occasione nostra uerba laudari.

COMMENTARIORVM
Hieronymi in Esaiam prophetam.
Liber octauus.

B Ece dominus etc.] Post specialē singularū gentium correptionē Iudææ, Babylonis, Philistim, Moab, Damasci, Israel, Aegypti deserti maris, Idumææ, & Arabiæ, uallis uisionis, & ad extremū Tyri, in quarū explanatione quæ potuimus diximus. Nunc quid totus orbis in cōsummatione passurus sit, ꝓpheticus sermo describit, & nequaq̄ de singulis gentibus, sed de cūctis pariter prophetatur. Et primum quidē quæ impij tormenta passuri sint, & quomodo iuxta euāgelīū & Apostolū, per trāseat cœlū & terra, & figura mūdi istius, & deducātur peccatores in infernū, de quib. scriptū est: Ingrediēt ad extrema terræ, tradent in manus gladij, partes uulpiū erūt. Deinde qa, ꝓ qualitate meritorū multæ sunt māsiones apud patrē, dicit quō sancti rapiant in nubibus obuiam dño in aera, & semper cū eo futuri sint. Pro dissipata terra, Lxx. corruptū orbē interpretati sunt, & pro afflicta facie illius, id est terræ, ijdē trāstulerūt ἀνεκαλύψατο πρόσωπον αὐτῆς. id est, & reuelabit faciē eius, ut procedant mortui de sepulchris suis: siue nudabit eam ut omnia opera eius proferant in publicū, & dispergantur habitatores eius in diuersa loca, præmijs uel suppliciis destinati. Tunc nulla erit diuersitas inter nobilem & ignobilem, sacerdotē & laicum, seruum & dominum ancillam & dominam, diuitem & pauperem, fœneratorem & cum qui ære alieno premitur, ementē atq; uendētē. oēs em ex æquo stabunt ante tribunal Christi, nec erit acceptio personarū apud deū. De quo & Iob ait dē propemodū uerbis loquitur, Paruus & magnus ibi sunt, & seruus non timens dñm suū. Et saluator in euāgelio, cui omne iudiciū traditū est, pleno sermone testatur. Dissipabit ergo terra, & omnia terrena opera redigent ad nihilū, ut abolita imagine χο ικῦ, permaneat imago supercœlestis. Primus em homo de terra terrenus, & secūdus de cęlo cęlestis: qualis terrenus, tales & terreni, & qualis supercœlestis, tales & supercœlestes, ut sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē supercœlestis. Vnde idē Apostolus loquit, Caro & sanguis regnū dei nō possidebūt. Non q̄ secundū hæreticos dispereat natura corporū, sed q̄ corrupti uū hoc induat incorruptionē, et mortale hoc induat immortalitatē. Et hæc oīa fiēt, qa qđ futurū est p prophetas dñs locutus est. b ¶ Luxit, etc.] Deus superbis resistit, et humilib. dat gratiā. Vnde prima sententia est cōtra eos, qui excelsi sunt terræ, ut infirmētur uniuersa quæ nunc fortia sunt, propter eos qui sanguinē sanguini miscuerunt, & in morē sanguinis Abel interfectorū cruorē ad deum clamare fecerunt. a ¶ Quia transgressi, etc.] Audiant Iudæi, qui se solos legem accepisse domini gloriantur, quod uniuersæ primū gentes totusq; orbis naturalem acceperit legem, & idcirco postea lex data sit per Moysen, quia prima lex dissipata est. De qua Apostolus loquitur. Quū enim gētes quæ non habent legē naturaliter ea quæ legis sunt faciūt, isti legem non habētes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordib. suis. Qui igitur has leges obseruauerint, præmia consequentur: qui autem neglexerint eas, sustinebunt quæ nunc sermo propheticus cōminatur. Et quomodo in principio bene dixit deus omni creaturæ quam fecerat, sic in cōsummatiōe mūdi maledicet his qui terreni sunt, & nō fuerint peregrini, sed habitatores terræ, & in ea peccauerint, qui obliti cōditionis suę, contra se mutuo furore bacchati sunt. Et pauci remanebūt qui habeant imaginē supercœlestē, siue iuxta Lxx. οἱ πτωχοὶ ἐσονται καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ γῇ, id est, pauperes erūt habitatores terræ, quia spirituales diuitias perdiderunt. b ¶ Luxit uindemia, etc.] In cōsummatione mundi, præteritarum deliciarū recordatio, erit materia cruciatuū. Vnde & diues ille in cōuiuio purpuratus, q receperat bona sua in uita sua, eleuans oculos suos de inferno, Lazarū cernit in requie. Et dñs increpās diuites & luxuriosos atq; ridētes, loquit in euāgelio, Væ uobis diuitib. quoniā receperistis cōsolationē uestrā. Væ uobis qui nunc saturati estis, quoniā esurietis. Væ uobis qui ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis. Quando igitur fuerit resurrectio mortuorū, & iudicij aduenerit dies, tūc lugebit uinū atq; uindemia: de qua Moyses loquit: De uinea Sodomorū uinea eorū, propago eorū de Gomorra. Vua eorū, uua fellis, botrus amaritudinis eorū. Furor draconū uinū eorū, & furor aspidū insanabilis. Tūc omnis potio, siue ut Hebraice dicit שִׁבְרָה id est, ebrietas, quæ statū mentis euertit, & homines uigilare nō patit, amaritudine cōmutabit, quæ ad tempus utentibus se mella mentitur, & in nouissimo amarior felle reperiet. Tunc omnis dulcedo lætantiū & tympanorū ac citharæ sonitus in planctū uertetur ac gemitū. Ingeramus hoc testimonium his qui in conuiuijs non solum gula & ebrietate, sed & auribus luxuriāt, ut per oēs sensus animę fortitudo molleſcat. Atteret ciuitas uanitatis, siue oīnis ciuitas uel spiritualis Babylon quæ sedet in septē mōtibus purpurata, cuius supplicia in Apocalypsi Ioannis legimus. Pulchreq̄ dixit, urbē uanitatis. Si enim de cœlo & terra & de omnibus quæ terrena sunt dicitur: Vanitas uanitatū omnia uanitas: quanto magis hoc de una urbe dicēdū est, quæ totius orbis pars modica est? Tūc domus quarū nunc sunt aurata laquearia, & pauperibus absq; tecto & tugurio frigore morientibus, parietes earum uestiuntur marmorū crustis, & secti eboris nitore resplendent, remanebunt uacuæ. Clamor erit in plateis sup uino, non in arta & angusta uia quæ ducit ad uitā, sed in lata & spacioſa quę ducit ad mortē: Sup uino & ebrietate erroris eorū q dormierunt somnū suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarū in manibus suis. Translatū est quippe in cœlos gaudium terræ, & relicta est in urbe quondā celeberrima solitudo, & portas uiarum frequentium quas populorū influebant agmina opprimet habitatorū calamitas. Et ut sciremus perspicue de totius orbis interitu nūciari, intulit: Hæc erūt in medio terrę, in medio gentiū siue populorum. c ¶ Quomodo si pau. etc.] Quantū ab Hebraica ueritate in hoc loco Lxx. distet translatio, sequentia uerba monstrabūt. Relictis hominibus paucis, quādo maledictio uoraueritterrā, & in urbe fuerit solitudo, & hæc uniuersa cōtigerint in medio terræ, in medio populorū & gētiū, tanta erit sanctorū paucitas: de quib dñs loquit in euāgelio: Multi uocati & pauci electi, & tā uehemens pressura iustorū, ut tētent si fieri potest etiā electi dei, & paucitas eorū baccis oliuarū raris imis cōparet, quę quū excussæ fuerint atq; demessæ, uix paucæ remanēt in ramorū cacumine, & quō quū fuerit finita uindemia, solēt pauperes egestate cogēte uacuas circuire uites, & pauca uuarū grana colligere. Hi igit q remāserint, & post uindemiā mūdi atq; pressurā, manus querint antichristi psequētis effugere, siue pœnæ imminētis ardores, leuabūt uoces suas in sublime, deūq; laudabūt. Qū uenerit dñs in gloria patris sui cū angelis sanctis, & cū uiderint in sua maiestate regnātē, tūc hinniēt in equorū similitudinē, lætitiæ magnitudine gestiētes, & hinniēt de mari hutus seculi. Propterea q nūc in scripturis sanctis eruditi estis, & scitis uobis tm gaudiū tātaq; præmia reseruari, in doctrinis glorificate dām: audiētes illud qđ scriptū est: Qui gloriat, in dño glorieť. Nequaq̄ in terra ludęę, sed in insulis, i. in ecclesiis huius maris & secti, in qbus

HEB. toribus suis. Quia transgressi legem sunt, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio uorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideo insanient cultores eius, & relinquētur homines pauci. Luxit uindemia, infirmata est uitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantiū, conticuit dulcedo citharæ, cum cantico: nō bibent uinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas uanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super uino in plateis, deserta est omnis læticia, translatum est gaudium terræ. Et relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimet portas, quia hæc erunt in medio terræ in medio populorū.

HEB. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiant ex olea, & racemi quū fuerit finita uindemia. Hi leuabūt uocē suam, atq; laudabūt, quū glorificatus fuerit dominus hinniēt de mari: propter hoc in doctrinis glorificate dominū in insulis maris nomē domini

SEP. res suos. Quia præuaricati sunt legem, mutauerunt præcepta, testamentū æternū. Propter hoc maledictio uorabit terrā, quia peccauerunt habitatores eius, ideo pauperes erunt habitatores terræ, & dimittentur homines pauci.

SEP. Quomodo si quis excutiat oliuam, sic excutient eos, & si quiescat uindemia isti clamore uociferabunt. Qui autē relicti fuerint super terram, lætabuntur simul cū gloria domini, cōturbabitur aqua maris: ꝓpterea gloria domini in insulis erit maris, nomen domini

Matt. 24 Psal. 30.c 1 Cor. 7.f Psal. 62.c Ioan. 14.d 1 Thess. 4.d Rom. 1.d Col. 3.d Iob 3.d Zach. 3.d Ibidem Luce. 4.d 1 Cor. 15.d Apoc. 18.e Eccl. 1.e Matt. 7.b Psal. 75.d Matt. 20.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

A benedicitur atq; laudatur nomen domini dei quondã Israel, siue hominis uidentis deum. Iuxta Septuaginta, omnia quæ de sanctis intelleximus, referri possunt ad impios: quod quũ fuerit finita uindemia, tunc illi clament in supplicijs cõstituti: Qui aũt euaserint impiorũ numerũ, lætentur in gloria domini, & conturbentur aquæ populorũ huius seculi. *a ¶ Ab alis terræ portenta, &c. Et dicent, Mysterium meum, &c.*] Hoc quod dicitur, mysterium meum mihi: in Septuaginta non habetur, sed de Theodotionis translatione in Græco additum est. Rursum ꝓ eo quod illi posuerunt Væ, ut sequẽti uersiculo iungeretur: in Hebraico dicitur לי אוי quod proprie sonat, Væ mihi. Pro finibus quoq; quod nos propter explanationẽ sensus apertius posuimus: in Hebraico habẽt קְצִבָּה quod alam non finẽ sonat. Hi ergo de quibus supra dictũ est, Leuabũt uocẽ suam
B atq; laudabũt, quum hinnierint de mari, & in doctrinis gloriũ cauerint dominũ, & uiderint in insulis maris laudari nomẽ domini dei Israel, tunc consona uoce cantabunt & dicẽt, Ab alis terræ, hoc est, à ꝓphetis, & à sanctis domini, qui assumptis alis columbæ, ad cœlorũ regna festinant, laudes eius audiuimus prædicari, & ꝙ gloria uel spes iusti nõ sit irrita, sed rebus omnia cõpleant. Dicentibus itaq; hæc sanctis, & hinnientib. de mari, & leuantibus uocẽ suã atq; laudantibus, propheta sibimetipsi loquit. Quũ, inquit, hæc audissem, & in subuersionem orbis uaticiniũ prophetarũ explendũ esse perspicerẽ, loquutus sum mihi interno cordis affectu: Non possum cuncta narrare quæ cerno: hæret lingua faucibus meis, uox dolore concluditur. Væ mihi quantus ordo pœnarum ante oculos uersatur meos: cerno præsentia quę futura sunt. Errant aũtẽ qui hoc putant ex persona dei debere intelligi, rerũ ordinẽ non sequẽtes. Mirorq; quo sensu pro psalmis & laudibus, quod in Hebraico legitur תְּהִלּוֹת Septuaginta τέρατα, id est, portenta, interpretati sunt: nisi forte signũ est atq; portentũ, ut exclusso populo Iudæorũ, incredula prius gentium turba saluet. *b ¶ Prænaricãtes prænaricati sunt, et prænaricatiõe, etc.*] Hæc est causa luctus & gemitus mei, propter quã secundo dixi, Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi: quia omnes pręuaricati sunt legẽ dei, & nequaq; dñi pœna differtur, nec futura prædicit, sed imminet, & habitatores terræ captos tenet. Quũq; se putauerint fugisse ex alio incident in aliud, & quocũq; se uerterint, impendentẽ iram dñi non euadent. *c ¶ Quia cataractæ de excelsis aper-*

HEB. mini dei Israel. A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iusti, & dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, uę mihi. Præuãricantes præuaricati sunt, & pręuaricatione transgressorũ præuaricati sunt. Formido & fouea & laqueus super te qui habitator es terræ, & erit qui fugerit à uoce formidinis, cadet in foueam, & qui se explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. Quiã cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cõcutientur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, cõmotione commouebitur terra. Agitatione agitabit terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum unius noctis, & grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adijciet ut resurgat. Et erit in die illa, uisitabit dominus super militiã cœli in excelso, & super reges terræ qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregationẽ unius fascis in lacũ, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies uisitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, quũ regnauerit dominus exercituũ in monte Sion & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. Domine

SEPT. mini gloriosum erit domini dei Israel. Ab alis terræ, portenta audiuimus, spes iusto, & dicent: Mysterium meum mihi. Væ prænaricatoribus: & reliqua. Væ prænaricatoribus, qui prænaricantur legem. Timor & fouea & laqueus super uos qui habitatis terram. Et erit qui fugerit timorem, cadet in foueam, & qui exierit de fouea, capietur laqueo.

tæ sunt & concutientur, &c.] Propterea formidinem & C
queum & foueam domini nullus euadet, quia cataractæ de excelsis, siue ut Septuaginta manifestius transtulerunt, ὅτι ἠνοίχθησαν θυρίδες τοῦ οὐρανοῦ ἀνεῳχθησαν, id est, fenestræ cœli apertæ sunt, ut despiceret dñs hominum uniuersa peccata, quæ ptius quia nõ punie bat, uidebat peccatoribus ignorare. Postquã aũt apertis fenestris uidit cuncta opera mortaliũ, concussa sunt fundamenta terræ. Iuxta illud quod in alio loco de dei intuitu scriptũ est, Qui Psal. 103
respicit terram, & faciteam tremere, tunc confringetur & conteretur & cõmouebitur atq; agitabitur terra in similitudinẽ ebrij: non ꝙ ipsa terra redigatur in pulueres & in nihili, sed ꝙ uniuersa terrena perstãsant & succedat alia cõuersatio. Et quũ ebrius nescit quid agat, sed hebescentibus ebrietate neruis, nec pes, nec mens stat in suo officio: sic omnis terra, id est, oẽs homines qui uersantur in D
terra, malorũ magnitudine atq; pœnarũ ebrij erunt, & stupebunt ad cuncta quæ cernẽt. Et sicut unius noctis tabernaculum atq; tentorium transfertur de loco ad locum: & locus tentorij pristini à uiatore deseritur, ita ut nullũ uestigiũ remaneat præteritæ mansionis, sic trãsibit figura huius mundi, & erit terra deserta quæ grauata est iniquitate sua, Zach. 5
cuius pondus & grauissimũ onus in Zacharia scribit, quæ sedebat super talentũ plumbi. Et corruet, inquit, & non adijciet ut resurgat. Non ꝙ resurrectio negetur hominũ, & omniũ qui uersabant in terra, sed nequaq; erit terrena cõuersatio & pristinæ uitæ status, quum ad hoc humana resurgant corpora, ut animæ eisdem quæ prius deposuerant corporibus uestiantur, & recipiant à deo siue bona siue mala quæ egerunt super terram. *d ¶ Et erit in die illa, uisitabit dominus super militiam cœli in excelso, & super reges terræ qui sunt super terram, etc. Et erubescet luna, etc.*] Pro eo quod nos interpretati sumus, & erubescet luna & confundetur sol: Septuaginta transtulerũt, liquefieri laterẽ & cadere murũ: quæ aũtẽ erroris causa sit, sequentia uerba monstrabunt. Sol lingua Hebraica tribus generibus appellatur חַמָּה & שֶׁמֶשׁ quod interpretatur calor: & חֹרֶב quod ὀξαυγῆ, id est, testã uel ariditatẽ sonat: בָּהִיר autẽ quod Græcẽ φωσφόρ, Latinẽ dicit luminare, soli lunæq; cõmune est. Rursum luna uocatur יָרֵחַ quæ Græcẽ dicit μήνη, eo ꝙ triginta dierũ circuitu mensem efficiat, & לְבָנָה id est, alba uel candida. In præsenti igitur loco pro לְבָנָה id est, luna, Septuaginta interpretati sunt laterem, qui Hebraicẽ appel-

A appellatur לְבֵנָה uerbi ambiguitate decepti. Rursum pro חַמָּה id est, calore, per quẽ intelligitur sol, posuerunt murũ, qui Hebraicè dicitur חוֹמָה Est autem hic sensus totius capituli: Fenestræ cœli apertæ sunt, ut prospiciente dño terrena peccata, omnis figura terrenorũ operum præteriret & corrueret, & nequaq; ultra in pristinũ statũ resurgeret. In die illa, hoc est, in die iudicij, uisitabit dominus super militiã, siue super ornatũ cœli in excelsis, ut non solum terrena, sed & cœlestia iudicet. Quis sit autẽ ornatus cœli siue militia, Moyse scribente
Deut. 4.c discamus: Caue ne suspiciens cœlũ & uidens solem & lunã, stellas & omnẽ ornatum cœli, decipiaris, & adores ea. Visitabit autẽ dominus secundum idioma scripturarum quasi ægrotantem militiam & exercitum cœli, & ferro & cauterijs indigẽtẽ, sePsal. 88.c cundum illud, Visitabo in uirga peccata eorum, & in flagellis iniquitates eorũ. Nã
B & in sequentibus legimus: Inebriatus est
Infra 34.a gladius meus in cœ-
Iob 25.b lo. Et in Iob, Astra nõ sunt munda in conspectu eius. Et, Aduer
Ibid. 4.d sum angelos suos peruersum quid reperit. Visitabit quoq; super reges & principes terræ, rectores tenebrarum istarũ, & spiritualia nequitię in cœlestibus. De quibus principibus diuersis prouincijs præsidentibus &
Dan. 8 in Daniele scriptũ est, Exijt in occursum mihi princeps regni Persarũ, & princeps regni Medorum & princeps regni Græcorũ. Hos igit principes qui suũ non seruauerunt gradũ, congregabit dñs in die iudicij, quasi in uno fasce pariter colligatos, & mittet in lacũ inferni, ut
Psal. 7.d in illis quoq; impleatur quod de impijs scriptũ est, Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueã quam fecit. Et includentur in carcere. Iuxta illud quod ait dñs,
Matt. 25.d Ite in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Quod aũt sequitur, Et post multos dies uisitabuntur. Videt applaudere amicis meis, qui diabolo & dæmonibus dant pœnitentiã, quod multa post tempora à dño uisitent. Sed cõsiderent ꝙ non dixerit apertè scriptura diuina: Visitabunt à dño, uel uisitabuntur ab angelis: sed absolutè, uisitabuntur. Ex qua ambiguitate uerbi & remediũ potest intelligi & correptio: quod postẽq; iusti præmia receperint, illi in pœnis perpetuis uisitentur. Est tamen sciendum, ꝙ iudicium dei humana non possit scire fragilitas, nec de pœnarũ magnitudine atq; mensura ferre sententiam, quæ domini arbitrio derelicta est. Tunc erubescet luna, & confundetur
Rom. 8.d sol: iuxta illud quod Apostolus ait, Etenim creatura ipsa congemiscit & parturit, cernens homines qui suo fruebantur lumine, nihil dignũ dei bonitate fecisse, qui
Matt. 5.g solem suum oriri facit super iustos & iniustos. Quomodo si dispensator & uillicus ueniente dño cernat familiam uarijs subijci cruciatibus, & nequaq; suam impleſſe præcepta. De hoc eodem loco plenius saluator in euangelio docet, Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen Ibid. 24.c
suũ, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorũ mouebuntur, quando aparuerit signũ filij hominis in cœlo, & plãxerint se omnes tribus terræ, & uiderint filiũ hominis uenientem cũ nubibus cœli, in uirtute & gloria multa. didicimus sub uersionẽ terræ, uisitationẽ militiæ cœli, cõgregationẽ regum & principũ in unum fascem, & detrusionẽ in lacũ, & custodiã carceris & clausorũ post longũ tempus uisitationem, ruborẽ lunæ & confusionem solis. Post hæc omnia regnabit dñs exercituũ in monte Sion & in Hierusalẽ cœlesti: de qua & in epistola scribitur ad Hebræos, Et Heb. 12.e
in cõspectu senũ suorum gloriabit. Qualis senex fuit Abrahã, Gen. 25.a
qui mortuus est in senectute bona & apD
positus est ad patres suos. Quales iubetur & Moyses presbyteros eligere, quos scit esse presbyteros, qui imitantur uetustum dierum, cuius cæsaries describitur candida, ut ætatis longitudo monstret. Cani enim hominis sapientia eius. Potest hoc & de ecclesiastico gradu intelligi: si tamẽ non destruant operibus dignitatẽ.

C

CAPVT XXV

DOminẽ deus meus es tu, exaltabo te, cõfitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles: amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum ut non sit ciuitas & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarũ timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, umbraculum ab æstu: spiritus enim robustorum quasi turbo impellẽs parietem. Sicut æstus in siti tumultum alienorũ humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propaginem fortiũ marcescere facies

CAPVT XXV

DOmine deus meus, glorificabo te, laudabo nomẽ tuũ, quoniã fecisti admirabiles res, consiliũ antiquũ uerũ: fiat. Quia posuisti ciuitates in tumulũ, ciuitates fortes ut caderent fundamenta earũ. Impiorum ciuitates in æternum non ædificabuntur. Propterea benedicet tibi populus pauperũ, & ciuitates hominũ iniquitatẽ sustinentium benedicent tibi. Fuisti enim omni ciuitati humili auxiliator, & tristibus propter inopiã protectio, ab hominibus pessimis liberabis eos: umbraculũ sitientiũ, & spiritus hominũ iniquitatẽ sustinentiũ quasi homines pusillanimes sitientes in Sion ab hominibus impijs quibus nos tradidisti

CAPVT XXV

DOmine deus meus, glorificabo te, laudabo nomẽ tuũ, quoniã fecisti mirabilia, cogitationes, &c.] Duplex huius loci expositio est: Iudæi purant uocẽ sanctorum esse populiq; credentis, quũ deus aduersum omnem orbẽ quæ supra dicta sunt, fecerit, & omniũ prophetarũ fuerint cõpleta uaticinia: ciuitatẽq; subuersam Romã interpretant, quæ delenda sit penitus: populũq; fortẽ qui laudet dñm, & cui factus sit dñs fortitudo in tribulatione sua & angustia, referunt ad Israel, qui de persequutione gentiũ quasi in æstu ardentissimo & in siti liberatus sit. Alij uerò & melius & rectius ex persona prophetæ dici intelligunt, pro passione domini saluatoris gratias patri referentis: quod fecerit mirabilia, & cogitationes antiquas ueritate cõpleuerit, quando stantes ad dexteram audient, Venite benedicti patris Matt. 25.e
mei, possidete præparatũ uobis regnum à cõstitutione mundi. Quod & Paulus intelligens loquebatur, Sicut Ephe. 1.d
elegit nos in ipso ante cõstitutionẽ mundi, esse nos sanctos & immaculatos: desideransq; fieri quod prophetat, adiungit uerbũ Hebraicũ אָמֵן Pro quo Lxx. trãstulerũt γένοιτο, id est, fiat. Et dñs in euãgelio sæpe hoc uerbo utit: Amen, amen. id est, Verè, uerè dico uobis. Ioan. 6.f
Quare aũt laudet & cõfiteatur nomini domini: & quæ sint ista mirabilia, & cogitationes antiquæ, quas ueras

operę

A opere demonstrauit: sequitur, Quia posuisti ciuitatem in tumulū, urbē fortē in ruinā, domū alienorū ut non sit ciuitas, & in æternū non ædificet. Ciuitas quondam fortis Hierusalē intelligitur, quæ facta est domus alienorum: de quibus saluator dicit in psalmo: Filij alieni
Psal. 17.8 mēniti sunt mihi, filij alieni inueterauerūt & claudicauerunt in semitis suis. Hæc ciuitas quū destructa fuerit, in æternū non ædificabitur, ut mille annorū regnū & aureæ Hierusalē atq; gemmatæ somnia cōquiescant. Destructa autē Hierusalē pro impietate sua, laudabit dominum populus fortis. Quis sit autē populus fortis, sequens uersus ostendit. Ciuitas gentiū robustarū timebit te. Illis blasphemantibus, gentiū populus te timebit.
Prou. 9.c Principiū enim sapientiæ timor domini. Laudabitq; te populus fortis, & ciuitas gentiū robustarū timebit te: hoc est, ecclesia de gentibus cōgregata: Quia factus
B es fortitudo pauperi Christo tuo: de quo & in psalmis legimus
Psal. 40.a Beatus qui intelligit super egenū & pauperem. Et in Zacharia secundum Hebraicam ueritatem:
Zach. 9.c Pauper, hoc est אֲבִיוֹן super pullū asinæ sedere describitur. Fortitudo egeno, in tribulatione passionis suæ spes à turbine patibuli, & umbraculū ab æstu, quando
Psal. 30.b loquutus est: Pater, in manus tuas cōmendo spiritum meum. Quomodo enim si uentus impingatur parieti atq; pertranseat, sic turbo blasphemantiū Iudæorū illi nocere non potuit. Et ut alia utar similitudine: Sicut ꝓpago grauissimo torretur æstu atq; flaccescit, ita tumultū & clamorē alienorū, hoc est qui à te alieni facti sunt, marcescere facies & perire. Iuxta Lxx. interpretes non dico sensum sed uerborū ordinē & cōsequentiā in hoc loco reperire non potui. Et pro eo loco ubi nos interpretati sumus, sicut æstū in siti: pro quo in Hebræo scriptum est בְּצִיָּוֹן quod apud eos inuiū uel sitis dicitur: quare illi pro inuio & in siti, uerterint, in Sion: error perspicuus est ob similitudinē uerbi צִיּוֹן & צִיָּוֹן quod eisdem signatur elementis. a ¶ *Et faciet dominus exercituū, etc. Et præcipitabit, etc.*] Pro eo quod nos uertimus colligau faciē uinculi colligati super omnes populos, Aquila interpretatus est, faciē tenebrarū super omnes populos. Quūq; Aquila bis tenebras dixerit, Theodotio semel tenebras nominauit, cętera similiter. Pro quo Symmachus transtulit, faciem dominatoris qui dominatur super omnes populos. Quid aūt uoluerint pro hoc loco Septuaginta dicere, Trade omnia hæc gentibus: le-
genti perspicuū est, quòd non scripturæ uerba, sed suū sensum posuerint: eo quòd omnia mysteria legis & tēpli transferenda sint ad ecclesias nationū. Post passionem ergo domini quando eum à siti & æstu ac turbine liberauerit, faciet dominus nequaq; populo Iudæorū, sed omnibus gentibus in monte Sion pingue conuiuium, holocausta medullata, & uinū uindemiæ defecatæ, ut præcipitet & absorberi faciat faciē mortis & uinculi, quo omnes populi ligabantur, disrumpetq; rete mortis, & telam quæ omnes ceperat nationes. Et iuxta Apostolū absorbebit mors in perpetuū. Et auferet dominus lachrymam ab omni facie, quando morte superata Christi aduenerit regnū, & opprobriū generis humani, quod ad imaginē conditum fuerat creatoris, diabolo & mortis effugerit seruitutē. Nec mirum si iuxta Symmachū domina appellet mors, quum beatus apostolus dixerit, Regnauit mors
Rom. 5.c ab Adā usq; ad Moysen, etiā super eos qui non peccauerunt, in similitudinē præuaricationis Adam. Dominatorē omniū populorū, siue faciē tenebrarum super omnes populos & telam quæ ordita sit super
D omnes gentes, quidā Antichristum intelligi uolūt, qui in monte oliueti consumendus sit: quod & in Danielis ultima diximus uisione. Iuxta Septuaginta, omnibus gentibus in monte Sion conuiuium lætitiæ præparatur, in quo bibent uinum, quod se dominus cum sanctis suis in regno patris sui bibiturū esse promisit, & ungentur unguento, ut renati in Christo efficiant populus nouus: unde dicitur, Trade omnia hæc gentibus, quæ quondam Israel in typo & imagine celebrabat. Hoc enim cōsilium domini est,
1. Cor. 15 ut cuncta transferantur ad gentes, quia mors absorpta est, & lachryma omnis absterſa, & opprobriū uniuersæ terræ, Christi imperio succedente deletū est. b ¶ *Et dicent in die illa, Ecce deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos: iste dominus, sustinuimus eum: exultabimus & lætabimur, etc.*] Absorpta morte in perpetuum, populus dei qui de manu mortis fuerit liberatus, dicet ad dominum: Ecce deus noster iste, quem increduli hominem tantum putabant: & expectauimus eum: hoc est, uerbis eius credidimus, quia sua promissa cōpleuit & saluabit nos. Propterea eius auxilio de faucibus mortis erepti, exultabimus & lætabimur in eo, & manus atq; eius potentia requiescet in monte isto. De quo suprà legimus, Quum regnauerit dominus exercituū in monte Sion & in Hierusalem & in cōspectu senum suorum fuerit glorificatus. Moab autem quod interpretatur de מוֹאָב
patre, ita conteretur, ut solent plaustro paleæ conteri. Hoc iuxta ritum loquitur Palæstinæ, & multarū Orientis prouinciarū, quæ ob pratorū & fœni penuriam, paleas præparant esui animantiū. Sunt aūt carpenta ferrata, rotis per mediū in ferrarū modū se uoluētibus, quæ stipulam cōterunt, & cōminuunt in paleas. Quō igitur plaustris

A plaustris ferratis paleæ cōteruntur, sic cōteretur Moab sub eo, siue sub dei potentia, siue in semetipso, ut nihil in eo integri remaneat. Et sicut solet qui natat, totū corpus extendere, ita ille de sua potentia allidet in terrā, & ruens sonitū faciet. Omnia quoq; munimēta sublimiū uirorū illius siue murorū, ut in Hebraico cōtinetur, cōcident & humiliabūtur, & detrahētur in terrā usq; ad puluerē cōminuta. Igitur sermo prophēticus licet de consummatione mundi generaliter texat uaticinium, tamen ne præsentia omnino uideatur negligere, nominat Moab, q fuit inimicus Israel, intantū ut faceret eos fornicari cum Madianitis, &
בַּעַל פְּעוֹר consecrari idolo Beelphegor, qui interpretatur Priapus, contraquē & Hieremias loquitur, Egredietur cha-
Hiere. 48.b mos in captiuitatē, sacerdotes illius & principes eius simul. Et iterū, Cōfundet Moab in chamos, sicut cōfusa est domus Israel in Bethel: & reliqua his similia: atq; ex uno idolo & dæmone, qui huic idolo præfidebat, oēs indicat cōtrarias fortitudines humiliādas & deducēdas in tartarū, & instar pueris cōterendas.
B Si autem hoc ita erit, ubi est diaboli pœnitentia?

CAPVT XXVI

IN *die illa cantabitur, etc.*] Quū humiliatus fuerit Moab, & detractus ad terrā usq; ad puluerē, & oēs inimici subsirati Christi pedibus, tūc cantabit canticū istud in terra Iuda siue Iudæa, qd interpretat utrunq; cōfessio: ut quō Sió & Hierusalē urbē cœlestē intelleximus, ita & regionē huius urbis intelligamus. Deniq; sancti
Psal. 136.b in terra aliena carmē Iudææ cātare nolētes, dicūt: Quō
Ibid. 95.a cantabimus canticū dño in terra aliena? Ego puto hoc esse canticū, de quo & in alio loco sanctis præcipit, Cantate dño canticū nouū. Erit autē canticū hoc qd sequit,
Matt. 5.b Vrbs fortitudinis nostræ saluator. Quæ est ista urbs?
Psal. 45.a Quæ in monte sita latere nō potest. De qua & in alio lo
Ibid. 86.a co scriptū est, Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et rursum, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Huius urbis ille cōditor est, de quo loquit pater: Iste ædificauit ciuitatē meā, imò urbs fortitudinis nostræ saluator est, id est, Iesus. Et ponetur in ea murus & antemurale. Murus bonorū operū & antemurale rectæ fidei, ut duplici sepra sit munimēto. Non em sufficit murū habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmet. Hic murus & hoc antemurale siue circūmurale, de uiuis lapidib. extruit: qui iuxta prophetā uoluunt super terrā. Pro eo quod nos uertimus, antemurale, Symmachus, firmamentū interpretatus est: ut ipsi muri munitionibus cinc̄ti sint, & uallo fossaq; & alijs muris, quos in ædificatione castrorum solent loriculas dicere. b ¶ *Aperite portas, etc.*] Omne hoc cāticū quod in terra cōfessionis & laudis sancti cātaturi sunt, mutat repēte personas, & quasi per interrogationē & responsionē texit. Dixerat populus dei, urbs fortitudinis nostræ saluator, ponet in ea murus & antemurale. Respōdit dñs, imò præcepit non eis qui hoc dixerāt, sed angelis qui portis urbis dominicæ præsidebant, ut aperiant portas & ingrediat per eas gens iusta, custodiens ueritatē: siue ut in Hebraico C
dicitur אֱמוּנִים quod nostra lingua uertit, fides, plurali numero, nō singulari. Quæ sunt portæ quæ aperiuntur ab angelis, ut ingrediatur non populus Iudæorū, qui abiectus est, sed gens iusta, quæ ex fide fidelium nomē accepit: utiq; illæ de quibus sanctius loquitur, Aperite mihi
Psal. 117 portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor dño. Has autem portas nullus poterit ingredi, nisi q de portis mortis fuerit liberatus, & cum Psalmista dixerit, Qui exal-
Ibid. 9.c tas me de portis mortis, ut annunciē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Quū enim de portis mortis fuerimus erepti, tūc in portis filiæ Sió omnes laudationes dñi cantare poterimus. Et quomodo portas mortis reor esse peccata: de quibus ad Petrū dicitur:
Matt. 10.c Portæ inferni non præualebunt aduersum te: Sic portas iustitiæ, omnia opera uirtutum, quas qui fuerit ingressus, unam inueniet portā: de qua dicitur, Hæc porta domini, iusti intrabūt in eam. Et quomodo per plures margaritas ad unū pergitur margaritū, sic per multas uias & portas peruenimus ad eum qui dicit esse se D
uiam & portam, per quam ingredimur ad patrē. Post sermonē dei, respondit populus Hebraicē נָצוֹר סְמוּכָה
Quod Aquila & Symmachus similiter transtulerunt, τὸ πλάσμα ἡμῶν ἐνωηρέσθη, hoc est, Error noster ablatus est: siue Cogitatio nostra firmata est, quæ prius inter te & idola fluctuabat: ut nequaq; circumferamur omni uento doctrinæ, sed in te dominū saluatorē tota mente credamus. Pro quo nos ut sensus manifestior fieret, transtulimus, Vetus error abijt. Et quia cogitatio nostra firmata est, propterea seruabis nobis pacē, quā
Ioan. 14.c apostolis pollicitus es, dicens: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: & non solum semel, sed secundo, ut secura sit retributio quæ duplici sermone promittitur. Iuxta quod & Apostolus loquebat: Gau-
Phil. 4.a dete, iterū dico gaudete. Hoc autē ille consequitur, de quo in Leuitico dicitur: Homo, homo, filiorū Israel, Et in Numerorū libro: Vir, uir, cuius uox cubile maculārit, ut duplex homo & duplex uir pacem duplicē consequantur. Meremur autem, inquiunt, pacem, quia in te tota mente confidimus. Post populi uerba & responsionem domini, & rursum uocem populi, Propheta loquitur ad credentes: Sperastis uel sperate in domino, in seculis sempiternis: & cætera quæ sequuntur. Iuxta Septuaginta, ille ingreditur portas domini, qui custodit iusticiam in bonis operibus, & seruat siue amplecti-
Ibid. b tur ueritatē in fidei ueritate, ut per bona opera & fidē perueniat ad pacem, quæ omnem sensum exuperat: & ipsam pacē mereatur accipere, quia credidit in deum qui æternus bonorū operū retributor est. Vnde & in alio loco scribitur, Desideraſti sapientiam, serua mandata, & dominus tribuet tibi eam. c ¶ *In domino deo forti in perpetuum, quia inuerabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usq; ad terrā, detrahet eam, etc.*] Et hæc propheta loquitur, qui ab eo responsus loco in

quo

A quo suprà dixerat, Sperate in dño in seculis æternis, & iungit ei quod nunc proposuimus, In dño deo forti in perpetuũ: & reliqua. Pro domino deo forti, in Hebraico tria habet nomina, צור & יה & יהוה quod aliud inuisibilẽ, aliud ineffabilẽ, aliud robustũ sonat, quorũ primũ in תהלה יה extrema syllaba ponit. Et hoc diligẽs lector obseruet, quòd interdum textum in prophetiçe testimonij dicamus: quoniam alium Lxx. editio, & alium ex Hebræo ad uerbũ expressa translatio efficit sensum.

Dicit ergo Propheta: Sperate in dño in seculis æternis, in dño deo forti in perpetuũ, cuius auxilium sempiternum est. Ipse enim incuruabit habitãtes in excelso: qa omnis qui se exaltat, humiliabit. Qui patrem Abraham se habere iactabant, & in sugillatiõe domini loquebant: Nos de fornicatione nati non sumus. Ipse ciuitatẽ sublimem humiliabit, ut

B Iudæi putant, Romanam: ut nos rectius esse conuinci/ mus, Hierusalem: quæ occidit prophetas, & lapidauit eos qui ad se missi erant, & ad extremũ patrisfamiliãs interfecit filium, ut hærede iugulato periret hæreditas. Nec uocatur ciuitas, quæ Hebraicè dicit עיר sed קריה quam Aquila πολίχνιον interpretatus est: & quam nos uel ciuitatulã, uel uiculũ, uel oppidulũ possumus dicere: & frequenter in scripturis hoc nomine appellat Hierusalẽ. Pulchreq; duplicẽ humilitatẽ posuit: Humiliabit eam: primũ sub Babyloniis, quando templũ destructum est, secundò sub Tito & Vespasiano, cuius ruina usq; in finẽ permanet. Cõculcabit eam pes: repetitq; & copulat pedes pauperis, haud dubiũ quin Christi. De quo & suprà diximus: Factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. Gressus egenorũ: apostolorũ scilicet, qui imitantes dñi paupertatẽ, etiam uirtutis eius priuilegiũ cõsequuti sunt: qui non recepti excusserunt super eam puluerẽ pedum suorũ. Et quia saluatoris dicitur uerbis: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur: non solum hoc ad homines, sed & ad cõtrarias quoq; fortitudines referre possumus. Iuxta Lxx. laudes deo ,ppheta decantat: q omnes superbos humiliet, & uniuersarũ urbium munimẽta usq; ad solũ diruat, & sanctorũ ea mittiumq; & humiliũ calcent pedes. a ¶ *Semita iusti recta, etc.*] Adhuc propheta de Christo loquitur, de quo suprà dixerat: Conculcabit eam pes, pedes pauperis. Huius ergo iusti, semita recta est, siue (ut uerbũ nouum fingam) rectitudines, quas Græci uocãt εὐθύτητας, & nos æquitates Latinus possumus appellare: dicunturq; Hebraicè מישרים In una igitur Christi semita omnes iusticiæ reperiunt, & propterea eam suo calcauit & triuit pede, ut quicũq; per eam uoluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso. In hac semita iudiciorũ domini, sustinuerũt eum sancti & sperauerũt in eo, quia spes non cõfundit. Et nomẽ illius & memoriale habuerũt in desiderio ani/

HEB. detrahet eam usque ad puluerẽ. Conculcabit eã pes: pedes pauperis, gressus egenorũ. Semitã iusti, recta est: rectus callis iusti ad ambulandũ, & in semita iudiciorũ tuorũ dñe sustinuimus te: nomẽ tuum & memoriale tuũ in desiderio animæ, anima mea desiderauit te in nocte. Sed & spiritu meo in pcordijs meis, de mane uigilabo ad te. Qũm feceris iudicia tua in terra, iusticiã discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iusticiã: in terra sanctorũ inique egit, & nõ uidebit gloriã domini.

Domi/ cæ, dicentes: Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tẽpore. Et iterũ: Desiderat anima mea, & defecit in salutari tuo. Qui autẽ nomen dñi habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandũ, quòd desideriũ dñi non in carne sit, sed in anima: iuxta illud quod in alio psalmo legimus, Sitiuit anima mea ad deum fortem, uiuum. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Hæc enim sibijnuicẽ aduersantur, ne quæ uolumus, illa faciamus. Quodq; sequitur, In nocte: iuxta Septuaginta sequẽti capitulo iungitur, iuxta Hebraicum priori. Ille autem potest dicere, Anima mea desiderauit te in nocte: q cum Psalmista loquit confidenter, Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis stratũ meũ rigabo. Potest nox & tenebræ, pro tribulatione & angustijs accipi. unde & in alio Psalmo super iusti se/

Domi/ curitate propheta decantat, Per diem sol non uret te, neq; luna per noctẽ: id est, nec in prosperis nec in aduersis unq; de tuo moueberis gradu. b ¶ *Sed & spiritu meo in præcordijs meis, de mane uigilabo ad te.*] Volumus & Hebraicũ sequi, & uulgatã editionẽ non penitus prætetire, & hac rerũ necessitate cõpellimur, diuerso ordine atq; sermone diuersas intelligentias quærere. Igitur quod dicitur, de nocte: iuxta Septuaginta huius capituli (ut diximus) principiũ est: iuxta Hebraicũ, finis superioris. licet possit etiã iuxta Lxx. in fine accipi superioris testimonij: ut sit sensus, Desiderat anima mea ad te nocte: & postea incipiat, mane cõsurgit spiritus meus ad te deus. Ideo autẽ mane consurgit, quia lux præcepta tua super terrã. Seruans enim mandata tua & illuminatus eorũ lumine, de quibus dicitur, Præceptum domini lucidum illuminans oculos, dormire nequeo, sed omni tẽpore te desiderans, meo ad te cõsurgo spiritu. Et hoc obseruandũ q in nocte adhuc positi, animo desideremus dominũ. Postq; aũt spiritus noster in prę cordijs nostris tota se ad deum mente cõmouerit, mane uigilemus ad eum: atq; ut manifestius dicã, animæ nox & desideriũ, spiritui autem mane iungitur & uigiliæ. Porrò spiritu in præcordijs suis euigilat ad deum qui potest dicere: De ,pfundis clamaui ad te, domine.

c ¶ *Quum feceris iudicia tua in terra, iusticiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iusticiam: in terra sanctorum, etc.*] Dicamus primum iuxta Hebraicum, & si sensum prophetæ ualuerimus exprimere, tunc ad Septuaginta interpretes transeamus. Quandiu nõ exerces iudicia tua super terram, & nec bonis bona, nec malis retribuis mala: iusticia tua, ò domine deus, ignoratur in terra. Quum autem iudicij die pro qualitate operum unicuiq; reddideris quod meretur, tunc iusticia tua cognoscetur in orbe terrarũ, quæ prius apud incredulos uidebatur iniusta: ita ut unus sanctorũ quoq; diceret: Mei autẽ pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gres/

sus

A sus mei, quoniam zelatus sum super iniquis pacẽ peccatorũ uidens. Ad quod respõdit dñs: Misereamur impio, quod exceptis Lxx. omnes similiter transtulerũt. Et est sensus: Magis impius misericordiã consequatur, & discat clementiã meam, sum enim ipse saluator. Rursumq; loquenti dño, ex persona humanæ impatientię prophetæ respõdit: Et non discet iusticiã. Estq; sensus: Et quomodo poterit tuam nosse iusticiam, si tantũ clementiam fuerit expertus? Redditq; causas quare eum uelit dei iusticiã discere, quia in terra sanctorum inique gesit, & contra sanctos tuos iugiter dimicauit: debet sentire tormenta. Rursũq; dñs sententiã temperans, Et non uideat, inquit, siue non uidebit gloriam dñi. Estq; sensus: sufficit ei pro uniuersa pœna quod me cum sanctis meis

HEB. Dñe, exaltet manus tua, & non uideant: & confundatur zelus populi, & ignis hostes tuos deuoret. Dñe, dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. Dñe deus noster, possederunt nos domini absque te: tantum in te recordemur nominis tui. Morientes non uiuant: gigantes non resurgant. Propterea uisitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

Indul/ non uidebit in mea maiestate regnantem. Quidam impium, hoc est, רשע diabolũ intelligi uolunt, de quo in nono psalmo scribit: Increpasti gẽtes & periit impius, nomen eorũ delesti in æternũ & in seculũ seculi. Inimici

B defecerũt framcæ in finem, & ciuitates eorũ destruxisti. Nos aũt generaliter impiũ, uel pro peccatore, uel pro eo qui dei cultũ nõ habet, accipiamus. Iuxta Lxx. iubẽ

Prou. 21.a tur habitatores terræ iusticiã discere. Omnis cũ uir uidetur sibi iustus. Deus aũt corda omniũ nouit, qui reddet unicuiq; secundũ opera sua. Et in alio loco eiusdem uoluminis dicitur: Sunt uiæ uiri, quæ uidẽtur rectæ: nouissima aũt earũ respiciunt in profundũ inferni. Vnde

Eccl. 7.c debemus iusticiã discere, nec cõfidere in proprio iudicio. Est cũ iustus qui pereat in iusticia sua, non quo iu-

1.Cor. 1.d stus sit, sed quo sibi iustus esse uideatur. Sin autẽ Christus factus est nobis à deo sapientia, & iusticia, sanctificatio, & redemptio: quibus præcipitur ut cognoscãt iusticiã, hoc iubetur ut Christũ discãt atq; cognoscãt. Propterea aũt præcipio ait, uobis ut discatis iusticiam, quia ablatus est impius, & regnũ illius destructũ est: qui quã

Ioan. 1.b diu regnabat in terra, iusticiam scire non poterat, nec facere ueritatẽ. De qua alibi scribitur, quod gratia & ueritas per Iesum Christũ facta sit. Et quia in terra ueritatẽ non facit impius, auferetur. Non cũ meretur dñm uidere regnantem. a ¶ *Domine, exaltetur manus tua, & non uideant, etc.*] Hoc quod suprà dixerat: & nõ uidebit gloriã dñi, potest sic intelligi: Postulas ò propheta ut non miserear impio, ne si misertus eius fuero, incipiat nescire iusticiam, qui in terra sanctorũ inique gesit, ego tibi respondeo: Ergo ne gloriam dñi non uidebit? ergo non cernet triumphos meos, qui magis me debet uidere regnantẽ, ut sciat quãto bono careat? & hoc prestius uoce interrogãtis legendũ est. Ad quod propheta respondit: Dñe, exalterur manus tua, & extendat ad percutiendũ, ut te non uideant impij, & tuæ gloriæ ne ad pœnitẽdum quidem lumine perfruantur. Cui respondit dñs: Videant magis & cõfundãtur, uel zelus populi, uel zelantes populi, & ignis aduersarios tuos, id est sanctorũ populi deuoret atq; consumat. Ignis autem pœnitentię qui eorum corda excruciet, quod talem dñm perdide

runt. Potest & hoc super Iudæis intelligi qui Christum C
brachiũ dñi nescierunt. Cumq; uiderint eum atq; cognouerint, quẽ patibulo affixerant, cõfundentur. Tunc ineruditus populus & nesciens legẽ dei, zeli stimulis incitabitur, quando uiderit nationes in suum successisse locũ, & igne pœnitudinis arserit, siue dolore supplicij, quã do audierit illud qđ scriptũ est: Ite in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. b ¶ *Domine dabis nobis pacem, etc.*] Notandũ, quod post quã nobis opera nostra reddiderit, pacẽ daturus sit: & quõ exponat causas, cur postulet pacẽ. Pro cunctis enim operibus quæ operati sunt super terrã, dicunt se sustinuisse tormenta: & iusũ esse ut post supplicia atq; cruciatus, misericordiam cõsequantur. Siue aliter: Quia uenit mũdi cõ/ summatio, & omia quę per prophetas loquutus es rebus expleta sunt, & reddidisti uniuersa quæ pollicitus es, tribue nobis pacem, quæ exuperat omnem sensum. c ¶ *Domine deus noster, possederũt nos domini absq; te, etc.*] Idcirco misericordiã quæsumus & pacẽ, quæ post cuncta tribuenda est, quia nos absq; te domini possederunt, D idola uidelicet uel dæmones idolis assidentes, nihilq; aliud postulamus, nisi ut digni simus post errores plurimos, qui tui nominis recordemur. Iuxta Lxx. qui dixerunt: Dñe deus, posside nos: hoc precantur, ut post pacẽ sibi redditã, dei possessio fiant. Quod quidem &

Prou. 8.c de sapientia legimus, quæ iuxta Hebraicũ loquitur in Prouerbijs: Deus possedit me initio uiarũ suarum: licet quædã exẽplaria male pro possessione habeant creatura. Denicq; sequit: Ante omnes autẽ colles generauit me. Quõ enim creaturæ generatio poterit coaptari, quæ magis possessioni cõgruit? Scriptũ est in Deuteronomio: Nonne iste pater tuus possedit te, & fecit te, & creauit te? Et considerandum, q non dixerit, dñs siue deus possedit te, & fecit te, & creauit te: sed pater, ut clemẽtia nominis austeritatẽ potentiæ mitigaret. Quodq; sequitur: Dñe absq; te aliũ non nouimus: non excludit filiũ, sed iungit patri: neq; enim dixit, aliũ nõ nouimus, sed extra te aliũ non nouimus. Cũ autẽ dicat filius: Ego in

Ioan. 14.b patre, & pater in me: extra patrẽ non nouimus filiũ, qa in patre cognoscimus eum. Denicq; & nomẽ illius nominamus dicentes in oratione dominica: Pater noster

Matt. 6.b qui es in cœlis. d ¶ *Mortui enim uitã non uidebũt, etc.*] Symmachus more suo manifestius: Mortui nõ uiuificabũt: gigantes non suscitabũt. Propterea uisitasti & cõtriuisti eos, & disperdisti omnẽ memoriã eorũ. Dicamus primũ iuxta Lxx. Quæstio uidet esse difficilis, quõ mortui uitã non uideãt? Quæ sic soluit, tãdiu eos uitã nõ uidere quamdiu mortui sunt. Quo si dicamus, cæcus non uidet lumẽ quãdiu cæcus est: sin aũt receperit sanitatẽ, lumẽ aspiciet: sic & qui iniquitate mortuus est atq; peccatis, antequ uiuificet iusticia atq; uirtutibus per eũ

Ioan. 14.d qui dicit: Ego sum uita, uiuere nõ poterit. Vnde & deus

Matt. 22.d uiuorũ dicitur, non mortuorũ. Anima eñi quæ peccauerit, ipsa morietur. Legimus in epistola quæ ad He-

Ezech. 18.d

A braeos scribitur: Ne rursum fundamentū iaciamus pœnitentiæ ab operibus mortuis. Sin autē peccata appellantur opera mortua, quare non ecōtrario uirtutes appellentur opera uiua: Quodq; sequitur: Nec medici suscitabunt: sensus perspicuus est, condēnari fabulas poetarū, qui ab Aesculapio iactant Virbiū suscitatū. Non solū autē hoc de mortuis, sed de omni infirmitate dicendum est, quod absq; dei misericordia nihil medēdi ars ualeat. Sed quomodo, Nisi dñs ædificauerit domū, inuanū laborauerunt qui ædificant eam: Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra uigilauit qui custodit eam. Sic nisi dominus languorē curauerit, inuanū laborant medici qui cupiunt sanare languentes. Nisi dominus custodierit sanitatē, inuanū custodiunt, qui etiam præcepta custodiendæ salutis propriis edunt libris: semperq; dicēdum est non solum in corporis, sed etiā in animæ sanitate: Benedic anima mea dño, qui sanat omnes languores tuos. Porrò qui peccato mortui perseuerant, & nulla arte medicinæ possunt recipere animæ sanitatē, isti disperdent & tollent à dño, & quicquid robustū est in eis, quod masculinū uocatur, penitus auferetur. Vnde & Pharao non uult interficere sexū fœmineū, qui per se fragilis est & facile interire potest, sed omne masculinū, quod si adultū fuerit & in uirilē ætatē peruenerit, difficulter occidit. Iuxta Symmachū: mortui nō uiuificabūt, quia peccato mortui, alios uiuificare non possunt, nec pulchra laudatio est in ore peccatoris. Et gigantes, id est רְפָאִים non suscitabunt alios, qui ipsi iuxta Geneseos librū appellant cadētes: Visitatq; eos dñs, ut & mortuorū & gigantiū omnis deleatur memoria. Solus enim est qui suscitat mortuos, de quo dicit: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius uiuificat quos uult. Possumus mortuos simulachra appellare hominū mortuorū: & gigantes dæmones, qui simulacris eorū assidēt. Nec terrere nos debet quare Lxx. masculū, & cæteri interpretes memoriā transtulerūt, cum eisdem tribus literis ז ר & ב & ר u trūq; scribat apud Hebræos. Sed quādo memoriale dicimus, legit זָכָר quando masculū זָכָר Et hac uerbi ambiguitate deceptū arbitrant Saul, quādo pugnauit contra Amalech, & interfecit omne masculinū eorum. Deo enim præcipiēte ut deleret omnē memoriā Amalech sub cœlo: ille p memoria, nō tā errore q̄ prędę seductus cupidine masculos interpretatus est, nescies illud Apti: Nolite errare, deus non irridet. a ¶ *Indulsisti, etc.*] Mala quæ Lxx. secūdo posuerūt, in Hebraico nō habent, sed quia supra dixerat: Ideo induxisti & pdidisti & tulisti oīe masculū eorū, eundē sensum secuti addiderūt de suo, mala, ut qui glorioſi in terra sunt, malis duplicib. opprimant. Porrò iuxta Hebræos multo alter est sensus, & priori disputatiōi cōgruēs. Dixerat dñs misereamur impio. Propheta respōderat: Et ubi est iusticia tua c præsertim cū tanta mala in sanctos tuos operatus sit. Ad quod dñs: Et non uidebit, inquit, gloriam dñi. Rursum propheta: Exaltetur manus tua ad percutiendum, & non uideant gloriā tuā, quam non meretur aspicere. Ad quod dñs: Videant magis & cōfundantur. Rursum propheta: Domine pacē da nobis, & posti de nos qui tui nominis recordamur. Impij autē & superbi non uiuant, nec resurgant in gloria, sed conteret omnē memoriā eorū. Causasq; reddit cur eos cupiat interire: Indulsisti gēti dñe, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? Et est sensus. Sæpe misertus es gentibus, id est, humano generi & exercuisti in eas incredibilē clementiā: nunquid te cognouerunt? nunquid glorificauerunt nomen tuum? Nōne ecōtrario à te longe recesserūt? Securitas enim negligentiā, negligētia cōtemptum parit. b ¶ *Domine in angustia requisierunt te, etc.*] Quia indulgēs sæpe contemptus es, nec glorificatus, sed ecōtrario oēs à tua scientia recesserūt, propterea domine percute eos, ut in angustia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis, quando tantū eis malorū pondus incumbet, ut ne clamare quidē audeant cōfidenter, sed dolorē suū silentio deuorent. Iuxta Lxx. in tribulatione propheta domini recordat, iuxta illud quod in psalmo dicitur: De tribulatione inuocaui dñm, & exaudiuit me in latitudine. Et in alio loco: Ad dominū cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Vnde & Apostolus loquit: Tribulamur, sed non angustiamur, persecutionē patimur, sed nō derelinquimur. Et in alio loco: Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad uenturā gloriā quæ reuelabit in nobis. Si autē parua tribulatio docet & emendat & corripit, quanto magis magna, quū admonemur conditionis nostræ & dei potentiæ recordamur? c ¶ *Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partū, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua domine, etc.*] Sicut ad partū mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare, sic nos in angustia requirimus te, & à facie formidinis tuæ concepimus & parturiuimus & peperimus, nō carnis liberos sed spiritus, ut tota in te mente credamus, ut quē per beneficia non sensimus, per tormenta discamus. Hoc q̄ Lxx. addiderunt ὅτως ἐγενήθημεν τῷ ἀγαπητῷ σου, id est, sic facti sumus dilecto tuo, pro quo cæteri transtulerunt, sic facti sumus à facie tua dñe, obelo prænotandum est. Possumus aūt dilectū dñi Christū accipere, propter cuius timorē concipimus & parturimus & parimus, & spiritū salutis facimus super terrā. Potest hoc & apostolicus uir dicere: quando populos erudit, & imitatur apostolū Paulū: Filioli mei, quos iterū parturio, donec Christus formetur in uobis. An dubitandū est quod Paulus apostolus spiritū salutis fecerit super terram, qui de Hierusalē usq; ad Illyricū euangeliū prędicauit, & quasi sapiens architectus fundamentū posuit, extra quod nullus alius potest ponere, qui est Christus Iesus? Siue igitur legerimus, propter timorem tuum domine in utero accepimus, siue iuxta Hebraicum, à facie tua domine concepimus, & in utero accepimus: Vtrunq; ad id pertinet, ut ex timore & recordatione domini sermonem concipiamus dei, & illumine tur cor nostrū dicentiū: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Et: Ostēde faciē tuā, & salui erimus.

Salutes

Pſal. 126.a

Pſal. 102.a

Exod. 1.c

Ioan. 5.d

1. Reg. 15.a

Gal. 6.b

HEB. Indūlsisti genti domine, indulsisti genti. Nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Dōmine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicūt quæ cōcepit quū appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua domine. Concepimus & quasi parturiuimus & peperimus spiritū.

SEP. Adde eis mala domine, adde mala glorioſis terræ: longe feciſti omnes terminos terrę. Domine in tribulatione recordatus sum tui, in tribulatiōe parua doctrina tua nobis. Et sicut parturiens quū appropinquat ad partum in dolore suo clamat: sic facti sumus ÷ dilecto tuo ·· propter timorē tuum dñe in utero accepimus, & parturiuimus & peperimus spiritū salutis

Pſal. 103.d

Gal. 4.c

Rom. 15.c

1. Cor. 3.b

A d ¶ *Salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores orbis, etc.*] Diuersa interpretatio, necesse est ut diuersum habeat & sensum. Iuxta Hebraicū hoc dicitur: Quia nihil dignum tua fecimus misericordia, propterea impij non corruerunt, sed usq; hodie prævalent & possidēt terram. Lxx. autē hoc asserunt, q̄ faciēnibus sanctis spiritū salutis super terrā, hi qui terræ habitatores sunt corruāt, licet inter orbē qui Hebraicē תֵּבֵל & Græcē dicitur οἰκουμένη, ac terrā, multa diuersitas sit. Cadent ergo quicunq; habitationi terræ se dederunt, & in terrenis operib. fixa radice fundati sunt, & non cadent qui sedent in orbe terrarū, & requiescunt in ecclesia, quæ habitaculū patris & filij & spiritus sancti est. b ¶ *Viuant mortui tui, & interfecti mei resurgant, etc.*] Sanctis parturientibus & pa rientibus spiritum, & habitatoribus terræ corruentibus, quia salutes non fecerunt in terra hi quos in Christo mortuos Apostolus uocat, & propter nomen domini interfecti sunt, resurgēt in gloria. Et quia mors eorū somnus est, nequaq̄ iuxta Lxx. resurgere, sed expergisci & euigilare dicuntur. Vnde & Lazarus qui euigilaturus erat, à domino dormiēs appellatur. Omnes igitur martyres & sancti uiri qui pro Christo fuderunt sanguinē, & quorū fuit tota uita martyriū: resurgent & euigilabunt, atq; laudabunt deum creatorem suum qui nunc habitant in puluere, de quibus in Daniele scriptum est: Multi dormientiū in terræ puluere resurgent, hi in uitam æternā, & hi in opprobrium & cōfusionē sempiternā. Et in Ioanne euangelista legimus: Veniet hora & nunc est, quando qui in sepulchris sunt audient uocē filij dei, & qui audierint uiuent, & egredient qui bona fecerūt in resurrectionē uitæ, & qui mala in resurrectionē iudicij. Ros enim dñi, iuxta fabulas poetarū uincēs omnes herbas Pæonias uiuificabit corpora mortuorū. Et quomodo iactis in terrā seminibus ros paulatim crescere facit herbas, & ad fruges sui generis peruenire: Sic domini ros q pro misericordia ponit, ros erit luminū plurimorū, quod Hebraicē dicit אוֹרוֹת Terram autē, id est corpora Raphaim, gigantiū uidelicet & impiorum, dñs in pœnas detrahet sempiternas: Denicq; pro רְפָאִים soli Lxx. τοὺς ἀσεβεῖς, id est, impios transtulerūt. Et quia supra legimus: Mortui uitā non uidebūt: nec medici suscitabūt, pro quo Aquila & Symmachus, raphaim & gigantes interpretati sunt, quærimus quæ erroris causa sit, ut p רְפָאִים Hebraico: alij gigantes, alij medicos posuerint. Verbū Hebraicū רְפָאִים si post ר primā literā sequentem habeat י legitur רִפְאִים & significat medicos: sin autem absq; י litera scribatur, legitur רְפָאִים & transfertur in gigantes. Simulq; quia supra dixerat: Mortui uitam non uidebunt, ut manifestius demōstraret non dici ibi de mortuis lege naturæ, & separatiōe animæ ac corporis, sed de his q peccato mortui sunt: Nūc ecōtrario dicit ad deū: Viuēt mortui tui qui interfecti sunt, propter te: qui non absolute mortui, ut Lxx. transtulerunt οἱ νεκροί, sed iuxta Hebraicum ubi dicitur יחיו מֵתֶיךָ mortui tui appellantur. b ¶ *Vade populus meus, etc.*] Supra de sanctis dixerat. Resurgent mortui, & resurgent q in sepulchris sunt. Ros enim à te sanitas eorum est, & econtrario de impijs: terra autem impiorum cadet. Nunc ad sanctos loquitur, quia uobis resurrectio repmissa est donec in peccatores & impios dei ira desæuiat: ingredimini in sepulchra uestra, & abscōdite uos, breue enim tēpus est donec dei pertrāseat indignatio. Siquidē egredit dominus de loco suo, quia misericors & miserator dominus, & clementissimus pater, filios negligentes ferire compellitur, & quodammodo de sua sententia cōmutari, ut uisiter & inducat irā suā super habitatores terræ, de quibus dicitur in Osee: Maledictio & mendaciū, & adulteriū & furtū, effusa sunt super habitatores terræ. Et in Apocalypsi tertio legimus: Væ, super habitatores terræ. Porrò iusti licet uideantur in terra, tamen cōuersatio eorū in cœlis est, q̄ possunt dicere: Aduena ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei, & fruuntur habitatione altissimi, de quibus sanctus loquitur: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli cōmorabitur. Tūc reuelabit terra sanguinē suū, de quo deus loquit Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quæ aperuit os suū ut susciperet sanguinē fratris tui de manu tua. Potest hoc & de martyribus intelligi, qui pro Christo fuderūt sanguinē, & sub altari dei clamant: Vsquequò dñe non ulciscēris sanguinē nostrū de his qui habitant super terrā? De quibus & Moyses dicit in cantico: Sanguis filiorū eius uindicabit & ulciscetur, & retribuet uindictā inimicis. Hunc sanguinem terra quæ susceperat reuelabit, & interfectos domini ne quaq̄ operiet, sed producet in publicū ad condemnationē eorum, qui martyres occiderūt. Hoc de simplici resurrectione intellectū sit. Præcipitur autē iuxta Anagogen populo dei, ut ingrediat cubicula sua siue cellaria, חֲדָרִיךָ quippe utrunq; significat: ut claudat iuxta euangelicū præceptū ostiū cubiculi sui, & dicat cū Prophera: Pone domine custodiā ori meo, & ostiū munitū labijs meis. Et abscondatur paululū quantulumcunq; donec pertranseat ira domini, ut nihil gloriæ causa faciat, sed fruatur bono cōscientiæ, & solum iudicē expectet deū. Sunt autē cellaria quæ claudenda sunt & abscondenda ab his qui diuites facti sunt in operib. atq; sermonibus, prudentia, temperantia, fortitudo, iusticia, ut nesciat sinistra quid faciat dextera, ut legis & prophetarū & euāgelij opibus perfruamur. Quod autem omnes dies uitæ nostræ breues sint & paruuli: Iacob excedens annos centum loquitur: Parui sunt & pessimi dies mei. Ira autem domini transitura illa est, quam

1. Thes. 4.d

Ioan. 11.b

Dan. 12.d

Ioan. 5.d

Apoc. 8.d

Pſal. 38.c

Apoc. 6.c

Deut. 32.f

Anagoge

Matt. 6.d

Pſal. 140.a

Gen. 47.b

Ose 4.d

A thesaurizant sibi qui nolunt agere pœnitentiam, quæ positæ transierit, nequaquã cellaria ultra claudentur, sed
Luc. 8.c implebitur quod scriptũ est: Nihil occultũ quod non reuelabitur, & absconditum quod non manifestetur.
Quodq; sequitur: Ecce enim dominus de sancto inducet irã suã: illud significat, quod à sanctis dei ira incipiat, uel omnis illius ultio iusta sanctaq; sit nõ de mẽtis perturbatione descendens, ut in hominibus solet, sed studio corrigendi. Terrã autem habitatorũ illam reor, de qua scriptũ
Deut. 32.a est: Audiat terra sermones oris mei. Et:
Esa. 1.a Auribus percipe terra. Et iterũ: Terra, terra
Hiere. 22.g audi sermonẽ domini. Quomodo enim qui in terra habitant:
Rom. 8.b sic qui in carne sunt deo placere non possunt. Terra autem in hoc loco significat animã quæ uiuit carnaliter. Et reuelabit sanguinẽ suũ, si quempiã scandalizauerit,
Gen. 4.b & cum Cain meretur audire: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quæ aperuit os suum ut susciperet sanguinẽ fratris tui. Omnis igitur sanguis in die iudicij requiretur, nec abscondet terra sanguinem suum: & interfectos quos occidit, uel uolẽs, uel per negligentiam, producet in medium.

CAP. XXVIII

B IN *die illo uisitabit dominus in gladio suo duro & grandi, etc.*] Tradunt Hebræi diabolũ, id est, criminatorẽ, quod Græcũ nomen est, Hebraicè appellari שָׂטָן hoc est
Zach. 3.a aduersariũ. Vnde & in Zacharia dicitur: Stabat satan, id est, aduersarius à dextris eius ut aduersaretur ei. Ap
2. Cor. 6.c pellaturq; & בְּלִיַּעַל id est, apostata, præuaricator & absq; iugo. Vnde & Apls: Quæ, inquit, communicatio Christi ad Belial? & ubicunq; Lxx. ponunt filios pestilentiæ, in Hebraico scriptũ est filij Belial. Vnde & illud
Psal. 88.d quod in psalmo canitur de mysterio saluatoris: Filius iniquitatis nõ apponet nocere ei, in Hebraico dicitur filius Belial. Appellaturq; & alijs nominibus, ut in alio
ibid. 90.c psalmo scriptũ est: Super aspidẽ & basiliscũ ambulabis & cõculcabis leonẽ & draconẽ. Qui draco propriè in Hebraico sermone appellat לִוְיָתָן Ipse est & magnus cetus, de quo quod à Christo capiendus sit, mystico in
Iob 40.c Iob sermone narratur: Qui magnũ cetũ capturus est,
ibid. d nam & ibi pro ceto leuiathan ponitur. Et iterũ: Addunces autẽ draconẽ in hamo, circũdabis capistrũ naribus eius. Statimq;: Hoc est principiũ plasmatis dñi, quod
Psal. 103.c factũ est ut illudatur ab angelis eius. Et in psalmo: Hoc mare magnũ & spaciosum, ibi reptilia quorũ nõ est numerus: Animalia parua cum magnis. Draco iste quem formasti ad illudendũ ei. De hoc in Apocalypsi scribit
Apoc. 12.b Ioannes: Facta est pugna in cœlo: Michael & angeli eius bellabãt cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & nõ præualuerũt: nec locus inuẽtus est eis in cœlo. Et missus est draco magnus coluber antiquus q uocatur diabolus & satanas, qui errare facit orbẽ terrarũ
ibid. c uniuersum: missusq; est in terrã, & angeli eius cum eo, ibiq; dicit: Missus est accusator fratrũ nostrorũ qui accusabat eos corã deo nostro. Illudq; notandũ quod & in psalmo & in Iob propterea factus dicat draco, hoc est leuiathan, ut illuderet ei ab angelis. Vnde & apostoli
Luc. 10.c accipiunt potestatẽ, ut calcent super serpẽtes & scorpiones, & super omnem uirtutẽ inimici. Quia igitur ab eo loco ubi scriptum est: Ecce dominus dissipabit terram & nudabit eam. Siue iuxta Lxx. Ecce dominus dispergit orbẽ terrarũ & desolabit eum: usq; ad præsens capitulũ, cõtra orbẽ in cõsummatione mundi iudiciũ prædicatũ est, & nouissimus inimicus destruet mors: Propterea aduersum diabolũ extrema sententia est, ut in-

CAPVT XXVIII

ducat super eum gladius sanctus & magnus & fortis, siue iuxta Hebraicum & reliquos interpretes, gladius durus. Non enim ut Lxx. interpretati sunt קָדְשׁוֹ dicit: qd si esset, sanctum sonaret, sed קָשֶׁה qd propriè transfert in durum. Vnde & Cis, pater Saul, durus appellatur. Gladiũ autẽ sanctum siue durũ ob eius sensum qui patitur, quidam nostrorum intelligunt uerbum dei, de quo dicit Apostolus: Viuens autẽ dei sermo & efficax, & acutus super omnẽ gladium ex utraq;
Heb. 4.c parte acutũ. Vnde & in alio loco de ore saluatoris gladium bicipitẽ exire legimus: Cũ autẽ in fine mundi aduersum Leuiathan, qui in principio Geneseos appella
Apoc. 19.c tur serpens prudentissimus super omnes bestias quæ
Gen. 3.a erant in terra, gladius sanctus siue durus & magnus & fortis fuerit inductus, fugiet qui nunc fugere cõsueuerat, nesciẽs illud scriptũ: Quò uadã à spiritu tuo, aut à
Psal. 138.b facie tua quò fugiã? Pulchre quidã poeta in gigãtomachia de Encelado lusit. Quò fugis Encelade? quascunq; accesseris oras, Sub Ioue semper eris. Iste autẽ leuiathã
D coluber fugiens, in Hebraico dicitur בָּרִיחַ quod Aquila interpretatus est uectem, Symmachus cõcludentem, Theodotio robustũ. Vectẽ autẽ siue claudentẽ puto appellari, q multos suo carcere clauserit, & propriæ subiecerit potestati: nihilq; in se rectũ habet, & idcirco dicit tortuosus: nec imitari potest uirgã dñi, de qua scriptũ
2. Thes. 2.b est: Virga directionis uirga regni tui: Quẽ dñs interficiet spiritu oris sui, habitatorẽ quondã maris, salsorũ & amarorũ fluctuũ. Qui dicunt diabolũ acturũ pœnitentiã & ueniã cõsecuturũ, interpretent nobis quomodo hoc accipiant, quod scriptũ est: Et interficiet draconem qui est in mari siue cetũ. Secũdo enim loco in præsenti capitulo, in Hebraico non appellatur Leuiathan, sed תַּנִּין quod propriè cetum sonat. Vnde Hebræi autumãt Leuiathan habitare sub terra & in æthere: Thannin uerò in mari, quæ Iudaica fabula est. Quodq; dicit in extremo huius capituli, in die illa: Eusebius priori iungit capiti, ne sequens prophetia huic tempori coaptetur. Hebræi aũt & cæteri explanatores sequenti, qd nunc proposituri sumus. *b* ¶ *In die illa uinea meri cantabit ei. Ego dominus, etc.*] Multum Hebraicũ in hoc loco à Septuaginta editione discordat, idcirco singula ut proposuimus disseramus. Vinea de qua supra loquit Esaias: Vinea facta est dilecto in cornu, in loco uberi, quæ de-
beat intelligi ipso docente discamus: Vinea enim domini sabaoth domus est Israel, de qua in psalmo cani-
Psal. 79.b tur: Vineã de Aegypto transtulisti, &c. Huic & per Hie-
Hiere. 25.d remiam propinat calicem meracissimũ. Cum enim misisset eum ut potionaret omnes gentes, & huic se propheta libenter obtulisset officio: primum inebriare iubetur Hierusalem. Vnde dicit: Decepisti me domine, & deceptus sum. Bibet igitur Hierusalem, & propinatur ei meraca potio, ut planctum discat & fletum. Dicitq; se dominus multo eam tẽpore custodisse, & locũ dedisse pœniten-

A pœnitẽtiæ: & quia cõuerti noluerit, subito inebriandã. Hoc enim dicit diebus egisse uel noctibus, ut ipsius semper auxilio seruaretur. Lxx. autẽ eandem pulchrã appellant uineã, in qua fuit lex & prophetæ, sacerdotiũ &
Psal. 75.a pontificiũ, & dei noticia, dicente scriptura: Notus in Iudea deus, in Israel magnũ nomẽ eius. Quidã alij putant iuxta editionẽ corũ ad ecclesiam pertinere, qua
Psal. 86.b nihil est pulchrius. Et de qua dictũ est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, quæ princeps est genitricis suæ & dicit in Cãticocan-
Cant. 1.b ticorum: Filij matris meæ pugnauerũt aduersus me. Et loquit: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Pulchreq; oppugnatur dixit, non expugnatur. Statimq; iungit de synagoga, quæ de capite uersa est in caudã: Frustra ei potũ mearũ tribuo doctrinarũ: capietur enim in tenebris erroris sui. Et quia apertam lucem non recepit, per diem corruit murus eius, id est, o-
B mne quod sibi putabat auxiliũ: nullusq; erit aduersariorũ qui non capiat eam: quod de cõtrarijs debemus intelligere potestatibus. *a* ¶ *Indignatio non est mihi, quis dabit me spinã & ueprem, etc.*] Iuxta Hebraicũ hic sensus est: Ego qui diebus & noctibus semper meam uineã conseruaui, ne exterminaret eã aper de sylua, ne bestiæ deuorarent: nunquid indignationẽ non habeo, & nescio ferire peccantẽ, & reddere unicuiq; quod meret? Vbi Aquila posuit spinã, & ueprem: in Hebraico scriptum est שַׁיִת & שָׁמִיר quod adamantẽ & loca sentiũ plena significat. Vnde dicit: Quis me docebit ut durus sim, & meam uineam clementiam, & in prælio atq; certamine truculentus incedam, ut gradiar super uineã quam antè seruaui, & succendam eam quam meo sepserã muro? An potius id aget fortitudo mea, ut iram differam, & saluem eos euangelij clementia, qui nequaq; sunt legis autoritate seruati? ἐμφατικῶς autẽ iuxta Hebraicũ legendum est: Quis me faciet durũ atq; crudelẽ ut uineam naturam meam? Hoc quippe in deserto significatur & in spinis, ut eam quasi in prælio conterã atq; succendam, quam semper mea diligẽtia custodiui. An potius tenebo fortitudinẽ meam, quam Christũ esse non
1. Cor. 1.b dubiũ est, & de qua legimus: Christus dei uirtus & dei sapientia, ut ipsa mihi pacem faciat, & mundum reconciliet? Iuxta Lxx. hic est sensus, ut ex persona accipiamus ecclesiæ: Ego ciuitas firma, ciuitas multis uallata hostibus, quæ frustra dedi pocula inimicę meæ synagogę. Capiet enim nocte, & corruet murus eius, nullaq; erit de aduersarijs potestatibus, quæ non apprehendat eã. Rursum loquar: Quid mihi prodest custodire eã, quæ stipulam in se habeat non frumenta: quę ita inculta est, ut uepriũ plena sit & spinarũ, quam saluare uoluit? Sed quia hostiliter mecum agit, recessi ab ea. Dixeruntq; in
Act. 13.g me & ex me nati Apostoli: Vobis quidẽ oportebat primum loqui uerbum dei: sed quoniam repulistis illud,

HEB. eam. Indignãtio nõ est mihi, quis dabit me spinã & ueprem in prælio? Gradiar sup eã: succẽdam eam pariter. An potius tenebo fortitudinẽ meã? faciet pacẽ mihi, pacẽ faciet mihi. Qui egrediunt de radice Iacob, florebit et germinabit Israel: & implebũt facie orbis semine. Nũnquid iuxta plagam percutientis se percussit eum, aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?

HEB. In mẽsura cõtra mẽsurã cũ abiecta fuerit iudicabis eam. Meditãtus est in spiritu suo duro per diẽ æstus. Idcircó sup his dimittet iniqtas domui Iacob, & iste

SEP. det murus. Non est quæ non apprehenderit eam. Quis ponet me custodem stipulæ in agro? propter aduersariam hanc repuli eam: Idcirco fecit dominus omnia quæ disposuit: combusta sum, dicent habitatores eius, faciemus pacem illi, faciemus pacem ei. Qui ueniunt filij Iacob: germinabit & florebit Israel, & implebit orbem terrarum fructus eius.

SEPT. Rixans & exprobrãs emittet eos. Nónne tu eras qui meditabaris spiritu duro interficere eos spiritu furoris? Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hæc

& postea pacẽ faciant deo, qui uerè appellentur filij Iacob. *b* ¶ *Qui egrediuntur de radice Iacob, etc.*] Postq; apostoli in toto orbe euangeliũ prædicantes, dixerint: Faciemus pacem Christo, pacẽ faciemus ei, qui in excelsis fuerint de semine Iacob, & in apostolicam peruenerint dignitatẽ, appellabuntur filij Iacob. Tunc germinabit & florebit Israel, uidens doctrina filiorũ suorũ uniuersum orbẽ esse completũ, & attulisse fructus ubertimos, quos in Iudæa manens non attulerat. *c* ¶ *Nũquid iuxta plagam percutientis se percussit eum, etc.*] Locus iste dupliciter intelligit. Aut cõtra Hierusalẽ, ut dicat eam non ita à deo esse percussam, ut ipsa percusserit Christũ & apostolos eius: Aut contra gentiũ multitudinẽ, quod illis persequẽtibus & effundentibus sanguinẽ Christianũ, apostoli & apostolici uiri nihilominus salutis eorũ curam habuerint, & reconciliauerint eos deo. *d* ¶ *In mensura contra mensuram, etc.*] Iuxta Hebraicũ hic sensus est. Sicut fecit Hierusalẽ, sic recipiet, & iuxta mensurã qua mensa est, remetietur ei. Tunc cumulatã mensurã recipiet, quando iudicij tẽpus aduenerit & abiecerit eam deus. Iuxta Lxx. pendet ex superioribus quod dicit. Nõ enim Israel sicut percussit percutietur, nec sicut interfecit interficietur. Qui surgabat contra apostolos & exprobrabat doctoribus suis, & præcipiebat ne in nomine Christi loquerentur. Propterea dominus abijciet eos, & de suo expellet grege. *e* ¶ *Meditatus, etc.*] Iuxta Hebraicũ hoc dicitur: In mensura qua mensa est Hierusalẽ recipiet, propterea deus in spiritu suo duro atq; uehementi meditatus est, siue locutus cõtra eã in die æstus, hoc est, in persecutionis tẽpore, quãdo ardẽtior indignationis dies est atq; pœnarũ. Iuxta Lxx. ad ipsam dicit Hierusalẽ siue ad Israel: Nõne tu eras, quę in spiritu tuo durissimo atq; crudeli, & in furore blasphemiarũ tuarũ, apostos dñi atq; doctores interficere cupiebas? *f* ¶ *Idcirco super his, etc.*] Causas reddit cur postq; Iudæi in do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A minum miserint manus, ueniã cõsequant, si uoluerint
Luc.23.c agere pœnitentiã, ut impleatur saluatoris oratio: Pater ignosce eis, quod enim faciunt nesciunt. Propterea, inquit, dimittetur iniquitas domui Iacob, & auferet peccatũ eius, ut mereatur benedictionẽ dei, qui sibi male-
Matt.27.c dictionem fuerat imprecatus, dicẽs: Sanguis eius super nos, & sup filios nostros: quia p apostos destitpe Israel in toto orbe euangeliũ seminabitur, & destruetur idolatria, & cõminuentur aræ usq; ad pulueren: succidẽtur luci, delubra corruent, & dei unius sub mysterio trinitatis noticia prædicabitur. a ¶ *Ciuitas enim, etc.*] Hierusalẽ ciuitas quondã firma atque munita, quia non susceptit patrisfamilias filiũ, sed
Matt.21.d dixit: Venite occidamus eũ, quia iste hæres est, & nostra erit hereditas, desolata erit. Et quæ quondam fuit speciosa, de qua
Ezech.16.c & in Ezechiele dicit: Similam & mel, & oleũ comedisti, & speciosa facta es uehemẽter nimis, & in qua
Psal.44.a habitabat ille de quo scriptũ est: Speciosus forma præ filijs hominũ, relinquetur & dimittetur quasi desertũ,
Ioan.14.d dicẽte dño ad apostos: Surgite abeamus hinc. Ibi pascet uitulus, Romanus exercitus, de quo & in alio loco sub
Psal.79.b nomine apri dictũ est: Vastabit eã aper de sylua, & singularis ferus depastus est eã. Et ibi accubabit & consumet summitates eius sub metaphora uineæ & propagi nũ eius, ut nihil in ea uiride, nihil remaneat flagellorũ, sed omnia cõsumat inimicus. Iuxta Lxx. quia non receperũt pastorẽ bonũ, ppterea erũt quasi grex derelictus, & patebũt morsib. bestiarũ, & nihil in eis uiride remanebit, quia siccitas omnia possidebit. b ¶ *In siccitate messis, etc.*] Hoc quod dicit in siccitate messis illius cõterentur, p quo Lxx. interpretati sunt, σκέπασον αὐτὴ πᾶν χλωρὸν ἀλλὰ τὸ ἐμπανδύναι. i. nõ erit in ea quicq; uiride, quia exaruit, iuxta Hebraicũ sequentib. copulat, iuxta Lxx. priori sensui. Dicamus ergo primũ iuxta Hebraicũ. Cũ siccitatis & messionis Hierusalẽ, & ut apertius loquar, uastitatis tẽpus aduenerit: de toto orbe synagogarũ turba cõcurret, ut plãgat Hierusalẽ, & mala illius cõsoleẽ. Siue aperte de mulierib. loquit, quæ nudatis pectoribus, sanguinãtes feriũt lacertos, & implebit dñi uaticiniũ:
Luc.23.d Filiæ Hierusalẽ nolite me fiere, sed plãgite super uos & super filios uestros. Magnaq; infelicitas populi, à mulierib. lamẽtationis carmina discere: sicut reprehẽsio fuit populi Israel, quando in Iudicũ libro in manu
Iudic.4.a mulieris Debboræ fecit salutẽ dñs, & tẽpore uicinæ captiuitatis tacentib. uiris Holda mulier pphetauit. Propterea aũt mulieres lõgo cõterent itinere, imbecillitate, fame & squalore cõfectæ, & docebũt populũ miserabilẽ quia nõ est populus sapiẽs, nec intellexit creatorẽ suũ, q negligẽs ab eis atq; cõtemptus nõ miserebit facturę;
Matt.28.b & non parcet creaturæ suæ. Iuxta Lxx. de Maria dicitur Magdalene & alia Maria, & cęteris mulieribus, quę primum uiderunt dominũ resurgentẽ, & tenuerũt pedes eius, & ab eo audire meruerũt. Nolite timere: Ite nunciate fratribus meis ut uadant in Galilæã, & ibi me uidebũt. De istis mulieribus multo priusq; nascerent, pheticus sermo prænunciat, & uocat eas à spectaculo dominicę passionis & resurrectionis, ut euangelium prædicent, & iuxta Hebraicũ, doceãt Hierusalẽ siue terram Israel, q̃ iste sit dominus & deus. Populo enim Israel non habente sapientiam illo tempore quãdo passus est dñs, & impletum est uaticiniũ prophetale: Saluũ me fac
Psal.11.d dñe, quoniam defecit sanctus. Et: Omnes
Ibid.13.d declinauerunt simul, inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonum nõ est usq; ad unum: uocãtur mulieres despectaculo, ut quod ipsæ uiderunt, apostolis nuncient. Israel autem de quo dictũ est:
Supra 1.d Israel non cognouit me, & populus meus nõ intellexit: clemen-
D tissimũ creatorẽ & factorẽ suũ prouocauit in amaritudinẽ, ut nequaq̃ eius misereatur. Hæc pie quidẽ dicunt, sed quõ cũ cæteris cõgruant, & cõsummationis mundi tẽporibus coaptent, difficilis interpretatio est. c ¶ *Et erit in die illa percutiet dominus ab alueo fluminis usq; ad torrentẽ Aegypti, etc.*] Nisi iunxisset in die illa, per quod docemur ea quę dicturus est superiorib. copulãda: poteramus quasi propriũ capituli huius sensum exponere: nũc aũt ad superiora referenda sunt omnia. Quoniã ciuitas munita desolata erit, & speciosa quondã relinquet quasi desertũ, & ibi uitulus accubabit & cõsumet propagines uineæ, & omnia sicabunt, q̃m nõ est populus habẽs intellectũ, & propter stulticiã eius, nullã à creatore suo misericordiã cõsecutus est. Idcirco percutiet siue cõcludet dñs ab alueo uel riuo fluminis usq; ad torrentẽ Aegypti, ut in uniuersa Iudęa, quæ quondã repromissionis terra fuit, nullus reperiat sermo doctrinæ, nihil scientiæ scripturarũ, de quibus & Apls loquit: Vt nõ attẽdamus Iudaicis fabulis &
Titum.1.d mãdatis hominũ, qui auertunt à ueritate. Et iterũ: Sunt
Ibidem em multi & nõ subditi ac uaniloq, & seductores, quos oportet redarguere, præcipuẽ ex circucisione. Alueũ aũt siue riuũ fluminis, iuxta historiã Euphratẽ possumus dicere, sicut & in LXXI. psalmo scriptũ est: Dominabit à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad finẽ orbis terræ. Alij Iordanẽ putãt. Et hoc notandũ q̃ in Iudææ terminis, fluuius appellet: in Aegypti finibus, torrens, qui turbidas aquas habet, & nõ perpetuas. Pro torrẽte Aegypti Lxx. Rhinocorurã transtulerunt, quod est oppidum in Aegypti Palæstinæq; cõfinio: nõ tam uerba scripturarũ q̃ sensum uerborũ exprimẽtes. Quod aũt nos diximus, percutiet, pro quo Lxx. συμφράξει. i. concludet, transtulerunt: Aquila & Theodotio, ῥαβδίσει interpretati sunt, quod siue uirga percutiet, siue ad uirgã

A recensebit numerum gregis sui, intelligi potest: ut nõ in malam, sed in bonã partẽ accipiat. 4 ¶ *Et uos congregabimini, etc.*] O filij Israel, pro quo interpretatus est Symm. domus Israel: percussis aduersarijs uestris à riuo fluminis usq; ad torrentẽ Aegypti, id est, ab Euphrate usq; ad Nilũ, uos uel ipsi congregabimini ad fidẽ dñi unus & unus, qa Iudæorũ turba nõ credidit: p quod significat paucos ex Iudæis in saluatorẽ dñm credituros. Vel certe ô apostoli & apostolici uiri, Iudæorũ multitudine nõ credente, uos de toto orbe quos poteritis, quasi oues morbidas referte ad
HEB. Et uõs cõgregabimini unus & unus filij Israel. Et erit in die illa: clangẽt in tuba magna, & ueniẽt qui perditi fuerãt de terra Assyriorũ, & qui eiecti erant in terrã Aegypti: & adorabũt dominum in mõte sancto in Hierusalem.
SEP. Vos aũt congregate unum & unũ filios Israel. Et erit in die illa canent tuba magna, & ueniẽt qui perierant in regione Assyriorum, & qui perierãt in Aegypto, & adorabunt dominum super mõtem sanctũ in Hierusalem.

C
1 Cor.15.g

caulas domini, & congregate eas cum gentiũ populo, ut impleatur illud quod Paulus apostolus & Barnabas
Act.13.g loquuntur ad Iudæos: Vobis quidem primum oportebat annunciare uerbum dei, sed quia indignos uos iudicastis salute, ecce cõuertimur ad gentes. b ¶ *Et erit in die illa clangetur, etc.*] In hoc loco Iudæi cassa sibi uota promittunt, q̃ in consummatione mundi q̃n ἀλλοφύλων suus uenerit, de Assyrijs & de terra Aegypti dispersus populus congregetur, & ueniat in Hierusalem, & ædificato templo adoret dñm deũ suũ. Quod secundũ literã omnino stare nõ potest. Neq; eñ de Assyrijs tantũ & de Aegypto, sed de toto orbe terrarũ, q̃ in Christũ creditu-
C ri sunt, uocabunt. Ergo hoc significat, q̃ in nouissima tuba, iuxta apostolũ Paulũ: oẽs qui perierãt in Assyrijs & in Aegypto ad dñm ueniãt. Nec dixit, oẽs filios Israel, sed oẽs qui perierãt: per quod significat gentiũ multitudinẽ, quod & idololatriæ, & magicis, ac philosophiæ artibus obligati, ueniãt ad fidem Christi, & adorent eũ in ecclesia. Tuba autẽ magna potest intelligi sermo euãgelicus, de quo & in hoc eodẽ ppheta legimus: Sup montẽ excelsum ascẽ-
Infrà 40.b de q euangelizas Siõ: exalta uocẽ tuã q euangelizas Hierusalẽ. Mons ergo sanctus & Hierusalem illa est, de qua sepe diximus: Accessistis ad Sion montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & multorum angelorum milia, & ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in cœlis. Hucusque de consummatione mundi dictum est, ab eo loco in quo exponere cœpimus: Ecce dominus
Suprà 24.d dissipabit terram, & nudabit eam, quod præsenti uolumine continetur. Nunc adiuuante, imõ inspirante nobis Christo, transeamus ad nonum, qui alterius prophetiæ habebit exordium.

Commentarij octaui in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM Commentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Proœmium.

B

D Arijs molestijs occupati, explanationes in Esaiã prophetã per interualla dictamus. Vnde expleto octauo uolumine, nunc post aliquantũ temporis spaciũ transimus ad nonum: non absq; morsu & obtrectationib. inuidorũ, qui ignorãtes quid audiant, quid loquantur, de eo audent iudicare quod nesciũt: & antè despiciũt q̃ probent: eruditosq; se existimant & disertos, si de cunctis scriptoribus detrahant. Quorũ liuorẽ & musitationẽ garrulam contemnẽtes, dei posc amus auxiliũ, & Psalmistæ imprecatione dicamus: Dissipa gẽtes quæ bella uolunt. Domini enim locus in pace est, quæ exuperat omnẽ sensum. Quã & propheta desiderat clamitãs: Domine deus noster pacẽ da nobis: omnia enim reddidisti nobis. Sed iam proponamus Esaiæ capitulum, & cum Moyse ingrediamur nubem & caliginẽ, ut clarificet uultus noster, & iuxta Hebraicũ, cornuta sit facies: audianturq; & rutilent tonitrua & fulgura, quæ plebs uilior uidere non potuit.

COMMENTARIORVM Hieronymi in Esaiam prophetam Liber nonus.

Ae coronæ superbiæ, etc.] Dicamus primũ iuxta historiã, deinde iuxta tropologiã, & ad extremũ iuxta uaticiniũ prophetale. loquitur sermo diuinus aduersum decẽ tribus quæ regnabãt in Samaria, & propter Hieroboã, qui de tribu Ephraim fuit, appellabantur Ephraim. Et uocat eos coronam superbiæ, quia comparati duabus tribubus, quæ appellabantur Iuda: sublimiores erant & numero & robore. Ebriosq; eos dicit Ephraim, qui suum non intelligant creatorem, sed pro domino adorent uitulos aureos in Dan & Bethel. Isti quondam in flore fuerunt domini & in gloria, quando regebantur à Dauid & Salomone, & in duodecim tribubus erant adorantes deũ in templo Hierusalem: qui fuerũt in uertice uallis pinguissimæ, quod Hebraice dicitur גיא שמנים Significat autem locum ubi traditus dominus est: super cuius uerticem, templum dominf situm est. Isti inebriati sunt uitio erroris & amentiæ,

CAP. XXVIII

Ae coronæ iniuriæ mercenarij Ephraĩ: flos cadens de gloria quod eis miscuit Hieroboam: Quapropter pœnam illis dominus comminatur, quòd sicut grandinis turbo uniuersa confringit, & impetus aquarũ inundantium quicquid obuium inuenerit, rapit: sic ab Assyriorum deleantur exercitu, & quod reliquũ fuerit, in montes siue urbes Mediæ transferatur. Comparat autem gloriã decem tribuum coronæ uariorum florum, quæ tantam habuerit pulchritudinem, ut quomodo si quis antequã æstas ueniat & autumnus, πρόδρομον ficum uidens in arbore, statim ut manu tenuerit, deuoret: sic & decẽ tribus cum Assyrius

A uiderit uastet & deuoret, & nihil omnino pristini popu
li relinquat in Samaria. Hoc breuiter iuxta historiã di
Allegor. ctum sit. Transeamus ad allegoriã. Secundũ expositio
nem Oseæ prophetæ, in quo Ephraim & Ioseph & Sa
maria, & decem tribus quæ scissæ sunt à corpore duode
cim tribuum, & tem
plum dñi reliquorũ:
reculimus ad hæreti
cos, q̃ uetere iuxta Lxx
editionẽ, corona iniu
riæ sunt, dñm blasphe
mãtes, & omnia mer
cedis causa faciunt, &
de gloria domini con
ciderunt: nec sequun
tur tenuitatem man
næ, & humilitatem ec
clesiasticã, sed in mon
te pinguissimo uer
santur ebrij absq; ui
no: propterea fortis
& durus furor domi
ni, qui eos puniturus
est, grandini præcipi
ti, quæ non in tecta,
sed in capita morta
lium ruit, & multis a
quarum inundationi
bus comparanẽ, quæ
quicquid obuium in
uenerint, trahũt. Hæc
corona iniuriæ, mer
cenarij appellãtur E
phraim, qui iuxta A
2 Pet. 5. B postolum turpis lu
cri gratia, de flore &
spe ac gloria pristinæ
fidei corruerũt, & uer
santur in superbia, &
dulcissimus cibus di
aboli sunt, q̃ eos quo
tidie deuorat. Secun
dum prophetiam il
lud possumus dicere,
quod coronam iniu
riæ uocet scribas &
pharisæos, qui dom
num blasphemabãt.
Et appellantur merce
narij Ephraim, pro
pter Iudam qui de tri
bu Ephraim, & de ui
co eiusdẽ tribus Iscа
rioth dominũ precio
uẽdidit: qui uere flos
apostolicæ gloriæ cecidit super montem pinguissimũ,
de quo dictum putamus: Manducauit & bibit Iacob, &
saturatus est, & impinguatus, & recalcitrauit dilectus.
Siue iuxta Hebraicum, super uallem pinguium, id est,
Gessemanim, in qua etiã nomẽ loci significatur, in quo
Iudas dominum tradidit. Vallis autẽ pinguis siue pin
guium dicitur propter ubertatẽ, & scribas & pharisæos
qui ibi dominũ comprehenderunt. De quib. in psalmo
Psal. 21.c scriptum est: Tauri pingues obsederunt me. Hæc uallis
pinguium, id est Gessemanim, in hoc capitulo secundo
appellatur, & miror quomodo Lxx. primũ eam dixe
Ioan. 23.c rint montẽ pinguẽ, & postea mõtẽ excelsum. Ebrius aũt
fuit proditor nõ uino, sed auaritia & furore aspidũ insa
nabili, & diaboli cibo, qui post buccellã introiuit in eũ,
& penitus deuoratus est: qa oratio eius uersa est in pec C
catum, & ne pœnitẽtia quidem eius fructum salutis ha
buit. Verbũ Hebraicũ שִׁבּוֹרִי ambiguũ est: & uel ebrios
uel mercenarios sonat. Vnde & יְשִׁשְׂכָר interpretatur,
est merces, & שְׂכַר μέθυσμα, id est ebrietas: cæteriq; e
brios, soli Lxx. μισθω
τὰς, id est mercenari
os transtulerũt. a ¶ In
die illa erit dominus exer.
etc.] Postq̃ omnis ter
ra Samariæ, id est, de
cem tribuum Assyrio
fuerit inundante dele
ta, & cõculcata pedib.
corona superbiæ ebri
orum Ephraim, & in
modũ ficus tempora
neæ deuorata, tũc reli
qui populi Israel, hoc
est, duarũ tribuũ, Iu
dæ & Beniamin, ipse
dñs erit corona uictõ
riæ, & spiritus iudicij
sedenti super iudiciũ,
haud dubiũ quin E
zechiæ regi Iudæ, &
fortitudo eorũ q̃ cun
cta regione populata,
de prælio reuertentes
se urbe clauserũt. Q̃d
in hoc eodẽ propheta
lecturi sumus, q̃n cen
tum octoginta quinq;
milia armatorũ de As
syrij exercitu angelo D
pcutiente deleta sunt.
Verũ hi quoq;, id est,
Iudas & Beniamin in
ebriati sunt uino ido
lolatriq;, & contempta
religione tẽpli, dæmo
num simulacra uene
rati, & nescierunt ui
dentẽ dñm qui cũcta
considerat. Oẽs enim
mensæ eorũ & uniuer
sa religio repletæ sunt
uomitu sordiumq;: ut
nõ solũ in templo, sed
in uertice mõtium &
nemorosis locis, ido
lolatriæ sordibus cun
cta complerent, & do
minus in eis non ha
beret habitationis lo
cum. Hoc iuxta literam dictum sit. Porrò iuxta tropo
logiam, priorem sequamur intelligentiam: nec inta
ctos Septuaginta interpretes relinquamus. Hæreticis
enim ore diaboli deuoratis: qui montem superbiæ pin
guissimum conscenderunt: dominus erit corona glo
riæ his qui in ecclesia commorantur, & ad multitudi
nem plurimorũ errantium comparati, parui sunt nu
mero. Erit aũt in spiritu iudicij super iudiciũ: quia laua
bit dñs sordes filiorum & filiarũ Sion spiritu iudicij. Si
quis aũt sanguinẽ habuerit, nequaq̃ spiritu iudicij, sed
combustionis igne purgabitur: eritq; populo fortitu
do, & prohibebit eum interfici ab his qui uino draco
num inebriati sunt, & errauerũt propter siceram. Sæpe
diximus esse uinum quod de uineis fit: siceram autem
omnem

HEB. rationis eius: qui erãt
in uertice uallis pinguissimæ
errãtes à uino. Ecce ualidus
& fortis dñi, sicut impetus
grãdinis turbo confringẽs:
sicut impetus aquarũ mul
tarũ inundantiũ & emissa
rum super terrã spacioſam
Pedibus conculcabit coro
na superbiæ ebriorũ Ephra
im. Et erit flos decidẽs glo
riæ exultationis eius, qui est
sup uerticẽ uallis pinguiũ:
quasi temporaneum ante
maturitatẽ autũni, quod cũ
aspexerit, uidens statim ut
manu tenuerit, deuorabit
illud. In diẽ illa erit dñs exer
cituum corona gloriæ: &
sertũ exultationis residuo
populi mei, & spiritus iudi
cij sedenti super iudiciũ, &
fortitudo reuertentibus de
bello ad portam. Verum
hi quoq; præ uino nescie
runt, & præ ebrietate erra
uerũt, sacerdos & prophe
ta nescierunt: præ ebrietate
absorpti sunt à uino, erra
uerunt in ebrietate: nescie
runt uidentẽ, ignorauerũt
iudicium, siue mirabiliter.
Omnes enim mensæ reple
tæ sunt uomitu sordiumq;,
ita ut non esset ultra locus.

Quem

SEP. ria super uerticẽ mon
tis pinguis: qui ebrij estis
absque uino. Ecce fortis &
durus furor dñi sicut gran
do quæ fertur in pronũ nõ
habens umbraculũ, & quæ
uiolẽter decidit: sicut aqua
rum multitudo trahens hu
mũ, & faciens sibi spacium:
manibus & pedibus cõcul
cabit corona iniuriæ mer
cenarij Ephraim. Et erit
flos qui decidit de spe glo
riæ in summitate mõtis ex
celsi, sicut præmatura fi
cus, quam qui uiderit ante
quam sumat manu, cupiet
eam deuorare. In die illa e
rit dominus sabaoth coro
na spei quæ compacta est
gloriæ reliquijs populi: re
linquetur in spiritu iudicij
super iudicium, & fortı
tudinem uetans interfice
re. Isti enim uino decepti
sunt: errant propter sicerã:
sacerdos & propheta exci
derunt mente propter sice
ram: absorpti sunt propter
uinum, uacillauerunt: pro
pter ebrietatem siceræ erra
uerunt, hoc est, φάσμα ma
ledictio comedet hoc cõsi
lium: siquidem istud consi
lium propter auaritiam est.

Cui

Tropol.

A omnem potionẽ quæ inebriare potest, & statum mẽtis
euertere, quam proprie Aquila ebrietatẽ transtulit: siue
illa frumẽto, siue hordeo, siue milio, pomorũq; succo,
& palmarũ fructu, & alio quolibet genere conficiatur.
Igitur sacerdotes & pphetæ hæreticorũ exciderũt mẽte
propter siceră, & ab
sorpti sunt propter ui
num: quales fuerunt
Prisca & Maximilla,
earũq; princeps Mon
tanus: & quid dice
rent, nesciebant. Vi
no inebriãtur, quan
do scripturas sanctas
male intelligunt, atq;
peruertunt: Sicera,
quando sæculari abu
tuntur sapientia, & di
alecticorum tendicu
lis, quæ no tam uincu
la sunt appellanda, q̃
phasinata, id est, um
bræ quædam & ima
gines, quæ cito pere
unt atq; soluuntur. I
stiusmodi consilium
maledictio possidẽ
bit: qui quæstum pu
1 Tim. 4.d tant esse pietatem, &
cuncta faciũt propter
auaritiã. De hoc phas
mate & Apostolus lo
quebatur: Attenden
tes spiritibus erroris,
B & doctrinis dæmoni
orum, in hypocrisi loquentium mendacium. Tertia ex
Ioan. 12.d planatio est, postquam dominus scribas pharisæosq;
& 13.c subuerterit, & socium eorum Iudam proditorẽ, qui ab
initio fur fuerat: loculos enim pecuniæ pauperum ipse
portabat: tunc sit in spem & in gloriæ coronam his qui
de Iudæis in dominum crediderint, haud dubiũ quin
apostolos significet, quos ad prædicationem euangelij
reseruarit, & nõ statim permiserit pro Christo sangui
nem fundere. Omnes enim scribæ & pharisæi uino & si
cera, de quib. suprà diximus, inebriati sunt: tam sacer
dotes q̃ pseudoprophetæ. Sed tendiculæ eorũ atq; insi
diæ fuere pro nihilo, quia & Iudas ipse qui prodidit, fe
cit propter pecuniam: & sacerdotes qui proditorem pe
cunia corruperũt propter metum abiectionis suæ. Ipse
enim flagellũ de funiculis faciẽs, eiecit de tẽplo eos qui
uendebãt boues & oues, & cathedras uẽdentiũ colum
bas, & nummulariorũ mensas sua autoritate subuertit,
Infrà 56.c dicens ad eos: Scriptum est, Domus patris mei, domus
orationis uocabitur, uos aũt fecistis eam domum nego
Anagoge ciationis, siue speluncam latronum. Iuxta anagogen il
lud Hebraicũ, in quo diximus: Omnes enim mensæ eo
rum repletæ sunt uomitu sordiumq;, ita ut non sit ultra
locus: ad hæreticos, & ad scribas ac pharisæos sic referri
potest, ut uniuersam doctrinã eorũ & cuncta mysteria
dicamus uomitu plena & sordiũ, dum scripturarũ san
ctarum non digerũt cibos: nec uniuerso corpori faciũt
esse uitales, sed immaturos & fœtẽtes egerũt, ita ut nul
lum in eis deus reperiat locum. Miror aũt quid uolue
rit Theodotio, ut pro uerbo Hebraico quod dicitur,
קִיא שִׁקּוּצִים pro quo Aquila interpretatus est, uomitum
sordium: & Symmachus tantũ uomitũ, ille diceret: ἐμε
τὸν ἀνσαλίας, id est, uomitũ dysaliæ, quod uerbũ ubi
apud Græcos lectũ sit, inuenire nõ potui: nisi fortè no
uæ rei nouũ finxerit nomen. Siquidẽ & apud Hebræos

compositũ est: quia uomitus dicitur קִיא & שִׁקּוּצִים sordi C
dus. Quicquid igitur nauseam facit & uomitum, δύσκο
λίαν appellari potest. a ¶ Quem docebit scientiã, etc.] Quis
inquit, dignus est doctrina dñi, quis uerbis saluatoris
dicentis: Qui habet aures audiendi audiat, ut quod au
ribus hauserit, corde
intelligat? Quinam il
li sint, sequens uersus
ostendit: Ablactati à
lacte, appulsi ab ube
re: qui nequaquam la
cte nutriuntur infan
tiæ, sed solido uescun
tur cibo: qui apulsi
sunt ab ubere cum I
saac: propter quam lę
titiam fecit Abraham Gen. 21.d
grande conuiuium:
hi merentur domini
audire mysteria, & in
telligere quæ sacer
dos & propheta ne
scіunt, inebriati & ab
sorpti à uino: qui er
rauerunt & nescierũt
uidentem: quia om
nes mensæ eorum re
pletæ sunt uomitu sor
diumq;: qui prophe
tis uentura annunci
antibus, & nisi fecis
sent quæ præcepta e
rant tormenta mini
tantibus, solebant di
cere subsannatores: D
Manda, remanda: manda, remanda: id est, præcipe, prę
cipe, impera quæ facere debeamus. Cumq; abuteren
tur dei patientia, qui differt iram ut præbeat misericor
diam: solebant etiam hoc ex persona prophetarum lu
dentes dicere: Expecta paulisper, expecta modicum: ue
nient quæ futura prædiximus. Hæc autem uniuersa lo
quebantur in populo, quia dei sermonibus non crede
bant, statimq; infert propheta: Nequaquã uobis deus
his uerbis loquitur, ut præcipiat quid facere debeatis,
& præstolemini quæ uentura sunt, sed loquetur uobis
in furore præsenti, qui prius dixerat ad populum: Hæc
est requies mea, reficite lassum: multo tempore labo
raui, in nullo inueni requiem. Vulpes foueas habent,
& uolucres cœli nidos: filius autem hominis non ha
bet ubi caput suum reclinet. Et hoc est meum refrige
rium, ut in uobis aliquando requiescam. Qui nolue
runt audire, & mea monita contempserunt, quamob
rem hoc quod solebãt ludentes dicere prophetis: Man Suprà eod.
da, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta:
expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi: & irri
dere patientiam meam, dum me arbitrantur minitari
quæ nunquam facturus sim: sentient rebus expleri, ut
uadant in interitum, & cadant retrorsum ὀπισθότονοι
insanabili, nunquamq; ad priora proficiant: nec pos
sint cum Apostolo dicere: Præteritorũ obliti ad ea quæ Philip. 3.e
priora sunt extendimur: sed conterantur & illaqueen
tur, & uel à Babylonio, uel à Romano capiantur exer
citu. Pro eo quod nos diximus: Manda, remãda: man
da, remanda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta:
modicum ibi, modicum ibi: in Hebræo scriptum est,
צַו לָצָו צַו לָצָו קַו לָקָו קַו לָקָו זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם hisq; uer
bis abuti solet immundissima hæresis apud simplices
quosq; atq; deceptos, ut errorẽ faciat nouitate sermonũ
q̃ scilicet qui hæc uerba cognouerit, & in coitu eorum
meminerit

A meminerit, absq; ulla dubitatione transeat ad regna cœ
1 Cor. 14.d lorum. Legimus in Apostolo: In alijs linguis & in labijs loquar populo huic, & nec sic exaudiēt me, dicit dominus. Quod mihi uidetur iuxta Hebraicum de præsenti sumptum capitulo. Et hoc in ueteri obseruauimus testamento, absq; paucis testimonijs quib. Lucas solus abutit, qui magis Græcæ linguæ habuit scientiam: ubi cunq; de ueteri instrumento quid dicit, nō eos iuxta Septuaginta, sed iuxta Hebraicū ponere, nullius sequētium interpretationē sed sensum Hebraicū suo sermone uertentiū. Symmachus, Theodotio & Lxx. de hoc loco diuersa senserūt, & quia longum est de omnib. dicere, Lxx. interpretes qui legūtur in ecclesijs, breuiter transcurramus. Reiecto populo Iudæorū, sacerdotib. & prophetis qui inebriati sunt sicera, & errauerūt, & maledictio comedit consiliū eorum quod inierūt propter auaritiā. Cui annunciabimus futuras pro
B Christo tribulatiōes? Cui mala pro quibus paratur corona uirtutum? Vtiq; his qui ablactati sunt à lacte, qui appulū sunt ab ubere, haud dubiū quin apostolos significet. Tribulationem super tribulationem expecta. Loquitur autem ad chorum apostolorum, omniumq; credentium: ut non ad unam, sed ad multas se paret tribulatiōes: ut cum tribulatus fuerit atq; depressus, rursum speret, & spem super spem habeat. Quod si paululum tardauerint quæ promissa sunt, non sit incredulus: Modicum enim par-
Rom. 5.a uulumq; & uenient quæ promissa sunt. Etenim tribulatio patientiam operatur: patientia probationē: probatio spem: spes aūt non confundit. Et hæc ipsa tribulatio geminabitur detractione labiorū, & blasphemijs persequentiū, quibus aduersus dei populū rabido ore desæuiunt. Porrò apostoli & apostolici uiri loquētur ad populum Iudæorum dicētes: Hæc est requies esurienti iustitiam, & hęc contritio & angustia quæ ducit ad uitam. Illis hæc prædicantibus, audire impij noluerunt. Vnde hoc quod ad dei populum dicebatur: Tribulationē sustine, tribulationē sustine: expecta spem, expecta spem: adhuc modicum, adhuc modicum: illis uertetur in pœnam: qui audire sermonē domini noluerūt: ut corruāt & uadant retrorsum, & in periculū obsidionis ac mor- C
tis incurrāt, & absq; ullo miseriarū fine capiant. Quod autem uerbum Hebraicū דֵּעָה quod omnes uerterunt scientiā, soli Lxx. κακία, id est mala interpretati sunt: error perspicuus est. Prima enim litera ד uel ר paruo apice distinguuntur. si ergo legatur רֵעָה scientiam sonat: si רָעָה malitiam: non à malo quod contrarium bono est, sed ab ægustia.

HEB. Propterea hoc audite uerbum domini, uiri illusores qui dominamini super populū meū qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cū morte, & cum inferno fecimus pactum: flagellū inundans cū transierit, nō ueniet super nos: quia posuimus mēdaciū spē nostrā, & mēdacio protecti sum⁹. Idcirco hæc dicit dns de⁹: Ecce ego mittam in fundamētis Sion lapidē probatū angularē, precioſum, fundatū fundamine: qui crediderit non festinet. Et ponā iudiciū in pondere, & iustitiā in mensura, & subuertet grādo spē mēdacij: & protectionē aquæ mundabunt. Et delebit fœdus uestrū cum morte: & pactū uestrū cum inferno nō stabit: flagellū inundās cū transierit, eritis ei in conculcationē. Cū pertrāsierit, tollet uos: quoniā mane diluculo transibit in die & in nocte: & tantūmodo sola uexatio intellectū dabit auditui. Coangustatum est enim stratum: ita ut alter decidat, & pallium breue utrunq; operire non potest.

SEP. Propterea audite uerbum domini, uiri tribulati, & principes populi huius qui est in Hierusalem, quia dixistis: Fecimus testamentum cum inferno, & cum morte pactum: tempestas transiens si irruerit, non ueniet super nos: quoniā posuimus mendaciū spem nostram, & mēdacio protegemur. Propterea sic dicit dominus: Ecce ego immittā in fundamēta Sion lapidē precioſum electū angularem, honorabilē in fundamēta eius, & qui crediderit nō confundet. Et ponā iudiciū in spem, misericordiā autem meā in pondera: & qui credūt frustra mendacio: quoniā nō trāsibit per nos tempestas, & non auferet nobis testamentū mortis: & spes uestra ad infernum nō permanebit. Tempestas ueniens si transierit, eritis ei in cōculcationem. Cum transierit, tollet uos mane, mane pertrāsiet: die & nocte erit spes pessima. Discite audire qui estis in tribulatione: Non possumus pugnare: ipsi aūt infirmi sumus ut cōgregemur.

Sicut multum

A multū misericors nolentib. uobis, in fundamēta Sion,
1 Cor. 3.b lapidē electū & probatū, & precioſum, & angularē missurū se esse dicit. De quo & Apostolus loquit: Quasi sapiēs architectus fundamentū posui. Et iterū: Fūdamentum eīm aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Chrīstus Iesus. Iste lapis uerè & secundo appellat lapis, sicut & in Leuiti
Ibid.c co, homo, homo bis dicit, & angularis lapis, quia circūcisionis & gentiū populos copulauit: de quo & in
Psal. 117.c psalmo dicit: Lapidē quē reprobauerūt ædificātes, hic factus est in caput anguli. Isti sunt autē ædificātes & cemētarij, q nunc appellant uiri illusores, & principes ppli qui est in Hierusalem. De
Dan. 2.g hoc lapide & in Daniele legimus, q excisus sit de mōte sine manibus, & impleuerit uniuersum orbē, eo q diuini germinis dispēsatio humanū corpus assumpserit, & habitauerit in eo plenitudo diuinitatis corporaliter. super hunc lapidē qui alio nomine appellat petra, Chrīstus ædificauit ecclesiā, & firmo iuxta Hebraicū, fundauit fundamine: in quo qui crediderit, nō confundetur, siue iuxta Hebraicū, non festinet: ne uidelicet tardus ei
Abac. 2.d Christi uideat aduētus. Si eīm tardauerit iuxta Abacuc, nemo desperet: quia ueniēs ueniet, & sua promissa complebit. Promittit quoq; deus ponere se in eo iudiciū pō-
B deris. Neq; eīm iudicat pater quenq;, sed omne iudiciū
Ioan. 5.d tradidit filio. Et iustitiā siue misericordiam in mensura, ut reddat unicuiq; secundū opera sua, & iustitiā ac misericordiā alterutro tēperet, iuxta illud quod in psalmis
Psal. 84.b legimus: Misericordia et ueritas obuiauerūt sibi: iustitia & pax deosculatæ sunt se. Spē quoq; ait uestrā atq; mendaciū, id est, diabolum patrē omnis mendacij, supplicioru meorū grando subuerter. Et protectionē sub qua uos tutos fore arbitramini, tempestas ualida & aquarū multitudo delebit, ita ut amicitia & fœdus quod habebatis cum morte & cū inferno: hoc est, cum diabolo, perear in æternū. Et flagellum siue tempestas, de quo dixeratis: Flagellū inundans cum transierit nō ueniet super nos: ueniet, & eritis ei in conculcationē: hoc est, omnia tormenta patiemini, quæ uos putabatis desperationis animo nequaq; esse passuros. Semper enim irruet uobis, & tam in prosperis q̄ in aduersis iram domini sentietis, & mors uos sæua populabitur. Quid dicā de pœnis? pœnarum sola formido & tormentorū metus uos corriget ad salutem, & mala uestra intelligere faciet. Cumq; uexati fueritis, tunc scietis prophetas meos uera dixisse. Quodq; sequitur: Coangustatū est enim stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrunq; operire nō potest: illum habet sensum, quē in Apostolo le-
1 Cor. 10.c gimus: Nō potestis calicē dñi bibere & calicē dæmoniorum. Non potestis mēsæ dñi esse participes & mēsæ idolorū. Et alibi: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi
1 Cor. 6.e ad Beliale? Quæ pars fideli cum infideli? Qui consensus templo dei cum idolis? Loquitur autē sub metaphora mariti pudicissimi, qui adulteræ dicit uxori: Vnus lectulus me & adulterum tecum capere nō potest, & pal-
Ezech. 6 & 23 lium breue maritū & mœchum cooperire nō præualet.
Osee 3 O igitur Hierusalem ad quam & in Ezechiel sub persona uxoris loquitur fornicātis, & quā in Osee principio

scortū uocat & adulterā: si uis meis cōplexibus copulari, abjice idola: si seruieris idolis, me habere nō poteris. Hoc iuxta Hebraicū. Porrò quod in Lxx. legit: Discite audire q tribulati estis, non possumus pugnare: ipsi aūt infirmi sumus ut cōgregemur: quem sensum habeat, & quō superiorib. copuletur, penitus ignoro. Nisi forte ad principes populi loquat sermo diuinus, & hortet eos ut spē habeant in deo, & nō in morte atque in ferno, & discāt audire uaticinia prophetarū: illiq; respondeant, se p infirmitate uitiū aduersus cōtrarias potestates pugnare nō posse: nec inter dei populū cōgregari. a ¶ *Sicut. n. in mōte, etc.*] Lapidē precioſum in fundamētis Sion posi-
C turū se dns repromisit, ut subuerteret grādo mendaciū & impiorū spem: fœdusq; cum morte & pactum cum inferno tempestas ualida deleret. Quem quia suscipere illusores principes noluerunt, sicut quondam cōtra alophylos regnante Dauid in monte diuisionū, qui Hebraice appellabatur בַּעַל פְּרָצִים dominus concidit aduersarios suos: unde & locus nomen accepit: Et sicut in ualle Gabaon, sub Iesu principe, quando fiducia habitantis in se dei locutus est: stet sol in Gabaon, & luna cōtra ual-
Iosue 10.c lem Aialon, & stetit sol spacio unius diei: multiq; de alienigenis perierūt: sic contra impios & illusores irascetur dominus ut faciat opus suū. Nō est enim opus domini
D perdere quos creauit, sed facere opus alienū: quod ad crudelitatem magis q̄ ad clementiā pertinet. Rursumq; idipsum alijs uerbis repetit, ut operetur opus suū. Non est opus eius punire peccantes, sed peregrinū & alienū ab eo ut puniat q saluator est. Quoniā igitur de patiētia sua resurrecturus est dominus, & nequaq; parciturus, sicut nō pepercit in mōte Pharasim, & in ualle Gabaon:
Prou. 5.d Moneo uos, ô iuiri illusores, ut nequaq; rideatis de prophetis meis, & non putetis uentura quæ nunciant: ne si permāseritis in illudēdo, constringant uincula peccatorū uestrorū. Funib. enim peccatorū suorū unusquisq; constringit: siue captiuitatis uobis tempus aduenit. Si quidē quod dns tāto tempore differebat uincula, captiuitatē atq; supplicia, siue ultimū iudicij diē, iam rebus expleturus est, consummaturus & abbreuiaturus. Itaq; ego propheta quę à dño deo omnipotēte futura cognoui sup uniuersam terrā, hæc uobis nūcio: ut imminentē iram pœnitentia præueniatis. Iuxta Lxx. ipse dns quasi mons impiorū dicit surrecturus & futurus in ualle Gabaon: ut faciat opera sua, quæ omnia unū opus est amaritudinis, q̄ nequaq; uideat esse blasphemū: Non eīm dixit futurū dīm montem impiorū, sed quasi montem qui impijs & sustinentibus uideatur esse grauissimus. Quomodo si filius negligēs & alter ægrotus, patrem & medicum putent esse crudeles, si eos uerberibus arque cauterio disciplinæ restituant sanitati. Consurget enim dominus & erit in ualle Gabaon, propter eos qui cum ob peccata in humili consistant loco, propter tumorem animi erigūtur in superbiā. Gabaon enim collis interpretatur: ut faciat opera sua quæ sunt opera amaritudinis: quando cogitur mutare clementiam, & pro dulci, amarus efficitur. Igitur uos qui hæc estis aliquādo pasturi, nunc nolite lætari illa lætitia qua gaudebat & diues in conuiuio purpuratus, & Lazarum pauperem negligens

A negligẽs: ne forte fiant uestra uincula fortiora. Quę eñ
facturus est dñs & rebus suã sententiã cõpleturus, hæc
ego audiui, & uobis omnia nunciaui. Quodq; intulit:
Supra omnẽ terrã: iuxta historiã: ludææ terminos intel
lige: iuxta anagogen, totius mũdi. a ¶ *Auribus percipite, etc.*] Ad eosdem nunc
enã loquit̃, quibus su
prà dixerat: Audite
ut hunc dei, uiri illu
stres, qui dominami
ni super populũ me
um qui est in Hieru
salem: & præcipit eis
ut uocem eius audi
ant: & eloquium il
lius diligenter atten
dant. Nunquid, ait,
agricola semper ara
bit, ut sementem ia
ciat? Nonne prius
proscindet humum,
& uomere sulcos re
uoluet: iacentesq; gle
bas, rastro franget &
sarculo: ut cum adæ
quauerit superficiem
terræ, & dura prius
arua mollierit, tunc
spargat gith siue cymi
num, seratq; triticum
& hordeum, & mi
lium, & far in finibus
suis iuxta uarietatem
terræ & temporum?
B Neque enim simul o
mnia seminãtur. Pro
farre, quod Græci ζέα
ὼν uocant: quidam ui
ciam intelligunt: ip
sumq; agricolam, id
est, satorem erudit
deus naturaliter iudi
cio suo, & docet illum
ut sciat quam cui se
menti culturam ad
hibeat. Denique quum metendi tempus aduenerit,
gith & cyminum, quæ infirmiora sunt semina, non ro
tis plaustrorum teruntur: quæ in serrarum similitudi
nem ferreæ circumaguntur & trahuntur super demes
sas segetes: sed uirga excutiuntur & baculo, quæ uul
go flagella dicuntur. Panis autem, id est, triticũ de quo
efficitur panis, rotis ferreis teritur, & omnis eius stipu
la comminuitur in palcas. Veruntamẽ non semper ue
xatur & teritur: nec omni tempore rotarũ ungulis com
minuitur: pro quibus in Hebraico dicitur equis earũ,
ut quia ungulas rotarum dixerat, metaphoram serua
ret in reliquis. Quidam uolunt ex eo quod ungulas &
equos nominauit, ostendi equarum greges: qui ad te
renda frumẽta areis immitti soleant: sed nõ poterat scri
ptura dicere, quod Iudæa prouincia non habebat. Hoc
autem, id est, ut gith & cyminũ uirga excutiantur & ba
culo, frumentũ hordeumq; & far, fortasse & milium, ro
tis ferreis conterãtur: & non in perpetuũ dei iudicium
est, qui in omnibus ostendit mirabile consilium suum,
& iustitiæ magnitudinẽ monstrat in cunctis. Hæc πρὸς
φρασικῶς diximus, ut facilius sensum pro quo ista di
cunt, possimus intelligere. Deus uarie genus dispensat
humanũ: nũc punit, nunc miserẽ, nunc corripit, nunc
defendit, id est nũc arat, nũc serit, nunc maturas fruges
metit, & demessas in areis terit: orbemq; suũ gubernat
ut uoluerit: Gith & cyminũ, id est, oẽs gentes quæ nõ re
ceperũt eius notitiã, nec legis habuere præcepta, uirga
emendat & baculo: frumentũ aũt, id est, populũ Iudæo
rum magnis torquebit supplicijs. Cui eñ plus credit, Luce 12.
plus exiget ab eo. Et
seruus qui scit uolun
tatem dñi sui, & nõ fe
cerit eam, uapulabit
multis. Et in alio loco
scriptũ est: Potẽtes po
tẽter tormẽta patient. Sap. 6.d
Veruntamẽ non eos
torquebit in perpe
tuũ. Aliud eñ est esse
impiũ, aliud peccato
rẽ. Quod nos de gen
tibus & Iudæis inter
pretati sumus: alij ex
ponũt super populo
et sacerdotibus, quul
gus indoctũ in die iu
dicij gith & cyminum
corripiat uirga & ba
culo: sacerdotes autẽ
qui habuerũt clauem
scientiæ magnis sup
plicijs torqueãtur, &
hoc domini fiat iudi
cio: qui ostẽdit in cun
ctis mirabile cõsilium
suum & iustitiæ uerita
tem, ut qui acceperũt,
plus exigatur ab eis
D Pro eo quod nos in
terpretati sumus: In
uirga excutiet̃ gith &
cyminũ in baculo, ne
scio qd uolentes Lxx.
transtulerũt: cyminũ
aũt cum pane come
ditur. Denique & uete
res Græciæ interpre
tes Hebraicũ differen
tes, de hoc sermone
tacuerunt, quia forsitan quid dicerent, non habebant.
Illud autem in quo nos iuxta Hebraicum posuimus:
Verum non in perpetuum triturans triturabit illum,
neq; uexabit illum rota plaustri, nec ungulis suis com
minuet eum: Septuaginta non iuxta uerbum, sed iuxta
sensum interpretati sunt. Neq; enim ego in sempiternũ
irascar uobis, nec uox amaritudinis meæ conculcabit
uos: ostendentes futura peccatoribus posi tormenta re
frigeria, & hæc quasi portenta atq; mirabilia egressa esse
à domino. Vnde præcipitur peccatoribus qui postea
puniendi sunt, ut ineant consilium, & exaltent conso
lationem suam, nequaquã, ut à Septuaginta additum
est, sed absolute consolationem. Nunquam enim deus
præciperet, ut exaltarent uanam consolationem suam,
quæ eis non erat profutura.

HEB. Aũribus percipite & audite uocẽ meã: attendite & audite eloquiũ meum. Nunquid tota die arabit arans ut serat, proscindet & sarriet humũ suã? Nónne cũ adæquauerit faciẽ eius, seret gith, & cyminũ sparget: & ponet triticũ per ordinẽ, & hordeũ, & miliũ, & uiciã in finibus suis? Et erudiet illũ in iudicio: deꝰ suus docebit illũ. Non eñ in serris triturabit̃ gith: nec rota plaustri super cyminũ circuibit: sed uirga excutietur gith & cyminũ baculo: panis autẽ cõminuetur: uerũ nõ in perpetuũ triturãs triturabit illum, neq; uexabit eũ rota plaustri, neq; ungulis suis cõminuet eũ. Et hoc à deo exercituum exiuit, ut mirabile faceret consiliũ, et magnificaret iustitiam.

SEP. Auribus percipite & audite uocẽ meã: attendite & audite sermones meos: Nũquid tota die arabit qui arat: aut sementẽ præparabit antequam præparet terram? Nunquid cũ adæquauerit faciem eius, tunc semi nabit gith & cyminum, & rursum seminabit triticum & hordeum & milium, & far in finibus suis: & erudie ris iudicio dei & lætaberis? Non enim cũ duricia mun datur gith, neq; rota plaustri circuit super cyminũ, sed uirga excutitur gith, & cyminum cum pane come ditur. Neq; enim in sempi ternum ego irascar uobis: nec uox amaritudinis meæ conculcabit uos: & hæc à domino sunt egressa portenta. Inite consiliũ, exaltate uanam consolationem.

CAP. XXIX.

VAe Ariẽl, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid

CAP. XXIX

VAe Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid

tacuerunt, quia forsitan quid dicerent, non habebant. Illud autem in quo nos iuxta Hebraicum posuimus: Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neq; uexabit illum rota plaustri, nec ungulis suis com minuet eum: Septuaginta non iuxta uerbum, sed iuxta sensum interpretati sunt. Neq; enim ego in sempiternũ irascar uobis, nec uox amaritudinis meæ conculcabit uos: ostendentes futura peccatoribus posi tormenta re frigeria, & hæc quasi portenta atq; mirabilia egressa esse à domino. Vnde præcipitur peccatoribus qui postea puniendi sunt, ut ineant consilium, & exaltent conso lationem suam, nequaquã, ut à Septuaginta additum est, sed absolute consolationem. Nunquam enim deus præciperet, ut exaltarent uanam consolationem suam, quæ eis non erat profutura.

CAP. XXIX.

VAe Ariel, Ariel ciuit. etc.] Pro eo quod nos interpretati sumus, uæ, in Hebræo scriptũ est הוי quẽ apud eos interdũ uocatiuo casu dicit, ut nõ plangat Ariel, sed uo cet: licet in præsenti loco pro plãctu accipiendũ sit. Ariel quoq; interpretat̃ leo dei: & pro ciuitate quã Aquila in terpretatus est πολιχνίου, hoc est, oppidulũ siue uiculũ, in Hebræo legũt קריה quod proprie uillã significat, & lingua Syra dicit̃ cartha, unde & uilla syluarũ appella tur

A tur קריית יערים. Deniq; & in superioribus ubi legimus:
Sup. 1.f Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Pro
ciuitate Cariath scribitur, id est, uilla: quã nos ut trãsla
tionẽ Aquilæ exprimamus ad uerbũ, ciuitatulã possu
mus dicere. Igitur Ariel, id est leo dei quondã fortissi
ma uocatur Hierusa
lem, siue ut alij arbi
trantur, templũ & al
tare dei quod erat in
Hierusalem. Quodq;
sequitur: Quã expu
gnauit Dauid, p quo
interpretatus est Sym
machus, castrum Da
uid: & Theodotio, cir
cũuallatio Dauid, in
Hebræo legitur חנה
quod eruditissimus
Hebræorũ, habitacu
lũ significare uoluit.
Si igitur legerimus,
quã expugnauit Da
uid, ad illud tempus
referamus, quando
2. Par. 11.b Sion, repugnãtibus
cæcis & claudis, & pri
mus Ioab domatum
excelsa conscendit. Si
autem iuxta Symma
chum & Theodotio
nem, hoc sentiendũ,
quod Dauid eam in
staurauerit atq; mu
nierit. Additus est an
B nus ad annũ: siue sub
tractus, ut interpreta
tus est Aquila, & solẽ
nitates euolutæ sunt.
Subuerso eñ tẽplo,
& Iudaica religione
sublata, omnis eorũ
festiuitas perijt. Di
citq; se dñs circũualla
re Ariel Babylonio
exercitu, & fore eã tri
stem atq; mœrẽtem,
quãdo ab eis diruta
fuerit. Rursumq; sub
Iesu filio Iosedech sa
cerdote magno, &
Zorobabel filio Sala
thiel Esdraq; & Nee
mia, qñ prophetaue
runt Aggæus & Za
charias fore eã quasi
Ariel, qꝫ habeat an
tiqui tẽpli similitudi
nẽ, sed magnificentiã
ornamẽtumq; nõ ha
beat. Secundo quoq;
dñs comminatur, qꝫ
circundet Arielẽ sphę
ra, & iaciat contra eã
aggerem, & munimẽ
ta ponat in obsidionem eius, & compleatur illud quod
Luc. 19.f ipse plangens Hierusalem loquitur in euangelio: Si sci
res ea quæ ad pacem sunt tibi, quoniã ueniẽt dies super
te, & circũdabunt te inimici tui uallo, & obsidebũt te, &
in terrã humiliaberis, & Hierusalem erit cõculcata à na
C tionibus usq; ad cõsummationẽ tẽporis gentiũ. Alijs e
nim uerbis eadem propheta nũc dicit, quod humiliata
de terra loquatur, & de humo audiatur eloquiũ eius, et
sit quasi pythonis de terra uox illius, & de humo instar
passerum musitet, ut
per hæc uerba signi
ficet magorum γνῶσιν
μαντείαν per quã ani
mas euocare dicũtur,
& tenues umbrarũ,
imò dæmoniũ audire
uoces. Deniq; p py
thone, Aquila magũ
interpretatus est, qui
Hebraice dicit̃ אוב
pro quo Lxx. ἐκ γῆς
φωνοῦντος, id est, de
terra loquentes, tran
stulerũt. Quibus uer
bis indicatur ruinam
templi usq; ad cõsum
mationem permãsu
ram mũdi, quod col
lapsum in cineres, ne
quaquã ultra susciteꝫ
tur. Tantus autem ò
Ariel, te Romanæ po
tẽtiæ uallabit exerci
tus, ut innumerabili
pulueri cõparetur, &
fauillæ per aerem uo
litanti. Vnde nõ im
becillitatẽ eorũ pulue
ri cõparat & fauillæ,
D qui contra eos milita
uerũt: sed multitudi
nem quę arenis innu
merabilibus exæqua
tur. Et hoc erit repen
te, confestim, ut in me
dia pace, subita sub
Nerone bella cõsur
gant, & dñs exerci
tuum uisitet Hieruſa
lẽ in tonitru, & in cõ
motione terræ, & in
turbine tẽpestatis, &
in flãma ignis deuo
rantis, per quod tem
plum significat cõbu
rendũ. Romani autẽ
qui superatis Iudæis
& subuersa Hierusalẽ
sub Tito & Vespasia
no, de uasis quõdam
dei manubias obtule
runt Capitolio: suæq;
uirtutis & potẽtiæ nu
minem, non træ dei
putauerũt esse quod
fecerãt, quasi in som
nio & in nocturna ui
sione omnes diuitias
possidebunt. Et quõ
qui esurit, dormiens in somnis se uesci putat, & qui si
tit, arentibus siti faucibus flumina bibit, cumq; euigila
uerit ardentior siti sit quæ cassa potione delusa est: sic
multitudo uniuersarum gentiũ, quæ Romanæ subditæ
potestati

A potestati dimiserunt contra montem Sion, habebũt quasi in umbra, et nube, et somnio noctis diuitias, quas maturo interitũ derelinquẽt. In eo loco ubi nos posuimus omnes qui militauerunt & obsederũt & prævaluerunt aduersus eã, Lxx. transtulerũt, & omnes qui militauerũt contra Hierusalẽ, quod in Hebraico nõ habeẽ. In principio quoq; huius capituli ubi nos diximus, additus est annus ad annũ, siue subtractus, illi interpretati sunt, cõgregate fructus uel genimina, annũ super annũ, manducate, comedetis enim cũ Moab. Et est sensus, anteq; annus dñi acceptabilis prædicationis eius aduenit, imò duo anni, de quibus in cantico Habacuc iuxta Hebraicũ legimus, In medio duorũ temporum cognoscetis, seminate uobis in lachrymis ut metatis in gaudio. Scriptum est in euangelio secundũ Ioannẽ, per tria pascha dñm uenisse in Hierusalẽ, quæ duos annos efficiunt. Quod aũt sequitur, Comedens enim cũ Moab, in Hebraico nõ habeẽ. De quo possumus dicere, quod nisi fructus sibi pœnitentiæ congregauerint, incipiant cũ his comedere qui non ingrediunt ecclesiam dñi usq; in æternũ. Cætera in quibus uidentur discrepare, manifesta sunt, & ex his quæ exposuimus, facilis eorũ interpretatio est. Scio me legisse אריאל interpretari, lux mea dei, quod longe aliter est. Hic enim prima syllaba per א & ר scribitur, lux aũt quæ Hebraice dicitur אור inter א & ר mediam habet literam ו quæ in præsenti nomine non habetur. Omniaq; quæ nunc dicuntur contra Ariel, referũt ad hæreticos qui doctrinam suam dei existimant lucẽ, & expugnandi sunt à uero Dauid, omnesq; solennitates eorũ auferendæ, & gaudiũ præsens, futura tristitia commutandũ, quibus præcipiat deus ut agant pœnitentiam, ne incipiant comedere cũ Moabitis, & si miles esse gentilium. Ipse enim expugnabit Ariel, et omnem uirtutem eorũ atq; diuitias suo circundabit exercitu. Turribusq;, hoc est, magistris ecclesiæ humiliabit in terra sermones eorũ, ut nequaquam ponant in cœlũ os suũ, sed scribantur in terra, loquanturq; de terra, & fiant quasi puluis excussus rota, omnesq; diuitiæ impiorũ puncto & momento temporis comparent, quãdo uisitauerit eos in sua maiestate, descendens in turbine & tẽpestate & igne supplicij, & intellexerint omnes diuitias suas pompamq; sermonũ, & argumẽtorũ strophas, frustra comedentis & bibentis somnio cõparari, qui militauerũt contra Hierusalẽ, uisionẽ pacis, siue aduersum Ariel leonẽ fortissimum, & ad extremũ contra montem Sion, super quẽ ecclesiæ ciuitas sita latere non potest. a ¶ *Obstupescite, etc. spiritum soporis, etc.*] Pro soporis spiritu, Lxx. κατανύξιν, id est, compunctionẽ: Theodotio, ἔκστασιν, id est, mentis excessum: Aquila κατάφορον, id est, grauẽ somnũ interpretatus est, qui Hebraice dicitur תרדמה quem in Adam missum à deo, scriptura cõmemorat, quando de costa lateris eius mulier esse cta est. Et Ionas hoc eodẽ somno stertebat in naui. Omnis aũt prophetia post subuersionẽ Hierusalem & templi, id est Ariel, cõtra scribas & pharisæos est, qui habentes clauẽ scientiæ, nec ipsi introeunt: nec uolentes alios introire permittunt. Et præcipitur eis, ut stupore atq; miraculo, imò iuxta Lxx. dissolutione totius corporis & mentis excessu inebrient atq; moueant & fluctuent,

Abac. 3.a
Psal. 125.a
Gen. 2.d
Ionæ 1.b

Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & uacillate, inebriamini, & nõ à uino, mouemini, & non ebrietate. Qm̃ miscuit uobis dñs spiritũ soporis, claudet oculos uestros, prophetas & principes uestros qui uident uisiones operiet. Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati, quẽ cũ dederint scienti literas, dicent, lege istũ: & respondebit, nõ possum, signatus enim est. Et dabitur liber nescienti literas, diceturq; ei, lege: & respondebit, nescio literas.

HEB. Et dixit dominus, Pro eo quod appinquat populus

SEP. Et ait dominus, Appropinquat mihi populus

uacillantes non uino nec sicera, sed spiritu soporis siue compunctionis dñi, ut intelligentes malũ suũ, agant aliquando pœnitentiam, dicantq; cũ propheta: Versatus sum in infirmitate dũ configitur mihi spina. Scitote ergo ò scribæ & pharisæi qui estis principes Iudæorum, quod reddat uobis dñs uicissitudinẽ uestrã. Vos enim audientes dñm saluatorẽ, intelligere noluistis, & clausistis oculos uestros, ne eũ uideretis: & aures aggrauastis, ne audiretis. Ideo & ille claudet oculos uestros, qui sunt prophetæ, per quos dei scientiã uidebatis. Siue uestros oculos claudet & prophetarum, qui sunt principes uestri.

C
Psal. 31.d
Luc. 16.d
D
Apoc. 5.d
Ezech. 2.d
Psal. 39.b

Lex enim & prophetæ usq; ad Ioannẽ Baptistã: ut uobis nõ uidentibus, illi uideant, de quibus inferior sermo tetatur: Et audient in die illo surdi uerba libri signati, & oculi cæcorũ uidebũt & exultabũt. In iudiciũ enim uenit dñs, ut uidẽtes Iudæi nõ uideant: & qui cæci erant, populus scilicet nationũ uideant & dñm contemplentur. Vnde significanter nõ dixit, quod uisio omniũ prophetarũ signata sit cunctis legẽtibus, sed uobis (inquit) erit signata, quibus nunc loquor, quibus hæc futura prænũcio, siue oculos principũ uestrorũ, qui se iuxta Lxx. abscondita & arcana uidere iactabant, clauder in perpetuũ: Eritq;, ait, uobis omnis scriptura sancta clausa atq; signata, ut uos qui legitis literas, & prophetarũ uaticinia nosse uos existimatis, & diebus ac noctibus uo lumina scripturarũ indefessio ore meditamini, non intelligatis quod legitis, sicut in Apocalypsi Ioannis scribitur, Quis est dignus aperire librũ & soluere signacula eius? Cũq; nullus fuisset inuentus qui aperiret signacula, flesse se dicit, & dei tandẽ ad se meruisse sermonẽ, Noli flere, ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, ut aperiat librũ, & soluat signacula eius. Leo aũt de tribu Iuda, dñs Iesus Christus est: qui soluit signacula libri, nõ ꝓprie unius, ut multi putant, psalmorũ Dauid, sed omniũ scripturarũ, quę uno scriptę sunt spiritu sancto, & propterea unus liber appellat. De quo Ezechiel mystico sermone testat, cꝑ scriptus fuerit intus & foris, in sensu & in litera. De quo & saluator loquit in psalmis. In capitulo libri scriptũ est de me, non Hieremiæ, non Esaiæ, sed in omni scriptura sancta, quæ unus liber appellat. Magistris igitur Iudæorũ usq; in præsentẽ diem nequeuntibus legere & aperire signacula, & mysteria pandere scripturarũ, si dederis eum libtũ indocto populo, qui à suis præceptoribus deuoratur, fatebuntur nescire se literas, & idcirco legere nõ posse. Atq; è duobus malis multo leuius est legis imperitiã cõfiteri, cꝑ iactare prudentiã, & nõ posse scire quod dicit. *b* ¶ *Et dixit dominus, etc. cor autẽ eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominũ & doctrinis, etc.*] Hoc testimonio abusus est dñs cõtra pharisæos in euangelio Mat. dicẽs, Quare & uos præteritis mandatũ dei ꝓpter traditiones uestras? Et iterũ, Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias, dicens. Populus iste labijs me honorat, cor autem eius longe est à me. Frustra autẽ colunt me docentes doctrinas & præcepta hominũ. In quo notare debemus illud quod plerunq; admonuimus, euangelistas & apostolos, non uerbũ interpretatos esse de uerbo, nec Lxx. interpretũ autoritatẽ secutos, quorum editio illo iam tempore legebatur, sed quasi Hebræos & instructos in

Ioan. 9.f
Matth. 15.d

lege

A lege, absq; damno sensuũ suis usos esse sermonibus. Appropinquat aũt populus Iudæorũ ore & labijs suis deo, quia unius dei cultũ habere se gloriat & respuere idola, sed cor eius longe est ab eo, quia non recipit dñm Iesum Christũ. Qui enim non recipit filiũ, nõ recipit patrẽ. Simulq; discamus quõ aliquis appropinquet deo, uel longe fiat ab eo. Qui & ꝑ Hieremiã loquit, Deus appropinquãs ego, & nõ de longe dicit dñs. Appropinquamus aũt deo mẽte, nõ corpore, sicut et de Moyse legimus, Appropinquauit Moyses solus ad eũ, cæteri aũt nõ appropinquabant. Orabat enim deũ in spiritu & ueritate, & accedebat ad eum sensu & spiritu. Hi aũt de quibus scribitur quod tollant ab utero, & eruditi à puero usq; ad senectutẽ, & in lege dei die ac nocte meditent, non appropinquant deo, quia traditiones pharisæorũ scribarũq; suscipiunt, quæ eos longe faciũt à deo, & sunt sepulchra dealbata, quæ foris uidentur esse pulchra, intus aũt plena sunt ossibus mortuorũ, qui elegerunt Barabbam, & dominum respuerunt. Propterea additurum se esse cõminatur, iuxta Septuaginta ut nequaquã in Assyrios & Babylonios eos transferat, sed in toto orbe dispergat. Iuxta Hebraicum, admirationem magnam populo Iudæorum stupendumq; miraculum facturũ esse se dicit, ut perdat eorum sapientiam qui non receperũt dei uirtutem, deiq; sapientiam, & intellectum prudentium absconditat & cælet, ne scilicet eum reperiant qui in litera continetur. De hoc loco apostolus Paulus scribẽs ad Corinthios, posuit testimonium, Perdam sapientiã sapientium, & intellectum prudentiũ reprobabo, alijs uerbis eundem sensum edisserens, Non quod deus sit inimicus sapientiæ cuius pater est, & per quem omnis est in hominibus sapientia: sed cũ additamento posuit, ut in Hebraico est, sapientium populi, & prudentiũ illius, id est, populi Iudæorũ. Et reuera grande miraculũ deus fecit in populo post aduentum dñi saluatoris, ut uno atq; eodem tempore arderet Hierusalẽ templumq; corrueret, & omnis magistrorũ scientia tolleretur, impleto illo quod supra dictum est, Ecce dominator dñs sabaoth auferet ab Hierusalem & à Iuda ualidum & ualidam, omnem fortitudinem panis, & omne robur aquæ, gigantem & hominem bellatorem, & iudicem, & prophetam, & cõiectorẽ & senẽ, & quinquagenarium, & admirabilẽ consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auditorem, & cætera quæ propheticus sermo contexuit. *a* ¶ *Væ qui prof. estis cor. &c.*] Aduersus eosdem de quibus supra dixerat, Perdã sapientiam

Mat. 23.c
Ibid. 27.c
Sup. 3.a

B

HEB. populus iste ore suo & labijs suis glorificat me, cor aũt eius longe est à me, et timuerũt me mãdato hominũ & doctrinis. Ideo ecce ego addã ut admirationẽ faciã populo huic miraculo grãdi & stupẽdo, peribit enim sapiẽtia à sapientib. eius, & intellectus prudentiũ illius absondet. Væ qui prõfundi estis corde ut à dño abscondatis consiliũ, quorum sunt in tenebris opera, & dicũt, Quis uidet nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc uestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo, non intelligis. Nõne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur? Et audient in die illa surdi uerba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum uidebunt. Et addent mites in dño lætitiam

SEPT. pulus iste ore suo, & labijs suis honorat me, cor autem eius longe est à me, frustra colunt me, docentes hominum præcepta atq; doctrinas. Propterea ecce adijciam ut transferam populum istũ: transferam enim illos, & perdam sapientiam sapientiũ, & intellectum prudentiũ abscondam. Væ qui profundum consilium faciũt, & erunt in tenebris opera eorum, & dicunt, Quis uidet nos, & quis sciet nos & quæ nos facimus? nonne ut lutum figuli reputabimini? Nunquid dicet factura factori suo, non sapienter me fecisti, aut figmentũ fictori suo, nõ tu me fecisti? Si absconderint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo draconi & mordebit eos. Vnde quamuis aliquis sapiens sit & seruentioris ingenij, si non habuerit dei sapientiam atq; doctrinam dicamus de eo. Nisi dñs ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam, Nisi dñs custodierit ciuitatem, in uanũ uigilauit qui custodit eam. Cui nos faciamus simile, Nisi dominus adiuuerit scientiam, in uanum laborat qui se putat esse sapiẽtem, Nisi dominus omni custodia seruauerit cor nostrum, inuanum uigilat qui putat illud sua diligentia posse seruari. Peruersa est, inquit, hæc uestra cogitatio, ut factorem puteus nescire quod fecit, & creatorem ignorare creaturam suam: quasi si lutum & opus dicat figulo & factori suo, non me fecisti, uel, non me bene fecisti, nec intelligis factura tuam. Hoc testimonio alijs uerbis Apostolus utitur ad Romanos, ubi de dei profunda scientia disputat, & hominum uult calumniam confutare, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentũ fictori suo, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus de eodem luto aliud uas facere in honorem, aliud in cõtumeliã? In quibus cunctis illa semper obseruanda est regula, euangelistas & apostolos absq; damno sensuum interpretatos in Græcum ex Hebræo ut sibi usum fuerit. *b* ¶ *Nonne adhuc in mod. & in breui, etc.*] Respondeant Iudæi & amici simplicis tantum historiæ, qui fructus non quærunt in arbore, sed folia tantum umbramq; uer-

Sap. 3.d
Ibi. 4.b
D
Amos 9.a
Psal. 126.d
Gen. 3.b
Rom. 9.d

borũ, quæ cito arescit & deperit: quomodo in aduentu dñi saluatoris, quia à temporibus Esaiæ usq; ad dispensationẽ carnis assumptæ, pro comparatione æternitatis breue & modicũ temporis spacium est, Libanus mons Phœniciis uersus sit atq; translatus in montẽ Carmelũ, qui Hebraice כרמל dicitur. Et est in cõfinio Palæstinæ atq; Phœnicis Ptolemaidi imminens, licet & alius in scripturis sanctis mõs Carmelus appelleť, in quo fuit Nabal Carmelius, homo stultus & iniquus, q uxorem habuit Abigail, quæ mortuo uiro, nupsit Dauid: illo eñ uiuente, uirũ Dauid accipere non poterat, ne uocaretur adultera si foret alteri uiro sociata: & quomodo Charmel in saltum, & in infructuosa ligna reputeť. Quod cũ dicere non potuerint, audiant Libanũ qui interpretatur dealbatio, referri ad populũ gentium, qui lotus in dño & purgatis sordibus pristinis, totus mundus ascendẽs, sub ecclesiæ persona innititur saluatori, & de eo in cantico canticorũ dicitur, Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innitens super fratruelem suũ: & istũ populũ transferri in Charmel, hoc est, in circuncisionis scientiam, ut spiritualis & ueræ circuncisionis mysteria recognoscat, & in loco sit quondam populi Iudæorũ. Illos aũt qui Christũ suscipere noluerunt, reputari in saltũ, & in arbores steriles quæ nõ possunt cũ lignis fructiferis laudare dñm. Cũ aũt Libanus in Charmel, & Charmel in saltũ fuerit cõmutatus, tũc qui prius surdi erant, & uerba libri prophetici audire non poterant, de quo supra diximus, quod omnis scriptura sancta unus liber appelleť, dicente Ecclesiaste, Sermones sapientiũ tanquam stimuli & quasi claui in altũ confixi, qui à conciliis dati sunt: à pastore uno audient & loquẽtur, quibus saluator dicet, Epheta, quod interpretatur adaperire. Quodq; nos uertimus, de tenebris & caligine, oculi cæcorũ uidebunt, quorũ facilis interpretatio est, Aquila & Theodotio & Symmachus transtulerunt, tenebras & caliginem oculi cæcorũ uidebũt: ut ostenderent gentiũ populo qui prius cæcus erat, Christi sacramenta pandenda, iuxta illud quod dicitur, Tenebrosa aqua in nubib. aeris. Et in eodem psalmo de deo scriptũ est, Posuit tenebras latibulũ suũ. Et in Prouerbijs legimus, Hæc audiens sapiens sapientior erit, & prudens gubernationem possidebit, & intelliget parabolam & tenebrosum sermonẽ, dicta sapientiũ & ænigmata. Deniq; & Moyses ut intelligeret & uideret deũ, in nubẽ ingressus est & in caliginẽ, de qua in psalmo dicit, Caligo sub pedibus eius. Cum aũt prius cæci uel mystica quæque conspexerint, uel de cæcitate & tenebris oculos leuauerint ad uidendũ, ut sedentibus in tenebris & umbra mortis oriatur lumen uerum: tũc mites de quibus scriptum est, Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terram, Siue pauperes quorũ princeps in psalmis ait, Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit illum, & qui iu-

dicabit pauperes populi & saluos faciet filios pauperũ, de quo dicitur ad Iudæos, Cõsiliũ pauperis spreuistis, addent in dño læticiam, ut qui gloriatur in dño glorietur: & pauperes homines siue desperati ab hominibus atq; contempti, qui legis prius noticiã non habebant, in sancto Israel exultabunt, qui ait, Sancti estote, quoniã ego sanctus sum, Omnisq; est exultatio, quoniam defecit qui prævalebat. Consummatus est illusor, & succisi sunt oẽs qui uigilabant super iniquitatẽ. Qui peccare faciebant homines in uerbo, & arguentẽ in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.

HEB. Propter hoc hęc dicit dñs ad domum Iacob, qui redemit Abrahã, Non modo cõfundetur Iacob, nec modo uultus eius erubescet: sed cum uiderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum: & sanctificabunt sanctum Iacob, & deum Israel prædicabunt: & scient errãtes spiritu intellectum, & mussitatores discent legem.

Væ

SEP. Prõterea hæc dicit dñs sup domũ Iacob, quã seperauit ex Abrahã, Non modo cõfundeť Iacob, neque nũc facié mutabit, sed cũ uiderit filios suos opera mea: propter me sanctificabũt nomẽ meũ, & sanctificabũt sanctũ Iacob, & deũ Israel timebũt, & scient qui errant spiritu intelligentiã, & mussitatores discẽt obedientiã, ÷ & linguæ balbutiẽtes discent loqui pacem.

Væ

& in cœlo ponerẽt os suũ. Significat aũt dæmones, qui nequã ipsi, omnes faciebant homines in sermone peccare, uariis dogmatib. blasphemantes: & arguentem in porta atq; iudicio, quantũ in se erat supplantabant, & à iustitia declinare faciebant: qui erat in portis filiæ Sion, exaltatus de portis mortis, corripiebat eos qui oderãt in portis arguentẽ. Quæ nos super diabolo & angelis eius intelleximus, Nazaræi contra scribas & pharisæos dicta arbitrant, q defecerint ἀδυτέρωτα, qui prius illudebant populo traditionib. pessimis, & ad decipiendos simplices die noctuq; uigilabãt, qui peccare faciebãt homines in uerbo dei, ut Christũ dei filiũ negarẽt. a ¶ *Propterea hæc dicit dominus sup. dom. etc. & mussita. etc.*] Quodq; sequit, Et linguæ balbutiẽtes discent loqui pacem, obelo prænotandũ est. Cũ audierint, inquit, surdi uerba libri, & oculi cæcorũ uiderint, Libanusq; cõuersus fuerit in Charmel, & Charmel reputatus in saltũ, ita ut mites & pauperes lætentur in dño, & superbus illusorq; deficiat, tunc confundeť Iacob qui modo interim non confunditur. Significat autem Esaiæ tempora. Et uultus illius erubescet, ut rubor atq; cõfusio occasio sit salutis, præcipue cũ uiderit filios suos, id est, apostolos & apostolicos uiros, qui fuerunt de genere Iudæorũ, in medio nationũ, dñi perpetrare uirtutes, & Christi nomen gentibus prædicare & dicere, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ. Illi eñ sanctificabunt sanctũ qui ortus est Iacob, & deũ Israel docebunt in gẽtibus, ut idolis derelictis, dicant, quam falsa possederũt patres nostri idola, & non est in illis qui pluat: & tunc scient qui nunc errant spiritu, intelligentiam dei: & qui quondam in solitudine murmurabant contra dñm, discent legem, cuius prius noticiam non habebant. Si eñ recepissent Moysen, recepissent & dñm Iesum Christũ, quia Moyses de illo loquebatur. Quod in principio capituli iuxta Hebraicum transtulimus, Hæc dicit dominus ad domum Iacob, qui redemit quondam Abrahã

&

& eduxit de Chaldæis, & in terrã repromissionis induxit, perspicue patet. Illud aũt quod Lxx. transtulerunt, hæc dicit dñs super domũ Iacob quam seperauit ex Abraam, sic intelligi potest, quod scribas & pharisæos qui dñm blasphemabãt, seperauerit ab Abraã, qui uidit diẽ dñi, & lætatus est. Si eñ fuissent filij Abraham, fecissent opera Abraham. Et Apostolus disputat eos appellãdos filios Abrahã, q̃ habuerint similitudinẽ fidei Abraam, hoc est populũ gẽtiũ, qui nõ ex operibus, sed ex fide Abraam filius appellatus est.

CAP. XXX

VAE *filij desertores, dicit dominus* etc.] Post prophetiã cõtra Ariel, & cætera quæ usq; ad hunc locũ præteritus sermo disseruit, nunc alterius uaticinationis exordiũ est, quæ post centũ quinquaginta annos, qui fuerũt inter Esaiã & Hieremiã, probatur esse completa. Prædicit enim illam historiam quã in Hieremiæ uolumine legimus, quã do subuersa Hierusalem & omnib. in Babylone opibus principibusq; translatis, prępositus est regij generis his qui in Iudæa remanserant, Godolias filius Ahicam: quo per dolũ cum Chaldæis socijs interfecto, omnes principes bellatorum, & Iohannam filius Chareæ, & Iechonias filius Osiæ, & reliquum uulgus à paruo usq; ad magnũ, accesserunt ad Hieremiam prophetam & dixerunt ei, Cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad dñm deum tuũ pro uniuersis reliquijs istis, Quia relicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuent, & annunciet nobis dñs deus tuus uiam per quam pergamus & uerbum quod facia mus. Cumq; Hieremias post decẽ dies ex sermone dñi respondisset, Hæc dicit dñs deus Israel, Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo uos & nõ destruam, plantabo & non euellam, quoniam placatus sum super malo quod feci uobis, Nolite timere à facie regis Babylonis, quem uos pauidi formidatis. Et post modicũ, Si autem dixeritis, non habitabimus in terra ista, & posueritis faciem uestram, ut ingrediamini Aegyptum, & intraueritis ut ibi habitetis: gladius quem uos formidatis, ibi comprehendet uos: & fames pro qua estis solliciti, adhærebit uobis in Aegypto, & ibi moriemini. Responderunt uiri superbi, dicentes ad Hieremiã, Mendacium tu loqueris, non misit te dñs deus noster, dicens: Ne ingrediamini in Aegyptum ut habitetis illic, sed Baruch filius Nerie incitat te aduersum nos, ut tradat nos in manibus Chaldæorum, ut interficiat nos & transduci faciat in Babylonem. Deniq; omnes principes populi reliquijs congregatis cum mulieribus & paruulis & filiabus regis, non audientes uocem domini, ingressi sunt Aegyptum, assumptis secum Hieremia & Baruch, & uenerunt in Taphnas, ita ut Hieremias in signum ca-

ptiuitatis futuræ, pphetaret cõtra inobedientẽ populũ ea quæ in libro illius cõtinent. Quod igit postea futurũ erat, ante annos multos prædicit, & desertores & præuaricatores filij appellant, qui deserto cõsilio dei quod acceperant per Hieremiã, suã securi sunt uolũtatẽ, & ordini telã, nõ per spiritũ dei qui eis Hieremiæ ore sonabat. Ordinã aũt telã μεταφορικῶς posuit, ut prauũ consiliũ demõstraret: & hoc fecerunt, ut peccata pristina augerẽt peccato contẽptionis & superbiæ. Qui descẽditis, inquit, in Aegyptũ, & os meũ nõ interrogastis. Nõ quod nõ interrogauerint, sed quod cõsiliũ prophetæ audire noluerint, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habẽtes fiduciã in protectione siue umbra Aegypti. Pro fortitudine Pharaonis, quæ in hoc loco bis ponitur, in Hebraico scriptũ habet עזו hoc annotauimus, ut qđ in Danielis extrema legimus uisione, deũ מעזים nõ ut Porphyrius somniat deũ uiculi Modim, sed robustũ deũ & fortem intelligamus. Pharao aũt apud Aegyptios nomen est regiæ potestatis, & unusquisq; speciali appellať uocabulo, ut Pharao Nechao, & Pharao Vafres: quomodo si nos Cæsares & Augustos proprijs regũ uocabulis præponamus. Et erit, inquit, uobis fortitudo Pharaonis in confusionẽ, & fiducia umbræ Aegypti in ignominiam. Scribit idem Hieremias, quod in Taphnis urbe Aegypti infoderit lapides in porta domus Pharao, & dixerit uiris Iudæis, Hæc dicit dñs exercituũ deus Israel, Ecce ego mittã & assumã Nabuchodonosor regẽ Babylonis seruum meũ, & ponam thronũ eius super lapides istos quos abscondi, & statuet soliũ suum super eos. Veniensq; percutiet terram Aegypti, quos in mortem, in mortem, & quos in captiuitatem, in captiuitatem, & quos in gladio, in gladio: & succẽdet ignem in delubris deorũ Aegypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos. Et amicietur terra Aegypti, sicut amicitur pastor pallio suo, & egredietur in die in pace. Superatis eñ Aegyptijs, capti sunt & Iudæi qui ad Aegyptios fugerant. Quodq; sequit, Et ũt eñ in Tanis principes tui, & nuncij tui usq; ad Hanes peruenerũt, cũ irrisione & ὑμφαῆσικῶς legendũ, quod spreto dei consilio, principes suos ad Tanis urbẽ Aegypti miserint, in qua domus Pharaonis regia fuit, & sub Moyse signa atq; portẽta plurima ppetrata sunt, dicente psalmographo: Qui fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos. Et idem Esaias contra Aegyptũ loquitur, Vbi sunt nũc sapientes tui? annuncient tibi, & dicant, quid cogitauerit dñs sabaoth contra Aegyptum. Defecerunt principes Taneos, quos eo tempore defecisse commemorat, quãdo dñs ingressus est Aegyptũ super nubẽ leuẽ. Hanes aũt urbẽ Aegypti in alio loco nõ legimus, sed ex eo

A quod ait: Nūcij tui uſq; ad Hanes peruenerūt, intelligimus ultimā iuxtā Aethiopas & Blēmyas eſſe Aegypti ciuitatē, pro quo Lxx. interpretati ſunt: Nūcij peſsimi ſtultorū laborabūt, qui conſiſi ſunt ſuper populo Aegypti, qui eis prodeſſe nō potuit, & fuerūt in opprobriū ſempiternū. Quidā hunc locū contra decē tribus in Samaria ſcriptū putant, quod ab Aegyptijs auxilia poſtulātes, capti ſint ab Aſſyrijs. Iuxta tropologiā: Omnes qui dei religione contempta reuertuntur ad uomitū ſuū, & perdito nomine filiorū, impudētiſsimi canes appellātur: ineunt cōſilium, non per dñm, & ſeriunt fœdus, non per ſpiritū dñi: adduntq; peccata peccatis, ut ſuperati blandientibus uitijs, etiā dogmatū recipiant prauitatē, & deſcendant in Aegypti tenebras, quærētes auxiliū Pharaonis, qui regnat in Aegypto, cuius ꝓtectio ducit in ignominiam, & in opprobriū ſempiternū. Sūt enim in Tanis, in mandato uidelicet humili atq; deiecto, principes eius, peſsimi nuncij, qui fruſtra laborant ſuper populo qui eis prodeſſe non poterit. Sicut enim ſanctos magiſtros iuuat diſcipulorū ſalus, ſic perditio ſeductorū perdit patriarchas eorū qui ad Aegypti auxiliū confugerunt. a ¶ *Onus iumentorū auſtri.*] Pro quo Hebraice dicitur בְּהֵמוֹת נֶגֶב : quod Lxx. tranſtulerunt, ὅρασις τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, id eſt, uiſio quadrupedum in deſerto. Superior expoſitio, quam latiſsime hiſtoriæ replicatione texuimus, huius loci eſt interpretatio, quod iuxta conſuetudinē prophetalem, Onus, id eſt, pōdus & ſarcina cruciatuū atq; pœnarū, nō ſolū ſuper Babylonē & Philiſtim, & Moab, & Damaſcū, & Aegyptū, & deſertum mare, Idumæam quoq; & Arabiam, & uallem Sion, & ad extremū Tyrū, ſed ſuper iumēta quoq; auſtri peruenerit, quæ Septuaginta tranſtulerunt, quadrupedes in deſerto. Significat aūt tribum Iuda quæ in auſtrali parte ſita, eremo confinis eſt: & eos qui Hieremiæ uaticinium reſpuentes, capta Hieroſolyma, noluerunt habitare in Iudæa, ſed per deſertum ad Aegyptios confugerūt. Et recte appellantur iumenta auſtri, ſiue quadrupedes in deſerto, quia reſpuerūt notitiā dei, & contēpto eius imperio, ad Aegypti ſimulacra fugerunt, ſpem habentes in Pharaone: cui qui innixus fuerit, quaſi ſi incumbat harūdini, quæ fracta manū uulneret innitentis. De iſtiuſmodi iumentis & filij Chore loquebantur in pſalmo: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumētis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quodq; ſequitur: Hæc uia eorū ſcandalū ipſis, recte ſuper prælenti capitulo intelligi poteſt, quod uia deſerti illis fuerit in ruinā. Legiſſe me noui, iumenta auſtri & quadrupedes in deſerto, qui Iudææ terminos relinquentes, ad Aegypti tenebras cōfugerunt, referri ad ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, & rectores tenebrarum iſtarum, qui uniuerſas diuitias & priſtinas opes Aegypti deſiderio perdiderūt, Hoc ille dixerit. Nos iuxta tropologiā, ut quæ nec dū propoſuimus, diſſeramus, dicimus oēs qui creatore deſerto ſeculi erroribꝰ ſe dederunt, eſſe quadrupedes in deſerto iſtius ſeculi, à quo fruſtra ſperent auxilium, cum uerum dei auxilium dereliquerint. b ¶ *In terra tribulationis, etc.*] Pro leone, in Hebraico ſcriptum habet לַיִשׁ & pro regulo uolante, quem Lxx. genimina aſpidū uolantiū tranſtulerunt, in Hebraico בִּרְאֶה dicitur euolans, quem nos appellare poſſumus comburētem, & Hebraice uocat שְׂרָף Rurſum in eo loco ubi nos interpretati ſumus, portantes ſuper humeros iumētorū, pro iumentis, omnes ſimiliter tranſtulerūt πώλους, id eſt, pullos aſinorū. Terra aūt tribulationis & angustiæ, latiſsimā eremi ſignificat uaſtitatē, per quam reliquiæ Hieruſalē cū Iohannam filio Careæ & filiab. regis Sedechiæ, ſublatis omnib. quæ habere poterāt, ad Aegyptū transfugerunt. Leæna quoq; & catulū leonis, Hieruſalem & populū eius μεταφορικῶς intellige, dicente Balaam in Numeris: Ecce populus ut leæna cōſurget, & quaſi leo erigetᵉ: Non accubabit donec deuoret prædā, & occiſorū ſanguinē bibat. In Ezechiele quoq; ſcriptū eſt: Aſſume planctū ſuper principem Iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorū enutriuit catulos ſuos? Ac ne putaremus uere ſcripturam ſanctam de leæna & leone dicere, contra naturam rerum loquiᵉ, quod de leæna & leone nata ſit uipera & regulus uolans, ſiue genimina aſpidū uolātia: quod uidelicet de malis parentib. peiores generati ſint liberi, de quibus & euangeliū loquebaᵉ: Generatio uiperarū, quis oſtendit uobis fugere ab ira uenturaᵉ? Et ad terram dicitᵉ Iſrael: Tu es terra in qua non pluit, nec imber uenit ſuper te in die iræ, cuius principes in medio eius, quaſi leones rugientes, rapientes prædā, animas deuorantes per potentiā. Iſta genimina uiperarū, ſiue aſpidū uolantiū, id eſt, principes populi & omnis impiorū turba ierunt ad populū, quᵗ eis prodeſſe non potuit, dicente Hieremia, quod traderet dñs Pharaonē Vafre regē Aegypti in manū inimicorū eius, & in manus quærentiū animam illius, & conſumerentᵉ omnes uiri Iuda, qui erāt in terra Aegypti, gladio & fame uſq; ad internicionem: in tantum ut tradant Hebræi, prius quàm Nabuchodonoſor Aegyptū caperet, Hieremiā & Baruch imminentē captiuitatem morte uitaſſe. Leænam & catulū leonis: quidam cœleſtem Hieruſalem & + receptū ex ea populū expoſuit: regulumq; uolantem & uiperas & genimina aſpidum, illum de quo ſupra legimus, colubrū tortuoſum, & de quo ſaluator in euangelio loquebaᵉ: Videbam ſatanam, quaſi fulgur de cœlo cadentē, qui draco appellatus in Apocalypſi, tertiam partem ſtellarū ſecum detraxit in terram, quæ peruerſitate + ſententiæ priores diuitias perdiderunt, deferentes eas in Aegyptum huius ſeculi. c ¶ *Ideo clamaui ſuper hoc ſuperbia tantum eſt, quieſce.*] Pro quo neſcio quid uolentes Septuaginta tranſtulerunt: annuncia iſta, quoniam uana eſt conſolatio ueſtra hæc. Porrò Symmachus ταραχαί εἰσιν κατοικῶν, id eſt, tumultus ſunt ut habitent. Verbum Hebraicum רָהַב Aquila ὄρμημα, id eſt, impetum & ſuperbiam: Symmachus turbationem: Septuaginta μάταια, id eſt, uanitatem: Theodotio latitudinem interpretati ſunt: quod tribus literis ſcribitur ר ח ב & ipſum eſt quod in pſalmis legitur: Memor ero Raab & Babylonis ſciētium me. Et eſt ſenſus: Quoniam in Aegyptijs uanū auxilium eſt, præcepi ei, id eſt, Hieruſalem, ſiue clamaui: quod Aegyptij regni tātum haberent

HEB. Onūs iumētorū auſtri. In terrā tribulationis & anguſtiæ leæna & leo, ex eis uipera & regulus uolans, portātes ſuper humeros iumētorū diuitias ſuas & ſuper gibbū camelorū theſauros ſuos, ad populū qui eis prodeſſe nō poterit: Aegyptus fruſtrà & uane auxiliabitᵉ. Ideò clamaui ſuper hoc: ſuperbia tantum eſt, quieſce.

SEPT. Viſio quadrupedum in deſerto. In tribulatione & anguſtia leo & catulus leonis: inde aſpides & genimina aſpidum uolantium, qui ferebāt ſuper aſinos & camelos diuitias ſuas ad gentem quæ eis non proderit: Aegyptij inania & uacua proderunt uobis. Annuncia eis: quia uana conſolatio ueſtra hæc.

Nunc te Balaam in Numeris: Ecce populus ut leæna cōſurget, & quaſi leo erigetᵉ: Non accubabit donec deuoret prædā, & occiſorū ſanguinē bibat. In Ezechiele quoq; ſcriptū eſt: Aſſume planctū ſuper principem Iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorū enutriuit catulos ſuos? Ac ne putaremus uere ſcripturam ſanctam de leæna & leone dicere, contra naturam rerum loquiᵉ, quod de leæna & leone nata ſit uipera & regulus uolans, ſiue genimina aſpidū uolātia: quod uidelicet de malis parentib. peiores generati ſint liberi, de quibus & euangeliū loquebaᵉ: Generatio uiperarū, quis oſtendit uobis fugere ab ira uenturaᵉ? Et ad terram dicitᵉ Iſrael: Tu es terra in qua non pluit, nec imber uenit ſuper te in die iræ, cuius principes in medio eius, quaſi leones rugientes, rapientes prædā, animas deuorantes per potentiā. Iſta genimina uiperarū, ſiue aſpidū uolantiū, id eſt, principes populi & omnis impiorū turba ierunt ad populū, quᵗ eis prodeſſe non potuit, dicente Hieremia, quod traderet dñs Pharaonē Vafre regē Aegypti in manū inimicorū eius, & in manus quærentiū animam illius, & conſumerentᵉ omnes uiri Iuda, qui erāt in terra Aegypti, gladio & fame uſq; ad internicionem: in tantum ut tradant Hebræi, prius quàm Nabuchodonoſor Aegyptū caperet, Hieremiā & Baruch imminentē captiuitatem morte uitaſſe. Leænam & catulū leonis: quidam cœleſtem Hieruſalem & + receptū ex ea populū expoſuit: regulumq; uolantem & uiperas & genimina aſpidum, illum de quo ſupra legimus, colubrū tortuoſum, & de quo ſaluator in euangelio loquebaᵉ: Videbam ſatanam, quaſi fulgur de cœlo cadentē, qui draco appellatus in Apocalypſi, tertiam partem ſtellarū ſecum detraxit in terram, quæ peruerſitate + ſententiæ priores diuitias perdiderunt, deferentes eas in Aegyptum huius ſeculi. c ¶ *Ideo clamaui ſuper hoc ſuperbia tantum eſt, quieſce.*] Pro quo neſcio quid uolentes Septuaginta tranſtulerunt: annuncia iſta, quoniam uana eſt conſolatio ueſtra hæc. Porrò Symmachus ταραχαί εἰσιν κατοικῶν, id eſt, tumultus ſunt ut habitent. Verbum Hebraicum רָהַב Aquila ὄρμημα, id eſt, impetum & ſuperbiam: Symmachus turbationem: Septuaginta μάταια, id eſt, uanitatem: Theodotio latitudinem interpretati ſunt: quod tribus literis ſcribitur ר ח ב & ipſum eſt quod in pſalmis legitur: Memor ero Raab & Babylonis ſciētium me. Et eſt ſenſus: Quoniam in Aegyptijs uanū auxilium eſt, præcepi ei, id eſt, Hieruſalem, ſiue clamaui: quod Aegyptij regni tātum haberent

Num. 23.d
Ezech. 19.c
Matth. 3.b
Sup. 5.b
Sopho. 3.a
Hier. 46.f
al. deceptum
Sup. 14.g
& 27
Luc. 10.c
Apoc. 12.d
al. ſcientiæ
Pſal. 48.d
Tropol.

A haberent uocabulum, & abſq; uiribus ſuperbiam, & Iſrael in terra ſua ſedere uel habitare deberet, nec fruſtra ab infirmis auxiliū petere. a ¶ *Nunc ingreſſus ſcribe eis ſuper buxū, in libro diligenter exara illud: & erit in die, etc.*] Aiunt Hebræi quoniam in prophetis unus ſit ſpiritus, & omnia apud dominum iuncta ſint tempora, Hieremiæ præcipi, & dei eſſe mandatum, ut ingreſſus Aegyptū ſcribat eis ſuper buxum, quòd lignū eſt impurribile, ſiue, ut Symmachus trāſtulit ἐπὶ πίνακι, id eſt, ſuper latiſsimam tabulam. Eis autem, haud dubium quin ludæis, & in libro diligenter edifferat, ita ut nulla difficultas ſit lectionis, ut quando uaticinium fuerit rebus expletum, tunc intelligāt uerum prophetarū eſſe ſermonem. Manifeſta tranſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur.

b ¶ *Populus enim ad iracundiam prouocans eſt & filij mendaces, filij nolentes audire uerbum dei.*]

B Perſpicuum eſt quod ad iracundiam prouocauerint dominū, Hieremiæ uerba audire nolentes. Qui dixerunt ei: Noli nobis uidere quod nolumus, noli nobis interdicere uiam Aegypti, nec quę recta ſunt prædices: ſed loquere quod nobis placet, ut pergamus in Aegyptum, quod cumulent peccata peccatis. Quid nobis ingeris quod non libenter audimus? quid monſtras uiam per quam ingredi nolumus? Quid frequenter ingeminas auribus noſtris: Hæc dicit dominus ſanctus Iſrael? Ceſſet à nobis iſta prædicatio. Secundum tropologiam, omnes hæretici mendaces filij appellantur. Ex nobis enim exierunt, ſed non fuerunt ex nobis, qui non audiunt interioris hominis auribus legem dei, & eccleſiarum loquuntur magiſtris: Nolite nobis uidere quæ recta ſunt, nec gehennæ flammas comminemini, ſed promittite nobis regna cœlorum, ut poſt luxuriam & delitias, pandatur nobis paradiſus. Quid mihi oſtendis uiam domini per quam non libenter ingredior? Quid replicas nomen ſancti Iſrael, ſiue uerbum Iſraelis, quod mei pectoris arcana non penetrat? Quod quidem & ad populum eccleſiæ dicitur negligentem, ſi auerſetur auſteritatem magiſtrorum, & adulatoribus faueat. c ¶ *Propterea hæc dicit dominus ſanctus Iſrael. Pro eo quod reprobaſtis uerb. hoc, etc.*] Quia, inquit, ſupra dixiſtis: Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael: ſiue, ut Lxx. tranſtulerunt, ἀφέλετε ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ Ἰσραήλ, id eſt, auferte à nobis uerbū Iſrael: Idcirco hæc dicit dñs ſanctus Iſrael, & nolentibus uobis ſe ingeri, ut quem neglexiſtis cōmonentē, ſentiatis punientē. Habuiſtis fiduciam in Aegyptiorū calumnia atq; mēdacio, & innixi eſtis ſuper tumultu eorū, ſiue cōtradictione & ſuperbia, ut Symmachus & Theodotio interpretati ſunt: Propterea uerteᵗ uobis hæc iniquitas ſiue peccatū, ut ſitis quaſi murus cadens ſubito ciuitatis firmiſsimæ & capræ, cuius repentina aduenerit ruina: ita enim Lxx. tranſtulerunt. Et eſt ſenſus iuxta Hebraicum: Quomō interruptio muri altiſsimi qui longam traxit ruinam, difficile inſtaurari poteſt, & priſtinum decorem recipere: ſic uobis ueniet repentina contritio. Et ut alia utar ſimilitudine: Sicut uas figuli ſi confringatur contritione perualida, ita comminuitur in fruſta, ut uix paruula teſta remaneat de fragmentis, in qua portetur igniculus, aut paululum aquæ de lacuna hauriatur & fouea: ſic uos cum ieritis in Aegyptum, perſequente uos illuc Nabuchodonoſor, uſq; ad internicionem peribitis. Hæretici quoq; & omne dogma contrarium ueritati confidūt in calumnia atq; mendacio, & muſitant iuxta Septuaginta contra creatorē ſuum: Propterea impietatis eorum ciuitas deſtruetur, quam ædificauit Cain, cui ueniet repentina perditio, cum capta fuerit ab eccleſiaſticis uiris, & ita deſtructa & comminuta, ut nihil in ea remaneat quod poſsit ignem emortuū reaccendere, & ſaltem cœnoſam, & paruulam aquā populis præbere ſitientibus. d ¶ *Quia hæc dicit dominus deus, etc.*] Sanctus ait: cuius ſupra nomen tacueram, ipſe eſt dñs deus: qui uobis & per me & per Hieremiam loquiᵉ: Si agatis pœnitentiam, & uel uitia relinquatis, uel errorem praui eō filij, & maneatis in Iudæa: non Babyloniorū impetum, ſed mea præcepta metuētes, ſalui eritis. Quieſcite & ſperate in dño: & fidei in promiſsis meis robur arripite, qui contemnentes præcepta uitalia, deſperatione dixiſtis: nequaquam ita erit ut loqueris, ſed ad equos cōfugiemus Aegyptios, & concito ad eos atq; ueloci pergemus gradu. Quia igiᵗ iſta dixiſtis, fugietis quidē & pernici curſu intrabitis Aegyptū: ſed uelociores erūt Babylonij qui uos uſq; ad Aegyptū perſequentᵉ: tantuſq; terror atq; formido obtinebit Aegyptum, ut uni Chaldeo mille Aegyptij reſiſtere nequeāt, & quinq; hoſtibus, fugientiū plurima multitudo, iuxta illud qd in Deuteronomio legimus: Dabit te dñs ut corruas in cōſpectu inimicorū tuorū. Via una egredieris ad eos, & per ſeptem

Hier. 43.b
Tropol.
1. Ioan. 1.c
Supra eod.
Hier. 18.b
Deut. 28.d & 32.c

A uias fugies à facie eorũ, & eris in dispersione in cunctis
Aniogoge regnis terræ. Iuxta Anagogen & Lxx. æditionẽ, omnes
ad pœnitentiam peccatores, & præcipue hæreticos co-
hortatur sermo diuinus, quod cum reuersi à uitijs inge-
muerint, & egerint pœnitentiã, salui fiant, & tũc intelli-
gant ubi prius fue-
rint, & qđ frustra in
uanis sperauerint.
Cũq; eos ad pœniten
tiã cohortet, illi è con
trario confidũt in fal
sis magistris & in in-
certo seculi, deiq; uer
ba audire nolẽtes, e-
quos Aegyptios desi
derant, & eorum ue-
locitate lætanť: quos
multiplicari dñs pro
Deut. 17.d hibuit. Idcirco eccle-
siastici uiri eos ueloci
ter persequent, & u-
nius bellatoris uocẽ
siue quinq; pugnan-
tium, quod ad mentẽ
& ad quinq; sensus re
ferre debemus, mille
homines & incondi-
ta turba fugientiũ su-
stinere non poterũt.
Hiere. 46.c a ¶ *Donec relinquamini, etc.*] Scribit & Hiere-
mias quod interfectis
gladio & fame his q̃
in Aegyptũ confuge-
B rant, pauci remanserint qui reuersi sint in Iudæam. Et
quomodo si fracta naui & compage illius dissoluta, so-
la arbor quæ malus dicitur remaneat & ponatur pro si
gno in summitate montis, siue in excelso colle: Sic pro
signo atq; uestigio, uix unus & alter resideãt, ad dei po
tentiam demonstrandam. Et tunc, inquit, scient omnes
reliquiæ Iuda qui nunc ingrediuntur terram Aegypti
ut habitent ibi, cum reuersi fuerint in terram Iudæam,
cuius sermo compleatur, meus an illorũ. *b* ¶ *Propterea
expectat dominus etc.*] Grandis clementia dei ut expectet no
strum pœnitentiam: & donec nos à uitijs cõuertamur,
ille potentem contrahat manũ ne ferire cogať. Ideo aũt
misereatur & parcit, ut exaltet illius misericordia: & bo
nitas creatoris nota cũctis fiat. Vel certe iuxta illud qđ
Ioan. 12.c in euangelio loquitur: Cum exaltatus fuero, omnia tra
hã ad me, idcirco exaltatur in cruce, ut parcat omnib.
Ipse est enim deus iudicij, & beati sunt omnes qui expe
ctant dñm expectantem cõuersionem suam. Quorum
sit aũt, & quæ ista conuersio, sequentia uerba monstra
bunt. *c* ¶ *Populus enim Sion habitabit etc.*] Iudæi hæc ad Cyri tẽ
pora referunt: quando de Babylone in Iudæam reuer
sus est populus sub Zorobabel & Iesu pontifice. Nos
autem ut sæpe iam diximus, omnes repromissiones
quæ excedunt mediocritatem illius temporis, ad Chri
sti referamus aduentũ: in quo captiuus quondam po
pulus passione dñi liberatus, habitauit in Sion & Hie
rusalem: in specula uidelicet & in uisione pacis, hoc est
in ecclesia. Porrò quod in Septuaginta uerbum addi
tur sanctitatis, qui dixerunt, populus enim sanctus in
Sion habitabit: sic interpretari possumus, ut dicamus
nullum habitare in Sion, nisi eum qui sanctus sit, & au
diat dicentem dominum: Sancti estote, quoniam et ego
sanctus sum. *d* ¶ *Plorans nequaquam plorabis, etc.*] Cum
reuersus fueris in Sion, & habitaueris in Hierusalem,
nequaquam plorabis ut ante ploraueras, sed fletus

Dõnec relinquamini quasi malus nauis in uertice mon-
tis, & quasi signũ super collẽ. Propterea expectat dñs ut
misereat uestri, & ideo exaltabit parcẽs uobis: qa deus iu-
dicij dñs: beati oẽs q̃ expectãt eũ. Populus em Siõ habita-
bit in Hierusalẽ. Plorãs nequaq̃ plorabis: miserãs misere
bit tui, ad uocẽ clamoris tui, statim ut audierit respondeE-
bit tibi. Et dabit uobis dñs panẽ artũ, & aquam breuem,
HEB. Et nõ faciet auolare à te ultra doctorẽ tuum:
& erunt oculi tui uidentes præceptorẽ tuum, & aures
tuæ audient uerbũ post tergũ monentis: hæc uia, am-
bulate in ea, neq; ad dexterã, neq; ad sinistrã. Et cõta-
minabis laminas sculptiliũ argenti tui, & uestimẽtum
cõflatilis auri tui, & dispergeS ea sicut immũditiã mẽ-
struatæ, egredere dices ei.
Et
B quomodo si fracta nauis & compage illius dissoluta, so-
la arbor quæ malus dicitur remaneat & ponatur pro si
gno in summitate montis, siue in excelso colle: Sic pro
signo atq; uestigio, uix unus & alter resideãt, ad dei po
tentiam demonstrandam. Et tunc, inquit, scient omnes
reliquiæ Iuda qui nunc ingrediuntur terram Aegypti
ut habitent ibi, cum reuersi fuerint in terram Iudæam,
cuius sermo compleatur, meus an illorũ. *b* ¶ *Propterea
expectat do. etc.*] Grandis clementia dei ut expectet no
strum pœnitentiam: & donec nos à uitijs cõuertamur,
ille potentem contrahat manũ ne ferire cogať. Ideo aũt
misereatur & parcit, ut exaltet illius misericordia: & bo
nitas creatoris nota cũctis fiat. Vel certe iuxta illud qđ
Ioan. 12.c in euangelio loquitur: Cum exaltatus fuero, omnia tra
hã ad me, idcirco exaltatur in cruce, ut parcat omnib.
Ipse est enim deus iudicij, & beati sunt omnes qui expe
ctant dñm expectantem cõuersionem suam. Quorum
sit aũt, & quæ ista conuersio, sequentia uerba monstra
bunt. *c* ¶ *Populus enim Sion ha. etc.*] Iudæi hæc ad Cyri tẽ
pora referunt: quando de Babylone in Iudæam reuer
sus est populus sub Zorobabel & Iesu pontifice. Nos
autem ut sæpe iam diximus, omnes repromissiones
quæ excedunt mediocritatem illius temporis, ad Chri
sti referamus aduentũ: in quo captiuus quondam po
pulus passione dñi liberatus, habitauit in Sion & Hie
rusalem: in specula uidelicet & in uisione pacis, hoc est
in ecclesia. Porrò quod in Septuaginta uerbum addi
tur sanctitatis, qui dixerunt, populus enim sanctus in
Sion habitabit: sic interpretari possumus, ut dicamus
nullum habitare in Sion, nisi eum qui sanctus sit, & au
diat dicentem dominum: Sancti estote, quoniam et ego
sanctus sum. *d* ¶ *Plorans nequaquam plorabis, etc.*] Cum
reuersus fueris in Sion, & habitaueris in Hierusalem,
nequaquam plorabis ut ante ploraueras, sed fletus

SEPT. Et nequaquã ultrà
appropinquabunt tibi qui
decipiãt te: quia oculi tui ui
debũt eos qui te seduxerũt:
& aures tuæ audient uerba
post te decipiẽtiũ qui dixe-
runt: Hæc uia, ambulemus
in ea, siue ad dextrã, siue ad
sinistrã. Et contaminabis i-
dola deargẽtata & deaura-
ta: comminues ea & dispers
ges sicut aquã menstruatę,
& sicut stercus abijcies ea.
Tunc
gis obseruationibus atq; mandatis, in uno uerbo reca D
pitulauit omnia: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Gal. 5.c
Consummatũ enim & abbreuiatum sermonẽ fecit dñs
super terram. *f* ¶ *Et non faciet auolare, etc.*] Multũ in hoc
loco Lxx. æditio Hebraicumq; discordant. Primũ ergo
de uulgata æditione tractabimus, & postea sequemur
ordinem ueritatis. Cum intellexerint atq; perspexerint
cordis oculi ueritatem, & eos qui se prius deceperant,
tota mentis ratione cognouerint, & auribus eruditis
post tergum decipientiũ uerba perspexerint: semper e-
nim cæcam corporis partem decipere festinant: iuxta il
lud quod in psalmo legimus: Vt sagittent in obscuro re
ctos corde: qui tantam sibi assumũt autoritatem, ut seu
dextera doceant seu sinistra, id est, siue bona, siue mala:
nolint discipulos ratione discutere, sed se præcessores
sequi: Tunc hi qui prius decipiebãt, nequaquam ultrà
ad eos ualebunt accedere postquam se senserint intel-
lectos. Porrò iuxta Hebraicum, & facilis & uera expla-
natio est. Cum enim dñs credentibus dederit panem ar
tum & aquam breuem, nequaquam ultrà faciet auola-
re ab eis illum qui docet hominem scientiam, sed sem-
per uidebunt oculi eius præceptorem suum, & aures il
lius uerbũ post tergum monentis exaudient atq; dicen
tis: Hæc uia recta est, ambulate in ea, neq; ad dexteram,
neq; ad sinistram, secundũ illud quod alibi legitur: Nec Num. 20.c
ad dexteram, nec ad sinistram declinabimus, uia regia
gradiemur. In utraq; enim parte quicquid supra mo-
dum est, in uitio est. Et de dextris partibus dicitur: Ne
sis iustus multum. De sinistris autem quod in hœdorũ,
& in pereuntium parte ponantur, nulla dubitatio est.
g ¶ *Et contaminabis lamin. sculptilium, etc.*] Cum intellexe-
ris ueritatem, & decipientes ad te nõ accesserint, sed o-
culi tui uiderint præceptorem tuũ, & aures tuæ semper
audierint: Hæc uia, ambulate in ea, neq; ad dextrã neq;
sinistram. Tũc omnes errores & idola, ac similitudines
ueritatis

A ueritatis, quæ artifex lingua cõposuerat, in splẽdore elo
quentiæ, quod interpretať argentũ: & in ratione sapien
tiæ, quod aurũ sonat, cõminues atq; dispergeS: & ita iu-
dicabis immũda, ut menstruatæ mulieris sordidissimo
sanguini cõpares, quod uerbis alijs aquam mẽstruatæ
Lxx. transtulerunt.
a ¶ *Et dabitur pluuia semi-
ni etc.*] Scriptũ est in
2. Re. 18. g Reg. uolumine, qđ
postq̃ interfecti sunt
ab Elia pseudopro-
phetæ, data sit pluuia
terræ Israel, & qđ pa-
4. Reg. 4. g nis Helisæi & postea
Ioan. 6. b saluatoris uberrimus
fuerit atq; pinguissi-
mus: & tãtam habue-
rit plenitudinem, ut
multa hominũ milia
ex eo saturata sint. Ita
& in præsenti loco, nõ
prius dabitur pluuia
semini spirituali, & pa
nis terræ uberrimus
atq; pinguissimus, ni
si idola deargentata
et deaurata fuerint cõ
minuta, & reputata
in sterquilinium. Nisi
em uitia recesserint,
uirtutes non subeũt.
b ¶ *Pascetur in poss. tua, etc.*] In rerũ omnium
B abundantia, cœlesti pluuia descendẽte, & illo pane qui
de cœlo descẽdit, quẽ qui comederit, nunq̃ esuriet, pa-
scent agni in loco spatiosissimo, qui sequunť agnũ quo
cũq; uadit, & qui semper ad dextrã sunt. Tauri aũt prin
Psal. 18. g cipes gregis, de quib. legimus: Congregatio taurorũ in
Matth. 21. a uaccis populorũ, & pulli asinorũ, quibus sedẽs dñs in
gressus est Hierusalẽ, qui operanť terrã, sic de area co-
medẽt, ut fuerit uẽtilatũ, ne quid uidelicet in cibo eorũ
Hier. 23. f mixtũ sit palearũ, de quib. in Hieremia scriptũ est: Quid
Luc. 3. g paleis ad triticũ dicit dñs? & quę in euãgelio cõburunť
igni inextinguibili. Porrò iuxta Lxx. iumẽta quæ nec-
dũ rationis sapientiæq; sunt plena, & de quibus unũ lo
Psal. 42. d quit ad deũ: Sicut iumentũ factus sum apud te: pascent
in loco pinguissimo & spacioso: qui nõ affert spinas &
tribulos, sed quasi terra Israel lacte & melle decurrit, &
plenã pascẽtib. tribuit libertatẽ. Tauri autẽ & boues qui
operanť terrã, id est, apostoli & uiri apostolici, de quib.
1. Cor. 9. b & apostolus Paulus scriptũ interpretať: Nõ alligabis os
1. Cor. 3. b boui triturãti. Nũquid de bobus cura est deo? Sed uti-
Ioan. 15. a que de his dicit, qui operanť terrã suã: & de quibus idẽ
loquit: Dei agricultura, dei ædificatio sumus. Pater em
Gene. 26. c agricola est: & Christus uinea: comedent paleas mixtas
cũ hordeo uẽtilato. Legimus quod Isaac hordeũ seue-
rit: & quia apud Allophylos erat, centenariã hordei fru
Osee 3. a gẽ receperit. Et Osee coro & dimidio coro hordei con-
Ioan. 6. a duxit mulierẽ adulteram. Saluator quoq; quinq; milia
uirorũ qui adhuc sensib. corporis seruiebãt, & legẽ se-
Matth. 15. d quebanť Moysi, hordeacijs panib. saturauerat: Qui in
alio loco frangens quinq; legis panes & in frusta cõmi-
nuens, quatuor milia uiros repleuit triticeis panib. qui
euangelicũ numerũ sequebantur. Istiusmodi populi co
medunt & partẽ palearũ, dum in quibusdam sequunť
literã: & tamẽ per paleas & hordeũ paulatim proficiũt,
ut transeant ad frumentum. *c* ¶ *Et erunt super omnem mõ-
tem, etc.*] In hoc loco Iudæi multos interfectos & ruẽtes
turres, ad Romani imperij referũt potentiã, de quibus

SEPT. Tunc erit pluuia se-
mini terræ tuæ, & panis fru
gum terræ tuæ erit abun-
dans & pinguis. Et pascen-
tur iumenta tua in die illa
locũ pinguẽ & spatiosum.
Tauri uestri & boues ue-
stri qui operantur terram,
comedent paleas commix
tas in hordeo uentilato.
HEB. Et dãbitur pluuia se
mini tuo ubicunq; semina
ueris in terra: & panis frugũ terræ erit uberrimus &
pinguis. Pascetũr in possessione tua in die illa agnus
spatiose. Et tauri tui & pulli asinorũ qui operanť terrã,
cõmixtũ migma comedẽt, sicut in area uẽtilatum est.
Et erũnt super omnem montem excelsum, & super o-
mnem collem eleuatum riui currentium aquarum in
die interfectionis multorum cum ceciderint turres.
HEB. Et erit lux lunæ, sicut
lux solis: & lumẽ solis erit se
ptuplũ sicut lux septẽ dierũ
in die qua alligauerit dñs
uulnus populi sui, & pcus-
suram plagę eius sanauerit.
SEP. Et erit lumen lunæ,
sicut lumen solis, & lumen
solis septuplũ, in die quan-
do sanauerit dominus con
tritionem populi sui, & do
lorẽ plagæ tuæ curauerit.

& Apostolus loquitur: Tantũ qui tenet nũc, teneat do- C
nec de medio fiat. Quod scilicet in illo tempore tãta bea 2. Thes. 2. b
titudo sit populi Israel: ut nõ solũ ualles atq; campestria
sed omnes montes & colles aquis fluentib. irrigentur.
Nos aũt mõtes & colles, eos intelligamus, qui in excel-
sum uirtutib. eleuati
sunt, qui esuriunt & si Matth. 5. a
tiũt iustitiã: quos dñs
prouocat ad bibẽdũ.
Qui enim biberit de
aquis eius, non sitiet Ioan. 4. b
in æternũ. Vnde & in
psalmo legimus: Be- Psal. 67. f
nedicite dñm de fon-
tibus Israel. Et in Euã Ioan. 7. f
gelio dicitur: quod
omnis qui biberit de
aquis Iesu, flumina
aquæ uiuæ fluent de
uentre eius. Et ad deũ
sanctus loquit: Quo- Psal. 35. c
niam apud te est fons
uitæ, de quo purissi-
mum flumẽ egredit:
sup quo rursum scri-
ptura commemorat,
Fluminis impetus læ
tificat ciuitatẽ dei. Et
in alio loco fluuius
dei repletus est aq̃s: il
le uidelicet, qui loqui
tur per Hieremiã, Me Hier. 2. c
dereliquerũt fontem
aquæ uiuæ. Hoc aũt tũc fiet, cũ interfecti fuerint siue pe- D
rierint plurimi. Multi enim uocati, pauci uero electi. Et Matt. 20. b
cũ ceciderint turres, siue dęmonũ potestates, siue super
bi quiq; & arrogantes & magni in isto seculo, de quib.
& in psalmis dicitur: Vidi impiũ eleuatũ, & exaltatũ si- Psal. 36. g
cut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui
eũ, & non est inuentus locus eius. Has turres ædificare
cupiebant: qui mouerunt pedes suos de Oriente, quo-
rum linguæ in Babylone cõfusæ sunt: & illi super quos Luc. 13. d
cecidit turris Siloæ. *d* ¶ *Et erit lux lunæ, sicut lux solis: lumen
solis erit septuplum, sicut lux septem dierum, etc.*] Miror quõ in
præsenti loco uerba Hebraica חמה & לבנה quæ Aqui-
la interpretatur albam & calorem per quæ lunam so-
lemq; significat: supra idem Lxx. laterem & murũ tran
stulerint, in eo loco ubi scriptũ est: Et erubescet luna, &
sol confundetur. Pro quo illi interpretati sunt, liquefiẽt
lateres, & ruet murus: & nunc idem sequentes Hebrai-
cũ, lunam solemq; transtulerint. Vnde mihi datur suspi
cio non eos errasse à principio, sed paulatim scriptorũ
uitio deprauatos. Neq; em fieri potest, ut qui in hoc lo
co eadem uerba bene interpretati sunt, in superiorib.
errauerint. In die ergo interfectionis multorũ, cũ arro-
gantes superbiq; corruerint, & qui posuerunt in cœlũ
os suũ didicerint esse se terrã, erit lumen lunæ, sicut lu-
men solis: quando dederit dñs cœlũ nouũ, & terrã no-
uam, & transierit habitus mundi huius, ut luna & sol la
boris & cursus sui præmia cõsequanť. Etenim expecta-
tio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei præstolať: quia & ip-
sa creatura liberabit à seruitute corruptionis, in liber-
tatẽ gloriæ filiorũ dei, licet ea quidã organa lucis intelli
gentes, insensibilia esse contendant. Luna ergo solis ful
gorem accipiet. Nec mirum hoc de clarissimo sentire
elemento, cui principatus noctis est traditus: cum de
sanctis quoq; scriptum sit, Fulgebunt iusti quasi sol. Et Matth. 13. f
sol septuplũ lumen accipiet, sicut fuit lux septem dierũ
quando ab initio creatus est mundus: quanq; septem

dies

A dies, Lxx. non transtulerint: quãdo dñs alligauerit uul
nus populi sui, siue sanauerit contritionem populi sui,
Esa. 35.d quando implebitur illud quod scriptũ est: Fugiet do/
lor, & mœror, & gemitus, quando subintrante plenitu
dine gentium, saluus fiet omnis Israel, aut certe quãdo
ulto eorum uenerit: quorum sub altari clamãt animæ:
Apoc. 6.c Vsq; quo nõ ulciscẽris sanguinem nostrum, de his qui
habitant in terra? Et hoc considera quod non dixerit,
quando sanauerit contritionem populi sui Israel siue
Iacob, sed absolute populi sui, ut omnes deo significet
ferinentes. Quidam locum istum & omnia quæ in hoc
repromissionum capitulo cõtinentur, ad cœlestem re/
ferunt Hierusalem, & ad reuersionẽ populi eius, quan/
do implebitur illud quod scriptum est: Cœlum & terra
C pertransibunt. Alij ad Heliæ tempora: & ipsum dicunt
esse, de quo supra scriptum est: Erunt oculi tui uiden/
tes præceptorem tuum, & aures tuæ audiẽt uerbũ post
tergum monentis: tunc de montibus & collibus iuxta
fabulas poetarum, & Saturni aureum seculum lactis ri
uos fluere: & de arborũ foliis stillare mella purissima.
Quæ qui recipiunt, mille quoq; annorum fabulam, &
terrenum saluatoris imperiũ Iudaico errore suscipient,
non intelligentes Apocalypsim Ioannis in superficie li
teræ, medullata ecclesiæ sacramenta contexere.

Commentarij noni in
Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM
Commentariorum Esaiæ ad Eustochium prooemium.

DEcimus liber, quẽ nunc habemus in manibus, nono & undecimo minor erit nume/
ro uersuum, non sensuũ magnitudine. Sequitur enim eũ Sennacherib atq; Rabsacis, &
Ezechiæ regis historia, quæ nec iungi cũ præcedentibus poterit propter enormẽ uo/
luminis magnitudinem: nec diuidi propter gestorum continentiam. Itaq; ut uoluisti
uirgo Christi Eustochium, & ut in commune placuit, sicut & superiores ante dictaui: & hunc & re
liquos, si Christus annuerit dictabo libros, ut prophetias sibi copulem, nec eas inter se lacerem atq;
discerpam in alterius finem, & alterius principium. Audio præterea scorpium mutum animal &
uenenatum, super sponsione quondam commẽtarioli mei in Danielem prophetam, nescio quid
musitare, imo ferire conari in suo pure moriturum. Cuius næniæ & lugubres cantilenæ necdum
mihi proditæ sunt: & idcirco dilata responsio, magisq; obediendum tibi est: & sancto atq; eruditi/
simo uiro fratri tuo Pammachio, qui insatiabili studio me per literas cogit, expleto Esaia transire
ad Ezechiel: cum ego & ætatis & corporis imbecillitate confectus: notariorumq; penuria, qui me
possent suis ministerijs adiuuare, in eodem adhuc luto hæsitem, & uix partem Esaiæ mediam in
B hoc uolumine finiturum esse me credam. Quod si te orante compleuero, arripienda erunt & reli- D
qua, quæ à quarto decimo Ezechiæ regis anno habebunt initium.

COMMENTARIORVM HIERO
nymi in Esaiam prophetam
Liber decimus.

ECce nomen domini uenit de longe, ardens furor eius, & gra
uis ad portandum, etc.] Dicamus primum iuxta He/
braicum. Pen/
dent ex superioribus quæ dicuntur: Corri
puerat sermo pro/
pheticus eos qui con
tempto auxilio dei,
propter Babylonio/
rum metum ad Aegy
ptios confugiebant:
& est cõminatus de/
scendentibus ibi eos esse morituros. Rursumq; post
pœnas eos qui illum audire uoluissent: non solum sub
Zorobabel, Ezra & Neemia in Hierusalem habitatu
ros esse promittit: sed maiorem cunctis credentibus
uerbo dei, in consummatione mundi beatitudinem
pollicetur, quando per omnes montes & colles cur
rent aquarum flumina: & interfectis multis cadent tur
res. Luna quoq; & sol clarius lumen accipient, quan/
do uulnus populi sui dominus alligauerit atq; sana
uerit. Licet hæc quidam ὑποβολικῶς Cyri tempo/
ribus, qui captiuitatem populi relaxauit, in terra Iu
dæa expleta contendant. Quia igitur bonis & obe
dientibus præmia repromissa sunt: nunc è contra/
rio malis & contemptoribus supplicia nunciantur,
quod dominus impleat cogitationem suam: & ad

ECce nomen dñi uenit de lõge, ardens furor eius, & grauis ad por
tandum. Labia eius repleta
sunt indignatiõe: & lingua
eius quasi ignis deuorans.
Spiri/
tus eius uelut torrens inundans usq; ad
medium colli, ad perden/
das gentes pro nihili, & fre
num erroris quod erat in
maxillis populorum. Can
ticum erit uobis, sicut uox
sanctificatæ solennitatis, &
lætitia cordis, sicut qui per
git cum tibia, ut intret in
montem domini ad for
tem Israel. Et auditãm fa
ciet dominus gloriam uo
cis eius, & terrorem bra
chij sui ostendet in commi
natione furoris & flamma
ignis deuorantis: allidet in
turbine & in lapide gran
dinis. A uoce enim domi
ni pauebit Assur uirga per
cussus: & erit transitus uir
gæ fundatus, quam requie
scere faciet dominus super
eum in tympanis & in ci
tharis, & in bellis præcipuis
expugnabit eos. Præpara
ta est enim ab heri tophet:
à rege præparata profun
da & dilatata: nutrimen
ta eius ignis, & ligna mul
ta: flatus domini sicut tor
rens sulphuris succendens
eam.

puniendos longo post tempore ueniat peccatores, &
in cunctos sententiam proferat: spiritusq; oris sui interfi
ciat impium, quem frenum appellat fuisse populorum:
non quo subiectos regeret, sed quo subditos sibi trahe
ret ad ruinam. Ponit quoq; similitudinẽ torrentis usq;
ad collum inundan/
tis, ut finem omnium
uenisse testetur. Sicut
enim torrens suffo/
cat eum, ad cuius col
lum usq; peruenerit:
sic iudicium dei ne/
minem impunitum
abire patietur. Cum
autem frenum quod
in maxillis erat omnium gentium, cum subditis ei gen
tibus perdiderit, & ad nihili deduxerit: tunc uobis in/
quit sanctis qui meis iussionibus obeditis: erit canti/
cum, sicut uox sanctificatæ solennitatis: quando egressi
estis de Aegypto, & in solennitate paschæ iugum serui/
tutis Aegyptiæ proiecistis, dicentes in mari rubro Pha Exo. 15.d
raone submerso: Cantemus domino, gloriose enim
magnificatus est: & cordis tanta lætitia, ut imitemini
eos qui ad templum primitiua portantes, & in dei tor/
cularia deferentes munera, pergunt cum tibijs, cordis
gaudia carmine demonstrantes. Hæc iuxta Hebrai/
cum breui sermone perstrinxi. In utraq; autem æditio/
ne annotandum est, quod non dñs, sed nomen domi/
ni post multum tempus aduenial: de quo in psalmis di
citur: Benedictus qui uenit in nomine dñi, deus dñs, & Psal. 117.d
illuxit

A illuxit nobis. Et ipse loquitur in euangelio: Ego ueni in
Ioan. 5.g nomine patris mei, & nõ suscepistis me. Pulchreq; post
multum tempus uenire dicitur, loquente humana im/
Psal. 12.a patientia: Vsq; quo dñe obliuiscẽris me in finem? quãm
diu auertis faciem tuam à me? Ardẽs quoq; furor eius
uenit cum gloria: ut
quem in humilitate
contempsimus in ma
iestate timeamus.
Hoc ipsum & in psal/
Psal. 49.a mis scriptum est: De/
us manifeste ueniet,
deus noster et non si
lebit. Ignis in conspe
ctu eius ardebit, & in
circuitu eius tempe/
stas ualida. Ipse enim
loquitur in euange/
Luc. 12.f lio: Ignem ueni mitte
re super terram, &
quãm uolo ut arde/
at? Rursus in alio psal
Psal. 25.b mo legitur: Vox do/
mini intercidentis flã
mam ignis: ut quic/
quid in mũdo est fœ
ni, lignorum, & stipu
Deut. 4.d læ, rapiens flãma con
sumat. Vnde & deus
ignis dicitur esse con
sumens. Quodq; in/
fertur. Ira furoris eius
quasi ignis deuora/
bit. Pleriq; nostrorũ
B iram furoris domini
diabolum interpre/
tantur: cui tradimur
ad puniendum, qui
iuxta librum Samue
2.Re.24.c lis commouit Dauid
ut numerare? popu/
1.Cor. 5.a lum dei. Et Apostolus loquitur: tradere
huiusce modi satanæ
in interitum carnis,
ut spiritus saluus fiat.
Hic autem ipse furor
& ira furoris domini
nihil suo faciet arbi/
trio: sed quod sibi fue
rit imperatum. Vnde
sequitur: Eloquium
labiorum eius eloquium iræ plenum. Spiritus quoq;
eius quasi aqua in ualle, trahens ueniet usq; ad collum,
ut supplicia super peccatores faciat redundare. Qui di/
uidetur pro qualitate meritorum, ut perdat atq; con/
turbet gentes, quas uanus error seduxerat: & sic intel/
ligant supplantatas. Vnde ad huiusce modi homines
dicitur, qui in mundi huius potentia præualebant, &
suo delectabantur errore, non eos semper hoc esse fa/
cturos. Præcipueq; locum istum & totam continen/
tiam capituli aduersus hæreticos, & omnia dogmata,
quæ sunt contraria ueritati, dicta quidam nostrorum
putant: quod cum iudicij tempus aduenerit, nequa/
quam ingrediantur sancta eius & montem, id est, ec/
clesiam domini: ne sub religionis nomine diuitias
congregent, abutanturq; luxuria, quasi domini fe/
sta celebrantes. Iudæi de Gog & Magog, gentibus
quas putant ab Aquilone uenturas, id est, de Scy/

thiæ partibus hæc intelligũt, super quibus Ezechiel ple C
nius loquitur. a ¶ Et auditam faciet dominus gloriam uocis e= Ezech. 19.a
ius, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris &
flamma ignis deuorantis: allidet in turbine & in lapide grandinis.
A uoce enim domini pauebit, &c.] Poteram iuxta Hebrai/
cum quid mihi uide/
retur currens legen/
tibus indicare: sed
quid faciam quorun
dam studijs, qui nisi
Septuaginta interpre
tum æditionem disse
ruero, imperfectum
opus me habiturum
esse denunciant? Se/
quar igitur cœptum
ordinem differendi.
Vox domini atq; pre/
ceptum omnibus no
ta fient, & fortitudo
brachij illius cunctis
patebit: quando re/
tributionis tempus
aduenerit, flammæ &
turbinis, grandi/
nisq; magnitudine,
& pondere lapidum
deferetur. Sub quo
Ezechiel in prophe/
tia, ut diximus, Gog Ezech. 38.
& Magog, pleno ser/ 39
mone scribit. Ad uo/ D
cis eius imperium pa
uebit Assur uirga per
cussus: Omnis im/
pius, omnis imitator
gentis inimicæ: non
quo in die iudicij so/
lus sit feriendus As/
syrius: sed quo per
Assyrium diabolum
intelligamus. Deniq;
sequitur: Et erit tran/
situs uirgæ fundatus,
quam requiescere fa/
ciet dominus super
eum. Et est sensus:
Nequaquam eũ uir/
ga percutiet, & eam
rursus leuabit, ac mo
re cædentium finem
faciet uerberandi: sed
quasi fundatam & alta radice defixam, in pœnis eius
facie permanere. Quod si ita intelligitur, ubi erit pœ/
nitentia diaboli? præsertim cum dicatur peccatori/
bus: Ite in ignem æternum, quem præparauit deus Matth. 25.d
diabolo & angelis eius. In tympanis & in citharis,
& bellis præcipuis expugnabit eos. Dæmones uide/
licet & omnes impios cum gaudio omnium domi/
nus expugnabit. Ab heri quippe & à præterito tem/
pore præparata est à rege domino Thophet, id est, תפתה
lata & spaciosa gehenna: quæ eos æternis urat ardo/ תופת
ribus. Nutrimentum eius & fomes ignis est, & li/
gna multa, id est, flamma perpetua & supplicia pec/
catorum. Et quoniam sicut de camino & fornace i/
gnis ardentis, propheticus sermo prædixerat, ser/
uat metaphoram: ut flatu & spiritu ac uoluntate do/
mini hanc succendi sciamus: mixto sulphure, quod
flammas excitat, ut faciat acriora tormenta. Porrò

quod

A quod iuxta Lxx. dicitur, Ad uocem dñi superabuntur Assyrij, plaga ejus percusserit eos, & erit ei in circuitu unde fuerat ei ipse auxilij, in quo confidebat: ipsi cum tympanis & cithara pugnabunt aduersum eũ ex commutatione: illud significat, quod aduersum diabolum cõsurgant, qui ei quõ dã subditi fuerant, & cũ gaudio atq; lætitia dimiserint, cõtra eũ ex cõmutatione subita, dũ intelligentes errorẽ suũ destruit eum à quo decepti fuerant. Diciturq; ad illũ, qđ ab initio seipse deceperit, regnũ suũ arbitrans sempiternũ, cui parata sit gehenna & æterna supplicia.

CAP. XXXI

Væ qui descendũt in Aegyptũ, etc.] Post onus iumentorum Austri, & eos qui portabant in Aegyptum diuitias suas ad populũ, qui eis prodesse nõ poterat, qui sperabant auxilium in fortitudine Pharaonis, & habebant fiduciam in umbra Aegypti, sub specie reuersionis in Hierusalẽ, & captiuitatis laxandæ sub
B Cyro, de consummatione seculi, & de perfectia iustorũ beatitudine sermo propheticus nunciarat: nũc reuertitur ad eosdẽ, ad quos supra loquutus fuerat, ne descenderent in Aegyptũ. Et hoc inter præsentẽ locũ est & præteritũ: quod ibi præcipitur tribui Iudæ, ne descẽdant in Aegyptũ. Hic quia contempto imperio dñi descensuri sint, prophetatur: & quod à Nabuchodonosor rege Babylonio, tam Israel quàm Aegyptij, tam perfugæ quàm auxiliatores pariter trucidẽtur. De quo Hieremias plenissimè loquitur: Væ ergo his qui descendunt in Aegyptum, & Chaldæorum metu domini præcepta contemnunt, sperantes in idololatris, qui dei cultum habere se iactant, & in equorũ auxilio confidentes, nesciunt scriptum, Fallax equus in salutẽ, habentq; fiduciam super quadrigis & curribus & equitibus: nec recordantur illius cantici: Equũ & ascensorem deiecit in mare. Et non sunt confisi super sanctũ Israel, qui manentibus in terra Iudææ, suũ per Hieremiam pollicebatur auxilium: Et dominum non requisierũt, non quo non requisierint, sed quo requisiti uerba contempserint. Vnde & de malis sacerdotibus dicitur: Qui deuorant plebem meã, dominum non inuocauerunt. Ipse autem sapiens, id est, dñs, adduxit malum super eos & pessimum, uidelicet Nabuchodonosor: siue absolute malũ, rem significans, nõ personam: & uerba sua nõ abstulit, quæ loquutus fuerat per prophetas. Quãobrẽ consurget super tribũ Iudam domum pessimorũ, & contra auxilium Aegyptiorum, qui operantur iniquitatẽ. Aegyptus eñ siue Aegyptius, ut Septuaginta transtulerunt, homo est & non deus, & equi eorum caro, & nõ spiritus. Vnde & in Hieremia scriptũ est, Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmauit carnem brachij sui, & à domino recessit cor eius, & erit quasi myrice in deserto, quæ non uidebit quum uenerint bona. Et in alio loco scriptũ est: Vana salus hominis, siue, ut melius habeꝫ in Hebræo,

Hier. 42

Psal. 32. d

Exo. 15. a

Psal. 52. a

Hier. 17. d

Psal. 59. c

in homine. Quũq; dñs manũ suã extenderit ad punien C
dũ: uel declinauerit, sub metaphora aurigæ, & frenos ejus quorũ currentium relaxarit, corruet auxiliator Aegyptius, & Israel cui præstabatur auxiliũ. Quæ quidẽ possumus intelligere & super his, qui persequutionis tempore & tribulationis atq; angustiæ, non cõfidunt in dño, sed in Aegyptiorũ, id est, secularium hominũ auxilio, nescientes Abraham perfectatum in Aegypto: & dei populum, luto & lateribus in illa regione seruisse, quæ spiritualiter appellatur fornax ferrea. Vnde & in Apocalypsi Ioannis legitur: Locus in quo crucifixus est dñs, spiritualiter uocat Sodoma & Aegyptus. *b* *Apoc. 11. b*

¶ *Quia hæc dicit dominus, etc.*] In manifestius unã ponimus æditionẽ, maxime ubi nulla diuersitas sensuum est. Cæsis in Aegypto Israelitis et Aegyptijs, in quorũ auxilio cõfidebant: reuertuntur in Hierusalem Cyro

CAP. XXXII.

VAe qui descendunt in Aegyptũ ad auxiliũ, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, quia prævalidi nimis, & non sunt confisi super sanctũ Israel, & dñm non requisierunt. Ipse aũt sapiens adduxit malũ, & uerba sua non abstulit, & consurget contra domũ pessimorum, et contra auxiliũ operantiũ iniquitatẽ. Aegyptus homo & non deus, & equi eorũ caro, & nõ spiritus, & dñs inclinauit manũ suã, & corruet auxiliator, & cadet cui prẽstatur auxilium, simulq; omnes consumentur. Quiã hęc dicit dñs ad me, Quõ si rugiat leo & catulus leonis super prædam suã quũ occurrerit ei multitudo pastorũ, à uoce eorũ nõ formidabit, & à multitudine eorũ nõ pauebit: sic descendet dñs exercituũ, ut prælietur super mõtẽ Siõ & super collem eius. Sicut aues uolãtes, sic proteget dñs exercituum Hierusalem: protegens & liberans, transiens & saluans.

HEB. Conuertimini, sicut in profundũ recesseratis filij Israel. In die enim illa abijciet

SEP. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israel. In die enim illa abijciet

regnante captiui. Et per duas similitudines dñi, qui se D
fore adiutorem promiserat, fortitudo monstratur. Sicut leo & catulus leonis esuriens, si cernat ouium gregem, nulla pastorum uoce terretur, & multitudinẽ eorum conscius uirium suarum despicit: sic dñs exercituum præliabitur, nõ contra montẽ Sion & collem eius, sed super montem Sion contra aduersarios illius. Dicamus & aliam comparationem: Quomodo aues ut defendant fœtus suos, nidos superuolant: & siue serpentem, siue hominẽ uiderint, auesq; alias ad pullos suos accedere, oblitę imbecillitatis, rostro pugnant & unguibus, doloremq; pectoris garrula uoce cõgeminant: sic dñs proteget Hierusalem, & liberabit eam transiẽs atq; saluabit. Pro transeunte, in Hebraico פסוח in tribus præter Septuaginta interpretibus ὑπερβαίνων ponitur. Ex quo manifestum est pascha, hoc est, phase domini, non passionem significare, sed transitum. Quod autem dñs in similitudinem auium protector fuerit super Hierusalem, in euangelio ipse testatur: Hierusalem, Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Et in Deuteronomio dicitur de domino, Expandit alas suas & suscepit eos, & portauit eos in humeris suis. *c*

פסח

Matth. 23. b

Deut. 32. b

¶ *Conuertimini sicut, etc.*] Pugnante dño super montem Sion contra aduersarios eius, & protegente eam instar auium, Conuertimini ò filij Israel, Siue ut Symmachus transtulit, Agite pœnitentiã qui profundo consilio atq; peccato à domino recessistis. Si enim hoc feceritis, abijcientes idola aurea atq; argentea, quæ uobis fuerunt in peccatũ, propter quæ urbs uestra capta est: cadet Assur, cuius metu nunc fugitis, non gladio hominũ, nec exercitus robore, sed dei potentia. Significat aũt angelum, à quo CLXXXV milia Assyriorum una nocte delera sunt. Ipse quoq; rex Assyrius fugiet, non hominum gladium, sed iram deiecta ut iuuenes illius atq; robusti, ue

ctigales

A ctigales fiant Medis, de quibus suprà contra Babylonẽ dicitur, Ecce ego suscitabo uobis Medos, & fortitudo Assyrij dñi terrore trãsibit atq; præteriet, oẽsq; principes illius perremiscẽt. Dixit enim dñs atq; pollicitus est: cuius dixisse se cisse est: & q habet ignem in Sion, & caminum in Hierusalẽ: ut aduersarios suos instar stipulæ atq; ligni egrediẽs de Hierusalem flãma cõsumat. Alius hoc quod dicitur, In die illa abijciet uir idola argẽti sui, & reliqua: sic interpretatur, ut post reditũ de captiuitate Babylonia usq; ad aduentũ Christi, nunq; filios Israel idola coluisse testetur: Assyriũ quoq; in præsenti loco significari, non ab angelo, sed à Medis esse superandum: quod uetustissimũ & quõdam potẽs regnũ post offensam
B domini deletũ sit, uictoribusq; seruierit. Nazarẽi locum istum sic intelligunt: O filij Israel, qui cõsilio pessimo dei filium denegastis, reuertimini ad eũ & ad apostolos eius. Si enim hoc feceritis, omnia abiscietis idola quæ uobis prius fuerant in peccatum, & cadet uobis diabolus non uestris uiribus, sed misericordia dei, & iuuenes eius q quõdam pro illo pugnauerant, erunt ecclesiæ uectigales, omnisq; fortitudo & petra illius pertranslibit, philosophi quoq; & omne dogma peruersum ad crucis signum terga conuertent. Domini quippe sententia est, ut hoc fiat, cuius ignis siue lumen est in Sion, & clibanus in Hierusalẽ. Ignis & lumen Hebraice eisdam scribuntur literis אור q si legas אש ignẽ sonat: si אח lucem. Hoc ideo dictũ est, quia pro igne quẽ solus interpretatus est Mulie

HEB. abijciet uir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet Assur in gladio non uiri, & gladius non hominis uorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius uectigales erunt. Et fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius, dixit dominus, cuius ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem.

CAP. XXXII.

ECcẽ cum iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. Et erit uir sicut qui absconditur à uento, & celat se à tempestate: sicut riui aquarum in siti, & umbra petræ prominentis in terra deserta. Non caligabunt oculi uidentium, & aures audientium diligenter auscultabunt. Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum uelociter loquetur & plane. Non uocabitur ultra is qui insipiens est princeps, neque fraudulentus appellabitur magnus. Fatuus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, & loquatur ad dominum fraudulenter, & uacuefaciat animam esurientis, & potum sitienti auferat. Fraudulenti uasa pessima sunt, ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, quum loqueretur pauper iudiciũ. Princeps uero ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit.

Hier. to. 5

SEPT. abijciet uir idola argenti sui, & idola auri sui quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet Assur in gladio non uiri, & gladius non hominis uorabit eum, & fugiet non à facie gladij. Iuuenes eius superabuntur, petra enim circundabuntur quasi uallo, & uincentur: qui autem fugerit, capietur.

Hæc dicit dominus: Beatus qui habet in Sion semen, & domesticos in Hierusalem.

CAP. XXXII

ECce enim rex iustus regnabit, & principes cum iudicio præerunt. Et erit homo occultans sermones suos, & absondetur quasi ab aqua quæ fertur, & apparebit in Sion sicut fluuius currens, inclytus in terra sitienti, & nequaquam erunt confidentes in hominibus, sed aures suas ad audiendum dabunt, & cor infirmorum attendet auditui, & linguæ balbutientium cito discent loqui pacem, & nequaquá dicent stulto ut princeps sit: nec ultra dicent ministri tui, tace. Fatuus enim fatua loquetur, & cor eius uana intelliget ad perficiendam iniquitatem, & loquendum ad dominum errorem, ut dispergat animas esurientes, & animas sitientes uacuas faciat. Consilium enim pessimorum iniqua cogitabit, interficere humiles sermonibus iniquis, & dissipare uerba humilium in iudicio. Pij autem sapientiam cogitarũt, & hoc cõsilium permanet.

Symmachus, Aquila C
& Theodotio lumen trãstulerũt. Quid sibi autem uelit quod in Lxx. legitur: Petra circundabunt quasi uallo & uincent: qui autẽ fugerit, capietur: scire non ualeo. Nisi fortè hoc possumus dicere, q iuuenes regis Assyrij q uincẽdi sunt atq; capiẽdi, ita circundentur petra, hoc est fortitudine dñi, quomodo uallo circundaꝫ ei uitas. Porrò quod sequitur, Beatus q habet semẽ in Sion, & domesticos in Hierusalẽ: sic interpretari possumus, ut dicamus præsentis loci sensui cõuenire, quod exhortet sermo diuinus fugientes in Aegyptũ, reuertiin Hierusalem, & filios, pereare. Cui tãta beatitudo promittit, ut dñi defendatur & protegatur auxilio. & in alio loco de ea scriptum sit: Erit gloria *Agg. 2. b*
domus huius nouissimæ super priorem. D
Quod & ad ecclesiam referri potest, uisionẽ pacis & speculam: de qua scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et alibi, *Psal. 86. a*
Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. In *Ibid. 45. d*
hac enim ignis est & caminus qui deuoret peccatores, & ligna, fœnũ, stipulamq; consumat: siue lumẽ & clibanus, ut iustorũ claritas & peccatorũ pœna monstretur.

CAP. XXXII

Ecce cum iusti. etc.] Iuxta Lxx. interpretes qui dixerũt: Ecce enim rex iustus regnabit, & principes cũ iudicio præerunt: quæ sequunt superioribus copulãda sunt: his uidelicet, in quib. prius capitulũ finitũ est: Beatus q habet semẽ in Siõ, & domesticos in Hierusalẽ. Iuxta Hebraicũ, finita priore prophetia, de his qui in Aegyptum descendebant, nunc alterius uaticinationis exordium

A est de aduentu scilicet Christi & apostolorum eius. Iste enim rex regnabit iuste, nō accipiēs personā in iudicio, & principes illius cū ueritate præerūt, causas nō homines considerātes. Et quicunq; sub eius umbraculo fuerit, sic tutus erit in tribulationib. & angustijs & in mūdi istius tempestate, quomodo qui uentum & turbinē fugiēs, se tuto abscōdit loco, & q purissimos fontes inuenit in deserto, & q in uehementi æstus solis ardore cuncta torrente, sub prominenti saxo requieuerit. Vbi nos diximus, sicut riui aquarū in siti: Lxx. transtulerūt, Et apparebit in Sion quasi fluuius currēs. Verbum ēm Hebraicū, de quo suprà disputauimus, צמא quod dicitur in siti, siue in siccitate & in inuio: Lxx. & Theodotio, in Sion, interpretati sunt: pro צית id est, siti, legētes צית quæ eisdem literis scribitur. Cum ergo Christus regnauerit, & principes eius fuerint in iudicio, nō

B caligabunt oculi credentium, & aures audientiū diligenter attendent, quæ prius surdæ erant: & cor quondam stultorum intelliget scientiam, & lingua balbutiēntium atq; mutorum quæ Christum sonare non poterat, pleno apertoq; sermone dominum confitebitur. Non uocabitur ultra is qui stultus est princeps. Stultam enim fecit deus sapiētiam huius seculi. Neq; fraudulentus doctor atq; peruersus, appellabitur magnus in populis: scribæ

Matt. 23.b tudelicet & pharisei, quibus dominus loquebat: Stulti & cæci, quid maius est, aurū an templum quod sanctificat aurum? Fatuus enim fatua loquetur: pro quo in Hebraico scriptum est מי נבל נבלה ידבר Hoc diximus, ut

1 Reg. 15.d uerba Abigail exponamus, dicentis de Nabal Carmelio: secundum nomen suum insipiens est. Verè enim fatuus fatua loquetur, & cor eius perficiet iniquitatē, qui ibi timuit ubi nō erat timor, & abutebatur stultitia pro

Ioan. 5.b sapientia, dicens: Hic si ex deo esset, non solueret sabbatum. Quod usq; hodie facit magister synagogarum, ut perficiat simulationem, pro qua in Hebraico scribitur חנפה id est ὑπόκρισις. Vnde sæpius ad pharisæos dicit:

Matt. 25.c Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ. Et loquitur (in-

Ibid. 22.b quit) ad dōm fraudulēter, Magister, scimus quia ex deo es, & quod ad te nō pertinet de hominibus, licet cēsum dare Cæsari, an nō? Qui uacuefaciūt animas esurientis populi, & potum auferūt sitientibus turbis, nec ipsi intrantes, nec alios intrare patētes. Fraudulenti enim doctoris & principis, oīna uasa & arma sunt pessima, qui cōcinnat dolos ad perdēdos simplices in sermone men-

Ioan. 7.g dacij, dicens ad deceptum populum: Scrutare & uide, quoniam propheta de Galilæa nō surget. Cum loque-

2 Cor. 8.b retur ad eos pauper iudicium, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est. Verè enim iudiciū eis Christus

Ioan. 10.g & iustitiam loquebatur, dicens: Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & mihi nō uultis credere, operibus credite. Iste pauper qui loquit iu- C
diciū, princeps & dns: ea quæ principe digna sunt cogitauit, dicens: Non ueni nisi ad oues perditas domus Is- Matt. 15.c
rael. Et sollicitus erit pro infidelibus, saluare cupiēs nō
credētes, & stabit super duces suos apostolos, quorū ad Psal. 54.c
unū loquitur: Tu aūt homo unanimis dux meus & notus meus. Hæc iuxta Hebraicū, à quo Lxx. nō solum uerbis, sed & sensibus in pleriscq; discordāt. Cum enim rex iustus regnauerit, & principes illius imperauerint cum iudicio, erit homo abscōdens sermones suos, homo q per naturā deus est, & abscondet sermones suos, loquēs eis in parabolis. Abscōdet aūt Mat. 20.21
quasi ab aqua curren- 23.24.25
te, à populo scilicet Iudæorum, qui instar aquæ pro magistrorū uoluntate huc illucq; fertur & trahitur. Qui homo abscondens apud incredulos sermones suos, apparebit in Sion, hoc est, in ecclesia, quasi fluuius inclytus, & decurrens D
in terra sitiēti. Apparebit enim gentiū populo, qui prius ueritatis patiebatur sitim, & rigabit arua sitientia fluuius dei: de quo scriptum est: Fluminis impe- Psal. 45.d
tus lætificat ciuitatē dei. Et in alio loco: Flumē dei repletum est aquis. Ipse enim loquitur in Euangelio: Qui sitit, ueniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Tunc nequaquā habebunt fiduciam in magistris, sed præbebunt aures suas ad audiendum dominum, & tam corde q̄ lingua pacem domini fatebuntur, deserentes stultos principes, & ministros eorū, qui credentibus in lesum imperabant silentiū. Quæ sequūtur, eundē propè sensum quem & Hebraicum continent, & possunt hæreticis coaptari. Hi enim loquuntur contra dominū mendacium, & peruertūt animas esurientes atq; sitientes, & uacuas abire faciūt, ut etiam si quid naturaliter boni habeant, magistrorū amittant uitio, quorum omne consilium est, ut perdāt humiles iniquis sermonibus, & dissipent uerba humilium in iudicio. In quo pariter annotandum, q̄ qui ab eis decipi potest, humilis sit, & terræ cohærens. a ¶ *Mulieres opulentæ surgite, etc. tenebræ & palpatio, etc.*] Pro tenebris & palpatione, quę factæ sunt super spelucas usq; in sempiternū: Septuaginta transtulerūt ἡ σκότωσις αὐτῶν σπήλαια ἕως τοῦ αἰῶνος, id est, & erunt uillæ tuæ spelunca usq; in æternum. quod in Hebraico dicitur מחי & עיטל quas Hebræi duas turres in Hierusalem fuisse arbitrātur, excelsas atq; firmissimas, quæ his appellantur nominibus. Quarum prior interpretatur tenebræ siue nubilum, quod usq; ad nubes erigeret caput. Altera probamentū & firmitas: siue ut Symmachus uertit, inquisitio: eo quod in contemplando culmine eius oculi fallerentur. In fine quoq; capituli ita interpretati sunt: Beati qui seminant super omnē aquā, ubi bos & asinus calcant. Post uocationem gentium, quando

A quando Christus rex imperauerit cū iustitia, & principes eius, apli & aplici uiri præsuerint credentib. cū iudicio: diriget sermo propheticus ad mulieres opulentas, quas uel urbes Iudææ, uel synagogas illius tēporis: uel ut plericq; arbitrant, matronas diuitū quōdā populi Iudæorū debemus accipere, quibus quasi iacentib. dicit post ruinā: Surgite: & nihilominus appellant filiæ cōfidentes, siue sperātes: præcipitur q̄ eis ut audiāt sermones dñi, & recordent dierū & annō: de quo in consequentibus dicturi sumus, ipsum saluatorē Luc. 4.c dicentē: Spiritus dñi super me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionē, & cæcis uisum, uocare annū dñi acceptabilē: & ipsa recordatio fiat eis iuxta Lxx. in dolorē cum spe: ut plangāt se dūm denegasse, & spem habeāt salutis, si egerint pœnitentiā. Dicit enim uindemiā consummatā, & post ultimā uastitatem quæ sub Vespasiano & Tito Hadrianoq; accidit, nequaq̄ aliam captiuitatē esse uenturā, nec remāsuros botros in populis, qui deinceps colligēdi sint. Vñ pro- uocantur ad planctū, & iubent nudare pectora & accin- Hier. 2.d gere lumbos suos, eo q̄ regio quondā desiderabilis & uinea fertilis, de qua scriptū est: Ego plantaui te uineam fructiferā, totā uerā, quomodo cōuersa es in amaritudinem uitis alienæ: Romano uastante deleta sit. Super humū (inquit) populi mei, spinæ & uepres siue fœnū ascendet. Et est sensus: Si terrā Iudææ, quæ repromissionis terra est, spinæ repleuerūt & uepres, quanto magis alias ci- B uitates quæ plenæ sunt gaudio, & quæ illud euangelicū Luc. 6.d consequentur: Væ qui gauderis nunc, quoniā plorabitis? Domus enim, id est, templū meum dimissum est, di- Ioan. 14.d cente me ad apostolos: Surgite, abeamus hinc: & ad in- Luc. 13.g credulos: Relinquet uobis domus uestra deserta. Adyta templi, & secreta mysteria, palpabiles tenebræ possederunt, & facta sunt nequaq̄ cellaria uasorum domini, sed spelunca usq; in sempiternū. Audierant enim à do- Mat. 21.b mino saluatore: Domus patris mei, domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam speluncam latronū. Gaudium (inquit) onagrorū, pascua gregū. Quod uel iuxta literam intelligendū est, eo quòd deserta sint omnia. Vel spiritualiter, q̄ expulso Israele, feri homines & dei notitiā non habentes, habitent in Iudæa. Et hoc fiat donec effundatur super nos spiritus de excelso: quem Ioan. 16.b dicēs: Ecce ego uado, & mittam uobis paracletum spiritum ueritatis. Et rursum: Donec accipiatis de excelso Supra 29.f uirtutē. Quodq̄ suprà dixerat: Adhuc modicū, & erit Libanus in Charmel, & Charmel in saltū reputabitur, & audiēt in die illa surdi uerba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum uidebunt. Nunc aliis uerbis idipsum repetit, quòd solitudo gentiū uertatur in diuitias Israel, & Israel reputetur in gentes, quo tempore habita Ioan. 7.d uerit in deserto iudicium, dominus atq; saluator, cui pascet, de qua suprà dictum est: Et erit in Charmel requie quod iudiciū atq; iustitia habitet in deserto, & requie- Phil. 4.b scat in Charmel, qui prius appellabatur desertū. Opus quoq; iustitiæ erit pax, quæ iuxta Apostolum, omnem sensum exuperat. Et cultus iustitiæ silentiū, ut non multiloquio Iudæorum, sed breuitate fidei adorent dominum, & securi æterna pace requiescant, & in tabernaculis eorū sint diuitiæ: de quibus Apostolus loquebatur:

CAP. XXXIII.

VAe qui uos miseros faciunt, uos enim nemo facit miseros. Et qui reprobant uos, uos non reprobant: capientur reprobantes & tradentur, & quasi tinea in uestimento, sic superabuntur. Domine miserere

VAe qui prædaris, nónne & ipse prædaberis? & qui spernis, nónne et ipse sperneris? Cum cōsummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Dominē miserere

Gratias ago deo meo per Iesum Christū, qm̄ in omnib. C
diuites facti estis in eo, in omni uerbo & in omni scien- 1. Cor. 1.d
tia. Cum aūt populus Christianus sederit, uel habitauerit in pulchritudine: siue ut Lxx. transtulerunt, ἐν πολλῇ εἰρήνῃ. i. in ciuitate pacis: haud dubiū quin in ecclesia, tūc grādo atq; tempestas et dñi ira desęuiēs descendēt in saltū: de quo suprà dictū est: Et Charmel in saltum reputabit & humiliabit ciuitas Hierusalem. & iuxta aliā scripturā de terra loquet. Quæ cū ita se habeāt, & didicerimus uaticinio, pphetali, quāta bona eccla possessura sit, & quāta mala passura sit Hierusalē: Beati estis apli, cæteriq; doctores, qui seminatis super oēs aquas scripturæ sanctæ, in quibus calcat bos & asinus. Bos mundū animal, propter electionē patrū: asinus immūdus, propter idololatriā quondā gentilū, ut & de circūcisione & de præputio ecclesia dñi congregēt. Quod suprà iuxta Lxx. dicitur, ἐπὶ γῆν ἀλλοτρίαν μου ἀκάνθα καὶ χόρτος ἀναβήσεται. id est, super terrā populi mei spinæ & fœnū ascēdet: referri potest & ad hæreticos, & ad simplices quoscq; credentiū, q nō ita scripturā intelligūt sanctā, ut illius conueniat maiestati. Vnde singula singulis coaptauimus, ut terra populi dei, hæreticis spinas, imperitis quibusq; ecclesię fœnum afferat.

CAP. XXXIII

VAe qui prædaris, etc.] De apostolis dixerat, & de ecclesiarū magistris: Beati q seminant super omnē aquā, ubi bos & asinus calcāt: nūc ad persecutores eorū male dictionē dirigit, imò aduersum principē eorū, qui cor- D
da possidet impiorum, q̄ quicquid fecerint, recipiāt: & præsens potentia, futurorū sit materia tormentorū. Vnde iuxta Lxx. dicit: Væ eis qui uos miseros faciunt, uos enim nemo facit miseros. Et est sensus: Quantum in illis est, quando persequūtur uos, & uarijs affligunt cruciatibus, interfectos atq; cruciatos miseros arbitrant. Sed nullus uos potest facere miseros: nō enim habēt in anima potestatem, sed in corpore. Et qui reprobat uos, nō uos reprobat, sed eū qui uos misit. Iuxta illud quod sal uator discipulis loquitur: Qui uos reprobat, me repro- Luc. 10.c
bat, & qui me reprobat, reprobat eum qui me misit. Capientur igitur persecutores, & æternis tradentur ardoribus. Et quomodo tinea uestimentū, ita illos iugis flāma consumet. Quod & in fine huius prophetiæ scribit: Vermis eorum non morietur, & ignis eorū non extinguetur. b ¶ *Domine miserere nostri, etc.*] Hebræi capitulū superius in quo legitur, Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis: & reliqua usq; ad finē contra Sennacherib regem Assyriorum dictum putāt, quod postquam decem tribuum quæ appellabantur Israel, subuerterit ciuitates, & excepta Hierusalem, Iudæ quoq; urbes ceperit, ipse superetur: & percutiēte angelo, eius deleatur exercitus. Vnde nūc ex persona populi gratias referentis deo, atq; dicēntis: Domine miserere nostri, te expectauimus: hæc dicta cōtendunt, quæ præsenti capitulo continentur, quod ipse brachiū fuerit & robur populi obsidione uallati in tempore matutino, & salus in necessitate & angustia. A uoce enim angeli, quem Symmachus ita ut in Hebræo scriptū est, transtulit הומין quem Hebræi Gabrielem autumant, & habere etymologiam populi, fugit Assyrius, & ab exaltatione dei, gentes quę cum eo erant, huc illucq; dispersæ sunt. Quibus fugientibus, spolia congregata sunt à Iudæis, sicut solet bruchi & locustarū colligi multitudo, cum in fossas coacer-

A uatæ fuerint, in quorũ uictoria magnificatus est dñs, & Sion impleta iudicio & iustitia, & fides obsessi populi cõprobata, omnesq; diuitias in sapiẽtia habuerũt, & scientia dei & timore dñi, qui solus eorum thesaurus fuit. Hæc illi iuxta historiã dixerint, omni ratione nitentes Christi & apostolorũ eius subuertere sacramenta. Nos autẽ post beatitudinem apostolorum, de quibus supra dictum est: Beati qui seminãt super omnem aquam, ubi bos & asinus calcant, & lamentationem & planctum eorum qui eos persecuti sunt: de quibus in consequentibus dicitur, Væ qui miseros uos faciunt, uos autem nemo facit miseros, & sicut tinea in uestimento, sic atterentur: ex persona eorundem apostolorũ, omniumq; credentiũ hæc dicta conuincimus. Et est sensus: Domine, in tuo speraui-mus auxilio, & in te confidimus: semẽ incredulorum perijt in æternum, & salus nostra in tempore tribu-

B lationis apparuit. Te enim præbente auxilium, omnis gentium multitudo dissipata est, & prædę atq; illusioni uictorib. fuit. Et hoc factum est, quia sanctus dominus habitat in excelsis, & repleta est Sion iudicio & iustitia, de qua suprà scriptũ est: Requiescet in deserto iudicium & iustitia. Ipsa est ergo Sion, quæ prius est appellata desertum: & quicunq; habitauerit in ea, tradetur ei lex euangelij, in cuius thesauro salus nostra est, & sapientia credentium, & disciplina & pietas siue fides, quæ proprie Christianorum est, & timor domini, in quo thesauri sapientiæ continentur. a ¶ *Ecce uidentes, etc.*] Verbum Hebraicum אראלם pro quo Aquila & Symmachus & Theodotio interpretati sunt, apparebo eis: extremam syllabam diuidentes, & legentes אר אלם Hebræi significare angelos arbitrantur, & esse propheriam post uocationem gentium, & diuinas ecclesiæ, de subuersione templi, quod flebunt angeli, nequaquam intus habitantes, sed exeuntes foras: & qui prius nuncij pacis erant, flebunt amarè. Siue ipsi apostoli qui missi fuerant ut pacem nunciarent Hierũ-

Luc. 19.f salem, ad quam dominus loquebatur: Si scires etiam tu ea quæ ad pacem sunt tibi: quibus apparuit dominus, ut eos suo confortaret aspectu: flebunt Hierusalem, quia non receperit prædicationem suam, eo quod dissipatæ sunt uiæ, & cessauerit transiens per semitã iu-

Tren. 1.b stam: iuxta illud quod in Hieremiæ lamẽtationibus di-

Gen. 15.b citur: Viæ Sion lugent, eo q; nõ sint qui ueniãt ad solen-

Ø 22.c nitatem. Irritũ quoq; factum est pactũ cum Abraham, Isaac, & Iacob. Proiecit ciuitates Iudææ, nõ reputauit homines qui sub uitio iumẽta esse uoluerũt. Luxit & elanguit terra pro his qui morabant in terra. Confusus est Libanus & obsorduit, haud dubiũ quin templũ significet, de quo in Zacharia legimus: Aperi Libane portas tuas, ut deuoret ignis cedros tuas. Siue Hierusalem, quæ in Ezechiel Libanus appellatur, dicente prophe-

Zach. 11.d

Ezech. 17.d ta: Aquila magnarum alarum, quæ habet ductum intrandi in Libanum: quod postea interpretans sermo diuinus: Cum (inquit) uenerit Nabuchodonosor in Hierusalem: perspicue Aquilam regem Babylonium, & Libanum Hierusalem edisserens. Factus est Saron sicut desertum, & concussa est Basan & Carmelus. Pro Basan Lxx. Galilæam trãstulerunt, prouinciã pro uno loco prouinciæ. Saron autem omnis iuxta Ioppẽ Liddãq; appellatur regio, in qua latissimi campi, fertilesq; tenduntur. Basan quoque regio

D trans Iordanem est, quam duę & dimidia tribus possederunt, & quæ interpretatur uberrima & pinguis: & Carmelus, de quo suprà diximus. Loca igitur Iudææ quõdam fertilia uertẽtur in scitudinẽ, per quæ μεταφορικῶς ostendi-

Deut. 3.d

HEB. Auditè q longe estis quæ fecerim, & cognoscite uici

SEP. Audient qui longe sunt quæ fecerũt, scient qui appro-

tur, omnis opulentia Iudæorum egestate & penuria esse commutanda. Quia igitur apostolorum sermonem recipere noluerunt, confusus est Libanus, & Saron uersus est in solitudinẽ, & Basan Carmelusq; cõcussi sunt: propterea dominus uel de nimia patientia, uel ab inferis resurrecturũ esse se dicit, & exaltandum in gẽtibus, & subleuandum in cruce. Et ad ipsos Iudæos apostropham facit: concipitis ardorem, & parietis stipulam, et spiritus uester uobis conflabit incendiũ, ut conceptum & partum uorax flamma consumat. Et erũt (inquit) populi Iudæorum quasi de incendio cinis, infelicitatis magnitudinẽ fauillæ reliquijs demonstrantes. Spinæ enim eorum quæ peccatorum multitudine congregatæ sunt, incendio uorabuntur. Quod plerique ad extremam captiuitatem & subuersionem referunt Hierusalem. Alij plenius atque perfectius iudicij tempore futurum esse confirmant. b ¶ *Audite qui longe, etc.*] Quoniam dissipatæ sunt uiæ, cessauit transiens per semitas: irritum factum est pactum cum populo Iudęorum: proiecit deus ciuitates eorum, non reputauit eos inter homines. Propterea uos qui longe estis audite quæ fecerim, & appropinquate ut cognoscatis fortitudinem meam. Conterriti sunt, siue recesserunt qui erant in Sion peccatores uel impij

A impij, & tremor possedit hypocritas, quib. dñs in euangelio loquebat: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ. Quis poterit habitare de uobis cũ eo qui ignis est deuorãs? Quis habitabit cũ ardoribꝰ sempiternis? Siue iuxta Lxx. Quis uobis annũciauit, qa ignis ardet æternus: quẽ præparauit deus diabolo & angelis eius? Quis igit poterit habitare cũ deo, uel annũciare uẽtura supplicia? Omnis qui huiusce modi est, qualẽ propheticus sermo describit, q ambulat in plurib iustitijs: & non semel, sed semper iustitias diligit, nec una uice, sed iugiter loquit ueritates: qui proijcit auaritiam, quę est mater calũniæ. Nisi enim cum alterius dãno & malo, pecuniæ alterius nõ coaceruant. Et excutit manus suas ab

B omni munere. Munera quippe excæcãt oculos, etiã sapiẽtium. Qui obturas aures suas, ne audiat iudiciũ sanguinis. Omnis iniquitas & oppressio & iniustitia, iudiciũ sanguinis est, & licet gladio nõ occidat, uoluntate tamẽ interficit. Et claudit oculos suos, ne uideat malũ. Felix conscientia, quæ nõ audit nec aspicit malũ. Qui igit talis est, ipse habitabit in excelsis, hoc est, in regno cœlorum, siue in excelsa spelũca petræ fortissimæ, in Christo Iesu: quę petra Israel populum sequebat, ut biberet de ea, & illius fortitudine protegeret. Panis ei dabit, & aquę eius fideles sunt, quæ gentiliũ fabulæ, in ambrosia & nectare intelligunt. Nos aũt panes & aquas fidelissimas, legẽ dei interpretabimur. Qui igitur talis est, regẽ Christum in sua claritate cõspiciet,

Matt. 25.e

HEB. uicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? Quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitijs, & loquitur ueritates: qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne uideat malum: iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regẽ in decore suo uidebunt oculi eius, cernent terrã de longe. Cor tuum meditabitur timorem. Vbi est scriba? ubi legis uerba ponderans? ubi doctor paruulorum? Populum impudentem nõ uidebis, populum alti sermonis, ita ut nõ possis intellegere disertitudinẽ linguæ eius, in quo nulla est sapientia. Respice Siõn ciuitatem solennitatis nostræ, oculi tui uidebũt Hierusalem, habitationẽ opulentam, tabernaculũ quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia solũmodo ibi magnificus est dñs noster. Locus fluuiorũ riui latissimi, & patentes, non transibit per eum nauis remigũ, neq; triremis magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, dominus ipse

Suprà 32.c de quo suprà dicitur: Ecce rex iustus regnabit, & princi-

SEP. appropinquant fortitudinem meam. Recesserunt qui erant in Sion iniqui, apprehendet tremor impios. Quis annunciabit uobis, quoniam ignis ardet? Quis annunciabit uobis locum æternum? Qui ambulat in iustitia, & loquitur rectam uiam, & odit impietatem & iniquitatem, & manus excutit à muneribus, & obturat aures, ut non audiat iudicium sanguinis, & claudit oculos, ne uideat iniquitatem: iste habitabit in excelsa spelunca petræ fortissimæ. Panis ei dabitur, & aqua eius fidelis, regem cum gloria uidebunt, oculi uestri uidebũt terram de longe, anima uestra meditabitur timorẽ. Vbi sunt grammatici? ubi consiliatores? ubi est qui numerat eos qui nutriunt? & parum & magnum populum, cui non dedit consilium, neq; sciebat profundam uocem illius, ita ut non audiret populus contemptus, & non est audienti intelligentia. Ecce Sion ciuitas, salutare nostrum, oculi tui uidebũt Hierusalem, ciuitas diues, tabernacula quæ non mouebuntur, nec auferentur paxilli tabernaculi eius in sempiternum, & funiculi eius non diripientur: quia nomen magnum domini uobis, locus uester erit, flumina & riui latissimi & spacioſi, non ingredietur per eam nauis agitata remigio: deus enim meus magnus est, non transibit me dñs iudex noster, dñs princeps noster, dñs rex noster, dñs ipse

& populum impudentem non uidebis: & qui antea audi-

pes in iudicio præ- C
runt. Et oculi eius uidebũt terrã de longe, quã multo tẽpore desiderauerãt, terrã mitiũ & mansuetorũ, de qua in Euãgelio scriptum est: Beati mites, qm̃ ipsi possidebunt terrã. Matt. 5.d Siue in cœlo positi, terrena despiciẽt. Cor tuũ meditabitur timorem, ut cum omnia fueris cõsecutus, dicas cum Apostolo: Qui non sum dignus uocari apostolus, qm̃ persecutus sum ecclesiam dei. 1 Cor. 15.b Principium enim sapientiæ timor domini. Vbi est scriba? ubi legis uerba põderans? ubi doctor paruulorũ? ubi sunt, inquit, scribæ & pharisæi, q legis uerba truti nantes, infelicem populum decipiebant? quos nunc paruulos scriptura cognominat, paruulos sensu, paruulos intelligentia. Cum autem oculi credentis, regẽ in sua D
maiestate conspexerint, & cor eius meditatũ fuerit timorẽ, tũc impudentẽ populum nõ uidebit: populum Iudæorũ siue philosophorum & oratorum mundi, qui applaudunt sibi in eruditione & eloquẽtia seculari: de quibus nũc ait, Populũ alti sermonis ita ut nõ possis intellegere disertitudinẽ linguæ eius, quorũ omnis ornatus in uerbis est: qui habẽt folia tantum umbramq; sermonũ, & fructum nõ possidẽt ueritatis. Deniq; sequitur, In quo nulla est sapientia: de quibus & alio loco dicitur: Perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentiũ reprobabo. Cur eq quia stultam fecit deus sapientiam huius 1 Cor. 1.c
seculi. a ¶ *Respice Sion ciuitatem solennitat. etc.*] O iuste, cui suprà dictum est, Cor tuum meditabitur timorẽ,

A dieras, regem in decore suo uidebũt oculi tui, contẽplare Sion urbẽ solẽnitatis nostræ: uide ecclesiam Christi, in qua est uera solẽnitas, oculi tui cernẽt uisionẽ pacis, & diuitias insperatas, quas oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, & tabernaculũ quod nequaq̃ transferri poterit. Prius eñ tabernaculũ quod habuit populus Iudæorum, trãslatũ est atq̃ sublatum, nec mouebunt̃ claui eius in sempiternũ, & oẽs funiculi eius firmi erunt, ita ut dñs habitet in eo, q̃ locus est omnium fluuiorũ riuorumq̃ currentiũ, per quos nullus aduersæ partis poterit nauigare, neque trieris magna, quæ interpretatur diabolus, eum transgredi poterit: quia dñs ipse est iudex & princeps & rex & saluator noster, & illo protegente nullius metuemus insidias. Hæc dicta sunt de Siõ urbe solennitatis nostræ, & de Hierusalem habitatione ditissima quam ipse dominus fluuijs suis circundabit atq̃ uallabit. Nũc autem ad terrenam loquitur Hierusalem, q̃ laxati sint funiculi tabernaculi eius, & tentorium sustinere non quiuerint, & malus eius in quo pulcherrima quondã uela pendebant, rupus funibus ceciderit, ut non solum ad nauigationem, sed ad signum quoq̃ inutilis sit. Postquam autem nauis eorum fuerit dissoluta, & tabernaculum dissipatum, ita ut in utramq̃ partem funiculi disrumpantur, præda uictoribus diuidetur, qui tam imbecilli erunt proprijs uiribus, ut claudi appellentur, & nihilominus dei ira tribuente eis fortitudinem, nullam infirmitatem sentient: nec dicent, laboraui. Qui enim fuerit inter eos, auferetur ab eo iniquitas atq̃ peccatum, quia dei exequutus est uoluntatem.

CAP. XXXIIII

Accedite gentes, & audite, etc.] Post euersionem Hierusalem, & naufragium quondam solidissimæ nauis, prædamq̃ omnis supellectilis illius de interitu omniũ dicitur nationum, & de consummatione mundi, quæ est in die futura iudicij. Vnde omnes gentes & populi terræ, & plenitudo eius, orbis & cuncta genimina eius, tam quæ habitantur loca, quàm quę inhabitabilia sunt nimietate frigoris & caloris, iubentur audire, & quæ uentura sunt cum omni mentis tremore cognoscere. Indignatio enim domini nequaquam super unam gentem Iudæam & Assyrios atque Chaldæos, Ægyptios, Moabitas & Ammonitas & Philistæos: sed & contra omnes gentes, & super uniuersam militiam: siue ut Septuaginta transtulerũt, *ἀριθμὸν αὐτῶν*, id est numerum earum, uentura describitur, quæ interficiat eas, & fœtorem corporũ putrescentiũ, in altũ ascẽdere faciat, significans peccata omniũ nationũ, ita ut sanie earũ & sputritia ac sanguine montes repleant̃: sublimes uoq̃ uirtutes & angeli qui singulis generib. præsidebant, & tabescat omnis militia uel fortitudo cœlorũ, replicẽtur, siue complicent̃ cœli sicut liber, & omnis militia & exercitus eorũ: atq̃ ut Lxx transtulerunt, *καὶ ἔσται πεσοῦνται ὡς φύλλα*, id est, & stellæ defluent in similitudinem foliorũ, quæ appropinquãte frigore, arentia atq̃ contracta de uinea & ficu defluunt. Quod quidem & saluator loquitur in Euangelio: Stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum mouebuntur: & tunc apparebit signum filij hominis in cœlo. Et hoc considerãdum quod non dicat interire cœlos, sed replicari siue complicari quasi librum, ut postquam omnia peccata aperta fuerint & relecta, complicentur qui prius aperti fuerant, ut nequaquam ultra scribantur in eis delicta multorum. De huiusmodi libris & Daniel in suo uolumine loquitur: Iudicium sedit, & libri aperti sunt, in quibus descripta erant opera singulorũ. Stellas autem cadere pleriq̃ arbitrantur, iuxta Apocalypsim Ioannis, & illud quod alibi scriptum est: Stellæ uniuersæ ardentes soluentur, & cœlum ac terra transibunt: Præterit enim figura huius mundi. Quidam de his stellis dici putant, quæ in cœlo rutilant, ut in parte monstretur & totum, quod scilicet per stellarum ruinam etiam cœlorum interitus ostendatur. Alij uero has stellas putant esse ruituras, de quibus & Paulus apostolus scribit: Nõ est nobis certamen aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus rectores tenebrarum istarum, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Nec mirum si dæmones qui in aere habitant, dicantur esse cœlestes: quum etiam uolucres cœli, quæ utiq̃ non in cœlo, sed in aere uolitant, scriptura cognominet. Nam & satanas transfiguratur in angelum lucis, stellam se esse simulans. Et saluator uidit eum quasi fulgur de cœlo cadentem. Et tropologicè de eo quasi de stella magna dicitur: Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur? Hæc uniuersa fient, quia inebriatus est in cœlo gladius eius, pœna atq̃ sententia & ultio in peccatores, quę proferẽt à domino. Qui gladius & machæra, in Ezechiel cõtra impios exacuitur, ac plurimis interfectis uaginã suam iubetur intrare. Cumq̃ inebriatus fuerit & repletus in cœlo, hoc est, in aere, qui consuetudine scripturarũ cœlum dicitur: tunc ad Idumæam quoq̃, id est, ad terrena descendet: ut post pœnã dæmonum

HEB. ipse saluabit uos. Laxati sunt funiculi tui, et nõ prę ualebũt. Sic erit malus tuus, ut dilatare signũ nequeas, tunc diuident̃ spolia prædarum multarũ, claudi diripient rapinam. Nec dicet uicinus, elangui: populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

SEP. ipse saluabit nos. Disrupti sunt funiculi tui, quia nõ prævaluerũt: malus tuus inclinatus est ut dimittat uela, nõ eleuabit signum donec tradat̃ in uanitatẽ. Multi igitur claudi prędas facient, & nõ dicent laborabo, populus qui habitat in eis, dimittetur eis delictum.

B

C

D

Mat. 24.c

Apoc. 6.d

& 8.c

2 Pet. 3.c

1. Cor. 7.f

Eph. 6.b

2 Cor. 11.c

Luc. 10.c

Tropol.

Esaiæ 14.c

Ezec. 21.b

A dæmonũ, etiã hominũ animæ iudicent̃. Idumæa quippe in lingua nostra, terrenam sonat. Repletus q̃ est sanguine, & incrassatus adipe agnorũ & hircorũ, medulla torũq̃ arietũ atq̃ taurorũ, ut & principes & populũ pariter significet puniendos. Victima enim dñi in Bosra, & interfectio magna in terra Edõ. de qua Bosra & Idumæa, etiã in cõsequentibus idẽ propheta testatur, dicens, Quis est iste qui uenit de Edom, rubra uestimẽta eius de Bosra? Et nõnulli existimãt, quia Bosor caro dicitur, per uictimã dñi in Bosra, tormenta omniũ in carne mõstrari, qui pio labunt̃ errore. In præsenti eñ loco nõ per ש literã, quæ in בָּשָׂר hoc est, in carne, ponitur: sed per ץ scribitur, & בָּצְרָה appellat̃: quæ iuxta Iesum & Hieremiã nõ in Edõ, id est, Idumæa, sed in terra Moab inuenit̃. Bosra autẽ in lingua nostra munitã sonat atq̃ circũdatã siue firmatã, ut orbẽ terrarũ dñi uoluntate doceat esse solidatũ: iuxta illud quod in Psalmo canit̃: Ipse super maria fundauit eũ, & super flumina colloca-uit illum: & de firmitate terræ ex persona dei dicit̃: Ego firmaui columnas eius. Quũq̃ uictima domini fuerit in Bosra, & interfectio eius in Idumæa, descẽdunt unicornes cum tauris potentibus, reges uidelicet & principes terræ, & omnia interfectionis & sanguinis repleb-untur, & adipe quondam diuitum ac potentum. Per quæ uerba iuxta humanã consuetudinẽ, terrorem audientibus incutientia, in omnes principes ac potẽtes, populosq̃ ac paruos tormenta monstrantur. Bosra, id est, munitã atq̃ firmatam, & Edom siue Duma & Idumæam, Iudæorũ magistri Romã intelligi uolunt, & omnia de ipsa dici quæ sequenti capitulo continentur.

a ¶ *Quia dies, etc.*] Hebræi (ut suprà diximus) hæc de Romano imperio prophetata contendunt, & in ultionem Sion uastitatẽ quondã regni potentissimi prædicari: quod iuxta literã pleriq̃ nostrorũ etiam in Apocalypsi Ioannis scriptũ putant. Nos autem ex eo quod dicitur, dies ultionis domini, annus retributionũ iudicij Sion: hunc arbitramur annũ, de quo loquitur ipse saluator: Spiritus domini super me, eo q̃ unxit me, euãgelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis ut uideant: uocare annũ domini acceptabilẽ, & diem retributionis deo nostro, consolari omnes lugentes, & dare plangentibus Sion gloriam: & de quo suprà dictũ est, Mulieres opulentæ surgite, & dierũ anni recordamini in dolore cum spe: ac per hoc post generalẽ totius orbis cõsummationẽ reuerti scriptũrã ad Hierusalẽ, cui illo tẽpore loquebat̃: & uastitatẽ eius pleno sermõe describi, q̃ scilicet postq̃ tẽpus Romanæ obsidionis aduenerit, pice & sulphure & flãmis ardentibus omnia cõpleant̃, & fumus illius maneat in æternũ, habitentq̃ ibi onocrotalus & hericius & ibis & coruus, quæ animantia in desertis locis habitare cõsueuerũt: & hoc fiat, quia funiculus dñi atq̃ perpẽdiculũ, id est, sentẽtia illius nõ ualeat immutari. Nobiles eius, id est, apti atq̃ credẽtes non erunt ibi, nec pditorũ numero conjungent̃, sed regẽ potius Christũ inuocabũt. Omnes aũt principes illius, scribæ ut delicet & pharisęi, redigẽtur in nihili, & in domib. quondã ornatissimis spinę & urticæ & paliurus orient̃. Eritq̃ cubile draconũ & pascua struthionũ, quæ & ipsa signa sunt extremæ solitudinis: & occurrẽt sibi in ea, iuxta Lxx. diuersa dæmonũ phantasmata: siue ut omnes alij iuxta Hebraicum transtulerunt אִיִּים & עִיִּים onocentauri & pilosi & lamia, quæ gẽtilũ fabulæ & poetarum figmẽta describũt. Hericium quoq̃ ibi enutrire catulos et stationẽ habere fidissimã, illuc cõgregari miluos, rapacissimã auẽ quæ Hebraicè appellatur דַּיָּה siue ut Lxx. transtulerũt, cernuos: de quib. infrà dicemus. Inter quæ, ppheta loquit̃ audiẽtibus: O homines qui me auditis loquentẽ, quæ uẽturа, pnuncio, rebus omnia cõplebunt̃. In libro eñ scripta sunt dñi, & illius sentẽtia, & ne unũ quidẽ irritũ erit. Nã qđ de meo ore, pcedit, ille mãdauit: id est, ego quidẽ loquor, sed uerba sunt dñi, & spiritu illius quicquid dictũ est ppetrabit̃: Ipsius decreto atq̃ mẽsura singula complebunt̃, & usq̃ in generationes sempiternas suũ ordinẽ nõ relinquẽt. Hæc iuxta Hebraicũ & explanationẽ historicã dicta sint. Cæterũ qui tropologiã sequunt̃, expulso populo Iudęorũ sub bestiarũ & portentorũ nominibus, idololatras & uarijs superstitionib. seruientes in Hierusalẽ habitaturos esse cõfirmãt, & hos esse onocrotalos & hericios, ibin & coruũ, dracones & struthiones & onocẽtauros & dæmonia & pilosos & lamiã, quæ Hebraicè dicit̃ לִילִית & à solo Symmacho trãslata est lamia, quã qdã Hebręorũ ἑρμηνεύ. i. furiã suspicãt̃. Et reuera si cõsideremus de diuersis gẽtib. adductas Hierusalẽ colonias, & iuxta ritũ, puinciarũ suarũ, singulas familias, pprioręs dęmonũ coluisse portẽta: hęc omnia in Hierusalẽ habitasse firmabimus. Quodq̃ Lxx. trãstulerũt, Ibi obuiauerũt sibi cerui & uiderũt facies suas, numero trãlierũt, unus ex ipsis nõ perijt, nec quæsiuit alterũ: Dñs enim præcepit eis, & spiritus eius cõgregauit eos, & ipse dedit eis sortes, & manus illius diuidet eis, ut pascãt in sempiternũ, & possidẽãt in generatiõe generationũ, & requiescãt in ea: Sic allegoricè interpretabimur, ut doceamus ceruos. i. apstos & sanctos quoq̃ doctores (de qb. scriptũ est, Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Et alibi,

B

C

D

Tropol.

Allegor.

Psal. 41.a

Infra 63.a

Psal. 23.a

Ibid. 74.a

Dan. 7.c

Supra 32.b

Infra 61.a

Luc. 4.c

A Vox domini perficientis ceruos. Et rursum: Ceruus a-
Ibid. 28.b micitiæ & pullus gratiarū tuarū loquantur tibi. Et in Iob:
Iob 39.a Custodisti aūr menses ceruorū, & partus eorū emittes.
Cant. 2.b Et in Canticocanticorū dicitur: Similis est fratruelis
meus capreæ uel hinnulo ceruorū super montes aro-
matū.) obuiasse sibi in Hierusalem & mutuos uidisse conspectus, & transisse ac reliquisse eam, & ad diuersas ꝓuincias perrexisse, qa dñs man-
Mat. 28.d dauerat eis: Ite & docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: & spiritus illius cōgregauerit eos, dederitq; eis sortes atq; diuiserit, ut alius ad Indos, alius ad Hispanias, alius ad Illyricum, alius ad Græciā ꝓgeret, & unusquisq; in euangelij sui atq; doctrinæ prouincia requiesceret.

Quæ nos sup Hierusalē diximus, ꝓpheta ri, & Iudæi de Romano dicta impio suspicant: nōnulli ad orbē referūt, ne à priorib. discrepare uideātur.

B CAP. XXXV

Lætabitur deserta et inuia, etc.] Quoniā Hierusalē cōuersa est in picē & ascendit fumus illius sempiternus, & habitant in ea onocrotalus & hericius, ibis & coruus, dracones & struthiones, dæmonia & onocētauri, lamia & pilosi: & dñi super eam impleta sentētia est, Relinquetur
Luc. 13.g uobis domus uestra deserta: propterea quæ prius de-
Psal. 28.b serta fuerat, de qua in Psalmo dicit, Vox dñi cōcutientis solitudinē, & cōmouebit dñs desertū Cades: Vox dñi præparantis ceruos, & reuelabit cōdensa syluarū, mutabit in rerū omniū abundantiā & pugnantib. ceruis, de uniuersis saltib. nationū bestiæ quæ eas prius posse derant, expellent: ut impleatur illud quod in hoc eo-
Infra 54.a dem propheta dicit, Lætare sterilis quæ non paris, erū-
Gal. 4.d pe & clama quæ non parturis, quoniā plures sunt filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirū: Hæc erat prius sitiens siue inuia, non habens uitales aquas, & dñs non gradiebatur per eam, quæ nunc florebit ut lilium: siue ut significātius expressit Aquila, ὡς κάλυξ, quam nos tumentem rosam & necdum foliis dilatatis possumus dicere. Florebit autē ut cum Apostolo pronūciet:
2. Cor. 2.d Christi bonus odor sumus in omni loco. Et illud Can-
Cant. 7.d ticicanticorū: Flores uisi sunt in terra, mandragoræ dederunt odorē suum. Quodq; in Septuaginta ponitur, καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ ἰορδάνου. i. & exultabūt deserta Iordanis: in Hebraico quidem non habet, sed possumus dicere Ioannis in Iordane fluuio, pœnitentiæ baptismū demonstrari, quod dñs suo lauacro signauit atq; firmauit. Et quia de solitudine figuraliter, quæ refertur ad gentes, in qua fuit Ioannes, cōsequenter iungi potest Iordanis, ut per desertū gentiū ueniamus ad baptismū saluatoris. Q. d. sequit, Gloria Libani data est ei, & decor Carmeli & Saron: iuxta priorē explanationē debemus accipere, in qua diximus Libanū templū siue Hierusalē intelligi, dicente Zacharia, Aperi Libane portas tuas. Et Ezechiel: Aqla magnarū alarū plena unguibus quæ habet ductū intrandi in Libanū. Et Carmelū, priorē significare populū: de quo suprà dictū est, Et erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum reputabit. Et Sarō eandē habere intelligentiā, scriptura dicente, Factus est Saron sicut desertū. Omnis igit̄ cādor, cultus dei, & circūcisionis scientia, & loca uberrima atq; campestria, quæ appellantur Sarō: ꝑ quib. Symmachus interpretatus est cāpos: dabunt desertæ quondā ecclesiæ, & habitatores illius uidebūt gloriam dñi, & decorē siue altitudinem dei nostri.

b ¶ *Confortate, etc.*] Vtrāq; editionē miscuimus, ne in ꝓponēdis singulis, librorū magnitudo tendat, quia iam modū breuitatis excedit. Aꝑis, de qbus suprà dictū est: Ipsi uidebūt gloriā dñi & decorē dei nostri: præcipit ut cōfortēt manus in gēubus dissolutas, & genua debilia roborent, ut qui prius manibus dissolutis opus dei facere nō poterāt, & aridā habebāt dexterā, extendant eā ad bona opera. Et q dudū inter idola diuersis errorib. claudicabāt, firmo sup ueritatē incedāt gradu, & pusillanimes siue formidolosos fide dñi cōfirmātes, faciāt non timere, uniusq; dei metus uniuersi erroris expellat timores. Causa aūt est securitatis atq; cōsolātiæ, qa uēturus est Christus, cui pater dedit oīe iudiciū, & reddet unicuiq; sc̄m opa sua. Ipse ueniet & saluabit uos quib. dicit, nolite timere, siue nos: ut salutē cū credētib. aꝑi dicāt sibi esse cōmunē. Tūc aperiēt oculi cæcorū, & aures surdorū patebūt: tūc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū. Quod quanq; signorū magnitudine cōpletū sit, qñ dñs loquebat discipulis Ioānis qui ad eū missi fuerāt: Euntes renūciate Ioāni quæ audistis & uidistis, cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundant, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant: tamen quotidie

CAPVT XXXV

LAetabit̄ deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. Ipsi uidebunt gloriam domini, & decorē dei nostri. Cōfortāte manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis (siue meticulosis) Confortamini, & nolite timere: ecce deus uester ultionē adducet retributionis, deus ipse ueniet & saluabit uos (siue ut Septuaginta transtulerunt, nos.) Tunc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorū patebunt (uel audient.) Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū, quia sciss̄æ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine, & quæ erat arida in stagnū (siue paludes) & sitiens in fontes aquarū. In cubilibus in quibus prius dracones habitabāt, oriet̄ uiror calami & iunci (pro quo Septuaginta transtulerunt, erit ibi læticia auiū & caulæ gregum) & erit ibi semita & uia (siue uia munda) & uia sancta uocabitur: non transibit per eam pollutus. Et hæc erit uobis directa uia, ita ut stulti non errent per eam. (uel ut Septuaginta transtulerūt, Neq; erit ibi uia immunda, qui autē dispersi sunt, transibunt per eam, & non errabunt.) Non erit (inquit) ibi leo, & mala bestia non ascēdet per eam, nec inuenietur ibi, sed ambulabunt per eam qui liberati fuerint. Et redempti à dño cōuertentur & uenient in Sion cum laude, & læticia sempiterna super caput eorū. Gaudium & læticiā obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

A quotidie expletur in gentibus, quando qui prius cæci erant, & in ligna & lapides impingebant, ueritatis lumen aspiciunt. Et qui scripturarum uerba surdis auribus audire non poterant, nunc ad dei præcepta lætantur, quando qui prius claudi erāt, & rectam uiam non tenebant, saliunt sicut cerui, imitantes doctores suos, & aperta erit lingua mutorum, quorum Satanas ora concluserat, ne possent unum dominum confiteri. Idcirco autem aperientur oculi, aures audient, salient claudi, & aperta erit lingua mutorum, quia sciss̄æ sunt, siue eruperunt in deserto quondam ecclesiæ aquæ baptismi salutaris, & torrentes ac riui in solitudine, diuersæ scilicet gratiæ spirituales, & quæ erat arida in stagnum paludesq; cōuersa est, ut non solum careret ardore sitis, sed nauigabilis esset & irrigua, & haberet fontes plurimos quos ceruus desiderat, quos qui biberit, potest bene-
Psal. 27.f dicere domino: iuxtà illud quod scriptum est, Benedicite domino de fontibus Israel. In cubilibus animarū gentilium, in quibus prius dracones habitabāt: erunt calamus & iuncus, quibus scribatur fides domini, & in quibus fessa prius membra requiescant. Siue erit lætitia autum, & caulæ gregum: ut assumant alas columbæ, & humilia relinquentes, ad excelsa festinent: pos-
Psal. 22.a sintq; cum Psalmista dicere, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquas refectōis educauit me. Ibi erit semita & uia munditissima, quæ sancta uocabitur: & quæ dicit ipsa de se:
Ioan. 14.a Ego sum uia per quam qui pollutus est, transire nō po-
Psal. 118 terit. Vnde & in Psalmo dicit: Beati immaculati in uia. Et hæc uia erit nobis, id est, deus noster, tam recta & plana atq; campestris, ut nullum habeat errorē, & stulti atq; uecordes per eam ingredi ualeant, quibus in
Prou. 9.a Prouerbijs loquitur sapientia: Si quis est paruulus, ue-
ibidem niat ad me. Et insipiētibus loquuta est, Venite & comedite panem meum, & bibite uinū quod miscui uobis. Relinquite infantiā & uiuite, & ambulate per uias prudentiæ. Stulta enim mundi elegit deus, quorum stultorū princeps loquitur in Psalmo, Deus tu scis insipientiam meam. Et stultum dei sapientius est hominibus. Vnde Lxx. transtulerunt, Et qui dispersi fuerant, & à societate domini separati, nequaq; errabunt. Sequitur: Non erit ibi leo: aduersarius noster diabolus, qui circuit rugiens, quomodo ouile domini possit intrare. Et
1. Pet. 5.b malæ bestiæ, satellites eius, non ascēdent per eam. Neq; enim uestigium colubri in petra inueniri potest. Ambulabunt autem per eam qui liberati fuerint de uinculis peccatorum, & redempti sanguine saluatoris & egerint pœnitentiā, & uenerint in Sion: de qua sæpius dixi-
Heb. 12.f mus, Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem: Ne more Iudaico auream quæramus Sion & gemmatam Hierusalem: quæ iuxta
Dan. 9 prophetiam Danielis, in æternos cineres dissoluta est. Eritq; lætitia sempiterna laudantium dominum super caput eorum, ut post quam seculum uicerint, possint cum Apostolo & Propheta dicere: Cursum consummaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi coro-
2. Tim. 4.b na iustitiæ. Et: Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ
Psal. 5.c coronasti nos. Tunc succedente gaudio atq; lætitia fugiet dolor & gemitus, quando uenerit ex Sion qui eruat. Quæ omnia nos iuxta apostolum Paulum in primo saluatoris interpretamur aduentu: Iudæi autem & nostri Iudaizantes, ad secundum referunt, unius occasione uersiculi, Conuertentur & uenient in Sion cum laude: hostiarum sanguinem, cunctarūq; gentium seruitutem, & uxorum pulchritudinem deliderantes.

Commentarij decimi in Esaiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN VNDECIMVM COMmentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Procœmium.

DIfficile, imò impossibile est, placere omnibus: nec tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas est. In explanatione duodecim prophetarum longior quibusdam uisus sum quàm oportuit, & ob hanc causam in cōmentariolis Danielis breuitati studui, præter ultimam & penultimam uisionem, in quibus me necesse fuit ob obscuritatis magnitudinem sermonem tendere, præcipueq; in expositione septem & sexagintaduarū & unius hebdomadarum: in quibus differendis, quid Aphricanus temporū scriptor, quid Origenes, & Cæsarien
sis Eusebius, Clemens quoq; Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, & Apollinarius Laodicenus, Hippolytusq; & Hebræi, & Tertullianus senserint, breuiter comprehendi: lectoris arbitrio derelinquens, quid de pluribus eligeret. Itaq; quod nos uerecundia fecimus iudicandi, & eorū honore qui lectu
ri erant: quibusdam fortè non placeat, qui non antiquorū opiniones, sed nostrā sententiā scire desiderant. Quibus facilis responsio est, Noluisse me sic unum recipere, ut uiderer alios cōdemnare. Et certè si tanti & tam eruditi uiri fastidiosis lectoribus displicēt, quid de me facturi erant, qui pro tenuitate ingenioli inuidorū morsibus pateo? Sin autē supradictos uiros, magistros ecclesiæ nōminauit: illud intelligant, me non omniū probare fidem, qui certè inter se contrarij sunt: sed ad distinctionē Iosephi, Porphyrijq; dixisse, qui de hac quæstione plurima disputarunt. Quòd si in expositione statuæ pedumq; eius & digitorū discrepantia, ferrum & testam super Romano regno interpretatus sum: quòd primū fortè, dein imbecillū scriptura portendit: non mihi imputent, sed prophetæ. Neq; enim sic adulandū est principibus, ut sanctarū scripturarū ueritas negligatur: nec generalis disputatio, unius personæ iniuria est. Quæ quum benigno meorū studio cauerētur, dei iudicio repente sublata est, ut amicorū in me studia, & æmulorū insidiæ monstrarentur. Sed hæc aliàs: nunc quod cœpimus, exequamur. Vndecimus in Esaiam liber, ò uirgo Christi Eustochium: quia magnam partē historiæ differturus est, facilior erit in principijs, & usq; ad duas sui partes: reliqua simili more dictanda sunt: & sic studendum breuitati, ut nullum damnum fiat intelligentiæ.

Commen-

A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam, Liber XI.

CAPVT XXXVI

IT *factū est in quartodecimo anno, etc.*] Historia manifesta est, & interpretatione non indiget: plerisq; in Regum & dierū uoluminibus hæc eadem scripta reperiuntur, q̄ anno tertio Oseæ filij Hela regis Israel, regnauerit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Viginti quinque (inquit) annorū erat quū regnare cœpisset & uiginti & nouē annis regnauit in Hierusalem, & fecit quod erat bonū coram domino, iuxta omnia quę fecerat Dauid pater eius. Et post paulum: In dño deo Israel sperauit, & post eum non fuit similis illi de cunctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eum fuerūt: adhæsit dño, & nō recessit à uestigijs eius, fecitq; mandata eius quæ præceperat dominus Moysi: unde & erat dominus cum eo, & in cūctis ad quę procedebat, sapiēter se agebat. Rebellauit aūt contra regē Assyriorū, & non seruiuit ei, in cuius sexto anno imperij, Salmanasar rex Assyriorū cepit Samariā, & decem tribus quæ appellabantur Israel, & transtulit eas in Assyrios, collocauitq; in Hala & Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorū. Post annos autē septē, id est, quartodecimo anno Ezechiæ, rex Assyriorū Sennacherib ingressus Iudæam, obsedit ciuitates eius munitas, uolens eas capere. Quūq; obsideret Lachis, misit ad eum Ezechias nuncios, dicens: Peccaui, recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Quūq; trecenta talenta argenti, & triginta auri ad regis imperiū persoluissēt, fractis ianuis templi domini, & laminis eius detractis quas ipse affixerat, misit rex Assyriorum Thartan & Rabsacen de Lachis ad regem Ezechiā cum manu ualida Hierusalem, qui quum ascendissent, uenerunt in Hierusalem, & steterunt contra aqueductum piscinæ superioris quæ est in uia agri fullonis, uocauerunt̄q; ad se regem. Egressus est autem ad eos Eliakim filius Helkiæ præpositus domus, & Sobna scriba & Ioahe filius Asaph à cōmentarijs: dixit̄q; ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorū, & cætera: quæ in historia continentur. In quo, arrogantia consideranda Rabsacis, quod uelut quædam contraria fortitudo, imitatur consuetudinem prophetarum, ut quod illi solent in prologis ponere: Hæc dicit dominus: quo autoritatē & magnitudinē loquentis ostendant, iste nunc dixerit: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorū. Egressus est aūt ad eum Eliakim filius Helkiæ qui erat præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à cōmentarijs. Iste est Eliakim filius Helkiæ, de quo in uisione uallis Sion suprà legimus, Vocabo seruū meū Eliakim filiū Helkiæ, & induam illū tunica tua, & cingulo tuo cōfortabo eum, & potestatē tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantiū in Hierusalem, & domui Iuda, &c. Hæc aūt dicuntur ad Sobnam, qui ante eum præpositus templi fuit, de quo in eadem scriptū est uisione: Vade & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnā præpositū tēpli, quē tradunt Hebræi, Rabsacis cōminatione perterritum tradidisse manus Assyrijs, & inferiorē partē Hierusalē aduersarijs prodidisse, exceptaq; arce Sion & tēplo, nihil aliud remā sisse quod non tenuerit Assyrius. Vnde erāt qui Sobnam, qui nunc cum Eliakim & Ioahe ad Rabsacen egredi, eundē putant quē & supra. Ibi eīm Sobna præpositus tēpli ponit, qui ab Assyrijs dicit esse capiendus. Hic autē Sobna scriba, hoc est γραμματεύς, qui Hebraicè appellatur סופר & est supiori ὁμώνυμος.

CAPVT XXXVI

ET factum ēst in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascēdit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorū Rabsacē de Lachis in Hierusalē ad regē Ezechiā in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in uia agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliakim filius Helkiæ, qui erat super domū, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cōmentarijs, & dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorū, Quæ est ista fiducia qua confidis? aut quo cōsilio & fortitudine rebellare disponis? super quē habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce confidis super baculum harundineum confractū istum super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perforabit eam: sic est Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Quòd si responderis mihi: In domino deo nostro cōfidimus: nónne ipse est, cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & dixit Iudæ & Hierusalem, Coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te domino meo regi Assyriorū, & dabo tibi duo milia equorum: nec poteris ex te præbere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem iudicis unius loci ex seruis dñi mei minoribus? quòd si cōfidis in Aegypto, & in quadrigis, & in equitibus: & nūc nunquid sine domino ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascēde super terram istam & disperde eam. Et Rabsacen autē qui Hebræa lingua loquutus sit, filium Esaiæ prophetæ Iudæi aurumant, qui & ipse proditor fuerit: relictūq; filiū Esaiæ alterū, appellari Iasub, qui in lingua nostra relictū sonet. Porrò alij arbitrantur eum fuisse Samariten, & idcirco Hebraicū scisse sermonē & tam audacter & impiè dominū blasphemare. Consideremus ergo uerba Rabsacis, ac primū quod dicit: Confidis super baculū harundineū confractū istū super Aegyptū, falsum est: nulla eīm narrat historia q̄ Ezechias ad Aegyptios miserit, & Pharaonis auxiliū postularit. Quodq; infert: Si respōderis mihi, in domino deo nostro confidimus: uerum est. Sed rursum iungit mendacium ueritati, q̄ abstulerit Ezechias excelsa illius & altaria. hoc enim nō cōtra deū, sed pro deo fecerat, ut ido lolatria & ueteri errore destructo, iuberet deū adorari in Hierusalem ubi erat templū eius: quandq; legamus, pessima consuetudine in montibus collibusq; extructo iā altari, populū deo uictimas immolasse. Quodq; paucitatē obsessorū uolens ostēdere, equorū duo milia pollicet, quorū Ezechias ascēsores præbere nō possit: nō de imbecillitate uenit populi Iudæorū q̄ equitandi carebat scientia, sed de obseruatione mādatorū dei, q̄ p Moysen sup rege præceperat Israel: Nō multiplicabit sibi equos, & uxores plurimas nō habebit. Sin aūt me, inquit, seruū Sēnacherib qui sum minimus famulorū eius, nō uales sustinere, quō tantū regis potētiā sustinebis? Ad id aūt q̄ dixerat: Si responderis mihi, in dño deo

A deo confidimus, callidè prudenterq; respondit se non sua uolūtate, sed dñi uenisse præceptis: Dominus dixit ad me, Ascende super terrā istā, & disperde eam. Et est argumentū, certè sine dñi uolūtate huc uenire non poteram. Quū autē uenerim & multas ceperim ciuitates, & pars Hierusalē maneat intacta, manifestum est me eius uoluntate uenisse. Legi in cuiusdā cōmentario eundem esse Sennacherib q & Samariā ceperit: quod omnino falsum est. Sacra enim narrat historia primū Phul regē Assyriorū, sub Manahē rege Israel uastasse decem tribus. Secundū Teglathphalasar sub Phacee filio Romeliæ rege Israel uenisse Samariā. Tertiū Salmanasar sub Oseæ rege Israel totā cepisse Samariā. Quartū fuisse Sargon qui expugnauit Azotū. Quintum Esaraddon qui trāstato Israel, Samaritanos in terrā Iudæam custodes miserit. Sextum Sēnacherib, qui sub Ezechia rege Iudæ, capta Lachis & cæteris Iudææ urbib. obsederit Hierusalē. Alij autē unum atq; eundē, multis putant nominibus appellari. a ¶ *Et dixit Eliakim, etc.*] Accusatio Rapsacis Ezechiæ testimoniū est, q̄ captis cunctis Iudææ urbib. cōfisus in dño sit, dixeritq; ad populū, Nolite timere nec paeatis regem Assyriorū, & uniuersam multitudinē quæ est cum eo: Multo eīm plures nobiscū sunt, q̄ cū illo. Cum illo est brachiū carneum, nobiscum est dominus deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Et confortatus est (inquit) populus huiuscemodi uerbis Ezechiæ regis Iudæ. Vnde Rapsaces destruere uult quod ille construxerat, & loquitur ad populū: Non seducat uos Ezechias & non uobis tribuat fiduciam super dño deo. Quod autem Eliakim & Sobna & Ioahe humiliter deprecantur: Loquere ad seruos tuos Syra lingua, intelligimus enim, & non loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum: hunc sensum habet: Quid necesse est populū falsis terroribus cōmoueri, & uana iactare uirtutē, loquere linguā quā populus nō intelligit: Siquidē nos habemus linguæ tuæ scientiā, nouimusq; sermonē Syrum, qui utriusq; cōmunis est. Ad quod Rapsaces arrogāter: Num, ait, ad dñm tuū, & ad

4.Reg.18 2.Par.32

4.Reg.18 d

4.Reg.17 & 18.b

B

Supra 22.f

C

Ibidem e

4.Reg.15 d

Ibidem f

Ibid.17.a

Esa.20.a

4.Reg.17

Ibid.18.b

B

Deuit.17.d

C

te misit me dñs meus, & nō potius ad uiros qui sedent in muro? Rursumq; augens cōminatione terrorem, ut comedant (inquit) stercora sua, & bibāt urinā pedum suorū uobiscūm per quæ ostēdit fame eos & penuria, sitiq; esse capiendos: simulq; illecebrā iungit formidini, ut quos terrore non uicerat, repromissionibus & persuasione decipiat, dicēs ex sermone regis Assyriorum. b ¶ *Facite mecum etc.*] Pro quo in Regum uoluminе legit, Facite mecū quod est utile, & egredimini ad me. Ergo sensus idem est: Facite (inqt) quod uobis prosit, & in benedictionē uestram proficiat. Siue hoc dicit, Benedicite regi Assyrio & lauda te eum, & dñm confitemini, ut præmia cō sequamini. Et donec reuertar de Aegypto, siue capta Lobna redeā, habitate in urbe uestra, & reb. uestris fruimini: Postea autē ueniā & trāsferā uos in terram quæ similis est terræ uestræ, frumenti, uini & olearū. Nec dicit nomē regionis, quia æqualē terræ repromisisōis inuenire non poterat, sed similitudinē pollicet. Hoc eīm unusq̄sq; desiderat, in quo natus est. Quidā putant terrā eis Mediæ repromitti quę habebat terræ Iudææ similitudinē, tā in situ q̄ in frugib. Quodq; infert, c ¶ *Vbi est deus Emath et Ar. etc.*] Hoc ostendit q̄ omnib. his dijs Samaria seruierit, & idcirco capta sit: Sin au tē, ait, tantis dijs præsidentibus x. tribus facile superauimus, quanto magis uos, imò solam Hierusalē, uno deo præsule uincemus facilius? tacuitq; omnis populus, & non respōdit ei quicq̄: Siquidē præceptum regis acceperāt, ut non respōderēt ei. Verè iustus Ezechias agēs cuncta fideliter, uniuersaq; cōsilio. Ideo autē iusserat blasphemāti Assyrio non respōderi, ne eū ad maiores blasphemias prouocaret. unde scriptū est, Ne succendas carbones peccatoris. Et in Psalmo legimus, Quū cōsisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & tacui de bonis. Et iterū: Pone dñe custodiā ori meo, & ostiū munitū labijs meis, ne decli-

4.Reg.18 f

D

Eccl.8.c Psal.38.a Ibid.140.d

ET *factum est, etc.*] (nes cor meū in uerba maliciæ. Perspicua relinquētes, ea tantū in quibus latēs sensus est, disseramus. Scindūt uestes, q̄a Rapsacē audiunt blasphemantē. Scindit & ipse rex uestimenta sua, quia

peccato-

Universidade De… Biblioteca

A peccatorū suorum, & populi esse credebat, ꝙ Rapsaces usq; ad portā Hierusalē uenerit, & contra dominū talia
Matt.26.f sit loquutus. Vnde & pontifex quia saluatorē blasphe-
Act.14.c masse credebat, scidit uestimenta sua: & Paulus ac Barnabas deferentibus sibi dei cultū Lycaonibus, sciderunt uestimenta sua. Pro regio ergo cultu obuolutus est sacco: & de palatio ad templum gradiens, Eliakin pontificē & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotib. misit ad Esaiā filiū Amos prophetæ. In quo regis cōsiderāda humilitas atq; prudentia: ipse pergit ad tēplū, principes populi & seniores sacerdotum, non stolis sacerdotalibus, sed cilicijs opertos misit ad Esaiam filiū Amos prophetæ.
4 Reg.19 c Pro quo in Regū uolumine legit: Ipse coopertus est sacco, & ingressus domū dñi, Eliakim prępositū domus, & Sobnā scribā & senes de sacerdotibus misit coopertos saccis ad Esaiā ꝓphetam filium Amos. hic
B quia ipse de se Esaias scribebat historiā, nō se appellauit prophetam, sed filiū prophetæ. Ibi uerò quia alter erat scriptor historiæ, ipsum scribit prophetam. Quod quidem
Matt.6.a & de Matthæo euangelista legimus, ꝙ ipse Matthæus se dixerit publicanū: alij uerò euangelistæ nomē publicani tacuerint, & apostolicā tantū posuerint dignitatē, & ꝙ in cōiunctionib. apostolorū apud se secundus, apud alios primus sit. Dixerūtq; (inquit) ad eū: Hæc dicit Ezechias: non rex, non tumens nomine imperij. Dies tribulationis & correptionis & blasphemiæ dies hæc: tribulationis nostræ, correptiōis dei, blasphemiæ hostiū. Ponitq; similitudinē parturiētis mulieris & dolentis, ꝙ ad partum usq; peruenerit, & generare nō possit, nec dicere,
Supra 26.c A timore tuo dñe concepimus & doluimus & peperimus spiritū salutis. Sequit: Si quomodo audiat dominus deus tuus uerba Rapsacis: Nō enim audemus dominū omniū, nostrū dominū dicere: quo irascente tantum perperimur, sed tuū dicimus dominū. Et hanc habemus ultionis fiduciā, quoniā uiuens deus blasphematur à cultore idolorū mortuorū. Et exprobrauerūt sermonibus, quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationē nostrā iacentē, non pro cuncto populo qui iam perijt, sed pro reliquijs quæ obsident. Quūq; uenissent serui regis Ezechiæ ad Esaiā: rursum nomen prophetæ tacuit, ut cœptam seruaret humilitatē. Præuenitq; eos Esaias: eodem enim spiritu quo futura noscebat, etiam absentē regē audierat: & dicit quid respon- C dere deberēt domino suo, humiliati in ista fiducia conscientiæ. Dicite (inquit) domino uestro, qui uester est dominus: meus enim hæc dicit dominus: Noli timere uerba quibus non tu, sed ego sum blasphematus. Nec dico uniuersa quæ regi Assyriorū sim facturus, ne meam uidear iactare potētiam: sed ꝙ dandus sit ei spiritus, non dei, sed aduersarius. Auditoq; nūcio, reuertatur ad terrā suam, & corruat in ea gladio: ut duo pariter Ezechias quę optabat, audiret, se obsidione & periculo liberandū, & inimicum iratūq; regem in sua terra esse moriturum. Si quis quærat cur in libro prophetiæ historia quę in Regum & dierū uoluminibus scripta est, mixta uideat: Consideret ꝙ historiæ prophetia sit copulata, tam de liberatione urbis q̃ de Assyrij interitu, & de reuersione solis horarum decē & XV. annorū spacijs protelatis, quod & ꝓphetiæ D est & historiæ. a ¶ *Reuersus, etc.*] Eisdē uerbis eademq; sentētia scriptū est in Regū & 4 Reg.18 & 19 dierum uolumine, ꝙ 2 Paral.32 Rapsaces iuxta domini uoluntatē, obsidionem deseruerit Hierusalem, & perrexerit ad dominū suū, quē uel deserta uel capta Lachis, ad oppugnādam Lobnā ire cognouerat. Ipse quoq; Sēnacherib audiens Tarachā regē Aethiopū inferre sibi bellū, occurrit uenieti, & nihilominus mittit nūcios ad Ezechiā & ep̄las, ut quos necdū uirib. ceperat, sermone terreret. Et quō populo dixerat: Non te decipiat Ezechias, eadē blasphemia loqt ad regē: Nō te decipiat deus tuus. Ponitq; exēpla maiorū, ꝙ quō cæteras terras non potuerint liberare dij sui de manib. eorū: sic nec Hierusalē liberet. In enumeratione aūt gētiū cæterarū ponit הנע ועוה quas Lxx. miscuerūt dicētes, anaueaua: cōiūctionēq; & i. ו inter duas gētes ana & aua, lingua posuere Hebræa, ut ignorātibus una gens uideat aut ciuitas. Manifesta trāscurrimus, ut in dubijs immoremur. Pugnasse aūt Sennacherib regē Assyriorū cōtra Aegyptios & obsedisse Pelusiū, iāq; extructis aggerib. urbi capiēdæ uenisse Tarachā regē Aethiopū in auxiliū, & una nocte iuxta Hierusalē clxxxv. milia exercitus Assyrij pestilētia corruisse: narrat Herodotus, & plenius. Berosus, Chaldaicæ scriptor historiæ: quorū fides de ꝓprijs libris petēda est. b ¶ *Et tulit, etc.*] Cōtra Sēnacherib regis blasphemias solita Ezechias arma corripuit: rursumq; ꝑgit ad tēplū, & epistolas eius expandit

ad Esaiam filium Amos prophetæ, & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis & correptionis & blasphemiæ dies hæc, quia uenerūt filij usq; ad partum, & uirtus non est pariēdi. Si quomodo audiat dominus deus tuus uerba Rapsacis, quem misit rex Assyriorū dominus suus ad blasphemandum deum uiuentem, & exprobrandum sermonibus, quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationē pro reliquijs quæ repertę sunt. Et uenerunt serui regis Ezechiæ ad Esaiā, & dixit ad eos Esaias: Hæc dicetis domino uestro, Hæc dicit dominus, Ne timeas à facie uerborum quę audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nunciū, & reuertetur ad terrā suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus autem Rapsaces, inuenit regem Assyriorum præliantē aduersum Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audiuit de Taracha rege Aethiopiæ dicentes, Egressus est ut pugnet contra te. Quod quum audisset, misit nuncios ad Ezechiam, dicens, Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ loquentes, Non te decipiat deus tuus in quo tu confidis, dicens, Non dabitur Hierusalem in manum regis Assyriorum. Ecce tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorū omnibus terris quas subuerterūt, & tu poteris liberari? Nunquid eruerūt eos dij gentium, quos subuerterunt patres mei Gozen & Haran & Reseph & filios Eden, qui erāt in Thalassar? Vbi est rex Hemath & rex Arphad, & rex urbis Sapharuaim, Ana & Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & ascendit in domum domini, & expandit eos coram domino, & orauit ad dominū, dicens, Domine exercituum

A expandit corā dño. Prius tacuerat, nō em̄ audebat dñi timore perterritus in tēplo ora reserare: nec liberas ad deū preces fundere. Nunc aūt quia iā audierat Esaiā dicentē: Ne timeas à facie uerborum quæ audisti: quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorū me, &c. audacter dominum deprecatur, & solum deum asserit esse uiuentem: per quæ idola intelligimus imagines mortuorum. Quodq; refert: Vere enim domine desertas fecerūt reges Assyriorum terras & regiones earū, & dederunt deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuum hominū, lignum & lapides, & comminuerunt eos: Multis probatur historijs, quæ scribunt reges Persarum uenisse in Græciam: & subuertisse atq; spoliasse templa Græcorum: ultionemq; postulat, ut per occasionem sui omnia regna cognoscant: quod solus sit deus qui possit suos de discrimine liberare. a ¶ *Misit autē Esaias fil. Amos, etc.*] Quia tam audacter
B Ezechias dominum deprecatus est: nec misit ad Esaiam ut prius miserat, non ipse propheta pergit ad eū, sed mittit nuncios qui dicerent uerbis dei: Super Sennacherib contra quē rogas domini ista sententia est: Virgo Siō, & filia Hierusalem: quæ ideo uirgo appellatur & filia, quia cunctis gentibus simulacra adorantibus hominum mortuorum, hæc sola conseruet castitatem religionis dei, & unius diuinitatis cultum: subsannauit te, atq; despexit, & quæ ne ad maiorem te blasphemiam concitaret, præsenti non responderat: post abeuntem mouit caput suum, certa de ultione, secura de pœna. Et hæc locuta est: Non contra me, sed contra dñm superbisti: nec ipse, sed per seruos tuos, ut maior esset arrogantia blasphemantis. Dixisti enim quod in quadrigarum tuarū multitudine ascenderes altitudinem montium, & iuga Libani, & excelsas succideres cedros atq; abietes illius. Quod uel de cunctis gentibus μεταφορικῶς principibusq; earum debemus accipere: uel de Hierusalem, quæ interpretatur Libanus, ut cedros eius atq; abietes ad potētes quosq; & optimates: altitudinem uero summitatis illius saltumq; Carmeli, referamus ad templum. Ipse enim supra dixerat: Nunquid non audisti quæ fecerūt reges Assyriorū omnibus terris, quas subuerterūt? ergo nec tu poteris liberari. Quodq; infert: Ego fodi & bibi aquā, & exiccaui uestigio pedis mei oēs riuos aggerū, iuxta historiam C hoc intelligi potest, q' præ multitudine exercitus, omnia flueta exiccauerit, ut puteos sibi fodere sit cōpulsus. Iuxta translationē: quod oēs populos qui interdū sub aquarū nomine describunt, suo uastauerit exercitu. Pro quo soli Lxx. trāstulerūt, καὶ ἐγεφύρωσα, καὶ ἠρήμωσα ὕδατα, καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὑδάτων, id est, & posui pontē, & desertas feci aquas, & omnem cōgregationem aquarū: quod scilicet nulla sibi gens inuia fuerit, sed super oēs populorū aquas suo calcauerit pede. b ¶ *Nunquid non, etc.*] Hæc ex persona dei cōtra uerba Assyrij sentiēda sunt, quod ad blasphemiā eius sic responderit dñs: Nū ignoras q' hæc quę fecisti, mea feceris uolūtate, & ego hæc futura prædixerim, ac per te faciēda mandauerim? Itaq; q' olim decreui, hoc expletū est tēpore: ut colles, id est, princi- D pes qui inter se ante pugnabant: & ciuitates munitissimæ me cōtrahēte manū meā, nec solitū præbēte auxiliū, eradicarētur & cōtremiscerent, ac perirent, & cōpararent, nō oliuæ & uineæ fructuosisq; arboribus, sed fœno & gramini, herbisq; domatum, quæ frugib. impedimento sunt, & ante marcescūt, ꝙ ad maturitatē perueniāt. Itaq; & sessionem, & egressum, & introitū tuū ante cognoui, & insaniam qua cōtra me debacchaturus eras, prophetis uaticinantibus sum locutus, per quos olim dicturū esse te noueram: In cœlum ascendam: super sydera cœli Supra 14.d ponam thronum meum: eroq; similis altissimo. Itaq; furor tuus & superbia tua peruenit in aures meas, & nequaquam ultra te portabo, ut intelligas quod potuisti, non tuis potuisse te uiribus sed meo arbitrio. Merebantur enim impiæ gentes & infructuosæ arbores, ut per te quasi securim & serram meam succiderentur & caderent. Itaq; ponam circulum siue camum in naribus tuis, ut blasphemantia ora constringam, & nequaquam ultra talia loqui audeas: frenumq; iniiciam labijs tuis, quod tuam ferociam domet, & te reducat in Assyrios. Qua translatione & in psalmis contra impi- Psal. 31.c os scriptura abutitur: In freno & camo maxillas eorum constringe: qui non appropinquant tibi. c ¶ *Tibi autem hoc erit signū: Comede hoc anno, etc.*] Omnia hæc ꝓpheta per

exercituū deus Israel, qui sedes sup Cherubim: tu es deus solus omniū regnorū terræ: tu em̄ fecisti cœlū & terram. Inclina dñe aurē tuā & audi: aperi dñe oculos tuos & uide & audi omnia uerba Sennacherib quæ misit ad blasphemandū deū uiuentē. Vere dñe desertas fecerūt reges Assyriorū terras & regiones earū: & dederunt deos earū igni: nō em̄ erant dij, sed opera manuū hominū, lignū & lapides: & cōminuerūt eos. Et nūc dñe deus noster, salua nos de manu eius: & cognoscāt omnia regna terræ, quia tu es deus solus. Misit âutē Esaias filius Amos ad Ezechiā dicēs: Hęc dicit dñs deus Israel: pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorū: hoc est uerbū quod locutus est dñs super eū: Despexit te & subsannauit te uirgo filia Siō: post te caput mouit filia Hierusalē. Cui exprobrasti, & quē blasphemasti, & super quē exaltasti uocē tuam, & leuasti altitudinē oculorū tuorū ad sanctū Israel. In manu seruorū tuorū exprobrasti dño & dixisti: In multitudine quadrigarū mearū ego ascendi altitudinē montiū, iuga Libani: & succidā excelsa cedrorū eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinē summitatis eius, saltū Carmeli eius. Ego fodi & bibi aquā: & exiccaui uestigio pedis mei omnes riuos aggerū. Nūnquid nō audisti quę olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmaui illud, & nunc adduxi eos, & factū est in eradicationē colliū compugnantiū, & ciuitatū munitarū. Habitatores earū breuiata manu, contremuerūt & cōfusi sunt, facti sunt sicut fœnū agri, & gramen pascuæ, & herba tectorū, quæ exaruit antequā maturesceret. Habitationē tuā, & egressum tuū, & introitum tuū cognoui, & insaniam tuam contra me, cum fureres aduersum me. Superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulū in naribus tuis, & frenū in labijs tuis, & reducam te in uiam per quam uenisti. Tibi aūtem hoc erit signū: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur

A per nuncios ad Ezechiã loquitur: quid Sennacherib dixerit: quid ei dñs responderit: Nunc ad ipsum sermonem facit: ne forsitan dubitet uentura quæ dicta sunt. Et idcirco uel maxime prophetæ apud populum sermonum suorũ habebant fidem: quia non solũ de his quæ multa post secula futura erant: sed etiam quæ in continenti, & post non grande temporis spacium essent implenda memorabant: & quod intra biennium, & rex Assyrius interiret, & urbi Hierusalem securitas redderet. Hoc erit, inquit, signũ eorũ quæ futura prænũcio, qđ hoc anno ea comedas, quæ sponte nascuntur. Siue iuxta Lxx. quæ prius seueras. Anno autem secundo iuxta Symmachum pomis uescere: Siue iuxta eosdem, quæ de præteritis seminibus, & cadente in terram semine, pullulauerint. In anno aũt tertio fugato iam Assyrio & obsidione laxata, seminate & metite, & plãtate uineas: & fructus earum comedite. Siquidẽ paruæ urbis huius reliquiæ quæ nunc hostili uallantur exercitu, & euasuras se esse nõ credunt, tantam recipiẽt rerum omnium abundantiam ac felicitatem, ut instar arboris alta radice fundatæ, pomis densissimis impleantur. De Hierusalem enim & de monte Sion egredientur reliquiæ, & implebunt terram Iudææ: non suo merito, sed dei misericordia, imò zelo quod aduersus impios zelatus est populũ suũ. a ¶ *Propterea hæc dicit dominus, etc.*] Reuertitur ad propositum, & post futurorum spem præsentem excutit metum. Non enim erat tanta lætitia super his quæ longo post tempore uentura promiserat, quanta cura de imminentibus. Quod autem dicit Assyrium recessurum, nec leuaturum contra Hierusalem clypeum: nec iacula missurum: neq; urbem munitionibus & aggere esse uallandam, aduersariumq; per uiam qua uenerat reuersurum: & liberandam ciuitatẽ obsidione præsenti, & ad extremũ infert: propter me et propter Dauid seruum meũ: illud significat, quod nõ merito suo, sed dei clementia conseruentur, imò patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur & suæ negligentiæ, & illius fidei atq; iusticiæ, quod interdũ iusticiam diligat deus, ut etiam posteros sanctorum hominum, non suo merito, sed maiorum uirtute tueatur.. b ¶ *Egressus est autem angelus dei, etc.*] Centum octogintaquinq; milia fortissimorum uirorum ab uno angelo una nocte cæduntur, & absq; uulneribus occisorum mors sæua discurrit: excludens à corporibus animas dei uolũtate. Super quo in Paralipomenon legitur: Et misit dominus angelum, qui percussit omnem uirum robustum & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorũ: reuersusq; est cũ ignominia in terrã suam. Qui idcirco seruatus est, ut sciret potentiã dei, & blasphemantia ora cõprimeret: fieretq; testis illius maiestatis, quẽ paulo ante cõtemserat. Quod aũt intulit: Et surrexerũt mane: uel Israelitas, uel reliquos exercitus eius accipiamus: licet in Reg. scriptũ sit uolumine, quod cũ ipse rex diluculo surrexisset, uidit omnia corpora mortuorũ. Pharaõ quoq; in decem Aegypti seruatur plagis ut nouissimus pereat, quod & iste passus est. Cum enim reuersus esset in Niniuen urbem primam regni sui, & adoraret in tẽplo Nesrach deũ suũ, quasi uictoriam de hostibus reportaret, & delubrum idoli sui triumphans, & gratulabundus incederet: contemptor ueri dei in phano falsi numinis trucidatur: nec angeli perit gladio, quod erat cõmune cum pluribus, sed parricidio filiorum. Qui cum fugissent in terram Ararat, quod intelligitur Armenia: successit in patris locũ Asaraddon: quem scriptura testatur, misisse habitatores Samariæ, ne terra manet inculta. Ararat autem regio in Armenia campestris est, per quã Araxes fluit incredibilis ubertatis, ad radices Tauri mõtis, qui usq; illuc extendit. Ergo & arca in qua liberatus est Noe cum liberis suis: cessante diluuio, non ad montes generaliter Armeniæ delata est, quæ appellatur Ararat, sed ad mõtes Tauri altissimos, qui Ararat imminẽt cãpis.

4.Re. 19.8

D אַרְרָט אֲרַר־חַדוֹן

CAP. XXXVIII.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias, etc.] Quem diligit dominus, corripit, & castigat omnem filium quem recipit. Ne eleuaretur cor Ezechiæ post incredibiles triũphos, & de media captiuitate uictoriam: infirmitate corporis sui uisitatur, & audit se esse moriturum, ut cõuersus ad dominum flectat sententiam eius. Quod qui dem & in Iona propheta legimus, & in comminationibus contra Dauid: quæ dicuntur futura, nec facta sunt: non deo mutante sententiam, sed prouocante humanum genus ad noticiam sui. Dominus enim pœnitens est super malicijs. Conuertitq; Ezechias faciem suã ad parietem, quia ad templum ire non poterat. Ad parietem autem templi, iuxta quod Salomon palatiũ extruxerat. Vel absolute ad parietem: ne lachrymas suas assidentibus ostentare uideretur. Aut certe iuxta Hieremiam, ad cor suum: qui קִיר id est, parietem, cor appellat: ut tota mente dñm deprecaretur. Et ait: Obsecro dñe, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in ueritate & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Audiensq; se esse moriturũ, non precatur

Prouerb. 3.b

2.Par. 32.c

A precatã uitã & annos plurimos: sed in dei iudicio quid uelit præstare, dimittit. Nouerat eñ idcirco deo placuisse Salomonẽ, quod annos uitæ nõ petierit ampliores: sed iturus ad dñm, narrat opera sua: quomodo ambulauerit corã eo in ueritate & in corde perfecto. Felix cõscientia quę afflictionis tempore bonorũ operũ recordat̃: Beati enim mundo corde: qñ ipsũ deum uidebũt. Et quomodo alibi scribitur: Quis gloriabitur purum habere se cor? Quod ita soluitur: Perfectionẽ cordis in eo nunc dici, quod idola destruxerit, templi Baal uasa peruerterit, serpentem æneũ comminuerit: & cætera fecerit quæ scriptura cõmemorat. Fleuit aũt fletu magno ꝓpter promissionẽ dñi ad Dauid, quam uidebat in sua morte periturã. Eo eñ tempore Ezechias filios nõ habebat, nam post mortẽ eius Manasses cũ duo decim esset annorum regnare cœpit in Iudæa. Ex quo perspicuum est, post tertiũ annum concessæ uitę Manassen esse generatum. Ergo iste omnis est fletus, quod despectabat Christũ de suo semine nasciturũ. Alij asserunt, quãuis sanctos uiros morte terreri, propter incertũ iudicij, & ignorationẽ sententiæ dei, quã sedẽ habituri sint. Simulq; fati quæstio soluitur, ac necessitatis uincula atq; causarũ, quod nequaquã dies mortis singulis præstituta sit: sed uoluntate dei & ignotis mortalibus causis, uel uiuat aliquis, uel moriatur: præsertim cũ & statuta nũc mortis necessitas differatur: & post mortem resuscitatos plurimos legerimus. a ¶ *Et factum est, etc.*] Præpostero ordine quasi in prophetia hic refertur historia, quæ in Regũ uolumine consequentius legitur: Flente Ezechia fletu magno, priusquam egrederet Esaias mediam partem atrij, factus est sermo dñi ad eum dicens: Reuertere & dic Ezechiæ duci populi mei: Audiui orationem tuam, & uidi lachrymam tuam: Ecce sanaui te. Dixitq; Ezechias ad Esaiã. Quod erit signũ: quia dñs me sanabit? Cui propheta respõdit: Hoc erit signũ à dño, quod facturus sit dñs sermonem quem locutus est: Vis ut accedat umbra tot lineis, an ut reuertatur totidem gradibus? Cui dixit Ezechias: Facile est umbram crescere decem lineis: nec hoc uolo ut fiat, sed ut reuertat̃ retrorsum decem gradibus. Cumq; inuocante Esaia potentiã dñi, signũ esset effectũ: præcepit Esaias asserri massam ficorũ recentiũ: quam cũ attulissent & posuissent super uulnus eius, curatus est. Reuertitur aũt ad regem propheta dñi

Matth. 5

Prou. 20.b

B

4.Re. 20.6

tusione, ut ipse sanaret qui percusserat, & uocatur Ezechias dux populi eius, & filius Dauid, cuius opera sectabat̃: fecerat eñ recti iuxta omnia quę fecit Dauid pater eius: & audit eius oratio, uidenturq; lachrymæ: qñ ambulauerat corã dño in ueritate & in corde perfecto, & fleuerat fletu magno: & quod placitũ erat in oculis eius fecerat: Adijciunturq; quindecim anni ad uitã, quos ille nõ possiulauerat, & insuper uiuẽte eo, regni securitas repromittit̃. Sin autẽ ut quidã putant in corpore uiuere, cõdemnatio est, & iuxta illud quod dicit: Reuertere anima mea in requiem tuã. Et in alio loco: Educ de carcere animã meã: optãda est mors, ut de carcere liberemur: quomõ nunc dñs donat pro beneficio: ut qui liberandus erat, adhuc quindecim annis uiuat in carcere? Datur aũt signum, ut sol decẽ gradibus reuertat̃ quos nos iuxta Symmachũ, in lineas & horologium uertimus: q̃ gradus intellexit in lineis, ut manifestiorẽ sensum legentib. faceret. Siue ita extructi erant gradus arte mechanica: ut per singulos umbra descendens, horarũ spacia terminaret. Quod signũ & præsentis temporis, & futuri typus erat: ut quõ sol reuerteretur ad exordium sui: ita & Ezechiæ uita ad detextos annos rediret: nobisq; in hebdomade & ogdoade uiuentibus, per resurrectionem Christi, uitæ spacia protelent̃. Solent sanctorum locorum in hac prouincia monstratores intra conseptum templi ostẽdere gradus domus Ezechiæ uel Achaz: quod sol per eos descenderit. Sed nunquam ego credam: nõ dico Achaz qui rex impius fuit, sed cuiuslibet regis iusti domum fuisse in templo dei: cum Salomon idcirco deum inter cętera offendisse dicatur, quod in sublime ædificauerit mello: unde atrũ templi deambulans in turre palatij despicere solitus sit. 3.Reg. 9.c

b ¶ *Scriptura Ezechiæ, etc.*] Miror quomodo soli Lxx. pro scriptura, orationem posuerint: cum oratio תְּפִלָּה dicitur, & non quæ in præsenti loco scribitur מִכְתָּב. Alioquin consequenter diceretur oratio si de præsenti esset tempore, & non de præterito. Manifestum est enim, quod post redditam sanitatem, de infirmitate consurgens ista conscripserit: ex quo non oratio est sed gratiarum actio pro beneficio quod acceperat. c ¶ *Ego dixi in dimidio dierum, etc.*] Narrat quid tempore prementis angustiæ imminentisq; languoris, tacitus cogitarit: Dixi, inquit, in corde meo: in dimidio dierũ meo-

D

A rum, siue ut Aquila & Symmachus & Theodotio interpretati sunt: in infirmitate & silentio dierū meorū: pro quo Lxx. excelsum, interpretati sunt ob literæ similitudinem: דמי pro דמי legentes: licet quidam דמי sanguinē uerterint: ut sit sensus: In sanguine dierū meorū quando meus cruor, meusq; expectabatur interitus. Itaq; de sperātione dixi: Vadā ad portas inferi: uel communi lege naturæ, uel illas portas: de quibus quod liberatus sit, psalmista decantat: Qui exaltas me de portis mortis: ut annūciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Has portas inferni reor, quæ aduersum Petrū non prævalent: quia dormiuit in plenitudine dierum suorum Sancti implent dies suos: qualis fuit Abraham qui mortuus est plenus dierum in senectute bona. Peccatores uero & impij in dimidio dierum suorū moriuntur: de quibus & psalmista loquit. Viri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt dies suos. Non enim implent opera uirtutum: nec studēt pœnitentia emēdare delicta. Vnde in medio uitæ cursu, & in errorū tenebris ducētur ad Tartarū. Quæsiui, inquit, residuum annorū meorū, non me putaris ultra esse uicturum. Dixi, non uidebo dñm dñm in terra uiuentū. Pro dño & dño, bis in Hebræo ponitur יה יה quod in extrema syllaba הללו-יה sonat, pro quo Lxx. transtulerunt: Nequaquam ultra uidebo salutare dei in terra uiuentiū. De qua & in alio loco scriptum est: Placebo dño in regione uiuentium. Et rursum: Placebo dño in lumine uiuentiū. Regio ergo sanctorū ipsa est, quæ appellatur lux uiuentium. Non est enim deus mortuorū, sed uiuorum. Hoc aūt est omne quod metuit: ne salutare dei ductus ad inferos, nequaquam mereatur aspicere. Sequitur: Non aspiciam hominem ultra & habitatorem quietis. Quod nos olim propter uerbi ambiguitatem sequenti uersiculo iunxeramus: sermo enim Hebraicus חדל si legatur aut scribatur, requiem: si חלה occidentem sonat. Timet ergo ne cū sanctis & hominibus dei non habitet in quiete: ne non uideat dñm in terra uiuentium: ne generatio illius instar tabernaculi dissoluatur: ne in telę similitudinem in ipso lucis exordio præcidat, & nequaq; de semine eius Christus oriat. Quod aūt corpus nostrū appellet tabernaculū, & Apostolus instruit dicēs: Nos qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus aggrauati. De mane ait usq; ad uesperū finies me: sperabā usq; mane. Qđ & Iob in angustia sua atq; in tormētis corporis sustinuisse se dicit quando in die expectabat noctem, & lucem præstolabat in tenebris: mutatione temporum putans mutari posse supplicia. Hoc uerum esse nouit qui magnis febribus æstuat: cuius ignis internus in similitudinē leonis omnia ossa consumit: nec se putat præ doloris magnitudine ultra esse uictu-

Psal. 9.c
Matth. 16.c
Gen. 25.d
Psal. 54.d
B
2.Cor. 5.b
Iob. 4.d
Psal. 114.b
Ibid. 55.c
Matth. 22.e

rum. a ¶ *Sicut pullus hirūdinis sic clamabo, etc.*] Mors imminens, & languoris incumbēs dolor quasi leo ita omnia corporis mei ossa frangebat: sed ego in similitudinem hirundinis, & columbæ, fletibus, & gemitibus dies noctesq; iūgebam: & à deo solo qui poterat subuenire, eleuatis in altum oculis auxilium præstolabar. Dicebamq; ad eum: plus patior quā mea poscunt merita, sed & si quid erraui, cōuertar ad me, & tu responde pro me: Non est enim uolentis neq; currentis, sed miserētis dei. Rursumq; in se reuertit: Quid dicam: quidue causabor contra te factorem meum? aut quid mihi respondebit qui fecit ipse qđ uoluit? Sustinēda ergo sunt quæcunq; de creuerit. Pro pullo hirundinis: siue hirundine, ut Lxx. transtulerunt: in Hebraico scriptum est סוס עגור qđ interpretatus est Aquila, equus agor:

HEB. Sicūt pullus hirūdinis sic clamabo: meditabor ut colūba: attenuati sunt oculi mei suspiciētes in excelsum. Dñe uim patior: respōde pro me: quid dicā: aut qd respōdebit mihi cū ipse fecerit? Reputabo oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Dñe si sic uiuitur: & in talib. uita spiritus mei: corripies me & uiuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti animā meā ut nō periret: proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea. Quia nō infernus cōfitebit tibi: neq; mors laudabit te: nō expectabūt qui descendunt in lacū ueritatem tuā. Viuens, uiuēs ipse confitebit tibi: sicut & ego hodie. Pater filijs notam faciet ueritatē tuā. Dñe saluū me fac: & psalmos nostros cantabimus cūctis diebus uitæ nostræ in domo dñi.

SEP. Quasi hirundo sic clamabo: quasi colūba sic meditabor. Defecerunt enim oculi mei aspiciēdo in excelsum cœli ad dñm qui eruit me, & abstulit dolorē animæ meæ, & ipse fecit. Dñe de ipsa annunciatum est tibi: & suscitasti spiritū meum: & consolatus uiuificasti. Ecce in pace amaritudo mea: liberasti enim animam meam ut non periret: & proiecisti post me omnia peccata mea. Neq; enim in inferno laudabunt te: neq; mortui benedicent tibi. Neq; sperabunt qui apud inferos sunt misericordiam tuam: uiuentes benedicent tibi, sicut & ego. Ab hodie enim filios faciam: qui annunciabunt iusticiam tuam domine salutis meæ, & non requiescam benedicēs tibi cū psalterio, omnibus diebus uitæ meæ in conspectu domus dei.

Et iusſit Theod. סיס עגור media enim uocalis litera י si ponatur inter duas ס, legitur סוס & appellatur equus: si י legitur סיס & hirundo dicitur. Symmachus autē ita transtulit: Sicut hirundo inclusa, sic cantabo: quod uerbum עגיג & in Hieremia legitur, ubi scriptum est: Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempora sua. b ¶ *Reputabo omnes annos meos in amaritudine animæ, etc.*] Nulla res longa mortalium est: omnisq; felicitas seculi dū tenetur amittitur. Cum eīm tribulationis tempus aduenerit, omne quod præteritū est, nihil adiuuat sustinētē. Vnde stulta Epicuri sententia est: qui asserit recordatione præteritorū bonorū, mala præsentia mitigari. Ergo Ezechias reputare se dicit omnes annos regni sui, & præteritæ ut putabat beatitudinis in præsenti amaritudine. Et quia iā securus est, nec patiē quæ refert: de humano statu philosophaē, & dicit: Dñe si sic uiuitur, & tali sumus conditione generati: corripuisti me, sed uiuificasti me: pacēq; tribuisti fugato Assyrio: sed pax mea omni mihi amaritudine fuit amarior: qa trāqllitate popłis reddita, & urbe secura: ego solus limina mortis intraui. Sed tu eruisti animā meā ut nō periret: uel præsenti uitæ uel futuræ. Proiecisti eīm post tergū omnia peccata mea: ne illa tristis aspicerē, sed tuā misericordiā cōtemplarer: Infernus enim

Hier. 8.f

A enim & mors non cōfitebūtur, neq; laudabūt te: iuxta
Psal. 6.b illud quod scriptū est: In inferno aūt quis cōfitebitur tibi? Confessioq; in hoc loco, nō pro pœnitentia sed pro
Luc. 12.d gloria & laude accipitur: sicut & in euangelio legimus: Confitebor tibi dñe pater cœli & terræ. Non expectabunt, inquit, qui descendūt in lacū, ueritatē tuā: melius quām in Lxx. τὴν ἐλεημοσύνην: id est, misericordiā. Qui eīm in inferno est nō expectat iudicij ueritatem: sed misericordiā dei: maxime cū saluator ad inferna descēderit, ut uinctos de inferis liberaret. Pro lacu, manifestius ijdem, inferos, transtulerūt. Viuens uiuēs ipse cōfitebit, sicut & ego hodie. Et hic cōfessio pro laudatione ponitur. Neq; enim
Eccli 15.b sua scelera confitetur: sed gratias agit deo, & nō est pulchra laudatio in ore peccatoris. Cūq; infernus & mors nō cōfiteantur nec laudent deū, ecōtrario uita atq; uiuentes dñm glorificāt. Quodq; sequitur: Pater filijs no
Deut. 32.a tā faciet ueritatē tuā: hoc significat, quod in Deuteronomio dicitur: Interroga patrē tuū & annunciabit tibi: seniores tuos, & dicēt tibi: ut per successiones & singulas generationes, dei in posteros clemēia prædicetur. Pro quo Lxx. posuerūt: ab hodie eīm filios faciā qui annun
B ciabunt iusticiā tuā. Causalisq; coniunctio, sequētia cū superioribus copulat: quod uidelicet ideireo uiuentes & ipse uiuens benedicant deo: quia ab hac die facturus sit filios: qui annūcient ueritatē eius: quod certe suæ nō erat potestatis. Neq; eīm per prophetā illi liberi reprimissi sunt: sed præsens uita cōcessa, præsertim cū impijssimū filiū genuerit Manassen: qui repleuerit Hierusalē sanguine, à porta usq; ad portā, & nō benedixit, sed maledixit deo persequēs sanctos eius. Possumus ergo iuxta Lxx. hoc dicere, qđ nō dixerit filios faciā: sed παιδία, quos uel paruulos, uel pueros, siue infantulos, & posteros intelligimus: ut ex eo qđ ipse misericordiā cōsecutus est, omnis uētura posteritas hoc cognoscēs, laudet eius incredibilē clemētiā. Saluū ergo me fac dñe, & oēs qui in te credimus: tuoq; sumus auxilio liberati: cū cūctis diebus uitæ nostræ te canemus in tēplo. a ¶ *Et iusſit Esaias, etc.*] Hoc prius legēdū est quām oratio Ezechiæ sicut scriptura, quā nūc interpretati sumus: ante eīm cataplasma uulneri impositū est, & prius signū ab eo petitū futuræ sanitatis, quām gratias ageret dño: qđ dicitur fecisse sanatus. Aiunt Hebræi uerbū שחין qđ prætermisere Lxx. ulcus sonare nō uulnus. Nam & Aquila Symmachusq; & Theodotio ἕλκος interpretati sunt: per quod morbū regiū intelligi uolūt: cui cōtraria putātur, uel sumpta in cibo, uel apposita corpori quæcūq; sunt dulcia. Ergo ut dei potētia mōstraretur: per res noxias & aduersas, sanitas restituta est. Alij שחין non ulcus, sed apostema suspicantur: qñ tumens corpus, cocto & putrescente pure completur. Et iuxta artem medicorū, omnis sanies sicciboribus ficis atq; contusis, in cutis superficiem prouocatur: ac per hoc non spernendam esse medicinā, quæ usu constet & experimēto: quia & hanc fecerit deus. Oratio igitur ac gratiarū actio hucusq; cōscripta est: Cæterū quod signū datum sit, superior historiæ ordo narrauit.

Sup. 36.a IN tēpore illo misit Merodach Baladan, etc.] Supra legimus quarto decimo anno regis Ezechiæ ascēdisse Sennacherib regē Assyriorū super omnes ciuitates Iudæ mu-

CAP. XXXIX

IN tēmpore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset & conualuisset. Lætatusq; est super eis Ezechias: & ostendit eis cellā aromatum, & argenti & auri, & odoramentorum et unguenti optimi: & omnes apothecas supellectilis suæ: & uniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius: nō fuit uerbū qđ non ostenderit eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

Et iusſit Esaias ut sumerēt massā de ficis: & cataplasmarēt super uulnus, & sanarēt. Et dixit Ezechias: qđ erit signū quia ascēdā in domū dñi.

Introiuit rios in regnū successerat: de cuius seu morte seu uita scriptura cōticuit. Ex quo perspicuū est aliud fuisse tunc regnū Assyriorū, & aliud Babyloniorū. Denicq; Samariā: id est, decē tribus cepere Assyrij. Iudā aūt & Hierusalem postea legimus cepisse Chaldæos, quorū rex Nabuchodonosor fuit. Et quia apud eos astrorū obseruantia est, stellarūq; cursus longo usu & exercitatione cognitus, quod & in dñi natiuitate monstratur: intellexerūt solē reuersum, diei spacia duplicata, seruire ei quē solū deū putabant. Cūq; causas huius miraculi rationemq; perquirerent: fama per omnes gentes uolitāte, didicerunt D propter ægrotationē regis Iudæ, etiā cursum signi clarissimi cōmutatū. Quā nō esse opinationē meā: sed scripturæ sanctæ fidē, Dei uerba testātur: quæ dixere postalia: Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontē aquarū Gihō, & auertit eas subter ad occidentē urbis David. In omnibus operib. suis fecit prospere quæ uoluit: attamen in legatione principū Babylonis qui missi fuerant ad eū ut interrogarent de portento quod acciderat super terrā, reliquit eū deus ut tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Ideirco aūt tentationi relictus est: quia post tantā uictoriā, & solis regressum, & congratulationē regni potentissimi: cor illius eleuatū est. Denicq; in codē uolumine scribitur: Multi deferebant hostias & sacrificia dño in Hierusalē, & munera Ezechiæ regi Iuda, & exaltatus est corā cūctis gētib. 2.Par. 32.c
In diebus illis ægrotauit usq; ad mortē: & orauit dñm, & exaudiuit eū, & dedit ei signū: sed nō iuxta beneficia quæ acceperat retribuit, quia exaltatū est cor eius, & facta est cōtra eū ira, & cōtra Iudā & Hierusalē. Rursumq; scriptura sancta elationē cordis eius dicit pœnitētia mitigatā: inferens: Et humiliatus est postea: eo qđ exaltatū esset cor eius: tā ipse quām habitatores Hierusalē, & idcirco nō uenit super eos ira dñi in diebus Ezechiæ. Lætatus est ergo in aduentu legatorū Merodach: quē patrē fuisse Nabuchodonosor Hebræi autumāt, & in oblatione munerū, et cōgratulatione sanitatis suę. Ostēditq; eis iuxta Lxx. domū בגזיתיו p qua Symmach. trāstulit aromatū suorū, & thesauros argēti & auri & odoramentorū & unguēti optimi: qđ in Hebraico scribit, olei boni, & oēs thesauros uasorū Gazæ: siue ut ibi legitur, uasorū suorū. Gaza aūt lingua Persarū diuitię nūcupātur: nec est Hebræus sermo sed Barbarus. Nō fuit, inqt, uerbū, qđ iuxta Hebraicā cōsuetudinē p re frequēter accipitur: quod nō ostēderit eis in domo sua, & in omni potestate sua. Vnde dei ira iustissima: qñ non solū thesauros suos atq; palatij, sed & templi ostenderit: quod certe fuit potestatis eius, de cuius ualuis auri laminas ante iā

A tulerat. *d* ¶ *Introiuit, etc.*] Tradũt Hebræi ideo ægrotasse Ezechiã: qm̃ post inauditã uictoriã Iudæorũ, & Assyrij regis interitum: ño cecinerit laudes dño, quas cecinit Moyses Pharaone submerso: & Debbora interfecto Sysara, & Anna genito Samuele: unde cõmontiũ esse fragilitatis suæ. Rursũq; post corporis sanitatẽ & signi magnitudinẽ offerri aliã occasionem superbiæ: quã ut prudens & dei cultor uitare debuerat: nec mõstrare alienigenis diuitias suas quas deo tribuẽte possederat. Ex quo iuxta leges quoq; Tropol. discimus, nõ mittendas margaritas ante porcos: nec dãdũ sanctũ canib. Qui em̃ fidelis est, spiritu absconditi negocia, & quicunq; hoc fecerit, omnis uirtus illius eneruat: peritq; posteritas, & amisso uirili robore, in muliebrem redigit mollitudinẽ. Ingredit ergo Esaias ad regem & quasi nescius scisciatur: Quid dixerũt uiri isti, & unde uenerũt? Duo interrogat: quid

B locuti sint, & unde uenerint. Ille ad unũ respõdit altero prætermisso: qđ cũ ἐυφεσει & supercilio legendũ est: De terra lõginqua uenerũt ad me de Babylone: qđ quãto terra lõgior sit unde uenerũt, tanto iste gloriosior, ꝓpter quẽ uenerint. Et uenerũt, inqt, ad me: qui debuerat dicere: uenerũt ad glorificãdũ deũ, ꝓ signi magnitudine de Babylone quæ urbs in toto orbe potẽtissima est. Rursũq; Esaias. Quid, inqt, uiderũt in domo tua? Et ille respõdit ex parte uerũ: qđ omnia uiderint in domo illius: nec fuerit res quã nõ ostenderit eis in thesauris suis: Sed alterũ tacet, de quo uerebat offensam: qđ ostẽderit eis cuncta quæ haberet in potestate sua: haud dubiũ quin & tẽpli supellectilẽ: ꝓpter quæ Esaias dei sermone, ꝓfert sententiã: Audi uerbũ dñi exercituũ: Veniet tẽpus qñ omnia hæc quæ in domo tua sunt, & nõ tuo sed patrũ tuorũ labore quæsita, in Babylonẽ trãsferantur, & de semine tuo fiãt eunuchi in aula regia. Ex quo Hebræi uolũt Danielẽ, Ananiã, Misael, & Azariã: qui fuere de regio semine, factos esse eunuchos: quos in ministerio regis Nabuchodonosor fuisse nõ dubium est. Dixit itaq; Ezechias: Bonũ uerbũ dñi qđ locutus est. In quo ab Hebræis re-

Exod. 32. g prehẽdit: cur nõ sit imitatus bonitatẽ Moysi, qui locutus ad dñm est: Aut dimitte eis hãc noxã: aut si nõ facis: dele me de libro tuo, quẽ scripsisti. Vnde & apostolus

Rom. 9. d Paulus anathema uult esse à Christo pro fratrib. suis q sunt Israelitæ, et propterea Ezechiã dei sermonib. nõ ꝓbatũ: qui in cõsequentib. loquitur: Cõsolamini, cõsolamini populus meus, dicit deus uester: ut pro quib. ille nõ rogauerat, dñi clementia cõsolentur. CAP. XL

Consolamini, etc.] Iuxta interpretes cæteros: iubẽt alij, ut populũ dei & Hierusalẽ pariter cõsolẽtur: Iuxta Hebraicũ ipsi præcipit populo, ut cõsoleẽ, & loquatur ad cor Hierusalẽ, & aduocet eã. Loqui autẽ ad cor Hierusalẽ, idioma scripturarũ est. Qui em̃ mœrenti loquit̃, & blãdiẽs cõsolator est: ad cor loqui dicit̃. C
Doceat nos Sychẽ filius Hemor, qui corrupta Dina locutus est ad cor eius, & cõsolatus est eã. Et ubicũq; simile quid inueneris, hũc sensum habet. Causaq; cõsolationis, remissio peccatorũ est, & causa remissionis, qm̃ susGen. 34. d cepit de manu dñi duplicia pro omnib. peccatis suis. Qui em̃ scit uolũtatem dñi sui & peccat, uapulabit multis. Omnisq; qui habet in se habitatorẽ spiritũ sanctũ: quẽ saluator apostolis ꝓmittebat, dicẽs: Rogabo patrẽ meũ, & aliũ cõsolatorẽ dabit uobis: ut sit uobiscũ in sempiternũ, spiritum ueritatis. Et iterũ: Cũ aũt uenerit cõsolator spiritus sanctus: quẽ mittet pater meus in nomine meo: ille uos docebit omnia. Et rursum. Cũ uenerit consolator quẽ ego mittã uobis à patre: spiritũ ueritatis qui à patre egreditur ille testificabit de me. Et: Prodest uobis ut ego uadam: Nisi em̃ ego abiero, consolator nõ ueniet ad uos, Cõsolator est cui & nũc præcipitur: D ut consoletur populũ dei. Vnde & apostolus Paulus loquebatur ad credẽtes: Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi: pater misericordiarũ, & deus oñis cõsolationis, qui cõsolat nos in omni tribulatione nostra, ut possimus cõsolari eos qui in omni tribulatione sunt: per cõsolationẽ qua ipsi cõsolamur à deo: qm̃ sicut superabũdant passiones Christi in nobis, sic per Christũ abundabit & consolatio nostra. Et iterum: Et spes nostra firma est pro nobis: scientes qm̃ sicut participes estis passionũ: sic & cõsolationis eritis. Qui sic aũt iste populus qui per apostolos & uiros ecclesiasticos cõsolat: nõ Israel & Iacob, & Iuda, ut in alijs locis scriptura commemorat, sed populũ dei: Zacharias ꝓpheta esse testatur dicẽs: Gaude & lætare filia Sion: quia ego uenio & habitabo in medio tui, dicit dñs. Et cõfugient gentes multæ ad dñm in die illa, & erũt ei in populũ, & habitabũt in medio tui, & cognoscẽt qm̃ dñs omnipotens misit me ad te. Quo testimonio perspicue demonstratur gẽtes plurimas in populũ dei esse uertendas. Et hæc dicit dñs missus à dño: cui nomẽ omnipotens est. Et hoc notandũ quod non soluantur peccata nostra, nisi de manu dñi receperimus ea. Nec idẽ est solui peccata atq; dimitti. Cui em̃ dimittuntur, solutione nõ indiget: audiens in euãgelio: Confide filia, Matth. 9. f dimittũtur tibi peccata tua. Cui aũt soluũtur: propterea soluũtur, quia purgata sunt & soluta per pœnas. Iuxta historiã recepit Hierusalẽ de manu dñi duplicia peccata sua: Semel à Babylonijs: secũdo à Romanis. Quodq; addit in Lxx. ἱερεις, id est, sacerdotes, obelo prænotãdũ est. *c* ¶ *Vox clamantis, etc.*] Huius uocis memores scribę & pharisæi & principes Iudæorũ, cũ audissent Ioannem in solitudine prædicare baptismũ pœnitẽtiæ, & docere populũ, mittunt qui interrogent eũ, utrũ ipse sit Christus, an Helias, an propheta. Cumq; respõdisset nihil se horum

A horũ esse: Rursus interrogant: Dic ergo nobis, quis es? ut respõsum demus his qui miserunt nos: Quid dicis de te? Atq; ille respõdit: Ego sum uox clamãtis in deserto, parate uiã dñi, sicut dixit Esaias propheta. In quo animaduertendũ, quod rectæ uiæ dñi & semitæ dei nostri, impletio uallium & montiũ, colliũq; humiliatio, & prauorũ correctio, & asperorũ rupiũq; cãpestria, & gloria dñi & salutare dei nostri non prædicetur in Hierusalẽ, sed in solitudine ecclesiæ, & in deserta gentium multitudine, de qua supra legimus: Lætare deserta sitiẽs, exultet solitudo, & floreat quasi liliũ: Hæc em̃ de serta erat notitia dei, & ab idolis tenebat humilis in confessione, erecta in superbia, aspera & intracta bilis in feritate. Sed postq; apparuit gloria dñi, & uidit oñis caro salutare dei: cuncta repẽte mutata sũt & uia dñi præparata, ita ut appareret in solitudine gloria dei,

B quãdo baptizatus est Sion dñs in Iordane, & aperti sunt cœli, & spiritus sanctus in specie colũbæ descendit & mãsit in eo: uoxq; patris desuper intonãtis audita est: Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui, hũc audite. Et omnis caro uidit salutare dei. Quæ propterea appellabatur caro, quia prius sanctũ spiritũ non habebat. De qua dicit & dñs: Nõ permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniã carnes sunt. Illa autẽ caro uidebit salutare dei, de qua per

Ioel. 2. g Ioel idẽ loquebatur, Effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ, & prophetabũt. Quod nõ solũ illo tẽpore clamabat Ioannes, qui sermonis dei præcursor & præuius, recte uox appellatur: sed usq; hodie in deserto gentilium, ecclesiarũ clamant magistri, ut rectas faciamus uias & semitas in cordibus nostris deo, impleamurq; uirtutibus, & inclinemur humilitate, prauа mutemus in recta, aspera uertamus in mollia, & sic gloriam dñi et salutare dei uidere mereamur. *a* ¶ *Vox dicentis, etc.*] Hoc quod asteriscis notatur, quia spiritus dei flauit in eo: uere fœnũ est populus: aruit fœnum, cecidit flos: ex Hebraico & Theodotionis æditione additũ est. Ex quo manifestum est, uel à Lxx. prætermissum uel paulatim scriptorũ uitio abolitum, dum & prior & sequens uersus finitur in flore. Supra legimus propheta dicente: Et audiui uocem dñi dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ecce ego, mitte me, & ait: Vade & dic populo isto: Aure audiens, & non intellige tis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis, & reliqua. ad quam prædicationem dura perpessus, nunc dñi uoce dicente, clama: timens similia, quid clamare debeat scisciatur, & à generali incipiens: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: peruenit ad speciale, ut nihilominus dicat de populo: Vere fœnum est populus. Et reuera si quis fragilitatem carnis aspiciat: & quod per horarum momenta crescimus atq; decrescimus: nec in eodem manemus statu, ipsumq; quod loquimur, dictamus & scribimus de uitæ nostræ parte

præteruolat: non dubitabit carnem fœnum dicere, & C
gloriã eius quasi florẽ fœni siue prata cãporũ. Qui dudũ infans, subito puer: qui puer, repẽte iuuenis, & usq; ad senectutẽ per spatia mutatur incerta: & ante se senem intelligit q̃ iuuenẽ nõ esse se miretur. Pulchra mulier quæ adolescentulorũ post se trahebat greges, arata fröte cõtrahitur: & quæ prius amori, postea fastidio est. Quod & egregius apud Græcos scribit Orator: Speciẽ corporis aut tẽpore deficere aut lãguore cõsumi. Exiccata est igitur caro, & cecidit pulchritudo, qa spiritus furoris dei atq; sentẽtiæ flauit in ea, ut à generali disputatiõe ad scripturæ ordinẽ reuertamur, eius q portat imaginẽ terreni, et seruit uitijs atq; luxuriæ, fœnũq; est & flos præteriẽs. Qui autem habet atq; custodit imaginẽ cœlestis, illa caro est quæ cernit salutare dñi, quæ quotidie renouat in cognitionẽ secundũ imaginẽ creatoris, & incor D
ruptibile atq; immortale corpus accipiens, mutat gloriã non naturã. Verbũ aũt dñi nostri, & hi qui uerbo sociati sunt, permanent in æternũ. *b* ¶ *Super montem, etc.*] Præcipitur apostolorũ choro, ut ad prædicationẽ omnis carnis quæ uisura sit salutare dei, excelsa cõscendat: de magnisq; dicturi, in sublimibus cõmorentur. Porro Hebra. & cæteri interpretes ponũt genere fœminino, ut dicant, quæ euangelizas Sion, & quæ euangelizas Hierusalẽ. Quod uerbũ iuxta Græcos ambiguũ est, ut possimus accipere uel eã quæ nunciat uel eã cui nunciatur. Siue igitur nũciat uerbũ dei, & dñi salutare, Sion & Hierusalẽ: de Sion em̃ exiuit lex, & uerbũ dñi de Hierusalẽ: siue nunciatur eis per apostolos, debent excelsa cõscendere & ad mõtana trãsire. Mirũq; in modũ eum ipsa Sion mons sit, dicente scriptura, Mõs Sion in quo *Psal. 73. d*
habitasti: aliũ altiorem montẽ iubetur ascendere à quo uulneratus est princeps Tyri. Et quia doctrinæ apostolorũ erant multa futura contraria, & staturi ante præsides, & tribunalia ducebantur: iungitur, exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iuda, synagogis uidelicet & populis Iudæorũ, de quibus dñs loquebat: Non ueni nisi ad *Matth. 15. e*
oues perditas domus Israel. Et Paulus apostolus: Vo- *Act. 13. g*
bis, inqt, oportebat annũciari primũ uerbũ dei: Quid est aũt illud quod iubent dicere? Ecce deus uester, quẽ semper expectabatis: Ecce dñs deus in fortitudine ueniet, quẽ cõtempsistis in humilitate uenientẽ. Et fortitudo eius dñabit, qui prius formã serui acceperat, factus patri obediẽs usq; ad mortẽ. Ecce merces eius cũ eo, & opus illius corã eo. Iuxta quod ipse dicit in euangelio: *Matth. 16. d*
Venturus est em̃ filius hominis in gloria patris sui: & reddet unicuiq; secũdũ opus suũ. Sicut pastor gregẽ suum pascet. Iste qui postea in maiestate uenturus est, prius formam pastoris accipit, & dicit ipse de se: Ego sum pastor bonus et cognosco meas, et cognoscũt me meæ, et pono animã meã ꝓ ouib. meis. De quo in Zacharia pater lo-

SEP. serto, parate uiã dñi, rectas facite semitas dei nostri. Omnis uallis implebit̃, & omnis mõs & collis humiliabit̃, & erũt prauа in directa, & aspera in cãpos. Et apparebit gloria dñi, & uidebit omnis caro salutare dei, qa dñs locutus est. Vox dicẽtis, clama, & dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnũ, & omis gloria hominis quasi flos fœni. Aruit fœnũ & cecidit flos, * qa spũs dei flauit in eo: uere fœnũ est populus: exiccatũ est fœnũ: cecidit flos .. uerbũ autẽ dei nostri manet in sempiternũ. Super mõtẽ excelsum ascẽde qui euãgelizas Sion

HEB. serto, parate uiã dñi, rectas facite in solitudine semitas dei nri. Oĩs uallis exaltabit̃, et oĩs mõs & collis humiliabit̃, & erũt prauа in directa, & aspera in cãpos. Et reuelabit̃ gloria dñi, & uidebit oĩs caro pariter qđ os dñi locutũ est. Vôx dicẽtis, clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnũ, & oĩs gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnũ: cecidit flos, quia spirit⁹ dei flauit in eo, uere fœnũ est populus. Exiccatum est fœnũ: cecidit flos, uerbum autẽ dñi nostri stabit in æternũ. Sũp mõtẽ excelsum ascende tu quæ euãgelizas Sion

A suo cõgregabit agnos: nõ tauros & arietes & hircos & grãdes oues, quibus per Ezechiel cõminat, quod lacte uescãt & operiãtur lanis, & infirmũ cõterãt gregẽ, sed agnos adhuc tenellos & rudis in Christo infantiæ, q nuper in baptismo sunt renati: de quib. ipse dñs loquebat

Ioan. 21.d ad Petrũ: Pasce agnos meos. Vnde & in cõ-
Ezech. 34.f dẽ Ezechiele scriptũ est: Suscitabo super eos pastorem unũ, & pascet eos, seruũ meũ Dauid, & erit pastor eorũ, & ego dñs ero eis in deum, & Dauid in medio eorũ princeps. Ego dñs locutus sum: & ponã cum Dauid testamẽtũ pacis. In quo cõsideran dũ q̃ post multa tẽpora Dauid gulosis pastoribꝫ reprobatis, dñm nostrum qui est de stirpe Dauid suscitaturum esse se dicat, qui congreget agnos & foueat in sinu suo, & fœtus ouiũ siue fœtas oues ipse portet in

Luc. 15.d humero suo. Sicut in Euangelio legimus, quod ouẽ erroneã &

B à grege solito remanẽtem, suis ad caulas humeris reportarit. Possumus oues fœtas, apostolos & apostolicos uiros omnesq; ecclesiæ doctores dicere, qui salutem partu riũt plurimorũ, & di-

Gal. 4.c cunt cũ Apostolo: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Hebræi asserunt: nẽc de hac re apud eos ulla dubitatio est, spiritum sanctum lingua sua appellari genere fœminino, id est רוח קדשה. Illudq; q̃ in Psal. LXVII. dicit: Dñs dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa: Illi sic intelligunt: Dñs dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa, his uidelicet animabus quæ spiri-

Psal. 122.a tum sanctum consecutæ sunt. Necnon & illud: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: animam interpretantur ancillam, & dominam spiritum sanctũ. Sed & in euangelio quod iuxta Hebræos scriptũ, Nazaræi lectitant: Dñs loquitur, modo me tulit mater mea, spiritus sanctus. Nemo aũt in hac parte scandalizari debet, quod dicatur apud Hebræos spiritus genere fœminino, cũ nostra lingua appellet genere masculino, & Græco sermone neutro. In diuinitate enim nullus est sexus.

Ioan. 19.d Et ideo in tribus principalibus linguis, quibus titulus dominicæ scriptus est passionis: tribus generibus appellatur, ut sciamus nullius esse generis q̃d diuersum est. a ¶ *Quis mensus est, etc.*] Ne quis putaret difficilem esse uocationẽ gẽtiũ, & quod omnis caro uideret salutare dei, super mõtẽ excelsum inbet ascẽdere, qui euãgelizat Sion: & ipse dñs ueniret in fortitudine, & redderet unicuiq; secũdũ opus suũ, instarq; pastoris agnos foueret in sinu, & fœtas ipse portaret: describit illius magnitudo, q̃ nihil ei impossibile sit, & q uniuersa cõdiderit creatorq; sit omniũ, et iã hęc quæ cõparatione eorũ parua sunt, ualeat ꝓperrare. Qd autẽ pugillũ uocat & palmũ, humanæ consuetudinis uerbis utit atq; mensuris, ut dei potentiã p nostra uerba discamus. In eo ubi lxx. trãstulerũt τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸν λαὸν. i. Quis mẽsus est manu aquã: Siue ut nos uertimus: Quis mensus est pugillo aquas: Aqla transtulit: Quis mẽsus est minimo digito aq̃s: Hoc eñ λίχανον sonat, ut scilicet nõ tota manu, sed paruo digito, quẽ uulgo gustatorẽ uocãt, omnis aquarum uastitas põderet. σπιθαμῇ aũt, hoc est, palmus extentam significat manũ à pollice usque ad extremũ digitũ. Sin aũt contrahamus manũ, pugillus efficit, ut per palmũ & pugillũ, extentos cœlos & globũ terræ nouerimus. Pro pugillo quẽ in cõprehẽsione terræ Lxx. transtulerũt, in Heb. scriptum est, שלישי quem Symmachus τριτον, Aquila τρίσωμον interpretati sunt, & nos ut manifestius facere mus, in tres digitos uertimus, q̃d scilicet molẽ terræ & excelsa mõtiũ colliũq; quasi tribus digitulis, & statheræ paruo momẽto appẽderit, per quæ dei maiestas & creatoris potẽtia demõstratur. Quis, inquit, adiuuit spiritũ dñi, aut quis cõsiliarius eius fuit, & ostendit illi, &c. Pro quibus Symmach. interpretatus est: quis parauit spiritũ dñi, & uirtũ cõsiliꝫ eius quis ostẽdit ei? cũ quo iniit cõsiliũ, dedit q; ei intelligentiã, & docuit eũ uiã iudicij, & instruxit illũ scientia, & iter prudẽtiæ mõstrauit ei? Per quod ostẽdit manifestius paratũ spiritũ, siue firmatũ illũ esse, de quo in Apostolo legitur: Dñs aũt spiritus Ioan. 4.d est, & super quẽ requieuit spiritus dei, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, & reliqua: Qui dicit in cõsequentibus: Spiritus dñi super me, propter quod unxit me. Ipse enim est spiritus dñi, & uir consiliꝫ eius in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, cũ illo iniit consiliũ, de quo supra diximus: Admirabilis consiliarius. Et in prouerbijs scriptum est: Deus sapientia fundauit terram, parauit aũt cœlos prudentia. Porrò Lxx. qui

Sup. 11.d
Prouer. 3.d

A qui dixerũt τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς αὐτῷ σύμβουλος ἐγένετο, id est: Quis nouit mentẽ dñi, & quis consiliarius eius fuit? hoc intelligi uolũt, quod mens & ratio & sensus dei, per quẽ facta sunt omnia, & sine quo factum

Psal. 32.b est nihil: ille sit de quo in psalmis canitur: Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Oẽs gentes quæ nõ nouerũt creatorẽ suũ, siue uniuersum mortaliũ genus, ad comparationẽ dei quasi stilla situlę sunt: & quasi momentũ statheræ quod leui pondere in partẽ alteram declinat. Et quomodo si de situla stilla modica fluat à portãte negligit: ita uniuersa gẽtiũ multitudo supernis ministerijs cõparata, & angelorum multitudini, pro nihilo ducit. Insulę quoq; quasi saliua reputantur: siue ut Symmachus & Theodotio ipsũ ponẽtes Hebraicũ, sicut דק q̃d decidit: pro quo Aquila λεπτὸν βαλλόμενον trãstulit. Aiunt aũt He-

B braei hoc uerbo significari tenuissimũ pulueręm, qui uẽto raptan te sæpe in oculos mittitur, & sentit potius quãm uidet. Minutissima ergo frusta puluęris & penè inuisibilia, hoc uerbo appellant, quas forsitã Democritus cũ Epicuro suo atomos uocat. Multaq; sunt nomina quæ ita legunt in Græco, ut in Hebraico posita sunt, ꝓpter interpretãdi difficultatem, & ad comparationem linguæ Hebrææ, tam Græci quãm Latini sermonis pauperiem. Simulq; ut paulatim homines abstrahat ab idololatria, aufert ceremonias uictimarum, & docet quod omnia ligna Libani & armenta quæ in eo pascuntur, holocaustis eius suffi-

C cere nequeant. Si autem omnes gentes sic sunt in conspectu illius quasi non sint, & quasi nihil & inane reputantur: in omnibus autem gentibus & Israel est, ergo & ipse sic est quasi non sit, & in nihili atq; inane reputatur. Hoc dicimus ut frangatur eius superbia, & cæterarum gentium similes esse se nouerint. a ¶ *Cui ergo similem feciſtis deum, etc.*] Descripta dei magnitudine, & potentia illius ex parte monstrata: gentib. quoq; insulisq; quasi stilla situlæ, & momento statheræ reputatis, ac puluere & hostiarum ceremonijs refutatis, cur omnes gentes quasi nihili sint in conspectu eius, & quasi inane reputentur, sequentib. docet. Cui similem feciſtis deũ, aut quam imaginem ponetis ei qui spiritus est, & in omnibus est, & ubiq; discurrit, & terrã quasi pugillo cõtinet? Simulq; irridet stulticiã nationũ, q̃d artifex siue faber C ærarius, aut aurifex aut argentarius deũ sibi faciãt, & laminis clauisq; cõpingãt, ac fortiter statuãt, ne uẽtorũ flatibus detrudat. Quodq; intulit, forte lignũ & imputribile elegit artifex sapiẽs: in Hebraico dicit תרשכן quod genus ligni est imputribile, quo uel maxime idola fiũt. Hæc aũt dicit, ut idolis repbatis, euãgelicæ doctrinæ paret uiã, & omnia praua dirigant in rectũ, exaltent ualles & colles humilient & reuelet gloria dñi, ut omnis caro uideat salutare dei. Iuxta tropologiã possumus dicere, q̃d increpent principes hæreticorũ, diuersa idola de suo corde fingentes, uel eloquij uenustate, q̃d interpretat argentũ, uel splẽdore auri, q̃d refert ad sensum: uel ligno imputribili, quæ uiliora sunt dogmata, & perpetua putent à fingentib. & dialecti ca arte firment ne moueant & corruãt, sed solida radice cõsistãt. Tropol.

b ¶ *Nunquid nõ scietis? nunquid, etc.*] Ab initio inquit, naturali lege uos docui, & postea per Moysen scripta lege testatus sum q̃d nihil essent idola, & q̃d creator mũdi ipse esset deus, q̃ tantã molẽ terræ fũdasset sup maria, & sup flumina collocasset eã, ut elemẽtũ grauissimũ sup tenues aquas dei pẽderet arbitrio: qui instar regis sedet sup gyrũ terræ, ex quo nonnulli D quasi punctũ & globũ eam esse contendunt. Et habitatores illius quasi locustas: Si eñ in toto orbe considere mus uarias nationes, & ab oceano usq; ad oceanũ, id est, ab Indico mari usq; ad Britãnicũ, & ab Atlãtico usq; ad Septentrionis rigorẽ, in quo congelascunt aquæ, & succina pulchra cõgrescunt, omne in medio hominum genus quasi locustas habitare cernimus. Quid igit superbit terra & cinis? quia cœlũ, imò ut scripturarũ utar autoritate, cœli extẽdunt quasi camera, siue ut in Heb. continet quasi יד de quo supra diximus: ꝓ quo Lxx. ibi saliuã interpretati sunt: & unũ uerbũ, nũc sputum, nũc camerã, id est, fornicẽ transtulerũt: & tantã eorũ latitudinẽ quasi tabernaculũ & papilionẽ extẽdit desuper, ut in similitudinẽ tecti operiret homines, & quasi in domo latissima habitare faceret: q̃d miremur si parua hominũ corpora quasi locustæ, & minuta reputent animãtiã? Rursum & in hoc loco qui ἡμισφαίριον terris immi nere cœlũ, & in similitudinẽ spheræ cœlũ esse contendunt: abutũtur nomine fornicis, q̃d scilicet media pars

spheræ

A sphæræ terrã oppiat, cũ in Hebraico nõ fornicẽ, sed יחד id est tenuissimum puluerẽ legerimus: Pro quo saliua quæ, piscẽ in terrã, & puluerì cõmiscet & deperit: ostendit uniuersam corporũ magnitudinẽ pro nihili reputãdã. Qui aũt extendit cœlos & expãdit eos, ut uel supra habitarent angelorũ multitudines, uel subter homines morarentur, & quasi magnã rationabilib. creaturis fecit domũ, ipse & p qualitate tẽporũ principes cõstituit, siue secretorũ scrutatores, ut sint quasi nõ sint: & iudices terræ uelut inane fecit: Pro quo Lxx. trãstulerũt τὸν δὲ γῆν εἰς κένωσιν ἐποίησεν, id est, terrã aũt quasi nihil fecit. Si quidẽ & in principio Genes. ubi scriptũ est: Terra aũt erat inuisibilis & incõposita: cæteri trãstulerũt: Terra aũt erat inane & nihili. Quantos reges & Græca & Barbara Romanaq; narrat historiæ? Vbi est Xerxis innumerabilis ille exercitus? ubi Israelitica in eremo multitudo? ubi regũ incredibilis potẽtia? Quid de ueterib. loquar? præsentia exẽpla nos doceãt esse principes quasi nihili: & iudices terræ quasi inane reputari. Qui principes & iudices terræ, siue ut alij suspicant cœli, nec sati sunt, nec plãtati, nec firma radice solidati. & repẽte iussione dei ita auferunt & pereũt, quasi stipula à turbine & tẽpestate rapta, iuxta illud qd scriptũ est: Et trãsiui, & nõ erat: & quæsiui eũ, & nõ est inuentus locus eius. Cũ ergo tanta sit potentia creatoris atq; maiestas, cui deũ similitudini comparatis? & nõ potius ex creaturarũ magnitudine intelligitis conditorẽ? Si non creditis uerbis, saltẽ oculis nostris credite, & ex cœlorũ elementorũq; omniũ seruitute, potestatẽ dñi cogitate. Qui educit in numero militiã eorũ, id est, cœlorũ: & omnes ex nomine uocat, subaudit, stellas. De quibus & in psalmis canit: Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnes eas ex nomine uocat. Siue militiã cœli, angelos interpretemur, & omnes cœlorũ exercitus, de quibus & Daniel loquitur: Milia miliũ ministrabãt ei, & decies cẽtena milia assistebãt illi. Vnde & dñs sabaoth appellatur, qui nostra lingua dicitur, dñs militiæ atq; exercituum siue uirtutũ. Educit autem iuxta numerũ cœlorũ militiam, ut & sol & luna & astra cætera, quæ Abraham numerare nõ potuit, illi numerata sint & seruiant officio delegata, dum eundẽ cœli cursum sol uno anno, lucifer uesperq; bienni o, luna singulis explet mensibus, omnesq; stellæ certis temporibus peragunt: & quædam ex his uocant errantes, atq; inæquales earum motus, oculis non mente cõspicimus, nec tam intelligimus quàm miramur: Magnitudo enim fortitudinis dei suo facit ordine cuncta seruire. Siue iuxta Lxx. à multitudine gloriæ & potentiæ uirtutis eius, nihil eum latere potest, sed omniũ uias rationesq; & cursus, creatoris maiestate cognoscit.

Vndecimi libri finis.

Psal. 36.g

C

Psal. 146.a

Dan. 7.c

Gene. 15.b

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DVODECIMUM COMMENTARIORUM ESAIÆ AD EVSTOCHIUM PROŒMIUM.

NVllus tã imperitus scriptor est, qui lectorẽ nõ inueniat similẽ: multoq; pars maior est, Milesias fabellas reuoluẽtiũ, quàm Platonis libros. In altero em̃ ludus & oblectatio est: in altero difficultas & sudor mixtus labori. Deniq; Timæũ, de mũdi harmonia, astrorũq; cursu & numeris disputantẽ, ipse qui interpretatus est Tullius, se nõ intelligere cõfiteꝫ. Testamentũ aũt Grunnij Corocottæ porcelli, decantãt in scholis puerorũ agmina cachinnantiũ. Igit & noster Luscius Lauinius, fruat testibus imò fautoribus suis: uincatq; multitudine, quia forsitã uincit ingenio. Mihi sufficit paucorũ testimoniũ, & amicorũ laude cõtentus sum, qui in expetendis opusculis meis, amore nostri labunt, & studio scripturarũ: ac nõnullos fore arbitror qui hoc ipsum quod ad te Eustochiũ sermonẽ facio, obtrectationi patere cõtendant, nõ cõsiderantes Holdam & Annã ac Debborã uiris tacentib. prophetasse, & in seruitute Christi nequaq; differentiã sexuum ualere, sed mentiũ. Duodecimus ergo in Esaiam explanationũ liber hoc habebit exordium.

B

D

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam Liber duodecimus.

QVare dicis Iacob & loqueris, etc.] Cũ omnipotẽtis dei tanta sit magnitudo, ut nihil eũ lateat, & omnia illius arbitrio gubernent: quare dicis Iacob, id est duæ tribus quæ appellabant Iudã & Ioseph, & loqueris Israel, decẽ aliæ tribus in Samaria quæ tã captiuæ ductæ estis in Assyrios: Abscõdita est uia mea à dño, & à deo meo iudiciũ meũ trãsibit? Et est sensus: Dicitis, ad deũ terrena nõ pertinẽt, nec cõsiderat qd unusq; nostrũ gerat. Vnde & nos ab hostib. iniuste opprimimur, et in iumẽtorũ et piscium similitudinẽ, iuxta Habacuc absq; ullo rectore disperdimur. Quib. respõdit deus: Nũqd nescis, nec præcedẽtiũ scripturarũ te uerba docuerũ: siue iuxta Lxx. ignoras qa nõ audisti, qd æternus deus & creator omniũ dñs, omnia nouit, omnia cõtinet, omnia sua maiestate dispẽsat? Nec aliq; deficit, nec laborat, ut tuũ iudiciũ nõ intelligat, & abscõditæ sint ab eo uiæ tuæ? Nec ẽ, inqt, inuestigatio sapiẽtiæ eius, de quo loco illud Apost. sũptũ reor: Incõprehẽsibilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ illius: Siue ut Lxx. trãstulerũt: nõ esuriet, & non laborabit. Vbi em̃ cibus, ibi frequẽter esuries, si cibũ detraxeris: & ubi esuries, ibi & labor. Cũ aũt in deo hæc nõ sint, cur ei humanas iũgitis passiones? quin potius ipse esuriẽtib. & lassis dat fortitudinẽ: & q uident in seculo esse quasi nihili, uirtutẽ roborq; multiplicat: siue iuxta lxx q tribuit nõ dolẽtib. mœrorẽ: est em̃ tristicia quæ ducit ad mortẽ, & est tristicia quæ ducit ad uitam, unde his q habẽt cor impœnitens dat tristiciã, ut peccata sua intelligãt. Et qa multi gaudẽt in corporis sanitate, & adolescẽtiã atq; pueritiã putãt esse ppetuã, iungit & dicit, qd florẽs ætas cito cõcidat, & corpora robusta marcescãt. Qui aũt nõ in suis uiribus, sed in deo habẽt fiduciã, & eius semp misericordiã præstolant, mutẽt fortitudinẽ, & uadãt de uirtute in uirtutẽ, & assumãt pẽnas sicut aq̃læ, & audiãt: Renouabit sicut aq̃læ iuuẽtus tua: currãt ad dñm, & eius desiderio nõ laborẽ, ambulẽt & nunquã deficiant. Crebro diximus aquilarũ senectutẽ reuirescere mutatione pennarũ, & solas esse quæ iubar solis aspiciant, & splendorẽ radiorum eius possint micãtib. oculis intueri, pullosq; suos an generosi sint, hoc experimento

QVare dicis Iacob & loqueris Israel, abscondita est uia mea à domino, & à deo meo iudicium meum transibit? Nunquid nescis aut nõ audisti? deus sempiternus, dñs qui creauit terminos terræ, nõ deficiet neq; laborabit: nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso uirtutẽ: & his qui non habent fortitudinẽ, robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui aũt sperãt in dño, mutabũt fortitudinẽ: assumẽt pennas sicut aquilæ, currẽt & non laborabunt: ambulãbunt & non deficient.

NOn enim dicas Iacob, & quid locutus est Israel dicens: Abscondita est uia mea à deo, & deus meus iudicium meum abstulit?

Esa. 1.d

Rom. 11.d

Abac. 1

Psal. 102.d

CAP. XLI

TAceant ad me insulæ, & gentes mutẽt fortitudinẽ: accedant & tunc loquant: simul ad iudicium ꝓpinquemus. Quis suscitauit ab oriẽte iustũ: uocauit eũ ut sequeretur se? Dabit in cõspectu eius gentes, & reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulã uẽto raptã arcui illius. Persequet eos: trãsibit in pace: semita in pedib. eius nõ apparebit. Quis hæc operatus est & fecit, uocans generationes ab exordio? Ego dñs primus & nouissimus ego sum. Viderũt insulæ & timuerũt, extrema terræ obstupuerunt, ap ꝓpinquauerũt & accesserũt. Vnusquisq; ꝓximo suo auxiliabit: & fratri suo dicit, cõfortare. Cõfortabit faber ærarius ꝓcutiens malleo eũ qui cudebat tũc tẽporis, dicẽs glutino, bonũ est. Et cõfortauit eũ in clauis ut non moueatur

B

1. Cor. 1.d

Psal. 39.b

In Esaiam Cap. XLI 155

suscitauit iustũ siue iusticiã? Quis ei gẽtes & reges tradidit? Quis gladio eius & arcui uniuersa subiecit? utiq; ille, qui ab initio mundi hæc futura prædixit, qui omniũ cõditor est. Et quia dixerat scisciscitatis affectu, qs suscitauit ab oriẽte iustũ, &c. Cũctis tacẽtibus sibi ipse respondit: Ego sum dñs primus, & nouissimus ego sum. Ipse est q & in Apoc. Ioannis loquit: Ego sum α & ω, principiũ et finis. Viderũt insulæ, id est, gẽtes, siue ecclesiæ de gẽtibus cõgregãræ, qui mũdi huius fusiinent tempestates, & timuerũt dñm: Principium enim sapientiæ timor dñi. Oẽs terrarũ termini ad apostolorũ uerba tremuerũt, appropinquantes & ad Christi euãgeliũ parter accedẽtes. Cũq; se ipsos cernerẽt esse saluatos, id qd supra au dierãt, accedãt & tũc loquant: opere compleuerũt, ut auxiliarẽtur proximis suis, & fratres suos uellent in dño cõfortare, & dicerẽt eis: Recedite ab idolis, simulachra dæmonũ antiqua cõtẽnite, quæ humana finxit manus, quæ malleo cudẽte producta sunt: quæ cõpacta glutino: quæ stabilita clauis, ut non moueant: & cũ steterint ambulare nõ ualeant. Quæ nos sup persona Christi & uocatione gentiũ & prædicatione euangelij, atq; idolorũ condẽnatione interpretati sumus: quidã ad Cyrũ regem Persarũ referunt, quod suscitauerit eum aduersum Babylonios de oriente, & parere suæ fecerit iussioni, ꝓsternens ei gentes pluri mas, & gladio illius & arcui cuncta subiciẽs: & cætera quæ sequunt ad eius ꝓsonã referũt, qd scilicet Babylonijs idola sua nõ ꝓfuerint, quę humano facta sunt studio, & arte ęrarij suscitata. Nõnulli Hebr. de Abrahã dictũ putãt, q uocatus sit iustus ab oriente, id est, de Chaldęa, eo qd solus iustus inuẽtus est &

SEP. abstulit, & recessit: et nunc nescis, & nõ audisti? deus ęternus, deus qui creauit terminos terræ, nõ esuriet nec laborabit: nec est inuẽtio prudẽtiæ eius. Qui dat esurientibus fortitudinem, & non dolentib. mœrorem. Esurient enim iuuenes, & laborabunt adolescẽtes, & electi infirmi erũt. Qui aũt expectãt deũ mutabunt fortitudinẽ. Assumẽt alas quasi aquilæ, currẽt & non laborabunt, gradientur & non esurient.

XLI

INnouamini ad me insulæ, principes enim mutabũt uirtutẽ, ap ꝓpinquẽt & loquant simul, tũc iudiciũ annũcient: Quis suscitauit de oriente iusticiã, uocauit eã ad pedes suos & uadet? Dabit in cõspectu gẽtiũ, & reges in stuporẽ mittet, & dabit in terrã gladios eorũ, et sicut stipulã ꝓiectã arcus eorũ, & persequet eos, trãsibit in pace uia pedum eius. Quis operatus est & fecit hęc? uocauit eã q uocat eã, à gnationũ principio. Ego deus primus, & in hęc q quẽ tura sunt ego sum. Viderũt gẽtes & timuerũt, termini terræ obstupuerũt & accesserũt: uenerunt simul, iudicãs unusquisq; ꝓximo suo auxiliari et fratri, & dicet: ꝓualuit uir artifex & ærarius ꝓcutiẽs malleo simul ꝓducẽs: aliq̃ quidẽ dicit: solidatio bona est. Cõfortauerũt ea, in clauis ponẽt ea, & nõ mouebunt

Prouer. 9.c

D

A & secutus est eū, egrediens de patria sua in terrā quam nesciebat: & tradiderit reges in manu eius, qui aduersum Sodomā & Gomorrā uenerant: & ante gladiū eius & arcū fecerit eos esse quasi stipulam & puluerem, persecutusq; sit illos, & reuersus in pace, & lōgi itineris cursum non senserit, & hoc nō suis uiribus, sed dñi fecerit misericordia, qui ab initio hīc futura cognouerit. Viderunt, ait, insulæ, id est, gentes in circuitu & illius uirtute perterritæ sunt, & extrema terræ, Sem uidelicet filius Noe, qui tempore extremo terrarū cum patre & cū fratribus de diluuio euaserat, & usq; ad tēpus illud fuerat reseruatus, quem Melchisedech intelligi uolūt, & uenisse obuiam Abraham de prælio reuertenti, & accessisse & benedixisse ei: & eū dei benedictionibus corroborasse, ipsūq; esse fabrum ærarium qui Abraham consolaueric, & malleo fuę artis ad meliora produxerit, & dixisse ei: bonū est, ut timore domini gluaneris & iūgaris ei: Et confortauit eum siue solidauit in clauis præceptorū domini, ut non moueretur, sed in timore illius permaneret.

Gene. 14.g

B

4 ¶ Et tu Israel serue meus Iacob quem elegi, etc.] Iacob & Israel esse carnalem & esse spiritualem: Paulus apostolus docet: Videte Israel secundum carnem. Ex quo intelligimus esse & alterum iuxta spiritum, & ad carnalem dici Israel: Si filij essetis Abrahā, opera Abraham faceretis. Quibus & supra dicitur: Quare dicis Iacob & loqueris Israel: abscondita est uia mea à dño, & à deo meo iudicium meum transiuit? Ecōtrario nunc ad spiritualem deus loquitur Israel, qui dñi sui suscepit aduentum, quem primū seruū, dein electum, ad extremū semen Abraham uocat. Ante enim accepimus spiritum seruitutis in timore: & postea electi, in amicitiam dei iungimur. Post uocationem igitur gentium, quando uiderunt insulæ & timuerūt, extrema terræ ob stupuerunt: appropinquauerunt & accesserunt, uocantur reliquiæ iuxta electionem gratiæ, de quibus scribit & euāgelium: Istos duodecim elegit Iesus, quos & apostolos nominauit: q̄ post seruitutē pædagogæ legis, electi sunt in euangelio, & semen Abraham amici dei esse meruerūt. In illo eīm apprehēdit eos ab extremo terræ, & à longinquis eius finibus uocauit Israel de uniuersis nationibus: congregans primū populum Iudæorū, de quibus & Paulus Apostolus dicit: Vobis oportebat primū prædicari sermonem: quoniam autē auertitis uos, imus ad gentes. Tibi ergo qui & seruus meus & electus meus, qui prędicaturus in gētibus es, & pſecutiones plurimas perpessurus: dico ne timeas, quia tecum sum, cui loquor in euāgelio: Ecce ego uobiscū sum omnes dies, usq; ad consummationem seculi. Nō erres, neq; à ueritate declines, nec te falsa psuasione decipias: quod tuis uiribus imperitus & nudus, syluam gentium penetres, & ferocissimas nationes ad mansuetudinem uoces. Ego sum qui cōsortaui te, & auxiliatus tui sum, & suscepit te siue, ptexit dextera iusti mei, id est dñi saluatoris, siue dextera mea, ut Lxx. transtulerūt. Ecce enim aduersarij tui populus Iudæorū, & omnes qui pugnant aduersum te: & persecutores tui uertentur in nihili, quæresq; ad uersarios tuos, & nō inuenies: Causaq; redditur, quare nō inueniat aduersarios suos: Quia erunt quasi nō sint. Qui aduersarij insanire dicuntur, contra apostolos, uel iuxta Hebraicum, cōsumpti. Idcirco autem timere nō debes, quia ego apprehendi manum tuam, qui dico tibi: ne timeas, ego adiuui te: noli timere uermis Iacob, qui mortui estis ex Israel, siue ut Lxx. Pauciſsimi ex Israel. Hoc quod posuimus, ego adiuui te, noli timere uermis Iacob: in Lxx. nō habet. Vermis aūt qui Hebraice dicitur תּוֹלַעַת propter humilitatem atq; contemptū uocatur apostolorū chorus, imitans saluatorē, qui loquit in psalmo: Ego sum uermis, & nō homo, opprobriū hominū, & abiectio plebis. Sicut eīm uermis terrā penetrat, ita sermo apostolicus penetrauit gētiū ciuitates, & ingressus est prius corda duriſsima. Et recte pauci appellant ex Israel, quia ad cōparationē totius orbis, gentis Iudaicæ pauciſsimi crediderunt, quibus in euāgelio dñs loquit: Noli timere grex paruulus

Matth. ult.

Act. 13.f

C

D

Luc. 12.d

A paruulus: Siue iuxta Hebraicū, mortui ex Israel: qui cū Apostolo dicunt: Quotidie morior. Et alibi: Cum Christo crucifixus sum. Viuo aūt non ego, uiuit uerò in me Christus. Quodq; sequit: Ego posui te quasi plaustrum triturās nouū, habēs rostra serrantia: hoc significat, qđ prædicatio euāgelica conterat aduersarias potestates: & spirituale nequitiā, eleuantē se contra scientiā dei: quæ pro uarietate superbiæ montes appellant & colles. Illisq; sublatis, & turbinis more dispersis, exultet Israel atq; lætetur in domino sancto Israel. Possumus quoq; dicere, quod ecclesia sticus uir habēs euangelicæ prædicationis rostra serrātia in plaustro nouo: quod neq; operatur in uetustate literæ, sed in nouitate spūs, conterat incredulorū corda durissima: separās triticā à paleis, & mōtes collesq; cōminuens: id est, omēs hæreticorū principes: qui cōminuti atq; cōtriti, redigantur in puluerem, & nihil esse doceantur: ut qui male fuerant cōgregati, diuidant in bonū suū.

1. Cor. 15.d
Gal. 2.d

B

4 ¶ Egent & pauperes, etc.] Gentium populus pauper & tenuis, qui non habebat scientiā ueritatis, quærit per diuersos magistros, & uaria philosophorū dogmata aquas salubres: & non inuenit, qa non sunt: lingua eorū siti aruit, sine lege ac prophetus. Omnem enim iuxta euangelij fidem substantiam suam in medicos consumpserat: & à cruore idololatrię & sanguine uictimarū non poterat liberari. Propterea dominus deus Israel non eos penitus dereliquit: nec in æternum perire passus est, sed aperuit in supinis collibus, siue in montibus flumina, & in medio camporum fontes. Quæ flumina ex illo fluuio duxere principium, qui in psalmis legitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et in alio loco: Fluuius dei repletus est aquis. Quæ aqua & fontes de illo fonte manarunt: qui per Hieremiam loquitur: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. Et supra in hoc eodem propheta dicitur: bibent aquas de fontibus saluatoris. De quibus & in psalmis canitur: Benedicite dominum deum de fontibus Israel. Et posuit, inquit, desertū in stagnum aquarum, & terrā inuiā in riuos aquarum. De quibus aquis & saluator in Euāgelio mystico sermone dicebat: Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aquam quam ego dedero ei, fiet in eo fons

Psal. 45.a
Hiere. 2.c
Psal. 67.f
Ioan. 4.b

Hier. to. 5

HEB. mouea. Et tū Israel serue meus, Iacob quē elegi, semen Abraham amici mei. In quo apprehendi te ab extremis terræ: & à longinquis eius uocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te & non abiecti te. Ne timeas, quia tecū sum ego: ne declines, quia ego deus tuus, confortaui te & auxiliatus sum tui, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te, erunt quasi nō sint: & peribunt uiri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies: uiri rebelles tui erūt quasi nō sint, & ueluti consumptio homines bellātes aduersum te, quia ego dñs deus tuus apprehēdi manū tuā, dicēs tibi: Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere uermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dns, & redēptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrū triturās nouū, habēs rostra serrātia. Tritura bis mōtes & cōminues, & colles quasi puluerē pones. Vētilabis eos, & uētus tollet, & turbo disperget eos: Et tu exultabis in dño, in sancto

SEPT. mouebuntur. Tu aūt Israel puer meus, Iacob quē elegi, semen Abraham quē dilexi, quem assumpsi ab extremis terræ, & à summitatibus eius uocaui te, & dixi tibi: Puer meus es, elegi te, & nō dereliqui te. Noli timere, tecum enim sum: ne erres, ego enim sum deus tuus qui confortaui te, & auxiliatus sum tui: & roboraui te, dextera iusta mea. Ecce confundentur & erubescent omnes aduersarij tui, erunt eīm quasi non sint, & peribunt omnes inimici tui. Quęres eos, & non inuenies, homines qui insaniunt in te. Erunt eīm quasi non sint, & non erunt pugnātes aduersum te. Quia ego dñs deus tuus qui teneo dexteram tuam, qui dico tibi: ne timeas Iacob paruule Israel. Ego auxiliatus sum tui, dicit deus: qui redimo te sanctus Israel: Ecce feci te quasi rotas plaustri triturantis nouas in serrarum modum, & triturabis montes, & comminues colles, & ut puluerem pones & uentilabis, & uentus auferet eos, & tempestas disperget illos. Tu autē lætaberis in domino & in sanctis

HEB. sancto Israel lætaberis. Egēni & pauperes quęrunt aquas, & non sunt: lingua eorū siti aruit: ego dñs exaudiā eos: deus Israel nō derelinquā illos. Aperiā in supinis collibus flumina: et in medio camporū fontes. Ponā desertū in stagnū aquarū: & terrā inuiam in riuos aquarū. Dabo in solitudine cedrū & spinā & myrtum, et lignū oliuæ. Ponam in deserto abietem, ulmū, & buxū simul: ut uideant, & sciant: & recogitēt, & intelligant pariter: quia manus domini fecit hoc: & sanctus Israel creauit illud. Prōpe facite iudicium uestrum, dicit dominus, afferte si quid fortē habetis, dixit rex Iacob. Accedant & nuncient nobis quæcunq; uentura sunt: priora quæ fuerunt, nunciate: & ponemus cor nostrū, & sciemus nouissima eorū: hæc quæ uentura sunt, indicate nobis. Annunciate quæ uentura sunt in futurum: & sciemus, quia dij estis uos.

SEP. sanctis Israel & exultabunt pauperes & inopes: quærēt enim aquam, & nō erit: lingua eorū prę siti exaruit. Ego dominus deus, exaudiā ipsos deus Israel: & non derelinquam eos: sed aperiā in montibus flumina: & in medio camporū fontes: faciam desertū in paludes, & sitientē terrā in aquæductus. Ponam in terram absq; aqua, cedrum & buxū, & myrtū, & cyparissum, & populum: ut uideant & sciant, & cogitent, & nouerint simul: quia manus dñi fecit hęc: & sanctus Israel ostendit. Iuxta est iudicium uestrū, dicit dominus deus: uenerunt & appropinquauerunt consilia uestra, dicit rex Iacob. Appropinquēt & annunciēt nobis quæ uēturа sunt: aut priora quæ erant dicite: & apponemus sensum: et sciemus quæ sunt nouissima. Ventura quoq; dicite nobis: & nunciate quæ uentura sunt in nouissimo: & sciemus quoniam dij estis.

Bene

Bene in solitudine: ne saltē una corda de cithara dñi, & aliqua uirtus gratiarū, ecclesiæ deesse uideatur: Vt omnes intelligant, & pariter mente cognoscant: quia manus dñi hæc uniuersa perfecerit: ut in ariditate gentiū inuenirentur fluenta uirtutū: & in terra quondā deserta plenā q; salsuginis cedrus & cyparissus, & aliæ arbores nascerentur: quarū sublimitatē & uerticē ad cœlestia festinantē, illuminaret lignū oliuæ: quod nutrimentū lucis est, & laborantiū requies. *b ¶ Prope facite, etc.*] Quomodo supra diximus, duplicē esse Iacob & Israel, non credentiū atq; credentiū in dñm saluatorē: ita uocatis gentibus, & in deserto quondā ecclesiæ erūpentib. fluuijs fontibusq; & mirū in modū comante uarietate arborū, cūctis ubertate plenissimis: q in Christū ex gentibus credere noluerūt, puocant ad iudiciū: ut respōdeant: cur uidere & scire, & recogitare, & intelligere noluerint: qa manus dñi ista fecerit, & sanctus Israel creauerit uniuersa. Accedāt, inquit, idola uestra, quæ putatis esse fortissima: Vel afferte, si quid forte habetis in uobis

Exod. 37.d

C

D

A bis: & uestra aperite cõsilia: qua ratiõe, quo sensu noluerit is aptã suscipere ueritatẽ. Simulq; fit Apostropha ad ipsa idola, quæ insensibilia sunt: & nec audiẽdi, nec respõdẽdi possidẽt facultatẽ. Dicite, inqt, nobis uel præterita, uel futura: & ex rerũ euẽtib. uestrã potẽtiã demonstrate. Hoc aũt significat quod post aduentũ Christi omnia idola cõticuerint, ubi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusq;, & Clarius, & cætera idola, futurorũ scientiam pollicẽtia, quæ reges potẽtissimos decepe runt: Cur de Christo nihil potuere prædicere: nihil de apostolis eius: nihil de ruinis & abolitione templorũ? Si ergo suum interitũ non potuere prædicere, quomodo aliena uel mala, uel bona poterint nunciare? Quod si aliqs dixerit, multa ab idolis esse prædicta: hoc sciendum: quòd sem per mendaciũ iunxerint ueritati: & sic sententias temperarint: ut seu boni seu mali qd accidisset, utrunque posset intelligi. Vt est

B illud Pyrrhi regis Epirotarũ: Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Et Crœsi: Crœsus transgressus Halym maxima regna pdet. Aliud quoq; signũ est, idola deos nõ esse: quòd nec bene possint facere nec male. Non quo idola uel dæmones assidentes idolis, mala sæpe non fecerint: sed quo nisi concessa eis fuerit potestas à domino, hoc facere non possint.

Matt. 8.d Deniq; in Euangelio deprecantur, ut habeant potestatem in porcorum gregem. Et in Iob legimus, absq; domini iussione, eum uiri sancti ne iumenta quidem & possessiones ualuisse disperdere. Nec mirũ hoc de deo,

1. Tim. 1.d cum etiam Apostolus tradat quosdã satanæ, ut discant non blasphemare. Siue hoc dicendum, quod muta simulacra hominum & insensibilia, nec bene possint facere, nec male, nec præterita nosse, nec futura: quia ex nihilo sint, & ex eo quod non est: & non tam ipsa q̃ ille qui ea colat, abominatione cõdignus sit. Idola enim gen

Psal. 131.b tiũ, argentũ & aurũ: opera manuũ hominũ. Os habent & non loquent: & cætera. Quomodo ergo possunt scire & nũciare uenturа: aut narrare præterita: & benefacere uel male: quæ nec hominũ sensum habẽt, nec brutorum animantiũ? Nec interest, de qua materia facta uideantur, cũ uniuersa terrena sint. a ¶ *Suscitaui ab aquilone, etc.*] Adhuc cõtra idola loquit: & eos qui post aduẽtũ Christi ea relinquere noluerũt. Illisq; pmanẽtibus in

Hiere. 1.c errore, ipse ab aquilone suscitasse se dicit populũ nationum. Ab aquilone enim exardescent mala super oẽs habitatores terræ. Et ad Hieremiã dicitur: Quid tu uides Hieremia? Et ille respõdit: Ollã succensam: & faciẽ eius à facie aquilonis. Suscitant aũt ab aquilone ut credãt in eum: qui uenerit ab ortu solis. De quo supra legimus: Quis suscitauit ab oriente iustũ siue iusticiã. Et alio loco: Ecce uir oriẽs nomen eius. Qui uocauit eos nomine meo: ut derelictis simulacris, unũ colant deũ. Ipse enim loquitur in euãgelio: Ego ueni in nomine patris mei: & non suscepistis me: alius ueniet in nomine suo, & suscipietis eũ. Ipse principes & magistratus, & omnẽ mundi superbiã conculcabit: & subijcient eĩ quasi lutũ figulo, ut faciat ex eis aliud uas in honorẽ, aliud in cõtumeliam. Hæc quæ ego iuxta cõsuetudinẽ prophetalem me fecisse dico: quasi iam præterita sint: uel iuxta Symmachum, futura polliceor: nullus dæmonũ, & idolorum potest prædicere. Vnde oracula cũcta tacuerunt: quia nemo est qui annuncíet, nemo q audiat: dum bruta prius corda gentilitũ intellexerunt errorem suum, & falsa uaticinia reliquerunt. Priusq; dñs loqueretur ad Sion: id est, ad ecclesiã suã, & dicet ei: Ecce adsunt filij tui, quos tibi per meam donaui fidem. Significat autẽ apostolos, qui in toto orbe euangelium prædicarunt. Sion & Hierusalem nominibus differũt, cæterũ ut una urbs, sic & una ecclesia est. Omnes igit̃ gentes quæ idolorũ sequuntur errorẽ: interrogẽtur à nobis, ut respondeant unde sint. Et hæc erit uniuersarũ responsio quòd omnes uanitatem sequantur & uentos: & adorent opera manuũ suarum. Quicquid de idolis & gentibus diximus, referamus ad dogmata prauitatis: & ad principes eorum hæresiarchas: quod Christo pacem ecclesiæ nunciante, & monstrante eis ueritatis uiã, ipsi sequantur errorem: & uento ac turbini comparẽtur. Hebræi, suscitatũ ab aquilone, & uenire ab ortu solis Assyrium interpretantur & Persam: qui uenerint Hierusalem, & omnes principes illius conculcauerint, nullumq; idolorum quæ colebant, hoc scierit esse uenturum, nisi solus dominus qui ultus est eos pro peccatis suis.

Zach. 6.c

Ioan. 5.b

Rom. 9.d

C

D

Cap. XLII

ECce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritũ meũ super eũ: iudiciũ gentibus proferet. Nõ clamabit, neq; accipiet personã: nec audiet foris uox eius. Calamũ quassatũ non cõteret: & linũ fumigãs nõ extinguet: in ueritate educet iudiciũ. Non erit tristis neq; turbulẽtus, donec ponat in terra iudiciũ: & legẽ eius insulæ expectabunt.

HEB. Bene quoq; aut male si potestis, facite: & loquamur, & uideamus simul. Ecce uos estis pro nihili: & opus uestrũ ex eo quod nõ est: abominatio est qui elegit uos. Suscitãui ab Aquilone, & ueniet ab ortu solis: uocauit nomen meũ, & adducet magistratus quasi lutũ: & uelut figulus cõculcans humũ. Quis annũciauit ab exordio ut sciamus: & à principio ut dicamus: iustus es. Non est neq; annuncians, neq; prædicens: neq; audiens sermones uestros. Primus ad Siõ dicet: Ecce adsum: & Hierusalẽ euãgelistã dabo. Et uidi, & non erat, neq; ex istis quisquã qui iniret cõsiliũ: & interrogatus respõderet uerbũ. Ecce omnes iniusũ, & uana opera eorum: uentus & inane simulacra eorum.

SEP. Bene facite et male, & admirabimur: & uidebimus simul unde sitis uos: & unde sit opus uestrũ: de terra abominationẽ elegerunt uos. Ego aũt suscitaui eum qui ab aquilone est, et qui ab ortu solis: uocabunt nomine meo. Veniãt principes & sicut lutũ figuli: & sicut figulus cõculcãs lutũ, sic cõculcabimini. Quis enim annunciabit uobis ea quæ à principio sunt: ut cognoscamus ea quæ in futuro: & dicemus quia uerum sit: nõ est q̃ prædicat, neq; q̃ audiat uerba uestra. Principiũ Sion dabo: & Hierusalẽ cõsolabor in uia: nam de gẽtibus nullus est: & de simulacris ipsorũ non erat q̃ annũciaret: & si interrogauero eos, unde estis, nõ respõdebũt mihi: sunt eĩm factores uestri, et si ustra sedu cunt uos.

Cap. XLII

ECce Iacob puer meus, assumam eum, Isra el electus meus, suscepit eũ anima

CAPVT XLII

ECce seruus meus, etc.] Iacob & Israel in præsenti capitulo nõ habent: qd̃ nec Matthæus euãgelista posuit, secutus Hebraicã ueritatẽ. Hoc dicimus in sugillationẽ eorũ, qui nostra contemnunt. De quo plenius in Matthæi cõmentariolis: & in libro quẽ ad Algasiam nuper scripsimus

A scripsimus, disputatũ est. Et interim notandũ, q̃ ubi de apostolorũ scribit̃ choro, & Iacob & Israel, & semen appellant̃ Abrahã: quibus quasi hominibus ac seruis con

Supra 41 sequenter dicitur: Noli timere uermis Iacob, & paruulus numero Israel. Vbi autem de Christo est uaticiniũ, absque Iacob & Israel legit: Ecce seruus meus, suscipiã eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Et in consequentibus: Dedi te in testamentũ generis, in lucem nationũ: aperire oculos cęcorũ: & educere de uinculis alligatos, et de domo carceris habitãtes in te-

Gal. 4.a nebris. Nec mirum si seruus uocet̃, factus ex muliere, factusq; sub lege: qui cum in forma dei esset, humiliauit se, formã serui accipiens: & habitu inuentus ut homo. In quo complacuit sibi anima dei, cernẽs in illo omnes esse uirtutes: imò ipsum esse dei uirtutẽ atq; sapientiam. Dedi, inquit, spiritũ meũ super eũ: qui descendit in spe-

B cie columbæ. Iudiciũ gẽtibus proferet, qd̃ antea nesciebãt. Non clamabit: erit enim mitis atq; mansuetus. Et non accipiet personã in iudicio, siue nõ leuabit: subaudit̃, in altũ uocẽ suã. Vel iuxta Symmachũ, nõ decipiet: oẽs infidias diaboli intelligẽs: aut secundũ Lxx. ἐὰν ἀνῶσι, id est, non relinquet, populũ scilicet Iudæorũ: uocans eum ad pœnitẽtiã. Nec audiet̃ foris uox eius: neq; extra Galilæã atq; Iudæã in alijs gẽtibus euãgeliũ prædi-

Mat. 15.b cauit. Quod si legimus eũ fuisse in terminis Tyri & Sydonis: siue in cõmunio Cæsareæ Philippi, quæ nunc uocat̃ Paneas: tamẽ sciẽdũ, nõ esse scriptũ, quod ipsas ingressus sit ciuitates. Calamũ quassatũ siue cõfractũ non

Ibid. 9.c cõteret. Cũctis eĩm placabilis erit: & ueniã dabit peccatoribus, dicẽs ad mulierẽ: Confide filia, dimittunt̃ tibi peccata. Et linũ fumigans: siue ut cæteri transtulerũt, obscurũ atq; tenebrosum, non extinguet: qui uicini erant extinctioni, dñi clemẽtia seruabant̃: quæ super Iudæis & nationibus in supradictis opusculis disseruimus: sed cum ueritate omnia iudicabit: nequaq̃ metuẽs scribas & pharisæos, quos confidenter hypocritas appellabat.

Mat. 12.b Quod aũt sequit̃: Splendebit & non conteretur, donec ponat super terram iudiciũ. Matthæus euangelista non posuit, siue, inter iudiciũ & iudiciũ media, scriptoris errore sublata sunt. Significat aũt quòd resurgẽs ex mortuis, cunctos illuminauerit, nec morte contritus sit, do

Ioan. 9.g nec poneret super terrã iudiciũ, qui loquebat̃ in euãgelio: In iudiciũ ego ueni in mundũ istũ, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant. Pro quo nos interpretati sumus: Non erit tristis, neq; turbulentus, sed æqualitatẽ uultus omni tempore cõseruabit, quod falso de Socrate philosophi gloriant̃, nunq̃ eum plus solito, nec tristẽ fuisse, nec lætũ. Pro quo Aquila & Theodotio interpretati sunt: Non obscurabit, & non curret, donec ponat in terra iudiciũ. Et est sensus: Nullũ uultus tristicia deterrebit, nec festinabit ad pœnã, qui iudicij uerita tem ultimo tẽpori reseruauit. Quodq; sequit̃: Et legem illius insulæ expectabũt, manifestius posuere Lxx. καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, id est, in nomine eius gentes sperabũt. Quæ in scripturis appellãtur insulæ, quia ex omni parte persecutorũ incursiõibus patẽt. Legẽ autẽ eius non quæ per Moysen data est, sed euangelium sentiamus. De

Supra 2.a Sion enim egrediet̃ lex, & uerbum dñi de Hierusalẽ. De qua lege & Hieremias uaticinatur: Ecce dies ue-

Hiere. 51.c niunt, dicit dñs, & ponam testamentũ nouum: non iuxta testamentũ, quod olim pepigi cum patribus eorum. a ¶ *Hæc dicit dominus deus, etc.*] Incertum erat quis ante dixisset: Ecce seruus meus, suscipiã eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meũ super eum, iudicium gentibus proferet. Post cõdemnationem enim idolorum subitus sermo prorumperat: Ecce seruus meus, & reliqua, quæ nos ex persona patris super Christo interpretati sumus. Itaq; ne relinqueret ambiguũ quis superiora dixisset, adiungit & dicit: Hæc dicit dñs deus, creans cœlos, & extendens eos. Siue ut Lxx. transtulerũt: Qui fecit cœlũ & defixit illud. Vniuersitatis igitur creator & dñs, ipse Christi sui promisit aduentũ, qui non solũ extẽdit cœlos atq; defixit, sed terrã quoq; alta mole firmauit, & omnia quæ nascunt̃ ex ea, ut & inuisibilia eius ex his quę facta sunt intellecta cõspiciant̃, sempiterna quoq; uirtus illius &

Gene. 2.b diuinitas. Qui spiramẽ omnibus dedit qui uersant̃ in terra, lege prima mortaliũ. Insufflauit eĩ deus in faciẽ Adam spiritũ uitæ, & factus est in animã uiuentẽ. Spiritum aũt his proprie qui calcant terrã, & sapientiã carnis, quæ subijciunt potestati. Ille igitur cuius tanta præconia sunt hæc ad eum loquutus est, cuius legẽ insulæ præstolant̃ & gentes: Ego dñs uocaui te in iusticia. De

Ioan. 17.b quo ipse loquitur in Euangelio: Pater iuste, mundus te ignorat, ut esses non solũ Iudæorũ, sed & gentiũ deus. Et apprehendi manum tuam, quia quicquid operatur filius, operat̃ & pater. Et seruaui te, qui omnia ipse conseruas. Et dedi te in fœdus populi Israel, cui te uenturũ ante promiseram. Et in lucem gentium, quæ sedebãt in tenebris & in umbra mortis, ut aperires oculos cæcorum, qui deum antea non uidebãt. Et educeres de con

Prou. 5.d clusione uinctum. Funibus enim peccatorum suorum unusquisq; cõstringitur. Et in euangelio: quam satanas

Mat. 8.e uinxerat, soluit dominus. De domo carceris sedentes in tenebris qui in erroris nocte & caligine uersabãtur. Quodq; infert: Ego dñs, hoc est nomẽ meum, gloriam meam alteri non dabo, non excludit filium, cui dicẽti in euangelio: pater glorifica me gloria quam apud te habui

C

D

habui priusq; mundus esset. Ipse respondit: & glorifi-
Ioan. 17.a caui, & glorificabo. Neq; enim dixit: Gloriā meā nulli
dabo: quod si dixisset, exclusisset & filiū: sed gloriā meā
alteri nō dabo, præter te cui dedi, cui daturus sum. Vn
de proprietatē sanctæ scripturæ uehemēter admiror, q̄
uerbū ανθ οēs inter-
pretes uoce consona
trāstulerūt alterū, q̄ in
multis aliis soliti sunt
discrepare. Vt aūt scia
mus per hāc sentētiā
non excludi filiū, sed
idola, sequētia uerba
testant: Et laudē meā
sculptilibus, pro quo
LXX. ἔδωκα τὰς ἀρετάς
μου τοῖς γλυπτοῖς, id
est, nec uirtutes meas
simulacris. Cum ēm
Christus dei uirtus
sit, deiq; sapiētia, oēs
in se uirtutes cōtinet
patris, seqūt: Quæ pri-
ma fuerūt, ecce uene-
rūt. Et est sensus: Quę
locutus sum, quę per
Moysen prophetasq;
pollicitus sum, uni-
uersa completa sunt.
Nūc aūt annūcio uo-
bis euāgeliū, uocatio
nem gentiū, passionē
Christi, nouitatē fi-
dei, ut quō priora cer
B nitus reb. expleta: sic
& ea quæ nūc polli-
ceor, credatis esse uē-
tura. a ¶ *Canite deo cantic̄ nouū, etc.*] Qui pri
us dixerat: quæ pri-
ma fuerant, ecce ue-
nerunt. Noua quoq;
ego annuncio, anteq̄
oriant̄, audita faciam
uobis, & se promise-
rat quod ignorabant
esse dicturū, quæ sint
illa noua, sequenti ser
Rom. 7.b mone testat̄: Aposto-
lis præcipiens & apo
stolicis uiris, ut canāt
canticū nouū, nequa
quā in uetustate lite-
ræ, sed in nouitate spi
ritus. Nec solū in ue-
teri instrumēto, sed in nouo, & laus eius penetret usq;
Psal. 18.b ad extrema terræ. A summo enim cœlo egressus eius, &
usq; ad summū illius occursus eius. In omnē terrā exiit
apostolorū sonus: & in terminos orbis uerba eorū. Si-
ue iuxta LXX. Glorificate nomē eius in terminis terræ,
ut in uniuerso mundo Christi nomē annunciet̄ in gen
tibus. Qui sint aūt isti qui canere debeant canticū no-
uum, sequētia uerba testant̄: Qui descēditis, inquit, in
mare & nauigatis illud, siue plenitudo maris. Apl̄os e-
Luc. 5.b nim uidēs Iesus in littore iuxta mare Genezareth refi-
cientes retia sua, uocauit & misit in magnū mare: ut de
piscatorib. piscium faceret hominū piscatores, qui de Hie
rusalē usq; ad Illyricū & Hispanias euangeliū prædica-
runt, capiētes in breui tempore ipsam quoq; Romanæ
urbis potentiā. Vel certe descenderūt in mare & naui- C
gauerunt illud: tēpestates & persecutiones istius seculi
sustinētes. Insulas quoq; & habitatores earū, uel diuer
sitatē gentiū intellige, uel ecclesiarū multitudinē. Leuet,
inquit, desertum & ciuitates eius uocē suā: de qua & su
pra diximus. Siue læ
tet̄ desertū & uici eius
& Cedar, quæ quon-
dā inhabitabilis fuit
regio trās Arabiā Sar
racenorū. Et habita-
tores Petræ, quæ & ip
sa urbs Palæstinæ est.
Hoc autē significat, q̄
gentiū populus de-
sertus prius noticia
dei, & idololatriæ er-
roribus obligatus, ad
laudes dñi cōuertat̄.
Siue quia Cedar in-
terpretat̄ tenebræ, & קדר
iuxta Apostolum, pe 1.Cor. 10.d
tra Christus: præcipi
tur cunctis credenti-
bus, ut qui ante erāt
in tenebris, & nunc
credunt in dñm salua
torē, de uertice mon-
tiū clamitēt, & apertē
prædicēt Christū, qui
bus & supra dictum Supra 40.f
est: In montē excel-
sum ascēde, qui euan
gelizas Siō. Eleua in
fortitudine uocē tuā,
qui euangelizas Hie D
rusalem. Et ponā glo
riā eius in insulis, de
quib. prius diximus.
Describitq; sermo, p-
pheticus glorioſum
saluatoris aduētum,
de quo & Paulus apo
stolus loquit̄: Secun- 1.Cor. 4.b
dū illuminationē ma 2.Tim. 1.c
gni dei & saluatoris
nostri Iesu Christi: &
eum uiro fortissimo
cōparat, qui pugna-
turus sit cōtra aduer
sarios suos, & suscita
turus zelum. De quo
& in cantico Deute-
ronomij prophetatū Deut. 32.c
est: Ipsi me zelare fe-
cerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt me in
idolis suis: & ego zelare eos faciam in gente quæ non
est, & in gente stultissima irritabo illos. Vociferabitur
quoq; & clamabit contra inimicos suos, apertè eorum
infidelitatem reprobans, & cum clamore pronunciās:
Tacui, semper silui, patiens fui. Siue ut Septuaginta
transtulerunt: Tacui, nunquid semper tacebo? Vt im-
pleatur illud quod per Salomonem dicitur: Tempus
tacendi, & tempus loquendi. Et est sensus: Diu uos de-
linquentes sæpe portaui: sed quia ante tacueram, ne-
quaq̄ ultra reticebo. Et quomodo pariens in lucē pro
fundit infantē, & apertum facit esse quod prius clau-
sum in uisceribus tenebatur: Sic ego dolorem meum,
& dissimulationem quam semper habui, super sce-
leribus

A leribus uestris nunc proferam, & dissipabo uestra con
silia. Vno quoq; tempore absorbebo uniuersam gen-
tem: & omnem superbiam montium, tumoremq; col-
Supra 40.b lium uestrorum. Et fœnum, de quo supra dictum est:
Vere fœnum est populus, id est, tam principes quàm
uulgus ignobile, in
desertum redigam.
Quod in Septuagin
ta de Theodotionis
editione additum est:
qui hæc uerba tacue-
runt. Cumq; uos à ca
pite usque ad pedes
exiccauero atq; dele-
uero, tūc flumina do
ctrinæ meæ in insulis
gentium currere fa-
ciam, & stagna uestra
siue paludes redigā
in ariditatē: ut in gen
tibus sit scientia scri-
pturarum: & in uo-
bis doctrinę ariditas.
Ducamq; cæcos per
uiam quam ante ne-
sciebant, de quibus
& supra legimus: De
ducte in fœdus popu-
li: in lucem gentium:
ut aperires oculos eę
corum. Hi ducentur
Ioan. 14.a per uiā, de qua Chri
stus loquit̄: Ego sum
uia: siue uiam scien-
B tiæ dei: & per semitas
prophetales ambula
re eos faciam. Tunc
tenebrę eorum muta
buntur in lucem, &
praua uertentur in re
cta, ut intelligant quę
legunt, & cordis ocu
lis, clarum in ueteri
testamēto, Christi lu-
mē aspicīāt. Simulq;
infert: Hęc uerba quę
feci, siue faciā eis, ne-
quaquam ultra futu
ra promittēs, sed quę
ante promiseram red
dens. Me autē ista di-
cente: cōuersus est re
trorsum populus Iu-
dæorum, ut non crederet promittenti, & in suis con-
funderetur erroribus: & negligeret sponsionē dei, qui
idolis ante crediderat. Siue cum intrauerit plenitudo
Rom. 11.c gentium, tunc etiam Israel populus conuertetur, & pœ
nitebit eum erroris sui, per quem idolis ante seruierat.
Aut certe post uocationē gentium reuertetur ad prin-
cipium, ut dicat omnes gentes quæ Euangelio credere
noluerunt, in suis idolis confundendas. a ¶ *Surdi au-
dite, etc.*] Ne quis putaret hoc quod dicitur: Surdi au-
dite, & cæci intuemini ad uidendum, ad gentium po-
pulum pertinere, qui prius surdus & cæcus fuerat, ut
Iudæi stulta interpretatione approbare contendunt,
ipse propheticus sermo demonstrat, qui surdi & cæci
intelligi debeāt. Quis, inquit, cæcus, nisi seruus meus:
& surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? haud du-
biū quin prophetas significet. Quis cæcus, nisi qui ue-

HEB. Sûrdi audite: & cæ-
ci intuemini ad uidēdum.
Quis cæcus nisi seruus me-
us: & surdus, nisi ad quem
nuncios meos misi? Quis
cæcus, nisi qui uenundatus
est: & quis cæcus, nisi ser-
uus dñi? Qui uides multa,
nōne custodies? Qui aper-
tas habes aures, nónne au-
dies? Et dñs uoluit ut sancti
ficaret eum, & magnifica-
ret legem, & extolleret. Ip-
se autem populus direptus
atq; uastatus, laqueus iuue-
num omnes, & in domi-
bus carcerum absconditi
sunt: facti sunt in rapinam,
nec est qui eruat: in dire-
ptionem, & non est qui di-
cat: redde. Quis est in uo-
bis, qui audiat hoc, attēdat
& auscultet futura? Quis de
dit in direptionē Iacob &
Israel uastantibus? Nónne
dominus ipse cui peccaui-
mus: & noluerunt in uijs
eius ambulare, & non au-
dierunt legem eius? Et effu
dit super eū indignationē
furoris sui, & forte bellū: &
combusit eum in circui-
tu: & non cognouit: & suc-
cendit eū, & non intellexit.
Et

SEP. Surdi audite, & cæci
suspicite ut uideatis. Quis
est cæcus, nisi pueri mei, &
surdi, nisi qui dominantur
eorū? Quis cæcus, nisi qui
recepit, & excæcati sunt ser
ui dei, uidistis sæpe, & non
custodistis: apertæ sunt au-
res, & non audistis. Domi-
nus deus uoluit ut iustifica
retur & magnificaret lau-
dem. Et uidi, & erat popu-
lus uastatus atq; direptus.
Laqueus enim in cubili-
bus ubiq;, & in domibus
simul: in quibus absconde
runt eos. Facti sunt in dire-
ptionem, & non erat qui
erueret prædam: & non e-
rat qui diceret, redde. Quis
est in uobis qui hęc audiat,
& futura cognoscat? Quis
dedit in direptionem la-
cob & Israel uastantibus?
Nónne deus cui peccauer-
unt, & noluistis in uijs il-
lius ambulare, neq; audire
legem eius. Et induxit su-
per eos iram furoris sui, &
prævaluit aduersus eos bel
lum, & qui comburebant
eos per circuitum: & non
cognouit unusquisq;, nec
posuerunt super animam.
Et

nundatus est peccatis suis? Quis cæcus, nisi qui prius C
seruus fuit domini? Cui dicitur: O Israel qui uides mul
ta, & habes prophetas plurimos, per quos dei manda
ta cognoscas: nónne custodies quæ tibi præcepta sunt?
Qui apertas habes aures, nónne audies quæ dicūtur,
de quo & supra legi-
mus: Auditu audie-
tis, & nō intelligetis:
& uidentes aspicietis:
& non uidebitis: in-
crassatū est enim cor
populi huius. Domi
nus, inquit, uoluit ut
sanctificaret eū, & ma
gnificaret legē suam,
& populum iacētem
extolleret ac leuaret.
Sed ille dei facere no
luit uoluntatem, & id
circo ab aduersarijs
suis direptus est atq;
uastatus: quos uel dæ
mones, uel hostes in-
telligere debemus.
Laqueus iuuenū om
nes, & in domib. car-
cerū absconditi sunt.
Siue ut Septuaginta
transtulerunt: ἁπαξ-
γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσιν
πανταχῆ, καὶ ἐν τοῖς
οἴκοις ἅμα ὅπως ἐκρυ-
φαν αὐτούς, id est: La
queus in cubilibus
ubiq;: & in domibus D
simul, in quibus ab-
sconderunt eos: Scri
bas significās & pha-
risæos, qui plebē mi-
serabilem deceperūt
& ubiq; posuerūt in-
sidias contra domi-
num saluatorē & A-
postolos eius: haben Luc. 11.g
tes clauē scientiæ, nec
ipsi intrantes, & alios
uolētes introire pro-
hibentes. Pulchreq;
pectora eorū in qui-
bus habitabant cogi
tationes pessimæ, car
ceres appellauit. Ideo
facti sunt in rapinam
& in direptionem: nec fuit qui liberaret eos, & pro eis
sermonem faceret. Simulq; propheta cohortatur eos:
ut si omnes audire non possint, saltem pauci futura co
gnoscant, & intelligant à quo ista perpessi sint: Cau-
sasq; suæ uastitatis agnoscant: qui nec audire, nec face-
re uoluerunt, quæ lege præcepta sunt. Ideo effudit do-
minus super eos totam iram suam, & indignationem
furoris plenam: ut qui prius tacuerat, nequaquam ul-
tra reticeret: nec sermonibus eos, sed pœnis tormen-
tisq; corriperet: & comprehenderet eos bellum fortis-
simum, quod nequaquam possint euadere: ostendens
ferociam Romanorum. Cumq; ex omni parte com-
bustus sit, & nihil in se habeat sanitatis, tamen non in-
telligit causam pœnæ suæ, quòd idcirco punitus sit,
quia dei filium non recepit.

CAP. XLIII

A ET nūc hæc dicit dominus, etc.] Hebræi de secūdo saluatoris hæc interpretant aduētu, quādo post plenitudinē gentū omnis saluandus sit Israel. Nos aūt nequaquā putamus ad eos fieri repromissionē, quibus supra dictum est: Quis cæcus, nisi pueri mei: & qui surdi, nisi qui dominantur eorū? & excæcati sunt serui dei. Et rursum. Factus est populus uastatus atq; direptus, & his similia. Deniq; infert: Effudit super eū indignationem furoris sui & fortè bellum, & cōbusit eū in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit. Ergo quod supra diximus, duos esse Iacob, & duos Israel, unū carnalē, & alterū spiritualē, eorū qui in saluatorē credere noluerunt, & eorum qui receperūt filiū dei: Hoc etiā nunc intelligendum, quod prouocetur apostolorū chorus, & prima Christi ecclesia de Iudæorum populo congregata, ut intelligat creatorē, & factorem suū, qui & animæ & corporis eius sit conditor. Nec timeat persecutores, qa redemptus sit Christi sanguine, qui uocauerit eū nomine suo, & ob familiaritatē specialiter appeller populū suū, sed prædicet incunctanter, & nulla pericula reformidet. Quodq; infert: Aquas & flumina, & ignem, & flāmas, persecutorū impetū furorēq; describit, qui saluti gentiū inuideāt, & nolint sermonē euangelicū prædicari. Quanq; Iudæi in aquis Aegyptios, in fluminibus Babylonios, in igne Macedonas, in flāma Romanos intelligi uelint. Idcirco aūt præcepit eis ne timeant,

CAP. XLIII

ET nūc hæc dicit dominus: creās te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & uocaui nomine tuo: meus es tu: Cum trāsieris per aquā, tecum ero, et flumina non operient te. Cum ambulaueris in ignē, non cōbureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dñs deus tuus, sanctus Israel saluator tuus, dedi propiciationē tuā Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & gloriosus, ego dilexi te, & dabo homines pro te: & populos pro anima tua. Noli timere, quoniam tecum ego sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da: & Austro: noli prohibere, adduc filios meos de lōginquo, & filias meas ab extremo terræ. Et omnē qui inuocauit nomen meum, in gloriam meam creaui eum: & formaui eum, & feci eum. Educ foras populū cæcum, & oculos habentē: surdū, & aures ei sunt. Omnes gentes cōgregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus. Quis in uobis annunciabit istud, & quæ prima sunt, audire nos faciet? dent testes eorum & iustificentur, & audiant & dicant uere: Vos testes mei, dicit dominus, & seruus meus quem elegi, ut sciatis & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum. Ante me non est formatus deus, & post me nō erit. Ego sum, ego sum dominus: &

CAP. XLIII

ET nūc sic dicit dominus qui fecit te Iacob & creauit te Israel: Noli timere, quoniam redemi te: uocaui te nomine tuo, meus es tu, & si trāsieris per aquam, tecū sum, & flumina non cooperient te. Et si transieris per ignē, non cōbureris, flāma non exuret te, quia ego dñs deus tuus sanctus Israel, saluator tuus. Feci cōmutationē tuā Aegyptū, Aethiopiam, & Syenē, p te. Ex quo honorabilis factus es, & in cōspectu meo glorificatus es, & ego dilexi te, & dabo homines pro te: & principes pro capite tuo. Noli timere, quoniam tecū sum, ab Oriente adducā semē tuū, et ab Occidente cōgregabo te. Dicā Aquiloni: adduc, & Aphrico: noli prohibere: adduc filios meos de terra lōginqua, & filias meas à terminis terræ: omnes qui uocātur nomine meo, in gloria enim mea creaui illum: & plasmaui eū, & feci illū, & eduxi populum cæcum qui habent oculos, & sunt cæci, & surdæ sunt aures eius. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & conuenerunt principes earum. Quis annunciabit hæc? aut quæ à principio sunt, quis annunciabit uobis? adducant testes suos, & iustificētur: & audiant & loquātur uera. Estote mihi testes, & ego testis: dicit dominus deus, & puer meus quem elegi, ut sciatis & credatis, & intelligatis: qa ego sum. Ante me non fuit alius, & post me nō erit. Ego deus &

quia dñs deus saluator eorum, & sanctus Israel sit cū eis qui fecerit eos Aegypto, Aethiopiæ & Syenæ, & extremis mundi terminis prædicare. Pro συνυγ, reliqui interpretes posuerūt, וסכ: unde fuit regina Austri, quæ uenit sapientiam audire Salomonis. Quamobrē honorabilis factus est apostolorum chorus in cōspectu dei, & dilectus ab eo: & cunctorum hominum salus atq; populorum, qui per eos ad euangelium sunt uocati, & reputabuntur in salutē animarū eorum. Vnde iungit & dicit: Noli timere, ego tecū sum, q uobis in euangelio loquor: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsummationē seculi. Ab Oriēte enim & ab occidente adducā filios tuos qui requiescant in sinu Abrahā, & de cunctis mundi partibus filiorū meorum & filiarū populus cōgregabitur: qui uel inuocent nomen meum, uel meo uocentur nomine, ut appellentur Christiani in gloriam conditoris sui. Quodq; sequitur: Educ foras populum cæcum, & oculos habentē: surdum, & aures ei sunt. Multi putant dici de populo gentium, qui per apostolorum doctrinam audire cœperunt & uidere. Sed nos etiam hæc de dispersо intelligamus Israel, qui uocatus sit per apostolos, primusq; crediderit, quibus loquitur & Paulus: Vobis primum oportuit prædicari sermonem dei. Et ipse dominus in euangelio: Ite ad oues perditas domus Israel. Deniq; sequitur: Oēs gētes cōgregatæ sunt simul, & collectæ sunt

3. Reg. 10.d

Matt. 28.c

Act. 13.b

Matt. 10.d

tribus, id est, cū populo qui credidit ex Iudæis, ut duplex

A plex uocatio sit, circuncisionis & præputij. Quod aūt dicitur: Educ, ad filiū sermo est. Siue iuxta LXX. pater de filio loquitur, quod eduxerit populum suum cęcum & surdum, & gētibus copularit, & fecerit ex eis multos ec clesiæ principes. Miraturq; propheta, quod nullus in gentibus hæc præscire potuerit, nec dei nosse consilia: sed tantum populus eius qui legem acceperit, & prophetas habuerit: Notus enim in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Siue ipse deus, testis suorum sermonum sit, & patrator: & puer eius ac seruus quem elegit. Haud dubium, quin Christum significet, cui & suprà dicit: Magnum tibi est uocari te puerum meum. Et hæc omnia fient, ut ueritas mundo prædicetur: & sciant, & credant, & intelligant: quorum mens prius bruta erat, & insensibilis, quod præter unum deum, nullus alius deus sit: nec antè, nec postea. Neque

Psal. 75.a

B enim temporum conditor habet aliquando principium, cum hoc ipsum aliquando sit temporis. Et quomodo nunc loquutus est: Ego testis dicit dominus deus, & puer quem elegi, dicente hoc ipsum domino in Euangelio:

Ioan. 8.c

Duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de me, & qui me misit me pater. Sic & de diuinitate illius sentiendum est, quod nullus sit deus, nisi ipse qui loquitur, & puer eius quem elegit. Pulchreq; præter deum

1 Cor. 1.d Ioan. 14.b

patrem alter nullus est deus: quia Christus dei uirtus est, & dei sapientia, qui loquitur in Euangelio: Ego in patre, & pater in me est. Sicut enim unus Christus dominus non aufert patri ne dominus sit, sic unus deus pater non auferet filio ne deus sit: qui in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Quodq; sequitur: Et non est absque me saluator, ostendit in patre fimitter eis dominus saluatorē, qui saluos eos faciet. Nequę enim deus sapiens & fortis, sine sua potest esse sapientia atq; uirtute. Cum ergo ab initio ego hæc futura

Supra 9.d

prædixerim, nullus erit qui meæ renuat uoluntati: imò quæ ego fecero, possit irrita facere. Hæc dicunt quidem ad Iacob & Israel, sed referuntur ad apostolicū chorum: & omnes qui de populo Iudęorum in Christum uoluerint credere. a ¶ Hæc dicit dominus redemptor, etc.] Iuxta Hebraicum adhuc ad Israel propheticus sermo dirigitur, quod redemptor corū dominus & sanctus Israel, hæc ad eos loquutus sit: Propter uos qui mecum euangeliū prædicatis: quibus suprà dixi: Noli timere, quoniam ego tecum sum, qui estis testes uoluntatis meę: & puerum meum alterum testem mundo incredulo nunciatis: Misi filium meum in Babylonem & consusionem huius seculi. Et detraxi omnes uectes eius, qui Hebraice appellantur בריחיו & quos Theodotio fortes interpretatus est. Et Chaldæos, inquit, subauditur אֶת־ κρυπτῶ detraxi, qui in suis gloriabantur nauibus: in his uidelicet, qui instar nauiū inter idola fluctuabant. De Chaldæis nullus ambigit, quin dæmones sonēt. Ego dominus hæc futura prædixi, qui sum creator uester et rex Israel. Porrò iuxta Septuaginta multo alter est sensus: Ego dominus qui te de periculis liberaui, & sanctus Israel: propter uos mittam in Babylonem regem Medorum atque Persarum, & habitatores eius fugere faciā, & Chaldæi qui uos cœperant, uincti per mare Caspiū ad gentes alias transferentur. Ego dominus hæc futura decreui, qui ostendi Israel regem credētium fore. b ¶ Hæc dicit dominus, etc.] Dominus qui destruxit & abiecit Babylonē: & fortissimos illius detraxit de potentia: omnesq; Chaldæos qui in fluctib. huius seculi feliciter nauigabant, fecit esse captiuos. Ipse in aquis torrētibus, maris rubri reperit uiā, ut trāsiret populus eius de Aegypto liberatus. Siue q dedit in mari rubro uiā: ipse & in aquis torrētib. Iordanis fluuij repit semitā: ut & egressio ex Aegypto, & introitus in terrā repromissiōis haberet miraculū. Ipse currus & equos & omnē exercitum Pharaōis demersit in profundū, q dormierūt somno perpetuo. Cōtriti sunt & extincti quasi linū in breui

A temporis spatio, & in puncto atq; momẽto. Linũ enim necdum igne conceptũ, ꝑ leuitate substantiæ statim extinctũ, in fauillã dissoluitur. Igitur hoc præcipio uobis, ut inter signa mea atq; miracula, quibus Babylon urbs potentissima diruta est: & quib. in mari rubro atq; Iorda

HEB. rabũt. Nõ mẽ inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. Nõ obtulisti mihi arietẽ holocausti tui, & uictimis tuis nõ glorificasti me. Nõ te seruire feci in oblatione, nec laborẽ tibi præbui in thure. Nõ emisti mihi argẽto calamũ, & adipe uictimarũ tuarũ nõ inebriasti me. Veruntamẽ seruire me fecisti ĩ peccatis tuis, præbuisti mihi laborẽ ĩ iniqtatib. tuis. Egõ sum, ego sum ipse q̃ deleo iniqtates tuas ꝓpter me, et peccatorũ tuorũ nõ recordabor. Reduc me in memoriã, ut iudicemur simul. narra siquid habes ut iustificeris. Pater tuus prim⁹ peccauit: & interpretes tui ꝑuaricati sũt ĩ me. Et cõtaminaui principes sanctos: dedi ad ĩternecionẽ Iacob, & Israel in blasphemiam.

SEPT. ret. Non nunc uocaui te Iacob, neq; laborare te feci Israel. Non attulisti mihi oues holocausti tui: neq; in uictimis tuis magnificasti me, nec seruire te feci in hostijs, nec laborẽ tibi præbui in thure, nec emisti mihi argento thymiama, nec adipẽ hostiarũ tuarum concupiui: sed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, & non recordabor. Tu uero memento, & iudicemur. Dic tu iniquitates tuas primus, ut iustifices. Patres uestri peccauerunt: & principes uestri iniquè egerunt in me: & contaminauerũt principes sancta mea. Et dedi ut perderem Iacob & Israel in opprobrium.

Et

Suprà 12.a

B

Psal. 50

Nunc dabor, quæ tibi si credere uolueris, in baptismate dimissurus sum. Reduc ergo me in memoriam, si quid habes iusti quod respondeas mihi, libenter accipiã, ut iudicemur simul: & arguas me non fecisse tibi quod facére debui. Quem sensum in Michea plenius legimus: Populus meus quid feci tibi, & quid molestus fui tibi: respõde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciẽ tuã Moysen & Aarõ & Mariam. Et in quinquagesimo psalmo Dauid loquitur ad deum: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum fueris iudicatus. Narra ergo si quid habes ut iustificeris. Et est sensus: Ego non loquar prior cõtra me, ne oppressum esse te dicas multiplicatione sermonũ: sed tu si quid iusti habes, ipse pro te loquere, ut uidearis ista quæ pateris immerito sustinere. Et ut scias me misereri tui, nõ ob meritũ tuũ, sed propter meã clementiã, à patribus tuis repetã atq; maioribus: ut intelligas te à peccatoribus esse generatũ. Pater tuus primus peccauit in solitudine, omnis uidelicet populus Israel. Siue author generis tui Abraham, peccasse conuincit, quando dño terrã repromissionis semini illius pollicẽte, respondit: In quo sciam, quia possidebo eã? Et interpretes, inquit, tui prætiaricati sunt in me: Aaron & Moyses ad aquam contradictionis, qui inter me & te medij loquebantur. Et ut intelligamus non esse uiolentam expositionẽ, sequitur: Et cõraminaui principes sanctos, de quib. & in psalmo canitur: Absorpti sunt iuxta petram iudices eorum. Quos idcirco contaminasse se dicit, quòd terram repro

Ose 11.c

Ezec. 28.d

Michee 6.c

Gen. 15.b

Exo. 17.b

Psal. 140.b

A repromissionis nõ intrauerint. Denicꝑ ad internecionẽ Iacob, & Israel in blasphemiã: ut nullus, præter duos ex his qui de Aegypto egressi erãt, intraret in Iudæã: sed eadauera eorũ iacerẽt in solitudine. Iuxta Lxx. qui addiderunt de suo: Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris, ad pœnitentiã eos prouocat deus: ut intelligãt scelera sua atq; peccata, & ueniã cõsequãtur. Scriptum est enim & in alto loco:

Prou. 18.e Iustus accusator sui est in principio sermonis. Principesq; eorũ & patres dicuntur dñi sancta uiolasse nõ seruientes legi dei, sed traditiões & mandata hominum requirentes, propter quos perijt Iacob, & in opprobriũ datus est Israel, electus de sua prouincia, et totius orbis exul atq; peregrinus.

CAP. XLIIII

ET *nunc audi Iacob ferue meus, etc.*] Vbi accusat populus Iudæorum ob incredulitatem atque blasphemiam absque ulla nominis dignitate, puris appellatur

B uocabulis: Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. Et iterum: Dedi ad internecionem Iacob & Israel in blasphemiam. Vbi autem ad apostolorũ chorum qui ex Iudæis est, sermonem facit: iungun tur & nominum priuilegia: Audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi, ut prima sit seruitus, secunda electio. Hæc dicit dominus, Factor & formator tuus, qui ab utero auxiliatus est tui: ut adhuc in uentre matris plantã fratris arriperes. Siue q in principio nascentis ecclesiæ te de persecutoribus conseruauit. Noli timere crudelitatem eorum serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Alio nomine Israelem uocat ישרון enim uerbum Hebraicum: cæteri εὐθυτάτου siue ἀνθ', id est, rectissimum & rectum interpretati sunt: soli Septuaginta dilectissimũ, iungentes de suo, Israel. Proprie enim iuxta Hebræos & literarum fidem: Israel, rectus dei dicitur. Vir autem uidens deũ, non in elemẽtis, sed in sono uocis est. Vnde & liber Genesios appellatur ἀνθρωπ, id est, iustorũ, Abrahã, Isaac & Israel. Noli igitur timere Iacob & Israel, quia effundã aquas super sitientẽ & aridã, de qua sæpe dictum est: Et effundã siue ponã spiritũ meũ super semẽ tuũ, & benedictionẽ meã super stirpẽ tuã, quæ ex aqua & spiritu sancto in baptismate renascet. Quam & in Euangelio saluator promisit, dicens: Qui sitit, ueniat ad me & bibat. Statimq; infertur: Hoc aũt dicebat de spiritu sancto, quẽ credẽres accepturi erant. Cõparat quoque in baptismate renascẽtes herbis uirentibus, & salici quę iuxta fluentes aquas oritur, & contra rerũ naturam affert fructus, quę prius sterilis erat: uel cuius semẽ in cibo sumptũ, steriles facit. Quod quidem in primo psalmo legit: Et erit sicut lignũ qd̃ plantatũ est secus decursus aquarũ: quod fructus suos dabit in tempore suo, & foliũ eius non decidet. Alij inter herbas & renascentes salices, duplicem uocationẽ intelligunt: ut in herbis, populus nationũ sit, in salicibus, hi q̃ ex Israel crediderunt. Simulq; describit uarietatẽ credentium: Alius dicet, dñi ego sum, qui iusti tiæ opera in se esse cõfidit. Alius uocabit, subauditur, peccatores ad pœnitentiã in nomine Iacob: ut & ipsi supplantent uitia atq; peccata. Alius scribet manu sua, dei sũ. Siue ut Lxx. transtulerunt, ἐπιγράψει χερὶ θεῷ, id est, Scribet in manu sua, dei sum: ut nouo tyrocinio seruitutis Christi se militẽ glorietur. Et in nomine Israel assimilabit. Nõ enim oẽs ex Israel, sed magna pars ex gẽtiũ multitudine, in nomine Israel assimilabit: ut recipiat legẽ & prophetas, om

CAP. XLIIII

NVnc autẽ audi Iacob puer meus, & Israel quẽ elegi: Ego dñs meus, q̃ feci te, & plasmaui te de uẽtre: adhuc habebis auxiliũ. Noli timere puer meus Iacob, & dilecte Israel quẽ elegi: adhuc ego dabo aquã in sitiq; ambulãt in inaquoso, ponã spiritũ meũ super semen tuũ, & benedictiones meas sup filios tuos. Et orient ut in medio aquæ fœnũ, & sicut salix iuxta prætereuntes aquas. Iste dicet, Dei sum: iste clamabit in noĩe Iacob. Et alius scribet in manu sua, Dei sum ego: & in nomine Israel clamabit.

Hęc dicit dominus rex Israel: & redẽptor eius dñs exercituum: Ego primus & ego nouissimus, et absq; me nõ est deus. Quis similis mei? uocet & annunciet, & ordinẽ exponat mihi, ex quo constitui populum antiquũ: & uẽtura & quæ futura sunt nõ annũciẽt eis. Nolite timere neq; conturbemini, extunc audire te feci, & annũciaui, uos estis testes mei. Nunquid est deus absq; me, & formator quem ego nõ nouerim? Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amãtissima eorũ nõ proderũt eis. Ipsi sunt testes eorum: quia non uident, neq; intelligũt ut confundantur. Quis formauit deũ, & sculptile cõflauit ad nihil utile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim sunt hominibus, conueniẽt omnes, stabunt & pauebũt, & cõfundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est: in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet & deficiet, nõ bibet aquã, & lassẽscet. Artifex lignarius extẽdit normã: formauit illud in runcina, fecit illud in angularibus: & circino tornauit illud, & fecit imaginem uiri, quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succedit cedros, tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum quam pluuia

Ioan. 7.f

D

nesq; gratias spiritus sancti, quæ Israel populo repromissæ sunt. *b* ¶ *Hæc dicit dominus rex Israel, etc.*] Post prædicationem apostolorum, uocationẽ gentiũ, saluatoris aduentum, & effusionem spiritus sancti, quem cunctis credentibus daturum se esse promisit: quando prorietate meritorũ alius dicit, Domini ego sum: alius uocabit in nomine Iacob: alius scribet manu sua se esse domini: & cũ ortus sit de infideli turba gentiliũ, in nomine assimi-

A assimilabit Israel, ut relictis idolis unius dei cultor sit. In cipit altera ἀναθεωρησιν, quã totã simul proposuimus, ne unius sensus diuidteremus continentiã. Et quia Lxx. in hoc capitulo exceptis paucis uerbis nõ discrepãt ab Hebraico, nostra editione cõtenti sumus: qua intellecta no scentur & cæteræ. Est aũt sermo cõtra illius tẽporis idololatras, quo Esaias propheta uetuto populis nunciabat, & arguit eos, qui dei omnipotẽtis religione contempta, simulacris ligneis inclinentur, & adorent opera manuũ suarũ. Curramus ergo per singula. Hæc dicit dñs rex Israel, q in me creditur⁹ est: & redemptor eius, qui filij mei suscipiet aduentum: dñs exercituũ atq; uirtutum, & omnipotẽs. Hoc enim in Hebraico sonat יהוה צבאות. Ego sum primus, & ego nouissimus: ego α & ω, & absq; me non est deus: quia puer quẽ elegi in me deus est. De quo suprà dixi: Ecce puer meus quẽ elegi, electus meus quẽ

B suscepit anima mea: iudiciũ gentib. proferet, & in nomine eius gentes sperabũt. Nec dicit se esse solum, sed prẽter uirtutem suam atq; sapientiã nullum esse externum deum: deorumq; multorum opinionem, & simulacra condẽnans: Quis inqt, similis mei est? Vocet ea quę nõ sunt quasi sint: & exponat ordinẽ creaturę meę, qua cuncta ratione librauerim, ex quo feci hominẽ super terram. Nec hoc solum uolo, sed quæro etiam scientiam futurorũ. unde tu Israel, cuius & rex & redemptor sum, noli timere simulacra, quæ esse nihil, in Sina mõte didicisti. An forsitan creator est alius, quem ego nõ noueri? Aut præter hunc alter est mũdus, qui ignoti dei monstret potentiã? Neq; uero ea solum quæ fiunt, sed & illi qui faciunt habebuntur pro nihili. Cumq; uindictæ tempus aduenerit, nequaquã poterunt eos manuũ suarum opera liberare, quæ cæca & insensibilia confundunt artifices suos. quis enim possit hoc credere quod ascia, lima, & teretro malleoq; formetur deus? Et uel in prunis simulacra fundantur: uel norma, runcina, & angularibus, circinoq; in deos repente consurgant? Præsertim cum fame & siti artificis, artis uilitas demonstretur. Fit enim lignea statua, humanã exprimẽs speciem: & quanto pulchrior fuerit, tanto deus putatur augustior. Ponitur in phano, & æterno claudit⁹ carcere, quæ longo tẽpore creuit in saltibus, & pro uarietate arborũ, cedrus & ilex & quercus uel pinus fuit. Mirumq; in modũ segmẽta eius atq; rasuræ mittunt⁹ in focũ: ut cale- C
faciãt artificẽ dei, & coquãt diuersa pulmẽta. Pars aũt altera formaꝫ in deũ, ut opere cõpleto, adoret illam factor suus, & operis sui imprecetur auxiliũ, nec intelligit uel recogitat: imò nec carnis, nec mẽtis aspicit oculis, quod non possit esse deus, cuius pars igne combusta est: nec hominis manu fieri diuina maiestas. Pleniusq; super irrisione idolorũ propheticus sermo contexitur: quæ facilis intelligentiæ sunt, nec laciniosam imò superfluam expositionẽ desiderãt. Super quo & Flaccus scribit in Satyra, deridẽs simulacra gentiũ: Olim truncus erã ficulnus inutile lignum: Cum faber incertus scamnũ faceret ne Priapũ, Maluit esse deum: deus inde ego, furũ auiũq; Maxima formido. Quicquid aũt de idolis dictum est, potest referri & ad hæreseon principes, qui simulacra dogmatũ suorũ atq; mendacij, artificii cor de componũt: & uenerantur ea quæ à se sciunt esse simulata. Nec sufficit eis error proprius, nisi simplices quosq; eorum adoratione deceperint. qui quæstũ putãt esse pietatem, & deuorãt domos uiduarũ: abutentes q; uulgi imperitia, ita arte dialectica quasi ascia, & teretro, lima & rũcina formãt deũ suum, & cudunt malleo, atq; inaurant

D sermonis rhetorici uenustate: quorũ deus uenter est, & gloria in confusione eorũ. a *Memento horum Iacob, etc.*] Cum hæc se ita habeant, & idola hominũ scias esse figmenta, ò Iacob & puer meus Israel, ne obliuiscaris creatoris tui, tibiq; ipsi iniuriam facias, ut incurueris operi manuum tuarũ. Quæ quia in aduentu pueri mei quem elegi, penitus destruenda sunt: propterea tota mentis auiditate cognosce, quod sicut nubes & caligo & nebula uel solis calore dissoluit, uel uento raptãte tenuatur: ita iniquitates tuas & uniuersa peccata quib. prius me offenderas, dissolui faciã. Tu tantum reuertere ad me, & age pœnitentiã: quia redimendus es precioso sangui ne. Quod si feceris, scias in salute tua cœlos terramq; lętari, & omnia elementa cõcinere. Siue angelos qui morantur in cœlis: & alias potestates, quibus terræ fundamenta portantur. Vel certe apostolos & prophetas, de quibus loquebatur & Apostolus: Aedificati super fundamentum apostolorũ & prophetarũ. Mõtes quoq; & syluæ siue colles, qui pro uarietate uirtutum prima & media loca & ultima possederunt, iubentur iubilare & tuba

A tuba canere: scientes q; redemerit dñs Iacob, & in Israel conuersione lætetur, siue ipse Israel ab errore cõuersus, inclytus fiat. a ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Destructis idolis & iniquitatib. Israel peccatisq; deletis, qñ omnis simul creatura gaudebit, & iuxta euangelij fidem super pœnitentia peccatorũ angeli lętabuntur in cœlis: describitur potentia dei, quod nequaquã ei grande sit redimere Iacob, & Israel instaurare cor rectum, quę formauit ex utero. Et si hoc alicui non paruum uideatur: nõ sit illi difficile qui extenderit cœlos solus. Iuxta quod alibi legitur:

Psal. 103.a Qui extendit cœlum quasi pellẽ. Non quo

Iosue. 2.a filius excludat⁹ ab extensione cœlorũ: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factũ est: sed quo, ut sæpe diximus, per hanc sententiam excludantur idola. Nam & in Prouerbijs Salomonis ex persona Chri-

Prou. 8.c sti dei uirtutis deiq; sa-

Psal. 32.b pientię dicitur: Quando parabat cœlũ, ego

B eram cũ eo. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Et: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Hæc frequẽter ingerimus, ne ulla blasphemandi Christũ hæreticis occasio relinquatur. In stabilitate quoq; terræ, quando illius fundamenta solidabat, nullus erat cum deo, præter eum qui erat in eo. Iste igitur tantus ac talis, cum præfiniti mysterij tempus aduenerit: ut cuncta idola destruantur, & dei solius notitia prædicetur in mundo: omnia uaticinia diuinorum, & pythonum & hariolorum signa atque portenta, quibus humanum deceperunt genus, destruet atque subuertet: & sapientiam philosophorum, quæ & ipsa erroris pars maxima est, dum stultam esse monstrabit: dum nequaquam humanis cogitationibus dei probantur comprehendisse sapientiã. Qui etiam uerbũ pueri siue serui sui, de quo suprà dixi-

Eph. 2.d mus: & consiliũ nunciorum eius, rebus explebit: apostolorũ scilicet omniumq; doctorũ, qui uoluntatẽ magistri sui gentibus nunciabunt,

HEB. Hæc dicit dõminus redemptor tuus, & formator tuus ex utero: Ego sum dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorum, & hariolos in furorẽ uertens: conuertẽs sapientes retrorsum, & scientiã eorũ stultã faciens. Suscitans uerbũ serui sui, & consilium nunciorũ suorum complens. Qui dico Hierusalem, habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini: & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciã Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnẽ uoluntatem meã complebis. Qui dico Hierusalem, ædificaberis: & templo, fundaberis.

SEP. Sic dicit dominus qui redemit te, & formans te ex utero: Ego dominus qui compleo omnia: extendi cœlum solus, & formaui terram. Quis alius dissipauit signa pythonũ, & diuinationes de corde? q auerto prudentes retrorsum, & consiliũ eorũ stultũ facio. Et statuo uerbũ pueri mei: et consilium angelorũ eius uerũ probo. Qui dico Hierusalem, habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini, & deserta illius oriẽtur. Qui dico abysso, desolaberis, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, ut sapiat, & omnes uoluntates meas faciat. Qui dico Hierusalem, ædificaberis: et domum sanctam meam fundabo.

CAP. XLV

HAec dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram: ut subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum uertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ nõ claudentur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conterã, & uectes ferreos confringã. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorũ, ut scias quia ego dominus, qui uoco nomen tuum deus Israel. Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meũ, & uocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me. Ego dñs, & non est amplius: extra me nõ est deus: accinxi te, & non cognouisti me. Vt sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absq; me non est deus. Ego dominus, & nõ est alter. Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego dominus faciens omnia hæc.

Ipse ergo qui est tanta facturus, cuius potentiã breui ser- C
mone descripsi: etiã ad Hierusalẽ, quæ destruenda erit à Babylonijs nũc dicit anteq; destruaꝫ, quod rursum habitetur à populis: & ciuitatib. Iudææ, quod instaurentur: qui & solitudines illius suscitabit, ut omnia cultoribus impleantur. Qui igitur dicit Hierusalẽ & Iudææ & desertis eius, quod habitẽt & ædificẽt & suscitẽt: hic dicit profundo siue abysso, id est Babylo-
ni: desolare, & flumina tua arefaciã, omnẽ regũ potentiã. siue qa profundũ & abyssum dixerat, recte p trãslationẽ & flumina posuit: de quibus & Psal

Psal. 136 misita decantat: Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus. Et qui Hierusalẽ instaurat, & Babylonẽ destruit, dicit quoque Cyro regi Persarum, qui primus destruxit Babylonẽ atq; Chaldæos: pastor meus es: siue ut Lxx. trãstulerũt, ut sapiat. Cuius differentiæ causa manifesta est. Verbũ enim Hebraicũ רעי si per ר literã legamus, D
intelligitur pastor meus: si per ע sciens uel intelligens meus: quarum similitudo paruo apice distinguit: ac per hoc sæpe confunditur. Scriptum est in Esdrę principio, q ad edictũ Cyri regis Persarum atq; Medorũ, populi Israel sit laxata captiuitas: & remissi in Hierusalem, qui redire uoluerũt sub Zorobabel filio Salathiel, et Iesu filio Iosedech sacerdote magno. Hic enim dñs inspirauit, ut suam faceret uoluntatem, & illius præcepta compleret. Signãterq; addidit, qui dico Hierusalẽ ædificaberis, & templo fundaberis. Sub Cyro enim iussum est, ut ædificaretur Hierusalem, & templũ, cuius tantũ illo uiuẽte iacta sunt fundamenta. Cæterum sub Dario, anno illius secundo, prophetantibus Aggæo & Zacharia, tẽplum ædificari cœptum est.

CAP. XLV.

HAec dicit dominus Christo meo Cyro, etc.] Scio in hoc capitulo non solum Latinorũ, sed & Græcorum plurimos uehementer errare, existimantium scriptum esse: Sic dicit dominus Christo, meo domino!

ut

A ut intelligatur iuxta illud quod alibi legimus: Pluit dominus à domino. Et: Dixit dominus domino meo. Ne-
Psal. 109 que enim κυρίος, quod dominū sonat: sed Cyro dicit, qui Hebraice appellatur כורש regi Persarum, qui Babylonem Chaldęosq; superauit. Et iunctis Medis, agitator bigæ, id est, cameli & asini, suprà legitur. Iste appellatus est Christus: id est, unctus dñi, quod erat insigne apud Hebræos regiæ potestatis: ut quomodo apud nos diadema & purpura solis imperatorib. datur, sic apud Hebræos regnaturi perfundebant unguento. Vnde &
1 Reg. 6.b Saul Christus domini dicit. Et in psalmis legimus: No-
Psal. 104.b lite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Huius dexterā apprehendit & tenuit, ut nullus fortitudini eius ualeret resistere. Legamus Xenophontis octo librorū Cyri maioris historiā, & prophetiam Esaiæ cernemus expletā. Quæ enim ciuitas illi nō patuit? quis non regum terga subiecit? qui muri prius inexpugnabiles, nō illius obsidione subuersi sunt? Vnde ad ipsum Cyrum deus apostropham facit: Dedi tibi thesauros, et absconditas opes cunctarū urbium: ut qui prius colebas idola, beneficijs unū sentires deum: præsertim cum scias, multo antè quàm nascereris tuum nomen esse prædictum. Quod quidem & Iosephus in undecimo Iudaicę antiquitatis uolumine refert, legisse Cybum ab Esaia de se certo uaticinatū nomine: & idcirco Iudæos quasi dei familiares plurimū dilexisse. Hæc autem, inquit, tibi propter Iacob seruum meum: & Israel electum meum. Et uocaui te nomine tuo: sicut uocaui Abraham, Isaac & Iacob: & multo ante prædixi, ut Isaac & Iosiam: ne putareris ille esse Christus, cui assimilatus es, & in cuius typum & imaginem præcelsisti. Tu autem non cognouisti me, id est, simulacra coluisti, nō deum. Accinxi te fortitudine, multarū gentium feci esse uictorem, & nō cognouisti auxiliatorem tuum. In quo
B loco satis mirari nequeo, quæ stultitia sit legentium, ut hæc ad Christum referant: per quē mundus reconciliatus est deo. Ego, ait dominus, & non est amplius extra me. Pręter sermonem quippe atq; rationem uirtutemq; meam & sapientiā, quæ in me est: nullus est alter deus. Et hæc feci ut ab oriente & occidente omnis orbis agnoscat, nullum esse alium absque me deum. Ego dominus & non est alter. Pater enim in filio, & filius in patre. Qui loquitur in Euangelio: Ego & pater unum sumus. Et in C
Ioan. 10.f Esdræ uolumine positū est, scripsisse Cyrum ad omnes gentes, nullum esse deum, nisi solum deum Israel. Siue ita intelligendum, quod captiuorū laxatio, & dei in populum suum clementia, cunctis gentibus deum fecerit notiorem. Qui igitur tibi dedi fortitudinē & solus deus sum: ipse res inter se contrarias facio, lucem & tenebras, id est, diem & noctē: pacem & malum, hoc est ocium & bellum: per quæ significat & iratū fuisse se populo suo, quando tenebras captiuitatis, malaq; sustinuit seruitutis. Et rursum misertū, quando remisi in patriā, pacem & gaudium receperūt. Quomodo enim luci contrariæ tenebræ sunt: ita paci contrarium bellum est. Vnde confundatur hæresis quæ malorū arbitratur conditorem deum. Cum hic malum non contrarium bono, sed pro afflictione ponat & bello: secundū illud quod in Euangelio scriptū est: Sufficit diei malitia sua. Possumus iuxta tropologiam hæc & de ecclesiastico uiro dicere: cui Tropol.
deus dedit sermonem atq; sapientiam, ut omnes sectas contrarias ueritati sua disputatione subuertat. Sicut &
Act. 6.c de Stephano sancta scriptura cōmemorat, q̄ nullus potuerit resistere sapientiæ eius: & ut reges, id est, patriarchas singularum hæreseōn suæ subijciat potestati: & aperiat atq; confringat, quod prius uidebatur dialectica arte conclusum, & in medium proferat arcana hæretico-
rum, superans eos atq; conuincēs: ut Christi secreta cognoscant, in quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & sciētiæ absconditi. Istiusmodi uirū uocat deus ex nomine suo: quia defensor est pueri eius Iacob & electi illius Israel. Hūc suscipit & assimilat sermoni suo, qui cauere debet ne suum putet esse quod loquitur: sed omnia ad datoris referat gloriam, ne & ipse mereatur audire: Accinxi te, & non cognouisti me. Cum enim instructus armatura apostoli, omnes docuerit non esse alium deum nisi
D unū, qui sit Iacob & Israel deus, confundetur Marcion, duos deos intelligens: unum bonum, & alium iustum: alterum inuisibilium, alterum uisibilium conditorem. E quibus prior lucem faciat, secundus tenebras: ille pacem, hic malum: cum utrunq; pro diuersitate meritorū unus deus idemq; condiderit.

Commentarij duodecimi in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMTERTIVM

Commentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Procœmium.

MVlti casus opprimunt nauigantes. Si uehementior flauerit uentus, tempestas formidini est. Si aura moderatior summa iacentis elementi terga crispauerit: piratarum insidias pertimescunt. Atq; ita fit, ut fragili animę ligno creditę, aut metuāt periculum, aut sustineant: quorum utrumq; altero grauius est, uel mortē timere perpetuo, uel quam timueris sustinere. Hoc mihi in Esaiæ pelago nauiganti accidere uideo. Dum enim inoffenso cursu uela tenduntur: & securis nautarum manibus, sulcans æquoris campos carina delabitur: subito clangoris turbo consurgens, tantis undarum molibus & collisorum inter se fluctuum fragore resonante, pauida amicorū corda perterruit: ut dicere cogerentur, Magister, saluos nos fac, perimus. Quamobrem Eustochium, in toto orbe terrarū unicum nobilitatis & uirginitatis exemplum, non sileat pupilla oculi tui, clamaq; in corde: Abba pater. Et cū Psalmista loquere: Exurge, ut quid dormis domine: ut iniunctum in Esaiam opus, te orante, & Christo miserante, perficiam. Iam enim tertiusdecimus explanationum liber cuditur, qui necdum peruenit ad calcem. Et interim donec misericors & miserator dominus, patiens & multarum miserationum, reddat pristinam sanitatē: hanc præfatiunculam tumultuario sermone dictaui, ut quæ habentur in schedulis describantur, & plena emendatio lectoris iudicio reseruetur.

Commen-

A COMMENTARIORVM
Hieronymi in Esaiam prophetam
Liber decimustertius.

Rorate cœli desuper, & nubes pluāt, etc.] Duplex huius loci interpretatio est. Quidā enim putant hęrere superioribus quæ dicunt, & Cyro rege laxante captiuos, cœlum terramq; lętari, μεταφορικῶς, pro eo quod est, illos qui in cœlo morantur & terra. Alij à superioribus separāt, & proprium capituli huius uolūt esse principium, ac de aduētu dñi prophetari, q̄ imperetur nubibus, de quib. suprà scriptum
Suprà 5.a est: Mādabo nubibus ne pluant super eā imbrem, id est uineā Israel, & ad quas peruenit ueritas dei, ut pluant mūdo iustum siue iustitiā: terraq; aperiatur & germinet saluatorem. De qua in Psal-
Psal. 84.b mis canit: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Siue iuxta Lxx. Terra misericordiā & iustitiam pariter germina
B uit, ut & peccatores misericordiā, & iusti præmia consequantur. Quodq; sequitur: Ego dñs creaui eum: uel, ego dñs qui creaui te. Non scandalizabitur ad nomē creaturæ, qui illum uermē ac seruū & germinatū legerit esse de terra. *b* ¶ *Væ qui contradicit fictori, etc.*] Qui ad Cyri personā uolunt referre quæ dicta sunt, sic locū istum interpretantur. Me ingētia pollicente, quod propter euersionem populi mei in Iudæam, omnia Cyro regna substernam. Væ ei qui incredulus est, & nō putat uentura quæ dico: quasi si lutum & testa confracta cal-
lumniētur figulum suū, quare facta, uel cur ita facta sit: & opus contra artificis loquatur manus: & patrem ac matrem calumnietur filius, cur in terram naturæ lege profusus sit. Cum igitur ego dominus sanctus Israel plasmauerim Cyrum, & mea iussione generatus sit, superfluum facitis ambigere de futuris: quin potius nosse debetis, quod filios meos, populum Israel: opus manuum mearum, non uestro arbitrio, sed mea uolūtate dispensem: ut qui prius eis tenebras & malum creaui, nunc lucem & pacem tribuam. Ego enim sum deus, qui non in uacuum creaui terram, ut esset deserta & squalida: sed ut homines habitarent in ea. Ego extendi siue firmaui cœlos, ut angelorum essent habitacu-
lum. Stellarumq; eos uarietate distinxi: & imperaui singulis quo currerent ordine, & dierum ac mensium annorumq; diuersa spacia complerent. Qui igitur cœlum feci & terram, quid magnum est si unum regem creauerim, qui mea mādata conseruet, & omnes uias illius dirigā? Ipse enim iussurus est, ut ædificetur ciuitas mea Hierusalem, & captiui redeant in Iudæam. Non ob precium neq; munera, sed ob meā uoluntatē, dicit dñs deus exercituum. Qui aūt cœptam ad Christum refert intelligentiam, sic explanationis suæ uerba moderatur. Væ eis qui contradicunt deo, & Christum non putant esse uenturū, quasi lutū & testa de testis contradicat figulo suo. Væ qui dicit omnipotēti patri, quare tu generas filiū, & mulieri sanctæ Mariæ, quid parturis? De qua scribit & Apostolus: Quod Christus factus sit de muliere,
Gal. 4.c factusq; sub lege. Hæc ergo dicit dñs sanctus Israel, qui

LAetetur cęlū desuper, & nubes spargāt iustitiā. Germinet terra, & oriat misericordia, & iustitiā germinet simul: ego dñs qui creaui te. Quid melius feci, q̄ lutū figuli? nunquid arās arabit terram? Nunquid dicet lutū figulo, quid facis: quoniam nō operaris nec habes manus? Væ qui dicit patri, quid generas: & matri, quid parturis? Sic enim dicit dñs deus sanctus Israel qui fecit uentura. Interroga te me de filijs meis, & de operibus manuū mearum mādate mihi. Ego feci terrā & hominē super eam: Ego manu mea firmaui cęlū: ego omnib. stellis mandaui. Ego plasmauit in uirginali utero saluatorem dicens per Gabrielem: Spiritus sanctus uenier super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quod aut̄ nascet in te sanctum, uocabitur filius dei. Interroget me testa, & futurorum secreta perquirat: Et præcipiat mihi quomodo adoptiuos filios qui in meum filium crediturī sunt debeam regere. Dicit & euangelista Ioannes: Quotquot eum rece-
Ioan. 1.c perunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Sin aūt ego feci terrā, ut habitaretur ab hominibus: & cœlos extendi desuper, & eos astrorū uarietate decoraui, ut morarētur in terra cultores dei: Quid mirū si filium meum, iustum regem miserim in mundo, siue
D ab inferis suscitaue-
rim: cuius omnes uiæ rectæ sunt? Peccatum enim non
1 Pet. 2.d fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: Qui ædificet ci-
Matt. 16.c uitatem meā super petram, aduersum quam portæ inferi non præualeant, & quæ in mōte posita, latere nō possit. Dæmoniacisq; prius uinculis alligatos, omnes dimittat liberos: nō in precio neq; in muneribus: Gratis
Matt. 10.d enim salui facti sumus, audiētibus apostolis atq; facientibus: Gratis accepistis, gratis date. Nōnulli hæc ad Zorobabel referūt, qui eduxit captiuos de Babylone, & ędificauit ciuitatē, & extruxit templū, prophetantib. Aggæo & Zacharia atq; dicētibus: Manus Zorobabel fun-
Zach. 4.c dauerūt domū istam, & manus eius cōplebunt eā. Sed nos rectius dicimus & uerius, nec Cyrū ædificasse ciuitatem quæ postea extructa est sub Neemia, nec omnes uias eius fuisse directas. Cui suprà dictū est: Assumpsi et accinxi te, & nō cognouisti me: & Zorobabel statū, qui sub nutu ac potestate Medorum fuit atq; Persarū, omnia quæ dicuntur excedere. Neq; enim Zorobabel extruxit ciuitatē: nec captiuitatē dimisit, nec rex appellari potest, qui sub alijs uiuēs regibus, hoc nomine caruit. Quid sibi aūt uelint Lxx. qui in principio huius capitu-
li transtulerunt: Quid melius feci q̄ lutum figuli? Nunquid qui arat, arabit terrā? scire nō ualeo, nisi fortè Theodotionis sequar editionē, qui pro hoc posuit, Væ ei q̄ contendit contra factorē suū, arans arantis terrā, quod scilicet uulnerer in pœnitentia corda mortaliū, & in morem sulcorū ea subruat atq; subuertat. Sed & hæc sriuola interpretatio est. Porrò quod figulus, hoc est, creator noster & factor, appellet deus, & apostolus Paulus in e-
pistola loquitur ad Romanos: Nunquid dicit figmen-
Rom. 9.d tū ei qui finxit, quid me fecisti sic? An nō habet potesta-
tem figulus luti, ex eadē massa facere, aliud quidem uas in honorē, aliud uero in contumeliam? Et in Hieremia

P prolixius

A prolixius scribitur, qui narrat post cætera: Descendi in domũ figuli, & ecce ipse faciebat opus in rota, & dissipatum est uas quod faciebat in manib. suis. Rursumq; fecit ex eodẽ luto aliud uas, sicut placuit in cõspectu eius. Et factus est sermo dñi ad me dicẽs: Si non possum sicut iste figulus facere uos domus Israel, dicit dominus: Ecce sicut lutũ in manu figuli: sic uos estis in manib. meis domus Israel. Illudq; quod scriptũ est: ego omnibus stellis præcepi: occasionẽ quibusdam tribuit, q̃ astra rationalia sint, & animã sensumq; habeãt. Neq; eñ, aiunt, præciperet, nisi intelligentibus, non recordantes quod in Iona scriptũ sit: Præcepit dñs spiritui cõburenti. Et rursum: Præcepit uermi matutino. Et quod in Euãgelio saluator uẽtos & mare increpauerit, in quibus sensum atq; rationẽ non esse, perspicuũ est. 4 ¶ *Hæc dicit dominus: Labor Aegypti, etc.*] Et in hoc loco qui sequunt̃ historiã, dicunt Aegyptũ & Aethiopes gentes q; Sabaim, quæ trans Aethiopiã sunt, seruisse Cyro, & ei gẽtes ultimas fuisse subiectas: atq; ex mirabili intelexisse uictoria, q̃ in eo esset dñs, & nõ esset alius præter eum qui in illo habitaret deus.

HEB. Ego suscitaui eũ ad iustitiã, & oẽs uias eius dirigam. Ipse ædificauit ciuitatẽ meã, & captiuitatẽ meã dimittet: nõ in precio neq; in muneribus: dicit dñs deus exercituũ. Hæc dicit dõminus: Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri sublimes ad te trãsibunt, & tui erunt: post te ambulabũt, uincti manicis pergẽt, & te adorabũt, teq; deprecabunt̃: tantũ in te est deus, & nõ est absq; te de⁹. Vere tu es deus abscõditus. Deus Israel saluator. Confusi sunt & erubuerunt omnes, simul abierunt in confusione fabricatores errorum. Israel saluat⁹ est in domino salute ẽterna: nõ confundemini, & non erubescetis usque in seculum seculi. Quiã hæc dicit dominus, creãs cœlos ipse deus: formans terram, & faciens eam

SEP. Ego suscitaui eũ cum iustitia regẽ: oẽs uiæ illius rectæ. Ipse ædificabit ciuitatẽ meã, & captiuitatẽ populi mei cõuertet: nõ cũ precio neq; cũ munerib. dixit dñs deus Sabaoth. Sic dicit dñs Sabaoth: Laborauit Aegyptus, & negociatio Aethiopum & Sabaim: uiri excelsi ad te trãsibũt, & tui erũt serui, & te sequent̃ uincti manicis, & transibunt ad te, & adorabũt te, & in te orabũt q̃m in te deus est, & nõ est deus absq; te. Tu eñ deus es, & nesciebamus, deus Israel saluator: cõfundant̃ & erubescant oẽs aduersarij eius, & ambulẽt in cõfusione. Innouamini ad me insulæ: Israel saluatur à dño salute æterna: nõ confundẽtur neq; erubescent usq; in æternum. Sic dicit dominus qui fecit cœlum: iste deus qui ostendit terram, et fecit eam

Vniuersidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Sed hoc quod sequitur: Vere tu es deus absconditus, deus Israel saluator: quomodo possit Cyri personę conuenire, nõ intelligo: Nisi forte Theodotionis utant editione: qui transtulit, in te est fortis, & nõ est alius præter eum deus: Propterea tu fortis absconditus deus Israel saluator. Quocunq; se uerterint, nõ ualebunt laqueos ueritatis effugere. Fac enim esse in Cyro deũ, & non esse alium præter eum qui sit in Cyro deus, quomodo Cyri personę dici cõueniet: Vere tu es deus abscõditus, deus Israel saluator: Ergo deus in quo est deus, dñs noster Iesus Christus rectius intelligitur & uerius, qui in Euangelio loquitur: Ego & pater unum sumus. Qui deus appellatur absconditus propter assumpti corporis sacramentũ, & deus Israel saluator, quod interpretat̃ Iesus. Matt. 1.d Hic enim iuxta angelũ Gabrielẽ saluabit populũ suum. Confusi sunt & erubuerunt omnes simul, scribæ uideli cet & pharisæi. Et abierũt in confusione fabricatores erroris: qui in toto mundo disseminauere mendaciũ, ut Matt. 28.d cum dicerẽt ab apostolis furto esse sublatũ. Israel aũt saluatus in dño salute æterna, apostolorũ intelligitur chorus, & hi qui per apostolos crediderunt. Vnde dicitur ad eos: Non confundemini neq; erubescetis: nõ solum in præsenti seculo, sed & in futuro. Seruisse autem ei Aegyptum, & Aethiopas, & Sabaim, excelsos uiros atque sublimes: nemo dubitat, cum ei mundũ uideat esse sub

C iectum, & ex paucarũ nomine nationũ, quæ habitãt in extremis finibus terræ: cunctos cœlorũ cardines, & omnia terræ littora, ei creditura perspiciat. Vnde pulchre quasi laborantibus in errore idololatriæ, cessare labor Aegypti nominat̃. Nulla eñ gens ita idololatriæ dedita fuit, & tam innumerabilia portẽta uenerata est, quã Aegyptus, de qua supra legimus: Ecce dñs ascendet sup nubẽ leuẽ, & ingrediet̃ur Aegyptũ, & mouebunt̃ simulacra Aegypti à facie eius, & cor ægypti tabescet in medio eius. Porrò quod in Lxx. additũ est: Innouamini ad me insulæ, sic exponere possũmus, ut dicamus ecclesias de gẽtibus congregatas innouari in Christo, & appellari insulas, q̃ persecutorũ rabiẽ procellasq; sustineant, & fundatæ supra petrã, nulla turbinũ mole quatiant̃. Hebræi stulta contentione nitunt̃ asserere, usq; ad eum locũ ubi legitur: Tantũ in te est deus, & nõ est absq; te deus, uel ad Hierusalẽ uel ad Cyrũ dici. Hoc aũt quod sequit̃: Vere tu es deus absconditus, deus Israel saluator: Subito ad omnipotẽtem deũ apostrophã fieri, cum etiã stultis perspicuũ sit, unũ cõtextum esse sermonis: nec posse sensum diuidi qui in ipso narrationis ordine & ratione coniunctus est. *b* ¶ *Quia hæc dicit dominus, etc.*] Vocatis Aegypto, & Aethiopia, & Sabaim uiris excellis: p quæ monstratur salus uniuersarũ gentium barbararũ, & totius mundi ad deum conuersio: ostendit deus iustitiã suam: quod non solum Iudæorum sit dominus, sed & gentiũ. Ipse enim cœli factor & terræ, ęqualiter omniũ deus est, & non ob aliam causam creauit terram, nisi ut hominũ esset habitaculum: qui suum adorarent & intelligerent creatorem, & idola uniuersa contemnerent. Nam & in monte Sina, de excelso eius uertice hæc audiẽtibus populis est locutus: Non erunt tibi dij alieni absq; me, nec Exo. 20.d facies tibi idolum. Sed melius, ut hoc dictum de euangelica prædicatione credamus: Moyses enim in abscondita solitudine, uni tantum loquutus est populo. Apostolorum autẽ sonus, in uniuersum orbem exijt, & uerba eorum usq; ad terræ terminos peruenerunt. Non dixi, inquit, semini Iacob frustra quærite me. Cœlorum enim illis regna promisi, & primũ ad eos locutus sum: Matt. 15.c Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Et idcirco locutus sum iustitiã, & annũciaui recta siue ueritatẽ, ut imaginibus legis & ceremonijs derelictis, sequerẽtur euangelij ueritatem. Sed quia illi credere noluerunt, & indignos se iudicauerunt salute: propterea dico gentibus: Cõgregamini de toto orbe, & uenite & accedite ad me

A me simul qui saluati estis ex gentibus. Per quod ostendit, nõ statim oẽs gentes esse credituras, sed paulatim & per partes. Denicq; corripit eos qui in errore pristino permanserunt, dicens: Nescierunt qui leuant lignũ sculpturæ suæ, & rogant deum nõ saluantem. & est sensus: Non intellexerunt sermones meos, simulacrorum suorũ onere prægranati, & sperãtes in eis quibus nulla est salus. Vnde apostolis 2 Tim. 4.d præcipitur, ut opportune importune annuncient ueritatẽ, & ineant consilium salutis gentium. Hoc autem, id est, ut congregarentur & uenirent ex gẽtibus plurimi q̃ saluarentur, ab initio loquutus est deus, & cunctorũ prophetarũ ora cecinerũt: qui sermone dñi loquebantur, præter quem nullus est alius. Filius eñ

B nõ absq; eo, sed in eo deus est. Pulchreq; iũgit, deus iustus: neq; unius gẽtis, sed uniuersi mũdi: cui loquitur: Conuertimini ad me, & salui eritis oẽs fines terræ. Impleto illo quod pater Psal. 2.b filio repromisit. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Iuratq; per semetipsum, quãdo sententia oris sui, & uerbum quod protulit semel super salute gentiũ: nequaquã irritum fiat, sed repromissio eius opere cõpleatur, dicentis supra: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Iurat Heb. 6.d aũt secundũ Apostolum, ut p̃ duas res immobiles, in quib. impossibile est mentiri deũ, firmã consolationẽ habeamus: sed & hoc iurat quod idolis derelictis omne genu ei flectatur: cœlestiũ, terrestrium, & infernorũ, & omnis per illum iuret lingua mortaliũ: in quo perspicue signi-

HEBR. eam ipse plastes eius: non in uanum creauit eam, ut habitetur formauit illam. Ego dominus, & nõ est alius. Non in abscondito locutus sum: in loco terræ tenebroso non dixi semini Iacob: Frustra quærite me. Ego dominus loquens iustitiam: annuncias recta. Congregamini & uenite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant deum non saluantem. Annunciate, & uenite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prædixi illud. Nunquid non ego dominus, & non est ultra deus absque me? deus iustus & saluans non est præter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego deus, & non est alius. In memetipso iurauí, egredietur de ore meo iustitiæ uerbum, & non reuertet̃, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua Ergo in dño dicet: Meæ sũt iustitiæ & imperiũ, ad eum ueniẽt & confundent̃ omnes qui repugnãt ei. In dño iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

CAP. XLVI

COnfractus êst Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis: onera uestra graui pondere usq; ad lassitudinem. Contabuerunt & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatẽ ibit. Audite

SEPT. eam, ipse parauit eam: non in uacuum fecit eam, sed ut habitaretur plasmauit eam. Ego sum dominus, & non est ultra. Non in abscõdito locutus sum, neq; in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob, uanũ quærite: ego sum dñs qui loquor iustitiã, annuncio ueritatẽ. Congregamini & uenite & consulite simul qui saluamini de gentibus: nõ cognouerũt q̃ portant lignum sculpturę suæ: orant deos nõ saluantes. Si annũciant, appropinquẽt ut sciant simul: quis audita fecit hæc ab initio, tunc annunciatũ est uobis. Nónne ego dominus deus, & non est alius absq; me, iustus & saluans non est præter me. Conuertimini ad me, & salui eritis ab extremis terræ. Ego sum deus, & non est alius: Per memetipsum iuro, nisi egredietur de ore meo iustitia, sermones mei non auertent̃: quia mihi in curuabit omne genu, & iurabit, & cõfitebitur omnis lingua deo, dicens: Iustitia & gloria ad eum ueniet, & confundent̃ omnes qui separant se à dño: iustificabit̃ & in deo glorificabit̃ omne semen filiorum Israel.

CAP. XLVI

CEcidit Bel, contritus est Dagon: facta sunt sculptilia eorum in bestias et iumenta: portatis ea colligata quasi onus laboranti, & deficiẽti, & esurienti, nec præualenti simul, qui non poterunt saluare in bello. Ipsi autem captiui ducti sunt Audite

C ficatur populus Christianus. Moris est eñ ecclesiastici, Christo genu flectere. Quod Iudęi, mẽtis superbiã demonstrãtes, omnino nõ faciũt. Sed & omnis lingua cũctarũ gentiũ barbararũ, nõ in synagogis, sed in Christi ecclesijs confiteb̃it deũ. Omnis aũt lingua Christũ cõfitens, in dño loquet̃ et dicet̃ Meæ sunt iustitiæ, & meũ est imperiũ: non populi Iudæorũ. Ad eũ cũctæ gẽtes uenient̃, & cõfundent̃ q̃ prius illius euangelio repugnãt: & iustificabit̃ atq; laudabit̃ omne semen Israel, quorũ prædicatio & semẽtis seruatissima, in toto orbe uberrimos attulit fructus. Siue iuxta Lxx. omnis lingua iurans & confitens deum, dicentq; iustitia & gloria totius orbis ad eum ueniat, & confundantur Iudæi qui se ab eo separant. Hi autẽ qui

D de stirpe filiorum Israel orti sunt, & q̃ de apostolorum semine pullulauerunt & crediderunt in Christo, habeant iustitiã & gloriam sempiternam.

CAP. XLVI

COnfractus est Bel, cõtritus est Nabo, etc.] Post uocationẽ gentiũ, & electionem credentiũ ex Israel, idola corruisse testatur. Cecidit, cecidit siue cõfractus est Bel, quem Græci Belum, id est, Saturnũ uocãt. Cuius tanta fuit apud ueteres religio, ut ei nõ solũ humanas hostias captiuorũ ignobiliumq; mortalium, sed & suos liberos immolarẽt. Nabo aũt & ipsum idolũ est, quod interpretatur prophetia & diuinatio, quam post euangelij ueritatem in toto orbe conticuisse significat. Siue iuxta Lxx. Ναγὼψ, q̃ tamen in Hebraico non habetur. Et est idolum Ascalonis, Gazæ, & reliquarum urbium Philistim. Et à speciali transit ad generale:

A Facta sunt simulacra eorũ bestijs & iumentis. Non quo simulacra gentiliũ in prædam bestiarũ & iumentorum exposita sint, sed quo religio nationũ, simulacra sint bestiarum & brutorum animantiũ, quæ maxime in Aegypto diuino cultui cõsecrata sunt. De quib. & Virgilius:

Omnigenũq; deum mõstra & latrator Anubis. nam & pleraq; nomina oppidorũ ex bestijs & iumẽtis hũt nomina: λυκων à cane: λεων à leõe: θωσις lingua Aegyptia ab hirco: λυκων à lupo, ut taceam de formidoloso & horribili cepe & crepitu uẽtris inflati, quæ Pelusiaca religio est. Hæc, inquit, simulacra, quæ non possunt saluare portãtes: nihil sunt aliud, nisi onera sacerdotũ, deprimentia eos usq; ad lassitudinem. Quę cum captuitas uenerit: pro precio metallorum, de quibus facta sunt: ducuntur prima captiua, & animã suam siue portãtium, liberare non possunt. Non quo muta simulacra habeant animã,
B & aliquẽ sensum doloris quæ insensibilia sunt, sed quo κατα χρησιν uocetur anima & mẽbra earũ retrũ quæ absq; sensu & membris sunt. Alioquin & in Prouerbijs
Prou. 18.d legitur: In manu linguæ, mors & uita: cũ perspicue manum lingua non habeat. Vel hoc dicendum, quod grauissimum onus in gentibus, error fuerit idololatriæ, quæ cultores suos deprimebat ad terram, & saluare non poterat: animasq; eorũ faciebat diabolo & dæmonib. esse captiuas. a ¶ *Audite me domus Iacob & omne, etc.*] Nequaq; eũ appellat Iacob nec Israel, quod & ipsum absq; coniũctione serui & pueri & electi in suggillationẽ ppli suprà expositum: sed multo uilius, domus Iacob & reliquias Israel, ob propinquitatẽ carnis & sanguinis, & quasi feces reliquiarũ Israel. Docetq; eos instar puerorũ atq; lactentiũ, ita à deo quasi matris utero & uulua prægnãtis ex Aegypto esse portatos. Non quo ineffabilis dei incomprehensibilisq; maiestas, aut uterum habeat aut uuluam, pedesq; & manus & cetera corporis membra. Sed quo nos affectum dei per nostra uerba discamus. Alioquin & in centesimo nono psalmo ex persona dei hoc idẽ canitur. In hoc enim loco ubi Lxx. transtulerunt, Ex utero ante luciferũ genui te: in Hebræo scriptum habet, מרחם quod interpretatur de uulua. In præsentiarũ uero nõ solũ de utero, & de uulua scriptum est, hoc est, מבטני ומרחם sed מבטן quæ præpositio significat ex meo utero, siue ex mea uulua. Et est sensus: Qui uos genui ab infantia, & meo utero uuluaq; gestaui: ipse usque ad senectutem prote/gam: non meam, sed uestram: ut eos doceat diuina misericordia esse saluandos. Creator enim omnium parcit creaturæ suæ, & pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis: qui autem mercenarius est, cuius non sunt oues, quum uiderit lupum, fugit. Quia igitur feci & genui liberos, ego feram, & ipse portabo. Iuxta Septuaginta qui dixerunt, οι αιρομενοι εκ κοιλιας, και βασταζομενοι εκ μητρος. id est, Qui portamini ex utero, & erudimini ab infantia usque ad senectutem, hoc significat: D quod frustra legẽ dei die ac nocte meditentur: non habentes notitiam dei, sed hominum ac bestiarum simulacra uenerantes, intantũ ut correptione indigeant prophetali, per quam loquitur ad eos deus: Cui assimilastis me, & adæquastis ? & reliqua. Quod aurum argentumq; contulerint, & conducto statuario secerint idola, & adorauerint opera manuũ suarum, quæ portentur humeris, & confixa arq; stabilita se nõ ualeant commouere, nec prodesse his à quibus coluntur. Manifesta transcurrimus, ut Christi misericordia clausa reseremus. b ¶ *Mementote istud & fundamini, etc.*] Quia uos ipse genui, ipse portaui, & ab infantia usque ad senectutem, non uestro merito, sed mea pietate saluamini: deserite idola quæ fecistis, & ad unius dei cultum reuertimini. Agite pœnitentiam: ingemiscite pro errore qui uos tenuit: imò fundamini, ne rursum subitus idololatriæ uos turbo subuertat: & redite ad cor, id est ad mentem uestram, qui simulacra uenerãtes, uelut furiosi in ligna impingebatis & lapides. Ab initio considerate mundi, q̃ præter me nullus sit deus, nec alius potuerit scire uentura: nisi ego qui per prophetas

HEB. Auditè me domus Iacob, & omne residuũ domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea uulua. Vsq; ad senectã ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego ferã: ego portabo & saluabo. Cui assimilastis me et adæquastis & comparastis me, & fecistis similem? Qui cõfertis aurum de sacculo, & argentũ statera põderatis: cõducẽtes aurificẽ ut faciat deum, & procidunt & adorãt. Portãt illũ in humeris, gestantes & ponẽtes in loco suo: & stabit, ac de loco non mouebit. Sed & cũ clamauerint ad eum, nõ audiet: de tribulatione nõ saluabit eos. Memẽtõte istud, & fundamini, & redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi: quoniam ego sum deus, et non est ultra deus, nec est similis mei. Annunciãs ab exordio nouissima, & ab initio quæ necdum facta sunt: dicens: consilium meũ stabit, & omnis uolũtas mea fiet. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua uirum uoluntatis meæ: & locutus sum, & adducam illud, creaui & faciam illud.

Audite

SEP. Audite me domus Iacob, & oẽs reliquiæ Israel q portamini de utero, & eruditi à paruulo usq; ad senectutẽ. Ego sum: et donec senescatis ego sum, ego sustineo uos, ego feci, & ego portabo, ego suscipiã, & saluos uos faciã. Cui assimilastis me? Videte, excogitate qui erratis & cõfertis aurũ de sacculo, & argentum in statera appẽditis, & conducitis aurificẽ: fecerũt opera manuũ, & incuruati adorauerunt: portant illud in humeris & uadũt. si aũt posuerint illud i loco suo, manet, & non mouebit: & qui clamauerit ad illud nõ audiet, & de malis non liberabit eum. Mementote horum, & ingemiscite: agite pœnitentiam qui erratis. Reuertimini corde, & memento te priorum à seculo: quoniam ego sum deus, et non est ultra præter me. Qui annuncio prius nouissima antequam fiant & complentur, & dixi: omnis uoluntas mea stabit, & cuncta quæ cogitaui faciam. Qui uoco ab oriente auem, & de terra longinqua, de quibus cogitaui: locutus sum, & adduxi, creaui, & feci.

Audite

A phetas nũcio quæ facturus sum, ut cũ prædicta cõpleuerо, diuinatione probẽ diuinitatẽ. Ego enim mysterium quod retro cunctis generationib. fuerat ignoratũ, imò consiliũ meũ staturũ esse nunc dico, ut cũ illud uideritis effectũ: nullũ sciatis deũ, nisi eũ q hæc futura cognouit, imò præcepit fieri. Ego sum q ab oriẽte uoco auẽ, ut putant Hebræi, Cyrũ regẽ Persarũ: siue Dariũ Medorũ principẽ, & de terra longinqua uirũ uolũtatis meæ: q expleat omnẽ uoluntatẽ meã contra Babylonẽ atq; Chaldæos: siue ut nos uerũ esse cõuincimus dñm saluatorẽ. dequo
Num. 24.c & Balaã uaticinat: Oriet stella ex Iacob, &
Zach. 6.c homo ex Israel, cuius nomẽ est oriẽs, quem adorauerũt magi de oriẽte uenientes. Hic. n. loquitur in Psalmis:
Psal. 39.b Deus ut faciã uoluntatem tuã uolui, de quo loquutus est pater: & sponsionẽ suã opere cõprobauit. Lxx. pro eo quod nos de Hebræo expressimus, uirtũ uoluntatis meæ, posuerũt, προς ὃ μεβαλλομαι, id est, de quib. cogitaui. Ergo iuxta eos uocatus de oriẽte aues, angelorũ possumus intelligere
B ministeria, quæ ad imperiũ dñi in toto orbe discurrũt, qui sunt administratorij spiritus, & mittuntur ob salutẽ
Psal. 103.a credentiũ. De quib. & in Psalmo canitur: Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.

a ¶ *Audite me duro, etc*] Quibus suprà dixerat: Audite me domus Iacob, & omne residuũ domus Israel. Et iterum: Redite præuaricatores ad cor: etiã nunc iuxta Hebraicum propter incredulitatẽ appellat eos duro corde, & iuxta Lxx. qui cor mentemq; perdiderunt. Quod secutus uir eruditissimus, & dignus nomine suo Stephanus martyr in Iudæorũ loquit concione: Dura ceruice,
Act. 7.f & incircunciſi cordibus auribusq; uos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri. Hi igitur longe sunt à iustitia dei, quia nõ crediderũt in eũ, quã pro sua clementia deus fecit esse uicinam, & uenire ad terras: & ne quaq; uult tardare nec procul fieri. Dedit enim Sion saluture suũ, & Israeli gloriã suã. Hoc de uaticinio dictum sit futurorũ, & de aduentu dñi saluatoris. Cæterũ iuxta historiã datur Sion salus, & Israel gloria: quoniã deus prope fecit suam esse iustitiã, ut uocaret ab oriẽte auem, & de terra longinqua uirum uoluntatis suæ: qui Israelis & subuersæ Hierusalem ulciscereturiniurias, & Medis Persisq; superãtibus, Babylonem Chaldæosq; deleret, sicut sequentia prophetæ uerba testantur.

CAP. XLVII.

Ezec. 26.d DEscende, sede in puluere uirgo filia Ba. etc.] Quomodo in Ezechiele sub figura nauis & omnis instrumẽti eius, Tyri ornatus exponit, quæ negociationib. dedita est, & propter aquarum abundantiã rex Aegypti draco appellatur, & squamę illius tuncusq; ac papyrus & pisciculi describuntur: & Hierusalem cum idolis fornicationem scortorum ac lupanaris similitudo testatur: sic in præsenti loco sub persona captiuæ mulieris, quę quondam regina fuerit, Babylonis seruitus indicatur: diciturq; ei ut descẽdat de regni superbia, & in pulHier. to. 5

uere sedeat. Virgo aũt appellat & filia: uel quia oẽs homines creatura dei sumus, nec est Babylonis iuxta hęreticos natura dãnabilis: uel ob luxuriã & ornatũ urbis quondã potẽtissimæ, quæ cũ senuisset & uicina esset occasui, uirgũculã ac puellã se esse iactabat. Licet ex eo qđ
C SEP. Audite me q perdidistis cor, q longe estis à iustitia. Adduxi iustitiã meã, & salutẽ quæ à me est tardare non faciã. Dedi in Sion salutem & Israeli gloriam.

Cap. XLVII

DEscẽde, sede sup terrã uirgo filia Babylonis, sede ĩ terrã. nõ est soliũ filiæ Chaldæorũ: qm̃ nequaq; ultra uocaberis mollis & tenera. Tolle molã, & mole farinã, denuda turpitudinẽ tuã, discooperi humerum, reuela crura, trãsi flumina. Reuelabitur ignominia tua, & uidebitur opprobriũ tuum: ultio/

HEB. Aũdite me duro cor de q lõge estis à iustitia. Prope feci iustitiã meã: nõ elongabit, & salus mea nõ morabit: dabo in Sion salutẽ, & in Israel gloriam meam.

Cap. XLVII

DEscẽde, sede sup terrã uirgo filia Babylonis, sede ĩ terrã. nõ est soliũ filiæ Chaldæorũ: qm̃ nequaq; ultra uocaberis mollis & tenera. Tolle molã, & mole farinam. Reuela operimẽtum tuũ, denuda canos, discooperi tibias, trãsi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebũt opprobria tua.

Quod

iuxta Lxx. scriptũ est, θυγατηρ βαβυλωνος, id est, filia Babylonis: non ipsam Babylonẽ quidã, sed Romanam urbem interpretẽtur, quæ in Apocalypsi Ioannis, & in epła Petri Babylõ specialiter appellat: & cuncta quæ nunc ad Babylonẽ dicuntur, illius ruinæ conuenire testentur: contra quam uocãda sit auis deiq; iustitia, ut posteq; Sion, id est, ecclesia saluata fuerit, illa pereat in æternũ. Dicitur ergo Babyloni reginæ & filiæ Chaldæorũ: à Chaldæis enim cõdita est, quod nequaq; ultra uocet mollis & tenera & delicijs affluens, quę cunctarũ gẽtiũ manib. portabat, ita ut terræ plantas uix imprimeret: præcipiturq; ei ut tollat molam & molat farinã, quod est durę captiuitatis & extremæ seruitutis indiciũ, ut quæ quondam regina fuerat, postea molendæ farinę operi seruiat. Sed quia se
D quitur: Denuda turpitudinẽ tuã: etiã mola ab Hebræis figuraliter intelligitur, quod scilicet in morem scorti, uictorum libidini pareat. Illudq; quod in Iudicum libro de Sampson scribitur, ad molam eum à Philistijm esse damnatũ, hoc significare uolunt, quod pro sobole robustissimus uirorum, hoc in allophylas mulieres facere sit compulsus. In eo ubi nos interpretati sumus: denuda turpitudinem tuam, pro quo Septuaginta trãstulerunt, ἀφελου τὸ κάλυμμα, id est, reuela operimentum: Theodotio ipsum uerbum Hebraicum posuit שמלתך, Aquila צמתך, Symmachus τὴν σιωπησίν σου, quod nos exprimere possumus taciturnitatem tuam, quod taceri debeat præ uerecundia. Quod quidem & in Cantico canticorum legimus: ubi sponsæ pulchritudo describitur, ad extremum infertur: Absq; taciturnitate tua: nolentibus qui interpretati sunt transferre nomen, quod in sancta scriptura sonaret turpitudinẽ. Rectq; contra Babylonem inuerecundis utitur nominibus: licet nulla sit turpitudo, humani corporis membrum uocare nomine suo: cui præcipitur, ut nudet pectora, & crura ac fœmina aperiat, & uadat in captiuitatem: uideatq; ignominia eius & opprobrio pateat sempiterno. Et hoc dominus fecisse se dicit, ut ultionem caperet de ea, quæ oppressit populum suum, & nullũ pro ea audiat precatorem, qui iram domini suo lenire conetur occursu. Significat autem angelum gentis Babyniæ præsidem, qui cũ cæteris angelis loquitur: Curauimus Babylonẽ, & non est curata. Quod aũt Lxx. trãstulerunt, το δικαιον εκ σου λημψομαι, διοτι μὴ ὑποδεδεται ὁ ἀνθρωπος, id est, Quod iustum est de te auferam: nequaquam ultra tradam hominibus: subauditur Babylonem, uel certe hoc quod iustum est & ablatũ de Babylone. Disputant Stoici, multa re turpia, praua hominum consuetudine, uerbis honesta esse: ut parricidiũ, adulte

A riũ, homicidiũ, incestũ, & cætera his similia. Rursumq; re honesta, nominib. uideri turpia: ut liberos procrea re, inflationẽ uẽtris crepitu digerere, aluũ releuare ſtercore, uesicã urinę effusione laxare: denicq; nõ posse nos ut dicimus à ruta rutulã, ſic τραχηλιστικοῦ à mẽta facere. Ergo πτερ quod Aquila posuit, ut diximus, uerẽda mulieris appellant. Cuius etymologia apud eos sonat, lituũ tuus: ut inexpletã Babylonis indicet uoluptatẽ. *a* ¶ *Redemptor noſter dominus, etc.*] Primus uersus iuxta Lxx. cũ superioribus copulatur, ut sit sensus: Et hæc faciet q eruit te dñs Sabaoth, nomẽ eius sanctus Israel. Porrò iuxta Hebraicũ, ex persona populi propheta loquit: quod hæc fecerit contra Babylonẽ dñs exercituũ, cuius nomen sit sanctus Israel. Rursumq; ad ipsam Babylonẽ sermo dirigitur. Sede tacens siue compũcta: & tuorũ criminum recordare. Ingredere tenebras, qa præ cõfusione & ignominia lucẽ ferre nõ sustinẽs: nequaq; uocaberis non unius regni, sed nec omniũ regnorũ domina. Simulq; quia occulta quæstio nascebat: cur iraſceret deus aduersum Chaldæos: quos ipse misit ad capiendũ Israel: Respondit, iratũ se cõtra populũ suũ, corripere eos uoluisse, nõ perdere, uerberare, non occidere. Illos aũt abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarum, q̃ dei ultio flagitabat: magnumq; Babyloniæ crudelitatis indicium est, ne semibus quidem pepercisse: quorum ætas etiam inter hostes uenerabilis est. Sed & hoc signum superbiæ, quod præsenti felicitate decepta, futurorum non cogitarit ambigua. Ergo semper in prosperis debemus cauere futura: nec traditos nobis opprimere: qui ad hoc eruditur, ut meliores fiant. *b* ¶ *Et nunc audi hæc delicata & habitans, etc.*] Duo simul uenient Babyloni, sterilitas & uiduitas: ut nec filios habeat, id est, subiectos sibi populos: nec uirum, quem regem possumus intelligere, quæ dum non sperat, repente sustinuit. Neque enim poterat arbitrari, quod Persæ nullius antea fortitudinis, eam Cyro regnante superarent, & suæ subijcerent potestati. Quod perpessa es, inquit, non solum propter superbiam & abundantiã cunctarum opũ atq; delicias: sed & propter multitudinẽ maleficiorum tuorũ, & incantatorum tuorum in quibus habuisti fiduciã. Et ueniet super te malum quod antea nesciebas, & cuius ignorabas ortum. Siue ut Lxx. transtulerunt: ueniet super te perditio & nescies: fouea, & incides in eam: ut quæ cunctis gentib. parabas captiuitatis malũ, ipsa incidas in foueã quã parasti. Quæ perspicua sunt, cito sermone transcurrimus. *c* ¶ *Sta cum incantatoribus, etc.*] Habuisse Babylonẽ omnemq; Chaldęã incantatorum & augurũ, & hariolorũ & gazarenorũ studium, quos nos aruspices appellamus, Danielis, pphętæ lectio probat: q ad eorũ consiliũ, cuncta reges Babylonios fecisse cõmemorat. Pro eo quoq; quod nos iuxta Symm. & Theodotionẽ interpretati sumus: Stent, & saluẽt te augures cœli, Lxx. manifestius transtulerunt, στητωσαν δη νῦν σωσατωσαν σε οἱ ἀστρολόγοι ϯ ὑρανοῦ, id est, Stent, & saluã te faciant astrologi cœli: q uulgo appellant mathematici: & ex astrorum cursu lapsuq; siderũ, res humanas regi arbitrant. Vnde & magi de oriente uenerunt, dñi stellam se uidisse dicẽtes: uel ex artis scientia, uel ex uaticinio Balaam prophętę sui, q in Numeris dixerat: Orieť stella ex Iacob, & homo de Israel. Isti igitur qui supputãt mẽses annosq; dinumerant, & horarum momenta librantes, futurorũ sciẽtiam pollicentur: dicant tibi quid super te domi nus cogitauerit: illisq; tacentibus, quid uenturũ sit, propheta respõdit: Ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, ut qui saluẽ alijs promittebant, sua ignorabant supplicia: nec dubium quin ardente urbe habitatores eius uorax flamma consumpserit. Quodq; sequitur: Non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus ut sedeant ad eum, sic Hebræi edisserũt: Nullam habent caloris scientiam, nec illuminantẽ sensum, qui eorum tenebras possit discutere, & frigus erroris expellere. Pro quo nescio quid uolẽtes Lxx. transtulerunt: Habes carbones ignis, sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium: Nisi forte possumus hoc dicere, quod multo utilior sit ignis & incendium Babyloni, quam fuerunt magi & Gazareni, astrologi & incantatores. Hic enim per pœnas atq; supplicia ad pœnitẽtiam prouocat: illi per errorem ducunt ad superbiã. Omnis labor eius & negociatores illius, quos magos intelligimus hoc profecit: ut unusquisq; sua erraret uia: & ipse pditus saluẽ alteri nõ præberet. Interrogemus eos q diuersas asserũt esse naturas: utrũ Babylon malę naturę sit an bonæ. si malæ dixerint, qd eos respõsuros esse nõ dubiũ est: quomodo prouocať ad pœnitentiã, & dicit eis:

HEB. ultionẽ capiã, & non resistet mihi homo. Redẽptor noſter dominus exercituũ nomen illius ſanctus Iſrael. Sede tacẽs, & intra in tenebras filia Chaldæorũ: quia non uocaberis ultra domina regnorum, iratus ſum ſuper populum meũ: contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non poſuiſti eis miſericordias. Super ſenẽ aggrauaſti iugum tuum ualde: & dixiſti, in ſempiternũ ero domina: non poſuiſti hæc ſuper cor tuum: neq; recordata es nouiſſimi tui. Et nũnc audi hæc delicata & habitãs cõfidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego ſum, & nõ eſt præter me amplius: nõ ſedebo uidua, & ignorabo ſterilitatem. Et ueniẽt tibi duo hæc ſubito in die una: ſterilitas & uiduitas, uniuerſa uenerũt ſup te, ꝓpter multitudinẽ maleficiorũ tuorũ, & propter duriciã incantatorũ tuorũ uehementer. Et fiduciã habuiſti ĩ malicia tua, & dixiſti: Nõ eſt q uideat me, ſapiẽtia tua & ſciẽtia tua hæc deceperũt te, & dixiſti ĩ corde tuo: ego ſum, & pręter me nõ eſt altera. Veniet ſup te malũ, & neſcies ortũ eius: & irruet ſup te calamitas, quã non poteris expiare: ueniet ſup te repẽte miſeria, quã neſcies.

HEB. Stã cum incantatoribus tuis, & cũ multitudine malefi

SEP. Quod iuſtũ eſt de te auferã, nequaq; ultra tradã hominibus. Dixit qui eruit te dñs Sabaoth: nomẽ eius ſanctus Iſrael. Sede compũcta, ingredere in tenebras filia Chaldæorum, ne quaquã ultra uocaberis fortitudo regni: iratus ſum cõtra populum meum, contaminaui hæreditatẽ meam. Ego dedi eos in manũ tuã: tu uero nõ dediſti eis miſericordiã. ſeni aggrauaſti iugũ ualde: & dixiſti, in æternũ ero domina: nõ intellexiſti hæc in corde tuo, neq; recordata es nouiſſimorũ.

SEP. Sta nunc in incantationibus tuis, & in multis malefi

quasi ſtipula, ignis deuorauit eos, ut qui ſaluẽ alijs promittebant, ſua ignorabant ſupplicia: nec dubium quin ardente urbe habitatores eius uorax flamma conſumpſerit. Quodq; ſequitur: Non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus ut ſedeant ad eum, ſic Hebræi ediſſerũt: Nullam habent caloris ſcientiam, nec illuminantẽ ſenſum, qui eorum tenebras poſſit diſcutere, & frigus erroris expellere. Pro quo neſcio quid uolẽtes Lxx. tranſtulerunt: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos: hi erunt tibi in adiutorium: Niſi forte poſſumus hoc dicere, quod multo utilior ſit ignis & incendium Babyloni, quam fuerunt magi & Gazareni, aſtrologi & incantatores. Hic enim per pœnas atq; ſupplicia ad pœnitẽtiam prouocat: illi per errorem ducunt ad ſuperbiã. Omnis labor eius & negociatores illius, quos magos intelligimus hoc profecit: ut unuſquiſq; ſua erraret uia: & ipſe pditus ſaluẽ alteri nõ præberet. Interrogemus eos q diuerſas aſſerũt eſſe naturas: utrũ Babylon malę naturę ſit an bonæ. ſi malæ dixerint, qd eos reſpõſuros eſſe nõ dubiũ eſt: quomodo prouocať ad pœnitentiã, & dicit eis:

Matt. 2. b

Num. 24. d

Sede cõpuncta, intra in tenebras filia Chaldæorũ. Ac deinceps poſt enumerationem peccatorum & criminum, Habes carbones ignis ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutoriũ: Et quid ſibi uelit quod infertur iuxta eoſdẽ Lxx. Laborasti in cõmutatione ab adoleſcẽtia: Quæ eſt iſta cõmutatio: Vtiq; de bono in malum. Ex quo perſpicuũ eſt, natura bonos, uolũtate malos fieri. Denicq; infertur: Homo in ſemetipſo errauit, non natura, ſed mentis arbitrio.

CAP. XLVIII

Audite hæc domus Iacob: qui uocamini, etc.] Hæc Chaldæis & Babylonijs uẽtura prædixi, & neceſſe eſt qd̃ per prophetas meos locutus ſum rebus expleri. Tu autẽ domus Iacob & qui uocamini nomine Iſrael, & q de aqua Iuda exiſtis, & cætera quæ ſequuntur, audi attẽtius quę dicturus ſum. Et nõtandũ quòd nequaquam eos appellet Iacob, ſed domum Iacob, nec Iſrael, q hoc falſo appellatur nomine, cum opus non habeant nominis. Et de aquis, inquit, Iuda exiſtis σωματικῶ τρόπῳ aquas uocans pro ſemine, ut nequaquam eos uirtutũ patriarcharum filios oſtenderet eſſe, ſed carnium. Et recte aquas Iuda appellauit: quia ſola tunc in terra Iuda adhuc permanebat tribus: & ſemen Dauid illo tẽpore regiũ ſeruabatur. Qui, inquit, iuraſtis in nomine domini, non ut honoretis dominũ, ſed ut aſſumpto nomine faciatis iniuriã, dum eum teſtem ueſtri uultis eſſe mẽdacij: & requieſcitis in ſancta ciuitate, & ſuper dominum Iſrael innitimini, ut iactetis habitatores uos eſſe urbis Hieruſalem, & domini ſabaoth habere priuilegiũ, cũ caſſa Iacob, Iſrael & urbis ſanctæ, &

HEB. maleficiorũ tuorum in quibus laboraſti ab adoleſcẽtia tua, ſi forte quid proſit tibi, aut ſi poſsis fieri fortior. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum, ſtent & ſaluent te augures cœli qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent uentura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſit eos, non liberabũt animas ſuas de manu flãmæ: non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus ut ſedeant ad eum: ſic facta ſunt tibi in quibuſcunq; laboraueras: negociatores tui ab adoleſcẽtia tua unuſquiſq; in uia ſua errauerunt, non eſt qui ſaluet te.

CAPVT XLVIII

AVdite hæc domus Iacob, qui uocamini nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis: qui iuraſtis in nomine dñi, & dei Iſrael recordamini, non in ueritate neq; in iuſticia. De ciuitate eñ ſancta uocati ſunt, & ſuper dñm Iſrael cõſtabiliti ſunt, dominus exercituum nomen eius.

HEB. Priora ex tũc annunciaui, & ex ore meo exierũt & audita feci ea, repente operatus ſum, & uenerunt. Sciui eñ quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Prædixi tibi extunc, anteq̃ ueni rent indicaui tibi, ne forte diceres: idola mea fecerunt hæc, et ſculptilia mea cõflatilia mandauerũt iſta. Quæ audiſti: uidi omnia, uos aũt nõ annũciaſtis. Audita feci tibi noua ex tũc, & cõſeruata quæ neſcis, modo creata ſunt, & non ex tũc, & ante diẽ, & nõ audiſti ea: ne forte dicas: ecce cognoui ea. Neq; audiſti, neq; cognouiſti, neque ex tunc aperta eſt auris tua: ſcio enim quia

SEP. maleficijs tuis quæ diſcebas ab adoleſcentia tua, quæ non prodeſſe tibi poſſunt, & laboraſti in cõſilijs tuis. ſtent & ſaluam te faciant aſtrologi cœli qui contemplantur ſtellas, annũcient tibi qd uenturũ ſit ſuper te. Ecce omnes quaſi phrygana in igne cõburentur, & non eruent animã ſuam de flãma, quia habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos. Hi erunt tibi in adiutoriũ. Laboraſti in cõmutatione tua ab adoleſcentia: homo in ſemet ipſo errauit: tibi autem non erit ſalus.

SEP. Priora adhuc annunciaui, & de ore meo egreſſa ſunt, & auditum factum eſt, ſubito feci & uenerunt: ſcio quia durus es, & neruus ferreus, collum tuum: & frõs tua ænea: & annunciaui tibi olim antequã uenirent ſuper te. Auditũ tibi feci: ne forte diceres: quia idola mihi fecerunt, ſculptilia & conflatilia mandauerunt mihi. Audiſtis omnia, & uos nõ cognouiſtis: ſed audita tibi feci noua à nunc quæ futura ſunt. Et non dixiſti: nũc fiũt & non olim, & non in prioribus diebus. Ne dicas etiã noui ea, neque noſti neque ſcis, neq; à principio aperui aures tuas. Scio eñ quoniam

dei omnipotentis aſſumptus uocabula.

b ¶ *Priora ex tũc annunciaui, et ex ore, etc.*] Præ dico tibi Babylonios à Medis Perſisq; ſuperãdos, & repẽte facią qd̃ minatus ſum, ne cum uenerint quę prędicta ſũt, uel deorũ nutu, quos colis: uel fortuito ea exiſtimes accidiſſe. Nec iacto ſcientiã futurorũ, ſed ob utilitatẽ tuã loquor, cuius cor increduli & ceruicẽ ferreã ac frontẽ æneã ab initio eſſe cognoui. Ecce audiſti omnia quę uẽtura ſunt, & tũ cælas ſilẽtio ueritatem, Nec narro præterita, quibus ſæpe mea potẽtia cõprobata eſt, quõ eduxerim populũ de Aegypto: Aegyptios in mari ſubmerſerim rubro, terrã repromiſſionis tradiderim, gẽtes uobis uarias ſubiugarim. Sed noua quæ cõtra Babylonẽ facturus ſum nũcio: ut impudens oris tui mẽdacium cõfuteť, qui te aſſeris ſcire quæ neſcis. Ab initio enim meorũ præuaricatores mandatorũ, & de uẽtre tranſgreſſorẽ uocauit deus, quando de Aegypto liberatus quaſi meo uẽtre cõceptus es, & educatus & eruditus. Caput boues Aegypti deſideraſti, dicens: Hi ſunt dij tui Iſrael, q te eduxerũt de terra Aegypti. Non igiť tuo merito, ſed mea miſericordia furorẽ meũ diſtuli ne penitus interires, & ob laudem nominis mei infrenabo te, ut me quaſi iumentũ & infrenis equus ſequaris inuitus. Ecce excoxi te, id eſt, probaui, quõ cõflaťargẽtũ, ſiue non in diuitijs, ſed in fornace paupertatis probare te uolui. Ex quo oſtenditur & præ diuitijs & paupertate pleroſq; tentari, ſi aut illis male aburantur, aut penuriam nequaq̃ uirtute ſuſtineant. Propter me ergo faciam, ne blaſphemetur nomẽ meum in gentibus, & putent uos non mea ira, ſed idolo-

A rū suorū auxilio esse superatos. Quodq; infert: gloriā meā alteri non dabo: Hoc significat ne idola putent op
pressisse populū dei. Vel certe eū dicit, alteri nō dabo, ostēdit se alteri iam dedisse, alteri enim ad distinctionē
prioris dicitur. Plericq; nostrorū, ut iuxta Lxx. interpre
tes pauca perstringā,
de Christi aduētu, au
tumant prophetari:
quod repente ueniat
insperatis: & durissi
mo populo sui demō
strēt præsentiam, cui
nunq; deus aures a
peruerit, quia incras
satū fuerit cor eius, &
auribus suis grauiter
audierit. Statimq; ut
dñs de utero uirgina
li profusus est, trans
gressor & iniquus sit
appellatus, quærens
eū interficere. Qđq;
iungit: Propter no
men meum ostēdam
tibi furorē meum: &
gloriosa mea inducā
super te: sensu abuti
Rom. 1.b tur Apostoli, siue apo
stolus Paulus de hoc
loco sumit testimo
nium, ut reueletur ira
dei ad terrendos eos
qui peccāt, & postea
conuersis gloria præ
B beatur. Ecce, ait: uen
didi te non in pecu
nia, sed uēdidi in pec
catis tuis, & erui te de
fornace paupertatis.
Propter quod & Sa
Prou. 30.b lomō diuitias & pau
pertatē habere non
uult, sed tantū neces
saria postulat, ne aut
illis eleuetur cor eius
in superbiam, aut in
ista cōpellatur facere
quod nō uult, & deū
pressus inopia blas
phemare. Vnde & a
postolus: Habētes, inquit, uictū & uestimentū, his con
1. Tim. 5.b tenti simus. a ¶ *Audi me Iacob & Israel quem ego uoco, etc.*]
Quibus antea iam dixerat: Audite hæc domus Iacob
qui uocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis:
nunc ad eosdē loquit: Audi me Iacob & Israel quē ego
Mat. 22.b uoco: Multi ēm uocati & pauci electi. Vnde non eos e
lectos, quia nec dū receperāt saluatorē, sed uocatos nū
Apoc. 22.b cupat. Ego sum, inquit, α & ω, primus & nouissimus,
qui uiuo & fui mortuus, ut uitam ad principium refe
ras, nouissimū ad eum, qui mortuus est. Qui se exina
niuit formā serui accipiens, & factus est obediēs patri,
Phil. 2.a humiliauit se ipsum usq; ad mortē, & mortē crucis. Ma
nus mea fundauit terrā. Vnde & in prouerbijs loquit:
Prou. 3.c Deus sapiētia sua fundauit terrā & dextera illius mensa
est: siue firmauit cœlos uel cœlū, ut Lxx. trāstulerūt. Vo
cat aūt cœlos, ut eius pareāt iussioni: & enarrent gloriā
illius. Si aūt cœli obediūt dñi uolūtati, & suo currūt or
Eccl. 10.b dine: qd gloriat terra & cinis, & ignorat fragilitatē suā?
Congregamini oēs uos & audite: uel cœli uel uniuersa
creatura: uel omnis multitudo Israel. Quæ sunt quæ iu C
bētur audire? Quod dominus dilexerit eū. Haud du
biū quin Cyrū Dariūq; significet, q fecit uoluntatē dñi
cōtra Babylonē & brachiū suū exercuit in Chaldæis. Et
ipse locutus est & uocauit eum nomine suo, & adduxit
eum & directa est uia
eius, ut nullus uirib.
eius auderet resiste
re. Vnde ꝓuocat eos
ut accedant & audiāt
& dño prædicente co
gnoscant, uenturum
esse regem Persarum
atq; Medorū, qui sub
ruat Babylonem de
leatq; Chaldęos. Et ut
hæc annūciet, dicit se
propheta missum à
domino & spiritu e
ius. Hoc iuxta Hebræ
os & eorū opinionē.
Cęterū iuxta Symma
chum qui interpreta
tus est: Quis ei annū
ciauit hęc? quem dñs
dilexit, qui facit uolū
tatem eius in Babylo
ne. Et iuxta Lxx. τὰ
ἄρας σωτῆρας χαλ
δαίων, id est, ut ause
rat semen Chaldæo
rum: Ad dñi personā
refertur, qui uere di
lectus est à patre: & q
fecit omnē uoluntatē D
patris, & qui subuer
tit in Babylone, hoc
est, in confusione hu
ius mundi omne se
men Chaldæorū, qui
dæmones interpretā
tur. Ipse locutus est &
audiuit filiū, & addu
xit illū, qui loquitur
ad credentes: Venite Mat. 11.d
ad me omnes qui la
boratis & onerati e
stis. Et audite hęc quę
à principio in absco
dito sum locutus, hoc
est, per ænigmata & mysteria prophetarū, quod cun
ctis retro generationib. fuerat ignoratū: Quādo fiebāt
omnia à patre, ipse erat cū eo: cui adgaudebat, qui etiā
nūc dicit: Ego qui semper erā cū patre, & in patre, & si
ne patre nunq; erā, etiā nūc loquor, & iuxta fragilitatē Ioan. 14.b
carnis assumptæ dico, quod dñs deus miserit me, & spi
ritus eius: Breuiq; uersiculo, trinitatis nobis ostēdit sa
cramentū. b ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Quia Israeli futura
ꝓmisit, reddit causas quare eos prius afflixerit, quas si
uitauerit, nequaq; similia patiat. Si, inq;, attēdisses man
data mea, ut Lxx. trāstulerūt, uel certe optantis affectu,
utinā attēdisses mādata mea: quæ si fecisses, fuisset sicut
flumē pax tua: & iustitia tua sicut gurgites maris: abun
dantiā omniū rerū copiāq; significās. Qđq; sequit: &
fuisset quasi arena semē tuū, & stirps uteri tui ut lapilli
eius: Videl. quidē permanere in populo Iudæorū, qui
usq; in præsentē diē, instar uermiculorū pullulāt filios
& nepotes. Sed quō hoc in re, pmissione accipiēdū est,
cū pacē iustitiāq; non habeāt? aut eūm iratus est eis, aut
placatus

A placatus. Si iratus, quō semē eius quotidie multiplica
tur? Si placatus: quō seruiūt & pacē iusticiāq; nō possi
Supra 1.c dent? Ex quo perspicuū est, de apostolico dici nūc semi
ne: de quo & supra legimus: Nisi dñs sabaoth reliquis
set nobis semē, quasi Sodoma fuissemus. Quod qa illo
tēpore nequaq; uidet
expletū: in Christi cō
plet aduētu: & ante fa
ciē illius semē perma
net Israelis. a ¶ *Egre
dimini de Babylone: fugite
à Chaldæis, etc.*] Qui su
pra eo loco ubi scri
ptū est: Ego ego locu
tus sum, & uocaui eū:
adduxi eū, & directa
est uia eius: super Cy
ro Darioq; intelligūt:
etiā hæc ad illius refe
rūt tēpora, qñ egres
sus est populus de Ba
bylone: & fugit de
Chaldæis: & redem
ptus est à dño deo
suo. Hoc quoq; quod
dicitur: Nō sitierūt in
deserto cum educeret
eos: aquā de petra ꝓ
duxit eis: & scidit pe
trā & fluxerūt aquæ:
Licet secūdū historiā
expletū docere non
ualeāt: neq; enim sub
Zorobabel & Esdra
B uenerūt per desertū:
& scissa petra prębuit
eis aquas: qđ de Ae
gypto exeuntib. acci
disse narrat: tamē hy
perbolicē in similitu
dinē prioris felicita
tis impleta testantur:
qñ per desertū natio
num uenerunt in Iu
dæā, & de captiuitate
sunt liberati. Et ut scia
mus, inquit, nō esse
de Christo, sed de Cy
ro prophetatū iungi
tur: Non est pax impijs, dicit dñs, & esse sensum: Perfe
cta felicitas non erit, nisi sub Christo, quod in ultimo
tēpore reseruat. Porrò qui & uerius & rectius hæc refe
Infra 61.a rūt ad saluatoris aduentū, de quo dicit: Annūciare pau
Luc. 4.c peribus misit me, prædicare captiuis remissionem: co
hortationē esse intelligūt eorū qui euāgeliū annūciant
ꝓsius dñi saluatoris: ut egrediamur de Babylone. i. cō
fusione istius mūdi: & fugiamus Chaldæos, de quibus
crebro dictū est: Redemit ēm dñs seruū suū Iacob pre
ciosissimo sanguine suo, & adduxit per desertū seculi:
1. Cor. 10.c & aquā scidit de petra. Super qua & Apostolus loquit:
Petra aūt erat Christus. Scindit aūt sermo diuinus: & in
multas partes diuidit: ut quē totū susciperе non possu
mus, sumamus in partibus. Ac ne putaret isia prædica
tio dici omni semini Iacob, & non his tantū qui ꝓ apo
stolos crediturі sunt, infertur & iungitur: Non est pax
impijs, dicit dñs. Illis uidelicet q in errore pristino per
mansērūt, qui non meruērūt bibere de petra. Cuius ut
noue loquar, latus lancea uulneratū, aquis fluxit & san
Ioan. 19.f guine, baptismum nobis & martyrium dedicans.

A *Vdite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab ute
ro, etc.*] Scio & hæc & inferiora quæ dicturi su C
mus, ad unius capituli scientiā seu intelligētiam
pertinere: & omnia ex persona Christi debere accipi:
sed nolui simul omnia proponendo lectoris onerare
sensum: & quod per
partes facilius dici po
test, magnitudine sui
confundere. Vnde &
utranq; editionē po
sui, ut quod in altera
uidetur obscurū: al
terius lectione refere
tur. Post uocationem
ergo reliquiarum Is
rael, & abiectionē in
incredulitate populi
permanentis, de qui
bus dixerat: Non est Supra 48.d
pax impijs, dicit do
minus: transit ad ec
clesias de gētibus cō
gregatas: & eis sub in
sularum nomine lo
quitur: quę ita perse
cutorū insidijs, quasi
maris fluctib. patent,
& ex omni parte sæ
uiente naufragio, tun
duntur potius quàm
mouētur. Ac ne quis
putet uiolentam esse
expositionē nostram
& non ad gētes per
tinere quod dicit: sed D
ad synagogas populi
Iudæorum: sequitur:
Et attēdite populi si
ue gentes de longe:
hoc est, ab extremis
finibus terræ. Vel ut
Lxx. transtulerūt, ἀξ
χόνες πολλῶν ἐθνῶν ἔσεσθε,
id est, post tēpus mul
tum stabit: hoc est, nō
hoc tempore quo di
cuntur, sed post mul
ta fient tempora. Do
minus, inquit, ab ute
rō uocauit me, & de uentre matris meæ recordatus est
nominis mei. Quod nunc interim audientibus uide
tur obscurum, postea autem cunctis gentibus notum
fiet, quando Gabriel Ioseph de partu dixerit uirginali: Mat. 1.c
& uocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet
populum suum. Posuit quoq; os eius quasi gladiū acu
tum, ut spiritu oris sui interficiat impiū. De quo gladio
& ipse in euangelio loquitur: Non ueni pacē mittere su Ibid. 10.d
per terram, sed gladium. Malos à bonis separans. Veni
enim diuidere hominem contra patrē suum, & filiam
contra matrem suam, & nurum contra socrum suam.
Et in umbra, inquit, manus suæ protexit me: ut carnis
infirmitas, diuinitatis potentia tegeretur: angelo ad uirgi
nem nunciante: Spiritus sanctus superueniet in te: & Luc. 1.d
uirtus altissimi obumbrabit tibi. Posuit, inquit, me si
cut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.
Quando dicit sagittam electam: ostendit habere deum
sagittas plurimas, sed non electas, quæ sagittæ, Pro
phetæ sunt & Apostoli, qui in toto orbe discurrunt.
De quibus & in alio loco canitur: Sagittæ tuæ acu
tæ poten

A tæ potentissime: populi sub te cadent. Et iterū: Sagittæ
Psal. 44.b potentis acutę rum carbonibus desolatorijs. Christus
Ibid. 119.b autē de multis sagittis & filijs plurimis: una sagitta electa: & filius unigenitus est, quam in pharetra sua abscō
dit, id est, in humano corpore: ut habitaret in eo pleni
tudo diuinitatis cor
poraliter. Raraq; est credentiū fides. Cui &
Supra 45.c supra dicitur: Tu es
deus absconditus, &
nesciebamus. Qua sa
gitta & spōsa uulnus
accipiēs, loquitur in
Cant. 4.5.c cantico canticorum:
Vulnerata charitate
ego sum. Et dixit mi
hi: Seruus meus es tu
Israel, quia in te glo
Phil. 2.a rificabor. Seruus, qa
cū in forma dei esset,
formā serui dignatus
est assumere: & Israel,
quia natus est de se
mine Iudæorū. Qđ & de nullo alio seruorū
intelligi potest, iungi
tur: Quia in te gloria
bor. Dicit enim & ip
Ioan. 12.c se in euangelio: Pater
glorifica nomen tuū.
Quia in psalmo lo
Psal. 56.b quit ad filiū: Exurge
gloria mea: Exurge
psalteriū & cithara, id
B est, omniū uirtutum
chorus. Dicente autē
mihi patre ista quę re
tuli, ego respondi ei:
Quō in me glorificatus es pater, quia in uacuū labora
ui, & magnā partē populi Iudæorū ad te reuocare non
potui: Hæc aūt uniuersa dicunt, ut liberū hominis arbi
triū mōstraret. Dei em uocare est, & nostrū credere, nec
statim si nos non credimus, impossibilis deus est, sed
potētiā suā nostro arbitrio derelinquit, ut iuste uolūtas
præmiū cōsequat. Quia ergo noluerūt p me in te crede
re, iudiciū meū apud te est, sp omnia fecerim quæ eis fa
cere debui, dicēs in euāgelio: Ego te glorificaui sup ter
rā, opere cōpleto quod dedisti mihi ut facerē. Et iterū:
Ioan. 17.d Manifestaui nomē tuū hominib. Et opus meū siue la
bor & dolor meus, hoc em significat πόνος, in con
spectu tuo est. Fleuit enim & in euāgelio Hierusalē, & in
Psal. 29.c psalmo ob incredulorū multitudinē, quodāmodo tru
Psal. 21.d stra passum se esse dicit: Quæ utilitas in sanguine meo
dum descēdo in corruptionē? Et iuxta Hebraicū pen
dens in cruce loquit: Lōge à salute mea, uerba lamēta
tionū mearū. a ¶ *Et nūc dicit dominus formans me, etc.*] Di
cēte me: In uacuū laboraui: sine causa & uane fortitudi
nē meā cōsumpsi, qa Iudæi credere noluerūt: & iudiciū
meū cū dño est: & opus meū qđ illo iuuāte cōpleui cū
dño: Rndit mihi dns, q me formauit ex utero seruū sibi.
Ex quo ostēdit eū appellari seruū, q sit formatus ex ute
Psal. 21.b ro: Qui & in psalmo dicit: De uentre matris meæ deus
meus es tu. Quid ergo dns dixit ei? Vt reduceret Iacob
ad eū qui aberrauerat: qui deserto creatore idolis ser
Mat. 10.a uiebat. Vnde & ipse loquit ad discipulos: In uiā gentiū
ne ieritis: & in ciuitate Samaritanorū ne intretis: sed ite
magis ad oues perditas domus Israel. Et in alio loco:
Ibid. 15.c Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Hæc igi
tur uoluntas patris fuit: ut pessimi uinitores missum
susciperent filium, & fructus uineæ redderent, qui in
terfecerunt eum, dicentes: Venite occidamus illū & no
stra erit hæreditas: & hoc est quod nunc dicit: Et Israel
non cōgregabitur, id est, non reuertet ad dnm. Satisq;
miror quomodo uulgata editio, fortissimū contra Iu
dæorū perfidiā testi
moniū, alia interpre
tatione subuerterit,
dicens: Cōgregabor
& glorificabor corā
dño: cum Theodotio
& Symmachus no
stræ interpretationi
cōgruant. De Aquila
aūt non miror, quod
homo eruditissimus
linguæ Hebraicæ, &
uerbum de uerbo ex
primens, in hoc loco
aut simularit imperi
tiam, aut pharisæorū
peruersa expositione
deceptus sit: qui inter
pretari uoluit: & Is
rael ei cōgregabitur:
hoc est, deo: Cū uer
bum Hebraicū ספה in
hoc loco non scribat
per ו & י quod si es
set, significaret, ei uel
illi: sed per ל & א qđ
proprie non, sonat.
Quia igit non est re
ductus Iacob ad deū,
nec Israel congrega
tus, propterea filius
loquitur illis non cre
dētibus: Glorificatus
sum in oculis dñi. In me enim omnis mūdus credidit:
& deus meus factus est fortitudo mea, qui & cōsolatus
est me tristē super abiectionē populi mei: & dixit mihi:
Parū est si seruias mihi ad suscitādas tribus Iacob, quæ
suo uitio corruerūt: & ad feces siue reliquias Israel con
uertendas. Hoc enim uerbū Hebraicū נצר sonat. Pro
illis enim dedi te in lucē omniū gentiū: ut illumines u
niuersum mundū: & salutē meā, per quam omnes salui
fiunt, usq; ad extrema terræ facias peruenire. Illud autē
quod in Lxx. legitur, σωαχθήσομαι ὴ δοξασθήσομαι
ἐναντίον κυρίου. i. cōgregabor & glorificabor corā dño:
sic intelligi potest: ut cōgregatus sit dns cū credentibus.
Quodq; sequitur εἰπεῖ μοι μέγα σοι ἐστὶ τὸ κληθῆναί σε
παῖδά με. i. Dixit mihi: magnū tibi est ut uoceris puer
meus: magnū referamus ad hominē & ad puerū, qui
comparatione dei paruus est. b ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*]
Pro eo quod nos diximus: ad cōtemptibilē animā, ad
abominatā gentem, ad seruum dominorū: Theodotio
transtulit: et qui despicit animam qui abominationi est
genti, qui seruus est principū: quod manifeste Christi
personæ conuenit. Ipse enim bonus pastor, posuit ani
mam suā pro ouibus suis: & cōtempsit eam: qui abomi
nationi est genti Iudæorū: cui ter per singulos dies sub
nomine Nazarenorū maledicūt in synagogis suis. Qui
seruus fuit principū, & tam humilis: ut staret ante An
nam & Caiphā: & crucifigendus Pilato & Herodi mit
teretur. Cui interpretationi Aquila cōsentit, & ex parte
Lxx. licet in eo mutauerint sensum, & extenuauerint,
quod pro gente gentes, & pro seruo, seruos interpreta
ti sunt. Alij uerò hoc dici arbitrantur ad gentem Iudæo
rum, quæ contempsit animam suam, & abominationi
est uni

A est uniuerso mūdo: & seruit principibus, de quib. scri
Psal. 13.c ptū est. Qui deuorant plebē meā sicut cibū panis. Sed
melior super Christo interpretatio. Quæ igit pater, re
demptor quondā, & sanctus Israel, ad filiū loquit? Re
ges uidebūt & cōsurgent principes & adorabūt, quan
do uenerit in gloria
patris cū angelis suis:
& sederit in throno
gloriæ suæ, iudicās ui
uos & mortuos: tunc
oēs adorabūt eū pro
pter dnm patrē suū:
qui elegit eū. Siue ita
intelligēdum: Reges
quorū cor in manu
dei est, & ecclesiæ dei
principes, adorabūt
te: quia fidelis est dns
sanctus Israel qui ele
git te. Hæc aūt omnia
ad eum refert, qui cō
tempsit animā suam:
qui abominat à gen
te, qui seruus est prin
cipū. a ¶ *Hæc dicit do
minus: In tempore placito
exaudiui te, etc.*] Hoc te
stimonio apostolus
Paulus in secūda epi
stola ad Corinthios
2. Cor. 6.a usus est, dicens: Tem
pore oportuno exau
diui te: & in die salu
tis auxiliatus sum tui.
B Ecce nūc tempus ac
ceptabile: ecce nunc
dies salutis. Si ergo
uas electionis ad pri
mi aduersus refert in
telligentiā quæ dicun
tur: & nos sequamur
expositionis eius ue
stigia: & instar paruu
lorū, super adumbra
tas lineas præcepto
ris, literas imprima
mus. Tempus placi
tum & oportunū, &
dies saluus, passio sal
uatoris est, & resurrectio, quādo orabat in cruce: Deus
Mat. 27.f deus meus: quare me dereliquisti? Et seruauit eum siue
plasmauit morte superata, deditq; in fœdus populi Iu
dæorū, his uidelicet qui ex illis credere uoluerūt, ut su
scitaret terrā, quæ in idololatrię iacebat errorib. & pos
sideret hæreditates dissipatas siue desertas, quæ habita
torē non habebāt deū: & diceret his qui erant in uincu
lis: exite: q peccatorū uinculis stringebant. Quia funi
bus peccatorū suorū unusquisq; cōstringit, & q erāt in
tenebris, reuelamini: Qui sedebāt in tenebris & in um
bra mortis, & lucē uidere nō poterāt. Qui postq; cōuer
Psal. 22.a si fuerint, & clarū Christi lumē aspexerint: pascentur in
uijs & in semitis sanctarū scripturarū, & dicēt: Dns pa
scit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collo
cauit. Super aquas refectionis educauit me. Qui aūt in
istiusmodi uijs atq; semitis pastus fuerit & nutritus, nec
Psal. 120.b esuriet nec sitiet: neq; calorē sentiet solis: & implebit de
illo qđ scriptū est: Per diē sol non uret te, neq; luna per
nocte: Vt nec aduersa nec prospera huius seculi sentiat.
Siquidem misericors & miserator dominus ipse con
solabit & reget eos, & deducet ad fontes aquarū. Siue C
potabit illos ad fontes, de quibus scriptū est: Benedici- Psal. 67.f
te dño de fontibus Israel. Et in alio loco: Haurite aquas Esa. 12.b
de fontibus saluatoris. Hi fontes in ueteri testamēto, &
nouo sunt. Omniaq; offendicula quæ credentiū pote
rāt impedire gressus,
dns eis uertet in pla
nū, & excelsa humilia
bit atq; humilia subli
mabit: ut iter planum
habeant atq; campe
stre. Qui sint autē isti
quibus prępareť uia,
ponit manifestius: Ec
ce isti de longe ueni
ent: & ecce illi ab A
quilone & mari, & isti
de terra Australi. Qua
tuor plagas orbis o
stendens: Orientē &
septentrionē: occiden
tē & meridiē. Pro ori
ente, lōge posuit, pro
Australi plaga, in He
bræo legit סינים qđ
Lxx. Persarū, inter
pretati sunt. Cęteri ita
ut in Hebræo legitur
expresserunt, סיניים,
quod nos interpreta
ti sumus, ab australi,
illud suspicantes, Φ
mons Sinai in austra
li parte positus sit, iu
xta Habacuc prophe
tam: Deus ab austro D
Abac. 3.a ueniet: & sanctus de
mōte Pharan umbro
so & cōdenso. Si autē סיניים ut Lxx. transtu
lerunt, Persas intelli
gimus, qui ad orien
tem siti sunt, illud qđ
supra dicit: Ecce isti
de longe uenient, ad
austrū referre poteri
mus. Pręcipitur & cœ
lis & terræ: uel his uir
tutibus quæ in cœlo
morant & terra: uel angelis & hominibus, ut dei con
cinant laudes. Et qui in excelso uirtutum positi sunt,
mentis lætitiam iubilo & exultatione testentur: Quia
consolatus est dominus populum suum, eos qui ex Iu
dæis credere uoluerunt. Et pauperum humiliumq; suo
rum misertus est, siue omnis populi sui, qui de oriente
& occidente, aquilone & austro ad eū uocatus est: Non
habens legē nec prophetas, nec diuitias spirituales, sed
desertus, pauper & humilis, cunctis dæmonibus subia
cebat. b ¶ *Et dixit Sion: dereliquit me dominus, etc.*] Hierusa
lem & Sion, quatuor modis in scripturis sanctis debe
re intelligi, sæpe memorauimus. Vno iuxta Iudæos,
quam plangit dominus in euangelio: Hierusalem, Hie Mat. 23.d
rusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad
te missi sunt. Et in alio loco: Cum uideritis circundari Luc. 21.d
ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia appropinqua
uit desolatio eius. Secundo, sanctorū est congregatio:
qui in pace domini & in uirtutum specula cōstituti: re
cte appellant Sion, de qua dicitur: Fundamēta eius in Psal. 86.a
montibus sanctis: diligit dominus portas Sion, super
omnia

A omnia tabernacula Iacob. Nec enim fundamenta Iudaicæ Sion, quã uidemus esse destructã, à dño sunt dilecta, aut quod à dño dilectũ est, destrui potuit. Tertio appellat Hierusalẽ, multitudo angelorũ, dominationũ & potestatũ, & omne quod in dei ministerio constitutũ est. De qua Hierusalẽ
Galat. 4.d & Apls loquebatur: Quæ autẽ sursum est Hierusalẽ, libera est, quæ est mater omniũ nostrum. Et in alio loco: Sed accessistis ad
Heb. 12.f Sion montẽ, & ciuitatẽ dei uiuẽtis Hierusalẽ cœlestẽ. Quarto appellat Hierusalẽ, quã
Apoc. 21.e Iudęi & nostri Iudaizantes iuxta Apocalypsim Ioãnis, quam non intelligũt, putãt aureã atq; gẽmatã de cœlestibus ponendã. Cuius terminos & infinitã latitudinẽ, etiã in Ezechielis ultima
Ezech. 40 parte descripsi. Quæ cũ ita se habeant, nũc diligentius intuendũ est, quæ ex quatuor dixerit Sion: Dereliquit me dñs, & dominus oblitus est mei. Nec dubiũ est quin cõgregatio sanctorũ,
B quę prior fuerat in Iudæis, & à dño derelicta est, ista cõmemoret, & uoce lachrymabili conqueratur se esse desertã, & dñi auxilio destitutã. Cui respõdit deus: naturali utens similitudine: Si potest fieri, ut mater sui obliuiscatur infantis, & ad partũ uiscerũ suorũ nõ flectatur misericordia, & ego obliuiscar tui. Plus aliquid dicam: & si illa oblita fuerit, uincens mẽtis duritia iura naturæ: ego tamen non obliuiscar creaturã meam, & sanctorũ animas semper in meo corde retinebo. Scito enim tu, quæ te penitus arbitraris derelictã, in meis descriptã esse manibus atque depictam, & muros tuos corã oculis meis iugiter permanere: Ex quo discimus, nequaq; Hierusalẽ in Palæstinæ regione quærendã, quæ totius prouinciæ deterrima est, & saxosis montibus asperat, & penuriã patitur sitis, ita ut cœlestibus utatur pluuijs, & raritatẽ fontiũ, cisternarũ extructione soletur, sed in dei manibus, ad quam dicit: Festinauerunt structores tui. Siue iuxta Lxx. Cito ædificaberis à quibus destructa fueras. A Iudæis enim destructa, à Iudæis ædificata est. Quæ ob culpam scribarũ pharisæorũq; deserta, ad prædicationem apostolorũ Christi cõgregata est tam de Iudæis quàm de gentibus. Sequit: Et qui te destruxerant & dissipauerant, egredietur ex te doctores pessimi, ut nequaquam mandata & traditiones sequaris hominũ, sed legẽ dei: C
Dicituręq; ad eam: ut eleuet oculos suos in circuitu, & uideat filios qui ei fuerant cõgregati. De quibus & dñs loquebat: Leuate oculos uestros, & uidete quia iam al- Ioan. 4.f
bæ sunt segetes ad metendum. Et ut securos nos faciat:

HEB. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut nõ misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui corã oculis meis semper, uenerunt structores tui: & qui te destruxerãt, & dissipauerant, exibunt à te. Leua in circuitu oculos tuos & uide: omnes isti cõgregati sunt, uenerunt tibi. Viuo ego, dicit dominus: Quia omnibus his uelut ornamẽto uestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua & solitudines tuę & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt prę habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicẽt in auribus tuis, filij sterilitatis tuæ: Angustus mihi est locus, fac spacium mihi, ut habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti ubi hic erant? Hæc dicit dominus deus: Ecce leuo

SEP. Nunquid obliuiscet mulier paruuli sui, ut non misereatur partus uteri sui? Sin aũt & horũ oblita fuerit mulier, sed ego non obliuiscar tui, dicit dñs. Ecce super manus meas depinxi muros tuos, & corã me es semper. Citoq; ædificaberis, à quibus destructa fueras: & qui te dissipauerant, egredientur ex te. Leua in circuitu oculos tuos & uide: oẽs isti congregati sunt, uenerunt ad te. Viuo ego, dicit dñs: quia omnib⁹ his quasi ornamẽto uestieris, & circũdabis tibi eos quasi monile spõsæ, qñ deserta tua, & quę dissipata, & quę corruerũt. Nũc angustaberis præ habitatoribus, & lõgè fient à te qui te humiliauerant. Dicẽt enim in auribus tuis, filij tui quos perdidisti: Angustus mihi locus est, fac mihi locum ut habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego autem absque liberis & uidua: & istos quis enutrit mihi? Ego derelicta sum sola: & isti ubi erant? Sic dicit dominus deus: Ecce leuo

cum capiat latitudo. Tu autẽ lætitiæ magnitudinẽ non ualens ore proferre, in tuo corde tacita cogitabis, & dices: Quis mihi istos genuit? Ego eram sterilis & uidua desserta, atq; captiua in populo Iudæorũ, filios habere desierã, multo tempore non pepereram: Post Aggæum & Zachariã & Malachiam, nullos alios prophetas usq; ad Ioannẽ baptistã uideram, & quomodo quæ fueram sola, & uiri auxilio destituta, tantos filios nunc habere cœpi? Vt autem sciamus super petram & fundamentũ Ephe. 2.d
Christi ex utroq; populo ædificari Sion, ad credentes Paulus loquitur: Ædificati super fundamentũ apostolorum & prophetarũ, ipso summo lapide angulari, qui est Iesus Christus. Ex quo perspicuum est, unum esse fundamentum apostolorum & prophetarum, dominum nostrum Iesum Christum. a ¶ *Hæc dicit dominus deus, etc.*] Ad id quod ecclesia dixerat: Ego sterilis atq;

A atq; captiua, istos quis genuit mihi? Ego destituta & sola, & isti ubi hic erant? Respondit dñs: Miraris cur ista sint facta? Nequaquam miraberis cum audieris, quod ego ad gentes leuauerim manum meam: de qua & san-
Psal. 138.a ctus loquitur: Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Et ipse sal-
Ioan. 10.f uator: Nemo potest rapere de manu patris mei. Et apostolus
1. Pet. 5.b Petrus: Humiliamini sub potẽti manu dei, ut uos exaltet in tẽpore uisitationis. Ista manus ad gentes leuata, ipsa est de qua hic idẽ
Esa. 11.c ppheta loquit: Erit radix Iesse qui exurget, ut princeps sit gẽtiũ, in ipsum gẽtes sperabunt. Nec solũ manũ suam leuabit ad gentes, sed & signum suũ exaltabit in populis. Haud dubiũ quin uexillum crucis, ut impleatur illud qđ scriptũ est: Laudib. eius
Psal. 8.a plena est terra. Et iterũ, In omni terra admirabile nomẽ eius. Tunc afferent in ulnis, siue in sinu filios Siõ, & filias eius portabunt in humeris.
Luc. 16.c Qualis fuit & Laza-
B rus, omnesq; sancti qui requiescunt in sinu Abrahæ, & animæ credentium, ad quas Paulus apostolus lo-
1. Cor. 3.a quebatur, Lacte uos
Gal. 4.f potaui. Et alibi, Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis. Et
1. Thes. 2. b in alio loco: Quasi nutrix foueat filios suos. Sic desiderantes uos, cupimus impartire uobis, non solum euangelium Christi, sed & animas nostras: alioquin ridiculũ est more Iudaico grãdæuos filios & filias in ulnis humerisq; portari. Reges autem nutricij, & reginæ princi-
Gen. 23.a pesq; nutrices, manifeste apostolos & apostolicos ostẽdũt uiros: qualis fuit & Abraham, ad quẽ dicitur, Rex à deo tuo in nobis es, & quorum cor in manu dei est, qui dicũt credentibus: Quasi modo nati paruuli, ratio nabiles, & absq; dolo lac desiderate. Princeps quoq; id est ἀρχῆσσα, quod Saræ nomen sonat: Et reginæ siue regina, de qua in quadragesimoquarto Psalmo canitur, Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato: quotidie Christũ nutrit paruulos, & ad perfectã ducit ætatem: Omnisq; ætas, sexus & dignitas, adorabunt Sion propter eum qui habitat in ea. Si enim caput ecclesiæ Chri-
Psal. 98 stus est, caput adoratur in corpore: & si quosdam dicitur: Exaltate dñm deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, non quo scabellum adorandum sit, sed quo maiestas pedum illius indicetur, cur nõ adoretur
Soph. 2.c ecclesia quæ totum Christi corpus amplectit: ut implea tur illud quod scriptũ est in Sophonia: Adorabũt eum singuli de loco suo, omnes insulæ gentium? ut nequaquam more Iudaico tribus per annum uicibus ueniãt

in Hierusalem, sed in loco suo adorantes dñm, possideant Hierusalem. Quodq; sequitur: Et puluerem pedum tuorũ lingant. Hoc significat quod reges & principes, quicquid in pedib. ecclesiæ terreni operis adhæserit, suo sermone tergant atq; delingant. Vnde & apo- Matt. 10.b
stolis præcipit, ut excutiant puluerem pedum suorũ. Et ad Petrum dicitur, Quod Ioan. 13.b
qui semel lotus sit, nõ habeat necesse nisi pedes lauare. Per quæ omnia discit ecclesia, non esse alium dñm præter eũ, quem qui expectauerint, æternam gloriã possidebunt. a ¶ *Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum, etc.*] Dñs noster atq; saluator qui prius locutus fuerat per Esaiam, ipse in euangelio eũdem sensum repetit: Quo- Matt. 3.d
modo potest aliquis intrare in domũ fortis, & uasa eius diripere, nisi primum ligauerit fortem, & tũc domum eius diripiet? Fortis & gigas, diabolus est: qui omnes gentes suo subiugarat imperio, audens D
dicere saluatori, Hæc omnia mihi tradita sunt, & dabo tibi ea, si procidens adoraueris me. Mundus e- 1. Ioan. 5.d
nim in maligno positus est, quem nullus iustorum uincere potuit: nec iuxta Amos, Amos 3.a
prædam de ore leonis auferre. Proposita igitur quæstione, quod nullus possit fortem & gigantem uincere, nec saluare quod ab eo raptum erat: Respondit dominus suo aduentu omnia perpetranda: quod scilicet captæ prius gentes, à gigante tollantur: & omnis illius supellex, uniuersaq; familia, apostolis diuidat. Impleto illo quod scriptũ est: Rex uirtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Psal. 67.c
Iste est enim qui ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona in hominibus: eos uidelicet qui prius capti erant in mortem, recepit in uitam. Vnde manifestius interpretatus est Symmachus. Sed & captiuitas fortis auferet, & rapina horribilis saluabit erit: Fortem atq; horribilem, diabolum uolẽs intelligi, qui domini uirtute superatus est. Ergo dñs iudicans eos qui oppresserant Sion, siue iudicans iudiciũ eius, liberabit filios illius qui capti fuerant à gigante, atq; saluabit, & aduersarias potestates cibabit carnibus suis, & inebriabit quasi musto: ut nequaquam aliorũ nece, sed sua morte saturentur: & qui carnes sunt, quia dei spiritum perdiderunt, suis uescãtur carnibus. Quod quidẽ & sanctus
loquitur in Psalmis: Cum appropinquarent mihi qui Prou. 26.a
affligebant, ut comederent carnes meas. Nõ enim spiritus qui incorporalis est: sed caro comeditur, ferocium bestiarum morsibus patens. Et tũc dicet Sion: imò om-

nis caro quæ uidebit salutare dei, quod redemptor atq; saluator eius ille sit qui luctatus est cum Iacob, uel auxiliator fuit uirtutis Iacob, ut in passione supereleuatus crucifigentib. benediceret: Pater ignosce eis, quod cm̃ faciunt, nesciunt. Luc. 33. c

CAP. L

HAec dicit dominus, Quis est hic liber repudij matris uestrę, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus cui uẽdidi uos? Ecce in iniquitatib. uestris uenditi estis, & in scelerib. uestris dimisi matrem uestrã: quia ueni, & non erat uir: uocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata est et paruula facta est manus mea, ut nõ possit redimere? Aut non est in me uirtus ad liberãdũ? Ecce in increpatione mea desertũ faciam mare, ponam flumina in siccum, computrescẽt pisces sine aqua, & morientur in siti. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentũ eorũ.

Hæc dicit dominus etc.] Post uocationẽ gẽtiũ, & reges ac principes, nutricios & nutrices, & captiuitatem fortis prius atq; robusti, cuius præda apostolis distributa est: & post dæmonũ uesaniã, qui suis saturati carnib. suoq; inebriati sunt sanguine: qñ omnis cognouit caro, qd' redemptor et fortis ipse esset deus Iacob. Loquit ad populum Iudæorum super Sion, quæ prius dixerat, Dereliquit me dñs & dñs oblitus est mei. Putatis mea duritia matrẽ uestrã, terrenã Hierusalẽ esse proiectã, & quod ego mentis rigidæ dederim ei libellũ repudij: & nõ potius quod uerum est, intelligitis illã suo à me uitio recessisse? Dicente eĩ me ad eã, Quiescite inique agere, discite bonũ facere: audire me noluit, sed uertit contra me scapulam recedẽtem. Vnde loquutus sum filijs eius: Væ illis qñ recesserũt à me. Manifesti sunt, qui impie egerunt in me. Et ad ipsam: Erudiet te absconsio tua, & malitia tua corripiet te, & scies qñ malum tibi sit, qd' reliqueris me. Sed forsitan libellũ repudij ostendere nõ potestis: & aliquis creditor meus exigẽs pecuniam, me nõ habente quod redderẽ, uos in debiti cõpensationẽ susciput: Nõ est ita: sed ego ostendã uobis, quãobrẽ matrem cũ filijs dereliquerim. Scelera uestra atq; peccata uos dæmonibus uendiderunt: ut præsentis seculi uoluptatibus irretiti, & uos parentem, & illam coniugẽ derelinqueret: unde adulteram matrẽ uestram ultra tenere non potui, sed uolentẽ abire, permisi. Quod autem peccatis suis unusquisq; uenundat, dum proprio arbitrio derelicti, nostra uoluntate uel ad bonũ uel ad malũ ducimur: & Paulus apostolus docet: Ego autẽ carnalis sum, uenũdatus sub peccato. Qui eĩm facit peccatũ, seruus est peccati. Et quo modo auari atq; raptores serui sunt mãmonæ: sic omne peccatũ dominatur peccatoribus. Quibus dicitur: Non regnet peccatũ in mortali uestro corpore. Vt aũt sciatis nõ à me repudiatã matrẽ uestrã, sed uoluntate propria recessisse: post multa beneficia, humanũ corpus assumpsi: & nequaq; per prophetas, sed præsens loquutus sum: Veni & nõ erat uir, siue homo. Omnes enim uiri & hominis imaginem relinquentes, bestiarũ & serpentiũ sumpsere imagines. Vnde & ad Herodẽ propter malitiã dicitur: Ite, & dicite uulpi huic. Et ad pharisæos: Genimina uiperarũ. Et ad libidinosos: Equi insaniẽtes in fœminas facti sunt. Et de uoluptuosis: Nolite mittere margaritas uestras ante porcos. Et impudentibus: Neq; sanctũ detis canibus. Et in communi de omnibus: Visio quadrupedum quæ erãt in deserto. Venit itaq; dñs, & non inuenit hominẽ. Homo enim quum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est eis. Vocaui (inquit) eos, quasi rationale animal, & dixi: Inclinate aurẽ uestrã in uerba oris mei, & nõ audiuit populus meus uocẽ meã. Clamaui & dixi: Qui sitit, ueniat ad me & bibat. Et in alio loco: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis: & non erat qui audiret. Vnde eis in Euãgelio sum loquutus: Neq; speciẽ dei uidistis, neque uocẽ illius audistis, quia nõ habetis sermonẽ eius manẽtẽ in uobis. *b* ¶ *Nũquid abbreuiata, etc.*] Aduersum eos qui putabãt dñm non potuisse liberare populũ suũ de captiuitate, ponit rationẽ & exempla pleniss ima: qd' qui mare rubrũ fecit peruiũ populo suo, Iordanis fluẽta siccauit, & arescẽtib. in Aegypto fluuijs pisces uertit in putredinẽ, & qui tribus diebus in Aegypto tenebras fecit esse palpabiles, ita ut cœlũ quasi sacco opertũ uideret & tenebris, utiq; potuerit & populũ suũ de periculo liberare. Siue quia supra dixerat: Veni, & nõ erat homo: uocaui, & nõ erat qui audiret: Illud possumus dicere, qd' qui tantorũ signorũ patrator est, & cœlũ terrasq; & maria, suo facit seruire nutui: etiã ipse crucẽ cuadere potuerit, dicẽs in Euãgelio: An putatis quia non possum rogare patrẽ meũ, ut exhiberet mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Iuxta anagogẽ, ad increpationẽ dñi desertũ fit mare: qñ omnis huius seculi amaritudo siccatur & flumina desolanť: de quibus spiritualis draco dicebat in Aegypto: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Et de quibus in alio loco legimus: Quid tibi est et uię Assyriorũ, ut bibas aquas fluminum? Pisces quoq;, sagena missa in mari, cõputrescẽt, qui à bonis piscib. fuerint separati. Quodq; sequit: Induã cœlũ tenebris, & quasi ciliciũ erit operimẽtũ eius. Vel omne quod supra nos est, intelligamus cœlũ: sicut uolatilia quæ in aere sunt, appellant cœlestia: & aduersariæ potestates dicunt esse cœlestes, quæ inter cœlũ terrãq; discurrũt. Vel certe induit cœlũ tenebris, qñ obtexit nubibus. Iuxta illud qd' scriptũ est: Qui operit cœlũ nubibus, & dat terræ pluuiã. Et in cõminatione siccitatis loquit deus: Ponã cœlũ æneũ, & terrã ferreã. Nõ qd' elemẽtorũ natura mutet, sed qd' per æs & ferrũ, pœnarũ magnitudo mõstrata sit. Aiunt philosophi, nõ amplius decem stadijs à terra, nubes in sublime sustolli, & solis splẽdorẽ abscõdere. Ergo nõ cœlũ sacco obuoluitur, sed intercluso cœli lumine aer qui subter est, nubis tenebris obscurať. Possumus cœlos obuolutos tenebris & sacco opertos, sic interpretari, ut dicamus oẽs esse sub peccato, & sanctos quoq; indigere misericordia dei.

Lucæ. c
Sup. 49. d
Rom. 7. c
Ioan. 8. d
Rom. 6. b
Luc. 13. g
Matth. 23. d
Hier. 5. c
Matth. 7. a
Esa. 30. b
Psal. 48. d
Psal. 77. d
Ioan. 7. f
Matth. 11. d
Ioan. 5. f
Exod. 14. c
Iosue 3. d
Num. 21. d
Exo. 7. c
Psal. 146. b
Deut. 28. b
Matth. 26. c
Anagogẽ
Ezech. 29. c
Hier. 2. d

Comment. xiij. in Esa. finis.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMQVARTVM Commentariorum Esaiæ ad Eustochium proœmium.

DOminus qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigabunt qui loquitur in Deuteronomij cantico, Ego occidam, & ego uiuificabo: percuiam, & ego sanabo: frequẽtibus morbis meam quoq; terram fecit contremiscere: cui dictum est: Terra es, & in terram ibis. Et oblitum conditionis humanæ, crebro admonet: ut hominem & senem, & iam iamq; moriturum esse me nouerim. De quo scribitur: Quid gloriatur terra & cinis? Vnde qui me subito languore percusserat, incredibili uelocitate sanauit, ut terreret potius quàm affligeret, & emendaret magis quàm uerberaret. Itaq; sciens cuius sit omne quod uiuo, & quod idcirco forsitan mea dormitio differatur, ut cœptum in prophetas opus expleam, totum me huic trado studio: & quasi in quadam specula constitutus, mundi huius turbines atq; naufragia, non absq; gemitu & dolore contemplor: nequaquam præsentia cogitans, sed futura, nec hominum famam atq; rumusculos, sed dei iudicium pertremiscens. Tuq; uirgo Christi Eustochium, quæ ægrotantem tuis orationibus adiuuisti, sanato quoq; imprecare gratiam Christi: ut eodem spiritu quo prophetæ futura cecinerunt, possim in nubem eorum ingredi & caliginem, & dei nosse sermonem: qui nequaquam carnis auribus, sed cordis auditur: & dicere cum Propheta, Dominus dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat me loqui. Quod testimonium quarti & decimi in Esaiam libri, quem nunc differre cupio, principium est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam Liber XIIII.

Dominus dedit, etc.] Iudæi hoc capitulum à superioribus separantes, uolunt ad Esaiæ referre personam: quod se dicat à domino accepisse sermonem: quomodo lassum errantemq; populum sustentet, & reuocet ad salutem, & in morem paruulorũ, qui matutinis horis eruditur, à spiritu sancto audiat qd loquatur, seq; nõ cõtradixisse eius imperio, sed dño scisciante: Quem mittam, & quis ibit ad populũ istum, respondisse ei. Ecce ego, mitte me. Et quia dixerit, Audite uerbũ domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei nostri populus Gomorræ: intantum dura perpessum ut non solum uerborum contumelijs, sed & plagarum doloribus fuerit expositus. Attamen se conscientia iubentis deq; nequaquam esse perterritum: sed iuxta id quod Ezechieli dicitur: Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontib. eorum, ut adamantẽ & silicem dedi faciem tuam, uniuersos eorũ impetus contudisse. Hoc illi dixerũt, qui omni ratione conantur de Christo euertere prophetias, & ad peruersam intelligentiã, praua interpretatione torquere, quasi & si hæc de Esaia scripta sint, possint alia super Christo auferre testimonia: quæ ita perspicua sunt, ut clarũ sui cunctorũ oculis lumen infundant. Ad personam igitur domini in qua & superior finitus est liber, etiã ista referẽda sunt, quod iuxta dispẽsationem assumpti corporis eruditus sit, & linguam acceperit disciplinæ, ut sciret quando deberet loqui, quãdo reticere. Denicq; qui in passione tacuit, per apostolos & apostolicos uiros in cuncto orbe nunc loquit. Magnæq; scientiæ est, dare in tẽpore cõseruis cibaria, & audiẽtiũ cõsiderare personas. Vnde & Apostolus Paulus, his qui prophetarũ fidẽ nõ recipiebant, autorũ suorũ loquitur testimonijs: Sicut quidam de uestris poetis dixerũt: huius & genus sumus: Aratũ significans. Rursumq; de Comico: Corrumpunt mores bonos, confabulationes malæ. Et Epimenidis uersum hexametrũ: Cretenses semper mendaces, malę bestię, uentres pigri. Qui si metrorũ ordinem atq; mensuram in trãslatione non seruant: sciendum est in Græco eos pedibus currere, Hoc aũt faciebat, qa acceperat linguam disciplinæ: ut sciret quãdo oporteret loqui uerbũ. Cui addita est auris per gratiam, quam per naturam nõ habebat: ut intelligamus nequaquam aures corporis accipi debere, sed mentis: de quibus & in euangelio dominus loquebatur: Qui habet aures audiendi, audiat. Quæ disciplina & eruditio, aperuit aures eius, ut scientiã patris ad nos usq; trãsmitteret: qui non contradixit ei, sed factus est obediens usq; ad mortem, & mortem crucis: ita ut poneret corpus siue dorsum suũ ad plagas, & pectus dei capax, flagella concideret, genasq; suas nõ auerteret ab alapis. Quod illum à ministro principis facerdotum sustinuisse, non dubiũ est, ita ut certatim & ludẽtium populi illuderent. Qui percussus atq; conspu-

Esa. 17. f
1. Cor. 15. d
Titum 1. c
Psal. 67. e
Luc. 8. a
Philip. 2. b

A nō erubuit,sed quasi agnus ductus ad uictimam est, & quasi otuis coram tondente nō aperuit os suum. Quod aūt filius iuxta susceptī corporis sacramentū,à patre audierit quid loquatur, in Euangelio plenius discimus, Ioan. 17.f in quo ipse ait:Et qui misit me pater, mandatū mihi dedit, quid dicā & quid loquar.Et iterum:Sicut audio, sic iudico.

a ¶ *Iuxta est qui iustificat me, etc.*] Si quis (inqt) me putat iuste addictū cruci, & aliquod seciſſe peccatum,resistat mihi. Quis est q iudicetur mecum, ut non potentia maiestatis meę,sed ratione superetur?iudicatur autem quis cum domino, non autoritate regnantis, sed comparatione uirtutū:quomodo & apostoli iudicāt duodecim trib. Israel, & Niniuitæ ac regina Saba populū Iudęorū,iuxta quem sensum ad Hierusalē Psal. 101. d dicitur, Iustificata est Sodoma ex te. Quia igit nullus potest iustificari præsente domino: oēs quasi uestimentum ueterascent. Quod autem inueterascit, perditioni proximum est.Et quasi tinea(ait)comedet eos.

B

HEB. scio quia non confundat. Iuxtā est qui iustificat me: quis contradicit mihi? stemus simul. Quis est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus, quis est qui cōdemnet me? Ecce omnes quasi uestimētum conterentur,tinea comedet eos.Quis ex uobis timens dñm, audiēs uocem serui eius? Qui ambulauit in tenebris,& non est lumen ei,speret nomen dñi, & innitatur super deū suū. Eccē omnes uos accēdentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis:de manu mea factum est hoc uobis, in doloribus dormietis.

Audi Conscientia uidelicet peccatorū, & zelus gentium saluatarum.De quo & in fine huius uoluminis dicit: Veruntamen corum non morietur.Et in Michea contra peruersos principes:Auferam bona eorum quasi tinea excomedens,& ambulans super regulam in die speculationis.Et in Prouerbijs:Tinea os suum cor intelligēs. Pro tinea in præsenti loco, Symmachus, rubiginē: Aquila, uermem, interpretati sunt. b ¶ *Quis ex uobis, etc.*] Vos me flagellastis,uos meam faciē cōspuistis, ego tamē ad Ezech. 33. c pœnitentiam prouoco persequutores meos. Nolo eī mortem populi peccatoris, sed tantum ut reuertat & uiuat.Et dico: Quis est inter uos qui timeat dñm,& audiat uocem serui uel pueri,id est,filij eius? quorū aliud assumptæ carnis est,aliud naturæ. Nec uero parum putemus esse timere dñm: iuxta illud quod in Prouerbijs Prou. 9. c dicitur:Principium sapientiæ,timor dñi. Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem: quia timor pœnam 1. Ioan. 4. d habet.Quia autem timet, non est perfectus in charitate. Sed hic timor, pro timiditate & δυλάβϵια ponitur: de Prou. 20. c quo & alibi legimus, Beatus qui oīa metuit, propter δυλάβϵιαν,hoc est, propter timiditatem,quos uulgò appellant timoratos in religione dei. Protegit enim dñs iter eorum,& uiam timoratorū custodit. De hoc timore scriptum est: Timor domini omnia superat. Et alibi: Eccli. 25.b Psal. 33.b Non est inopia timentibus eū.Deinq; post multos uirtutum gradus, ad huiuscemodi timorem domini peruenitur. Loquitur eī sermo diuinus sub persona magistri & patris, discipulum erudientis & filium: Si inuocaueris sapientiam,& intelligentiæ dederis uocē tuam, & si quæsieris eam quasi pecuniam, & quasi thesauros inuestigaueris eam,tunc intelliges timorē dñi,& scientiam dei reperies. Iste est timor, qui animas sanctorū integras ac pudicas purasq; conseruat:de quo dicitur,Timor dñi sanctus permanet in seculū seculi. Ad quē nos diuina eloquia cohortātur: Timete dñm,& date ei gloriam. Qui igitur sic timet dñm, audiat uocem serui uel pueri eius,qui ambulauit in tenebris, & non erat ei lumē: qui non habuit speciem nec gloriam, sed in similitudine carnis peccatricis, susceptt formam serui, ut peccatum in carne superaret. De hoc dicitur, quod speret in nomine dñi, & innitatur super deū suū, ut quicquid humanæ fragilitatis est, diuina maiestate corroboret atque sustentet.Hoc iuxta Hebraicum.Cæterum secundum Septuaginta de peccatoribus dicitur, qui noluerunt obedire uocī filij eius,& in tenebris gradiūtur erroris, & idcirco nō habent lucem. Neq; enim fieri poterat,ut in peruersam animā introiret sapientia. Qui nescierūt, nec intellexerūt, & ideo in tenebris ambulant. Nō eī fecerunt opera dñi atq; mandata,nec seminauerunt sibi iustitiam, neq; uindemiauerunt uitā, ut accenderent sibi lumē scientiæ. Qui eī desiderat sapientiam,seruet mandata,& dñs tribuet eam illi. Vnde & ad deum dicitur: Lux, præcepta tua. Psal. 18.c Et alibi: Mandatum domini lucidum illuminans oculos.Præcipitur& impijs ut confidant in domino,& peccatis ruentes, illius innitantur, & sustententur auxilio. c ¶ *Ecce omnes uos, etc.*] Nihil pdest exhortatio, nec post scelera spes salutis est. Omnes declinauerunt, simul inPsal. 13.a utiles facti sunt: omnes sibi ignem succendunt, flammaq; corroborant.Habent enim in se fœnum,ligna, stipulam,spinas & tribulos,ac lolium, quæ æterno tradantur incendio.Vnde & in Prouerbijs scriptum est:In Prou. 26.c multis lignis uiget ignis.Sin aūt paruulus ignis, grandem materiam comprehendit, grandis flamma quanta populabitur?Dicitur & in epistola, quæ fertur ad Hebræos, de terra, quod præferens spinas & tribulos reproba sit,& maledictioni proxima, finisq; illius in cōbustionem.Ergo qui accincti sunt flammis atq; circundati,& sibi incendiū roborauerunt, prouocantur ad salutem,& dicit ad eos: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis,ut in pœnis atq; supplicijs discant dei potētiam,& redeant ad salutem.Significat autem Iudaici populi uastitatem,qua Romanis traditi sunt,& capuuitatis iugum hucusq; sustineāt.De manu enim Christi hæc facta sunt omnia, & in mœrore ac doloribus dormient: quia nec beneficijs nec tormētis, dei filium recipere uoluerūt. Vnde loquitur ad eos, Ite Math. 23.d in ignem æternū,quem præparauit deus diabolo & angelis eius.Hoc est quod & Apostolus ait:Peruenit enim 1. Thes. 2.d super eos ira in finē.Hoc capitulo discimus,pro qualitate peccati, ignē sibi unumquēq; succendere. Et quomodo in eodē manētes loco,& si dici potest lectulo,alij sani sunt,alij febriū succēduntur ardoribus, ex diuersitate humorū atq; pituitæ supplicia diuersa sentientes: sic & ignis qui à peccatoribus succēditur, materiam in peccatis habet, & in iniquitate:de qua scriSupra 9. d ptū est, Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen siccū uorabitur incendio.

C

CAP. LI

A*Vdite me qui persequimini, etc.*] Dormiētib. in mœrore ac dolore perpetuo,qui succenderunt sibi ignē, & flammas robustissimas esse fecerūt:uos qui persequimini iustitiā & quæritis dñm (significat aūt apostolorū, & per apostolos credentium chorū) respicite petrā, id est, Abrahā patrē uestrū: de quo excisi estis: & ad cauernam laci, de qua præcisi estis: id est,Saram quę peperit uos. Et hoc cōsiderate, qđ quum unius & centum esset annorum, & sterilem haberet uxorem, multiplicaue B rim filios eius, quasi stellas cœli: ita ut numerum uinceret multitudo. Si ergo de uno homine tanta populorū nata sunt milia,quid mihi grande est ut instaurem ruinas paradisum uoluptatis,& in hortum dñi quem plantauit deus in Eden contra orientem, & inueniatur in ea pro diuersis arboribus,gaudium atq; lætitia,confessio & uox laudis?Hoc Iudæi ad Zorobabel tempora referunt,quod post Babylonię uastitatē instaurata sit Sion, ædificatumq; templum,& antiqua religio reddita. Sed Supra 49.f quomodo suprà dicitur ad Sion: Afferent filios tuos in ulnis,& filias tuas super humeros portabunt.Et erūt reges nutritij tui,& reginæ nutrices tuæ. Et, Ecce isti de de longe uenient, & illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi,quando dicet Sion: Angustus mihi est locus, fac mihi spatium ut habitem: quæ mediocritatem excludunt illorum temporum, nec super terrena Hierusalem impleta noscuntur: Sic & hic loquitur dominus ad eos qui persequuntur quod iustum est:iuxta il- Psal. 33.c Rom. 12.c lud quod alibi dicitur, Quære pacem, & persequere eam. Et iterum: Hospitalitatem sequentes. Et quærunt dominum,ut ex prioribus conijciant præsentia:quum multò difficiltora iam facta sint, hæc quæ promittuntur futura non dubitent.Porrò iuxta Lxx.persequutoribus iustitiæ dicitur,ut aspiciant in robustissimam petram quam exciderunt, & in foueam laci quam foderunt,id est,dñm saluatorem: de quo Apostolus loqui- 1. Cor. 10.a tur:Petra autem erat Christus.Et alibi scriptum est: Sta Psal. 39.a tuit supra petram pedes meos. Et iterū:In petra exalta-

uit me.Huius eī latus lancea perfoderunt, de quo exiuit sanguis & aqua,& huius foderunt manus & pedes, C dicēte ipso dño saluatore: Foderūt manus meas & pe- Psal. 21. d des meos,dinumerauerūt oīa ossa mea.Possumus ex ciſam petrā,sepulchrū dicere saluatoris,in quo cōditus

LI

AVdite me qui psequimini qđ iustū est, & quæritis dñm.Attendite in robustā petram quā excidistis,et in foueā laci quā fodistis.Respicite in Abrahā patrē uestrū,et in Sarā quę peperit uos, quia unus erat & uocaui eū,& benedixi ei,& dilexi illum,& multiplicaui eū,et te nūc cōsolabor Siō. Et cōsolatus sum oīa deserta eius quasi paradisum, & ea quæ ad occidētem sunt, quasi paradisum dñi, exultationē & lętitiā inueniēt in ea, confessionē & uocē laudis. Audite me, audite me populus meus, & reges ad me attendite, quia lex à me egredieť, & iudiciū meū in lucē gētiū. Appropinquat cito iustitia mea, & egredietur sicut lux salutare meū, & ī brachio meo gētes sperabūt.Me īsulę expectabūt, & ī brachio meo sperabūt.

Leua- est:& resurgēs à mortuis, innumerabiles filios genuit:Et appellatus est Abraham,id est, pater multarum gentium: sicut Sara prius sterilis, interpretatur ecclesia,quæ alio nomine appellatur Sion, quam dñs consolatus est, & posuit deserta eius quasi paradisum. Plures enim filij desertæ, magis q̄ eius quæ habet uirum.Quodq; dicitur: Et ea quæ ad occidentem sunt, ponam in paradisum dñi, siue in hortum dei: significat illud, qđ sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux repētina surrexit.Pro paradiso in cuius loco nos delicias uertimus, in Hebraico ponitur ע֫ד֫ן de quo in principio Genes.scriptum est. Et hoc notandum,quod in Sion quæ comparatur paradiso dei,aliud esse nō debeat, nisi gaudium & lætitia, confessio, & uox laudis, ut quod in cœlis futuri sunt sancti cum angelis dei,hoc etiā in terra fugi in dñi laude meditent. b ¶ *Attendite, etc.*] Semel in Hebraico dicitur, attendite: secundo iuxta Lxx.audite me,audite me:ut doceat nos & auribus corporis & sensu animæ audire debere: Pro uocaturq; gentium multitudo,quæ est populus dei, ut diligenter audiat quæ dicuntur:de quo Zacharias, Cō- Zach. 2.b fugient(inquit)gentes multæ ad dñm,& erunt ei in populo. Siue ut quidam uolunt, populus appellatur reliquiæ ex Israel credentium,& tribus siue gentes,hi qui crediderunt ex multitudine nationum, dicente nationibus Moyse in Deuteronomij cantico:Lætamini gen- Deut. 32.f tes cum populo eius.Pro tribu, quam nos interpretati sumus:Theodotio,genus:Symmachus gentes. Septuaginta ϵθνισλαῖς, id est, reges, transtulerunt. Nos enim sumus & tribus & gens & genus domini regale & sacerdotale: qualis fuit & Abraham, qui rex appellatus est:& cæteri sancti, de quibus scriptum est: Nolite tangere Christos meos. Quid est quod iubetur audire c Quia lex, inquit,à me egredietur, & iudicium meum Psal. 104. b in lucem populorum siue gentium. Hic lex euangelij ostenditur spiritualis quæ exiet de Sion, non Moysi, quæ olim in Sina data est. Iudiciumq; meum in lucem gentium procedet: per quod statuit atq; decreuit omnes gentes esse saluandas. Ac ne forsitan putaremus longo post tempore quod promisit esse uenturum: infert,propè est iustus meus, siue iustitia. Christus enim à

A patre factus est nobis sapiētia & redēptio, sanctitas ac iu
stitia, & omnia quibus uirtus nominibus appellat. Pul
chreq; dicit, iustitiq; processura, ut nequaquā una gens,
sed omnis saluet orbis. Quod autē saluator siue salus,
qđ Hebraicē dicit ישוע appellet filius dei qui missus
Luc. 2.d à patre est, Simeon te
nēs puerum in ulnis
suis loquit: Nunc di
mittis seruū tuū dne,
qm̄ uiderūt oculi mei
salutare tuum, quod
præparasti in conspe
ctu omniū populo
rū, lumen in reuela
tionē gētiū. Quodq;
sequitur: Et brachia
mea populos iudica
bunt: siue iuxta Lxx.
καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου
ἔθνη ἐλπιοῦσιν, id est,
& in brachio meo gē
tes sperabūt. Vel hoc
significat, quod dēs
uirtute illius iudicent:
uel quod in Christū,
qui est brachiū & for
titudo dei, omnes cre
dituræ sunt nationes.
Psal. 88.c Dicit & in alio loco:
Tuū brachium cū po
tentia. Cōfortet manus tua, & exaltet dextera tua. Et iterū: Cā
Psal. 97.a tate dño canticū nouū, saluabit sibi dextera eius, & bra
B chiū sanctū illius. Dextera em̄ & brachiū dñi, ipse est qui
Ioan. 17.b prius ꝓditos saluauit sibi, ut nullus periret de his quos
ei pater dederat. Quod aūt insulæ, uel animæ sanctorū,
quæ in persequutionib. mūdi istius firma in deū solida
tæ sunt fide, uel ecclesiarū ex gentibus multitudo dicat,
crebro exposuimus. Et sicut brachiū dñi saluatorē, sic
brachia eius quæ populos iudicēt, omnes sanctos pos
sumus intelligere, in quibus deus mundum iudicabit.
a ¶ *Leuate, etc.*] Hoc est quod dñs loquitur in euāgelio,
Math. 24.c Cœlū & terra transibūt, uerba aūt mea non præteribūt.
Psal. 101.d Et Dauid in Psalmo canit, A principio tu dne terrā fun
dasti, & opera manuū tuarum sunt cœli. Ipsi peribūt, tu
aūt permanes, & omnes sicut uestimentū ueterascent:
Et sicut palliū inuolues eos, & mutabuntur. Ex quo o
stenditur, perditionem cœlorū non interitū sonare, sed
Apoc. 21.a mutationē in melius: de quibus dicitur, Erit cœlū no
uū & terra noua, quæ ego faciam permanere in cōspe
ctu meo, Si enim de sanctis scriptū est: Omnes quidem
dormiemus, sed non oēs immutabimur: Et in quatuor
psalmorū titulis legit: Pro his qui immutabunt: Quāto
magis hoc de cœlo ac sole stellisq; credendū est, qñ lu
na solis lumē accipiet, & sol septuplo fulgore rutilabit:
Vnde & oīs creatura cōgemiscit & parturit, expectās
reuelationē filiorū dei, ut mutetur in melius: & nō solū
animæ hominū quę immortales sunt, sed & corpora cō
mutentur in glorificatā substantiā. Oportet enim corru
ptiuū hoc induere incorruptionem, & mortale hoc in
duere immortalitatē. Quū aūt cœlū ueterascat & terra,
consequenter & ea quæ cœli circulo cōtinētur, & homi
nes qui sunt habitatores terræ sicut hæc morientur, nō
in interitū sui, sed in absolutionē utilitatis antiquæ, & in
nouationē futuræ gloriæ, quando fulgebunt iusti sicut
sol, & abeuntibus præteritis atq; antiquis, facta fuerint
oīa noua. Quidā perire & ueterascere, pro abolitione
& morte accipiūt: Iuxta illud quod in catholica epistola
legimus: Cœli qui nūc sunt & terra, codē uerbo reserua C
ta sunt igni. Et iterū: Elemēta ardētia soluent. Quæ qui
dē & philosophorū mūdi opinio est, omnia quæ cerni 2.Pet.3.b
mus igni peritura. Vnde & Apostolus: Pertrāsit, ait, fi
gura mūdi huius, cōtēplānb. nobis, nō ea quæ uident, 1.Cor.7.f
sed quæ non uident.
Quæ em̄ uident, tem
poralia sunt: quæ aūt
nō uident, æterna. Ta
le quid & Ioānes apo
stolus scribit: Mūdus 1.Ioan.2.c
pertrāsit, & desideriū
eius. Et in Hebraico
dicitur: Cœli sicut fu
mus liquescēt. Siue iu
xta Aquilam & Sym
machū: Cōminuent
in nihili, et in salis mo
dū conterent & cua
nescent, quorū prior
dixit μἀωθήσεται, al
ter ἐλεπώσονται, quod
à cōminutione & deli
quio salis ἐτυμολο
γίαν trahere manife
stum est. Pro quo mi
ror qd dicere uolue
rint Lxx. ὁ οὐρανὸς ὡς
καπνὸς ἐσφρέσθη, id
est, cœlū sicut fumus
firmatū est. Si em̄ fir
mitas pro robore ac
cipitur, quomodo fu
mo, quod firmū est cōparat? Nisi forsitā possumus hoc D
dicere, quod omnis cœlorū firmitas & robur & fortitu
do, uento inanissimo & fumo qui in auras soluit, coæ
quet: iuxta Ecclesiasten: Vanitas uanitatū, & omnia ua
nitas. Illudq; dicēdū, quod si cœlū & terra peribūt atq; Eccls. 1.a
ueterascent, qua consequētia habitatores eius sicut ista
morianē atq; dispereāt, quum animas esse perpetuas, &
resurrectura corpora nouerimus? Ex quo perspicuum
est, cœlū & terrā nō perire, & in nihili redigi, sed in me
lius cōmutari. b ¶ *Audite, etc.*] Qui suprà dixerat, Lex
à me egredietur, et iudiciū meū in lucē gentiū: Nūc ad eos
dem loquitur, qui sciunt iudiciū eius, & legē illius ha
bent in cordibus suis, ut omnia cū iudicio faciant, & ha
beant legem quam per Hieremiam dñs pollicetur, di Hier. 31.c
cens: Statuam testamentū nouū, non iuxta testamentū
quod disposui patribus eorū, sed statuam testamētum,
dans leges meas in mentibus eorū, & super cor eorum
scribā eas, & ero eorū deus, & ipsi erūt populus meus,
ut nequaquam uiuant iuxta literam, sed iuxta spiritū,
instaurantes naturalē legem in cordib. suis: de qua scri
bit & Apostolus, Quū enim gentes quæ non habent le Rom. 9.b
gem, naturaliter ea quæ legis sunt faciūt, isti legem non
habentes, sibiipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scri
ptum in cordibus suis. De qua lege significatur in psal
mo: Os iusti meditabit sapiētiam, & lingua eius loque Psal. 36.f
tur iudicium. Lex dei eius in corde illius, & nō supplan
tabunē gressus eius. Et quia sciebat spiritus prophetalis
multas persequutiones credentib. fore, exhortatur eos
ad fortitudinem, imò ad contemptū eorū qui eos per
sequuturi sunt: Quod & dñs in euangelio loquebatur: Mat. 10.f
Nolite timere eos qui occidūt corpus, animam autem
nō possunt occidere, sed potius eum timete qui potest
animam & corpus perdere in gehēnam. Et in alio loco, Ibid. 5.a
Gaudete quū omne malū dixerint aduersum uos men
tientes. Sicut em̄ uestimentū consumit uerme uel tem
pore, & sicut lanæ à tinea deuorātur, sic omne persequu
torum

A forū opprobriū cū persecutorib. pertransibit. Vnde &
Act. 5.g apostoli gloriabant, quod digni essent habiti pro dño
pati contumelias. Gloriabant aūt quod salus & iustitia
dñi, quæ eis uictoriā & præmia repromiserat, id est, dñs
atq; saluator permaneat in æternū, siue in utraq; genera
tione prioris populi
& posterioris, qui ad
uētū illius receperūt:
Sup. eod.b de quo & suprà dicit,
Propè est iustus me
us, egressus est saluā
tor meus. a ¶ *Consur
ge, etc.*] Nomē Hieru
salē quod hic à Lxx.
additū est, nec in He
bræo habet, nec ullus
triū interpretum po
suit: unde obelo præ
notādū est, & sic cū su
periori sensu sequens
capitulū copulandū.
Dñs credētes in se fue
rat cohortatus, dicēs:
Nolite timere oppro
briū hominū, & blas
phemias eorū ne me
tuatis. Salutēq; suā &
iustitiā sempiternam
eis promiserat in au
xiliū, quę non est alia
præter Christū, bra
chium dñi, de quo su
pra dixerat, Et in bra
chio meo gentes sperabūt. Vnde populus loquitur ad
brachiū dñi, & eius deprecatur aduentū, & promissum
implorat auxiliū, dicens: Consurge, consurge, induere
fortitudine brachiū dñi. Consurge sicut in diebus anti
quis, & omnē tuā exerce fortitudinē, ut qui per multa
secula sanctos tuos de periculis liberasti, etiam nos tua
fortitudine protegas. Tu es enim qui percussisti super
bū, uulnerasti draconē, regē uidelicet Aegypti Pharao
Ezech. 29.a nē, qui & in Ezechiel draco magnus appellatur. Tu sic
casti mare rubrū, ut per aquas uehementissimas & pro
funda maris uiā tuus populus reperiret, & Aegyptios
fugeret persequentes. Qui igitur ista fecisti, nunc quoq;
redemptos & liberatos sanguine tuo reduc in Sion &
in cœlestem Hierusalem, siue in ecclesiam quā tibi tuo
sanguine præparasti: in qua quū fuerint, gaudebunt læ
Psal. 5.c titia sempiterna & dicent, Dñe ut scuto bonæ uoluntatis
tuæ coronasti nos. Habebunt enim gaudium atq; læti
tiam, fugiente dolore & gemitu. Hoc iuxta Hebraicum.
Cæterum iuxta Lxx. Hierusalem, id est, peccatrix ani
ma, prouocat ut induat fortitudinē brachij sui, & prio
ra assumat opera, sicut fuerat ante quàm caderet, quan
do in die uersabatur & luce. Tu es enim, inquit, quæ su
perasti latam & spatiosam uiam quæ ducit ad mortē, &
Psal. 73.c dissipasti draconem, colubrum tortuosum: de quo &
in psalmis legitur: Tu contriuisti capita draconū in a
quis. Memēto prioris fortitudinis tuæ, quod seculi hu
Mat. 14.d ius calcaueris mare, & illud feceris esse desertū, & uiam
repereris in medijs fluctibus. Vnde & apostolus Petrus
per mare huius seculi transiuit ad dñm, & qui fide am
bulabat, cœpit infidelitate mergi, nisi qđ dextera dñi
sustentatus est. Sicut igitur prior uictoria dño auxilian
te concessa est, sic & reuersis post pœnitentiam & au
Hier. 8.b dientibus: Nunquid qui cadet, non resurget, dicit dñs.
Ibid. 13.g Et: Conuertimini ad me filij conuertentes, & ego sana
bo contritiones uestras: Ipse porriget manū, & reducet
eos in Sion speculam culmenq; uirtutum cum gaudio
atq; lætitia sempiterna, & ponet in capite eorū laudem C
atq; lætitiā. Sapientis em̄ oculi in capite eius. Et hāc ha
bebūt coronā, istoq; diademate protegētur, ut semper
gaudeant, & laudent dñm: quia pro dolore, mœrore &
gemitu successerint gaudia. b ¶ *Ego, ego ipse cōsolabor uos. Quis tu ut timueris ab ho
mine mortali, & à filio ho. etc.*] Credentiū po
pulus, brachiū dñi,
qui ipse est dei uirtus
deiq; sapiētia, fuerat
deprecatus, ut cōsur
geret, & sibi præberet
auxiliū: & illo pugnā
te pro sanctis, gaudiū
atq; lætitiā, fugato do
lore & gemitu posi
derent. Itaq; uel bra
chiū dñi, uel dñs ipse
respondit: Ego sum,
ego sum: & nequaq;
per prophetas, sed ip
se uos consolabor:
deus misericordiarū,
& pater totius conso
lationis. Mirorq; quo
modo me dicente su
prà: Nolite timere op
probriū hominū, &
blasphemias eorū ne
metuatis, timueritis
persequutorū rabiē,
& nescieritis eos esse D
mortales, qui instar fœni arescūt repente & pereunt. Et
certe eo tēpore quo illos metuebas, oblitus es dñi facto
ris tui. Si em̄ mei semper memoria in tuo fuisset corde
uersata, nunquā timuisses homines qui in cinerē dis
soluendi sunt. Et cuius oblita es? Dei qui cœlos incredi
bili uirture suspendit, & terrā stabili mole fundauit. Et ti
muisti aduersarios tuos, nō ad breue, quod poterat ti
bi aliqua ex parte concedi, sed iugiter & tota die: ut quū
haberes lumē fidei, tenebræ te formidinis possiderent,
& eius qui te putabat esse periturum. Vbi est ergo nunc
persequutorū superbia? ubi potentia secularis, qua in
te ore rabido fœuiebant? Cito ueniet filius meus, gra
diens & cōculcās aduersarios tuos ut aperiat tibi uiam
uictoriæ, siue ut inferos reseret, qui non interficiat usq;
ad internicionē, sed uelit saluare conuersos. Deniq; pa
nis illius, qui interpretat euangelio probāte doctrina,
nunquā deficiet: sed semper uolentibus ad uescendū pa
rebit. Simulq; apostrophā facit ad filiū, quē cito promit
tit esse uenturū, & cuius panē dicit esse perpetuū: quòd
ipse sit iuxta dispensationē carnis assumptæ dñs deus
eius, qui conturbari faciat mare, & intumescere fluctus
eius, ut aduersum seruos suos persequutorū insteturfu
perbia, quæ iterū auxiliante dño conquiescat. Dicitq;
quod posuerit uerba sua in ore eius. Quicquid em̄ fi
lius loquit, uerba patris sunt: & in umbra manus suæ
protexerit eum. Et idcirco protectus sit, ut plātet cœlos
nouos, & fundet terrā nouā: & dicat ad Sion, hoc est, ad
ecclesiā: Populus meus es tu. Ergo Sion nō est alia, nisi
populus dei. Symmachus in eo loco ubi nos diximus,
Cito ueniet gradiēs ad aperiendū, & nō interficiet usq;
ad internicionē, ita interpretatus est: Cito infernus ape
rietur, & nō morietur in corruptionē: subaudit Christus,
qui in xv. Psalmo loquitur: Non derelinques animā
meam in inferno, nec dabis sanctū tuum uidere corru
ptionē. In eo quoq; loco ubi nos iuxta Hebraicū & Aq
lam uertimus: Posui uerba mea in ore tuo, & in umbra

A manus meæ protexi te, ut plãtes cœlos & fundes terrã, & dicas ad Sion, Populus meus es tu: Ille sic transtulit, Ponam uerba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protegam te, in qua plantaui cœlũ & fundaui terram, & ut dicã Sion, Populus meus es tu. Iuxta Lxx. ad omnẽ credentiũ dicitur ani
mã, quod creata ad imaginẽ & similitudinẽ dei, suã ignorauerit dignitatem, sed timuerit hominẽ & filiũ hominis, qui solũ potest corpus occidere, & immortalem scire nescierit, nec dixerit cũ Propheta: Dñs illuminatio mea & saluator meus, quem timebo? Dñs ꝓtector uitæ meæ, à quo trepidabo? Et iterum: Dñs adiutor meus, nõ timebo qd faciat mihi homo. Dñs auxiliator meus, & ego despiciã inimicos meos. Quid sit autẽ homo, alio uersiculo demõstratur: In dño sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Vnde & nũc dicit, Timuisti ab homine mortali, & à filio hominis, qui sicut fœnũ arescẽti sunt. Omnis enim caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos fœni, & territa iudicis potestate, oblita es quod ipse esset protector tuus, qui cœlũ fecit & terram, & omnia elementa quæ cernimus, uel eos cœlos qui portãt imaginẽ supercœlestis, & eam terram quæ sementem dñi multiplicat. Illud aũt quod suprà dicitur: Et non occidet in corruptionem, & non deficiet panis eius: de Theodotionis æditione ex Hebraico additum est. Ipse conturbat mare, & sonare facit fluctus eius: cui & in Psalmis canitur, Tu dominaris fortitudini maris, & commotionem fluctuum eius tu mitigas. In Hieremia quoq; scriptum est, Me non timebitis, dicit dominus, & à facie mea non formidabitis, qui posui arenas terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Turbata sunt maria, quando sagena domini extraxit piscium multitudinem. Et posuit dominus uerba sua in ore credentis, & in umbra manus suæ protexit eum. Qui & in Euangelio loquitur: Quando tradiderint uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabit cũ uobis in illa hora quid loquamini: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et in alio loco dicit ad iustum: Dilata os tuũ, & implebo illud. Et iterum: Aperi os tuũ uerbo dei. Dñs enim dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Vnde ad interiorem Hieremiæ hominem loquit deus: Postquam tetigit os eius, ecce ego dedi sermones meos in ore tuo. Qui poterat cum psalmista canere: Misit in ore meo canticum nouum, hymnum deo nostro. Quis autem hæc operatus est omnia, nisi dñs atq; saluator, qui cœlum fecit & terram, & dicit Sion, Populus meus es tu? Quẽ propriè ecclesiæ cõuenit degentibus cõgregatę. Et in Osee credentibus pollicet, dicens: Vocabo non populũ meum, populũ meũ: & ipse dicet mihi, deus meus es tu. a ¶ *Eleuare, etc.*] Hierusalẽ & Siõ esse ἀνώνυμον sæpe docui: quarũ Siõ, quæ interpretat speculatio, eo q; in mõte sita sit, arx uocat: reliqua aũt urbis pars, Hierusalẽ dicit, quæ prius appellabat Hiebus et Salẽ, quã nũc prophetæ cohortat ut surgat, quæ prius negatione corruerat, dicens in dñi passione: Crucifige, crucifige talẽ, non habemus regem nisi Cæsarẽ: & agat pœnitentiã, & captiuitatis sentiat malis, cur suũ offenderit creatorẽ. Solẽt medici amarissimam antidotũ, quæ ex gustu nomen accepit, dare stomacho nauseanti ut noxios humores euomat, & possit coctos cibos atq; digestos in aluũ transmittere, quos phlegmatũ magnitudo digeri nõ sinebat. Igitur & Hierusalem quæ bibit de calice furoris dñi, & de κόνδυ eius, quẽ Symmach. craterem interpretatus est, & quem iuxta Geneseos librum, Ioseph in sacculo fratris Beniamin iussit abscondi, iubetur de ebrietate consurgere, eo quòd biberit & uacuefecerit & potauerit eum usq; ad feces: quod tres uno indicauere sermone, ἐξεσράπησαν. Hic est calix, de quo in Psalmis legimus: Calix in manu dñi uini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in illud: uerũtamẽ fex eius nõ est exinanita, bibent oẽs peccatores terræ. De quo & ad Hieremiã deus loquit: Sume calicem uini meri de manu mea, & propinabis cunctis gentibus ad quas ego mittã te. Et bibent & uoment & insanient à facie gladij, quem ego mittã in medio eorũ. Cumq; alijs gentibus & Hierusalẽ urbibusq; Iudææ propinasse se dicat, infert: Sic dicit dñs omnipotens deus Israel, Bibite & inebriamini & euomite, & cadite à facie gladij quẽ ego mittam in medio uestri. Et nõ tandum quod calix iste furoris dñi gladius eius sit, qui in medio mittitur peccatorũ. In quo quæstio nascitur, quomodo post potũ, ebrietatem, uomitũq; & ruinam, in Hieremia dicatur Hierusalẽ non posse consurgere: & nunc per Esaiam loquatur ad eam, Eleuare, eleuare, cõsurge Hierusalẽ: quæ ita soluitur: Quamdiu quis bibit caliceꝫ, & inebriat, & insanit, uomitq; & corruit, non eũ posse cõsurgere: nec dum eũ epotauit calicem dñi, nec peruenit ad feces, ut eum usq; ad fundum biberit. Nũc aũt ad Hierusalem de præterito dicit tempore, quæ bibisti de manu dñi calicem furoris eius, & non quæ bibis. Simulq; considerandũ, quod non propheta, non apostolus exinde fuerit in Iudæa, qui eam consolatus sit, & apprehenderit manum eius, & iacentem eleuauerit. Ex quo manifestũ est, quod posi ultimam captiuitatem ista dicantur: alioquin in Babylone & post Babylonem, Ezechiel & cæteros prophetas habuisse eã, narrat historia

A historia. Quod autem dicit, Duo sunt quæ occurrerunt tibi: siue duo hæc contraria tibi: quis contristabit super ter & pro duobus, infert quatuor: uastitatem, & cõtritionem, famem & gladium: Illi simile est quod in Psalterio canitur, in psalmo LXI. Semel loquutus est deus, duo hæc audiui, quia potestas dei, & tibi dñe misericordia, quia tu reddes unicuiq; iuxta opera sua. Et ibi enim semel loquitur deus, quod omnipotens sit: & duo audit propheta, quod omnipotẽtia illius in utraq; parte præualeat, ut & pœnitentib. tribuat misericordiã, & permanentibus in peccato reddat supplicia quæ merentur. Iuxta quod & in alio loco duo occurrerũt Hierusalem, quæ singula bina habẽt. Ruinam enim siue uastitatem sequitur contritio, famẽ & gladium
Anagog. interitus. Possumus hæc iuxta anagogen, & super anima intelligere peccatrice, quæ nolẽs bibere calicem furoris domini, dicit
Psal. 6.a in Psalmo: Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Si autẽ biberit, bonum est et sua sentire supplicia, & audire dñm, dicentem, Quum ira furoris mei transierit, rursum curabo. Et alibi:
Hier. 8.b Nũquid qui cadit nõ resurget, dicit dñs? a ¶ *Filij tui indigentes, etc. sicut beta semic. etc.*] Pro beta semicocta, reliqui interpretates, orygem captum & illaqueatum, transtulerũt: qui Hebraicè appellatur שבו quod genus bestiæ nascentis in eremo, inter munda animalia in Leuitico & Deuteronomio ponitur. Pro quo Lxx. Syra lingua opinati sunt thoreth, quæ dicitur beta. Hoc de nomine, transeamus ad sensum: Filij tui sicut oryx uenatorũ laqueis irretitus, dormierunt in compitis & plateis: & super nudam humũ nuda membra ponentes, indignationem domini & increpationem dei sui proprijs miserijs indicarunt. Porrò iuxta Lxx. qui noluerunt habere diuitias spirituales in omni uerbo & scientia & operibus bonis, sed fuerint pauperes qui non sustinent comminationem, nequaquam habitabunt in domibus quæ uirtutibus extruuntur: sed in principijs uiarum & in exitu, tangentes omnia, & omnia relinquentes. Qui rectè dormire
Psal. 75.a dicuntur illo somno, de quo scribitur, Dormierunt somnum suum & inuenerunt nihil. Quo somno consopiuit eos rex Assyrius. Et comparant betæ semicoctæ, C
quod genus oleris est utilissimi & fragilissimi. De quibus oleribus, puto illud in Psalmis dici, Ne zeleris in Psal. 36.a
malignantibus, neq; æmuleris faciẽtes iniquitatẽ. Quũ sicut fœnũ uelociter arescent, & sicut olera herbarũ cito decident. Est enim ægrotantium cibus. Qui semel incredulus est, appellatur beta cruda: qui aũt simplici contentus fide, absq; ratione & dogmatum ueritate facit opera iustitiæ, potest dici beta cocta. Porro q inter uitia atq; uirtutes medius fluctuat, & duplici corde accedit ad seruitutẽ dei, iste rectissimè uocatur beta semicocta: ad
quem & in apocaly- Apoc. 3.c
psi Ioannis loquitur deus, Vtinam aut calidus esses aut frigidus: nunc autẽ quia tepidus es, euomam te. Qui tepidi & dormientes, pleni sunt furoris dñi, & dissoluti siue deficientes per dñm deum: non quo dñs, dissolutionis eorũ causa sit, qui mortem non fecit, nec delectatur in perditione uiuẽtium: sed quo qui in lege peccauerint, per legem iudicentur, quæ operatur iram dei his qui præuaricatores eius sunt.
b ¶ *Idcirco audi, etc.*] O Hierusalem cui dixi, Eleuare, eleuare, consurge & age pœnitentiam, quia bibisti de manu dñi calicem furoris eius, & eporasti eum usq; ad feces, & filij tui qui in toto orbe dispersi sunt, ducti captiui iacuerũt
in plateis, & in capitibus uiarũ: scito te esse paupercũlã & humiliatã & ebriã non à uino, sed furore dñi. Idcirco si egeris pœnitentiã, & eleuata surrexeris, scies calicem soporis & ruinæ, siue iuxta Symmachũ & Theodotionem, lacerationis & cõmotionis, de manu tua esse tollendũ: et condy pro quo et in hoc loco Symmachus craterem interpretatus est, te ultra nõ esse bibiturã, sed tradendũ aduersarijs tuis, qui dixerũt animæ tuæ, incurua ut transeamus: illisq; dicentibus, uolũtate propria incuruata es. Et posuisti quasi terram corpus siue dorsum, uel iuxta Lxx. media & ceruices tuas foris trãseuntibus. Hoc iuxta historiã dictũ sit, qđ Hierusalem si eleuare se uoluerit atq; consurgere, nequaq; bibat calicẽ furoris dñi, nec patiatur ultra quæ prius sustinuit. Cæterũ ut ueniamus iuxta Lxx. ad intelligentiã spiritualẽ, animæ dicitur humiliatæ uitijs & ebriæ perturbationibus, ut sciat

HEB. Quis tu ut timueris ab homine mortali, & à filio hominis, q quasi fœnũ ita arescet? Et oblitus es dei factoris tui, qui tetẽdit cœlos & fundauit terrã, & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius, qui te tribulabat & parauerat ad perdẽdũ. Vbi nũc est furor tribulantis? Citò ueniet gradiẽs ad aperiendũ, & nõ interficiet usq; ad interniciõẽ, nec deficiet panis eius. Ego aũt sum dñs deus tuus qui cõturbo mare, & intumescũt fluctus eius: dñs exercituũ nomen meũ. Posui uerba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ ꝓtexi te, ut plãtes cœlos & effundas terrã, & dicas ad Sion: Populus meus es tu. Eleuãre, eleuare, consurge Hierusalem
Esa. 40.b B corona eius quasi flos fœni, & territa iudicis potestate, oblita es quod ipse esset protector tuus, qui cœlũ fecit & terram, & omnia elementa quæ cernimus, uel eos cœlos qui portãt imaginẽ supercœlestis, & eam terram quæ sementem dñi multiplicat. Illud aũt quod suprà dicitur: Et non occidet in corruptionem, & non deficiet panis eius: de Theodotionis æditione ex Hebraico additum est. Ipse conturbat mare, & sonare facit fluctus eius: cui & in Psalmis canitur, Tu dominaris fortitudini maris, & commotionem fluctuum eius tu mitigas. In Hieremia quoq; scriptum est, Me non timebitis, dicit dominus, & à facie mea non formidabitis, qui posui arenas terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Turbata sunt maria, quando sagena domini extraxit piscium multitudinem. Et posuit dominus uerba sua in ore credentis, & in umbra manus suæ protexit eum. Qui & in Euangelio loquitur: Quando tradiderint uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabit cũ uobis in illa hora quid loquamini: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et in alio loco dicit ad iustum: Dilata os tuũ, & implebo illud. Et iterum: Aperi os tuũ uerbo dei. Dñs enim dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Vnde ad interiorem Hieremiæ hominem loquit deus: Postquam tetigit os eius, ecce ego dedi sermones meos in ore tuo. Qui poterat cum psalmista canere: Misit in ore meo canticum nouum, hymnum deo nostro. Quis autem hæc operatus est omnia, nisi dñs atq; saluator, qui cœlum fecit & terram, & dicit Sion, Populus meus es tu? Quẽ propriè ecclesiæ cõuenit degentibus cõgregatę. Et in Osee credentibus pollicet, dicens: Vocabo non populũ meum, populũ meũ: & ipse dicet mihi, deus meus es tu. a ¶ *Eleuare, etc.*] Hierusalẽ & Siõ esse ἀνώνυμον sæpe docui: quarũ Siõ, quæ interpretat speculatio, eo q; in mõte sita sit, arx uocat: reliqua aũt urbis pars, Hierusalẽ dicit, quæ prius appellabat Hiebus et Salẽ, quã nũc prophetæ cohortat ut surgat, quæ prius negatione corruerat, dicens in dñi passione: Crucifige, crucifige talẽ, non habemus regem nisi Cæsarẽ: & agat pœnitentiã, & captiuitatis sentiat malis, cur suũ offenderit creatorẽ. Solẽt medici amarissimam antidotũ, quæ ex gustu nomen accepit, dare stomacho nauseanti ut noxios humores euomat, & possit coctos cibos atq; digestos in aluũ transmittere, quos phlegmatũ magnitudo digeri nõ sinebat. Igitur & Hierusalem quæ bibit de calice furoris dñi, & de κόνδυ eius, quẽ Symmach. craterem interpretatus est, & quem iuxta Geneseos librum, Ioseph in sacculo fratris Beniamin iussit abscondi, iubetur de ebrietate consurgere, eo quòd biberit & uacuefecerit & potauerit eum usq; ad feces: quod tres uno indicauere sermone, ἐξεσράπησαν. Hic est calix, de quo in Psalmis legimus: Calix in manu dñi uini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in illud: uerũtamẽ fex eius nõ est exinanita, bibent oẽs peccatores terræ. De quo & ad Hieremiã deus loquit: Sume calicem uini meri de manu mea, & propinabis cunctis gentibus ad quas ego mittã te. Et bibent & uoment & insanient à facie gladij, quem ego mittã in medio eorũ. Cumq; alijs gentibus & Hierusalẽ urbibusq; Iudææ propinasse se dicat, infert: Sic dicit dñs omnipotens deus Israel, Bibite & inebriamini & euomite, & cadite à facie gladij quẽ ego mittam in medio uestri. Et nõ tandum quod calix iste furoris dñi gladius eius sit, qui in medio mittitur peccatorũ. In quo quæstio nascitur, quomodo post potũ, ebrietatem, uomitũq; & ruinam, in Hieremia dicatur Hierusalẽ non posse consurgere: & nunc per Esaiam loquatur ad eam, Eleuare, eleuare, cõsurge Hierusalẽ: quæ ita soluitur: Quamdiu quis bibit caliceꝫ, & inebriat, & insanit, uomitq; & corruit, non eũ posse cõsurgere: nec dum eũ epotauit calicem dñi, nec peruenit ad feces, ut eum usq; ad fundum biberit. Nũc aũt ad Hierusalem de præterito dicit tempore, quæ bibisti de manu dñi calicem furoris eius, & non quæ bibis. Simulq; considerandũ, quod non propheta, non apostolus exinde fuerit in Iudæa, qui eam consolatus sit, & apprehenderit manum eius, & iacentem eleuauerit. Ex quo manifestũ est, quod posi ultimam captiuitatem ista dicantur: alioquin in Babylone & post Babylonem, Ezechiel & cæteros prophetas habuisse eã, narrat historia

HEB. Salem, quæ bibisti de manu dñi calicem iræ eius, usq; ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti usq; ad feces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit. Duo sunt quæ occurrerunt tibi, quis contristabitur super te? uastitas & contritio, & fames, & gladius: quis consolabitur te? Filij tui ꝓtecti sunt, dormierunt in capite omnium uiarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione dñi, increpatione dei tui. Idcirco audi hæc paupercula & ebria nõ à uino. Hæc dicit dñator tuus, dñs, & deus tuus, qui pugnauit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adijcies ut bibas illũ ultra. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerũt, & dixerunt animæ tuæ, Incuruare ut trãseamus: & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi uiam pertranseuntibus.

SEPT. Salem, quæ bibisti de manu domini calicem furoris eius. Galicem enim ruinæ, κόνδυ furoris ebibisti & euacuisti, & non erat qui consolaretur te ex omnibus filijs tuis quos genuisti, & non erat qui apprehenderet manũ tuam, neq; ex omnibus filijs tuis quos exaltasti. Duo hæc cõtraria tibi, quis contristabit tecum? ruina, & contritio, fames, & gladius: quis consolabitur te? Filij tũi indigẽtes, & dormientes in capite omnium uiarum, sicut beta semicocta: pleni furoris domini, & deficientes à domino deo. Propterea audi humiliata & ebria non à uino. Sic dicit dominus deus, qui iudicat populum suum: Ecce tuli de manu tua calicem ruinæ, κόνδυ furoris mei, & non adijcies bibere illum ultra: & dabo eum in manus eorum qui te iniquè oppresserunt & humiliauerunt, qui dixerunt animæ tuæ, Inclinare, ut transeamus: & posuisti æqualia terræ media tua à foris transeuntibus.

Exurin plateis, & in capitibus uiarũ: scito te esse paupercũlã & humiliatã & ebriã non à uino, sed furore dñi. Idcirco si egeris pœnitentiã, & eleuata surrexeris, scies calicem soporis & ruinæ, siue iuxta Symmachũ & Theodotionem, lacerationis & cõmotionis, de manu tua esse tollendũ: et condy pro quo et in hoc loco Symmachus craterem interpretatus est, te ultra nõ esse bibiturã, sed tradendũ aduersarijs tuis, qui dixerũt animæ tuæ, incurua ut transeamus: illisq; dicentibus, uolũtate propria incuruata es. Et posuisti quasi terram corpus siue dorsum, uel iuxta Lxx. media & ceruices tuas foris trãseuntibus. Hoc iuxta historiã dictũ sit, qđ Hierusalem si eleuare se uoluerit atq; consurgere, nequaq; bibat calicẽ furoris dñi, nec patiatur ultra quæ prius sustinuit. Cæterũ ut ueniamus iuxta Lxx. ad intelligentiã spiritualẽ, animæ dicitur humiliatæ uitijs & ebriæ perturbationibus, ut sciat

Psal. 61.c

Ibid. 55.c

Ibid. 117.a

Ibid. 55.a

Psal. 88.b

Hier. 5.c

Matth. 13.f

Ibid. 10.b

Psal. 80.b

Ibidẽ 67.c

Hier. 1.b

Psal. 39.a

Osee 2.d

Ioan. 19.d

Gen. 44.f

D

Psal. 74.b

Hier. 25.d

Ibidem.e

Sup. eod. D

A ut sciat dñm habere se iudicē, & de omnibus redditurā esse rationē. Quod si fuerit ad meliora cōuersa, auferen dū calicē ruinæ de manibus eius & craterē furoris dñi, Ezech. 23.e qui supplicia cōminebat: de quo & Ezechiel dicit ad Hierusalē, Calicē sororis tuæ Samarię bibes profundum et

CAP. LII

latū ut inebrieris, tradendū in manib. eorū qui eā humiliauerant. Haud dubium quin aduersarias significet potestates: quæ dixerunt animæ illius, Incuruare, ut trāseamus. In quo pariter adnotandū, qđ non eam incuruauerint, nec uim fecerint, ut prius erecta inclinaretur in terrā: sed proprio arbitrio dereliquerint. Illa autē uoluntate sua posuerit ceruices uel dorsum, siue totū corpus suū, nō intus, sed foris, his qui eā cōculcauerint. Tale quid & in Euāgelio legimus, quod decē & octo annis Satanas incuruauerat mulierē, quā dñs ad statū pristinū erexit, ut posset dicere, Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxiliū mihi. Et, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo.

Luc. 13.b
Psal. 120.a
Ibid. 22.a

CAP. LII

CONsurge, consurge, induere fortitudine tua Siō, induere uestimētis gloriæ tuæ Hierusalē ciuitas sancti: qa nō adijciet ultra, ut pertrāseat p te incircūcisus et īmundus. Excūtere de puluere: cōsurge, sede Hierusalē: solue uincula colli tui, captiua filia Sion. Quia hęc dicit dñs, Gratis uenūdati estis, et sine argēto redimini

C

EXurge, exurge, Siō induere fortitudine tua Siō, & induere gloria tua Hierusalē ciuitas sancta: nequaq̄ ultra adijciet, ut pertrāseat per te incircūcisus & immundus. Excute puluerē, & exurge Hierusalē. Solue uinculū colli tui, captiua filia Siō. Quia hæc dicit dñs, Gratis uenundati estis, & sine pecunia redimini

Hier. 4.d

1.Cor. 7.d

bis dicere: Absq̄ uxore uocatus est, & credidit, non ducat uxorē. Vel econtrario: habēs uxorē, in Christū credidit, nequaquā diuortiū faciat. Quem sensum, nō solū in circumcisione & in præputio, sed in libertate ac seruitute custodit: ut liberos uocet uirgines & continētes, seruos qui uxori debitū reddant. Neq̄ enim potestatis nostræ est præputiū adducere post circumcisionē: iuxta

1.Mac. 1.b

eos qui in Machabæorū libro dicuntur sibi fecisse præputia: quod de nascentibus filijs, & nō de patrib. dicit. Aut qui liber uocatus est, magis seruus est Christi, quū in Christi baptismate nulla sit differentia Iudæi, ethnici, Græci & barbari, uiri & mulieris, liberi & serui. b ¶ Excutere, etc.] Nequaquā ad Hierusalē, id est, ad ruinas lapidū illius & cineres ac fauillas, prophetæ esse sermonē sed ad populū qui habitet in ea: & quod propter efferminationē animi, filia nominet, sequēs uersus ostēdit, in quo ait: Solue uincula colli tui captiua filia Siō. Vere em̄ captiuus est populus Iudæorū, qui usq̄ hodie Nabuchodonosor portat iugū, & peccatorū ac blasphemiarū suarū strictus est funib. qui gratis est uēditus, & nihil fecit dignū, propter qđ possit redimi. Cui & suprà dicit: Ecce peccatis uestris uenūdati estis, & in iniquitatib. uestris dimisi matrē uestram. Causasq̄ reddit cur uenūdati sint, cur abiecti. Quia (inquit) ueni, & nō erat homo: uocaui, & nō erat qui audiret. Ex quo manifestū est ideo errori & dæmonib. eos traditos: quia non audierāt clamātē: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis. Redimēt aūt qui uoluerint credere, nequaq̄ argento & pecunia, sed precioso Christi sanguine, ut audiāt per apostolos, Gratia uobis & pax, Nō em̄ ob merita, sed ob gratiā & fidē Christi deo reconciliati sumus. Animæ quoq; dicitur, quæ uitiorū polluta sordib. candorē pristinæ conuersationis amiserat: ut excutiat puluerē cū apostolis, qui adhæsit pedibus eius. Neq̄ enim fieri poterat, ut quæ prostrata subiecerat ceruices suas foris transeuntib. & media terræ sociauerat, dixeratq̄: Humiliata est in puluere anima mea, adhæsit terræ uenter meus, nō imaginē terreni acceperit. A qua nos reuocat apostolus, dicēs: Sicut portauimus imaginē terreni, sic portemus & imaginē cœlestis. Vnde qui in carne sunt, placere deo non possunt. Non quo carnis natura damnet, cuius cōditor deus est, & in qua plurimi placuerūt deo, regnantq̄ cū Christo: sed quo opera carnis repudient: de quib. idē apūs loquit: Ego aūt carnalis sum, uenundatus sub peccato. Denicq̄ ad huiusce modi homines dicit: Vbi aūt zelus ē, & æmulatio in uobis ē,

Mat. 11.d
Rom. 1.d
Matth. 10.b
Psal. 43.d
1.Cor. 15.f
Rom. 8.b
Rom. 7.c
1.Cor. 3.d

Nonne

A Nonne carnales estis, & secūdū hominē ambulatis? Et econtrario ad sanctos: Vos aūt non estis in carne, siquidē spiritus dei habitat in uobis. Excutit ergo puluis, de

Psal. 29.e

quo scriptū est: Nunquid confitebit tibi puluis, aut annunciabit ueritatē tuā, ut soluant uincula colli nostri. Et nequaquā audiamus: Neruus ferreus collū tuū, sed cū sponsa mereamur audire.

Cant. 1.c

Quām pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis: collū tuū, sicut monilia. Et iterū: Circundedi armillas manib. tuis, & monile collo tuo: ut graui onere liberati, & recipientes ornamenta pristina, captiui esse cessemus: redēpti ab eo, qui uenit prædicare captiuis remissionē. Et de

Sup. 45.c

quo scriptū est: Hic ędificauit ciuitatē meam, & captiuitatē populi mei reducet, nō cū precio neq̄ cū muneribus. Cui sensui & Petrus apostolus cōgruit: Scientes qm̄ nō corruptibilibus argento & auro redēpti estis de uana uestra cōuersatione patrib. tradita, sed sanguine agni immaculati. a ¶ Quia hæc dicit dominus, etc.]

2.Pet. 1.d

B Arguit populū Iudæorū, & uētura prædicit. Quod qui

Gene. 47.b

uoluntate sua in Iacob descendit ad Aegyptios, & tempore necessitatis ac famis peregrinatus est in terra Gessen: postea ab Assyrijs, quos in nullo læserat, calūniam

4.Re. 17.d & 25

sustinuerit, & in Babylonē captiuitate translatus sit. Vnde infert: Et nunc quid mihi est hic, dicit dñs? Et est sensus: Nihil habeo reliqui, propter quod in hac regione permanea: de qua populus meus ablatus est gratis, & uēditus peccatis suis: & quasi oryx rete cōprehēsus uel uirib. Romanorū, uel diaboli laqueis quibus uinctus hucusq̄ retinet. Vt aūt ista paterent, dñatores eorum ac magistri inique egerūt: qui iuxta Symmachū & Theodotionē, ululabūt: iuxta Aquilā, flebūt, cū tormētis traditi fuerint. Ipsi em̄ sunt qui aduersum saluatorē, populū concitarūt, ut cōsona uoce clamarēt: Crucifige, crucifige talē. De quibus & ante iam dixerat: Ipse dñs ueniet

Ioan. 19.c
Esa. 3.c

cū senioribus populi, & cū principibus eius. Vos aūt quare succendistis uineā meā, & rapina pauperis in domibus uestris? Quāobrē iuxta Lxx. loquit ad eos: Propter uos semper nomen meū blasphemat in gentibus. Et sciendū quod, in gentibus, nō habeatur in Hebræo: sed absolutē, nomen meū iugiter blasphematur, ut sub audiatur, in synagogis uestris, qui diebus ac noctibus blasphemāt saluatorē. Et sub nomine (ut sæpe dixi) Nazarenorū, ter in die in Christianos cōgerūt maledicta. Illis itaq̄ blasphemātibus & maledicentibus dño, populus eius de quo crebro iam dictū est, id est, populus Christianus, sciet nomē illius qui uēturus est in nomine patris. Et propterea sciet, quia ipse qui prius loquutus est per prophetas, præsens erudiet populos. Iuxta

Deut. 10.d

Lxx. loquit ad Israel deus, quod in Aegyptū uoluntate descenderit, dicēte in Deuteronomio Moyse: In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Aegyptū, & ab Assyrijs captiui uiolenter abducti sunt. Vnde dicitur ad eos: Et nūc quid estis hic? quid facitis in terra Iudæa: qui post necem prophetarū, in dei filium misistis manus? Aut certe ad angelicas potestates, & præsides templi angelos loquitur deus: Quid hic facitis: cur nō

relinquitis populū blasphemantē? Quod & Iosephus refert: Apertis repente ianuis templi & sponte reseratis, quas multi homines claudere uix poterant, uocē de adyris templi exisse dicentiū: Trāseamus ex his sedibus. In quo considerāda sermonū proprietas, quod nō dixerint, recedamus, sed trāseamus ad populū gentiū. Vnde & uelū templi à summo usq̄ deorsum scissum est in duas partes, ut omnes Iudæorū cerimoniæ panderentur, & eo tempore impleretur, quod in hoc eo dē prophetā dicitur:

C

Math. 27.e

Ex Sion egredietur lex, & uerbum dñi de Hierusalē. Et iudicabit inter multas gentes usq̄ in loginquū. In omnē em̄ terrā exiit sonus eorū, & in terminos orbis uerba eorū. Et in omni loco deo offertur incensum, & hostia mū

Sup. 2.a
Psal. 18.a

da, quando propheticus sermo completus est: Recordabuntur & reditbunt ad dñm omnes fines terræ, & adorabūt in conspectu eius omnes familiæ gentiū: quoniam dñi regnū est, & ipse dominabitur gentiū. Vnde

Psal. 21.f

D

dicitur ad principes Iudæorū: Admiramini & ululate, qm̄ uos causa estis ruinæ populi. Porro iuxta anagogen hoc possumus dicere, quod descendat in Aegyptū huius sęculi populus dei propria uoluntate, quādo amator magis uoluptatū quām dei est, & nō audit illud propheticū: Væ qui descendunt in Aegyptū ad auxiliū.

Mich. 3.d
Anag.
Sup. 31.d

Qui cū uitijs fuerit delinitus, & habitauerit in loco aquarū & fluminū, qui castitatis non habet siccitatē, tūc uiolenter tradetur Assyrijs ut dominentur ei qui eū postea in peccato arguant atq̄ conuincant. Ipsi sunt em̄ & inimici & uindices, de quibus loquitur ad Israel: Et nūc quid tibi est, & uiæ Aegypti ut bibas aquā Geō, & quid tibi est & uiæ Assyriorū ut bibas aquam fluminū? Qui igitur descendit in Aegyptū, & de excelso Hierusalē ad humiliora delapsus est, uadensq̄ Hiericho alteram Aegyptū, à latronibus uulnera plura suscepit: dicitur ad eū, Et nunc quid uobis est hic? quid in terra & in ecclesia dei uos esse similatis, qui studio atq̄ omni desiderio descendistis in Aegyptū: & ab Assyrijs possidemini, captiq̄ estis: & ululare magis ac lugere debetis: quia propter uitia uestra atq̄ peccata, nomen dei blasphematur in gentibus? quibus in Ezechiele dicitur, Cōtaminastis

Hier. 2.d
Ezech. 36.c

nomen meū in gentibus. Et quomodo in euangelio discipulis loquitur dñs: Luceat lumē uestrū coram hominibus ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrē uestrū qui est in cœlis. Sic econtrario, cū mala opera fecerimus, nomen dei propter nos blasphematur in gentibus. Idcirco qui habet scientiā nominis dei, & qđ ad imaginē & similitudinē illius sit conditus non ignorat, in luce uersabitur. Et erit in illa die de qua exultauit

Matth. 5.b

Abraham quod uidisset eam: de qua & sanctus loquit

Ioan. 8.g

Dauid: Hæc est dies quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea: Qui em̄ illuminauerūt sibi lucē scientiæ, & habent lumē sempiternū, qđ credentib. repromissum est: Erit tibi dñs lux æterna, in die honeste ambulāt, & sunt filij lucis & diei, & cognoscunt eum qui dicit ad Moysen: Vade, dic filijs Israel, Qui est, misit me: & quem in

Psal. 117.c

Exod. 3.d

sanctis ante cognouerant, etiam sibi adesse cognoscent.

¶ Quam

A a ¶ *Quàm pulchri super montes pedes, etc.*] Consequenter de eo qui supra dixerat, Ego ipse qui loquebar, ecce adsum: Nunc prophęta testatur quod ipse super montes euangeliū prædicarit, id est, super apostolos: de quibus scriptū est, Appropinquate montibus æternis, & quorum doctrina illuminatio dei est. Vnde ad eū in psalmis dicitur, Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Hic annunciauit & prædicauit pacem his qui erant longe, id est, gētibus: & prope, hoc est Iudæis, mundum recōciliās deo: de quo sub nomine Salomonis in psalmo canit, Orietur in diebus eius iustitia & multitudo pacis, donec auferatur luna. Et in hoc eodē ꝓphęta de puero qui natus est, & de filio qui datus est nobis, cuius principatus in humero eius, & uocabit magni consilij angelus, post reliqua dicitur: Et pacis eius non erit terminus. Ipse est em̄ pax nostra, qui pacificauit omnia per sanguinem crucis suæ in cœlo & in terra. Qui locutus est apostolis: Pacē meam do uobis, pacē meam relinquo uobis. Et annunciauit nobis bona: nō quæ à philosophis appellantur indifferentia, sed quæ uere bona sunt, quæ dat pater peretnib. se, id est, omnes gratias spiritus sancti. Deniq; alter euangelista in eodem loco scribit: Quanto magis pater uester qui est in cœlis dabit spiritum sanctum petētibus se? Hæc sunt bona quæ credentibus dominus pollicetur. Audite me & comedetis bona: & delectabitur in bonis anima uestra: & nō solum bona, sed salutē omnibus nunciauit, quā ipse præbuit qui dicit Sion, id est, ecclesiæ: Regnauit deus tuus. Vnde & Apostolus loquitur ad sanctos: Nō regnet peccatū in uestro mortali corpore, ut obediatis desiderijs eius. Et de peccatoribus scribēs: Mors, inquit, regnauit ab Adam usq; ad Moysen. Quodq; sequitur: Vox speculatorū tuorum siue custodum tuorum, apostolos significat: de quibus & in alio loco ad ecclesiam loquitur deus: Super muros tuos constitui custodes, qui nunq; tacebunt recordantes dñi: qui exaltabūt uocem de sublimibus differentes. Vnde dicitur ad eos: Super montem excelsum ascende qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas Hierusalem. Isti pari deū uoce laudabunt, & oculis uidebūt ad oculos. Quod alijs uerbis Apostolus dicit: Facie ad faciē: quādo sanctus canit: Oculi mei semper ad dñm. Et: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Et dominus respondebit ei, Oculi enim domini super iustos, & aures illius in precem eorū. Hoc quod Septuaginta transtulerunt ὡς ὥραι, id est, sicut hora super montes: sicut pedes euangelizantis auditum pacis: & reliqua. Paulus sequēs sensum Hebraicæ ueritatis, ponit in epistola ad Romanos: Quàm speciosi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem: apostolos intelligi uolens, quorum dominus lauit pedes, ut mūdi & pulchri essent ad prædicandū, & in toto orbe discurrerent, breuiq; doctrina Christi implerent mundum. ὥραι autem, id est, hora, iuxta Lxx. & ambiguitatem sermonis Græci, aut tēpus significat, aut pulchritudinē. Si tēpus illi aptabit: Tempore opportuno audiui te, & in die salutis adiutor tui fui. unde infert Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Opportuno em̄ tempore pro cunctis sanguinem fudit, quando omnes declinauerunt, simul inutiles facti erant. Non erat qui faceret bonū, non erat usq; ad unum: ut pro omnibus gustaret mortē, quia omnes peccauerant, & indigebāt gloria dei. Si autem pulchritudinem ad illud referamus qđ in Psalmo dicit: Speciosus forma præ filijs hominum. Quid em̄ pulchrius quàm ut forma serui fieret forma dei, & sederet & regnaret cū Christo in cœlestibus: potest ὥρα secundum Græcæ linguæ latitudinē, cura dici & solicitudo: iuxta illud quod sanctus ait: Multiplicabis me in anima mea uirtute tua. Pro, Multiplicabis me: in Græco dicitur, πολυωρήσεις με, quod est, multa cura & solicitudine dignum habebis. Et alibi: Secundum altitudinem tuam ἐπολύρησας filios hominum: quod alijs uerbis Græce dicitur, πλὴν ὥραιον ὥραιον τοῦτ' ἔστι φροντίδ' ἠξίωσας. Sed hæc superflua sunt, & speciosi magis pedes Christi uel apostolorum accipiendi: quod præter Septuaginta omnes similiter transtulerunt, Paulo eorum interpretationem probante. b ¶ *Gaudete & lætate simul deserta Hierusalē, etc.*] Ducto in captiuitatem populo Iudæorum, & urbe succensa, aut rarus erat in Hierusalem aut nullus habitator. Postquàm autem qui prius loquebatur in prophetis, & erat in principio apud deum, deus uerbum habitauit in nobis, & caro factus est: instaurata sunt deserta Hierusalem, & uenit ille de quo scriptum est, Hic ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei reducet, ut nequaquam plangatur ab Hieremia: Quomodo sedet sola ciuitas quæ erat plena populis, facta est quasi uidua quæ erat multiplicata in gentibus: sed audiat David canentem: In conuertendo dñs captiuitatem Sion, facti sumus tanquā consolati. Et post paululū: Facti sumus lætantes. Et sciamus nequaquā hæc dici de populo Iudæorū, sed de omnibus qui per apostolos in dñm crediturī sunt, ponit & dicit: Qui consolatus est eam, siue misertus est eius, & qui eruit uel redemit eam, ipse parauit siue reuelauit brachium sanctum suum, in conspectu omnium gentium, & uidebūt omnes fines terræ salutare dei nostri. Ex quo perspicuum est, extructa per apostolos spirituali Hierusalem, id est, ecclesia, quæ à Iudæis fuerat derelicta, reuelari brachium domini cūctis gentib. & uidere salutare eius omnes fines terræ. Quod dupliciter intelligitur: aut enim reuelat pater brachium suum cunctis gentibus, aut filius reuelat fortitudinem suam, de quo scriptum est: Virtus enim ab eo egrediebat & sanabat omnes. Et iterum: Sensi uirtutē exisse de me, quæ sanauit hæmorrhoussam. Quod aūt filius dei, patris dextera appelletur & brachium, multa sunt testimonia

A tionia ē quibus pauca dicemus. Saluabit sibi dextera eius: & brachiū sanctū illius. Et alibi: In brachio meo gētes sperabunt. De quo & Iacob dicit: Hic erit expectatio gentiū. Et octogesimus octauus psalmus: Tuū brachiū cum potētia. Hoc brachio eduxit dñs populū Israel de terra Aegypti. De quo ad apostolorū principē loquebat: Beatus es Simō Bariona, qa caro & sanguis non reuelauerunt tibi: sed pater meus qui est in cœlis. Et apls Paulus de se: Quando, inqt, placuit deo qui separauit me de utero matris meæ, ut reuelaret filiū suū in me. Quod aūt cunctis gentibus omnes terræ terminos copulauit, qui uiuri sunt salutare dei: illud ostēdit quod & in alio loco dicit: Cōuertimini ad me ab extremis terræ: & saluti eritis. Et per Hieremiā: Ad tē gētes uenient ab extremis terræ. Et iterū: Recordabuntur & conuertentur ad dñm omnes fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius oēs familiæ gentiū, quia dñi est regnū, & ipse dominabit gētiū: ut non solū uarietas gentiū singularū, sed & oēs mundi cardines crediturī prenuncient in Christo. Iuxta id quod ipse loquit: Cū aūt prædicatū fuerit hoc euangeliū in toto mundo, tūc erit finis. Alij summitates & extrema terræ, eos intelligi uolūt, qui non in media terra, sed in extremis eius instar rotarū finib. cōsistētes, humilia desciunt & ad excelsa festinant. c ¶ *Recedite, recedite, etc.*] Et hoc Iudæi sic disserere conantur: Exite de Babylone, & idola illorū derelinquite. Exite de medio illius, & uasa quæ Nabuchodonosor capta Hierusalē tulerat, Cyro laxāte captiuos sub Zorobabel & Esdra, referte in rem plū: nec sicut prius de Aegypto cum tumultu & timore fugistis, ita egredimini de Babylone, sed cū pace & uolūtate regis Persarū atq; Medorū, in quo dñi uoluntas apparuit, qui ꝓexit & cōgregauit uos. Alij quæ de Babylone diximus, de Romano regno interpretant, qđ in aduentu Christi qui eos liberaturus sit, hæc omnia compleant. Nos aūt audientes supra: Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicātis pacē, Et: Reuelabit dñs brachiū suū in cōspectū omniū gentiū, & uidebūt oēs fines terræ salutare dei nostri: nequaq; hoc de Iudæis, sed de Apostolorū omniūq; sanctorum intelligimus choro. Quibus præcipit, ut recedāt de Hierusalē, & in toto mūdo euangeliū prædicēt, dicēte dño saluatore: Ite & docete oēs gentes: baptizātes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti: ut nequaq; cum Iudæis blasphemantibus maneant, in quorū necē Romanus paretur exercitus, sed pollutos derelinquāt, & separent ab eis atq; mundent, qui portant uasa dñi. Tēplū em̄ sunt spiritus sancti, & magnæ domus uasa aurea & argentea. Qualis fuit apostolus Paulus, qui uas electionis dicit: præparauerat em̄ se in uas preciosum & aptū in ministerium dei. Vel certe hoc dicendum, quod uasa domini, armatura dei sit spiritualis. De qua & Paulus apostolus loquebat: Induite uos armatura dei, & per singula enumerat: Loricā iusticiæ, & clypeū fidei, & galeā salutis, & gladiū spiritus, qui interpretat uerbum dei. Ad hæc addit, cingulū ueritatis, & calceatos pedes in præparatione euāgelij pacis. Et in alio loco: Deponentes ergo opera tenebrarū, induamur arma lucis. Sequitur: Non in tumultū exibitis, nec in fuga properabitis. Neq; enim ut uicti de Hierusalem, sed ut uictores recesserunt, ut qui quotidie prædicātes in templo euangelium dei, multa milia ludæorū Christi fidei subiecerāt, etiam mundum illius euangelio subiugarēt. Præuium enim habebāt dñm, qui cōgregaret eos, deum Israel, hoc est, de orbe terrarum unum gregē faceret, ut impleret illud qđ dñs in euangelio ad patre loquitur: Da ut sicut ego & tu unum sumus, sic & isti in nobis unum sint: ut eodem sensu & eadem sententia, repugnantia inter se uitia atq; contraria deserentes, unam apprehēderent solāq; uirtutē. Neq; enim uitia & perturbationes inuicē se sequūtur, quod de uirtutibus dicitur, in quibus nec ὑπερβάσεις sunt, nec ἐλλείψεις, id est, nec plus nec minus, sed omnia tēperata. Porrò in uicijs uniuersa cōtraria sunt, ut pauor audacia, impietati superstitio, luxuria parcitati. b ¶ *Ecce intelliget, etc.*] Ne ulla legētibus ambiguitas relinquatur, quis sit ille qui dixerit: Ego qui loquebar, ecce adsum. Et quod sit brachiū sanctū dñi, quod cunctis gentibus reuelatū est, deus omnipotens pater perspicue docet. Ecce intelliget seruus meus siue puer meus, de cuius differentia supra diximus. Intelliget autē non ut uerbū dei atq; sapiētia, sed ut seruus & puer. Qui cū in forma dei esset, formā serui dignarus est accipere, factus obediens patri usq; ad mortē, & mortē crucis. Quamobrē exaltauit eū, & donauit illi nomen super omne nomē. Qui loquit in psalmo: Benedicā dñm qui tribuit mihi intellectū, & de quo Dauid canit: Qui fecit cœlos in intellectu. Ipse est enim sapiētia atq; intelligentia qui ꝓficiebat quasi puer ætate atq; sapiētia, de quo loquitur & Petrus: Deus patrū nostrorū glorificauit filiū suum Iesum, quē uos quidem tradidistis & negastis ante faciē Pilati uolentis eum dimittere. Vos aūt sanctū & iustum negastis, de quo & supra scriptū ostēdimus. Ego testis, dicit dominus, & puer quē elegi, super ipsum stupebūt plurimi cum illius signa perspexerint. Et hinc erit maius miraculū quod inglorius erit inter homines aspectus eius: non quo formæ significet fœditatem, sed quo in humilitate uenerit & paupertate. Qui cū dives esset, pro nobis pauper factus est, & credentibus dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: de quo & Clemens uir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios: Sceptrum dei dñs Iesus

A Iesus Christus non uenit in iactitia superbiæ, cū posset omnia, sed in humilitate, intantū ut uerberatus à mini
Ioan. 18.d stro sacerdotis, respōderit, Si male locutus sum, argue de peccato: si aūt bene, quid me cædis? Habēs xij. angelorū milia quæ illius nutibus obedirent. Iste asperget gētes multas, mūdās eas sanguine suo, & in baptismate dei cōsecrans seruitutī. Sup ipsum cōtinebunt reges os suū & principes seculi: quorū omnis sapientia, crucis prædicatione subuersa est, & qui nō habuerant legē & ꝓphetas, & quibus de eo non fuerat nūciatū, ipsi ui debunt & intelligent. De quib. loquit & sal
Ibid. 20.g uator: Beati qui non uiderunt & crediderunt. In quorū cōparatione, ludęorū duricia reprehēdit, qui uidentes & audiētes Esaiæ in se uaticinū compleuerūt, dicētis:
Esa. 6.c Auditu audietis, & non intelligetis, & uidētes aspicietis, & nō uidebitis. Incrassatū est enim cor populi huius & auribus graB uiter audierunt.

CAP. LIII

Quis credidit auditui nostro, etc.] Post uerba patris, quibus filiū suū mundo nunciauerat esse uenturū, & ante scandalū crucis, de quo dicturus erat: Inglorius erit aspectus eius: & forma eius præ filijs hominū: gloriā præmiserat resurrectiōis: Exaltabit & eleuabit, & sublimis erit ualde, ut humilitate crucis resurrectiōis gloriā præueniret. Respōdit ꝓphetarū chorus se implesse officiū, & quantū in se fuit, brachiū illius atq; uirtutē omnibus nūciasse. In eo aūt quod dicit: Quis credidit auditui nostro, & brachiū dñi cui reuelatū est raritatē credentiū significat ex ludęis. Quodq; sequit: Ascendet sicut uirgultū corā eo, pro quo Lxx. trāstulerūt, ἀνεβλάστησεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ. i. Annūciauimus sicut paruulū corā eo. Pro uirgulto, Symmachus, ramū interpretatus est, ut assumptū ostēderet hominē q ꝓcessit de utero uirginali. De quo infert: Sicut radix de terra sitienti, Pro sitiēti, Aquila interpretatus est inuia, ut uirginitatis priuilegiū demōstraret, quod absq; ullo humano semine de terra prius inuia sit creatus. Iste est de quo &
Supra 11.a supra legimus: Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, ut natiuitatē eius & ascēsum significet in mūdo. Sin aūt non habebat speciē neq; gloriam, sed forma ipsius erat ignobilis & deficiens præ filijs hominū: siue ut habet in Hebræo, despectus & nouissimus
Psal. 44.a uirorū: quō in psalmis dicitur: Accingere gladio tuo super fœmur tuum potētissime, pulchritudinē & decorē tuo. Quod facile soluitur: Despectus erat & ignobilis, quādo pendebat in cruce, & factus pro nobis maledictum peccata nostra portabat. Et loquebatur patri:

CAPVT LIII

Domine quis credidit auditui nostro: et brachiū dñi cui reuelatum est? Annunciauimus quasi paruulū in cōspectu eius: sicut radix in terra sitienti. Non est species ei neq; decor, & uidimus eū, & nō erat aspectus, & desideraui mus eū, despectū & nouissimū uirorū, uirū dolorū, & scientē infirmitatem: & quasi absconditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eū. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eū quasi leprosum & percussum à deo & humiliatū. Ipse aūt uulneratus est ꝓpter iniqtates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ sup eū, & liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues erauimus: unusquisque in uia sua Deus meus quare me dereliquisti. Inclytus autē erat, & C
decorus aspectu, quando ad passionē eius terra cōtre- Mat. 27.f
muit, saxa dirupta sunt, & fugiente sole, æternā noctem elementa tumuerunt. De quo & sponsa in Cantico can- Cant. 5.c
ticorū: Fratruelis meus candidus, & rubicundus, electus de milibus. Candidus plenitudine ac puritate uirtutum: rubicundus in passione, de qua postea lecturi sumus: Quis est iste qui ascēdit de Edom, fuluida uestimēta eius, ex Bosor: electus de milibus in resurrectionē, ut qui erat primogenitus omnis creaturæ, primogenitus fieret ex mortuis. Quod autē infert: Homo in dolore & sciens ferre infirmitatem: Siue uirum dolorum & scientem infirmitatem, uerum corpus hominis & uerā demonstrat animam, qui sciens ferre infirmitates, omnes eas diuinitate superauit. Et absc̄ditus uultus illius atq; despectus, ut humano corpore, diuina potētia cælaretur. De quo su- D
pra dictum est: Tu es deus absconditus, & nesciebamus. Qui uere languores nostros & peccata portauit, & pro nobis dolet: non putatiue .i. οἰομένως, ut uetus & noua hæresis suspicantur, sed uerè crucifixus est: uerè doluit, dicens in euangelio: Tristis est anima mea usq; ad mortem: Et: Anima mea turbata est. Et Mat. 26.d
nos putauimus eum esse immundum, siue ὡς πόνῳ, id Psal. 6.d
est, in dolore, ut Lxx. transtulerunt, pro quo Aquila & Symmachus posuerūt: leprosum, Theodotio: flagellatū. Quod alijs uerbis Hebraico idiomate lepra intelligitur, iuxta illud quod in psalmo scriptum est: Et flagel- Psal. 90.b
lum non appropinquabit tabernaculo tuo. Et est sensus: Putauimus eum pro peccatis suis à deo esse percussum, qui humiliatus est propter nos, & cum latronibus crucifixus. Pro eo quod Symmachus transtulit, ὡς ἀλφὼ ὄντα, hoc est, in lepra. Aquila posuit ἀλφημένον id est, leprosum, quod multi non intelligentes, putant relictū, & alij legunt κεδημένον, id est, sedentē. In principio capituli, in quo iuxta Lxx. dicitur, Domine quis credidit auditui nostro, & brachiū domini cui reuelatum est, quo testimonio & apostolus Paulus utitur ad Romanos, edissērens illud super domini passione, Do- Rom. 10.f
minus in Hebraico non habet, sed pro intelligētia personæ ad quam dicitur, additū est. b ¶ Ipse autē uulneratus est, etc.] Nos, inquit, putauimus eum uirum dolorum. Siue iuxta Lxx. esse in dolore & percussum à deo, & propria sustinere peccata. Ille autē uulneratus est propter iniquitates nostras, dicens in psalmo: Foderūt ma- Psal. 21.d
nus meas & pedes, ut suo uulnere, uulnera nostra curaret: & attritus est siue infirmatus propter scelera no- Gala. 3.b

A stra, ut factus ꝓ nobis maledictū, nos liberaret de maledicto. Maledictus em̄ omnis homo q pēdet in ligno.
Ephe. 2.c Vnde disciplina pacis nostræ super eū est. Quod enim nos pro nostris debebamus scelerib. sustinere, ille pro nobis passus est, pacificans per sanguinē crucis suæ, siue quæ in terra, siue quæ in cœlis sunt. Ipse est em̄ pax nostra, qui fecit utraq; unū, & mediū parietē maceriæ soluens inimicitiam in carne sua, & liuore eius sanati sumus. Ex quo perspicuū est: sicut corpus flagellatum atq; laceratū signa iniuriæ in ubicibus ac liuore portabat, ita & animam uerè doluisse ꝓ nobis, ne ex parte ueritas, & ex parte mendacium credatur in
Rom. 3.c Christo. Omnes, inquit, quasi oues erauimus, & indiguimus misericordia dei
Psal. 118.y dicētes in psalmo: Erraui sicut ouis perdita, quæ in euangelij
Mat. 18.b parabola, boni pastoris atq; soliciti humeris reportata est. Quę sint aūt istæ oues, sequens uersus ostēdit: Homo in uia
B sua errauit, siue unusquisq; in uia sua declinauit: ut ꝓ prium sequeretur errorē, & rectam uiam deserens, de crucifixo diuersa sentiret. Dominus autem posuit in eo
Ioan. 18.b iniquitatē omniū nostrū, siue tradidit eum pro peccatis nostris, ut quod propter imbecillitatē uitium ferre nō poteramus, pro nobis ille portaret, qui oblatus est, quia ipse uoluit. Non enim necessitate crucē, sed uolun
Mat. 16.d tate sustinuit, dicens in euangelio: Calicē quē mihi dedit pater, non bibam illum? Et ad Petrū qui scandalizabatur à crucis nomine, quia nesciuit mysteriū & huma
Mar. 14.e no pauore trepidabat: Vade retro me Satana, scandalū es mihi, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Alioqui si non propria uoluntate esset oblatus, qui indicare & prædicere poterat proditorē, & Apostolis loquebatur: Omnes uos in hac nocte in me scanda-
Ioan. 18.d lum sustinebitis, poterat eos qui ad se missi fuerāt declinare, quibus occurrit intrepidus, & ultro se obtulit, dicens: Quem quæritis? Qui statim ceciderunt retrorsum. Vocē enim præsentis dei ferre non poterant. Pulchreq; addidit: Et non aperuit os suū. Qui dicenti Pilato: Mihi non loqueris? noluit respondere. Siue iuxta Lxx. Afflictus non aperuit os. Aut iuxta Symmachū & Theodotionē: audiens non aperuit os suum. b ¶ Sicut
Act. 8.e ouis ad occisionē ducetur, etc.] Hoc testimoniū, cum in Actibus apostolorū reginæ Cādacis eunuchus rheda uehetur, & legens non intelligeret, interpretante Philippo super passione & nomine saluatoris, intellexit: & statim baptizatus in agni sanguine quē legebat, uir meruit appellari, & Apostolus genti Aethiopum missus est. Qui igitur oblatus est Pilato, quia ipse uoluit, &
1. Cor. 5.b non respondit, ut patibulum pro nobis damnatus ascenderet: ipse sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente obmutuit. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus, quem Ioannes baptista monstrabat, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Qui & in Apocalypsi Ioannis euan- C
gelistæ, agnus occisus sæpe memoratū. Qui de seipso lo- Hiere. 11.d
quit in Hieremia: Ego autē sicut agnus innocēs, & duc- 2. Cor. 5.d
tus ad uictimā nesciebā. Cum enim nesciret peccatū, Heb. 2.d
pro nobis peccatū factus est. Et sicut agnus cum ducit ad uictimam non repugnat, sic ille passus est uoluntate, ut destrueret eū, qui mortis habebat imperiū, Philip. 2.a
humilians se usq; ad mortem, & mortem crucis. Hic agnus est Exod. 12.b
in cuius typo immolabatur agnus, cuius cruor linitus in postibus, exterminatorē fugabat Aegypti: qui non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuit ut algētes infidelitate, sua uestē calefaceret, & audiremus Apostolum nobis loquentē: Galat. 3.g
Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis. Et in alio loco: Induimini Christo Iesu. Quōq; Rom. 13.d
sequitur: De angustia & de iudicio sublatus est. Siue ut Lxx. D
transtulerunt, ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, id est, in humilitate iudiciū eius ablatū est, illud significat quod de tribulatione atq; iudicio ad patrē uictor ascenderit, siue quod iudex omniū, iudicij non reperit ueritatē, sed absq; ulla culpa, seditione ludæorū & Pilati uoce damnatus sit. Vnde admiratur Propheta ꝙ omniū deus se tradiderit passioni. De quo Paulus loquitur: Si
1. Cor. 2.c enim credidissent, nunq̄ dñm gloriæ crucifixissent. Sequitur: Generationē eius quis enarrabit? Quod dupliciter intelligitur: Aut enim de diuinitate eius accipiendum est, quod impossibile sit diuinæ natiuitatis nosse mysteria. De qua ipse loquitur in prouerbijs: Ante om
Prou. 8.b nes colles generauit me. Iuxta illud qđ alibi legimus: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius
Rom. 11.d eius fuit? id est, nullus. Aut de partu uirginis, qđ difficulter possit exponi. Denicq; cum Mariæ diceretur ab angelo: Cōcipies & paries filium: Illa respondit: Vnde
Luc. 1.e mihi hoc, quia uirum non cognoui? Cui rursum angelus: Spiritus, inquit, sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ut uel ab angelo uel ab euangelista tantum natiuitatis huius sacramenta dicantur. Cuius narrator rarissimus est, secundū illud: Quis sa-
Osee 14.d piens & intelliget hæc, intelligens & cognoscet ea? Sin autē prudens lector tacita cogitatione responderit: Et quomodo scriptum est: Nemo nouit filium nisi pater,
Luc. 10.d & nemo nouit patrē nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: Et qui nouit patrē & filium, utiq; & generationis potest enarrare mysterium: Audiat aliud esse nosse, aliud eloqui: quia frequenter quæ mente concipimus, sermone explicare non possumus. Ergo & mysterium diuinæ natiuitatis in corpore, possunt sancti, fide magis nosse quam dicere. Alioquin & Apostolus raptus
2. Cor. 12.d in tertium cœlum, & in paradisum, audiuit uerba quæ nequaq̄ ualet humana lingua proferre. Sed & spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Istius igitur, cuius generationem, aut nullus, aut rarus enar-

A rare potest, sublata est uita de terra, ut nequaq̃ in terra sed in cœlo uiueret. Siue absciſſus est de terra uiuentiũ, ut impleret de eo qđ ſcriptũ in Apocalypſi Ioãnis: Ego ſum primus & nouiſsimus, qui uiuebam & ſum mortuus, & ecce uiuo in æternũ, ut poſt uitã quam uixit in terra mortuus terræ, cœlis uiueret in æternũ. Quodq; iũgitur: Propter ſcelus populi mei percuſsit eos. Siue iuxta Lxx. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον, id eſt, ab iniquitatib. populi mei ductus eſt ad mortẽ: Duplicem ſenſum habet. Aut enim pſecutores & ſceleratos populi ſui, ſua morte percuſsit. Aut propter magnitudinẽ peccatorũ populi, quẽ ſemper peculiarẽ habuit, ductus ad mortẽ eſt, ut illos ad uitã ſua morte reuocaret. Ipſe dedit impios ,p ſepultura ſua, & diuitẽ pro morte ſua. Siue peſsimos, ,p ſepultura eius, & diuites ,p morte eius, utrũq; populũ ſignificãs: ut in malis & peſsimis q ante dei noticiã non habebãt, oſtẽdat gentiũ multitudo: in diuitib. quorũ erat teſtamentũ & legislatio & prophetæ, Iudaicus populus demonſtret. Ergo ideirco paſſus eſt dñs & ſepultus, ut ex utroq; populo ſibi eccleſiã cõgregaret. Siue hoc dicendũ, ,p ſcribas & phariſæos, ac Sadducæos, ſacerdotes &
B pontifices, q in populo ante regnabant, & nimijs opibus affluebãt, poſt dñi paſsionem Romanis tradiderit deus, & æternæ ſubiecerit ſeruituti. Iſte pro cuius ſepultura & morte, impij diuitesq; ſunt traditi, iniquitatẽ nõ fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eius. Quod de nullo penitus hominũ intelligi poteſt, ut nec opere nec ſermone peccauerit, dicẽte ſcriptura: Nemo mũdus à ſordibus, ne ſi unius quidẽ diei fuerit uita eius: & oẽs ſicut oues erauimus, unuſq;q; in uia ſua declinauit: niſi de illo, q peccata noſtra portauit, & ,p nobis dolet & uulneratus eſt ,p iniquitatib. noſtris. Et affligitus eſt ,pter ſcelera noſtra, cuius liuore ſanati ſumus. Super quo & princeps apoſtolorũ Petrus hoc teſtimoniũ ediſſerẽs ait: In hoc enim uocati eſtis, qa & Chriſtus paſſus eſt ,p nobis, relinquẽs nobis exẽplũ ut ſequamini ueſtigia eius. qui peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore ipſius. qui cũ malediceret, nõ maledicebat, & cũ paterẽt, nõ cõminabat. Dñs aũt uoluit mũdare eũ plaga, quã lãcea militis pcuſsus acceperat. Siue cõterere eũ in infirmitate ac uulnere. De quo & ipſe dicebat: qm̃ quẽ tu pcuſsiſti, ip ſi pſecuti ſunt. Et ,p Zachariã loquit deus: Percutiã paſtorẽ, & oues diſpergent. Ergo ut paterẽt nõ fuit neceſsitatis, ſed uoluntatis patris & ſuæ, ad quẽ ipſe dicebat: Deus, ut facerẽ uoluntatẽ tuã uolui. De quo & ſupra legimus: Oblatus eſt, qa ipſe uoluit. *a* ¶ *Si poſuerit, etc.*] Iuxta Hebraicũ hic ſenſus eſt: Si poſuerit ,p peccato animã ſuã ille quẽ dñs cõterere uoluit ſiue mũdare, uidebit ſemẽ longæuum quod ſeminauit in bona terra. De quo in euãgelio ſcriptũ eſt: Exiuit qui ſeminat ſeminare. Et iterũ: Simile eſt regnũ cœlorũ homini qui ſeminauit bonũ ſemẽ in agro ſuo. Et uoluntas dñi in manu illius dirigẽt, ut quicqd pater uoluit, illius uirtutib. impleaꝛ, dicẽtis ad patrẽ: Ego ſeruaui eos in nomine tuo quos dediſti mihi. Cuſtodiui & nemo ex his periit, niſi filius perditionis. Semẽ aũt uidebit æternũ, & uoluntas

Apoc. 1.d

HEB. Si põſuerit pro peccato animã ſuã uidebit ſemen longæuũ, & uoluntas dñi in manu eius dirigẽt: pro eo q laborauerit anima eius, uidebit & ſaturabitur: in ſciẽtia ſua iuſtificabit ipſe iuſtꝰ ſeruos meos multos: & iniquitates eorũ ipſe portabit. Ideõ diſpertiã ei plurimos, & fortiũ diuidet ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortẽ animã ſuam, &

Iob 25.b

1. Pet. 2.d

Zach. 13.d

Mat. 13.d

Ioan. 17.b

patris in manu illius dirigẽt. Quia laborauit anima eius multo tẽpore, requiẽ non inuenies in Iudæis, & dicens in euãgelio: Vulpes foueas habẽt, & uolucres cœli nidos, filius aũt hominis non habet ubi caput reclinet. Et in hoc eodẽ ,ppheta: Laboraui ſuſtinẽs. Quia igit laborauit, uidebit eccleſias in toto orbe conſurgere, & earũ ſaturabit fide. Deniq; cũ eſuriens & ſitiens ſediſſet ſuper puteum Iacob, mediũ diem ſole torrẽte, emptis cibis uti noluit, quia iam Samaritanæ & exeuntis ad eũ ciuitatis Sichẽ, fide ſatiatus erat. Iuxta quẽ ſenſum dicens inter octo beatitudines: Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſticiã. In ſciẽtia ſua, id eſt, in doctrina, ipſe iuſtus, qui peccatũ nõ fecit, nec dolus inuẽtus eſt

SEP. Si dederitis pro peccato, anima ueſtra uidebit ſemẽ longæuũ, & uult dñs auferre de dolore animam eius, oſtendere ei lucem, & formare intelligentiam. Iuſtificare iuſtum bene ſeruientem multis, & peccata eorum ipſe portabit. Propterea ipſe poſsidebit multos: & fortium diuidet ſpolia: pro eo quod cõtamina ta eſt in morte anima eius, &

Ioan. 4.d

Mat. 5.d

in ore eius, & ſeruus patris qui formã ſerui acceperat, & dñi ſeruierat uolũtati, multos iuſtificabit de toto orbe credentes. Et iniquitates eorũ ipſe portabit, quas illi portare non poterãt, & quarũ pondere opprimebant. Iuxta Lxx. hoc dicit: O uos propter quorũ peccata filius dei eſt ductus ad mortẽ, qui peſsimi & in malo diuites, dati eſtis pro ſepultura & morte eius: ſi uolueritis agere pœnitentiã, & pro peccatis ueſtris offerre ſacrificiũ placẽs deo, ſpiritũ contribulatũ, uidebit anima ueſtra ſemẽ lõgi tẽporis, ipſum dñm ſaluatorẽ. De quo
D in octogeſimo octauo pſalmo canit: Semẽ eius in æternum permanet, & thronus illius ſicut ſol in conſpectu meo. Et iterũ: Ponã in ſeculũ ſeculi ſemẽ eius, & thronũ illius ſicut dies cœli. Quod alijs uerbis ad uirginẽ Gabriel loquit: Ecce cõcipies in utero & paries, qui filius altiſsimi uocabit. Et dabit illi dñs thronũ Dauid patris ſui, & regnabit ſuper domũ Iacob in ſempiternũ, & regni eius non erit finis. Vult enim dñs auferre de dolore animã eius, q dixerat: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ, ut crucis cõtumelia reſurrectionis gloria tempe retur. Et oſtendere ei lucem, ut omnes per ſe uideat illuminatos. Et formare intelligentia, ſubauditur eum, ſuper quẽ deſcenderit ſpiritus ſapientiæ & intellectus. Et iuſtificare iuſtũ qui bene multis ſeruierit. Non enim uenit ut miniſtraret ei, ſed ut miniſtraret, in Petri pedibus cunctiorũ apoſtolorũ peccata abluẽs: Qui apparuit in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu. De quo & Iudas proditor confitetur: Peccaui, tradens ſanguinẽ iuſtũ. Et uxor Pilati: Nihil tibi ſit & iuſto illi, multa enim paſſa ſum hodie in ſomnis propter eũ. Et notandũ q̃ nõ iuſtificatus ſit, ut de iniquo iuſtus fieret. Sed iuſtus iuſtificatur, nõ ut inciperet eſſe quod nõ erat, ſed ut quod erat, omnibus appareret. Iſte iuſtus pro iniquis paſſus eſt, ut oẽs nos offerret deo. De quo dicitur ad Iudæos: Et negaſtis ſanctũ & iuſtũ, & petiſtis ut uir homicida donaretur uobis. Et peccata, inqt, eorũ ipſe portauit, quaſi medicus languores ægrotantiũ, quo ſani non indigẽt, ſed hi qui male ſe habẽt. *b* ¶ *Ideo diſpertiã, etc.*] Cauſas reddit cur poſt paſsionẽ multa Chriſtus præmia cõſequat. Quia, inquit, paſſus eſt, & fecit omnia quæ præteritus ſermo deſcripſit, & iniquitates multorũ ipſe portauit. Propterea diuidam ei plurimos, ut pro parte dñi Iacob, & funiculo hereditatis illius Iſrael, credãt in eũ de oriẽte & occidẽte uenientes, & recumbant in regno dei, cũ Abra-

Mat. 27.d

Luc. 5.f

Mat. 8.b

ham

A ham, Iſaac, & Iacob. Impleto illo quod ſcriptũ eſt: Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. De quo & in hoc eodem propheta legit: Erit radix Ieſſe, & qui reſurget ut principetur gentium, in ipſo gentes ſperabunt. Iſti aũt plurimi quondam à fortibus tenebantur, & ſub ſpecie aſinę & pulli, multos habebãt dominos, quibus dixerunt apoſtoli: Dominus eos neceſsarios habet. Qui ſortes erãt anteq̃ Chriſtus humanũ corpus aſſumeret, & forte ſuperato, diriperet domũ eius. Prædã ergo fortiũ apoſtolis ſuis tradidit atq; diuiſit, ut Petrus, Iacobus & Ioannes circũciſi populi principes fierent, & Paulus & Barnabas mitterent ad gentes, locis non animo ſeparati: & ſub uno dño in diuerſa ſtarẽt acie, ut agminis utriuſq; uictoria, triumphũ erigerent ſaluatori. Ex quo qui diſpenſatoriã inter ſe Petrũ & Paulũ contentionẽ, uere dicunt iurgium fuiſſe atq; certamẽ, ut blaſphemanti Porphyrio ſatisfaciant, & ueteris legis cæremonias in eccleſia Chriſti, à ſtirpe credentis Iſrael aſſerunt eſſe ſeruandas, debent & aureã in mille annis expectare Hieruſalem, ut uictimas immolent & circũcidanẽ, ut in ſabbato ſedeant, dormiant, ſaturentur, inebrientur, & ſurgant ludere, qui ludus offendit deũ. Hoc diximus propter id quod nunc prophetatur. Et fortiũ diuidet ſpolia. Iuxta illud quod in alio loco ſcriptũ eſt: Cum diuideret cœleſtis gentes in ea. Et iterũ: Rex uirtutũ dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia. Deniq; ſuper Paulo apoſtolo, qui de tribu Beniamin erat: iuxta Hebraicũ dicit: Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad ueſperã diuidet ſpolia. De quibus & antea iam diximus:
B Lætabuntur in conſpectu tuo, ſicut qui lętant in meſſe, & ſicut qui diuidunt ſpolia: In toto orbe ſibi Chriſti eccleſias diuidentes. Propterea autẽ accipiet gentes pluri mas, qui uenit prædicare captiuis remiſsionẽ, & captiuã prius à diabolo atq; dæmonibus duxit captiuitatẽ,

Mat. 22.d
Ioan. 13.d
Act. 15.d
Psal. 67.c
Gen. 49.d

& dedit eam dono hominibus atq; credentibus, quia tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis ſiue iniquis reputatus eſt. Si enim Apoſtolus eius his qui erant ſine lege, factus eſt quaſi ſine lege, cum non eſſet ſine lege, ſed eſſet in lege Chriſti: quare non & Chriſtus

HEB. & cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe peccata multorũ tulit: & pro tranſgreſſoribus rogauit.

SEP. & cũ iniquis reputatus eſt, & ipſe peccata multorũ ſuſcepit, et propter iniquitates eorũ traditus eſt.

cum iniquis reputatus ſit, ut iniquos redimeret à peccato, & omnibus omnia fieret, ut oẽs ſaluos faceret? Peccata enim noſtra portauit in corpore ſuo, ligno crucis affigens ea, ut deleret chirographũ, quod diabolo & angelis illius feceramus, ſcriptum manibus animæ, id eſt, operibus eius. De quibus Paulus Apoſtolus loquitur: Et uos cum eſſetis mortui in peccatis, & in deſiderijs carnis, uiuere fecit cum Chriſto, donans nobis omnia peccata. Et delens quod aduerſum nos erat chirographum quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: ſpolians principatus, & poteſtates dehoneſtauit, confidenter triumphans de eis. Iniquos autem cum quibus reputatus eſt, Marcus euangeliſta latrones intelligit ſcribens: Et crucifixerũt cum eo duos latrones, unum à dextris, & alterum à ſiniſtris. Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Et cũ iniquis reputatus eſt. Quod & altius intelligi poteſt, dicente de ſemetipſo domino: Reputatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Verè enim reputatus eſt inter peccatores & iniquos, ut deſcenderet ad infernũ: qui in multis ſcripturarum locis uocatur lacus, & uinctos in carcere liberaret. Qui traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Tantaq; clementiæ fuit, ut pro tranſgreſſoribus, imò pro perſecutoribus ſuis rogaret in cruce, & diceret: Pater, ignoſce illis, quod enim faciunt, neſciunt.

1. Cor. 9.c
2. Pet. 2.d
Ephe. 2.d
Mar. 15.c
Psal. 97.d
Rom. 4.d
D
Luc. 23.c

Commentarij decimiquarti in Eſaiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMQVINTVM COMmentariorum Eſaiæ ad Euſtochium uirginem Prooemium.

CRebro Euſtochium dixiſſe me noui, Apoſtolos & Euangeliſtas ubicũq; de ueteri inſtrumento ponunt teſtimonia, ſi inter Hebraicum & Septuaginta nulla diuerſitas ſit, uel ſuis uel Septuaginta iuterpretum uerbis uti ſolitos. Sin autem aliter in Hebraico, aliter in ueteri editione ſenſus eſt: Hebraicum magis quàm Septuaginta interpretes ſequi. Deniq;, ut nos multa oſtendimus poſuiſſe eos ex Hebræo, quæ in Septuaginta non habentur, ſic æmuli noſtri doceant aſſumpta aliqua de Septuaginta teſtimonia, quæ non ſunt in Hebręorum libris, & finita contentio eſt. Hoc diximus quia præſens capitulum cum in ſenſu unum ſit, in uerbis diſcrepat. A cuius explanatione, quintus poſt decimum in Eſaiam liber incipit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Eſaiam prophetam, Liber XV.

Audà ſterilis, etc.] Symmachus hunc locum ita interpretatus eſt: Lætare ſterilis quæ nõ peperiſti: Gaude in exultatione, & hinni, quæ non parturiſti. Plures enim filij diſſipatæ, magis q̃ eius quæ erat ſub uiro. A quo Theodotio & Aquila præter pauca uerba non diſcrepãt. Poſt natiuitatẽ ſaluatoris, & ordinẽ uitæ atq; uirtutũ, paſsionẽ crucis, & reſurrectionis gloriam, quando ponens animã ſuã uidit ſemen longæuũ, & in ſciẽtia ſua ipſe iuſtus iuſtificauit plurimos, & fortiũ diuiſit ſpolia, & pro trãſgreſſoribus rogauit, dans locum pœnitẽtiæ, tranſit ad uocationẽ gentiũ, & qui in illo ſint

Galat. 4.d

CAPVT LIIII

LAetare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quę nõ parturis, quia plures filij deſertæ, magis quàm eius quæ

A dicit Esaias: Lætare sterilis quæ nō paris: erūpe & clama quæ nō parturis, quia plures filij desertæ, magis cp̄ eius quę habet uirū. Et statim: nos aūt, inquit, fratres secūdū Isaac repmissiōis filij sumus. Sed sicut tūc q secūdū carnē natus est, persequebat eū, q secūdū spiritū, ita & nūc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillā & filiū eius. Nō em̄ heres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Nos aūt fratres nō sumus filij ancillæ, sed liberæ, qua libertate donauit nos Christus. Si igit̄ uas electionis, assumens de Esaia testimoniū, quod nūc habemus in manib. ad repromissiōis retulit filios, & ad ecclesiā de gētib. seu ex utroq; populo cōgregatā, quæ deserta in Iudæis fuerat & relicta, quæ uirū non habuerat deū, nec legē acceperat nec ꝓphetas, ipsa ratione cōpellimur sequi uestigia præcessoris: & desertā eam

Supra 63.a dicere de qua supra legimus: Lætare deserta, & reliqua

Hiere. 15.b his similia. De qua & in Hieremia scriptū est ex persona dei: Vacua facta est quæ pariebat septē, defecit & anima eius. Occidit ei sol adhuc meridie. Et in Samuelis uolu

1. Reg. 2.d mine: Sterilis peperit septē, & quæ habebat filios plu

Psal. 112.a res, infirmata est. Et in psalmis: Qui habitare fecit sterilē in domo, matrē filiorū lætantē. Septē aūt filios dicit̄ genuisse synagoga, propter mysterium hebdomadis & sabbati, cui prior populus fuerat obligatus. Siue pro septē, plures intelligēdi sunt, iuxta Hebręi sermonis ambiguitatē, quo & sabbatū significat & plures. De quo &

B in Hebraicarū quæstionū libro, quē in Genesim scripsimus, plenius dictū est. Hæc ergo quæ quandiu uirū habebat deū sermonēq; diuinū, & legi iuncta erat, generabat deo plurimos filios: quādo aūt accepit libellū repudij, & uocāt̄ uiro noluit respōdere & audiuit: Filia ma

Hiere. 3.b tris tuæ tu es, quæ dereliquisti uirū tuū. Et iterū: Non ut dīm me uocasti, nec; ut patrē & principē uirginitatis

Tren. 1 tuæ. Propterea in hoc eodē propheta plangit̄: Quō facta est meretrix ciuitas fidelis Sīō plena iudicij, in qua iustitia dormiuit in ea, nūc aūt latrones. Sed & hoc nō tantū, quod quādo dicit: Plures filij desertæ, magis cp̄ eius quæ habet uirū, nō penitus synagoga excludatur à partu, sed multitudo ei gentiū præferat̄: & ipsa eīi in apīis, & per apīos primū populū genuit de Iudæis. Vnde duo apostolorū principes, agmina sibi credentiū in Christo, circūcisionis & gentiū diuiserunt, ut ex utroq; populo desertā prius atq; paupercula ædificaret̄ Hierusalē. Quod aūt Hebraicū ,ꝑ lætitia, hinnitū posuit, gaudij significat magnitudinem, in similitudinē hinnientis

Iob 39.c equi ad victoriā. De quo in Iob plenius scribit̄. Hūc locū & cætera quæ sequunt̄, Iudæi & nostri Iudaizātes ad Hierusalē referūt, quā dicūt in mille annorū regno instaurandā, & candē esse quæ prius habuit uirū, & postea habere desierit, multoq; plures habitura sit filios post repudiū, quàm prius habuit sub uiro. Cum perspicue duarū mulierū ponatur cōparatio, cius quæ uirum habuit & dimissa est, & eius quæ semper deserta & absq; uiro fuit. Nec mirandū de Iudæis, quorum oculi aures q; sunt clausæ, si apertam non uideant ueritatem. De Christianis quid loquar, nescio, qui dicente Apostolo, quæ sunt allegorica, & ad duo testamenta, uetus & nouum, Saram Agarq; referente: Iudæis tradunt manus, terrenarum in mille annis desiderio uoluptatum.

a ¶ *Dilata locum tentorij tui, etc.*] Cui dixerat: Lauda sterilis quæ non paris, rumpe uincula quibus prius tenebaris astricta, & clama in cōfessionē dñi, quæ liberos nō habebas. Nūc eidē præcipit̄ in similitudinē tabernaculi Moysi, quod quondā habuit in deserto, ut dilatet tentoriū suū, pelles q; distendat, & funiculos faciat lōgiores, & clauos quibus firmat̄ omne tentoriū, in altū desīgat, & roboret, ne uētorū flatibus dissipetur. Ad dextram q; penetret & sinistrā, & ne quaq; Iudaici tabernaculi imitetur angustias, quod centū longitudinis cubitorū, & quinquaginta latitudinis ambiebat: nec templi breuitate clauđat̄, quod sexaginta cubita habebat in lōgū, & uiginti in latū.

C

Exod. 36.c

HEB. quę habebat uirum, dicit dñs: Dilatā locū tentorij tui, & pelles tabernaculorū tuorū extēde, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos cōsolida. Ad dexterā enim & ad læuā penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & ci-

SEP. quæ habet uirum. Dixit enim dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aulæorum tuorum fige, ne parcas. Protende funiculos, & clauos tuos conforta adhuc in dextris, & in sinistris dilata, & semen tuum possidebit gentes: & ci-

Sed ad dexterā & ad sinistrā locum capere ne cesset. Ac ne putemus hoc iuxta friuolam Hebræorū cōtentionē dici de Sion, quæ in antiquū statū à dño restituenda sit, ponit manifestius quod latebat: Et semē tuū gentes hæreditabit. De quo & in Euangelio legimus: Egressus est

Mat. 31.d qui seminat seminare. Et iterū: Nonne bonū semen seminasti in agro tuo? Quod semen etiā ciuitates desertas faciet inhabitari, ut ecclesiæ gentiū in toto orbe consurgant. Vel certe semen dicendū est apostolorū, & Iudaici populi reliquiæ. De quo in hoc eodem propheta dicitur: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen, sicut

Esa. 1.c Sodoma essemus, & similes Gomorrę fuissemus. Et Apostolus: Reliquiæ, ait, saluæ factæ sunt. Hoc de ecclesia

Rom. 9.f & 11.d rum magnitudine, quæ pro uno Iudææ loco & ipso angustissimo, in toto orbe terrarū, suos terminos dilatabunt. Veniamus ad intelligentiā spiritualē. Qui in ta-

D bernaculo est, firmā atq; perpetuā non possidet mansionē, sed semper mutat loca, & ad ulteriora festinat, dicens in psalmo: Pertransibo in locū tabernaculi admi-

Psal. 41.d rabilis, præteritorū obliuiscens, & in futurum se extendens, donec perueniat ad brauium æternę uocationis. De hoc tabernaculo & in alio loco legimus: Quàm dilecta tabernacula tua dñe uirtutū: concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. Postq; infert: Beati qui habitāt in domo tua, in secula seculorū laudabunt te. Finis em̄ tabernaculorū, æternæ domus possessio est, quæ fundamenta non mutat, nec transfertur de alio in aliū locū. Qui enim plantati in domo dñi, prius in atrijs illius efflorerunt, ut in floribus ad frugē ueniant, possint̄q;

Psal. 51.b dicere: Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei. Denic; uir sanctus tabernacula præterire festinans, & domum dei uidere desiderans, unū uotū se habere dicit,

Ibid. 26.b ut nunq; de domo dei exeat. Vnū petiui à dño, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Dilatandū est enim tabernaculū, & aulæa pelles q; tendendæ, & funiculi multiplicium uariorumq; sermonū longius producendi, & claui ratione firmandi, in dextris & sinistris: ut semen sermonis, id est, doctrinæ dei, gētes naleat possidere, & ciuitates habitabiles facere, quæ accepit qui mnam duplicauerat.

2. Cor. 6.b Dextra aūt & sinistra in scripturis sanctis, tunc in bonā partē accipit̄, quando eas & iuxta spiritū intelligimus, & iuxta literā per arma iustitiæ à dextris & à sinistris: ut & humilior intelligentia, uitę teneat institutionē, exemplaq; maiorū, & spirituales atq; sublimes de præsentibus nos trāsferat ad futura. Hoc est quod & dñs pharisæis interrogantibus loquebat̄: Reddite quæ sunt Cæ-

Mat. 22.b saris Cæsari, & quæ sunt dei, deo: ut & potestatibus istius seculi subijciamur, quæ non iniustè tenent gladium in uindictam eorum qui male egerunt, quæ sinistra intelli-

A intelligit̄, & deo reddamus quæ dei sunt: ut nullū alium timeamus, nisi eum qui & animæ & corporis habet po-

Prou. 3.b testatē, quod in dextra accipit̄. Denic; de sapiētia dei dicitur, cui nihil pretiosum cōparari potest, cp̄ in dextra sua uitæ habeat longitudinē, & annos plurimos. In sinistra aūt diuitias & gloriā, ut diuitiæ illæ accipiant̄ quæ in præsenti scientia sunt & bonis operibus: & gloria quā accipit is, ꝑ cuius opera deus glorificat̄ in gētibus: longitudo aūt uitæ & anni pluri mi æternā uitā significēt: quæ præsentia negligēs, ad futura festinat. a ¶ *Noli timere, etc.*] Oritur quæstio, quō si ad ecclesiā dicit̄ de gentib. cōgregatā: Lætare sterilis quę nō paris, & plures filij desertæ magis cp̄ eius quæ habet uirū, cp̄ scilicet uirū nō habuerit, quę postea plures fecit filios: et illa in sterilitatē uersa sit, quę prius habebat uirū: quō nunc dicat̄ ad eā quæ uirū nō habuit: Viduitatis tuæ nō recordaberis

B adolescētiæ tuę obliuiscēris. Ex quo intelligi uolūt Iudæi, omnia quæ dicuntur, dici ad Hierusalē, quæ deserta à deo, rursum ab eo instaurāda sit. Qui facile repellentur, cum admoniti fuerint dici ex persona dñi in Zacharia: Et assumpsi mihi

Zach. 11.b duas uirgas, unā uocaui decorē, & alteram uocaui funiculū & paui gregē. de quo in suo loco pleniusdiximus, & nunc ex parte dicet̄: Duas uirgas, utrunq; esse populum, gentiū & Iudæorū: quorum prior uocata sit turba

Rom. 1.c gentiliū, quæ accepit naturalem legē fixam in cordibus suis: de qua Paulus scribens ad Romanos, fortissime disputat: qua uirga nihil pulchrius est, ut omnis creatura æqualiter uocetur ad cultū creatoris sui. Secūda aūt, id est, populi Iudæorum appellata est funiculus: quæ post offensam gentiū, uocatur pars dñi, & funiculus hæredi

Deut. 32.b tatis eius Israel. Denic; postq; in Abraham uocatus est

Zach. 11.c Israel, dicit dñs: Tuli uirgā meā, quæ uocabatur decus, & abscidi eam, ut irritū facerē fœdus meū quod percussi cum omnibus gentibus. Ergo in aduentu Christi dicitur ad uirgā, quæ abscissa fuerat: Noli timere, nec erubescas, nec; ora pudore suffundas. Nequaq; enim ultra confunderis, ut prius cōfusa fueras, nec confusionis adolescētiæ tuæ memor eris: & uiduitatis tuæ nō recordaberis, per quam relicta es à deo: quia factor tuus ipse dominabitur tui: cuius nomē omnipotens est: qui regnat nō in una gente Iudæa, sed in uniuerso orbe terrarū. Denic; sequit̄: Qui te fecerat, ipse te redemit sanguine suo, & deus omnis terræ uocabitur: pro eo quod est omniū qui morant̄ in terra. Ex quo perspicue patet, nequaq; dici ad Hierusalē: quæ nunc; in toto orbe dominata est, sed ad ecclesiā Christi, cuius hæreditas, mundi possessio est. b ¶ *Quia ut mulierē derelictam, etc.*] Hic amici

Iudæorū uilificant mulierē derelictā, & uxorē ab adole C scentia abiectā, quā ad punctū & ad modicū dereliquit dñs: Hierusalē esse dicētes: Qui abscondēs parūper faciē suam, susceperit eam in misericordijs sempiternis: & dolorē præteritū gaudio cōmutarit. Hoc iuxta Hebraicā.

SEPT. & ciuitates desertas habitare facies. Noli timere, quia confusa es, neq; confundaris, quia exprobratum ubi est: confusionem enim æternā obliuiscēris, & opprobrij uiduitatis tuæ memor non eris: quia dominus qui fecit te, dominus sabaoth nomen ei: & qui eruit te, deus Israel, omnis terræ uocabitur. Non ut mulierem derelictam & pusillanimē uocauit te dominus, neq; ut mulierem quæ ab adolescētia odiosa est, dixit deus tuus: Tempore modico reliqui te, & cum misericordia magna miserebor tui. In furore paruo auerti faciē meam à te, & in misericordia sempiterna miserebor tui: dixit qui eruit te dominus. Ab aqua

Porrò iuxta Lxx. nō eam dicit quasi derelictam mulierē, & pusillanimē uocatā à dño, neq; sicut uxorē quæ ab adolescentia odio habita sit. Sed idcirco se eam ad modicū reliquisse & auertisse faciem suam, ut misereatur illius in æternum. Si ergo Iudæi & nostri Iudaizātes, dicūt Israel ad modicū derelictum: ut in aduentu Christi, eius misereat̄ deus: & modicū, interpretantur ad cōparationē totius æternitatis: cur & nobis nō cōcedunt modicū dicere tempus, quo gētes sunt derelictæ: ut abiectæ in medio, quæ in adolescētia sua dei fuerāt, postea in senectute æternam misericordiam cōsequant̄. Præsertim cum in uocatione temporis Israel, D nunquam excluſa sit turba gentilium, sed semper eis per proselytos ianua patuerit reuertēdi: ut sicut nos illorum uocatione parumper uidemur excluſi, sic illorum exclusione perpetua, nobis ad deum reditus concedatur. Perpetuam autem exclusionem diximus, si nō egerint pœnitentiam. Alioquin Paulus apostolus dicit: Conclusit deus omnia sub peccato, ut omnibus mi

Gal. 3.d sereatur. Quæ nos de ecclesia ex utroque populo congregata interpretati sumus, & Iudæi de Hierusalem accipiunt, qui solam tropologiam sequuntur, & in locis difficillimis liberæ disputationis excursu nascentes fugiunt quæstiones, ad animam referunt peccatricē: quæ abiecta à deo sit, nō ob odium, sed ob dispensationem, ut malorum pressa pōdere, reuertatur ad uirum suum pristinum: & perdita substantia, de patris clementia non desperet. An non est grandis misericordia occur-

Luc. 15.c rere filio reuertenti, annulum & stolam osculumq; porrigere: & inuidenti fratri, iuxta alterius parabolæ similitudinem dicere: Amice, si ego bonus, quare oculus tu-

Matt. 20.b us nequam? c ¶ *Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iurauine inducerē aquas Noe ultra super ter. etc.*] Vt credat sanctorum cōgregatio misericordiam domini sempiternam: & ideo ad punctum & ad breue eos esse desertos, ut in amicitiam dei æterno fœdere iungerentur, ponit exempla maiorum dicēs: Quomodo uniuerso orbe peccante, postquam corrupit omnis terra uiam domini, inductum est diluuiū: & cum autoribus cunctis peccatorum cuncta peccata deleta sunt, & in uno homine Noe humanum seruatum est genus: cui iurauit nequaq; terris inducendum esse diluuiū, & sponsio mea hucusq; seruata est, nec unquā irrita fiet: Sic iuro ecclesiæ meæ quam

A mihi redemi sanguine meo, nequaq̃ me iratũ fore his quorũ miserius ĩum: nec meã clementiã ulla increpatio nis duritia cõmutandã. Facilius eñ mõtes mouebũtur & colles, q̃ mea sẽtẽtia cõmutabiť. Iuxta quod & in Eu
Matt. 24.c angelio loquiť: Cœlũ & terra trãsibunt, uerba aũt mea nõ prætcribunt. Hæc est aũt, inquit, miseri cordia mea, ut fœdus pacis quo mihi recon ciliatus est mundus, nõ merito eorũ quib. datũ est, sed mea cle mẽtia cõseruet. Iuxta Lxx. cõfusus est sen sus: & sic turbata sunt omnia: ut quid dicať, difficile possit intelli gi: nõ quo ignorẽ qd in hoc capitulo uir prudentissimus dixe rit, sed quo nõ satisfa ciat animo meo. Po nit enim tropologicũ diluuiũ, quod inter pretať in baptismo sal uatoris, congerẽs ex empla q̃plurima, ut
Psal. 28.b est illud: Dñs diluuiũ inhabitare facit. Et ite rum: Suauis dominus expectantibus se in die tribulationis: et sciens timẽtes se, in di luuio itineris cõsum
B mationẽ facit: quod scilicet uniuersa pec cata in baptismo dele uerit, dicens in alio lo co: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Om
Suprà 43.d nes enim declinauerunt, simul inutiles facti erant. Non
Infra 13.a erat qui faceret misericordiam, nec ueritatem: neq; erat scientia dei super terram. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & adulterium, & furtum cuncta occupa uerant, & sanguinem sanguini miscuerant. Vnde loqui
Psal. 119.d tur per prophetam: Heu mihi, quia perijt reuerens à ter
Michæ 7.a ra. Non est qui faciat rectum in hominibus, omnes in sanguine meo iudicantur. Vnusquisq; proximũ suum tribulat tribulatione: & ad malum manus suas præpa
Iob 25.a rant: & cętera his similia. E quibus illud est: Nemo mun dus à sorde, nec si unius quidem diei fuerit uita eius su per terram. Vnde dominum fecisse diluuium, qui iux
1 Pet. 3.c ta apostolum Petrũ, occisus est carne, uiuificatus spiri tu, & prædicauit spiritibus in carcere constitutis, quando dei patientia expectabat in diebus Noe, diluuiũ im pijs inferens. In cuius exemplũ aqua nos mundat: non sordes carnis abluens, sed bonæ conscientiæ interroga tio in deum. Montes aũt & colles qui non cõmouean tur, & in huiusmodi diluuio permoti fuerant, sanctos uult intelligi, accepto fœdere sempiterno: qui in priore diluuio moti fuerant, & suam reliquerant firmitatẽ. Di
Gen. 6.a cit mõtes, & dæmones, & aduersarias potestates, qui ui derunt filias hominũ quod essent bonæ: & amoris iacu lo uulnerati, sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt & perdiderunt fortitudinẽ pristinam: & ne quaquam in hoc diluuio sunt futuri. Hoc ille dixerit, cu tus explanationẽ lectoris arbitrio derelinquo. a ¶ *Paucula tempestate consulsa, etc.*] Vbi nos diximus: Sternã per ordinem lapides tuos, in Hebraico scriptum est, תנך quod omnes præter Lxx. similiter transtulerunt:

HEB. in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne indu cerẽ aquas Noe ultra super terrã: sic iuraui, ut non ira scar tibi, & non increpẽ te. Mõtes eñ cõmouebunť, et colles cõtremiscent: misericordia aũt mea nõ recedet: & fœdus pacis meę nõ mo uebiť, dixit miserator tuus dñs. Paupẽrcula tẽpestate cõuulsa absq; cõsolatione. Ecce ego sternam per ordi nem lapides tuos: & funda bo te in sapphiris, & ponã in iaspidem propugnacu la tua, & portas tuas in la pides sculptos: & omes ter minos tuos in lapides desi derabiles. Vniuersos filios tuos doctos à domino, & multitudinẽ pacis filijs tuis, & in iustitia fundaberis.

Recede

SEPT. aqua quæ fuit sub Noe hoc mihi est: sicut iu raui ei in tempore illo, ter ræ nequaquã ultra irasci su per te, neq; in cõminatio ne tua montes transferre: neq; colles tui transferẽtur. Sic nec misericordia mea deficiet, nec testamentum pacis meæ auferetur, dixit propitius tui dominus. Hu milis & instabilis absq; con solatione. Ecce ego præpa ro tibi carbunculum lapi dem tuum: & fundamenta tua sapphirum, & ponam propugnacula tua iaspin: & portas tuas lapides cry stalli: & muros tuos lapi des electos: & omnes fi lios tuos discipulos dei: & multa pax erit filijs tuis, & in iustitia ædificaberis.

Recede

C Sternam in stibio lapides tuos, in similitudinẽ comptæ mulieris, quæ oculos pingit stibio, ut pulchritudinẽ si gnificet ciuitatis. & ubi nos iaspidẽ, sequẽtes Lxx. dixi mus, in Hebraico scriptũ habet מרגלה quod solus Sym machus καχχηδονίαν trãstulit. Pro crystallo quoq;, in cu ius loco apud Hebræ os אסתיה legitur, Sym machus & Theodotio γλυφὴς, id est sculptu ræ: Aquila τερατοειδα posuit: quod uer bum soratarũ cælata rumq; gẽmarum sen sum sonat. De diuersi tate trãslationis dixi mus: ueniamus ad sẽn sum: Adhuc loquitur ad ecclesiã, humilem prius atq; paupercũ lam, quæ nõ habet lẽ gẽ, nec ꝓphẽtas, nec sermonẽ dei: et tẽpesta te cõuulsam siue insta bilẽ, quæ multos secu li turbines sustinue rat: & inter uarios ido lorũ fluctuabat erro res, quæ nullũ habuit consolatorẽ: & frustra omnẽ substantiã suã in medicis perdidit, quod ipse ueniat, ipse desecẽdat, & ędificet in terris cœlestẽ Hierusa lem, quæ in Apocaly
D psi Ioãnis uocať spon
Apoc. 21.c sa & uxor agni, habẽs lumen simile lapidis precioſi, sicut iaspidis & crystalli, et murũ magnũ et por tas duodecim inscriptas nominibus tribuũ Israel: quarum tres erant ab Oriente, & tres ab Aquilone, & tres ab Austro, & tres ab Occasu solis: murusq; fultus duo decim fundamentis, cuius omnis ædificatio ex lapide iaspide: & singula fundamẽta murorũ habebant singu los lapides: primum, iaspidem: secundum, sapphirum: tertium, chalcedonium: quartum, smaragdum: quin tum, sardonychem: sextum, sardium: septimum, chry solithum: octauum, berillum: nonum, topazium: de cimum, chrysopasum: undecimum, hyacinthum: duo decimum, amethistum: quod legentes exclamamus il lud & dicimus: O profundum sapientiæ & scientię dei, Rom. 11.d quàm inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum dñi, aut quis consi liarius eius fuit? Et iterũ: Quis sapiens & intelliget hęc, Suprà 44.d intelligens & cognoscet eas? Respondeant amatores tan tum occidentis literę, & in mille annis exquisitos cibos gulæ ac luxuriæ præparantes, quorum deus uenter est, Phil. 3.d & gloria in confusione eorũ: qui post secundum in glo ria saluatoris aduentũ, sperant nuptias: & patuulos cen tum annorũ, & circuncisionis iniuriã, & uictimarũ san guinem, & perpetuũ sabbatum: qui dicunt cum Israel in peruersum modum: Manducemus & bibamus, cras enim regnabimus: quæ sit ista cœlestis Hierusalem, cui nunc dicitur: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Siue iuxta Lxx. ἰδὲ ἐγὼ ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα, τὸν λίθον σου, id est, Ecce ego præparo tibi carbunculum la pidem tuum: ut tota ciuitas plena sit carbunculis, & habeat fundamenta sapphirina, & propugnacula iaspidem siue chalcedonium, & portas crystallinas, siue

anagly

A anaglyphas: & murũ in circuitu precioſorũ lapidũ: om nesq; filij eius nõ habẽt magistros homines, sed deũ: & appellenť discipuli dei, & sit in ea pax ꝑpetua, & ædifica tio iustitiæ. Ex quo perspicuũ est sub occasione iustitiæ, quod uirtutis est nomẽ, etiã cæteras uirtutes in ædifica tionẽ ecclesiæ debere nos quærere: nec Iudaica delira
Prou. 3.b mẽta sectari. Exponãt. n. qd sit illud quod in Prouerbijs
& 16.b de sapiẽtia dicit, precioſior est cũctis lapidib. precioſissi
1 Cor. 1.d mis. Si. n. Christus dei uirtus & dei sapiẽtia est, stultũ est
Psal. 18.c Christũ insensibilib. lapidib. cõparari. Rursumq; de iu dicijs dei legimus: Iudicia dñi recta, iustificata in semet ipsa: Desiderabilia sup aurũ & lapidẽ precioſum multũ.
Suprà 28.d Ex quo palã est illũ lapidẽ cæteris lapidib. cõparari, de quo suprà in hoc eodẽ, ꝓpheta ex ꝓsona dei dicit: Ecce
Psal. 117.c immittã in fundamẽta Siõ lapidẽ angularẽ, lapidẽ, ele
Matt. 21.d ctũ, precioſum: & q crediderit in eo, nõ cõfundeť. Hunc lapidẽ reprobauerũt ædificãtes, scribæ uidelicet & pha
1 Pet. 2.a risæi, & principes Iudæorũ, q factus est in caput anguli. De quo & apls Petrus disputãs ait: Nobis ergo honor qui credimus angulari & precioſo electoq; lapidi. Incre
Act. 4.b dulis aũt est lapis offensionis & petra scãdali. Qui & in Actib. apostolorũ ad principes loquiť sacerdotũ: Iste est lapis electus, precioſus, quẽ uos despexistis reproban tes, q factus est in caput anguli: & duos populos conti
1 Cor. 3.b net, gentiũ & Israel, q ædificauit ciuitatẽ, cuius artifex & cõditor deus est, de qua & Apls scribit Corinthijs: Dei ædificatio estis, & quasi architectus sapiẽs fundamentũ posui, alius superædificat. Vnusquisq; autẽ uideat quõ ędificet. Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, præter eũ qui positus est, Iesum Christũ. Si quis aũt sup fundamentũ hoc ædificat aurũ, argentũ, & lapides pre
Eph. 2.d cioſos, ligna, fœnũ, stipulã: unusc uiusq; opus manifestũ erit. De hoc fundamẽto & in epistola altera loquiť: Aedi
B ficati super fundamentũ apostolorũ & prophetarũ, ip so angulari lapide Iesu Christo. Et iterũ: In quibus om nes ædificamini lapides uiuẽtes in sacerdotũ sanctum offerre spirituales uictimas. De his lapidib. mystice dici
Zach. 9.d tur: Lapides sancti uoluunť super terrã. E quib. ædificat Christus ecclesiã sup petrã, dicẽs in Euãgelio: Super hãc
Matt. 16.c petrã ædificabo ecclesiam meã. Quam ciuitatẽ qui me
Psal. 47.b ruerit intrare, gaudẽs loquiť in dño: Sicut audiuimus, ita uidimus in ciuitate dñi uirtutũ, in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in æternũ. Super cõditore huius ci
Suprà 45.c uitatis & in alio loco dicit: Hic ædificabit ciuitatẽ meã, & reducet captiuitatẽ populi mei. De natura aũt duode cim lapidũ atq; gẽmarũ, nõ est huius tẽporis dicere, cũ & Græcorũ plurimi scripserint & Latinorũ. E quib. duos tantũ nominabo, uirũ sanctæ & uenerabilis memo riæ episcopũ Epiphaniũ: qui insigne nobis ingenij & e ruditionis suæ reliquit uolumen, quod inscripsit περὶ λίθων. Et Plinium Secundum eundem apud Latinos oratorem & philosophum: qui in opere pulcherrimo naturalis historiæ tricesimũ septimũ librum, qui & ex
Exo. 28.b tremus est, lapidum atq; gẽmarũ disputatione comple uit. Hi duodecim lapides scribuntur per ordinẽ in Exo do & in Ezechiel, id est, ὡν τῷ λογίῳ põtificis: & in co rona atq; diademate principis Tyri. Dicamus primum de Exodo: Quatuor ordines intexti erãt lapidũ. Ordo primus habuit lapidẽ sardiũ, topaziũ, smaragdum. Or do secundus carbunculũ, sapphirũ, iaspidẽ. Ordo ter tius, lyncuriũ, achatẽ, amethistũ. Ordo quartus, chryso lithũ, berillũ, onychinũ, auro circundatos: & inscripti erãt ex nominib. duodecim tribuũ filiorũ Israel. In quo notandũ q̃ secundus ordo lapidũ etiã in præsenti scri ptura sit positus, carbunculus, sapphirus & iaspis. Nec dum enim perfecta retinemus, nec ad patriã peruenimus: quia nũc per speculũ uidemus in ænigmate. Porro
Ezech. 28.c in Ezechiel sic scriptũ repertimus: Tu es signaculum similitudinis & corona decoris, in delicijs paradisi dei

fuisti. Omni lapide primo indutus es, sardio, topazio, & smaragdo, carbunculo & sapphiro & iaspide, argẽto quoque & auro & lyncurio, & achate, & amethisto, & chrysolitho, & berillo, & onychino: auroq; repleſti the sauros tuos & apothecas tuas in te. A qua die conditus es, cũ Cherubim posui te in monte sancto meo: fuisti in medio lapidũ ignitorũ, immaculatus in diebus tuis, ex quo cõditus es, donec inuẽtæ sunt in te iniquitates tuæ. Quis eñ tam stultus & uecordis ingenij, ut in paradiso dei, positũ principẽ Tyri, quẽcunq; illũ esse crediderit: & conditũ inter Cherubim, & inter igneos lapides con uersatum: quos haud dubie angelos intelligimus cœle stesq; uirtutes: putet fuisse eũ q terrenis lapidibus orna tus sit, & habuerit similitudinẽ & signaculũ dei. De na tura igitur omniũ lapidũ, & per partes singulorũ, nõ est huius tẽporis dicere, neq; enim semper dicẽda sunt om nia. Nunc aũt de carbunculo, sapphiro, & iaspide disse ramus. Carbunculus qui parãt, siue per ordinẽ sternit, uidetur mihi ignitus sermo doctrinæ: qui fugato errore tenebrarũ, illuminat corda credentiũ. Hic est quẽ unus de Seraphim tulit forcipe cõprehensum, ad Esaiæ labia Esaiæ 6.b purganda, qui nascit, iuxta Geneseos fidẽ, in terra He Gen. 2.c uilat, ubi est aurũ optimũ, lapisq; carbunculus & prasi nus. Porrò sapphirus, q ponit in fundamẽtis, cœli ha bet similitudinẽ, & supra nos aeris: q talis est, ut possit Aristophaniũ dicere cũ Socrate: ἀεροβατῶ καὶ περιφρο νῶ τὸν ἥλιον: quod nos in Latinũ sermonem cõuertere possumus: Scando aerẽ, solemq; despicio. Siue eũ Pau Phil. 3.d lo apõ: Nostra aũt conuersatio in cœlis est. Ezechielis Ezech. 1.g quoq; scriptura cõmemorat: ꝙ locus in quo thronus dei sit, sapphiri habeat similitudinẽ: & gloria dñi in hoc colore consistat. Qui portat imaginẽ supercœlestis. Sed & propugnacula urbis dñicæ, hoc est murorũ mœnia, D iaspide roborant: qui possunt omnẽ altitudinẽ eleuan tem se cõtra scientiam dei destruere atq; conuincere, & mendaciũ subijcere ueritati. Qui ergo in disputãdo for tissimus est, & sanctarũ scripturarũ testimonijs robora tus, iste propugnaculũ ecclesiæ est. Iaspidũ multa sunt genera: alius eñ est smaragdi habens similitudinẽ, q re periť in fontib. Thermodõtis fluminis, & uocať gram matias, quo omnia phãtasmata fugari autumant. Alius uiridior mari & tinctus quasi floribus: hũc in Phrygiæ mõte Ida, & in ꝓfundissimis specub. eius nasci referũt. aliũ uero iuxta Iberos Hyrcanosq; & mare Caspiũ repe riri: & præcipue iuxta lacũ Neusin. Est & alius iaspis ni ui & spumæ marinorũ fluctuũ similis, & clemẽter quasi mixto cruore subrutilans. Hoc diximus, ut uniuersas gratias spirituales in ecclesiæ propugnaculis cognosca mus: quas q habuerit, uanos timores fugat, & potest cũ sponsa dicere: Fratruelis meus cãdidus & rubicundus. Cant. 5.c Portæ aũt istius ciuitatis de lapide sunt crystallo: q scal pitur uarijs modis, quo lapide nihil purius est. Denicq; uehemẽtissimis Alpiũ frigoribus, & inaccessis soli spe lũcis, cõcrescere aquæ dicunt in crystallũ: & tactu quidẽ lapidẽ, uisu aquã esse. Per quæ ostendit eos qui in forib. ecclesiæ sunt, nulla debere sorde maculari, sed fidei esse purissimæ, & dicere cũ propheta: A mandatis tuis intel Psal. 118.d lexi. Et illud audire: Beati mundo corde, qm̃ ipsi deum uidebũt. Muri aũt ciuitatis siue termini & περίβολος, la pidibus electis extruũtur: quos reliquos lapides intelli gere possumus: & omnes filios eius esse doctos, siue di scipulos dei: quo testimonio dñs urit in euãgelio Ioan nis, dicens: Nemo potest ad me uenire, nisi pater meus Ioan. 6.a qui misit me traxerit eũ: & omnis qui audierit & didice rit a patre, uenit ad me. Et post paululum: Scriptũ est in prophetis: Erunt omnes docti à deo. Qui & per Hiere Hier. 13.f miã loquit: Dans leges meas in mẽtibus eorũ, & super cor illorũ scribam eas: & nequaq̃ ultra docebunt singu li proximos suos & fratres dicẽtes: Cognosce dominũ.

Sed

A Sed oēs sciēt me à minimo usq; ad maximū. Propitius
Ioan. 14.d enim ero iniquitatū eorū, & peccatū eorū nō recorda-
bor. Doctrinā aūt discipulorū dei habet multitudinem
pacis, quæ eis à dño derelicta est: ædificatioq; urbis pul
cherrimæ cōpletur iustitia: ut nequaq; unius gentis, sed
totius mūdi deus sit: uocātis ad fidē suā ser
uos & liberos, Græ-
cos & barbaros, diui-
tes & ignobiles, uiros
& mulieres, paruulos
& senes: & omnia quę
in mundo uidentē esse
cōtraria. Excessimus
breuitatis modū, qui
utilis est in omnibus
quæ dicēda sunt, ne-
quaq; nos iuxta He-
bræos & nostros semi
iudæos in terra, sed in
cœlis urbē dei quære-
re, quę in Christo mō
te sita latere nō potest.
a ¶ *Recede procul, etc.*] Ordo pulcherrimus. Pauperculā & humilē fuerat cōsolatus, pro-
mittēs ei gratias spiri-
tuales: nūc docet qd facere debeat, si nolit aduersariorum impe
tus formidare. Et est sensus: Non uis time-
re inimicos tuos, fac
B ista quæ dico: Recede non procul à calūnia, siue ab iniquitate: qa omnis iniquitas & rapina de calumnia nascit, & nō timebis, tremorq; & pauor nō appropinquabūt tibi: ut nequaq; homines, sed deū timeas, dicēs cū Moyse: Tremēs sum ego & meti
Iob 4.c culosus. Et cū uno amicorū Iob: Horror & tremor uene
runt super me, & multū mea ossa cōcussit. Et cū prophe
Infra 66.a ta: A uoce oratiōis meæ intrauit tremor in ossa mea. Et:
Prou. 10.d Super quem dñs requiescit, nisi super humilem & quie
tum, & trementē uerba eius? Porrò alius est impiorum tremor, qui ex metu supplicij nascit: de quo scriptū est:
Psal. 47.a Tremor apprehendit impios. b ¶ *Ecce accola ueniet, etc.*] Et hæc Iudæi putant ad Hierusalem dici, quod multi de gentibus proselyti sint futuri, & legem Moysi ceremo-
nias q; suscipiāt. Quod nos iuxta ęqtā interpretationē ad ecclesiam referimus, quę per apostolos ex utroq; po
Eph. 5.f pulo cōgregata est, quæ nō habet maculam neq; rugā, quæ libera est, & mater omniū credentiū. Ad quos pro
selytos & aduenas congregandos, misit dñs discipulos
Matt. ult. suos, dicēs: Docete omnes gētes, ut confugiāt ad euan-
gelium, & nouā legē suscipiāt: ut habitatores quondam idololatriæ fiant coloni ecclesiæ. De quib. & in psalmis
Psal. 145.b dicitur: Dñs sapientes facit cæcos. Siue ut in Latinis co
dicibus legitur: Dominus illuminat cæcos, dñs diligit aduenas: ut postquam cæci lumen receperint ueritatis,
& stulti sapientiā didicerint, tunc ad ecclesiam transeun
Osee 2.d tes diligantur à domino, & audiāt per prophetā: Voca-
bo nō populum meū, populum meū: quo intrante tem
plum dei, zelus apprehēdit populū ineruditū. c ¶ *Ecce ego creaui fabrum, etc.*] Dicamus primum iuxta Hebrai-
cum: Si uis nō timere, & procul à te esse formidinē, fac quæ præteritus sermo narrauit: Ego enim sum per quē habitura es proselytos. Ego qui creaui fabrum sufflan-
tem in igne prunas, hoc est, diabolum omnium malo-
rum artificem, non necessitate naturæ, sed mentis arbi-
trio. Qui suscitauit incēdia, & proferet cōtra te uasa. qua
les fuerūt Simon & Elimas magi, Petro & Paulo apīis
Act. 13 resistētes. Ego creaui interfectorē eorū q increduli sunt futuri. Non quo ego sum causa ꝓditionis eorū, sed quo creatus aduersarius ad pugnandū, & uictis perditio, &
uictoribꝫ. causa sit præ
miorū. Omnesq; qui
contra te à fabro suf-
fiante sunt fabricati,
non dirigentur: sed &
præsentes pœnas sen-
tient & futuras. Qđq;
prius uidebat occul-
tū, in cōsequentib. di-
citur manifestius: Et
omnē linguā resisten-
tem tibi, in iudicio iu
dicabis: perdēs sapiē-
1.Cor. 1.b tiam sapientiū, & pru
dentiā prudentiū re-
probās. Cūctosq; hæ
reticorū principes, &
Iudæorū magistros,
& mūdi philosophos,
quos faber ille confla
uerat, tuo iudicio con
demnabis. Quomo-
do & regina Saba cō- Matt. 12.d
demnauit incredulos
& Niniuitas: & ecōtra
rio iustificabit Sodo-
ma cōparatione peio
ris Hierusalē. Post hęc
infertur quæ sunt præ
mia futurorū, ne cas- D
sum putēt esse certamē, & præsenti morte finiri. Hæc est
1 Cor. 2.b hæreditas seruorū domini, id est, regna cœlorū, & uita perpetua, & retributio laborū: quæ oculus non uidit, &
auris nō audiuit, & in cor hominis nō ascenderūt, quæ præparauit deus diligentibus se. Si aūt diligentibus, er-
go & seruientibus, qui nullum aliū habent dominū, nisi deum. Et hæc est iustitia eorū qui apud deum sunt,
dicit dominus: ut præsens tribulatio futuro gaudio cō-
pensetur. Porrò iuxta Lxx. iste mihi sensus uidet: Ego
creator tuus nō te ita feci, quomodo diabolus faber pes
simus immundo spiritu conflat uasa iniquitatis, & pro-
fert ea in perditionē: qui scire debet quod huiusce modi
uasa prosperum iter non habeant, sed in cursu medio
confringantur. Quæ sint autem uasa, sequenti sermone
demonstrat. Et omnis uox quæ surgit contra te in iudi-
cium, omnes eos uinces. Vasa iniquitatis uocē habent,
quæ uox surgit contra ecclesiam, quando ponūt hære-
tici in excelsum os suum, & lingua eorum pertransit ad
terram. Quodq; sequitur: Et obnoxij tui erūt in ea, obe
lo prænotauimus: quod non tam à Lxx. q̄m à malis scri-
ptoribus uidetur additū. Cum aūt omnē uocē surgen-
tem aduersum se ecclesia uicerit, tunc seruientibus dño
& obedientibus erit hęreditas, æterna possessio. De qua
& in Hieremia alijs uerbis dicitur: Est merces operibus Hier. 31.c
tuis. Habitatoresq; ecclesiæ iusti erunt domino. Omnis
enim qui facit iustitiā, de deo natus est. Quibus loqui-
tur dominus: Estote sancti, quoniam ego sanctus sum. Leui. 20.b

CAP. LV

OMnes sitientes uenite ad aquas, etc.] Verbum Hebraicū,
הוי de quo suprà in prophetia cōtra Ariel dixerā Suprà 29.d
quod esset ambiguū, & uel interiectionē uocātis, uel uæ
significaret: hic in principio capituli positū, nequaquā
plangentis legitur, sed uocātis affectu. Quia ergo omne
uas fictū contra ecclesiā dixerat conterendū, & omnem
uocem

A uocē linguam q; quę se armauerat cōtra scientiā dei, esse
superandā: prouocat credētes ad fluuiū dei, q repletus
est aquis, & cuius impetus lętificat ciuitatē dei, ut bibāt
aquas de fontibus saluatoris, q loquit ad Samaritanā:
Ioan. 4.b Si scires gratiā dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bi-
bere, tu petisses ab eo,
& dedisset tibi aquā.
Aqua quā ego dede-
ro ei, fiet in eo fons a-
quæ saliētis in uitā æ-
ternam. De his aquis
clamabit in tēplo: Si
qs sitit, ueniat ad me,
& bibat. Qui biberit
de aqua quā ego de-
dero ei, flumina de uē
tre eius fluēt aquæ ui-
uæ. Significās spiritū
sanctū, quē credentes
accepturi erant: & de
quo propheta mysti-
co sermōe resonabat:
Psal. 41.a Sitiuit anima mea ad
& 35.c deū uiuentē. Et iterū:
Hier. 2.c Apud te est fons uitæ.
Qui ipse de se loque-
batur: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ: & foderūt sibi lacus contritos,
qui non possunt aquas continere. Has aquas spargunt
nubes, ad quas peruenit ueritas dei. Sicut scriptum est:
Esaie 45.d Et nubes spargunt iustitiam. Præcipiturq; sitiētibus, ut
nequaq; bibant aquas Sior turbidas, & tumentes gut-
gites Assyriorum: sed pergant ad aquas Siloe, quæ ua-
dunt cum silentio, nec timeant eloquij paupertatē, si ar
gentum fortē nō habeant, sed audiant Apostolū dicen-
Eph. 2.a rem: Gratia salui facti estis. Et dominum ad discipulos:
Matt. 16.a Gratis accepistis, gratis date. Mirumq; in modū emunt
B aquas absq; pecunia, & nō bibunt eas sed comedunt. Ip
Ioan. 6.c se enim & aqua & panis est, qui de cœlo descendit. Ergo
quod in quibusdam exemplaribus legitur: Emite & bi-
bite, ab imperitis scriptoribus immutatū est, qui puta-
uerunt esse consequētius, si biberent potius aquæ q̄m co
mederentur. Est aūt & pecunia pessima siue argentum,
Suprà 1.f quod reprobat scriptura dicens: Pecunia quæ dat cum
Psal. 11.b dolo, quasi testa reputabitur. Et in alio loco: Argentum
uestrum reprobum. Et est argentum quod dei eloquijs
comparatur: Eloquia domini, eloquia casta: argentum
igne examinatū terræ, purgatum septuplum. Spreto igi
tur illo argento & pecunijs, quib. aquas dñi emere non
possumus, pergamus ad eū qui tenens calicē sacramen
Matt. 26.c ti discipulis loquebatur: Accipite & bibite, hic est san-
guis meus, qui pro uobis effundetur in remissionē pec
catorū. Q̄d uinū miscuit & sapiētia in cratere suo: om-
nes stultos seculi mundiq; sapientiā non habentes, pro
uocans ad bibendū: & ut non solum uinū emamus, sed
& lac, quod significat innocentiā paruulorū, qui mos
ac typus in Occidentis ecclesiis hodie usq; seruat: ut re-
natis in Christo, uinū lacq; tribuatur. De quo lacte dice
1 Cor. 3.d bat & Paulus: Lac uobis potū dedi, non solidū cibum.
1 Pet. 2.a Et Petrus: Quasi modo nati paruuli, rationale lac desi-
derate. Vnde & Moyses uinū & lac in Christi intelligēs
Gen. 49.b passione, mystico sermone testat: Gratiosi oculi eius à
uino, & cādidi dētes eius à lacte. Pro lacte in præsenti lo
co Lxx. σίτῳ, id est adipem transtulerunt. De quo san-
Psal. 62.b ctus Dauid dicit in psalmo: Sicut adipe & pinguedine
repleatur anima mea. Et in alio loco: Cibauit eos de adi
pe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Qui adipes
non aliud q̄m mysticam carnem sonant. Ad quam do-
Ioan. 6.f minus discipulos hortabatur, dicens: Nisi comederitis
carnē meā & biberitis sanguinē meū, nō habebitis uitā C
in uobis. Vnde & in ארמית traditus est, quod signi
ficat uallē adipeā seu pinguissimā. Simulq; increpat eos
qui sequunt sapientiā secularē: & peruersas hęreticorū,
simulatasq; doctrinas & pharisæorum traditiones, om
nemq; falsi nominis
scientiā, quæ eleuatur
cōtra deū: & magnis
precijs ac labore cōti-
nuo appendūt argen
tum pro ea disciplina
in qua nō sunt panes:
& sudant ꝓ his cibis,
in quibus nulla satu-
ritas est. Ex quo osten
ditur eam sectandam
esse sapientiā, quę nō
est insolijs ac flore uer
borum, sed in medul
lis ac fructib. sensuū,
quæ non aurem præ-
teruolat, sed animum
reficit. Quam ut disca
mus, nō trāsimus ma
ria, nec magnis sum-
pub. indigemus: sed
prope est uerbum in
ore nostro, & in corde nostro. a ¶ *Audite audiētes me, etc.*]
Ne quis putaret auditū carnis esse, nō mētis: ad quē co-
hortat audituros sermo diuinus: nō carnis illis bona,
sed animæ polliceī. Si eīi, inquit, audieritis me, bona Suprà 1.c
terræ comedetis. Siue bonum, qui dicit: Ego sum pa-
stor bonus. Et delectabitur in bonis, & in crassitudinē Ioan. 10.b
anima uestra. Ergo bona quæ animæ repromissa sunt,
non diuitiæ & corporis sanitas, & seculi dignitates, quæ D
etiam philosophi appellant indifferentia, id est, nec bo-
na, nec mala, & pro utentium qualitate uariantur: sed
illa credenda sunt, ad quæ nos cohortatur deus: Decli- Psal. 36.c
na à malo, & fac bonum. Sin autem bona animæ, hone
stas uirtutesq; dicuntur: ergo & mala, non paupertas,
& infirmitas corporis, & ignobilitas accipienda: sed o-
mnia uitia, quæ uere mala sunt. Denicq; Abraham non
ideo bona habuit, quia diues fuit, sed quia diuitijs be-
ne usus est. Et Lazarus qui postea requieuit in sinu e-
ius, non idcirco mala sustinuit, quia cum egestate pas-
sus est tormēta morborum, sed malis quæ purabantur
in seculo, uera bona est consequutus. Vnde & diues il- Luc. 16.c
le purpuratus, recepit bona sua in uita sua: quæ illi erāt
bona, qui ea arbitrabatur bona. Et de Lazaro nō econ
trario dicitur: Recepit mala sua in uita sua: sed recepit
mala in uita sua, quæ mala non illi qui patiebatur, sed
alijs uidebantur. Vtriusq; rei exemplum nobis tribuit
beatus Iob, qui nec in bonis nec in malis seculi uictus Iob 2.b
est, sed omnia pari mentis firmitate sustinuit. Quamob
rem Salomon precatur deum: Diuitias & paupertatem Prou. 30.d
ne dederis mihi. Constitue autem mihi quæ sunt uictui
meo necessaria & sufficientia, ne saturus mendax effi-
ciar, & dicam: Quis me uidet, aut egens furer, & periu-
rem nomen domini. Si aūt hoc deprecatur, ut nec diui
tias habeat, nec paupertatē, sed tantū uictus necessaria,
de quibus & Apostolus dicit: Habentes uictū & uestitū, 1 Tim. 6.b
his contēti sumus: perspicuū est diuitias & egestatē, sani Psal. 36.d
tatem & languorē, uoluptatē atq; cruciatus, nec bona
esse nec mala, sed pro sustinentiū diuersitate bona & ma
la fieri. Ergo nō iuxta χιλιασῶς, opum abundantiam,
& delicatos cibos, & crassitudinē corporis, phasides q;
& fartos turtures, mulsum, merū, uxorum pulchritudi
nem, examina liberorum, dominus animæ pollicetur:
sed illas delicias, ad quas nos mystice prouocat, dicens:

Dele-

A Delectare, siue delicijs fruere in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui, & alibi: Credo uidere bona dñi in terra
Psal.26.d uiuentiū. Et in illo psalmo: Benedic anima mea dño, &
Psal.102.a omnia interiora mea nomē sanctū eius. Qui implet in
Esaiæ 55.a bonis desiderijs tuū. Deniq; infert: Audite me, & uiuet anima uestra. Omniū bonorū promissio, uita est sempiterna. Q⁹ si uolueritis audire, & anima uestra uixerit in æternū, feriā uobiscū pactū sempiternū, misericordias Dauid fideles. De quib. idem
Psal.88.d Psalmista cātabat: Misericordias dñi in æternū cātabo. In gñatione & gñatione annunciabo ueritatē tuā. Et ut sciamus quæ sint istæ misericordiæ, sequēti sermone demōstrat: Semel iurauī in sancto meo: si Dauid mentiar, semē eius in sempiternū manebit, & thronus illius sicut sol in cōspectu meo, et sicut luna perfecta in æternū, & testis in cælo fidelis. Qui idcirco uocat fidelis, quia promissa cōpleuerit. Pro quib. Lxx. trāstulerūt: τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά, id est, sancta Dauid fidelia, quod potest, p firmis accipi
Psal.110 atq; robustis. Vt est illud: Fidelia omnia mandata eius,
Deut.32.d cōfirmata in seculū seculi. Et in alio loco: Deus fidelis, et
1 Tim.5.a nō est iniquitas in eo. Et apls Paulus: Si negauerimus,
B inquit, eū, ipse fidelis manet: negare seipsum nō potest. Et in alio loco scribens ad Timotheū: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Hoc aūt pactū quod dñs policetur, nō erit breue & unius tēporis, sicut fuit populi Iudæorū, sed manebit in æternum, ut ueniat uerus Dauid: & in euangelio compleant quę ex dei persona sunt
Psal.88.d repromissa: Inueni Dauid seruū meum, in misericordia sancta unxi eum. Cuius manū posuit in mari, & in fluminibus dexterā illius. Quē iuxta Ezechiel, per multa iam secula dormiēte Dauid, appellat seruū suū atq; pastorē dicens: Suscitabo uobis pastorē unū, seruū meum Dauid. a ¶ *Ecce testem populis, etc.*] Prouocauerat ad credendum populum Iudæorū, ut inclinarēt aurē suam, et pactū acciperēt sempiternū: quod dñs Dauid repromi-
Gen.22.d serat, & Abrahā, ac semini eius, dicēs: In semine tuo be-
& 26.a nedicent̄ gentes. Quod apostolus Paulus edisserēs, nō
Gal.3.b dixit, ait, in seminib. sed, in semine quod est Christus. Et quia sciebat illis non credentibus, credituros esse populos nationum, transit ad gentes: & dicit mississe se filium suum testem uel testimoniū cunctarum gentium, qui præcepta illius atq; mandata populis nūciaret, qui
Matt.24.b de seipso loquitur: Oportet prædicari euangeliū istud in omni orbe, in testimoniū cunctis gentibus. Deniq; superbientē Pilatū hoc sermone confutat: In hoc natus sum, ut testimoniū prębeam ueritati. De quo apostolus
1 Tim.2.b Paulus scribit Timotheo: Vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit se redemptionem pro omnibus, testimoniū tēporib. proprijs: in quo ego positus sum præco & apls. Omnia ergo quæ dicuntur, ad eum referenda sunt. Qui quasi ouis ad uictimam ductus est: & quasi agnus corā tondēte nō aperuit os suū.
Supra 53.e De quo suprà dicitur: Vidimus eū, & non habebat speciem neq; decorē. Et ipse peccata nostra portauit, & pro

HEB. Ecce testem populis dedi eū, ducē ac præceptorem gētibus. Ecce gentem quā nesciebas, uocabis: & gētes quæ nō cognouerūt te, ad te currēt: propter dominū deū tuū & sanctum Israel q̄ glorificauit te. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dū propè est. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & cōuertatur ad dominū, & miserebitur eius, & ad deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscēdum.

SEP. Ecce testimoniū in gentibus dedi eū, principē & præcipientē gētib⁹: gentes quę nesciebāt te, inuocabunt te: & populi qui ignorabant te, ad te confugient: propter dñm deū tuū sanctum Israel, quia glorificauit te. Quærite dnm: & cū inueneritis eū inuocate. Et postq̄ uobis appropinquauerit, relinquat impius uias suas: & uir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad dominum, & misericordiam consequet̄: quia multū dimittet peccata uestra. Non nobis dolet. Ad hūc confugerūt siue cucurrerūt, q̄ eum anteæ nesciebāt, dicentes: Deus noster refugiū & uirtus. Et iterū: Dñe refugiū factus es nobis in gñatione & gñatione. De quorū fide & suprà legimus: Quib. nō est prædicatum de eo, uidebūt: & qui nō audierāt, intelligent. Iste testis est omnium quæ pater mūdo spopondit & præstitit: cuius mysterium breui Paulus ad Ephesios sermone comprehendēs: Deus, inquit, dñi nostri Iesu Christi pater gloriæ. De quo & nunc scriptū est: Propter dñm deū tuū & sanctū Israel, qui glorificauit te: et ea gloria quam habuit prius cū mūdus fieret. De qua & propheta testat̄: Apparebit gloria dei, q̄ est splendor gloriæ, & forma substātiæ eius: q̄n omnis lingua confitebitur, q̄ dñs Iesus in gloria patris sit. qui respondit filio gloriā quā prius habuerat, postulanti: Et glorificaui, & glorificabo. De quo & Ioannes apostolus: Vidi mus, ait, gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à patre plenum gratiæ & ueritatis. Ergo q̄n de deo loquit̄: Qui in principio apud deū erat deus uerbum, appellat̄ pater gloriæ: quando aūt de eo qui dicit in Euangelio: Quid me persequimini hominē, qui ueritatē uobis loquor: uocatur deus domini nostri Iesu Christi. Non q̄ alter sit (qui multorum error est pessimus) sed quo unus atq; idem filius dei: nunc diuinitatis suæ gloriæ, nūc nostræ naturæ quā susc̄ipere dignatus est, loquatur affectibus.
C Isa.45.c Psal.89.a Supra 44 Eph.1.c Ioan.17.a Phil.2.b Ioan.17 Ioan.8.a D

b ¶ *Quærite dominū dum inueniri potest, etc.*] Quia igitur, ut antè diximus, noluistis pactum recipere sempiternum, & misericordias Dauid fideles: quas uobis nolentibus susc̄ipere, susc̄epit turba gentilium: moneo uos populares meos ego propheta, atque contestor: dum tempus est, agite pœnitentiam. Conuertimini ad eum qui uobis nunc loquitur per prophetas, qui postea loquuturus est præsens. Quærite eū dum inueniri potest, dum estis in corpore, dum datur locus pœnitentiæ: & quærite non loco, sed fide. Quomodo autē quæratur deus, in alio loco plenius dicitur: Sapite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite eum: quia inuenitur ab his qui non tentant eum: & apparet his qui non sunt ei increduli. Vnde & nos scientes illud dictum de peccatoribus: Qui longe recedūt à te, peribunt: loquamur ad dñm: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernū, ades. Et inuocemus eum dum propè est, ne nostris uitijs atq; peccatis procul recedat. Appropinquat enim appropinquantib. sibi, & filio lōgo post tempore reuertenti lætus occurrit. Quamobrem sanctus in psalmo canit: Mihi autem adhærere deo bonum est. Et Moyses solus appropinquabat ad dominū. Et per Hieremiā loquitur deus: Ego deus appropinquans, & non de longe. Appropinquūs eis, qui mihi appropinquant fide, & longe recedēs ab his, qui à me procul infidelitate discedunt. Propter quæ dicitur ad credentes: Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Ac ne hoc putaremus posse sufficere, statim subiungit: Resistite diabolo
Sap.1.d Psal.138.b Psal.72.d Gen.24.d Hier.23.c Iaco.4.b

A bolo, & fugiet à uobis. De quo suprà dixerat: Aduersarius uester diabolus sicut leo circumiens, quærit quem
1 Pet.5.b deuoret. Aduersum quē resistite cōfortati fide. Nec satis est quærere dñm, & dū pœnitētiæ tēpus est inuenire: atque inuocare eū dum propè est, nisi reliquerit impius uias suas pristinas, & cogitatiōes antiquas, quibus à dño declinauerat. Tunc enim reuertemur ad dñm, q̄ miserebitur nostri, & ad clementissimū patrē, q̄ multus est in misericordijs, & facilis ad ignoscēdum, cum cogitationes & uias pristinas reliquerimus, ut postea merēamur audire: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata.

HEB. Nō ēnim cogitationes meæ, cogitationes uestræ: neq; uiæ uestrę, uiæ meę, dicit dñs. Sicut enim exaltant̄ cœli à terra, sic exaltatę sunt uiæ meæ à uijs uestris: & cogitationes meę à cogitationibus uestris. Et q̄ū descēdit imber & nix de cœlo, et illuc non ultra reuertet̄, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eā facit: & dat semē serenti, & panē comedēti. Sic erit uerbum meū quod egrediet̄ de ore meo, & non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæ cunq; uolui: & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Quiā in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cātaburt coram uobis laudē: & omnia ligna regionis plaudēt manu. Pro saliuncula ascendet abies: & pro urtica crescet myrtus. Et erit dñs nominatus in signū ęternum, quod non auferetur.

a ¶ *Non enim, etc.*] Neputetis, inquit, difficile esse quod spondeo, & uobis incredibile uideatur, impiū & iniquum posse saluari: uel populū Iudæorū, uel omnes qui in gentibus nesciebant deū: Hoc cōsiderate, quod multa inter mea uestraq; consilia sit differentia: & quanta naturæ, tanta uoluntatis diuersitas. Multæ ēm cogitationes in corde uiri, consilium aūt dñi in sempiternum manet. Vos aūt homines sępe promisi pœnitētes: ueterē uoluntatē, nouella uoluptate subuertistis. Dñs ēm dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorū, & irritas facit uoluntates principum. Cogitationes autem cordis eius à generatione in generationem: & quicquid decreuerit, non potest immutari. Vultis scire diuersitatē mei uestriq; consilij? Quantum cœlum loci distat à terra, & aliud angelorum, aliud hominū habitaculum est: tantum meæ cogitationes à uestris consilijs separantur. De meis enim cogitationibus dicitur: Inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ illius. Porrò de uestris: Cogitauerunt consilium quod nō potuerunt stabilire. Et in alio loco: Quodcunq; inieritis consiliū, dissipabitur: & quicquid locuti fueritis, nō permanebit in uobis. Perspicua interpretatione nō indigent, idcirco stringūtur potius q̄ differuntur. b ¶ *Et quō, etc.*] Pendent ex superioribus quæ dicuntur, & breuiter hic sensus est: Nō sit incredulus populus nationum, q̄ post tanta scelera impius repente saluet̄. Non enim sunt cogitationes meę ut cogitationes hominum: & quantum cœlum distat à terra, tantū meæ cogitationes à cogitationibus hominum separatæ sunt. Ego enim clementissimus sum, & multus ad ignoscendum. Vultis & aliam accipere similitudinē: Quomodo imber & nix descēdit de cœlo, & illuc ultra non reuertet̄: sed inebriat terrā, & infundit eā, & uaria semina pullulat: ut plenis segetibus panes in usus hominū procreent̄. Sic repromissionis meę uerbū, quod semel pollicitus sum, & quod egressum est de ore meo, irritū nō erit, sed omnia opere cōplebunt̄. Iuxta anagogē duplex intelligentia est, quod uerbum domini uel ille sit, de quo scriptū est:
Prou.19.c Psal.32.b Sap.17.a Rom.11.d Psal.20.c Supra 8.b C Anagoge

SEP. Neq; ēm sunt cogitationes meę sicut cogitationes uestræ, nec sicut uiæ meæ, uię urę, dicit dñs. Sed quantū distat cœlū à terra, tantū distat uia mea à uijs uestris, & cogitationes uestræ à cogitatione mea. Quomodo si descendat pluuia, aut nix de cœlo, & nō reuertat̄, do nec inebriet terrā, & generet & oriat̄, & det semen seminanti, & panē ad comedē dum. Sic erit uerbū meū, quod exierit de ore meo, nō reuertet̄ donec cōpleat quæ uolui: & prosperas faciam uias eius, & præcepta mea. In lętitia egrediemini, & in gaudio deducemini. Montes & colles exiliēt, expectantes uos in gaudio: & omnia ligna agri applaudent tramis. Et pro ϭοιβῷ (id est, uilissimo stipite) ascendet cypariss⁹: & p coniza ascēdet myrtus. Et erit dñs in nomē, & in signum sempiternum, & non deficiet. Hæc
Ioan.1 D Deut.32.d Psal.125.a Prou.20.b Eccls.11.d Abacuc 3.c 2 Cor.9.b Eccls.11.c

In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Qui nō reuertetur ad eum uacuus, nisi patris fecerit uoluntatem: & uniuersa compleuerit, propter quæ fuerat corporatus, & mundum reconciliauerit deo. Qui de ore procedere dicitur, & de utero ac uulua: non quod deus hæc membra habeat, sed quod nos naturam domini per nostra uerba discamus. Vel certe hoc dicendum, quod euangelicæ sermo doctrinæ, imber appelletur, & pluuiæ quas fundūt super terram bonam, nubes spirituales, ad quas peruenit ueritas dei. Quem imbrem, & quas pluuias Moyses in Deuteronomij cātico policetur: Audiat terra uerba oris mei. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: & descendant sicut ros uerba mea: ut qui seminauerint in lachrymis, in gaudio metāt. Et qui seminauerint in iustitia & spiritu, metant fructum uitæ sempiternæ: accipiantq; panem doctrinæ euangelicæ, de quo in Prouerbijs & in Eccle siaste scriptum est: Aperi oculos tuos, & implere panibus. Et iterum: Mitte panem tuum super aquam: quia in multitudine dierum tuorum inuenies eum. Neque enim credendum est, quod præcipiatur uescentibus, ut ad comedendum hunc panem, quo corpora nutriuntur, oculos aperire debeāt, & sic saturari panibus, quos in Abacuc comedit pauper absconditē. Sed ad panem doctrinæ cohortatur dei: quem nisi aperuerimus oculos cordis nostri, comedere non possumus. De quo sæpe scribit & Paulus, his qui fidei & ueritatis sermonibus nutriuntur. Præcipiturq; doctori, ut panem doctrinæ suæ mittat super omnē aquam, & cunctis infundat gratiam spiritualem: & sciat quod si fecerit quæ præcepta sunt, in nouissimo tempore sit præmia receptur⁹. Satisq; uidebitur iniustum, ut qui præbet eleemosynam, de iniquo māmona faciat sibi amicos, qui eū recipiāt in æterna tabernacula: & qui spirituales largit̄ cibos, datq; cōseruis cibaria in tempore suo, nō inueniat eos post multa secula, quæ Ecclesiastes appellat dierum multitudinē. c ¶ *Quia in lætitia, etc.*] Verbū, inquit, meū non reuertetur uacuū: sed postquam compleuerit uniuersa

A uersa quæ uolui, & meã in terris fecerit uoluntatẽ, tunc
ad me ueniet, & implebitur illud quod scriptũ est: Dixit
Psal. 109 dñs dño meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimi
cos tuos scabellũ pedũ tuorũ. In lætitia enim egrediemi
ni de idololatriæ sanguine, & deducemini in pace, ut au
Rom. 1.a diatis ab apostolis: Gratia uobis & pax. Siue in
gaudio deducemini, ut post umbrã legis,
discatis euangelij ueri
tatẽ. Montes eñ & col
les, quos angelos in
telligere possumus, &
sanctorũ animas, quę
p uarietate uirtutum
mõtes appellantur &
colles, gaudebũt sup
pœnitẽtibus, & mẽtis
lætitiã saltib. indicabũt.
Luc. 15.b lio: Lætabunt angeli in cœlo super uno peccatore pœni
Psal. 1.a tentiã agente. Omnia quoq; ligna agri plaudẽt manu si
ue ramis, quæ plãtata sunt secus decursus aquarũ, quæ
fructũ suũ dabũt in tẽpore suo: & foliũ eorũ nõ defluet.
Psal. 51.b De quibus unũ lignũ loquebat in psalmo: Ego aũt sicut
oliua fructifera in domo dñi. Interrogemus eos q̃ sim
plicem tantũ sequunt historiã, & elixas carnes sangui
ne comedũt: Utrũ ligna plaudant ramis, & concrepent
Psal. 97.b manu: & illud q̃d de fluminib. dicit: Flumina plaudent
manu: quo sensu accipiendũ sit. Nec solũ mõtes et colles
exilient atq; cantabũt, & omnia ligna agri cui benedixit
dñs, plaudẽt ramis, & manib. concrepabũt, sed & σανὶν
quoq; & κονίζω, siue saliuncula & urtica in abietem uer
tuntur, ac myrtũ & cyparissum. Et pro σανὶν iuxta Sym
machum & Lxx. in Hebræo scribitur ץרעה quẽ & A
B quila & Theodotio κονίζω interpretati sunt. Est autẽ
κονίζη herba uilissima & amara, odorisq; pessimi. Vbi
autem Lxx. transtulerunt κονίζη, quæ in Hebraico dici
tur סרבד Symmachus uertit urticam. Vtcunq; se habet
nominum proprietas, hoc dicendum est, quod mala
uertantur in bona: & pro uitijs nascantur uirtutes, id
est, pro iniquitate, iustitia: pro temeritate, fortitudo:
pro luxuria, temperantia: pro stultitia, prudentia. De
mus exempla maiorũ: Matthæus & Zachæus & publi
cani, saliuncula erãt: & σανὶν, & stirpes inutiles: & κονίζη
Psal. 37.b amari saporis, & odoris teterrimi dicẽtes: Computruc
runt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ
meæ. Isti in apostolos repente mutati, facti sunt cypariss
sus, & abies, & myrtus, odoris optimi: & in uaria opera
necessarij. Paulus quoq; persecutor ecclesiæ, quãdo au
Act. 9.a diebat à dño: Saule, Saule, quid me persequeris? durũ
tibi est contra stimulũ calcitrare: urtica erat, habens per
secutionis aculeos. Quando aũt in toto orbe euangeliũ
2 Cor. 2.d prædicauit, & dicere poterat: Christi bonus odor su
Matt. 21.c mus, recte cypariss appellat & myrtus. Meretrices &
publicani præueniũt pharisæos in regno dei: & latro de
cruce transit in paradisum. Ergo illud quod in euange
Matt. 7.c lio dicit: Non potest arbor bona facere fructus malos:
nequaq; refertur ad naturæ proprietatẽ, ut hæretici uo
lunt, sed ad mẽtis arbitriũ. Denicq; infertur: Aut facite ar
borẽ bonã, & fructus eius bonos. Ex quo perspicuum
est, unũquemq; propria uoluntate facere animæ suę bo
nam uel malam arborẽ, cuius fructus uarij sunt. Sequi
tur: Et erit dominus in nomẽ & in signũ sempiternum,
quod non deficiet. His qui de malo cõmutati fuerint in
bonum, erit dominus in nomẽ & in signum æternum:
ut ex ipsius appellentur nomine Christiani, & crucis
eius inurantur cauterio. De quo signo Symeon tenens
ulnis paruulum, loquebatur: Hic erit in ruinã & in re
Luc. 2.d surrectionem multorũ, & in signũ cui contradicetur, de
quo & suprà dictũ est: Dabit uobis dñs signum. Et san
C ctus cantat in psalmo: Fac mecũ dñe signũ in bonũ. Et
Psal. 85.a ipse qui signũ est: Cum uideritis, ait, signũ filij hominis,
quod nõ deficiet, nec ullo fine mutabitur, sed præsenti
conuersatione transiet in futurũ.

CAP. LVI

HAec dicit dñs: Custodite iudiciũ, & facite iustitiã: qa
iuxta est salꝰ mea ut ueniat, et iustitia mea ut reuelet.

HEB. Beatus uir qui fa
cit hoc, & filius hominis q̃
apprehendet istud, custo
diens sabbatum ne polluat
illud: custodiens manus su
as, ne faciat omne malum.

SEPT. Beatus uir qui
facit hæc, & homo qui
retinet ista: & custodit
sabbata, ut non propha
net ea: & seruat manus
suas, ne faciat iniquitatẽ.

Et Quod & dñs loquit in Euange
quæ recta sunt, & parẽt se aduentui saluatoris: quia ipse
est iustitia & misericordia dei. Si eñ cogitationes sancto
rũ iudicia sunt: & exercitatos sensus ad discretionẽ bo
ni ac mali habere debemus: cur nõ omni tẽpore custo
diamus iudiciũ, ne despiciamus personam pauperis in
iudicio, ne diutius potẽtia terreamur: sed ita magnũ iu
dicemus ut paruũ, sciẽtes iuxta Moysen, q̃ dñi iudiciũ Deut. 1.e
sit, q̃ iudicat iudicãtes, iuxta quod & in psalmo legitur:
Deus stetit in synagoga deorũ: in medio aũt deos dijudi Psal. 81.d
cat. Huic quod nunc dicit: Custodite iudiciũ, & facite
iustitiã, illud simile est: Beati qui custodiũt iudiciũ, & fa Psal. 105.d
ciũt iustitiã in omni tẽpore: ut iustẽ quod iustũ est, per
sequant. Quanq̃ in nomine iustitiæ, omnis mihi uidea
tur significari locus: q̃ qui unã iustitiã fecerit, cũctas uir
tutes impleuisse dicat: quæ inuicẽ se sequunt, & sibi hęrẽt:
ita ut qui unã habuerit, oẽs habeat: & qui una caruerit,
cunctis careat. Tale quid & quartusdecimus psalmus so D
nat: Qui ambulat immaculatus, & operat iustitiã. Et ali Suprà 26.b
bi scriptũ est: Iustitiã discite qui habitatis super terram. 1 Cor. 1.d
Quod aũt saluator qui factus est nobis iustitia, & sancti
tas, & redẽptio, ipse sit misericordia dei: sanctorũ uerba
testant: Et misit deus misericordiã suam & ueritatẽ suã.
a ¶ *Beatus uir qui facit hoc, etc.*] Qui cũ apostolo Paulo potest
dicere: Quãdo etã paruulus, loquebar ut paruulus, ut 1 Cor. 13.c
paruulus sapiebã, ut paruulus cogitabã: postq̃ factus
sum uir, destruxi ea quæ paruuli sunt. Iste præsentẽ con
sequitur beatitudinem, præteritorum obliuiscens, & in
futurum se extendẽs: donec perueniat ad unitatẽ fidei,
& cognitionẽ filij dei, in uirũ perfectum, in mensuram
ætatis plenitudinis Christi: ut ei psalmus ille ualeat coa
ptari: Beatus uir qui nõ abijt in consilio impiorum. Iste Psal. 1
igitur uir, & filius interioris hominis, de quo in Leuiti
co crebrius dicit: Homo, homo, in eo beatus est quod Leuit. 17.d
facit primũ, & apprehendet hæc: iudicium scilicet atq;
iustitiã & salutẽ domini quæ prope est, & cunctis genti
bus reuelanda: ut nõ solũ faciat quod præceptũ est, sed
stricta teneat manu, & custodiat sabbatum, ne polluat il
lud. Quod sit autem sabbatũ quod præcepit obseruan
dum sequẽs uersus ostendit: Custodiẽs manus suas, ne
faciat omne malũ. Neq; eñ prodest sedere in sabbato,
siue dormire, & epulis inhiare. Sed si bona faciẽs, quie
scat in malis, & iuge iniquitatis habeat sabbatum, id est
ocium: eaq; tantũ faciat, quæ ad animæ pertinẽt salutẽ,
& ad omne opus seruile nõ moueat. Qui enim fecit pec
catum, seruus est peccati. Nos autem in libertatẽ uocati Ioan. 8.d
sumus, qua libertate donauit nos Christus: ut nequaq; Gal. 4.d
operemur cibum qui perit, sed adhærentes domino, di Ioan. 6.e
camus cum propheta: Mihi autẽ adhærere deo bonum Psal. 72.d
est. Efficiamur cum eo unus spiritus: impleamusq; sab
bata dedicata, ne simus de sex diebus, in quibus factus
est mundus, de quibus apostoli non erant, quibus dñs
loquebatur

A loquebatur: Si essetis de mũdo isto, mundus utiq; ama
Ioan. 15.c ret quod suũ est. Nunc aũt nõ estis de mundo isto, quia
elegi uos, & idcirco odit uos mundus. a ¶ *Et nõ dicat filius, etc.*] Qui humiliter hunc locũ intelligũt, ad prosely
tos ex gentibus & uere eunuchos referũt quæ dicũtur,
q̃ & aduenæ si legem
dñi susceperint, & cir
cũcidant, & eunuchi:
Act. 8.c qualis fuit Candacis
ille reginæ, qui etiã in
itinere otiosus esse nõ
poterat, & dũ quærit
interpretẽ lectionis,
Christũ reperit quem
quærebat, nõ sint ex
terni à salute dei. Hoc
aũt, inquiũt, dicit con
tra Iudæos, q̃ nobilita
tẽ iactant generis, & fi
Ioan. 8.d lios Abrahæ se esse di
cũt, & beatos putãt q̃
habent semẽ in Sion,
& domesticos in Hie
Suprà 55.d rusalẽ. Nos aũt quos
suprà per saliũculam
& urticã & κονίζω &
σανὶν interpretati su
mus, in abietẽ & cypariss
Gal. 3.d nũc ad fidẽ euangelij intelligimus, puocari, q̃ desperaꝛi nõ debeãt, si adhæserint dño: nec se putẽt à dei popu
separari. Oẽs enim q̃ in Christo sunt baptizati, Christũ
induerũt. Non est Iudæus & ethnicus, circũcisio & prę
Deut. 32.f putium, quibus in Deuteronomij præcipit cantico: Læ
Matt. 8.b tamini gẽtes cum populo eius, id est, dei qui priorẽ ha
B buit populum Iudæorũ. Qui de oriente & occidente ue
niẽtes, requiescẽt in sinu Abrahã. Hoc est quod & Ioan
nes Baptista dicebat: Et ne dicatis, patrẽ habemus Abra
ham. Dico enim uobis: Potens est deus de lapidib. istis
suscitare filios Abrahæ. Et quomodo in proselytis non
est ulla diuersitas, sed & uiri & fœminæ ad salutẽ pariter
uocant: sic & in eunuchis qui se castrauerũt propter re
gna cœlorũ, uterq; sexus accipitur, qui mortificauerũt
mẽbra sua super terrã: fornicationẽ, immunditiã, passio
nem, desideriũ malum, donec perueniant omnes in ui
2 Cor. 5.c rum perfectũ, & dicant cum Apostolo: Nos neminẽ no
uimus secundũ carnẽ. Et si cognouimus iuxta carnem
Christũ, sed nunc iam non nouimus. Ergo in eunuchis
nequaq; intelligẽdi sunt, quos ardens poeta describẽs,
ait: Necnon infelix ferro truncata iuuentus, Atq; execta
Matt. 19.b uirum. Sed illi de quibus dñs in Euangelio loquit: Qui
se castrauerũt propter regna cœlorũ: quales erãt & apo
stoli, quibus admirantibus & pro rei difficultate dicen
tibus: Quis ergo potest saluus fieri? Respõdit saluator:
1 Cor. 7.c Qui potest capere, capiat. Vnde & Apostolus de huiu
scemodi eunuchis, id est de uirginibus, præceptũ dñi se
non habere testat: sed dat consilium quasi misericordiã
cõsecutus à dño, uolens omnes esse sicut seipsum. Tem
pus enim, ait, in collecto est: superest ut & q̃ habẽt uxo
res, sic sint quasi non habeant. Qui enim liber uocatus
est à seruitute & officio coniugali, iste uere seruus est
Christi. b ¶ *Quia hæc dicit dominus eunuchis: Si custodierint, etc.*] Duo proposuerat, proselytos & eunuchos. Prius
loquitur de eunuchis, datq; eis præcepta uiuendi: & fu
turorum præmia pollicetur. Et post eos uenit ad prose
lytos, illis quoq; similia repromittens. Loquitur ergo
eunuchis, qui desperatione dixerunt: Ecce ego lignum
arens: ne se putent subiacere maledicto, quod steriliꝛ
Exo. 23.d bus dictum est: Maledictus sterilis qui non facit semen
Deut. 7.c in Israel: Si, inquit, custodierint sabbata mea, & de meis
præceptis elegerint ea quæ uolui: & nõ ea quæ pro au C
dientium imbecillitate cõcessi: & fœdus meũ siue testa
mentũ omni retinuerint fide, dabo eis in domo mea, &
in tẽplo meo, & in muris firmissimæ ciuitatis meę locũ,
& nomẽ melius filijs & filiabus, quod nulla oblitione
delebitur. Qui sint eu
nuchi supra diximus:
qui solliciti sunt ad ea
quæ dei sunt, de qbus
loquitur & Sapiẽtia, Sap. 3.c
quæ titulo Salomõis
inscribit: Beata sterilis
immaculata, quæ nõ
cognouit straturũ in de
licto, habebit fructũ
in uisitatione animaꝛ
rum. Et eunuchus q̃
nõ estoperatus manu
iniquitatẽ, neq; cogiꝛ
tauit cõtra dñm mala.
Dabit enim fidei eius
electa gratia: et pars in
tẽplo dñi delectabilis.
Hæc sterilis uirginitate fœcunda est: hic eu
nuchus regno cęlorũ
uim facit, & uiolenter
diripit illud. Iste custos est sabbatorũ, ut nunq̃ faciat o
pera nuptiarũ. Iste elegit quæ dñs uoluit, ut plus offerat
q̃ præceptũ est: ut nõ indulgentiã apostoli eius, sed uo
luntatẽ consideret. Iste tenet fœdus dñi sempiternũ, ut
nõ ad tẽpus uacet orationi, & iterũ ad idipsum reuerta
tur: sed accepturũ esse se nouerit in domo dñi, quæ est
ecclesia eius, locũ optimũ. Multæ enim mansiones sunt Ioan. 14.a
apud patrẽ. Et qui eunuchus fuerit, ac fecerit uniuersa D
quæ scripta sunt, habebit in muris eius locum optimũ:
ut scilicet turris domini efficiatur, & in sacerdotali con
sistat gradu: & pro carnis filijs, multos habeat filios spi
rituales. Talem fuisse eunuchũ quẽ Iesus amauit pluri
mum euangelistam Ioannem, ecclesiasticæ tradunt hi
storiæ, qui recubuit super pectus Iesu, qui Petro tar Ioan. 13.c
dius ambulante, elatus uirginitatis alis cucurrit ad do & 21.f
minum: qui in secreta diuinæ se natiuitatis immergẽs,
ausus est dicere, quod cuncta secula nesciebant: In prin Ioan. 1
cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & de
us erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Fa
cessat igitur omnis cauillatio Iudæorum, & risui præ
bere se cessẽt, aperiens semiuiris regna cœlorum: eum
pudicitia non in debilitate sit corporis, sed in animi uo
luntate. c ¶ *Et filios aduenæ qui adhærent domino ut colant eũ, etc.*] Post eunuchos transit ad alienigenas, quos prius
nominauerat: & illis quoque præmia pollicetur: quod
si seruierint ei, & de seruitute transierint ad nominis il
lius charitatem, sint ei serui, qualis fuit & apostolus
Paulus, scribens in principio epistolarum suarum:
Paulus seruus Iesu Christi, & Moyses famulus dei. Rom. 1.a
Quod autem in Septuaginta additum est, & ancillas, Hebr. 3.a
obelo prænotauimus. Neque enim fieri potest, ut in
spiritualibus donis sit sexus ulla diuersitas: quum in
Christo Iesu non sit uir & mulier: sed omnes in eo u Ioan. 17.c
num simus. De sabbato & fœdere sempiterno suprà di
ximus. Qui ergo fecerit hæc, adducet eum deus in
monte sancto suo, & lætitia afficiet in domo orationis
suæ. Mons sanctus, aut dogmata ueritatis sunt, trinita
tisq; confessio: aut ipse dominus ad quem ultimo tem
pore (iuxta hunc eundem Esaiã & Micheam prophetã) Suprà 2.a
gentes plurimæ confluent. Domusq; orationis, ecclesia Michęæ 4.a
est, quæ in toto orbe diuiditur: & nõ templum Iudæo
rum, quod breuissimis Iudææ terræ artabat angustijs.

A a ¶ *Holocausta eorũ & uictimæ eorũ, etc.*] Differentiã hostiarum & holocaustorũ in Leuitico plenius diſcimus. Holocauſta ſunt, quæ ſuper altare integra concremantur, Victimæ & hoſtiæ, quarum pars offertur altari, pars ſacerdotibus traditur. Non eſt ergo credendũ q̃ alienigenarum & eunuchorũ hoſtiæ ritu Iudaico requirantur. Sed hoc ſcire debemus, quod holocauſta eunuchi offerant, qui totos ſe conſecrant deo. Victimas autem alienigenæ, qui ad tempus uacant orationi, de quibus loquitur deus:

Pſal. 49.d Hoſtia laudis glorificauit me. Et in alio loco: Immola deo ſacrificium laudis. De his uictimis & holocauſtis, per Oſee dominus loquitur: Miſericordiam uolo, & non ſacrificium: ſcientiam dei magis quàm holocauſta, quæ offerũtur ſuper altare domini.

Oſee 6.b

Apoc. 6.c Quod Ioannes in Apocalypſi in cœlo ſe uidiſſe teſtat, ſub quo erant animæ martyrum. Ex quo unus de Seraphim carbonem forcipe comprehenſum, ad Eſaiæ tetulit labia purganda. Hoc eſt altare, & hoc tabernaculum, ad cuius ſimilitudinem omnia in Exodo facta referuntur, in quibus oblatæ ſunt uictimæ ſpirituales deo. Alioqn de corporalibus hoſtijs, & holocauſtis, ſuprà idẽ teſtatur deus: Vt quid mihi multitudinem uictimarũ ueſtrarum, dicit dominus? Plenus ſum holocauſtomate arietũ, & adipe agnorum: & ſanguinem taurorum & hircorum nolo. Domus enim mea, domus orationis uocabitur cunctis populis. Non uni gẽti Iudææ: nec uno Hieroſolymæ urbis loco, ſed in toto orbe terrarũ. Nequaq̃ taurorũ & hircorũ & arietũ, ſed orationis. Quo teſtimonio dñs abuſus eſt, loquẽs cõtra eos q̃ ſpiritus ſancti ſub nomine colũbarũ in templo dona uendebãt, & ſedebãt in cathedris peſtilentiæ: & habebãt menſas nũmulariorũ, omnia facientes turpis lucri gratia: neſcientes illud quod ſcriptũ eſt: Gratis accepiſtis, gratis date. Hæc aũt futura dñs repromiſit, q̃ cõgregat diſperſos Iſrael. Ad quos & Petrus apoſtolus ſcribit epiſtolã, de quibus Euangeliſta loquitur: Hoc aũt à ſemetipſo nõ dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit: quia Ieſus moriturus erat pro gente: & non tantũ pro gente, ſed ut filios dei, qui erant diſperſi, cõgregaret in unũ. Implereturq̃ quod dictum eſt: Congregatio populorũ circũdabit te, propter hanc in excelſum cõuertere. Congregatis aũt per apoſtolos reliquijs Iſrael, & in unũ redactis gregẽ his qui fuerant ante diſperſi, oẽs beſtiæ prouocantur ut ueniant & deuorẽt Iſrael: eos uidelicet qui credere noluerũt, de quib. Apoſtolus: Etenim peruenit ſuper eos finis. Et dñs in euãgelio: Cum aũt uideritis circũdari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote q̃ aduenerit eius conſummatio. Siue hoc dicendũ, q̃ beſtijs ad deuorandum traditi ſunt, quas deteſtatur propheta dicens: Ne tradas beſtijs animas confitẽtes tibi. De his tropologice beſtijs, quæ partem quãdam domini deuorarũt, & ſuprà legimus: Syriã ab ortu ſolis, & Græcos ab occidente, qui deuorant Iſrael toto ore. Et in Hieremia: Quis errãs Iſrael: leones eiecerũt eam, primus deuorauit eã rex Aſſur, & nouiſſimus confringet oſſa illius rex Babylonis. Poteſt & hoc dici, q̃ cũ Iſrael populo rabidæ prius gentes prouocẽtur ad fidem: ut deſertis ſalt. tibus qui de exercitu Abeſſalon plurimos occiderũt, ueniant ad eccleſiam, & comedãt cœleſtem panẽ, agnicq̃ carne ſaturentur.

Phil. 3.b

Luc. 21.d

Pſal. 37.d

Tropo.

Suprà 9.c

Hier. 50.c

D

b ¶ *Speculatores, etc.*] Vt omnes, inquit, beſtiæ ſaltus ueniant, & deuorent congregatos: ſiue in locum Iudæorum, gentiũ turbæ ſuccedant: ſpeculatores eorum in cauſa ſunt, ſcribæ uidelicet & phariſæi: quia omnes cæci neſcierunt dominum ſaluatorem, nec lucem uoluerunt uidere præſentem. Ad quos dominus loquebatur: Stulti & cæci, quid eſt plus, aurum, an altare quod ſanctificat aurum? Et iterum: Duces cœli, culicem liquantes, & camelum glutientes. Et: Cæcus cæcum ducens, ambo in foueam cadũt. Quod autem magiſtri ſpeculatores uocentur, & ſuprà legimus. In eo enim loco ubi iuxta Septuaginta dicitur, Vox cuſtodum tuorũ eleuata eſt: in Hebraico ſcriptum eſt: Vox ſpeculatorum tuorum. De quibus erat Ezechiel, cui loquitur deus: Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Sed illi ſpeculatores nõ erãt cæci. Denicq̃ appellabantur uidentes. Iſti aũt de quibus propheta nunc loquit̃, nõ ſolum ſpeculatores cæci, ſed &

Suprà 52.c

Ezec. 3.d

HEB. rent dño, ut colant eũ, & diligãt nomẽ eius, ut ſint ei in ſeruos, omnẽ cuſtodientẽ ſabbatũ ne polluat illud, & tenẽtes fœdus meũ: adducã eos in montẽ ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocauſta eorũ & uictimæ eorum placebunt mihi ſuper altare meum: quia domus mea, domus orationis uocabitur cunctis populis, ait dominus deus, qui congregat diſperſos Iſrael, adhuc congregabo ad eum congregatos eius: omnes beſtiæ agri uenite ad deuorandum, uniuerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores eius cæci, omnes neſciunt: uniuerſi canes muti nõ ualentes latrare, uidentes uana, dormiẽtes, et amãtes ſomnia. Et canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiã, omnes in uiã ſuam declinauerũt: unuſquiſq; ad auaritiã ſuam, à ſummo uſq; ad nouiſſimũ. Venite ſumamus uinũ, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius.

SEP. ti ſunt dño ſeruire ei, & diligere nomen eius, ut ſint ei in ſeruos ⁘ & ancillas ·· & omnes qui cuſtodiũt ſabbata mea, ut nõ uiolent ea, & tenent teſtamentũ meũ: inducã illos in montẽ ſanctũ meũ, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocauſtomata eorũ & uictimæ erunt acceptabiles ſup̃ altare meũ. Domus enim mea domus orationis uocabit̃ cunctis gentibus, dixit dñs: qui cõgregat diſperſos Iſrael, q̃a congregabo ad eum congregationem. Omnes beſtiæ, feræ uenite: comedite omnes beſtiæ ſaltus. Videte quoniã excæcati ſunt omnes, nõ cognouerũt uni uerſi, canes muti nõ poterunt latrare: ſomniantes lectulum, amantes dormitationes. Et canes impudentes, animæ ignorauerũt ſaturitatem. Et ſunt mali neſcientes intelligentiam, oẽs uias ſuas ſecuti ſunt. Vnuſquiſq; ſimul à ſummitate eius. Venite & ſumamus uinum, & inebriemur, & ſit talis dies craſtina, magna amplius nimis,

Iuſtus

Videte

A & canes muti appellant̃, nõ ualentes latrare. Qui enim gregem domini cuſtodire debebãt, & lupos abigere & latrare pro domino: diligunt ſomnia, & dæmoniacis uiſionibus delectant̃. Et eſt ſenſus: Non poſſunt loqui ueritatẽ, ſed uniuerſa mẽdacia. Nec hoc ſine contenti ſunt qui in cuſtodia gregis dñi dormiebant, & latrare nõ poterãt, & amabant cubile, q̃ quę uoluptas corporis indicat̃, ſed apud ſuos impudẽtis animæ neſcierunt ſaturitatem, qui nunquam ſuo ſaturantur errore. Qui deuorant plebem dñi ſicut eſcã panis, & domos uiduarũ, gulæq̃ ac libidini ſeruiunt. Non enim poſſunt dicere: Mandatum dñi lucidum illuminãs oculos, nec noſſe quod ſcriptum eſt: Sapientia hominis illuminat faciẽ eius. Et canes muti aduerſum inimicos. De quibus ſcriptũ eſt: Nolite ſanctũ dare canibus. Et canes dormiẽtes, qui neſciũt eſſe præceptũ: Ne dederis ſomnũ oculis tuis, & palpebris tuis dormitationẽ. Et rurſum: Vigilate, quia neſcitis qua hora dñs ueſter uẽturus ſit. Et idcirco dantes locum diabolo: canes impudentiſſimi ſunt qui nunq̃ ſaturantur. Vomũt enim quod comederũt, & reuertũtur ad uomitũ ſuum. De quibus & Petrus apoſtolus loquitur: Accidit illis uerũ illud prouerbiũ: Canis reuerſus ad uomitũ ſuum, & ſus lota in uolutabro luti. Quos ſpeculatores & canes eoſdem eſſe paſtores, ſequens ſermo demõſtrat: Ipſi paſtores ignorauerũt intelligentiã. Verbum enim Hebraicũ רעים quod quatuor literis ſcribit̃

B רעי & ם ſi legaꝫ רעים paſtores peſſimos ſonat. Hoc diximus, ut uariæ interpretationis cauſas mõſtraremus. Omnes enim ſua quæſierũt, & nõ quæ dei ſunt, nec ambulauerũt per uiam dñi, de qua ſcriptũ eſt: Quę rite quæ ſit uia bona, & ambulate in ea. Sed iuxta quod in Iudicũ uolumine legit̃: Non erat rex in Iſrael, unuſquiſq; q̃ rectũ ſibi uidebat̃, hoc faciebat, & proprios ſequebat̃ errores. Quodq̃ ſequit̃: Vnuſquiſq; ad auaritiã ſuã, à ſummo uſq; ad nouiſſimũ: uenite ſumamus uinũ, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras & multo amplius. In Lxx. interpretibus non habet̃, ſed ex Hebraico additũ, ſtellis illuminantibus prænotatur. Denicq̃ hos uerſiculos nullus eccleſiaſticorũ interpretum diſſeruit, ſed quaſi patentẽ in medio foueam tranſiliunt atq̃ tranſmittũt. Quod autem dicit, hoc eſt: quoniam à uia dñi declinãtes, proprias ſemitas ſunt ſequuti: propterea ardent auaritia à ſummo uſq; ad nouiſſimum, à principibus uſq; ad plebem, ut poſtquã cœperint pcutere cõſeruos, & comedere ac bibere cũ ebrijs, dicant: Venite ſumamus uinum, & impleamur ebrietate: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Et erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. Hoc eſt q̃ ſuprà dixit: Neſcierunt ſaturitatem, nec præterita uoluptate ſatiantur, ſed futuras delicias parant: multo maiores q̃ quibus prius fruiti fuerãt. Si hoc de principibus dicitur Iudæorũ, propter quos plebs domini à beſtijs deuorata eſt: uitemus exempla peiorum: nec inebriemur uino, in quo luxuria eſt: nec uoluptatibus obruamur, nec muti ad loquendũ, cõtra aduerſarios noſtros rabidi canes ſimus: ſed dei potius quàm noſtras ſequamur uias, & audiamus ſcripturam monentẽ: Sapite de domino in bonitate. Et iterum: Intelligentia optima eſt his qui faciũt eam. Et ſi canes fuimus, non deſperemus ſalutem, audientes uerba Chananææ dicentis ad dominum: Etiam domine: nam & catelli comedunt de micis quæ cadũt de menſa dominorũ ſuorũ. Ob quã cauſam miſericordiã conſecuta, audit à dño: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut. Poterat enim dicere cum propheta: Viam mandatorũ tuorũ cucurri. Et iterũ: Deduc me in uia recta.

Phil. 2.c *Hier. 6.i* *Iudic. 17.c* *Suprà 22.d* *2 Cor. 15.d* *Sup. 1.d*

CAP. LVII

IVſtus pẽrijt, & nõ eſt q̃ recogitet in corde ſuo: & uiri miſericordiæ colliguntur, q̃a nõ eſt q̃ intelligat. A facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo qui ambulat in directione ſua.

CAP. LVII

VIdete quomodo iuſtus perijt, & nemo ſuſcipit corde, & uiri iuſti tolluntur, & nemo conſiderat. A facie enim iniquitatis ablatus eſt iuſtus: erit in pace ſepultura eius, ablata eſt de medio.

Pſal. 118.d

Matt. 27.b

Ioan. 14.d

Matt. 28.a

IVſtus perijt, & non eſt qui recogit. etc.] Propter ſpeculatores cæcos & canes mutos: q̃ ipſi paſtores ſunt, neſcientes intelligentiã, nec præſentibus ſaturantur uoluptatibus, ſed ſemper ſe præparant ad futuras, iuſtus perijt. De quo dicit uxor Pilati: Nihil tibi ſit & iuſto illi. Qui lotis manibus: Innocens ſum ego, inquit, à ſanguine iuſti huius. In quo conſiderandum quod uerbum perditionis, de quo ſæpe hæretici calumniam faciunt, quod interitum ſignificet & abolitionem in perpetuum, ponatur ſuper Chriſto: cuius utiq̃ perditio perſequutionis magnitudinem, & non finem monſtrat ſubſtantiæ. Et nemo eſt, ait, qui recogitet in corde ſuo, ſiue reponat: Neq̃ enim fieri poterat, ut cæci & muti uidentes uana, & amantes ſomnia, ignorantesq̃ intelligentiam atq̃ ſapientiam, cogitarent ea quæ dei ſunt. Quodq̃ ſequitur: Et uiri miſericordiæ ſiue iuſti colliguntur atq̃ tolluntur, apoſtolos ſignificat: qui interficiuntur ab impijs, & à domino congregantur. Cauſasq̃ reddit cur interfectus ſit iuſtus atq̃ ſublatus, dicens: A facie enim malitię collectus eſt iuſtus, ut mala ſeculi non uideret. Siue propter malitiam hominum, quorum ipſe peccata portabat, ad patrem uictor aſcendit. Quod autem iuxta Hebraicum dicitur: Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, ambulet in directione ſua: Senſus quidem perſpicuus eſt, ſed uerborum conſequentia, quæ in ſuæ linguæ ſtat idiomate, apud nos uidetur eſſe turbata. Quod autem dicit, hoc eſt: Veniat pax iuſti, quam aſcendens ad patrem, apoſtolis dereliquit, dicens: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: Cumq̃ pax Chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum uenerit, requieſcent apoſtoli eius in cubilibus ſuis, & mors eorũ requieſcet. Ex quo oſtendit martyres non perire, ſed uincere, & æterna ſede requieſcere. Ipſe uero cuius pax eſt, & cuius apoſtoli requieſcunt in cubilibus ſuis, ambulat in directione ſua, recto itinere ad patrem uictor aſcẽdens. Porrò quod in Septuaginta legitur: A facie malitiæ ablatus eſt iuſtus, erit in pace ſepultura eius, ablata eſt de medio: Omnia referuntur ad Chriſtum abſq̃ commixtione perſonæ apoſtolorum, cuius ſepultura in pace eſt, & ſublata de medio. Neq̃ enim caro eius uidit corruptionem, nec permanſit in ſepulchro, qui eſt inter mortuos liber, dicente angelo ad mulieres: Quem quæritis leſum, non eſt hic: uenite & uidete locum ubi poſitus fuit dominus. Iudæi & hæc & cætera quæ ſequuntur, uel generaliter de omnibus iuſtis arbitrantur intelligi, quorum Manaſſes fudit ſanguinẽ, & impleuit Hieruſalem à porta uſq; ad portam. Vel certe Eſaiam de ſua prophetare morte, quod ſerrandus ſit à Manaſſe ſerra lignea, quæ apud eos certiſſima traditio eſt. Vnde & noſtrorum plurimi illud quod de paſſione ſancto-
rum ad Hebræos ponitur: Serrati
ſunt, ad Eſaiæ referunt
paſſionem.

Commentarij decimiquinti in Eſaiam
prophetam finis.

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMSEXTVM C

Commentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Prœmium.

Gregia disertissimi oratoris sententia est, Felices esse artes, si de illis soli artifices iudicarent. Ac ne à profanis tantum sumere uidear exemplum: nimirum hoc illud est quod alijs uerbis propheta demonstrat: Beatus qui in aures loquitur audientium. Qua felicitate tu filia Eustochium me compotē esse fecisti. Nam cum anterioris libri præfatiunculam legeres, in qua asserui apostolos & euangelistas ea tantum de Septuaginta interpretibus, uel suis uel eorum uerbis ponere testimonia, quæ cum Hebraico consonarent: si qua autem ab alijs adducta sunt, omnino negligere: ilico mihi non paruā quæstiunculam detulisti, quod scilicet octo uersus qui leguntur in ecclesijs, & in Hebraico non habentur, tertij decimi psalmi, apostolus usurparit scribens ad Romanos: Sepulchrum patens est guttur eorū: Linguis suis dolose agebant: Venenum aspidum sub labijs eorum: Quorum os maledictione & amaritudine plenū est: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Contritio & infelicitas in uijs eorum: Et uiam pacis non cognouerunt: Non est timor dei ante oculos eorum. Quod cum audissem, quasi à fortissimo pugile percussus essem, cœpi tacitus æstuare, & stuporem mentis, uultus pallore signare. Hebræus, inquam, ex Hebræis, secundum legem pharisæus, eruditusq; ad pedes Gamalielis, aut ignorauit hæc, aut eorum qui lecturi erant abusus est ignorantia. Quorum alterum ineruditi: alterum callidi est ad malitiam, nec eius qui dixerit: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Et iterum: In simplicitate & synceritate annunciaui uobis uerbum. Tandem in memet reuersus, unius diei spacium postulaui: ut responsio mea nequaquam argumentū humani esset ingenij, sed fructus assiduæ lectionis. Itaq; omnem scripturam mente perlustrans, animaduerti, sicut omnis penè ad Romanos epistola de ueteri structa est instrumento, sic & hoc testimonium de psalmis & Esaia esse contextum. Nam duo primi uersus: Sepulchrum patēs est guttur eorum: Linguis suis dolose agebant: quinti psalmi sunt. Illud autem quod sequitur: Venenum aspidum sub labijs eorum, centesimi tricesiminoni psalmi est. Rursumq; quod dicitur: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: de nono psalmo sumptum est. Tres autem uersiculi qui sequuntur: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Contritio & infelicitas in uijs eorum: Et uiam pacis non cognouerunt: In Esaia propheta reperi, quos in decimosexto explanationis eius libro, quem nunc dictare cupio, expositurus sum. Vltimus autem uersus, id est, octauus: Non est timor dei ante oculos eorum, in tricesimiquinti psalmi principio est. Nec in hoc cuiquam uideatur esse diuersum, si quod in suis locis numero dicitur singulari, ab Apostolo pluraliter dicatur: qui scribebat ad plurimos, & in unum sensum multa cogebat exempla. Arbitror solutam quæstionem tuam, & nostram regulam super translatione ueteris instrumenti concussam magis esse quàm motam: Et non tam Apostolum de psalmo tertiodecimo sumpsisse, quod in Hebraico non habetur, quàm eos qui artem contexendarum inter se scripturarum apostoli nesciebant, quę fisse aptum locum ubi assumptum ab eo ponerent testimoniū, quod absq; autoritate in scriptura positum non putabant. Deniq; omnes Græciæ tractatores, qui nobis eruditionis suæ in psalmos commentarios reliquerunt: hos uersiculos ueru annotant atque prætereunt: liquido confitentes, in Hebraico non haberi, nec esse in Septuaginta interpretibus, sed in editione uulgata, quæ Græce κοινὴ dicitur, & in toto orbe diuersa est. Sed iam tempus est, ut cœpto incumbamus operi, & reliqua persequamur.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam, Liber XVI.

VOs autē accedite, etc.] Sublato iustō, cuius sepultura in pace est, imò sublato de medio: Vos qui estis filij iniquitatis, accedite ad me, & audite quę dicā. Quō enim qui facit iniquitatem, seruus est iniquitatis, sic qui iuxta Iudā proditorem, filius est perditionis, appellari potest filius iniquitatis. Deniq; scriptū est de dño saluatore: & filius iniquitatis non apponet ut affligat eū. Pro iniqtate siue iniquorum, quod Lxx. transtulerunt, Theodotio ipsum uerbum Hebraicū posuit עגנה quæ nox iuxta Symmachum, in augurationē uertimus, quod scilicet semper Hierusalē quæ est mater auditiū, idololatriæ dedita fuerit. Quamobrē appellat eos semen adulteri siue adulterorū, de quibus dictū est: Et mœchabant in lignū & lapidē: ac meretricis: haud dubiū quin eandem significet, de qua supra legimus: Quō facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Super quē, inquit, iulistis, conspuentes faciē eius barbāq; uellentes: & super quem dilatastis & aperuistis os uestrū, & linguā eiecistis, dicentes ei: Samaritanus es & dæmoniū habes? Et iterū: Iste non eijcit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorū. Et postea in passione: Crucifige, crucifige talem. Et rursum: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et alibi: Vah, qui destruit templū, & in triduo instaurat illud? Alios saluos fecit: seipsum saluū facere non potest: Descēdat nūc de cruce, & credimus ei.

b ¶ *Nunquid non uos filij scelesti, etc.*] Vos, inquit, ista fecistis, quæ præteritus sermo narrauit. Qui estis filij scelerati, siue perditionis: qualis fuit & Iudas proditor, qui appellatus est filius perditionis, & semen iniquum siue mendax atq; mendacij: qui delectamini in dijs subter omni frondosa arbore, & immolatis filios uestros in torrentibus. De quo & Regum ac Paralipomenon narrat historia: Quod immolauerint dijs filios suos, & in igne cōsecrauerint. Quod quidem & Achab regem Israel: & Manassen regem Iuda fecisse, non est dubiū: qui à parricidio liberorū, ad prophetarū sanguinē peruenerunt, de quo & in Osee: Immolate, ait, homines: uituli enim defecerunt. Siue ut in Hebræo scriptū est: Immolantes homines, uitulos adoratis. Et in psalmis plenius scribitur: Cōmixti sunt in gentibus & didicerunt opera eorū, & seruierunt sculptilibus eorū, & factū est eis in scandalū. Et immolauerūt filios suos & filias suas dæmonibus, & effuderunt sanguinē innocentē uel innoxium: sanguinē filiorū & filiarū suarū, & immolauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra sanguinibus, & polluta est in operibus suis. Cū ergo manifesta sit historia, q̄ filij sint interfectores Christi ista facientium: occurrit quæstio, quō filij dicant filij perditionis: aduersum eos qui uolūt esse diuersas naturas: aliā quę perdita sit & mala, & saluari nequeat, & aliā bonā quæ perire non possit. Si enim ut illi putant, filij perditionis naturæ pessimæ sunt: quomodo inuētū est quod prius perditū fuerat? Deniq; in parabolis pœnitentiū, & ouis perdita de centū ouibus, & drachma quę de decē perierat reperiuntur: & perditus filius inuenitur, de quo ad maiorem natu dixerat pater: Iste frater tuus perierat, & inuētus est: mortuus erat & reuixit. Nunq̄ enim perit, nisi quod prius saluū fuit: & nunq̄ moritur, nisi quod ante uixerat. Ergo isti qui nūc appellantur filij perditionis siue iniquitatis ac sceleris: proprio uitio dereliquerūt dominū, & de filijs dñi filij perditiōis esse cœperūt, dicente ad eos hoc eodem prophetа: Dereliquistis dominum, & ad iracundiā prouocastis sanctū Israel. Possumus hæc secundū Tropologiā, & super hæreticis accipere, qui, filij perditionis sunt, & semen pessimū siue mēdacij. Ab initio enim mendaces sunt, sicut diabolus qui est pater eorum, & qui est pater omnis mendacij. Isti uocant eos quos deceperūt ad idola: siue ad simulacra dogmatū suorū subter frōdosas arbores atq; nemorosas, uoluptates illis & delicias pollicētes: siue cęlātes impuritates suas. Vnde & Adā postq̄ peccauerat absconditse in paradiso subter arborē: ne dei pateret aspectui. Nec dubiū est quin istiusmodi perditionis filij, & semē iniquū habeāt plurimos filios, quoscūq; deceperint: & occidant in profundis uallibus & in barathro impietatis super imminentes petras quæ semp minant ruinas, quæ prodiuersitate mendacij & uarietate dogmatū peruersorū, plures appellant petræ. Nos aūt unā habemus petram, quæ semper sequit populū dei, de qua bibebat quondam populus Israel, quando familiaritate dñi fruebat.

c ¶ *In partibus, etc.*] Esaiæ tēporibus cōueniūt quæ dicunt: Oēs em mōtes, ualles, atq; torrētes, pleni erāt cultu dæmonū, de quib. loquit Hieremias: Quod patres ac filij ligna cōportēr, ignēq; succēdant: ut faciāt chauonas militiæ cœli, cōterentibus fœminis atq; miscētibus similæ adipē, ut dīm ad iracundiā prouocarēt. Nullicq; dubiū quin placētas significent: siue crustulas in manu artificis præparatas. Hoc enim lingua nostra chauonas sonat. De his ex dñi persona, prophetali spiritu, præcinebat Moyses in cantico Deuteronomij: Iritauerūt me in dijs alienis, & in abominationibus suis ad iracundiā prouocauerūt: immolauerūt dæmonijs & nō deo, & hoc fecerūt propria uolūtate, quia in nostro consistit arbitrio bonū malumue eligere. Deniq; his qui se deo uirtutibus obtulerūt dicit: Elegit nobis hæreditatē suā, pulchritudinē Iacob quā dilexit. Et in alio loco: Facta est pars dñi populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Et in Actibus apostolorū refertur q̄ in partē sortēq; Pauli & Silæ plurimi se dederint. Qui ergo fuerint pars & sors dñi, sicut Leuitæ habebūt partē dñi, & dicere poterūt cum Dauid: Pars mea dñs: Quæ possumus & super hæreticorū persona accipere. Ipsi enim dimisso cultu dei, errorū suorū simulacra uenerant, & illis offerunt uictimas ac libamina effundunt: facientes abscondite, quæ turpe est etiam dicere, & captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur

Ioan. 8.d — Supra 1.f — Mat. 12.b, Luc. 23.c, Mat. 27.c, Mar. 15.c — Ioan. 17.b, Act. 8.d — 4 Reg. 16.a & 17.c — Osee 13.a — Psal. 105.a — Luc. 15.a — Supra 1.b — Tropol. — Ioan. 8.f — Gene. 3.b — Hiere. 7.d — Deut. 32.c — Psal. 72.d

A uarijs desiderijs, semper discẽtes, & nunq̃ ad scientiam ueritatis peruenientes. Cum igit̃ ista in utraq; impietate faciant impij, nonne iustũ est dei cõtra eos iracundiã prouocari. d ¶ *Super montẽ excelsum, etc.*] Quod in excelsis montibus collibusq;, dijs gentiũ Israel hostias immolarit, & quasi procacissima meretrix cũctis dęmonibus diuaricarit pedes suos, sacra narrat historia: nullusq; fuerit locus qui non idololatriæ sordibus inquinatus sit, intantũ, ut post fores domorũ idola ponerent: quos domesticos appellãt lares: & tam publicè q̃ priuatim animarũ suarũ sanguinẽ funderent. Hoc errore & pessima cõsuetudine uetustatis, multarũ prouinciarũ urbes laborant. Ipsaq; Roma orbis domina, in singulis insulis domibusq; tutelæ simulacrum cereis uenerãs ac lucernis, quã ad tuitionẽ ædiũ isto appellãt nomine, ut tam intrãtes q̃ exeũtes domos suas inoliti semp cõmoneãt erroris. Hæretici quoq;, quorũ cor eleuat̃ in supbiã, & q̃ ecclesiastica humilitate cõtẽpta sibi excelsa ꝓmittunt, ascẽdunt dogmatũ suorũ mõtes sublimissimos, & illic

B suũ dæmonib. cubile ꝓstituũt. Et qa secũdũ ꝓphetã, cõ

Supra 4.c uersę sunt retrorsum, imitãtes uxorẽ Lot: mutant̃ in sta

Gen. 19.f tuã salis: habẽtes imaginẽ ecclesiasticæ cõdituræ, & sapor ẽ penitus nõ habẽtes, q̃ ꝓficiunt̃ foras, & in nihil utiles sunt, nisi ut cũctorũ pedib. cõculcent̃. Quãobrẽ mo

Luc. 8.g net dñs in euãgelio, ut q̃ aratri stiuã tenet, post tergũ nõ respiciat. *b* ¶ *Quia iuxta me, etc.*] Primũ Hebraicũ dissẽramus, quod in hoc loco multũ distat à Lxx. Ad quam supra dixerat: Super montẽ excelsum & sublimẽ posuisti cubile tuum, & quasi meretricẽ arguerat, in introitu domorũ, & in locis tenebrosis, post ostia prostituta, ut quicũq; ædes uellet intrare, haberet ante oculos expositã uoluptatẽ: Eandẽ nũc quasi uxorẽ adulterã arguit atq; cõfutat, quod dormiẽs cũ uiro, clã adulterũ fuscẽperit, & discooperuerit palliũ, imò dilatauerit stratum suũ, & fecerit pactũ quasi dotis instrumẽta cõficiẽs cum adulteris. Hoc aũt dicit, ut ostẽdat q̃ nõ solũ in agris & domibus idola coluerint, sed in tẽplo quoq; posuerint

Ezech. 8.d simulacrũ Baal, quod Ezechiel quoq; perfosso pariete uidisse se dicit: Dilexisti, inquit, stratũ eorũ manu aperta, ut nõ erubesceres in peccato tuo, nec fornicationis cuperes abscõdere turpitudinẽ, sed tota libertate peccares. Et ornasti te regi unguẽto, & multiplicasti idola tua. Et est sensus: Varia ornamẽta quæsisti, ut & uisu & odore adulteros ꝓuocares. Quod aũt dicit̃: ornasti te regi unguẽto, dupliciter intelligit̃: aut regi deo, dũ his ornaris quæ ille dederat, & idolis ꝓstitueris. Aut certe regi

Hiere. 32.f idolo Ammonitarũ q̃ appellat̃ Moloch: & in lingua no-

Sopho. 1.b stra, regẽ sonat. Quẽ iuxta Lxx. in alijs locis melchom legimus. Et misisti legatos tuos ꝓcul, ut nõ solũ in uicinarũ gentiũ idolis, sed in lõge positarũ haberes studiũ

2. Reg. 13.c fornicãdi. Significat aũt Babylõios deus & Aegyptios. Et hũiliata es, ait, usq; ad inferos. Nõ ea humilitate quæ in laude est, sed qua Ammon sororẽ suã Thamar humiliauerat: & reuera grandis humilitas, imò usq; ad inferos præcipitatio, de luce & culmine castitatis in tenebras lupanaris, imò in baratrũ libidinum præcipitari. Cui dicitur in alio loco: Vsq; ad inferos deduceris. Iuxta Lxx. in his quæ dissonant, hic mihi sensus uidet̃: Putasti meretrix quod si à me recessisses, & iunxisses te amatoribus tuis, plus aliqd inuenires. Cui & per Ezechiel loquitur deus: Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu aũt dedisti mercedes, & in te peruersum factũ est istud. Non solũ enim nihil accepisti ab amatorib. tuis, sed etiã ea quæ à uiro accepe-

C ras, perdidisti. Q̃ cõq; sequit̃: Dilatasti cubile tuũ, & pepigisti cũ eis, in Lxx. non habetur. Hæc dilexit dormientes secũ ꝓspeculatores cæcos & canes mutos, qui dormientes uident somnia uanitatis. Et multiplicauit fornicationẽ suã, ut non semel cũ uno, sed frequẽter & cum plurimis miscereẽ. Propter quod multos fecit à se longe recedere: uel angelos qui in eius præsidijs erant: uel sanctos uiros qui ab huiusce modi meretricis cõsortio recesserunt. Quod quidẽ & de hæreticis possumus dicere, qui derelicto deo suo, sequuntur errores: & putant se aliquid plus habere, cum se-

D quentes mendacia perdiderint ueritatẽ, & multiplicauerint fornicationẽ suã: nõ in uno dogmate, sed in pluribus: Et fecerint à se ecclesiarũ præsides angelos recedere: qui non contenti fornicatione uicina mittunt legatos ultra terminos suos ad gentiliũ dogmata, & errores gentiũ barbararũ, ut nouitate sermonũ decipiant audientes. *c* ¶ *In multitudine uiæ, etc.*] Qui ambulat in uia una & regia, nõ laborat, de qua per Moysen præcipit deus: Via regia ambulabis, & non declinabis ad

Deut. 5.d dexterã neq; ad sinistrã: Vna uia est ueritatis, quæ dicit

Ioan. 14.d in euangelio: Ego sum uia, ueritas & uita: & multę mendaciorũ uiæ, per quas nunc ambulasse arguitur Hierusalẽ: quarũ uiarũ deus sciens differẽtiã, supra loquitur

Supra 55.c ad errantes: Non sicut uiæ meæ, uiæ uestræ: quæ dicunt dño cõfitentes: Declinare fecisti uias nostras à uijs tuis. Cognita igit̃ una uia regia, uideamus quæ dextræ uiæ sint & sinistræ: per quas prohibemur incedere. Via regia tẽperata est: nec plus in se habens nec minus. Verbi gratia. Via recta & regia, prudentia est. Declinamus ad dexteram, si plus sapimus q̃ oportet sapere, & pro prudentia calliditatẽ diligimus. Quia serpens prudentior

Gen. 3.d erat omnib. bestijs in paradiso. Et filij tenebrarũ prudẽ-

Luc. 16.b tiores sunt filijs lucis. Ad sinistrãq; diuertimus, quãdo stulti sumus & minus sapimus q̃ necesse est. De quibus dictũ est: Dixit stultus in corde suo non est deus. Pietas

Psal. 9.c quoq; & uera religio, uia regia est. Declinat ad dexterã, qui superstitiosus est, & mereẽ audire: Ne sis multũ iu-

Eccl. 7.a stus. Ad sinistrã, qui negligit cultũ dei, & inter hœdos hircosq; numerat̃. Liberalitas quoq; & dispensatio uirtus maxima est: à qua declinat ad dexterã, q̃ parcus est: & non solũ alijs, sed ne sibi quidẽ tribuit quod necesse est. Ad sinistrã, qui comedit substãtiã suã cũ meretricibus, & dicit cum Israel: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Fortitudo etiã atq; cõstantia uia regia

Supra 22.d est: à

A est, à qua declinat ad dexterã, qui temerarius & pertinax est: ad sinistrã, qui formidolosus & pauidus. Vnde

Psal. 138.d uir sanctus per uiã rectã gradi cupiẽs deprecat̃: Deduc me dñe in uia recta. Et in alio loco: Notam fac mihi dñe uiã in qua ambulem, qm̃ ad te leuaui oculos meos. De istiusmodi uia et alibi scriptura commemorat: Quærite uiã bonã & ambulate in ea, & inuenietis purificationẽ animarũ uestrarũ. Hierusalẽ ergo ꝓpterea humiliata est usq; ad inferos, quia in multis uijs laborauit, neq; dixit: Emendabo errorẽ pœnitentia, sed ecõtrario, confortabor in incœpto, nec curabo sententiã cõmonẽtis: Cõuertẽdẽ tuũ à uia aspera, & guttur tuũ à siti. Denicq; sequit̃: At illa respõdit ἀνῶς ἀφίσομαι, id est, agam uiriliter, quod nũc uerbo alio dicitur: Cõfortabor. Et quia fecit hæc quæ præteritus sermo narrauit, ideo non est do-

Hiere. 6.d

Ezech. 16.d

B minũ deprecata, in suis magis uiribus quàm in deo habens fiduciã. Porrò quod iuxta Hebraicũ ponit̃, Vitã manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti, hũc habet sensum & intellectũ: Quia rebus omnibus abũdasti & affluxisti diuitijs, ideo dñm neglexisti: quas diuitias &

Prou. 30 & 31 Salomon habere detrectat, ne obliuiscat̃ dei. Et ad Sodomã per Ezechiel dicit̃: Quia saturata sit panibus, ꝓpterea superbiuisse. Non solũ aũt diuitiæ, sed & paupertas probat hominẽ. Vnde supra scriptũ est: Probaui te in camino paupertatis: in quo & Lazarus ꝓbatus est pauper, q̃ egestatẽ simul debilitatẽq; sustinuit. *a* ¶ *Pro quo solicita ti. etc.*] Quia plenis horreis habes fiduciã in diuitijs: rogare me noluisti, idcirco timuisti plurimos. Non enim poteras dicere: Dñs auxiliator meus, & ego

Ezech. 16.f

Luc. 15.b despiciã inimicos meos. Et iterũ: Dñs illuminatio mea, & saluator meus quẽ timebo? Quod & si cõtra mentis tuæ cõscientiã dicere aliquãdo uoluisti, mẽrita es. Quõ

Eccl. 38.a em̃ me poteras inuocare, quæ mei nõ habebas memoriã, neq; cogitasti unq̃ præcepta dicẽtis: Honora dñm & cõfortaberis, & absq; illo nullũ metuas? Ego em̃ sum qui, iuxta Symmachũ & Aquilã, semper tacui peccata tua, & scelera quæcũq; faciebas, quasi uiderẽ, dissimulatione neglexi, ut si non timore mei, saltẽ patiẽtia ad me redires: qui nõ oculis, sed palpebris interrogo filios hominũ. At tu ecõtrario oblita es mei, & audire meruisti: Oblita es legis dei tui, & ego obliuiscar filiorũ tuorũ. Et

Osee 4.b Et iterũ: Ipsi ambulauerũt cõtra me peruersi, & ego ambulabo cõtra eos in furore peruerso. Mẽs quæ in Lxx. cũ corde sociat̃, nõ est̃ scripta in Hebraico, sed quasi interpretatio addita: quid in scripturis cor intelligi debeat. *b* ¶ *Ego annunciabo iustitiã tuam, etc.*] Qui semper tacui, & quasi non uiderem tua peccata neglexi: nequaq̃ ultra reticebo, sed dicã: quod ante iam dixi: Tacui: nunquid semper tacebo? Et annunciabo iustitiã tuã, & opera tua. Quod per Ironiã legendũ est: uelut si quis in sceleribus deprehẽso dicat: uide bona opera tua. Propter quod si qñ tibi tribulationis tempus aduenerit, & cœperis nõ ad idola quæ coluisti, sed ad cœlũ manus tendere, & dei implorare auxiliũ, audiant tẽ illi & liberent

C te de periculo, quos secura coluisti. Quod & per Hieremiã ad eandẽ loquit̃ deus: Vbi sunt dij tui quos fecerãs: resurgãt & saluã te faciant in tẽpore malorũ tuorũ. *Hiere. 2.f* Pro eo q̃ Lxx. trãstulerũt: Eruant te in tribulatiõe tua: & nos diximus: liberent te cõgregati tui: Symmachus transtulit: Eruant te synagogæ tuæ. Ergo proprie loquit̃ ad Iudæos, q̃ eos synagogarũ suarũ turba tẽpore obsidionis liberare nõ ualeat. *c* ¶ *Et omnes eos auferet uẽtus, tollet aura, qui aũt fiduciã habet, etc.*] Iudæi de Babylõijs hæc asserunt prophetari, quod illis dei uirtute superatis, populus redeat in Iudæã, & possideat montẽ Sion, & omnia itineris impedimenta tollant̃: nec ullius gentis patiatur insidias, quia dominus planã fecerit uiã populo suo. Et hæc sub Zorobabel & Esdra impleta contendunt. Nos autẽ iungentes superioribus quæ dicuntur, hoc asserimus: quod omnia idola quæ eos nõ poterãt liberare, tollat uentus atq; tempestas, & sint quasi pulueris, quẽ proijcit uentus à facie terræ. Eos aũt qui habue-

D rint in dño fiduciã possessuros terrã. De qua in hoc eodem propheta lecturi sumus. Eleuabit re ad bona terræ. Ex quo perspicuũ est: hanc terrã non deorsum esse, sed surs̃um. Ad quã sanctus dño eleuante cõscendet, de qua crebro diximus: Beati mites: quoniã ipsi possidebũt terrã. Et: Credo uidere bona dñi in terra uiuentiũ. Mons aũt sanctus dei, ille intelligendus est, de quo ad Hebræos loquit̃, qui scribit epistolã: Accessistis ad Siõ montẽ, & ciuitatẽ dei uiuentis Hierusalẽ cœlestẽ, & multa milia angelorũ, & ecclesiam primitiuorũ: qui scripti sunt in cœlis. Possumus terram & montem dñi quem sancti possessuri sunt & scripturas sanctas intelligere, quas auferendas à Iudæis, dominus cõminatur, dicẽs: Auferetur à uobis regnum dei, & traditur genti facienti fructus eius: ut inueniant in eis illum montẽ, de quo in hoc eodem propheta, & in Michea legimus: Erit in nouissimis diebus manifestus mons domini. Et ipse dominus præcepit Apostolis, cũctisq; doctoribus ecclesiæ, ut quicquid asperum uideretur atq; difficile, sua interpretatione dissoluant, & intelligentiæ uiam præbeant, omniaq; tollant de medio scandala, ut populus domini absq; ullo impedimento quod legit intelligat, & in dei timore proficiat. De his uijs & Ioannes Baptista dicebat: Parate uias domini, & rectas facite semitas eius. Vbi nos posuimus ex persona dei, & dicam: Septuaginta posuerunt κῶμαι ἐρῶσι, id est, & dicent: hi uidelicet qui possidebũt terrã, & hæreditate consequentur montem sanctũ dei. Nec erunt propria salute contenti, sed etiam cæteros ad docendũ populos prouocabunt. Symmachus hunc locũ ita interpretatus est. Qui aũt cõfidit in me, possidebit terram: & hæreditate cõsequetur montẽ sanctũ meum: & dicet: Rectam uiam facite: & reliqua. Eo quòd ipse qui terram montem̃q; possederit, cæteros instruat, ut uiam domino parent.

Matt. 5.a

Psal. 26.d

Heb. 12.f

Matt. 21.d

Michee 4.a

Matt. 5.a

Quia

A *a ¶ Quia hæc dicit excelsus, etc.*] Cœperat sermo propheticus contra populũ Iudæorũ, quorũ magistros appellauit speculatores cæcos, & canes mutos, & pastores ignorantes intelligentiã, & filios iniquos, & semẽ adulterorũ atq; meretricis: post quæ uenit ad Hierusalem, cui exprobrat fornicationẽ eius, eò q dilatauerit cubile amatorib. suis, & susceperit eos manu aperta, & ornauerit se cũctis idolis, & miserit legatos procul, ut pegrinis quoque amatoribus frueret. Qua increpatione finita, uenit ad eos qui confidunt in domino, & quibus terram montẽq promiserat possidendũ, & quorũ reuerfioni iter iusserat præparari: Haud dubiũ quin apostolis ad quorum prædicationem de utroq populo crediderũt. Vnde à laudibus dei incipit, & quæ de reditu populi sui pollicitus sit, sequenti sermone testat. Hæc enim dicit dñs excelsus atq sublimis qui habitat in excelsis, & sanctus in sanctis, nõ loco sed merito eorũ in quibus habitat, quorũ unus dicit in psalmo: Exaltabo te dñe, *Psal.29.a* qm̃ suscepisti me. Et iterũ: Exaltare dñe qui iudicas terrã: nõ quo deus humanis sermonib. eleuet: sed iuxta il *Psal.117.b* lud qd alibi dicit: Dñs mihi factus est in salutẽ, etiã humilibus excelsus fiat. Qui superbis resistit, & humilib. B dat gratiã, ut eos eleuet & habitet in excelsis. Excelsus *Iacobi 4.b* em̃ dñs & humilia prospicit. Et in euangelio angeli cla *Psal.112.b* mitat: Gloria in excelsis deo, & super terrã pax. Et rur *Luc.2.b* sum in psalmis: Laudate dñm de cœlis, laudate eum in *Psal.148.a* excelsis. Et nõ solũ excelsus habitat in excelsis: sed & sanctus in sanctis. Qui dicit in alio loco: Sancti estote: qm̃ *Leuit.20.b* ego sanctus sum. Et quõ in peruersam animã nõ ingredietur sapiẽtia, neq habitat in corpore subdito peccatis: *Sapien.1.a* sic sanctus in sanctis habitat, & ubicũq sordes fuerint, *Psal.21.a* non potest habitare mũdicia, dicẽte sancto ad dñm: Tu aũt in sancto habitas laus Israel. Vnde & nos in oratione audemus dicere: Pater noster q es in cœlis, sanctificet nomẽ tuũ. Et in secũdo psalmo legimus: Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs subsannabit eos. Christus em̃ nõ in his habitat q terreni sunt, sed in his q supercœlestes, q enarrãt gloriã dei, de quibus dicit: Exaudiat eũ de cœlo sancto suo. Et iterũ: Cœlũ cœli dño: in quẽ sensum & Moyses famulus dei pari uoce cõsentit: Ecce dñi dei tui cœlũ, & cœlũ cœli: qd utiq nõ more Iudaico debemus accipere, ut deus ullo claudat loco, & in cœlo tm̃ habitet, q ubiq diffusus est, & à quo omnia cõtinẽt. Sed excelsa & cœlos, sctõs merito intelligamus atq uirtutes. Iste est em̃ q habitat in cœlo, de quo in euãgelio scriptũ est: Nemo ascẽdit in cœlum, nisi q descẽdit de cœlo, filius hominis q est in cœlo. Iste reqescit in sanctis & habitat in humilib. & in his q cõtriti sunt spũ. De quib. dicit: Sacrificiũ deo, spũs cõtribulatus: cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ despicit. Ipse pusillanimis dat patientiã, ut in angustijs cõstituti, spe futurorũ, tribulationẽ sustineant. Ipse dat uitã utiq his qui peccato mortui *Ioan.14.d* erant. De quo dicit: Apd te est fons uitæ. Qui loquit in euangelio: Ego sum uia, ueritas & uita. *b* ¶ *Non in,etc.*] Dñs q in excelsis habitat & humilia respicit, cuius nomen est sanctũ & requiescit in sanctis, qui sustẽtat afflictos, & uitã tribuit oppressis: hæc locutus est: Non semper irasc̃r, nec iugiter indignabor. Qui ad hoc percutio, ut emendẽ: ideo occido, ut uiuificẽ. Misereor enim creaturæ meæ, & quos ipse cõdidi, in æternũ perire nõ patiar. Spiritus quoq meus q ex me egredietur, siue qui C

SEP. Hæc dicit excelsus, & in excelsis habitans in æternum, sanctus in sanctis nomen illi. Excelsus in sanctis requiescens, & pusillanimis dans patientiam & uitam his qui corde contriti sunt. Non in æternum ulciscar in uos: neq; semper irascar uobis. Spiritus enim à me egredietur, & flatum omnem ego feci. Propter peccatũ ad modicũ quid cõtristaui eum, & percussi eum iuxta Hebraicũ, Aquilam, Symmachũ, & Theodotionẽ, cuncta circundat, hoc enim significat περιελθόντα, uegetator est omniũ. Et flatũ siue pluraliter flatus, hoc qpe רוחות sonat, ego feci: de quo alibi scriptũ est: Omnis flatus, siue omne quod spirat, laudat dñm. De quo spiritu & flatu, in principio Geneseos scriptũ est: Insufflauit deus flatũ uitæ, & factus est homo in animã uiuentẽ. Tale quid & Iob loquitur: *Iob 27.a* Spiritus domini qui est in narib. meis: & flatus omnipotentis qui docet me. Cum ergo à me egrediatur spiritus, & flatu atq; inspiratione mea cuncta uegetentur & uiuant, non est iustum perire eos in æternũ, qui meo flatu ac spiritu sustentantur. Quidam nostrorũ hunc esse aiunt spiritũ, quo omnis mundus inspiratur & regitur, & cuncta habent noticiã dei, quẽ iuxta Stoicos in ignis poeta describens, ait: Principio cœlũ ac terras camposq; liquẽtes, Lucentemq; globũ lunæ, Titaneaq; astra Spiritus intus alit: D totãq; infusa per artus Mens agitat molẽ, & magno se corpore miscet, & reliqua. Alij uerò sanctũ spiritũ intelligunt: qui in principio ferebatur super aquas: & uiui- *Ioan.16.b* ficabat omnia, qui de patre egreditur, & propter societatẽ naturæ, à filio mittitur, dicente: Expedit uobis ut *Ioan.15.d* ego uadam: nisi enim ego iero, paracletus non ueniet ad uos: sin autẽ ego iero, mittam eum ad uos. De quo rursum ait: Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis à patre, spiritũ ueritatis, qui de patre egreditur. Ne scandalizet quempiam, si spiritus egredi dicatur ex patre, cum etiam filius de se dixerit: Ego de patre exiui & ueni, neq; enim à meipso exiui, sed ille me misit. De hoc spiritu loquebatur: Rogabo patrẽ & aliũ paracletũ dabit uobis, ut sit uobiscũ semper, spiritũ ueritatis. Hic est spiritus de quo scribit & Moyses: Quis det ut omnis *Num.11.f* populus domini sit in prophetas: & det dominus spiritũ suũ super eos? Et Ioel ex persona dei: Effundam de *Ioel.2.g* spiritu meo super omnẽ carnẽ, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ. Et Zacharias: Verũtamen uerba mea *Zach.1.b* & legitima mea suscipite, quæ ego præcipio in spiritu meo seruis meis prophetis. Et iterũ: Effundã super Hie- *Zach.12.c* rusalem spiritũ gratiæ & misericordiæ. Multaq; alia de utroq; testamento quæ nunc longũ est repetere. Hoc solum dicimus, quod idem propheta de hoc spiritu & flatu pariter sit locutus: Hæc dicit dñs deus qui fecit cœlum. Et post paululũ: Qui dat flatũ populo suo, qui est super eam, & spiritũ his qui calcant eam. *c* ¶ *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum & percussi eum: abscondi & indignatus sum, etc.*] Post abiectionẽ populi Iudæorũ, & eorũ qui in saluatorẽ credere noluerũt, pollicitus fuerat habẽtibus in se fiduciã, terrã mitiũ, montẽq; sanctorũ, & apostolis præceperat: Viam facite populo reuertenti, & omnia de medio scandala tollite: ac ne incredibile uideretur, exponit potentiam suam, quod excelsus & magnus

A & magnus facile possit pœnitentibus ueniã tribuere: & iustũ sit ut creator misereat creaturæ suæ. Propter quæ iungit: Quod iratus sit & cõtristauerit populũ suũ, idcirco se fecisse, quia peccauerit, & iniquitatis auariciam habuerit, nec una fuerit iniquitate contentus, sed semper addiderit peccata peccatis. Et percussi, inquit, eum ad breue ut sanarẽ, & abscõdi, subauditur, faciẽ meam, ut magis me desideraret et diceret: *Psal.79.b* Ostẽde faciẽ tuã & salui erimus. Indignatusq; sum quod ille sentiens, tristis incessit, dicẽs: Tota die tristis ingrediebar, & *Psal.37.b* ambulauit mœrẽs siue conuersus in uia cordis sui: ut non ad faciẽ hominũ, sed in corde ageret pœnitẽtiã. Propterea uidens uias conuersionis eius, sanaui uulnera, quibus eum ante percusseram. Et reduxi eum ad me, quẽ priꝰ eiecerã, & reddidi ei consolationẽ uerã. Multæ em̃ falsæ sunt cõsolationes, quibus genus decipitur humanum. Siue cõsolatus sum lugẽtes eius, B

HEB. eũ, abscõdi & indignatus sum, & ambulauit mœrens in uia cordis sui. Vias eius uidi, & sanaui eũ, & reduxi eũ, & reddidi cõsolationes ipsi & lugentib. eius. Creaui fructum labiorum: pacẽ pacẽ ei qui lõge est, & qui prope, dixit dominus, et sanaui eum. Impij autẽ quasi mare ferués qd quiescere non potest, & redundant fluctus eius in cõculcationẽ & lutũ. Non est pax, dixit deus, impijs.

CAP. LVIII

CLãma ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam: & annuncia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Me

SEP. eum, & auerti faciem meam ab eo, & cõtristatus est, & ambulauit tristis in uijs suis. Vias eius uidi: & sanaui eum, & cõsolatus sum illum, & dedi ei consolationem ueram, pacẽ super pacẽ his qui longe & qui prope sunt, dicit dominus, & sanabo eos. Qui autem iniqui sunt, fluctuabunt, & quiescere nõ poterũt. Non est gaudiũ impijs, dicit dominus deus.

CAP. LVIII

CLama in fortitudine, & ne parcas, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo peccata eorum, & domui Iacob iniquitates eorum. Me

pastorẽ, & oues dispergentur: qui & ipse de se in sexagesimo octauo psalmo dixerit: Quoniã quem tu *Psal.68.f* percussisti, ipsi persecuti sunt: & auertit deus faciẽ suam ab eo, ut formam serui pauliſper acciperet, & ambularet tristis, & lugens peccata populi deplorans & plangẽs Hierusalẽ. Et quia uiderit pater uias eius, ꝓpterea sanauerit eũ, q fuit inter mortuos liber, & caro eius nõ uidit corruptionẽ, ut qui percussus est in cruce, sanaretur in resurrectione. Et cõsolatus sum, inquit, eum, dans ei pro una gente Iudæorũ, uniuersum mundum. Et lugentes eius, subaudi tur consolatus sum. Nec dubiũ quin apostolos significet. Et cõ D pleuit fructũ labiorũ suorũ, qui dixerat ei: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ, pacẽ super pacẽ, mundum reconcilians deo, ut utrunq; populum uocaret ad se, & sanaretur à patre. Impios autẽ de quibus supra diximus, cõparat mari, quod nunq; potest quiescere, sed etiam in summa tranquillitate, fractis ad littora uoluitur fluctibus, finisq; eius lutũ est & conculcatio. CAP. LVIII

Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo, etc.] Finito priori capitulo, in quo pax iustis & nulla requies impijs nunciat, præcipit deus Esaiæ prophetæ, ut clamet in fortitudine, & instar tubæ exaltat uocẽ suam, & peccata ac scelera populi Israel dicere non formidet, nequaq; mortẽ metuẽs, nec impiorũ terricula & cõuicia, sed magis cõsideret imperantẽ dñm. Et quia surdas aures habeant & audire uix possint, iuxta Symmachũ & Aquilã, guttur suũ uertat in buccinã, quæ Hebraicé dicit שופר quã κεράτινην, id est, corneã interpretati sunt. Et supra quidẽ ubi apostolis dicebat: in montẽ excelsum ascẽde qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocẽ tuam qui euangelizas Hierusalẽ, exalta, noli timere, nec buccina assumitur nec tuba, sed montẽ iubent ascẽdere, & uoce ꝓpria personare. Hic aũt quia peccatores erant quibus nunciandũ est & morabant deorsum, non iubet propheta ut ascendat in montẽ, sed tantũ ut exaltet sicut tuba uocem suã, & eis nũciet bella uentura. Alioquin in die iudicij, quando in resurrectione mortuorũ, & nouissima tuba dicitur, scriptũ est: canet enim tuba, & mortui re- *1.Cor.15.g* surgent incorrupti: ut quõ illi ad uocẽ tubæ sunt iudicandi, sic Israel peccato mortuus audiat scelera sua: simulq; appellatur populus dei, ut discat qualem patrẽ perdiderit, qui etiam peccatorẽ uocet populum suum.

¶ Me

Mē etenim de die in diem quærunt, & scire uias meas uolunt, quasi gens quæ iustitiā fecerit, & quæ iudicium dei sui non dereliquerit.

HEB. Rogānt me iudicia iustitiæ, et appropinquare deo uolūt: Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti. Ecce in die ieiunij uestri inuenietur uolūtas uestra & oēs debitores uestros repetistis. Ecce ad lites & contētiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nōlite ieiunare sicut usq; ad hanc diē, ut audiat in excelso clamor uester. Nūqd tale est ieiunium qd elegi, p diem affligere hominē animā suā? Nūquid cōtorquere quasi circulū caput suū, & saccū & cinerē sternere? Nūquid istud uocabis ieiunium & diē acceptabilem? Nónne hoc magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos qui cōfractū sunt liberos, & omne onus disrumpe. Frange esurienti panē tuū, & egenos uagosq; induce in domū. Quū uideris nudum, operi eum, & carnē tuam ne despexeris. Tunc

SEP. Petūt me nūc iudicium iustū, & appropinquare deo cupiūt, dicētes. Quare ieiunauimus, & nō uidisti: humiliauimus aīas nostras, & nō cognouisti. In dieb. em ieiuniorū uestrorū inueniunt uolūtates uestræ, & oēs subiectos uobis affligitis ad iudicia, & iurgia ieiunātes, et percutis pugnis humilē. qd mihi ieiunasse sep. mihi ieiunatis, ut hodie audiat in clamore uox uestra? Non tale ieiunium elegi, & diem humiliare animā suam? Neq; si incuruaueris quasi circulū collum tuū, & ciliciū & cinerē substraueris: nec sic uocabis ieiunium & diē acceptabilem. Nónne tale ieiunium elegi, dicit dns: sed solue omnē colligaturā iniquitatis. Dissolue obligationes uiolētarum cautionū. Dimitte fractos in remissionē, & oēm scripturā iniquā cōscinde. Frāge esurienti panē tuū, & pauperes sine tecto induce in domū tuā. Si uideris nudum, operi: & domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc

HEB. ieiunare sicut usq; ad hanc diē, ut audiat in excelso clamor uester. Nūqd tale est ieiunium qd elegi, p diem affligere hominē animā suā? Nūquid cōtorquere quasi circulū caput suū, & saccū & cinerē sternere? Nūquid istud uocabis ieiunium & diē acceptabilem dnō? Nónnē hoc magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos qui cōfractū sunt liberos, & omne onus disrumpe. Frange esurienti panē tuū, & egenos uagosq; induce in domū. Quū uideris nudum, operi eum, & carnē tuam ne despexeris. Tunc

SEP. mihi ieiunatis, ut hodie audiat in clamore uox uestra? Non tale ieiunium elegi, & diem humiliare animā suam? Neq; si incuruaueris quasi circulū collum tuū, & ciliciū & cinerē substraueris: nec sic uocabis ieiunium & diē acceptabilem. Nónne tale ieiunium elegi, dicit dns: sed solue omnē colligaturā iniquitatis. Dissolue obligationes uiolētarum cautionū. Dimitte fractos in remissionē, & oēm scripturā iniquā cōscinde. Frāge esurienti panē tuū, & pauperes sine tecto induce in domū tuā. Si uideris nudum, operi: & domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc

A a ¶ *Mē etenim de die, etc.*] Hoc propriè Iudæis conuenit, qui per singulos dies currunt ad synagogas & dei legē meditant, scire cupientes, quid Abrahā, Isaac & Iacob, quid & cæteri sanctorū fecerint, & libros prophetarum ac Moysi memoriter reuoluētes, decātant diuina mandata, quibus recisis/me illud aptabitur: Quærent me mali & non inuenient. Si em scriptū est, Oīis qui quærit inuenit, qui/cunq; non inueniet, male quæsisse cōuincitur. Dominus enim inuenitur ab his, qui eum quærunt in bonitate, & ostēdit illis, qui non sunt ei increduli. Cū igit iustitiā iudiciūq; reliquerint dei, quibus nominibus Christus ostendi tur, dicēte psalmographo: Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filio regis: Christus enim factus est nobis redemptio, sanctitas, & iustitia: frustra legis iactāt scientiā, cum sanctus non innoticia scripturarū, sed in operibus glorieť dicens: Viā mandatorū tuorū cucurri, quando dilatasti cor meū. *b* ¶ *Rogant me iudicia iustitiæ, etc.*] Est alia temeritas Iudæorum, quasi fiducia bonæ conscientiæ, iudiciū postulant iustū, & imitant sanctorū uerba dicentiū: Iudica me domine, quoniā ego in innocentia mea ingressus sum. Et iterū: Proba me dne & tenta me, ure renes meos & cor meū. Et in alio loco: Iudica causam meā & redime me. Et appropinquare deo deliderant, cum hoc nō in loco sit, sed in affectu, nec mētis ociosæ sed laboriosi operis. Deniq; quid sit appropinquare deo, instruit scriptura, dicēs: Quærite dnm: cū appropinquauerit uobis, derelinquat impius uias suas, & uir iniquus cogitationes suas. Appropinquat em dns appropinquantibus sibi, & his qui iuste qd iustū est persequunt, & possunt dicere: Mihi aūt adhærere deo bonū est. Si em omnipotens deus pater est ueritatis atq; iustitiæ, quicūq; est mēdax & iniustus, appropinquare deo nō potest, de quo scriptū est: Nō habitabit iuxta te malignus, neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos tuos. Quare ieiunauimus, inquiūt, & nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti. Iniuste arguūt dnm, q bona opera nō respiciat: solāq; uētris esurie, absq; ope uirtutū ingerūt deo, nō comedētes eos cibos quos creauit deus fidelibus & his q cognoscūt ueritatē, ut sumāt eos cū gratiarū actione: sed illos de qb. scriptū est in Prouerbijs: Hi em alūt cibis impietatis, & uino iniquitatis inebriāt. Huiuscemodi epulis saturatus pharisæus, inter cætera uerba superbiæ, bis in sabbato se ieiunare iactabat: q nō biberat uinū de uinea Sorek, sed de uinea Sodomorū, cuius uinū furor draconū est, & furor aspidū insanabilis, & uua corū, uua fellis: quos deus arguit p prophetā: Peccata populi mei comedunt. Et rursū: Quare tacuistis impietatē eorū, & iniquitates uindemiastis, & comedistis frumētū mēdacij? Quia igitur proposuerāt quæstionē deo, scire cupiētes, quare ieiunauerint, & humiliauerint animas suas, & deus non respexerit, obliti ueteris historiæ, cur nō respexerit ad munera Cain, qui recte quidē offerebat, sed nō recte diuidebat cū fratre, dei nō uidēs charitatē, dicēte scriptura: Diliges dnm deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum. Propterea respondit deus, q̄ non ieiunia reprobet, sed opera quæ in ieiunijs fiunt, dicens: in diebus ieiuniorum uestrorū inueniuntur uoluntates uestræ, ut non dei, sed uestras faciatis uoluntates, quas Paulus scribens Ephesiis reprobat: Iuxta principem potestatis aeris, spiritus qui nūc operat in filijs incredulitatis, in quibus & nos oēs cō uersati sumus aliquādo, in desiderijs carnis nostræ, facientes uolūtatē carnis & cogitationū. Et eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Quodq; sequitur iuxta Lxx. Et oēs subiectos uobis cōpungitis siue affligitis: melius Theodotio & Symmachus trāstulerūt: quos nos in hoc loco secuti sumus: & oēs debitores uestros repetitis. Ex quo ostēdit, non esse absq; periculo repetere pauperem, qui soluendo non sit, & pallium quod pignoris loco tuleris, algēti nō reddere debitori, ne clamor eius perueniat ad deū. Qui em miseretur pauperis, deo fœnerat. Et ecōtrario, qui repetit non habentē, deo facit uiolentiā. Atq; ut sciamus hunc sensum esse in præsenti loco, etiā in cōsequentibus in hoc eodē capitulo lecturi sumus. Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Haud dubiū quin chirographa significet. Quid enim prodest ieiunijs ora pallere, & ad lites & ad iurgia ieiunare, dicēte scriptura: Qui amat peccata, gaudet iurgijs. Seruū autē dni non oportet litigare, sed esse mansuetū, & imitari eum qui dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: ut humilitas non sit affectata, sed cordis, nec gloriam quærens hominū, sed animæ cōscientiā. Ieiunatis, inquit, & percutitis pugnis humilē, & alapis uerberatis. Vnde episcopus non debet esse percussor. Quomodo enim potest libidinē refrenare, qui nec manum ualet cohibere nec linguā? Huiuscemodi ieiunia & in exordio huius prophetæ dns arguit, dicens: Ieiuniū & ociū, & neomenias & sabbata & alias solennitates uestras odit anima mea. Vnde præcipitur per Ioel: Sanctificate ieiunium, prædicate curationē, ut à uitijs ieiunemus, & bonis operibus, curatisq; peccatis, fiant sancta ieiunia. Deniq; sequitur: Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: ut tempore ieiunij uacemus orationi, nec interior homo noster draconis uescatur carnibus, qui datus est in escā populis Aethiopū. Et hæc dicimus, nō quò ieiunia reprobemus, per quæ & Daniel uir desideriorū futura cognouit, & Niniuitæ irā placauerunt dei & Helias ac Moyses, quadraginta dierum esurie, dei familiaritate saturati sunt, & ipse dominus totidē diebus in solitudine ieiunauit, ut nobis solennes ieiuniorum dies relinqueret: sed quò non prosit uacuum portare uentrem, & alia facere quæ deo displicent, atq; ut cætera prætermittam, exterminare facies suas, ut appareant hominibus ieiunare, qui in præsenti gloriam consequentes excludentur à regno dei, quia receperūt mercedem suam. Vnde & apostolus, si etiam corpus suum tradat martyrio ut ardeat, siue glorietur (utrūq; enim fertur in exemplaribus) absq; dei charitate, quæ est in conscientia, frustra se dicit sanguinem fundere. *c* ¶ *Nolite, &c.*] Ne uideatur reprobare ieiunium, quod ipse præceperat, docet quomodo ieiunandū sit, imò an tequàm doceat quid sequatur, instruit quid debeāt delinare: Vt audiat, inquit, in excelso clamor uester. Ne ad orationē deseratis clamorem, orantes in synagogis & angulis plateārū, ut ab hominibus uideamini, & eleemosynam, & cum pharisæo qui dni iudicio condemnatur, uestra ieiunia & opera prædicetis. Propter quæ dns pharisæorū reprobās orationē, docet discipulos quomodo orare debeant, clauso pectoris sui cubiculo, ut soli loquantur deo, qui potest silentiū cordis audire, ut clament in cordibus suis: Abba, pater, & non extermi nēt facies suas: sed lauet aqua, & caput unguent oleo. De quo & Ioannes Euangelista scribit: Et uos unguētum habetis à sancto, quo quum uncti fuerint, etiam ipsi sancti fiant. Non enim quærit deus afflictionē solam & humiliationē animæ per iniuriam corporis, ut instar circuli torqueat corpus & colla submittat ac tristis incedat: iuxta illud quod in Psalmis dicitur, Afflictus sum & incuruatus usq; ad finem, tota die cōtristatus incedebam. Nec ut sacco quis uestiatur, & in cinere dormiat: quod de Dauid & de Achab legimus: sed ut cum istis hæc faciat quæ sequūtur. Alioquin & Apostolus frequenter ieiunare se dicit, & dns cum sponsus à discipulis suis fuerit ablatus, docet eos ieiunaturos: & in Psalmis pœnitens loquitur, Manducaui sicut cinerem panem meū, & potū meum cum fletu miscebam. Et quum mihi molesti essent, induebar cilicio. Ex quo discimus hæc facienda primum esse quę uult dns, & non alia prætereunda. *a* ¶ *Nonne hoc magis ieiunium, etc.*] Postquàm docuit quale ieiunium reprobet, ostendit quale libenter accipiat. Dissolue (inquit) colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Siue ut Lxx. manifestius transtulerūt, obligationes uiolentarum cautionū: quas nostri, uerbi ambiguitate decepti, id est σωματογράφους, cōmutationes pro chirographis interpretati sunt. Significat aūt chartarū fasciculos, in quibus fœneratorum calumniæ continent, & opprimuntur pauperes ære alieno, quæ in cūctis urbibus seditionis causa uel maxima est. Vnde et Romanus populus uicinos occupat montes, & tabulæ nouę quas Græci appellant χρεῶν ἀποκοπάς. Non ergo præcipit propheta, ne exigat unusquisq; quod debitū est, maximè quod iuste dedit & iuste repetit: alioquin tribunitię esset seditionis assertor: Sed ubi iniqua est cautio, ubi opprimūtur pauperes calūniā: ibi fasciculi cautionū, & omnia iniquitatis uincula rumpēda sunt. Vel certè hoc dicendū, quia de ieiunijs sermo est, & ieiuniū afflictionem atq; humiliationē habet animæ: afflictio autem corporis peccatorū indulgentiam deprecatur: Docet scriptura diuina, ut dimittamus debitorib. nostris, ut & pater cœlestis dimittat nobis debita nostra. Vetus narrat historia, anno remissionis septimo, uel quinquagesimo, qui est uerus iubileus, omnes possessiones redire ad dominos, & reddi seruis pristinā libertatē, cunctaq; nomina, quæ uulgò appellāt cautiones, irrita fieri. Sin aūt hoc ueteri lege præcipitur, quanto magis in euāgelio, ubi oīa quæ bona sunt duplicātur, et nequaquam oculum pro oculo, dētem pro dente iubemur eruere, sed ueberanti præbere maxillam? Atq; ut sciamus illud qd suprà diximus: Oēs debitores uestros repetitis: de creditoribus scribi: de debitoribus iūgitur manifestius, Dimitte eos q confracti sunt liberos: hoc est, q paupertate sunt fracti, quos afflixit inopia, ne liberos suos mendicare. Et omne onus quo deprimuntur, rumpe. Pro quo manifestius Lxx. trāstulerunt, τὴν πᾶσαν συγγραφὴν ἀδίκου διάστασιν, id est, Et omnē scripturam iniquam conscinde, qd Symmachus transtulit: Et omnē cautionē falsam disrumpe. Sed poterat fieri, ut aliquis diceret: Non habeo debitores, quid facere debeo, ut suscipiatur ieiuniū meū? Sequitur: Frange esurienti panem tuum. Non plures panes, ne de paupertate causeris, sed unū panem. Nec ipsum totū, sed partem panis: quam si non ieiunares comesturus eras, ut ieiuniū tuum non sit lucrū marsupij, sed saturitas animæ. Pulchrecq; addidit tuū, ne de rapina facias eleemosynā: Redemptio enim animæ uiri, propriæ diuitiæ. Et in alio loco: Honora dnm de tuis iustis laboribus. Certè si panem non habes, & esurientiū plurima multitudo est: præbe de quo nullū damnum pateris. In quo nulla dispendia sunt, pauperes absq; tecto induce in domum tuam: Siue ut in Hebraico habetur, In domū: ut si tuam non habes, inducas in hospitiolū, quod uel mercede conductū uel beneficio possides. Si uideris nudū, operi. Quod & dns in euangelio loquebatur: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Non enim unam iussit scindi & diuidi, quod multi populāris auræ causa faciunt, sed alteram non seruari, augens præcepta iustitiæ, ut etiam calicem aquæ frigidæ porrectum habere præmia diceret. Et carnem (ait) tuam ne despexeris. Omnis em homo caro nostra est. Et iuxta euāgelicā parabolā, eius qui de Hierusalē descendebat Hierico, & à latronib. uulneratus est, ille proximus appellatur, qui benefecerit. Vel certè iuxta Septuaginta, qui dixerūt: Et domesticos seminis tui ne despicias: Domesticos seminis illos intelligamus, de quibus & apostolus docet, omnibus faciendā esse eleemosynā, maximè aūt domesticis fidei. Illi enim caro nostra sunt & semen nostrum, qui de uno nobiscum parēte generantur. Ad quos extendebat & saluator manum, dicēs: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faciūt uoluntatem patris mei. Atq; ut sciamus unum esse dominum, & noui & ueteris instrumenti: Eadem & dominus loquitur in euāgelio,

Mat. 7.d Pſal. 71.a 1.Cor. 1.d Pſal. 25.a Pſal. 72.d Prou. 23 Luc. 18.b Hiere. 2.d Deut. 32.c Oſee 4.b Gen. 4.d Mat. 22.d Ephe. 2.a Mat. 6.d Luc. 18.d Mat. 6.d Rom. 8.c 1.Ioan. 2.c Prou. 19.c 2.Tim. 2.b Mat. 11.d 1.Tim. 3.d Ioel. 2.d Pſal. 37.c Dan. 9.a Ionæ 3.b 3.Reg. 19.b Exod. 34.d Matt. 4.d 1.Cor. 13.b Pſal. 37.b 2.Reg. 3.f 3.Reg. 21.g 2.Cor. 6.a & 11.f Mat. 6.b Pſal. 101.b Pſal. 34.b Mar. 11.c Leuit. 25.b & 27.c Exo. 22.c Mat. 5.f Supra eod. Prou. 13.b Ibid. 3.b Luc. 3.b Matt. 10.d Luc. 10.c Gal. 6.c Mar. 3.d

A de his qui in die iudicij à dextris staturi sunt. Venite benedicti patris mei, possidete regnū præparatū uobis à
Math. 25.c constitutione mundi: esurijui enī, & dedistis mihi mādu
care: sitiui, & dedistis mihi bibere: infirmus erā & in car
cere, & uenistis ad me: peregrinus, & duxistis me in do
mū uestrā: & nudus,
& uestistis me. Illisq; humilitate dicētibus, se nihil fecisse dño sal
uatori, respōdit: Quā diu fecistis uni de fra
tribus meis minimis, mihi fecistis. Iuxta
Tropol. tropologiā hæc pos
sumus dicere: Qui ie
iunat ab omnib. ma
lis, & uult suū ieiuniū
respici, non solū decli
net à malo, sed & fa
ciat bonum, ut soluat omne uinculum ini
quitatis, quo simpli
ces quiq; credētium hæreticorum fraudi
bus colligati sunt. Et σφαγγαλιὰς βιαίων στωμυλλαγμάτων, id est, obligationes uio
lētorum contractuū,
Psal. 124.a quas & in Psalmo Propheta demonstrat, dicens: Declinantes aūt in obligationes, adducet dñs cum operanti
bus iniquitatem. Omnes em̄ qui hæreticorū uinculis al
ligantur, declinant à dño: & quasi bos ductus ad uicti
B mam, & eligunt atq; commutant pro ueritate menda
ciū. Istiusmodi igitur homines qui sunt fracti iudicio, dimittat uir ecclesiasticus atq; dissoluat, & omnē scriptu
Sup. 10.a ram hæreticorū: de quibus hic idem propheta dicit: Vę qui scribunt iniquitatē: scribentes em̄ scribunt malitiā, rapientes iudiciū pauperū populi mei: soluat atq; dis
rumpat, ut nequaquā laqueis suis simplices quoq; te
neant irretitos: Et quū hoc fecerit, frangat doctrinæ ec
Mat. 15.d clesiasticæ esurientibus panem suū: quod fecit & dñs, fra
ctos panes apostolis tribuēs, quos eis in septē sportis et duodecim cophinis, nequaquā integros sicut habebā
tur in lege, sed comminutos atq; confractos in Euange
lio dereliquit, ut haberent quod pauperibus largiren
tur. Quos uideris non habentes calorē fidei, sed extra ecclesiā frigoribus infidelitatis algentes, inopes atq; pe
regrinos, Induc, ait, in domū ecclesiæ, & operi incorru
Mar. 5.a ptionis pallio, ut uestiti Christi tunica, nequaquā ma
neant in sepulchris, quod de eo legimus, qui possessus à dæmonū legione, nudus habitabat in memorijs mor
tuorū. Quumq; inquit, hæc feceris, & liberalitas tua ad omnes exposita fuerit, specialiter ne despicias domesti
cos fidei. a ¶ *Tunc erumpet quasi, etc.*] Quando illa non feceris quæ præteritus sermo narrauit, & ista feceris de quibus nunc diximus: Tunc acceptabile erit ieiunium tuū, & erūpet matutinū lumen tuū: sol uidelicet iustitiæ,
Malac. 4.a de quo Malachias propheta ex persona dei patris lo
quitur: Orietur uobis timentib. nomen meū sol iusti
tiæ, & sanitas in pennis eius. Qui ibi sol, hic lux dicitur. Sicut em̄ matutina lux soluit tenebras, ita lumē scientiæ & ueritatis omes errores fugat. Et sanitates (inquit) tuæ citò orient: Pro quo Aquila, uerbū de uerbo exprimēs posuit: Et cicatrix uulneris tui citò obducet: ut scilicet uulnera peccatorū nostrorū ad ortū solis iustitiæ, citò obducta cicatrice claudant. Pro eo quod Lxx. transtu
lerunt ἰάματά σου, id est, sanitates tuæ: Latini interpre
tes ducti nominis similitudine: ἰμάτια, id est, uestimēta
posuerūt. Vnde multi translationis falsitate decepti, ad C
resurrectionē corporis cōprobandā hoc utunt testimo
nio, quo scilicet uestimentū animæ corpus accipi ue
lint, quod in die resurrectionis oriat. Et antecedet, in
quit, in conspectu tuo iustitia tua: Secūdū illud quod lo
quit Iacob: Exaudiet me cras iustitia mea, & implebitur qđ scri
pтū est: Ecce homo & Gen. 30.c
opera eius. Et gloria
dñi circūdabit te, qua
si uestē pulcherrimā, ut glorificeris apud deum & apud homi
nes. Tunc inuocabis, & dñs exaudiet te. Adhuc lo
quēte te dicet, Ecce adsum. Si abstuleris à te colligatio
nem & ordinationē & uer
bū murmurationis, & de
deris esurienti panē tuū ex animo tuo, & animā humi
liatā saturaueris, tūc orie
tur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erūt sicut meridies.

SEP. Tunc erumpet matutinū lumen tuum, & sani
tates tuæ citò orientur, & præibit in cōspectu tuo iu
stitia tua, & gloria dei circū
dabit te. Tunc clamabis, & deus exaudiet te. Adhuc lo
quēte te dicet, Ecce adsum. Si abstuleris à te colligatio
nem & ordinationē & uer
bū murmurationis, & de
deris esurienti panē tuū ex animo tuo, & animā humi
liatā saturaueris, tūc orie
tur in tenebris lumē tuū, & tenebrę tuę erūt sicut meridies.

HEB. Tūc erūmpet quasi mane lumen tuū, & sanitas tua citò orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria dñi colliget te. Tunc inuocabis, & dñs exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce ad
sum. Si abstuleris de me
dio tui catenam, & desieris digitum extendere, & lo
qui quod nō prodest. Quū effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuæ erunt sicut meridies.

Et Verbum Hebraicum
Hier. 18.d נתק quod in Hieremia, torques ferrea interpretatur: in præsenti capitulo bis legitur. In eo enim loco ubi su
prà iuxta Lxx. diximus: Dissolue obligationes uiolen
tarū commutationum: pro uno uerbo נתק sciamus
eos posuisse uiolētas cautiones: pro quibus Aquila, er- D
rorem: Symmachus, declinationē: Theodotio λλοίου, id est, torquem, transtulerunt. Rursum in præsenti loco ubi nos uertimus, Si abstuleris de medio tui catenā, & pro catena Lxx. σωμλιαμόν, id est, colligationem siue uinculū trāstulerūt: Aquila, sicut suprà, errorē, interpre
tatus est. Symmachus in Theodotionis scita concedēs, torquē posuit. Hoc de interpretationis uarietate sit di
ctum. Alioquin sensus sic cum superioribus iungitur: Orietur tibi matutina lux, & sanitates tuæ citò oriētur, & præcedet te iustitia tua, & gloria dñi coronabit te. De precantemq; statim exaudiet, & se ostendet esse præsen
tem. Ita duntaxat, si ad superiora opera hæc quoq; ad
deris, ut tollas de te obligationē & catenā qua tua ani
ma colligata est. De qua & Petrus loquebatur ad Simo
Act. 8.d nem: In felle enim amaritudinis & obligatione iniquita
tis uideo te esse. Et Paulus dolebat, obligatā cernēs ido
Prou. 5.d latriæ Athenienſiū ciuitatē. Funibus enim peccatorū suorū unusquisq; constringit: De quibus animæ uincu
Psal. 18.d lis, & Dauid precabat in Psalmo: Ab occultis meis mū
da me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Difficile repe
ritur qui his non stringatur catenis. Raro inuenit ani
ma quæ hanc grauissimā torquē non habeat suo collo circundatā, ad terrena se operā deprimentē, ut nequa
quam cœlum, sed terram aspiciat. Quod & de euangeli
Luc. 13.d ca refertur mulier, quā uinxerat satanas per annos de cem & octo: ut incuruata, cœlestia non uideret. Si ergo, ait, tuleris de medio cordis tui hanc catenā: & iftiusmo
di uincula dissipaueris: & χλοστονίαν, pro qua tres alij interpretes uoce consona: extentū digitū, transtulerūt: ut non solum malum ipse non cogites & non facias: sed ne detrahas quidem proximo tuo, & singulos quasi di
gito notes: & loquaris quod nō prodest animæ tuæ: nō tua mala, sed aliorum errores cōsiderans, accipies quæ sequens sermo subnectit. Plericq; nostrorū χλοστονίαν, id est, ordinationem clericorum: quæ non solū ad im
precationem

A precationem uocis, sed ad impositionem impletur ma
nus: ne scilicet, ut in quibusdā risimus, uocis impreca
tio clandestina, clericos ordinet nescientes: sic intelligūt, ut assumant testimoniū Pauli scribentis ad Timotheū:
1.Tim. 5.d Manus citò nemini imposueris, neq; communicaueris
Mat. 7.d peccatis alienis. Non
est enim peccatum le
ue, mittere margari
tas ante porcos, & da
re sanctum canibus: & ordinationem cle
ricatus, nequaquam sanctis & in lege dei doctissimis, sed asse
clis suis tribuere, & ui
lium officiorū mini
stris: quodq; his de
decorosius est, mu
liercularū precibus. In quo cōsiderāda lo
quentis in se Christi apostoli sapiētia, qui ut ordinationis peri
culum demonstraret, iunxit tormenta peccantiū: Neq; communicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in ordina
tionibus malorū, particeps est peccatorū, qui tales con
stituit: sic in ordinatione sanctorū, particeps est eorū iu
stitiæ, qui bonos elegit. Sequitur: Et uerbū murmura
tionis, subaudiatur ἐκ σοῦ, si abstuleris à te. Verbum autē murmurationis est, quando contra nos loquitur deus: Desinat à me murmuratio populi huius, & non morietur: nostraq; peccata referimus ad deum, ad ex
cusandas excusationes in peccatis, & dicimus: Corpo
B ris me superauit ardor, adolescentiæ incentiua uicerūt, à deo talis creatus sum, paupertas coegit ad furtū. Itaq; si nō fecerimus ista quæ dicta sunt, & fecerimus ea quæ dicenda sunt: ut esurienti, nō sicut suprà, demus panem nostrū, sed animā nostram, ut eū in quibuscunq; possu
mus adiuuemus: & non quasi ex tristitia & necessitate, sed ex animo tribuamus: accipientes magis, quàm dan
2.Cor. 9.b tes beneficiū: Hilarem enim datorem diligit deus, ut a
nimam esurientem siue afflictam non retocillemus ex parte, sed saturemus, & doleamus cum dolentibus, lu
geamusq; cū lugentibus: Tunc orietur in tenebris lux
Rom. 12.g nostra, ille qui dicit: Ego lux ueni in mundum, ut om
Ioan. 12.g nis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habe
at lucem uitæ. Lucerna em̄ corporis nostri, est oculus: si simplex fuerit, totum corpus nostrū erit lucidū. Si autē qui lux esse deberet, uersus fuerit in tenebras, tunc om
Mat. 6.c ne corpus tenebrosum erit, & dicetur nobis: Si lux quę in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt. Cōside
remus quantis uirtutibus perueniamus ad lucem dei, ut tenebræ nostræ uertantur in meridiem: dicamusq;
Cant. 1.b cum sponsa, Vbi pascis, ubi cubas in meridie? a ¶ *Et requiem dabit tibi dominus semper, etc.*] Quod in Alexandri
nis exemplarib. in principio huius capituli additū est: Et adhuc in te erit laus mea semper: & in fine, Et ossa tua quasi herba orient, & pinguescent, & hæreditate possi
debūt in generatione & generationes: in Hebraico nō habet, sed ne in Lxx. quidē emendatis & ueris exēpla
ribus. Vnde obelo prænotandū est. Quū tenebræ (in
quit) pectoris tui, orta luce fuerint dissolutæ: & pro no
cte palpabili meridies fuerit exorta, tunc semper habi
tatorem habebis deū, qui impleat splendoribus animā
Psal. 109.a tuam. De quibus in Psalmo legitur: Tecū principiū in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorū, ex utero an
te luciferum genui te. Siue saturaberis cunctis quæ desi
derat anima tua: quia & ipse saturasti animā esuriētem: Et dicere poteris: Benedic anima mea dño, q̄ implet in

HEB. Et rēquiē dabit tibi dñs semp, & implebit splē
doribus animā tuā, & ossa tua liberabit. Et erit quasi hortus irrigu⁹, et sicut fons aquarū, cuius nō deficient aquæ. Et ædificābunt in te deserta seculorum, funda
mēta generationis & gene
rationis suscitabis: & uoca
bit in te ędificator sepiū, cō
uertēs semitas in quietem.

Si
culum demonstraret, iunxit tormenta peccantiū: Neq; communicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in ordina
tionibus malorū, particeps est peccatorū, qui tales con
stituit: sic in ordinatione sanctorū, particeps est eorū iu
stitiæ, qui bonos elegit. Sequitur: Et uerbū murmura
tionis, subaudiatur ἐκ σοῦ, si abstuleris à te. Verbum autē murmurationis est, quando contra nos loquitur deus: Desinat à me murmuratio populi huius, & non morietur: nostraq; peccata referimus ad deum, ad ex
cusandas excusationes in peccatis, & dicimus: Corpo
B ris me superauit ardor, adolescentiæ incentiua uicerūt, à deo talis creatus sum, paupertas coegit ad furtū. Itaq; si nō fecerimus ista quæ dicta sunt, & fecerimus ea quæ dicenda sunt: ut esurienti, nō sicut suprà, demus panem nostrū, sed animā nostram, ut eū in quibuscunq; possu
mus adiuuemus: & non quasi ex tristitia & necessitate, sed ex animo tribuamus: accipientes magis, quàm dan
2.Cor. 9.b tes beneficiū: Hilarem enim datorem diligit deus, ut a
nimam esurientem siue afflictam non retocillemus ex parte, sed saturemus, & doleamus cum dolentibus, lu
geamusq; cū lugentibus: Tunc orietur in tenebris lux
Rom. 12.g nostra, ille qui dicit: Ego lux ueni in mundum, ut om
Ioan. 12.g nis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habe
at lucem uitæ. Lucerna em̄ corporis nostri, est oculus: si simplex fuerit, totum corpus nostrū erit lucidū. Si autē qui lux esse deberet, uersus fuerit in tenebras, tunc om
Mat. 6.c ne corpus tenebrosum erit, & dicetur nobis: Si lux quę in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt. Cōside
remus quantis uirtutibus perueniamus ad lucem dei, ut tenebræ nostræ uertantur in meridiem: dicamusq;
Cant. 1.b cum sponsa, Vbi pascis, ubi cubas in meridie? a ¶ *Et requiem dabit tibi dominus semper, etc.*] Quod in Alexandri
nis exemplarib. in principio huius capituli additū est: Et adhuc in te erit laus mea semper: & in fine, Et ossa tua quasi herba orient, & pinguescent, & hæreditate possi
debūt in generatione & generationes: in Hebraico nō habet, sed ne in Lxx. quidē emendatis & ueris exēpla
ribus. Vnde obelo prænotandū est. Quū tenebræ (in
quit) pectoris tui, orta luce fuerint dissolutæ: & pro no
cte palpabili meridies fuerit exorta, tunc semper habi
tatorem habebis deū, qui impleat splendoribus animā
Psal. 109.a tuam. De quibus in Psalmo legitur: Tecū principiū in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorū, ex utero an
te luciferum genui te. Siue saturaberis cunctis quæ desi
derat anima tua: quia & ipse saturasti animā esuriētem: Et dicere poteris: Benedic anima mea dño, q̄ implet in

bonis desiderijū tuum, & ossa tua liberabuntur de inte- C
ritu & igne perpetuo. Siue impingue scent, ut pristinam crassitudinem recipiant, quæ fame sermonis dñi atte
nuata fuerant. Quod quidem & iuxta literam de resur rectione eorum quæ cæsura sunt corporum, intelligere possumus: & de uirtu
tibus animæ, quas si
gnificans sanctus lo
quit in Psalmo: Om
nia ossa mea dicent, Dñe, quis similis ti
bi? De quibus & in Prouerbijs scriptum est: Fama bona im
pinguat ossa: Et qbus præmia promittun
tur, sanitas erit corpo
ri tuo, & curatio ossi
bus tuis. De quibus rursum scriptum est, Dñs custodit omnia Psal. 33.d
ossa eorum, unum ex his non conteret. Ecō

SEP. Et erit deus tuus tecū semper, & impleberis sicut desiderat anima tua, et ossa tua pinguescent. Et erūt si
cut hortus ebrius, & sicut fons cui non deficiet aqua. Et ædificabūt tibi deserta à seculo, & erūt fundamenta tua sempiterna in gnatiōes & gnationes: & uocaberis ædificator macerię, et semi
tas ī medio qescere facies.

Si
trario, qui peccator est, & animæ robur perdidit atq; uirtutē plangit & loquitur, Dissipata sunt ossa nostra se Psal. 104.c
cus infernum. Neq; enim possumus credere quod ossa peccatorū non in inferno sint, sed iuxta infernū: Et sa- Prou. 15
ma bona impinguat ossa, quæ ad corporis saginam nō pertinet. Sequitur: Et eris, siue erit: id est, aut tu, aut ani
ma tua, sicut hortus irriguus. De quo scriptū est: Fons Gen. 2.b
egrediebatur, & irrigabat omnem faciem paradisi: pro quo in Hebraico, hortus legitur. Quem fontem non a
lium possumus dicere, nisi eum cui dicitur: Apud te est Psal. 35.c
fons uitæ: qui indesinenter rigat ecclesiam suam, & cun D
ctorū corda credentiū. b ¶ *Et ædificabuntur in te deserta seculorum fundamenta generationis, etc.*] Non solum, inquit, orietur in tenebris lumen tuū, & tenebrę tuę erūt qua
si meridies, & dabit tibi dñs requiē semper, & eris qua
si hortus irriguus, & cętera: Sed ædificabūtur in te quæ longo tempore deserta fuerant, & in multis generatio
nibus permansura ædium tuarum fundamenta iacien
tur, ita ut uel tu ipse uoceris ædificator sepium atq; ma
ceriarū, uel oriatur in te quasi ædificator sepiū: & auer
tat semitas in quietem, siue iuxta Septuaginta, τὰς τρί
βους τὰς ὠμεμισσου πάσας, id est, calles in medio facies conquiescere. Hæc Iudæi & amici tantū occidentis lite
ræ, ad instaurationem referunt urbium Palæstinorū. Et uel facta sub Zorobabel & Esdra & Neemia, uel in ulti
mo tempore futura contendunt: Et ad instaurationem Hierusalem & in circuitu ciuitatū altissima fundamen
ta iacienda, & tam excelsos muros ædificandos: ut nul
lus hostiū possit intrare, & omnium in eas inimicorum prohibeatur ingressus. Nos aūt sequentes cœptæ ex
planationis ordinem, quæ deserta fuerant in Iudæis, di
cimus ædificari in ecclesia, non ad breue tempus, sed in perpetuum: Et fundamentare illius ex utroq; populo: id est, in duabus generationibus suscitanda. Vnde dice
bat Apostolus: Quasi sapiens architectus fundamentū 1.Cor. 3.b
posui, alius superædificat, unusquisq; aūt uideat quid superædificet. Et in alio loco: Dei agricultura, dei ædifi
catio sumus. Et iterū: Aedificati super fundamentū apo Eph. 2.d
stolorū & prophetarū, & uocandam eam, siue eū, qui natus est in ea, ædificatorem sepiū. De quo in Psalmo le
gimus: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altis- Psal. 86.a
simus. Quas sepes atq; macerias: hoc em̄ Græcus sermo significat, φραγμὸς, agro & uineis circūdari scriptura cōmemorat: Vineā de Aegypto trāstulisti, eiecisti gētes, & plantasti eā. Et post paululū: Quare destruxisti mace Psal. 79.b
riā eius, & uindemiant eam omnes qui transeūt uiā? Et

A in hoc eodem propheta: Vinea facta est dilecto, quam pulchro sermone describēs, intulit: Aedificaui turrem, & maceria circundedi. Quam qui destruxerit, iuxta Ecclesiasten, mordebit eum coluber. Quæ ideo circundata est, ut omniū bestiarū in uineam dei prohibeatur accessus. Iste est autem

Gen. 3.a coluber tortuosus q decepit Euā in paradiso: quæ qa dei præcepta destruxerat, ꝓpterea morsibus eius patuit, et audiuit à domino: Tu obseruabis caput eius, & ille obseruabit tibi calcaneum. In eo loco ubi nos iuxta Lxx. interpretati sumus, ne qd innouare uideremur quia uulgatū est testimoniū, οὐ κλιθήσῃ οἰκοδόμων φραγμῶν, id est, & uocaberis ædificator sepiū: in Hebraico legitur, Et uocabiſ in te גֹּדֵר גְּדֵרוֹת Quod

HEB. Si aũerteris à sabbato pedē tuũ, facere uoluntatē tuā in die sancto meo, & uocaberis sabbatũ delicatũ, & sanctum dñi gloriosum, et glorificaueris eũ dũ nõ facis uias tuas, & nõ inuenietur uoluntas tua ut loquaris sermonem. Tũc delectāberis super dñm, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim domini loquutũ est.

Aquila interpretatus est περιφράκτισμα χολῆς, quod nos possumus iuxta sensum dicere, qui se opponit dei iracundiæ sæuienti. Denicꝙ Symmachus transtulit, mu-

1.Reg. 7.b rum opponens cædenti, qualis fuit Moyses & Aaron, et Samuel, qui iræ dñi restiterunt, & quasi ædificato muro, indignationi eius posuerunt terminū. Quod & Hie-

Hier. 7.d remiæ dicitur: Ne occurrat dño, ne iræ eius uelit resiste-
B re, & indignationem ita precibus quasi quodam muro
Exo. 32.c intercludere: Et Moysi quasi teneretur ab eo dñs: Dimitte me (inquit) & percutiam populum istum. Istiusmodi ergo ædificator maceriarum murorumꝙ & sepiū, conuertet semitas in quietem, ut nequaquam dei ira desæuiat: sed placatus sit eis dñs, & omnes indignationes semitæ conquiescant. a ¶ *Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die san. etc.*] Cui suprà dixerat: Non ne hoc est ieiunium magis quod elegi, dissolue colligationem impietatis, solue fasciculos deprimentes, &c. Etiam nunc præmia repromittit, si facere uoluerit quæ se quunturꝫ hic scilicet cohibeat pedem suum in sabbatis ne faciat uoluntates suas, & diem sanctum dñi suis

Exo. 20.b commaculet uoluntatibus. Lege præceptum est, ne in sabbatis opus seruile faciamus: ne accendamus ignem, ut in uno sedeamus loco, ut illa tantum faciamus opera quæ ad animæ salutem pertinent. Quod si iuxta literam accipiamus, penitus impleri non potest. Quis eñ pōtest hoc facere, ut tota die ac nocte sedens in sabbato de uno loco non recedat, imò ne leuiter quidem se cōmoueat: quod si fecerit, trāsgressor legis sit? Ex uno igit mandato, quod iuxta literam impossibile est, & cætera cogimur spiritualiter intelligere, ne faciamus seruile o-

Ioan. 8.d pus, & perdamus animæ libertatem. Qui eñ facit pec-
Psal. 37.a catum, seruus est peccati: Ne onus portemus in sabbato, quale portabat ille qui dicit: Iniquitates meæ eleua-
Zach. 5.c tæ sunt supra caput meū: Quasi onus graue aggrauatæ sunt super me. Ne iniquitas quæ sedet super talentū plūbi, in nobis habeat potestatem: Ne nos uoluptas corporis & libido succendant. Omnes eñ adulterantes quasi

Ose. 7.b cibauus corda eorū, & diaboli iacula ignita sunt, ut sa-
Luc. 9.g gitent in obscuro rectos corde. Præcipit quoꝙ nobis ut arrepto nobis aratro non respiciamus post tergū, ut rectorū altitudinem cōscendentes, nequaquam ad tolenda seculi uestimēta uelimus descēdere: sed ut audia-
Exo. 34.a mus cū Moyse: Tu uerò hīc sta mecū, & sedeamus cum dño, lassi in uia huius seculi, super puteum Samaritanæ, & conuersionem errantiumꝙ salutem sitientes, ut audiamus Apostolū commonentem: State firmi & im-

C Ioan. 4.d 1.Cor. 15.b mobiles: ne patiamur illud quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locū ministerij sui, & trāsgressor esse

Colos. 1.c ctus est, illiusꝙ sem-
per sententiæ recordemur: Si spiritus potestatem habētis ascenderit super te, locum tuū ne dimiseris. Qui sic quiescit in sabba-

Eccls. 10.d to, lauat inter innocētes manus suas: nec mouet pedes ut suas faciat uoluntates, iste celebrat sabbata dñi delicata: Qui sabba-
tismus, iuxta epistolam quæ ad Hebræos

Hebr. 4.c scribitur, repromittitur nobis in cœlestib. & gloria præparatur: ut dum non facimus uias nostras in sabbato, nec inuenitur uoluntas nostra, ut loquamur sermonem, quo scilicet nec opere nec sermone peccemus. Alioquin si hæc tantum prohibentur in sabbato, ergo in alijs sex diebus libertas nobis tribuitur delinquendi. Quod si stultū est credere, supereſt ut sabbatū, quod interpretatur requies, omni tempore sanctificandū sit à fidelibus, dū non carnis, sed animæ faciunt uoluntates. Quodꝙ iungitur iuxta Lxx. in ira ex ore tuo: in Hebraico nõ habetur. Ad D hoc sabbatum, omni festiuitate celebrandum, saluator nos prouocat in Euangelio, dicens: Venite ad me om-

Matth. 11.d nes qui laboratis & onerati estis, & ego uobis dabo requiem: hoc enim significat ἀναπαύσω ὑμᾶς, ut scilicet peccatorū onera deponētes, sabbatizemus in Christo & dicamus: Statuit supra petrā pedes meos: illudꝙ uitemus quod sanctus penè sustinuisse se dicit: Met uero penè moti sunt pedes. b ¶ *Tunc delectaberis super dominū, & sustollam te super altitudines terræ, etc.*] Postquàm uocaueris sabbata delicata, & non moueris in sabbato pedem tuum ad opus seruile faciendū, necꝙ uerbum loquutus fueris, id est, semper tacueris, & impleueris quod præceptum est: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne

Psal. 33.c loquantur dolum: Tũc delectaberis in dño, & uidebis in te esse completum: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Siue fiduciam habebis in dño: iuxta illud quod scriptum est: Qui cōfidit in dño, beatus est.

Hier. 17.d Et in Hieremia: Benedictus homo qui confidit in dño, Psal. 17.b & erit dñs spes eius. Et alibi: Bonum est confidere in domino, quàm confidere in homine. Et eleuabit te dominus atꝙ sustollet super altitudines ac bona terræ. Terra enim mitium, terraꝙ uiuentium, non est deorsum, sed sursum est. Denicꝙ ad Lot de Sodomæ & Gomorræ ual-

Gen. 19.d le fugientem dicitur: In monte saluum te fac. Ad quem postquàm peruenit, ortus est ei sol in Segor. De hac terra dicebat dñs: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt

Mat. 5.d terram, & multa alia quæ crebro usurpauimus: quorū illud est, Honora patrem tuum & matrem tuam, & eris

Exo. 20.b longæuus super terram: quam dominus deus tuus dederit tibi. Quod iuxta literam penitus stare non potest. Multi eñ honorant patentes, & cito moriuntur, & alij parricidæ longo uiuunt tempore. Vt autem certius nouerimus hanc terram esse in sublimibus, tricesimisexti psalmi breuiter recordemur, in quo scriptū est, Mi-

Mat. 5.d tes possidebunt terram, & epulabūtur in multitudine pacis

A pacis. Post quæ infertur: Expecta dñm & custodi uias

Psal. 36.f eius, & eleuabit te ut possideas terram, & habitabūt in seculum seculi super eam. Quod & ipsum impossibile est. Si enim terram pertransibunt, hanc utiq; quam incolimus, quomodo in seculum seculi, iusti habitabunt super eā? Ex quo discimus esse terrā, quæ in sublimibus sita est. Post quæ infertur: Et cibabo siue cibabit te dñs hæreditate Iacob patris tui. Sicut enim qui fidē habuerit Abraham, appellatur filius Abraham: sic qui supplantat uitia atq; peccata, uocat filius Iacob: Et cuius quis uirtutis imitator est, illius appellatur & fi-

1.Cor. 2.b lius. Bona aut terræ quæ in excelsis sita est, quibus saturat filius Iacob, illa accipiēda sunt: Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt. De quib. in epistola scriptū est ad Hebræos:

Heb. 11.c Qui enim hęc dicūt, ostendunt quod patriā quærant: & si qui

B dē illam quærerent de qua egressi erant, habebant tempus ut reuerterent ad eam: Nunc aūt meliorem desiderant patriam: hoc est, cœlestem Hierusalem. Ex quo discimus, mille annorū fabulam, in qua rursum nuptiæ promittunt, & cibi & terrenæ uitæ conuersatio, abiicien-

Mat. 22.c dam. Si eñ in resurrectione neq; nubent neq; nubent, sed erūt similes angelorū, quia sunt filij resurrectionis:

1.Cor. 6.c Et de uentre ac cibis Apostolus loquitur: Esca uentri, & uenter escis, deus aūt & hunc & illam destruet: Quomodo rursum incorrupto & spirituali, immortaliq; corpore, carnis pristinæ mortalis atq; corruptæ uitia quæremus? Et hæc dicimus, non quo substantiam glorificati corporis denegemus, sed quo opera pristina in his qui angelorū sunt similes, penitus auferamus: Alioquin & in isto adhuc corpore per ieiunia & continentiā & perpetuā castitatem & charitatē, imitamur uirtutes angelicas, & tamen substantiā corporū non amittimus. Quæ ut omnia futura credamus, sciamus à deo esse promissa, cuius os loquutū est: ut quomodo in manib. opus: & in pedibus, incessum: & in uentre, generationem: & in auribus oculisq;, auditum atq; in: uitum: sic in ore, sermonem dei intelligamus. CAP. LIX

E *Cce non est abbreuiata manus, etc.*] Poteram quæ nunc factur um esse me dixi: Eris confidēs in domino, & eleuabit te ad bona terræ, & cibabit te hæreditate Iacob patris tui, & ante complere. Necꝙ eñ abbreuiata est manus mea atq; contracta, ut eam ad liberandum populū meū extendere nequeam: aut surdas aures habeo, ut exaudire non possim. Ex quo ostenduntur aures dñi quæ iustos audiunt & non audiunt peccatores, nequaquam esse nostrarū aurium similes, quæ emissam uocē siue iustitiæ, siue iniustitiæ, æqualiter audiunt: sed peccata (inquit) uestra, quasi quidam in medio murus oppositus, uos & deum diuidunt. Vnde & saluator in passione sua fecit utrunꝙ unum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitiam in sua carne destruxit: ut quos paries diuiserat peccatorum, Christi sanguis coniungeret. Qui aperuit paradisi ianuam, quæ

C Gen. 3.d multo tempore clausa fuerat, & igneum gladium suo cruore restinxit, ut audiret latro: Hodie mecum eris in

Luc. 23.f paradiso. Quodꝙ sequitur: Et propter peccata uestra

LIX auertit faciē à uobis: ut non audiret, siue ut non misereretur: hoc ostēdit, quod fœtorem peccatorum & iniquitates eorū ferre non potuerit: sed auerterit faciē suam, ne eorum turpitudinem cerneret, & statim percutere cogeretur. Vnde peccator dñi ultū uidere desiderans, dicit in Psal-

Psal. 12.a mo: Vsq; quo dñe oblituseris me in finē, usq; quo auertis faciē tuam à me? Et alibi:

Ibidē 79.b Ostēde faciem tuam & salui erimus. b ¶ *Manus enim uestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti uestri peccatis. Labia uestra polluta sunt iniquitate, & lingua uestra iniustitiam meditatur. Nullus loquitur iusta, neq; est iustum iudiciū. Confidunt in uanis & loquuntur uacua, iniqtates atq; peccata. Quia parturiunt dolorē & gene-*

D Supra 57.a *rationem, qua Esaiæ temporibus tenebantur, sed effusionē sanguinis: de quo ante iam dixerat: Iustus perit, & non est qui recogitet. Et uiri iusti tolluntur, & nemo corde intelligit. A facie enim iniquitatis sublatus est iustus, erit in pace sepultura eius, tolleturq; de medio. Et quanquā ipsi manus non miserint in dñm saluatorem: tamen consona impietatis uoce clamantes: Sanguis e-*

Mat. 27.c *ius super nos & sup filios nostros, mortis eius rei sunt, & habent pollutas manus. De quibus idē propheta testatur, dicens: Si leuauerit is manus uestras ad me, non exaudiam. Manus uestræ sanguine plenæ sunt. Labia*

Sup. 1.d *quoq; eorū & lingua loquunt iniquitatem atq; mendaciū: ut pro Christo sibi antichristū repromittant: nec sit ullus in populo qui inuocet iustitiā & iudicet ueritatē. Siue ut in Hebræo habet, fidem: quod scilicet credat in Christo: sed confidunt in nihili et loquuntur uanitates. Vnde Apostolus præcipit, ne attendamus Iudaicas fa-*

Titum. 1.d *bulas, & mandata hominū auersantiū se à ueritate. Vere eñ confidunt in nihili, & sequunt uanitates, in quo impletur dñi uaticiniū: Ego ueni in nomine patris mei,*

Ioan. 5.g *& non suscepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illum suscipietis. c ¶ Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, etc.*] Qui antichristi præstolantur aduentum, nec possunt dicere, A timore tuo dñe concepimus, &

Supra 26.c *parturiuimus & peperimus, spiritū salutis tuæ fecimus super terram: rectè concipiunt dolorem & parturiunt iniquitatem: ut quem multo labore perquirunt, in iniquitate suscipiant: de quorū scriptum est patre: Cōcepit dolorem & peperit iniquitatem. Isti frangunt atq; dis-*

Matth. 23.d *rumpunt oua aspidum, ut earum uenena in sua mente suscipiant: quibus in Euangelio dicitur: Serpentes, genimina uiperarum. Pulchreq; oua posuit aspidum atq; serpentū, quæ oua prius generare dicūtur. Et quia non solum malitiæ uenena in cordibus suis retinent, sed in lege dñi die ac nocte meditantur, anniles fabulas musitantes: propterea dicitur, Et telas aranеæ texūt, quibus*

A muſcas & culices & parua capiunt animantia, ad quas quum fortè quid uenerit, quaſi per aerem uacuũ trãſ-
uolat. Qui comederit, inquit, de ouis eorum, morietᵉ: hoc eſt, qui cõſilijs eorum acquieuerit, quomodo Abel
Gen. 4.b acquieuit Cain, dicenti: Trãſeamus in campum: ſtatim interficietur: Siue ut Lxx. tranſtulerunt, Qui uoluerit de ouis eorum comedere, cõterens inueniet putridum, & in ipſo regulum. Qui eñ prima fronte deceptus, oua putauerit gallinarum & aliarum uolucrũ, quarũ uſus innoxius eſt: ſi fregerit antequã comedat, ſtatim putorem teterrimũ fœtoremq; cognoſcet: & quod confotũ eſt, inueniet regulum. Siue iuxta Symmachũ & Theodotionẽ aſpidẽ. Aquila autẽ uiperam poſuit: Pro qua in Hebraico legitur נפעה Qui igitur audiẽs traditiones Iudaicas, ad eſcas ſe mille annorũ uoluerit præparare: & repromiſſionũ deliciis irretitus, manũ ad ouum extendere: Si antequã comedat,
B hoc eſt uerbis mortiferis acquieſcat, uoluerit prius cõſiderare quod dicit, & ſingulos ſermones diſcutere, eorũq; tractare rationẽ: ſtatim in ipſis reperiet antichriſtum præparari. Ergo iuxta Hebraicum qui comederit de ouis eorum, morietur. Qui autem iuxta Lxx. frangere ante uoluerit, & diligentius intueri ac uidere quid latiter, reperiet ſœtorem teterrimum, & principem omnium ſerpentum diabolum, in eorum latitare traditionibus. Et quia ſupra dixerat: Telas araneæ texunt: exponit quod telarum iſtarum textura non proficiat. Labor, inquit, eorum, omniſq; doctrina non Chriſti efficit ueſtimentum, nec palliũ quo nuditas animæ protegatur, ſed caſſo labore deſudant,
Supra 15. d dicẽte hoc eodem propheta: Populus hic labijs me honorat, cor uero eorum longe eſt à me. Fruſtra autẽ me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum: quę ſequentes, negligunt legem dei. Et ut ſciamus in tela opera demonſtrari, intulit: Netq; operientur operibus ſuis. Quidam locum iſtum ſic ediſſerũt: Oua aſpidum ſciderunt ſiue ruperunt, id eſt, mordentes prophetarũ reliquere ſermones omnes, & blandi ſibi pſeudoprophetarum eloquia texuerunt: De quibus qui comederit, à ſerpente ferietur: & intelliget nihil ſibi uerba profuiſſe mendacij. a ¶ Opera eorum, opera inutilia, etc.] Ideo non operiuntur operibus ſuis, quia opera eorum, o-
Eph. 5.c pera iniquitatis ſunt. Quæ Apoſtolus infructuoſa co-
Pro. 1.b gnominat, id eſt, fructus non habentia. Et pedes eorum currunt ad malum, & feſtinant ad effundendum ſanguinem innoxium. Hanc enim & in prophetarum occiſione habuerunt conſuetudinem. Ad quos Stephanus loquebat: Quem enim prophetarum nõ ſunt perſequuti patres ueſtri? Et dñs in Euangelio: Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te miſi ſunt. Et iterum: Veniet ſuper uos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occiditis inter templum & altare. Vnde & ſupra ad eos dicit. Manus enim ueſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & lingua ueſtra loquit iniquitatẽ. Et per hãc meditationem crudelitatis atq; blaſphemiæ, ad necem domini peruenerunt. Quomodo & Iudas per auaritiæ uiã uenit ad homicidium, imò ſacrilegium auaritię copulatum. Quodq; ſequitur: Cogitationes eorum, cogitationes ſtultorum: cõtritio & infelicitas in uijs eorũ, & uiam pacis non cognouerunt. Et ſupra: Veloces pedes eorũ ad effundẽdum ſanguinem: Apoſtolus poſuit ad Romanos. Quod multi ignorantes, de tertiodecimo pſalmo ſumptũ putant: qui uerſus in ædítione uulgata additi ſunt: & in Hebraico non habentur. De quo plenius in exordio huius uoluminis diximus. Recte autem uiam pacis ignorauerunt, quia autorem eius ſuſcipere noluerunt. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui loquitur ad apoſtolos: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Et ad Hieruſalem: Si ſcires quæ ad pacem ſunt tibi, quoniam uenient dies ſuper te, & circundabunt te inimici tui uallo, & obſidebunt te, & filios tuos allidẽt ad terram. Qui autem pacem non ſuſceperint, conſequenter nec iudicium habent in uijs ſuis. Illum de quo ſupra dictum eſt: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus quem dilexit anima mea, iudicium gentibus proferet. Sequitur: Viæ eorum peruerſæ, non natura, ſed propria uoluntate. Quicquid enim peruertitur atq; curuatur, de recto torquetur in prauum. Omnis doctrina phariſæorum, ſubuerſio ueritatis eſt: per quam qui amb ulauerit, non ſolum non inuenit pacem, ſed nec cognoſcit quidem eam, ut ſciat quid quærere debeat. b ¶ Propter hoc elongatum eſt iudicium à nobis, etc.] Poſt accuſationem populi Iudæorum, ex perſona eorum propheta reſpondit, quid loqui debeant pœnitentes, ſi tamen uelint poſt uulnera recipere ſanitatem. Mirorq; cur Septuaginta, quaſi propheta de eis loquatur, & non ipſi ad prophetæ uerba reſpondeãt, orationem texuerint quum in conſequentibus ueritate ſuperati, hoc idem fecerint dicentes: expectauimus iudicium, & non eſt: ſalus longe receſſit à nobis. Multa enim iniquitas noſtra in conſpectu tuo, & peccata noſtra reſtiterunt nobis: &

HEB. pepererunt iniquitatẽ, & oua aſpidũ ruperũt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de ouis eorũ morietur, & quod confotum eſt, erumpet in regulum. Telæ eorũ non erunt in ueſtimentũ, neq; operiẽtur operib. ſuis. Operã eorum, opera inutilia, et opus iniquitatis in manib. eorũ. Pedes eorum ad malũ currũt, & feſtinãt ut effundant ſanguinẽ innocentẽ. Cogitationes eorũ, cogitationes inutiles, uaſtitas & cõtritio in uijs eorum. Viã pacis neſcierũt, & nõ eſt iudiciũ in greſsib. eorũ. Semitæ eorũ incuruatæ ſunt eis, oĩs qui calcat in eis, ignorat pacẽ. Prõpter hoc elõgatum eſt iudicium à nobis, & nõ apprehendet nos iuſtitia. Expectauimus lucẽ, & ecce tenebræ: ſplẽdorem, & in tenebris

SEPT. generant iniquitatem. Oua aſpidũ fregerũt, & telam araneę texuerunt. Et qui de ouis eorũ comedere uoluerit, frangens reperiet putridũ, & in ipſo regulũ: tela eorũ non erit in ueſtimentum, nec operientur operib. ſuis. Opera eñ eorũ, opera iniquitatis, & pedes eorũ ad malitiã currunt. Veloces ad effundendũ ſanguinem innoxiũ: & cogitationes eorũ, cogitationes ſtultorũ. Contritio & miſeria in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, & non eſt iudiciũ in uijs eorũ. Semitæ enim eorũ peruerſæ quas tranſeũt, & neſciunt pacem. Propterea receſſit iudiciũ ab eis, & non apprehendit eos iuſtitia. Quum expectarent lucem, factæ ſunt eis tenebræ. Præſtolãtes eam in tenebris

C. Act. 7.f
Math. 23.d
Supra 1.d
Rom. 3.c
D
Ioan. 14.d
Luc. 19.f

A cætera. In præſenti igitur tempore uniuerſa complenẽ. Elongatum eſt iudicium à Iudæis, quod gentibus nunciatum eſt. Et nõ apprehendet eos iuſtitia, quæ à nationibus comprehenſa eſt. Expectauerunt lucem, dicẽtes:
Pſal. 42.a Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, quæ eis per prophetas fuerat repromiſſa, & erroris tenebris occupati ſunt. Suſtinebãt ſplẽdorẽ, & ambulauerũt in tenebris: ita ſcripturas ſanctas, quaſi cęci palpantes parietem: uerba tantum in eis & folia, non ſenſum fructumq; quærẽtes, qui tenetur in literis. Denicq; iungit & dicit, Impegimus ſiue cademus meridie, quaſi in tenebris, in caligoſis, quaſi mortui. In toto eñ orbe, ſole iuſtitiæ ſplendore rutilante, illi moranť in tenebris, uidelicet ut peccato mortui. Rugiemus (ait) quaſi urſi omnes, & quaſi columbę meditãtes gememus: ut & crudeles ſint pariter & miſeriſeri & immanes, ad humiles atq; ſubiectos: pauidi atq; trepidantes, ad eos qui fortiores ſunt: quos quaſi accipitres perhorreſcunt. Legimus & in
B 2.Re. 17.b alio loco: Quaſi urſa raptis catulis: Et in
Dan. 7.b Daniele, regnũ cruẽtum, in quo tres ſunt ordines dentium, ut ſæ ferociſſimæ cõparatũ. Et quaſi columbæ meditantes gememus, abſq; ſenſu & intelligentia ſcripturarũ, tantũ uerba meditantes, quæ decantant memoriter.
Oſee 7.c Mat. 10 Sed quomodo columbæ, de quibus ſcriptũ eſt: Ephraim quaſi columba nõ habens ſenſum. Et quomodo in Euangelio contra ſerpentum malitiam, ſimplicitas ponitur columbarũ: ſic in præſenti loco, ſimplicitas abſq; prudentia, quæ uicina ſtultitiæ eſt, in ſola uerborum meditatione monſtratur. Expectabunt iudicium, & nõ erit: ſalutem, ſubauditur expectabunt, & non erit, quia longe migrauit ad gentes. In quo notandum, quod omnia futuro dicantur tempore: ut quod nunc Iudæi ſuſtinent, indicetur. a ¶ Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coram te, etc.] Reddit cauſas quare rugierint quaſi urſi, & meditati ſunt ut columbæ: expectauerint iudiciũ quod non erat: ſalutem, quæ tranſiuit ad gentes: quia multiplicatæ ſunt, dicentes, iniquitates noſtræ in conſpectu tuo. A quibus multo tempore auerteras faciem, ne eas cerneres, ne ferires. Et peccata noſtra reſponderunt nobis, ut reciperemus quod meruimus. Et ſcelera noſtra nobiſcum ſunt. Iniquitatesq; cognouimus, quas multo tempore perpetrantes, putabamus eſſe iuſtitiam. Quæ ſunt aũt iniquitates? Peccare & mentiri contra deum: ſiue ut iuxta Hebraicum Aquila tranſtulit, negare deũ: quod ad ſaluatorem refertur. Et reliquimus, inquiunt, deum noſtrũ, dicentes: Scimus quod Moyſi
Ioan. 9.f loquutus ſit deus, hunc aũt neſcimus unde ſit: ut loquemur calumniã. Hic ſi ex deo eſſet, nõ ſolueret ſabbatũ. Et: In
Luc. 11.b Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et trãſgreſsionẽ quę ſignificantius Græce dicit ἀποστασίαν, quũ aliq̃s negat deũ & præuaricationis arguitur: concepimus, & loquuti ſumus de corde uerba mẽdacij, cõtẽnẽtes legẽ dei, & ſequẽtes traditiones hominum: quas illi αὐτοφώρους uocant: & quas in noſtro corde ſimulauimus. Et cõuerſum eſt retrorſum iudiciũ, & iuſtitia longe ſtetit. Quæ eñ pars iuſtitiæ
2.Cor. 6.a & iniq̃tati? qui cõſenſus Chriſti & Belial? Stetit iuſtitia in gẽtib. & receſſit à nobis, q̃a corruit in platea ueritas. Lata eñ & ſpatioſa uia quæ ducit ad
Mat. 7.b mortẽ: quia anguſtã uiã, in qua ueritas cõmorat, intrare nolebãt. Et facta eſt ueritas in obliuionẽ: de qua
D ſcriptũ eſt: Veritas de
Pſal. 84.b terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo prſpexit. In quo animaduertẽdũ quod crebro ueritas nominata ſit, ut Chriſti perſona monſtraret: quã deſerẽtes, ſequuti ſunt mendacium. Et quia receſſit à malo, prædæ patuit. Quod quanq̃ uideatur obſcurũ, ſic ediſſeri poteſt: nobis mendacium de noſtro corde fingentib. & diſſerentib. legẽ dei, iuſtitia lõge ſtetit, & ueritas corruit in plateis, & æquitas ad nos intrare nõ potuit: & filius dei qui eſt ueritas, factus eſt in obliuionẽ: intantũ ut quicũq; à traditionib. Iudęorũ cupierit recedere, ſtatim pateret inſidijs & perſequutionibus: ita ut cæcũ à natiuitate qui oculos receperat, expulerint de ſynagogis: & poſt reſurrectionem dñi ſaluatoris, omnes qui in eo credebãt, perſequuti ſint atq; nudauerint: quibus de toto orbe gentiũ eccleſiæ miniſteria dirigebant, quæ per manus apoſtolorũ diſtribuerent. b ¶ Et uidit, etc.] Hucuſq; ex perſona populi propheticus ſermo contextus eſt: nunc propheta ex ſua perſona loquitur. Illis iſta dicentibus, uidit dñs quod pœnitentiam ore iactarent, & corde non agerent, & non placuit ei. Quæſiuit enim in eis iudicij ueritatem,
Sup. 50.d quod ad gentes translatum fuerat, & non reperit. Deſiderauit aliquẽ iuſtum uirũ, qui ſibi irato poſsit occurrere, & nõ inuenit: qui & ſupra dixerat: Veni, & nõ erat

A uir: uocauit, & nō erat qui audiret. Et quia illis in scelere
Psal. 13.a permanentibus, ne unus quidē iustus inuentus est: sed
omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: & non est
qui faciat bonū, non est usq; ad unum: Brachio suo atq;
iustitia, siue misericordia confirmauit eū, ut qui uolue-
rint ab errore cōuerti nō suo merito, sed
dei clementia conse-
quentur. Deniq; indu-
tus est iustitiæ lorica,
& galea salutis, & ue-
stibus ultionis, & zeli
pallio circundatus:
sicq; armatus proces-
sit ad bellū, ut redde-
ret ultionem inimicis
suis. Haud dubium
quin Iudæos signifi-
cet, perseuerantes in
blasphemijs: & uicissi
tudinē hostibus suis,
quando eos Roma-
nus cinxit exercitus.
Quibus uincētibus,
dñs pugnasse mōstra
tur. Hoc testimonio
Eph. 6.b usus est Paulus scri
bens ad Ephesios, &
uolens nos indui ar-
matura Christi, quo
possimus ignitis dia
boli iaculis resistere.
Quodq; in Lxx. in-
terpretib. non habet,
insulis uicē reddet, ut
B bes Iudææ significat,
quas Romanus uasta
Supra 20.b uit exercitus. Nam &
supra habitatorib. in
sulæ, id est, Hierusa-
lem dñs loquitur per
prophetam. a ¶ Et ti
mebunt qui ab occidente
nomē domini, & qui ab or
tu sol etc.] Postquām
dñs lorica iustitiæ, &
galea salutis, & uestibus ultionis, zeliq; pallio fuerit
indutus ad pugnam, & uenerit ad certamen atq; uin-
dictam, ut retribuat hostibus & reddat inimicis suis,
& insulas eorum, id est urbes uiculosq;, subuertat:
Matt. 8.b Tunc alienigenæ qui de occidente & oriente uenturi
sunt, ut requiescant in sinu Abraham: de quibus & su-
Supra 49.d prā dictum est: Ecce isti de longo uenient, alij de occi
dente, & alij ab aquilone, & alij de terra Persarum, ti-
mebunt dominum, eo timore qui est initium sapien-
tiæ. De quo in multis locis legimus, ex quibus pauca
Eccli. 1.b ponamus: Beatus uir qui timet dominum, & non est
Psal. 33.b inopia timentibus eum. Et: Timor domini disципli-
Prou. 15.d na & sapientia. Et: Venite filij audite me, timorem do-
Psal. 33.c mini docebo uos. Et: Beatus homo qui timet domi-
Ibid. 111.a num. Et: Timor domini addit dies. Quod autem re-
Malach. 1. c pulso Israel, gentium turba succedat, Malachias pro-
pheta plenius docet, in quo dicitur ad Iudæos: Non
est uoluntas mea in uobis, dicit dominus omnipo-
tens. Et hostiam non suscipiam de manibus uestris.
Rursumq; de multitudine nationum: Ab ortu enim so-
lis usq; ad occasum, glorificatum est nomen meum in
gentibus. Huius beatitudinis ille autor est, qui uenie
quasi fluuius uiolentus, quem spiritus dñi cogit. Si-
ue ut Aquila transtulit, quasi flumē angustum, spiritus C
dñi signaculum eius. Aut Theodotio, quasi fluuius op
pugnans, spiritus dñi signatus est. In eo ergo testimo-
nij huius, quod Lxx. transtulerūt: ἐς ποταμὸς βιαῖος,
ὁ ὀργὴ κυρίου ἦξει μετὰ θυμοῦ. id est, quasi fluuius uiolen-
tus, ira dñi ueniet cū
furore: pars ultima,
in Hebraico non ha-
betur. Neq; enim in
repromissionib. dei,
ira furorq; ponēdus
est: quū in cęteris quę
sequuntur, beatitudo
sit futurorum, & com
minatio pœnaq; pec
cantium. Iuxta Aqui
lam autem & Theo-
dotionē, spiritus dñi
qui signatus in Chri-
sto est: illud cōfirmat
exemplum, quod in
Ioan. 6.a Ioanne euangelista le
gitur. Hunc enim de-
us signauit pater, de
quo & antè iam di-
Sup. 11.a ctum est: Exiet uirga
de radice Iesse, & flos
de radice eius ascen-
det, & requiescet su-
per eum spiritus dñi,
spiritus sapiētiæ & in
tellectus, spiritus con
silij & fortitudinis, spi
ritus scientiæ & pieta
tis, & repleuit eū spi- D
ritus timoris dñi. Vn
Psal. 4.b de & nos dicimus: Si
gnatum est super nos
lumen uultus tui do-
Ezech. 9.b mine. Et in Ezechie-
le, uirorum gemen-
tium frontes, thau li-
teræ Hebraicæ, quæ
apud eos ultima est,
impressione signan-
tur. Sin autē scire uo-
Act. 2.a lumus, quomodo spiritus sanctus fluuius uiolentus
sit, Apostolorum acta relegamus: in quibus scriptum
est: Quum autem congregati essent pariter, factus est
subitò de cœlo sonus, quasi spiritus uiolentus, & im-
pleuit uniuersam domum, ubi erant sedentes: appa-
rueruntq; eis linguæ dispersæ sicut ignis, & sedit super
singulos eorum: replentq; sunt omnes spiritu sancto.
Sequitur, Veniet redemptor Sion, & eorum qui re-
deunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Pro quo
Septuaginta transtulerunt: Veniet ex Sion qui libe-
ret, & auertat impietates à Iacob. Si ergo de Sion ue-
niet qui auertat impietates à Iacob: Hoc intelligimus,
quod homo natus sit in Sion, & fundauerit eam al-
tissimus, qui auertit scelera à Iacob. Sin autem ue-
niet Sion redemptor, & his qui redeunt ab iniqui-
tate in Iacob, dicit Dominus. Hic sensus est: Veniet
Christus qui redimet Sion sanguine suo. Siue iuxta
Hebraicam proprietatem, qui propinquus est Si-
on, & de Israel stirpe generatus sit, hoc enim גֹּאֵל,
id est, ἀγχιστεύς sonat. Ac ne putemus omnem
redimi Sion, & eam de sceleribus liberari, quæ
sanguine Domini cruentata est: significanter ad-
iunxit: His qui redeunt ab iniquitate, si uoluerint

agere

HEB. nō est iudiciū, & uidit qa nō est uir: & aporia-
tus est, qa nō est qui occurrat. Et saluabit sibi brachiū
suū, et iustitia eius ipsa cōfir
mauit eū. Indutus est iusti-
tia ut lorica, & galeā salutis
in capite eī. Indutus est ue-
stimētis ultionis, et opertus
est quasi pallio zeli, sicut ad
uindictā quasi ad retribu-
tionē indignationis hosti-
bus suis, & uicissitudinē ini
micis suis, insulis uicem red
det. Et timēbūt qui ab occi
dente nomē dñi, & qui ab
ortu solis, gloriā eius, quū
uenerit quasi fluuius uiolē
tus quē spiritus dñi cogit,
& uenerit Siō redemptor,
& eis qui redeunt ab ini-
quitate in Iacob, dicit dñs,
Hoc fœdus meū cū eis, di-
cit dñs, Spiritus meus q est
in te, & uerba mea quę po-
sui in ore tuo, nō recedent
de ore tuo, & de ore semi-
nis seminis tui, dicit dñs, A-
modo et usq; i sempiternū.

SEPTVAG. non erat iu-
dicium. Et uidit, & non e-
rat uir. Et considerauit, &
nō erat qui defenderet. Et
ultus est eos brachio suo, et
misericordia sustinuit. Et
indutus est iustitiam quasi
loricam, & posuit galeam
salutis in capite. Et circun-
datus est uestimento uindi
ctæ & pallio, quasi retribu-
ens ultionem opprobriū
aduersarijs. Et time-
bunt qui ab occidente no-
men Domini, & qui ab or-
tu solis, nomen inclytum.
Veniet enim quasi fluuius
uiolentus ira Domini, ue-
niet cum furore, & ueniet
de Sion qui liberet. Et a-
uertet impietates à Iacob,
& hoc erit eis à me testa-
mentum, dicit Dominus.
Spiritus meus qui est in te,
& uerba mea quæ dedi in
ore tuo, non deficient de
ore tuo, & ex ore seminis
tui, ait Dominus ex nunc
& in æternum.

A agere pœnitentiam: in quibus oratio domini complea
Luc. 23.c tur: Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. Eo-
rum igitur in Sion redemptio est, & propinquus, qui
eum susceperint ex Iacob: & illis pollicetur, dicens: Hoc
fœdus meum cum eis: siue pactum, ut omnes alij trā-
stulerunt: aut διαθήκην, id est, testamentum, ut posuere
Lxx. Quod sit autē fœdus, pactum & testamentum, se-
quens uersus ostendit: Spiritus (inquit) meus qui est
in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent
de ore tuo, & de ore seminis tui, amodo & usq; in sempi
ternum. Quod uel ad Esaiam dicitur, ut mihi uidetur:
uel ad dominum, ut plerique æstimant. Igitur ad Esaiam
sic ordo connectitur. Hoc est pactum euangelij sempi-
ternum, ut spiritus meus qui est in te, & uerba mea quę
posui in ore tuo, per quæ uentura prædices: non de tuo
ore discedant, nec de filiorum tuorum ac nepotum, &
seminis seminis tui: ut omnis per seriem generatio de-
monstretur: quod scilicet gratia prophetarum in apo-
stolis ueniat, & per eos qui de Israel per apostolos cre-
Luc. 21.g dituri sunt. Quod autem infert, Amodo & usq; in sem
piternum: illi congruit, Cœlum & terra transibunt, uer
Rom. 10.c ba autem mea non præteribunt. Hunc locum diligēter
Paulus edisserens, scribit ad Romanos, quod non sit di
stinctio Iudæi & Græci: sed ipse dominus omnium, di-
ues in omnibus qui inuocant illum, & quod nō sic cre
2. Cor. 11.c diderint gētes, ut Israel penitus pelleretur. Nam & ego
(ait) Israelites sum ex semine Abraham, de tribu Benia
min: non repulit deus plebem suam quam præscIuit. Et
post paululum, quum Helię posuisset exemplum, que- C
rentis ad dominum quod solus esset relictus: & audien
tis ab eo, quod reliquisset sibi dominus septem milia ui
rorum, qui non curuassent genua ante Baal, intulit: Sic
3. Reg. 19.b igitur & in hoc tempore reliquiæ secūdum electionem
gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex ope
ribus, alioquin gratia iam nō est gratia. Quid ergo est
quod quærebat Israel, hoc non est consequutus: electio
autem consequuta est: cæteri uero excæcati sunt. Qui si
non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens
Rom. 11.a est enim, inquit, deus iterum inserere illos: non contra
naturam ex oleastro, sicut gentium inserta est multitu-
do: sed secundum naturam in bonam, id est, in suam o-
liuam. Et ad extremum posuit, ut ad præsens capitulum
peruenirent: Nolo enim uos ignorare fratres mysterium
hoc, ut non sitis apud uosmetipsos sapientes. Quia cæ-
citas ex parte Israel contigit, donec plenitudo gentium
subintraret: & sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptū
Sup. eod. est, Veniet ex Sion qui liberet & auertat impietates à Ia
cob, & hoc illis à me testamentum, quum abstulero pec
cata eorum. Hæc idcirco latius prosequuti sumus, ut
quicquid repromissionum & legimus & lecturi sumus
ad Sion & ad Hierusalem: non generaliter ad omnes Iu
dæos, sed specialiter ad eos dici intelligamus, qui in a-
postolis & per apostolos electi sunt ex Israel.

¶ Commentarij decimisexti in Esaiam
prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMSEPTIMVM
Commentariorum Esaiæ ad Eustochium proœmium.

QVanta mysteria septimus post decimum numerus, ad quem nunc explanationum in
Esaiam peruenit liber, in scripturis sanctis contineat: uellem, uirgo Christi Eusto-
B chium, breui sermone percurrere. Sed quia non possum omnia in omnibus locis di- D
cere, hoc strictim admoneo: quod psalmus qui huius numeri titulo prænotatur, sit
pueri domini Dauid: & cecinerit uerba cantici, in die qua eripuit eum dñs de manu omnium ini-
micorum suorum, & de manu Saul, & dixerit: Diligam te dñe fortitudo mea: & reliqua. Puer autē
dñi ille est, cui pater loquitur in Esaia, Magnum tibi est uocari puerum meum. Et in alio loco: Ecce
puer meus quem elegi, & dilectus meus in quo complacuit sibi anima mea. Iste puer qui interpre-
tatur, fortis manu, in die qua liberauit eum dñs de manu Saul, qui in lingua nostra, expetitum uel
infernum sonat: & ab omnibus inimicis suis, qui clamauerunt contra eum: Crucifige, crucifige ta-
lem: quando ad patrem uictor ascendit fuluis uestibus de Bosra, inter cætera triumphantis loquu-
tus est uerba: Eripe me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentiū. Populus quem
non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Rursumq; de populo Iudæorū: Filij alie-
ni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterauerunt & claudicauerunt à semitis suis: quibus & Helias di-
xerat: Vsquequo claudicatis utroq; pede? Deniq; quod difficile in alijs reperitur, hic psalmus tam
in Samuelis quàm in Dierum historia continetur. Qui de uno numero ad hebdomadem per in-
crementa proficiens, uenit ad uicesimumoctauum psalmum: qui & ipse inscribitur Dauid, in con
summationem tabernaculi, quando angelis imperatur: Afferte domino filij dei, afferte domino fi-
lios arietum. Et omnia baptismi salutaris & ecclesiæ mysteria concinuntur: Vox domini super a-
quas, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas, uox domini in uirtute. Et post paulu-
lum: Vox domini præparantis ceruos, & reuelauit condensa, & in templo eius omnes dicent glo-
riam. Atq; ut multitudinem credentium demonstraret, intulit: Dominus diluuium inhabitare fe-
cit, & sedebit dominus rex in æternum. Rursumq; octauo addito sacramento, triceſimumsex-
tum psalmum efficit literatum, cuius principium est: Noli æmulari in malignantibus, neq; ze-
laueris facientes iniquitatem. Cuius expositio, non præfationis, sed proprij uoluminis est. Et ne
multa nunc replicemus, usq; ad quintumdecimum numerum per augmenta succrescens, in quo
psalmi graduum sunt, & uas electionis apud Petrum Hierosolymis commoratur, centesimum

uicesi-

A uicesimum efficit numerum, qui primi in Christum fuere credẽtes, & cum apostolis cœnaculum fidei conscenderunt: Descenditq; super eos spiritus sanctus: postq; usq; ad septimum decimum numerum ordine gradiens, & euangelicam possidens dignitatem, præcipiente domino de dextris partibus, centum quinquagintatres pisces magnos capit, & in ecclesia collocat. Cui & nunc Esaias propheta loquitur. C

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam Liber XVII.

CAP. LX

Vrge, illuminare, etc.] Quid nobis uideret de instauratione Sion & Hierusalẽ, & cunctis quæ ei p phetali uatícinio promittũtur, in fine superioris libri plenius diximus: ubi interpretati sumus quid significaret ille uersiculus: Veniet Sion redemptor, & his qui redeunt ab iniquitate in Iacob. Nunc breuiter pstringendũ est, quid plurimi de hoc loco sentiant: ut errore perspecto, facilius possimus susc ipere ueritatẽ. Iudæi & nostri semitudæi, qui auream atq; gẽmatam de cœlo expectant Hierusalem: hæc in mille annorũ regno futura contendũt, quando omnes gentes seruituræ sunt Israel, & cameli Madian & Epha de Saba uenientes, aurũ deferent & thus, & omnes oues Cedar congregentur, arietesq; Nabaioth ueniant, ut immolent super altare templi, quod fuerit extructum: De insulis quoq; & maxime nauibus Tharsis uolare filias illius ut colũbas, auri & argenti diuitias conferentes: Et ædificari muros Hierusalẽ ab alienigenis, quibus præsint reges gentiũ: semperq; apertas fore portas ciuitatis, ut diebus ac noctibus diuitiæ Hierusalẽ & uictimæ deferant: Et omnia quæ deserta sunt, cyparisso & pino & cedro, sectis in Libano, cõstruenda: præcipuè templũ dñi in quo sit lætitia sempiterna: ita ut sugat lac nationũ, & regũ diuitias comedat: tantamq; abundantiam rerum fore, ut pro ære, aurũ habeant: pro ferro, argentũ: pro lignis, æs: pro lapidibus, ferrũ. Principes quoq; illius æterna pace fruituros, & episcopos præfuturos populis in iustitia, sed & portas futuras anaglyphas. Et qd' his maius est, pro sole & luna, ipsum dñm æterna luce fulsurũ: & pro uno homine habiturã eam mille fortissimos uiros: & pro paruulis, gentes robustissimas possessuram. Hæc illi dicunt, qui terrenas desiderant uoluptates: & uxorũ quærunt pulchritudinem ac numerũ liberorũ, quorũ deus uenter est, & gloria in cõfusione eorũ: quorũ qui sequitur errorem, sub nomine Christiano Iudæorũ se similem confitetur: Alij autem asserunt hæc omnia Iudæis carnaliter repromissa, si recepissent eũ, qui dicit in Euangelio: Ego sum lux mũdi, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundũ. Vt quomodo uictimæ cõcessæ sunt populo Israel, non quo per se bonæ essent, sed ne dæmonib. offerrentur: Ita & gulosis Iudæis, nihilq; aliud quærentibus nisi corporũ uoluptates, ista dñs polliceat: ut saltem pro carnalibus desiderijs, & opũ abundantia, filiũ dei susciperẽt: quẽ quia nõ susceperũt, re, pmissiones quoq; irritas fieri. Deniq; Chananææ pro filia deprecãti: Non uenit, inquit, nisi ad oues perditas domus Israel. Et discipulis suis: In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, ite magis ad oues perditas domus Israel. Quam ob causam & apostoli primũ in synagogis dñm nunciabant: quibus non recipientibus euangeliũ dicũt ad eos: Vobis quidem oportuerat prædicari uerbũ, sed quia non recepistis salutẽ, ecce conuertimur ad gentes. Lux enim uenit in mundũ, & magis Iudæi dilexerunt tenebras. Vnde & dominus quum Hierusalẽ fleuisset, adiecit: Si scires etiam tu quę ad pacem sunt tibi: Quam quia non suscepit, intulit: Nũc autem uenient dies super te, & circundabunt te inimici tui uallo, & coartabunt te, ad terramq; deducent cum filijs tuis. Nos autem iuxta priorem sensum, ad ecclesiam dici uniuersa credamus, quæ primum de Iudaico populo congregata est, & lumen quod super eam ortũ fuerat, per apostolos transmisit ad gentes. Cui dicitur: Surge illuminare: ut quę cecidit in incredulis, surgat in fidelibus: quæ cecidit in synagogis, surgat in ecclesijs: & postquàm surrexerit, illuminetur: ut nequaquam habeant erroris tenebras. Venit enim, inquit, lumen tuũ: quod omnes prophetæ pollicebantur: quod iugiter expectabas. Et gloria domini, quæ quondam fuit super tabernaculum & templum eius, orta est super te. De qua dictum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ecce enim tenebræ operient terram, eos qui terrena sapiunt: Et caligo populos: siue ut in Hebraico legitur, tribus: quod proprie refertur ad Iudæos: de quibus in alio Psalmo scriptum est: Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel. Super te autem orietur dominus sol iustitiæ, & gloria eius in te uidebitur. De qua scriptũ est: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Et ambulabũt gentes in lumine tuo. Nos omnes ambulabimus in apostolorum luce, quæ lucet in mundo, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et reges, inquit, in splendore ortus tui: quando primum in Christo nata es. Quod et spiritualiter impletur, & carnaliter: Vt reges, quorum cor in manu dñi est: & quibus non regnat peccatum in mortali corpore, ambulent in splendore nascentis ecclesiæ, siue in eo qui ortus est in ecclesia: & ueri reges Christi fidei colla submittãt. Quod quotidie uidemus expleri, quando idololatriæ errore sublato & persequtionis rabie, ad fidem ac tranquillitatem Christi Romani principes transeunt. Sunt qui hæc omnia quæ nos post primum saluatoris aduentum usq; ad consummationem mundi, & ex parte completa, & penitus explenda memoramus, futuro tempore præstolent: quando subintrante plenitudine gentiũ, saluandus sit omnis Israel. Quorũ nequaquam sententia reprobanda est, dũmodo spiritualiter hæc complenda, & non carnaliter nouerimus. Porrò nomẽ, Hierusalẽ & gentiũ, quod hic à Lxx. ponitur, in Hebraico non habet, & obelo prænotandũ est, aduersum eos qui asserunt, omnia quæ dicunt dici ad Hierusalem. a ¶ Leua in circuitu, etc.] Dicitur ad ecclesiã, quæ primũ per apostolos congregata est in Sion: de quibus & in Actib. Apostolorũ legimus, quod de uniuerso orbe terratũ uiri religiosi fuerint in Hierusalẽ, qui susceperint sermonẽ dei, & linguis suarũ alienarũq; gentiũ, uel au dirẽt loquẽtes alios, uel ipsi loquerent ad cęteros: Et pręcipitur ut leuent oculos suos in circuitu. Quod & dñs præcepit apostolis, dicẽs, Leuate oculos uestros, & uidete: quia iam albæ sunt segetes ad metendũ. De Sion em, & nequaquã de monte Sina egredietur lex, & uerbũ dñi de Hierusalem. Præcipiturq; ut eleuatis oculis uideat suos filios congregatos qui de longe ueniant. Cui & in alio loco dicit: Gaude nimis filia Sion, prædica filia Hierusalem: Ecce ego uenio & habitabo in medio tui, dicit dñs. Et uenient gentes multæ ad dñm, & erunt mihi in populũ, & ego ero eis in deum. Nos aũt sumus filij, qui de longe uenimus ad dñm, peregrini quondam à testamento dei & repromissionibus eius, spem non habentes, & absq; deo in mundo. Sed quid dicit Apostolus? Vos qui eratis aliquando longe, nũc facti estis propè. Quodq; sequitur, Et filiæ tuæ lac sugent: illud significat, quod animæ in Christo lactentes, & in baptismate parulorũ: de quibus & Petrus apostolus loquitur: Quasi modo nati paruuli, rationabile & absq; dolo lac desiderate: sugant lac apostolorũ. Quibus paruulis atq; lactẽtibus loquebatur & Paulus: Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderãtes uos, cupimus impertire, non solũ euangeliũ Christi, sed & animas nostras. Quod autem pro hoc in Lxx. dicitur, καὶ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων αἰρήσονται, id est, filiæ tuæ super humeros portabunt: diligentius attendendũ est. Filij em qui robusti sunt, ipsi per se de longe ueniũt, & ad fidem dñi cõgregant. Filiæ aũt quæ imbecilliores sunt, & pro fragilitate sexus, necdum in uirũ uenere perfectum, apostolorum portantur humeris, ut deferãtur in sinus Abrahã, Isaac & Iacob. b ¶ Tunc uidebis, etc.] Quũ eleuaueris oculos tuos & filios tuos filiasq; prospexeris, uel per se uenire uelociter uel sanctorũ humeris deportari: Tunc gaudebis, & in modum fluuiorũ aquis subitis inundaberis, & mirabitur ac stupebit, imò dilatabitur cor tuũ, audientis Apostolum: Os meum patet ad uos ò Corinthij. Et iterũ: Dilatamini & uos, ne angustia pectoris non positis habere hospitem Christũ: qui dicit in Euangelio, Ego & pater ueniemus, & mansionẽ faciemus apud eum. Quod autem additur in Lxx. καὶ φοβηθήσῃ, id est, & timebis, in Hebraico non habetur. Nisi fortè post gaudij magnitudinẽ subintrauit timor, ne tanto bono careat. An non est gaudiũ, cernere diuitias & multitudinẽ maris ad se transferri atq; cõuerti, & fortitudinem gentiũ uenire sibi, ut quicquid in seculo & orbe terrarũ est, suum sit, & roborata fide gentiũ dicat, Omnia possum in eo qui cõfortat me, Iesu Christo. c ¶ Inundatio, etc.] Post diuitias maris & fortitudinem gentium, greges quoq; camelorũ, & dromades Madiã & Epha promittunt Hierusalẽ, qui omnes ueniẽt de Saba, portãtes aurũ & thus, & quod his maius est annunciãtes dñi salutare. Vniuersæ quoq; oues Cedar cõgregabuntur ecclesiæ, & arietes Nabaioth ueniẽt, siue ut in Hebraico scriptũ est: Ministrabũt & offerent, siue offerẽt uictimas super altare dñi, ut domus eius inclyta fiat. Madiã & Epha regiões sunt trãs Arabiã fertiles camelorũ, omnisq; prouincia appellatur Saba. Vnde fuit & Saba regina, quæ uenit sapiẽtiam audire Salomonis. Et ipsa deferẽs aurũ & thus, pacifico regi multa deportãs, & ab eo maiora susc ipiens. Cedar aũt regio Sarracenorũ est, qui in scriptura uocãtur Ismaelitæ. Et Nabaioth, unus est filiorũ Ismael, ex quorũ nominib. solitudo appellat, quæ frugũ inops, plena est pecorũ. Per familiaria ergo nomina gentiũ barbara rũ, quæ uicinæ sunt Israeli, totius mũdi cõuersio prædicat. Madian quippe in hoc loco interpretat iniquitas: Epha, resolutus siue effundẽs: Saba, cõuersio uel capituitas: Cedar, tenebræ: Nabaioth, prophetiæ. Greges igitur camelorum, iniquitatis uinculis resoluti, & animas suas effundẽtes deo, operiẽt Hierusalem muneribus, & omnes de captiuitate ueniẽt, & cõuersione sua, aurũ fidei deferẽtes, & thus sacrificij. Et per hęc munera nequaquã propria salute cõtenti proficient, ut etiã cęteris prędicẽt salutare dei. Diues ille qui instar cameli portabat in euangelio diuitiarũ pondera, & camelus erat: noluit dñi audire consilia, nec exonerari: ut abiecta sarcina, alis colũbæ uolaret ad cœlũ, propterea tristis abijt. Et de istiusmodi camelo saluator loquitur: Facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitẽ in regna cœlorũ. Difficultatẽ rei proposuit, nõ impossibilitatẽ. Denicq; sanctæ memoriæ mater tua Paula, fratercq; Pammachius, per foramẽ acus, hoc est, per artã & angustã uiã quæ ducit ad uitã, transierunt ad regna cœlorũ: latam uiam cũ satanæ relinquẽtes, quæ ducit ad tartarũ. Imò quicquid habebant, in dñi dona portarunt: implentes illud quod scriptũ est: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Quæ enim apud homines impossibilia, apud deũ possibilia sunt. Habentes in muneribus principalia, aurũ, incensum & thus odoris optimi, atq; dicẽtes: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et: Christi bonus odor sumus in omni loco: exemplo uirtutis suæ, quotidie nũciãt salutare dñi, ut oñes oues Cedar congregent in ecclesia, & de erroris tenebris ad lucem transeant. Arietesq; prophetarum: de quibus in XXVIII. psalmo canit: Afferte dño filij dei, afferte dño filios arietũ, ueniant & offerantur: siue iuxta Theodotionem, Offerant se sacrificiũ dño, & placabiles hostiæ fiant, ut Christi glorificetur ecclesia. De huiusc emodi ouibus saluator discipulis loquebatur: Ite ad oues perditas domus Israel. Et iterũ: Meæ oues, meã uocem audiunt. Et in Ezechiele plenius: Ecce ego quæram oues meas, & uisitabo illas, sicut quærit pastor gregem suũ. Hæc dicit dominus: Perditam quæram, & errantem reducam, & fractam alligabo, & infirmam confortabo, fortemq; custodiam, & pascam eas cum iudicio. Et ut nossemus quæ essent oues, ponit manifestius: Et scient, quia ego sum dominus deus eorum, & isti populus meus domus Israel, dicit dñs deus: & uos oues meæ,

SEP. Leua in circuitu oculos tuos, & uide oẽs cõgregatos filios tuos. Venerunt oẽs filij tui de longe, & filiæ tuæ super humeros portabunt. Tũc uidebis & gaudebis et timebis et stupebis corde, qm̃ transferent in te diuitiæ maris & gẽtiũ & populorũ. Et uenient tibi greges camelorũ, & operiẽt te camelorũ Ismaelitæ. Et Nabaioth, unus est filiorũ Ismael, ex quorũ nominib. solitudo appellat, quæ frugũ inops, plena est pecorũ. Per familiaria ergo nomina gentiũ barbara rũ, quæ uicinæ sunt Israeli, totius mũdi cõuersio prædicat. Madian quippe in hoc loco interpretat iniquitas: בדין
Epha, resolutus siue effundẽs: Saba, cõuersio uel capti- עיפה
uitas: Cedar, tenebræ: Nabaioth, prophetiæ. Greges igi- שבא
tur camelorum, iniquitatis uinculis resoluti, & animas קדר
suas effundẽtes deo, operiẽt Hierusalem muneribus, & נביות
omnes de captiuitate ueniẽt, & cõuersione sua, aurũ fidei deferẽtes, & thus sacrificij. Et per hęc munera nequaquã propria salute cõtenti proficient, ut etiã cęteris prędicẽt salutare dei. Diues ille qui instar cameli portabat in euangelio diuitiarũ pondera, & camelus erat: noluit dñi audire consilia, nec exonerari: ut abiecta sarcina, alis colũbæ uolaret ad cœlũ, propterea tristis abijt. Et de istiusmodi camelo saluator loquitur: Facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitẽ in regna cœlorũ. Difficultatẽ rei proposuit, nõ impossibilitatẽ. Denicq; sanctæ memoriæ mater tua Paula, fratercq; Pammachius, per foramẽ acus, hoc est, per artã & angustã uiã quæ ducit ad uitã, transierunt ad regna cœlorũ: latam uiam cũ satanæ relinquẽtes, quæ ducit ad tartarũ. Imò quicquid habebant, in dñi dona portarunt: implentes illud quod scriptũ est: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Quæ enim apud homines impossibilia, apud deũ possibilia sunt. Habentes in muneribus principalia, aurũ, incensum & thus odoris optimi, atq; dicẽtes: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et: Christi bonus odor sumus in omni loco: exemplo uirtutis suæ, quotidie nũciãt salutare dñi, ut oñes oues Cedar congregent in ecclesia, & de erroris tenebris ad lucem transeant. Arietesq; prophetarum: de quibus in XXVIII. psalmo canit: Afferte dño filij dei, afferte dño filios arietũ, ueniant & offerantur: siue iuxta Theodotionem, Offerant se sacrificiũ dño, & placabiles hostiæ fiant, ut Christi glorificetur ecclesia. De huiusc emodi ouibus saluator discipulis loquebatur: Ite ad oues perditas domus Israel. Et iterũ: Meæ oues, meã uocem audiunt. Et in Ezechiele plenius: Ecce ego quæram oues meas, & uisitabo illas, sicut quærit pastor gregem suũ. Hæc dicit dominus: Perditam quæram, & errantem reducam, & fractam alligabo, & infirmam confortabo, fortemq; custodiam, & pascam eas cum iudicio. Et ut nossemus quæ essent oues, ponit manifestius: Et scient, quia ego sum dominus deus eorum, & isti populus meus domus Israel, dicit dñs deus: & uos oues meæ,

& oues

A & oues gregis mei omnes estis, & ego dñs deus uester. Si quis ergo in gentibus diues est, saluetur ut camelus, non absq; domus atq; muneribus, quo possit uerbū domini prædicare. Si quis simplicitatis ouium & autoritatis arietum, ascendat uel offeratur in altare dñi ab his qui præualent, ut domus eius glorificet. Quod aūt in Hebraico scriptum notauimus: Arietes Nabaioth ministrabūt tibi, & offerent super placabili altari meo: propriè super his intelligitur, qui de gentib. electi in sacerdotium, ministri sunt saluatoris. Si quis aūt contentiosus est, & carnaliter hæc promissa contendit. Respōdeamus ei: Nos talē consuetudinem nō habemus neq; ecclesia dei. Illudq; dicamus quod etiā ī carnaliter sunt promissa ludæis, tamen sub conditione sunt promissa, ut si suscepissent lumē suum quod ad eos missum fuerat, tunc etiam ista sequerentur, quod ut delicet per desiderū auri & opū abundantiam, rerumq; carnaliū, quarū semper ista gens capiatur illecebris, susciperent ad se missum filiū dei, quē quia non susceperūt, uniuersa sublata sunt & suscipiētibus spiritualiter reddita hæreditas. a ¶ *Qui sunt isti, etc.*] Quia dñs ingressus est Aegyptū super nubem leuē & nubibus prophetarū mandauit, ne pluerent super Israel imbrem, ad quos peruenit ueritas dei: Miratē ecclesia de circūfusionis primū populo congregata, uolare ad se gentium turbam toto orbe terrarum: Et assumptis alis spiritus sancti, festinare, iuxta Symmachum & Theodotionem, ad fenestras suas: iuxta Aquilam, ad cataractas suas, ut ingrediantur ecclesiam: Siue doctores cum discipulis, id est, columbas cum pullis suis uolare ad ecclesiam de insulis gentium, quæ iuxta uaticinia prophetarum expectabunt dominum. Naues quoq; תרשיש id est, maris: de quibus in uisione Tyri plenius diximus, adducent filios ecclesiæ in principio fidei, aurum argentumq; portantes. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. De quo auro & argento in LXVII. psalmo scriptum est, Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora eius in fulgore auri. Et LXXI. psalmo: Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducēt. Quæ omnia deferūtur nomini dñi dei, & sancto Israel, qui glorificauit eū. b ¶ *Et ædificabunt, etc.*] Inter cætera quibus ditatē ecclesia, & urbs saluatoris extruitur: Alienigenæ quoq; & filij peregrinorum ædificant muros eius, ne hostis possit irrtare, ne locū inuenire perfidia. Alienigenæ autem & peregrini, propriè significāt populū nationū, qui uerè extruxerunt ecclesiā Christi: intantū ut reges eorū & principes ministrent, siue assistant ei. Quod uel carnaliter accipiē uel spiritualiter: Si carnaliter, uidemus Cæsares Romanos Christi iugo colla submittere, ædificare ecclesias ex pēsis publicis, & aduersus pſequutiones gentium atq; insidias hæreticorū legum scita pēdere. Si spirituaLiter: quicūq; in eis cōtinētia, eloquētia, sanctitate, principes sūt, & animæ imperio carnis subiugant seruitutem: Ipsi administrāt & assistūt uel auxiliātur ei: quam sæpe propter negligentiā deserit, uel persequitorū percutit uirga, ut rursum propter sui misericordiā diligat. Vel certē hoc dicendum, quod afflictam quondam & captiuitati traditā in populo Iudęorū in uocatione gentium reconciliet sibi, ita ut portæ eius semper apertæ sint, & nec die nec nocte claudātur: & saluari cupientibus, iugiter pateāt: id est, ut ei in gaudio, & in tribulatione uolentibus credere, intrortus non negetur: Et inferatur ad eam fortitudo siue diuitiæ gētium, & reges earum ministrent siue adducantur ei quasi captiui, quum intelliges, quum uideris eloquentissimos adduci ad fidem Christi, & stultam fieri sapientiam sapientium, ac prudentiam prudētium reprobari, ut fatuum dei sapientius sit hominibus. Gentes autem & reges earum qui seruire ecclesiæ noluerint bonam & utilem seruitutem, ut in apostolicam transferant dignitatem, peribunt ea perditione, quę impijs præparata est, & quicquid in eis fuerit, redigētur in solitudinem, qui habere noluerunt hospitēm deum. c ¶ *Gloria Libani ad te ueniet, etc.*] Multa desunt in Lxx. quæ ex Hebræo sub asteriscis posui: & quod addiderunt, obelo prænotaui. Libanus mons Phœnicis est, excelsis arboribus consitus. Quas Psalmista describens ait: Vidi impium superexaltatum

HEBR. dromedarij Madian & Epha. Omnes de Saba uenient, aurū & thus deferentes, & laudem dño annunciātes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi, offeretur super placabili altari meo, & domū maiestatis meæ glorificabo. Qui sunt isti qui ut nubes uolant, & quasi colūbæ ad fenestras suas? me eīm insulæ expectant, & naues maris in principio, ut adducā filios tuos de lōge, argentū eorū & aurū eorū cum eis, nomini dñi dei tui & sancto Israel, quia glorificauit te. Et ædificābunt filij peregrinorū muros tuos, & reges eorū ministrabūt tibi. In indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatiōe mea misertus sum tui, & aperient portę tuę iugiter, die ac nocte nō claudentur, ut afferat ad te fortitudo gētiū, & reges earū adducantur. Gens enim & regnum quod nō seruierit tibi, peribit, & gentes solitudine uastabuntur. Gloriā Libani ad te ueniet, abies & buxus & pinus simul, ad ornandum populo congregata, uolare ad se gentium turbam toto orbe terrarum: Et assumptis alis spiritus sancti, festinare, iuxta Symmachum & Theodotionem, ad fenestras suas: iuxta Aquilam, ad cataractas suas, ut ingrediantur ecclesiam: Siue doctores cum discipulis, id est, columbas cum pullis suis uolare ad ecclesiam de insulis gentium, quæ iuxta uaticinia prophetarum expectabunt dominum. Naues quoq; תרשיש id est, maris: de quibus in uisione Tyri plenius diximus, adducent filios ecclesiæ in principio fidei, aurum argentumq; portantes. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. De quo auro & argento in LXVII. psalmo scriptum est, Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora eius in fulgore auri. Et LXXI. psalmo: Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducēt. Quæ omnia deferūtur nomini dñi dei, & sancto Israel, qui glorificauit eū. b ¶ *Et ædificabunt, etc.*] Inter cætera quibus ditatē ecclesia, & urbs saluatoris extruitur: Alienigenæ quoq; & filij peregrinorum ædificant muros eius, ne hostis possit irrtare, ne locū inuenire perfidia. Alienigenæ autem & peregrini, propriè significāt populū nationū, qui uerè extruxerunt ecclesiā Christi: intantū ut reges eorū & principes ministrent, siue assistant ei. Quod uel carnaliter accipiē uel spiritualiter: Si carnaliter, uidemus Cæsares Romanos Christi iugo colla submittere, ædificare ecclesias ex pēsis publicis, & aduersus pſequutiones gentium atq; insidias hæreticorū legum scita pēdere. Si spirituaLiter: quicūq; in eis cōtinētia, eloquētia, sanctitate, principes sūt, & animæ imperio carnis subiugant seruitutem: Ipsi administrāt & assistūt uel auxiliātur ei: quam sæpe propter negligentiā deserit, uel persequitorū percutit uirga, ut rursum propter sui misericordiā diligat. Vel certē hoc dicendum, quod afflictam quondam & captiuitati traditā in populo Iudęorū in uocatione gentium reconciliet sibi, ita ut portæ eius semper apertæ sint, & nec die nec nocte claudātur: & saluari cupientibus, iugiter pateāt: id est, ut ei in gaudio, & in tribulatione uolentibus credere, intrortus non negetur: Et inferatur ad eam fortitudo siue diuitiæ gētium, & reges earum ministrent siue adducantur ei quasi captiui, quum intelliges, quum uideris eloquentissimos adduci ad fidem Christi, & stultam fieri sapientiam sapientium, ac prudentiam prudētium reprobari, ut fatuum dei sapientius sit hominibus. Gentes autem & reges earum qui seruire ecclesiæ noluerint bonam & utilem seruitutem, ut in apostolicam transferant dignitatem, peribunt ea perditione, quę impijs præparata est, & quicquid in eis fuerit, redigētur in solitudinem, qui habere noluerunt hospitēm deum. c ¶ *Gloria Libani ad te ueniet, etc.*] Multa desunt in Lxx. quæ ex Hebræo sub asteriscis posui: & quod addiderunt, obelo prænotaui. Libanus mons Phœnicis est, excelsis arboribus consitus. Quas Psalmista describens ait: Vidi impium superexaltatum

SEPT. cameli Madian & Gephar: omnes de Saba uenient, aurū & thus deferentes, & salutare dñi annunciabunt. Omnes oues Cedar congregabunt tibi, arietes Nabeoth ueniēt, & offerentur placabiles super altare meū, & domus orationis meæ glorificabitur. Qui sunt hi qui ut nubes uolant, & sicut colūbæ cū pullis ad me? Me insulæ expectarunt, & naues Tharsis in primis, ut adducant filios tuos de longe, & argentū suū & aurum cū eis: propter nomen dñi sanctū, & quia sanctus Israel glorificatus est. Et ædificabūt alienigenæ muros tuos, & reges eorū assistent tibi. Propter iram eīm meā percussi te, & propter misericordiā dilexi te. Et aperient portæ tuæ semper: die ac nocte nō claudent, ut introducāt ad te fortitudinē gentiū & reges earum qui adducēdi sunt. Gentes enim & reges qui non seruierunt tibi, peribunt: gentes solitudine desolabuntur. Gloria Libani ad te ueniet in cypariſſo & pino & cedro simul, ut glorificetur locus sanctus meus: & locū pedum meorū glorificabo. Et ibūt ad te timentes filij eorū qui te humiliauerunt, & irritauerunt te: & adorabunt uestigia pedū tuorū, oēs qui irritauerunt te: & uocaberis ciuitas dñi Siō sancti Israel. Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui auxiliaret. ponam te exultationē æternā, gaudiū generationū in generationes. Et suges lac gētiū: & diuitias regū comedes. Et scies quia ego dñs qui saluū te feci, & qui erui te deus Iacob. Pro ære afferam tibi aurū: & pro ferro dabo tibi argentū: & pro lignis tribuā tibi æs, & pro lapidib. ferrū. Et dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iusticia: & non audietur ultra iniquitas in terra tua, neq; contritio & miseria in finibus tuis: sed uocabuntur salutare muri tui, & portæ tua sculptura. Et non

A tatū, & eleuatū quasi Cedros Libani. Et in alio loco: Cōteret dñs Cedros Libani. Multaq; alia quæ studio breuitatis prætereo. De hoc quondā Hyrā rex Tyri, Salomoni loppen ligna mittebat ad ædificandū templum dei. De quo etiā nūc scriptura promittit, abietē & buxū & pinum, siue iuxta Lxx. cyparissum & pinum, & cedrum, aut iuxta Aquilam, abietē, Thadaar & Theassur, uel iuxta Theodotionē, prati Thadaar, & Theassur, simul esse cædendas, ut ædificetur tēplū Sion. Quod si ita est, ubi erit aurea & gemmata Hierusalēm? Vbi uxor agni? Vbi portæ duodecim gemmarū uarietate distinctæ: nisi forte muros habebit & fundamenta gemmata, & templum, quod ornatius esse deberet, lignis ædificabit. Qua ratione cōpellimur omnia spiritualiter accipere: quod abies, cyparissus, pinus & cedrus, excelsæ quondam Libani arbores, glorificauerint templū dei, & locum pedum illius, & inclytum fecerint. Ac ne lōgo sermone sensum trahamus: uir sanctus & eloquentissimus martyr Cyprianus: & nostri temporis cōfessor Hilarius, nōnne tibi uidentur excelsæ quondam in seculo arbores ædificasse ecclesiam dei? Quodq; sequitur: Et uenient ad te curui: siue reuertentes filij eorum qui humiliauerūt te, & adorabunt uestigia pedum tuorum, omnes qui detraxerant tibi: de his debemus intelligere: qui non uoluntate, sed necessitate sunt Christiani: & metu offensæ regnantiū timentibus animis inclinantur. Vel certe quòd prius persecutores, postea crediderint. Qualis fuit & apostolus Paulus, qui persequebatur ecclesiam dei, & postea uas electionis est appellatus. Cum hæc ita fuerint expleta, ut intret gentium plenitudo, tunc omnis Israel saluus fiet. Et uocabit uere ciuitas dñi Sion sancti Israel, quæ cōsistit in specula, & de utroq; populo cōgregata est. a ¶ *Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, etc.*] Quæ prius fueras derelicta, & odio habita, fractis in te ramis, quia fructum non attulerant. Qui idcirco fracti sunt: quia nullus erat qui pertransiret, & tibi præberet auxilium: De quibus in psalmis dicitur: Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio domini super uos: Propterea ponam te in superbiam sempiternam, siue in exultationē & gaudium duarum generationū: pro pristinis ramis, alijs insertis de oleastro nationū, qui cōtra naturā exempli afferrent fructus: non prioris amaritudinis, sed dulcedinis, quā de radice sumpserūt. Suges quoq; lac gētiū: & mamilla regū lactaberis. Qui locus quē sensum habeat, supra plenius exposuimus, dissertētes illū uersiculū: Filij tui de longe uenient: & filiæ tuæ lac sugent: Siue iuxta Lxx. πλοῦτον τῶν βασιλέων φάγεσαι, id est, diuitias regum comedes. Quæ diuitiæ secundum Hebraicam ueritatem, ubera sunt regum atq; doctorū: quibus nascētium in Christo erudiē & nutritur infantia. Quæ cū suxeris & peruenis ad solidū cibū: ut diuitias quoq; huiusce modi regū comedas: Tunc scies q̄ ego sum saluator tuus: q̄ redemi te sanguine meo, siue deus fortis Iacob. b ¶ *Pro ære afferam aurum, etc.*] Eadē res pro locorū qualitate, alteri genus, alteri species est. Et ne de artibus, Rhetorica, ac dialectica dicere quippiam uidear, ponam exēpla cōmunia quæ possint simplicem lectorem instruere: Filius meus qui ad me species est, & me habet genus, filio suo genus est. Dicā & aliud: quod alteri maius, alteri minus est. Centurio, gregario militemaior, tribuno minor est. Quinq; pauci sunt ad decem: plures, ad unū. Ergo in instauratiōe spiritualis Hierusalem ligna uertentur in æs: & lapides mutabūtur in ferrum, id est, bruti quondam & insensibiles homines, in eas materias mutabuntur, quæ utilitatem aliquam præbeant ciuitati. Ipsumq; æs & ferrum per augmenta uirturum, in aurum argentumq; mutabuntur: ut nequaquam utilitatis speciem, sed pretium quoq; habeant decorem. De auro & argento quid significent in scripturis sanctis sæpius diximus. Ponam, inquit, principes tuos in pace: & episcopos tuos in iusticiam: Pro quo in Hebraico scriptū est: Ponam uisitationem tuam pacem, & præpositos tuos in iusticiam. In quo scripturæ sanctæ admiranda maiestas, quòd principes futuros ecclesiæ, episcopos nominauit: quorum omnis uisitatio in pace est, & uocabulum dignitatis in iusticia: ut nequaquā accipiant personam in iudicio: nec audiatur quippiam iniquū in terra ecclesiæ, neq; contritio & infelicitas in terminis eius. Vbicūq; enim iniquitas est, & iusticia non seruatur, & pax perditur: hæc mnia consequentur. Sed pro his (ait) omnibus occupabit salus muros tuos, siue saluator: qui in Hebraico legitur ישועה quod proprie nomen dñi sonat. Ipse enim fortitudo murorum ecclesiæ, quæ habet portas in

B

C

D

Ibid. 28.a
3. Reg. 5.a
2. Para. 2.b
תדהר
תאשור
1. Tim. 1.c
Act. 9.c
1. Cor. 1.c
Psal. 128.d
Psal. 36.b
Supra cod. a

A laude domini: ut qui ingrediuntur eam, primũ discant laudare dñm: & nomen illius cõfiteri. Quod aũt Lxx. pro laude interpretati sunt γλύμμα, id est, sculpturam: hoc possumus dicere, quòd portæ ecclesiæ cunctis debeant celatæ esse uirtutibus, per quas ingrediamur ad eam. *a* ¶ *Non erit tibi amplius sol ad lucendum, etc.*] Ex hoc capitulo cogimur omnia quæ dicta sunt & dicenda, ad ultimũ referre tẽpus: quãdo cœlo terraq; nobis, solis ac lunæ cessabit officiũ. Et erit dominus ipse lumẽ perpetuũ: ut quæ χιλιασταὶ carnaliter asserũt esse cõplenda, nos spiritualiter futura credamus: in qualitate promissionum, non in tempore discrepantes. Quib. breuiter respondendum est: quod pseudoprophetis & peccatorib. sol occidat meridie, & ecõtrario timentibus dominũ semper oriẽ sol iusticię. Quare nõ semper sanctus
Ioan. 8.b ille qui dicit: Ego sum lux mundi qui lucet in tenebris et tenebræ
B eum non cõprehen-
Psal. 120.b derunt: Per diẽ quippe sol non uret nos: neq; luna per noctẽ. Quia habemus dñm lucem perpetuam: & dies luctus nostri cõplebunt̃ nequaquam plangentibus in subuersione Hierusalem,
Mat. 5.a sed lætantibus in extructione ecclesiæ. Beati quippe lugentes: quoniam ipsi consolabuntur. Beati flentes, quoniam ipsi ridebunt. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Vt postquam domi
Psal. 44.a ni fuerint carne saturati, eructent sermonem domini, & dicant opera sua regi. *b* ¶ *Populus autem tuus omnes iusti, etc.*] Finitis diebus luctus atq; completis, quando tristicia uertetur in gaudium, populus Sion erit omnis iustus, non ad breue tempus, sed in perpetuũ: & quia iustus est, terram mitium possidebit. Nec mirãdum si ad recipienda promissionis bona, terram mansuetorum teneat, atq; uiuentium: quam propheta suspirat,
Psal. 26.d dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentium, cum germen plantationis domini sit, & opus manuum eius ad glorificandum deum. Omnis enim, inquit, plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Siue iuxta Septuaginta, populus custodiens plantationem dei, & opera manuum domini, in gloria seruabitur creatoris. De bona plantatione
Hiere. 2.d per Hieremiam loquitur deus: Ego plantaui te uineam, bonam, totam, ueram, quæ in Esaia appellatur uinea Sorek. Et quia Paulus conscientia utrutũ, loquen
Esa. 5.a *1. Cor. 11.a* tis in se Christi dicere poterat, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Ideo ad Corinthios loquebatur: Ego
Ibid. 3.b plantaui, Apollo rigauit, dominus autem incrementũ
Psal. 91.c dedit. Plantati enim in domo domini, in atriis eius
Luc. 19.c florescent. Tunc qui paruulus fuit, erit in milia, & audiens à domino: Esto habens potestatem super quinq;

HEB. Nõ erit tibi amplius sol ad lucendũ per diẽ: nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dñs in lucem sempiternã, & deus tuus in gloriã tuã. Non occidet ultra sol tuus, et luna tua non minuet: quia dominus erit in lucem sempiternam, & cõplebuntur luctus tui. Põpulus autẽ tuus omnes iusti, in perpetuũ hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandũ. Minimus erit in mille: & paruulus in gentem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito faciam istud.

CAP. LXI

SPiritus domini dei super me, eo quod unxerit me dñs, ad annunciandũ mansuetis misit me, ut mede-

SEP. Et non erit tibi sol ultra in lucem diei, neq; ortus lunæ lumen præbebit tibi nocte, sed erit tibi dominus lux æterna, & deus gloria tua. Non enim occidet sol tibi, & luna tibi non deficiet. Eritq; dominus lux sempiterna & complebuntur dies luctus tui. Populus tuus omnes iusti semper possidebunt terram, custodiens plantationem operа manuum suarum in gloriam. Qui paruus est, erit in millibus, & qui minimus, in gentem magnam. Ego dominus in tempore congregabo eos.

CAP. LXI

SPiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contri-

uel decẽ ciuitates: ita ut appelleẽ χιλίαρχος: Et qui cum Apostolo dixerat. Mihi minimo omniũ sanctorũ data est gratia hęc: Princeps erit magnæ gẽtis in cœlestibus, quando tempore cõstituto miserit dñs angelos suos, & congregauerint ad eum oẽs sanctos, à summitate cœli usq; ad summũ eius: Non solum de Israel, sed & de gentium populo, quẽ significans loquebatur: Et alias
Ioan. 10.c oues habeo quæ non sunt de grege isto, & illas oportet me congregare, ut fiat unus pastor. Hoc aũt subito faciet, ut quando omnia fuerint desperata, tunc in gentẽ fortissimã cõgregentur. Quæ licet ex parte in ecclesia quotidie uideamus expleri, tamen in mũdi cõsummatione plenius cõplebunt̃, & in secũdo saluatoris aduentu.

CAP. LXI

Spiritus domini super me, etc.] Ille qui supra dixerat: Ego dñs in tẽpore congregabo eos: Siue iuxta Hebraicũ: Ego dominus in tempore eius, subito faciã istud, loquitur consequenter: Spiritus domini dei super me, non q̃ dñs deus habeat dominum deum, sed quod iuxta dispensatiõnem carnis assumpt̃ dicat ea quę humilia sunt. Ad quem psalmista iam dixerat: Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis præconsortibus tuis. Quando enim consortes nominantur, naturam carnis intellige, quia deus consortes substantiæ suæ non habet. Et quia erat unctio spiritualis, & nequaquam humani corporis, ut fuit in sacerdotibus Iudæorum, idcirco præ consortibus, id est, cæteris sanctis unctus esse memoratur: Cuius unctio illo expleta est tempore, quando baptizatus est in Iordane, & spiritus sanctus in specie columbæ descendit super eum, & mansit in illo. De quo & hic idem propheta dicebat: Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiesc̃et super eum spiritus dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Unde & saluator cum uenisset in Nazareth in quo nutritus erat, postquam baptizatus est in Iordane, ingressus est iuxta consuetudinem in die sabbati synagogam eorum. Cumq; surrexisset ad legendum, datus est ei liber Esaiæ prophetæ, quo aperto, inuenit scriptum: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum, dimittere fractos in libertatem, prædicare annum domini acceptum. Quando conuolutũ librum reddidit ministro, & sedit, & omnium oculi qui erant in synagoga, attendebant eum, cœpitq; ad eos dicere: Hodie completa est scriptura hæc in auribus uestris, & omnes testi-

monium

Ioan. 1.c

Supra 11.d

Luc. 4.c

A moniũ præbebant ei, & mirabantur super sermonibus gratiæ, qui egrediebantur de ore eius. Si ergo illo completa est tempore prophetia, quomodo quidam ad cõsummationis referunt tempora quæ dicuntur: nisi fortè possumus hoc dicere, quod tunc ex parte cõpletum sit plenius esse complendũ, quando omnis populus dei fuerit iustus? Nũc enim
1. Cor. 13.c ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: Cum autẽ uenerit quod perfectum est, ea quæ ex parte sunt, destruentur. Vnctus est igitur spiritu sancto, ut annũciaret pauperibus siue mansuetis, dicẽs eis in euangelio: Beati pauperes spiritu,
Matth. 5 quoniam eorum est regnũ cœlorum. Et: Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram. Et missus est ad
Luc. 4.c sanãdos eos, qui corde contriti sunt, & dicunt: Cor contritum
Psal. 50.d & humiliatum deus non despicit. Siue iuxta Symmachum & Theodotionẽ, ad alliganda uulnera peccatorũ, prædicare captiuis remissionem: cæcis ut uideant, uel clausis apertionem, quod manifestius interpretatus est Symmachus, uinctis solutionem. De quo, imò ad quem supra dicitur: Ecce posui te in lucem gentium, aperire oculos cæcorũ, educere de uinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Annũ autẽ acceptabilem, & diẽ retributionis, omne prædicationis eius quo in carne uersatus est, tempus intellige: Quod & apostolus Paulus in primo saluatoris interpretatur aduentu,
2. Cor. 6.d dicens: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies
Supra 49.c salutis. De quo supra plenius diximus. Sin autem retributio non in meritis bonorũ, sed in pœnis accipit̃ peccatorũ, iuxta quod dies dicitur ultionis, de Iudaico populo sentiendũ est, in quẽ post passionẽ eius, statim dei ira peruenit. Consolatusq; est omnes lugentes,
Matth. 5 dicens: Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur, ut poneret lugentibus Sion, & daret eis gloriã coronãq; pro cinere: De quibus fuit & apostolus Paulus qui lu-
Rom. 9.a gebat Sion atq; dicebat: Tristicia est mihi & dolor cõtinuus. Et iterũ: Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis & propinquis iuxta carnẽ, qui sunt Israelitæ. Et propterea lugentes atq; plangentes, pro cinere oleũ gaudij susceperunt, uidentes de Iudæis plurimos credidisse, & stolam accipere mundissimã, pro lugubri uestimento. *a* ¶ *Et uocabuntur, etc.*] Postq̃ & apostoli & apostolici uiri pro cinere & mœroris spiritu oleũ gaudij, & palliũ, siue iuxta Lxx. κατάπαυλην δόξης, id est, stolã gloriæ laudisq; susceperint: Tunc uocabuntur generationes iusticiæ, plantatio domini gloriosa: uel iuxta Hebraicũ נטע per extensam utranq; syllabam, fortes deiq; iusticiæ, aut plantatio domini ad glo-

rificandum: ut cum glorificati fuerint uel ipsi glorificauerint dominũ, ædificent desertas à sęculo ciuitates, & ruinas antiquas susciten̄t, tam populi Iudæorũ, q̃m cunctarũ gentiũ, qui non solũ ædificandi & instaurandi urbes, habebunt scientiã, sed & pastores erunt optimi: ut

HEB. mederer contritos corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiã, et clausis apertionẽ, & annunciarẽ annum placabilẽ dño, & diẽ ultionis deo nostro, ut cõsolarer omnes lugentes. Vt ponerẽ lugentibus Sion, et darem eis coronã pro cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Et ũocabũtur in ea fortes iusticiæ plantatio dñi ad glorificandum. Et ædificabunt deserta à sęculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabũt ciuitates desertas & dissipatas in in generationẽ & generationẽ. Et stabũt alieni & pascent pecora uestra, & filij peregrinorũ agricolæ et uinitores uestri erũt. Vos aũt sacerdotes dñi uocabimini mini-

SEP. contritos corde, prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis ut uideant, uocare annũ acceptabilem domino, & diem retributionis, consolari omnes lugentes, dare lugentibus Sion, dare eis gloriam pro cinere, unctionem læticiæ lugentibus, habitum gloriæ pro spiritu mœroris. Et uocabuntur generationes iusticiæ, plantatio domini in gloriam: Et ædificabũt desertas sempiternas, quæ desolatæ fuerant prius, suscitabuntur, & innouabunt ciuitates desertas, desolatas in generationes: & uenient alienigenæ, pascent oues tuas, & aliarum gentium aratores & uinitores. Vos autem sacerdotes domini uocabimini, mini-

repulsis antiquis pastoribus, quibus per Ezechielem dixerat deus: O pastores Israel, nunquid semet ipsos pascunt pastores, & non magis oues: audiãt cum apostolo Petro: Pasce oues meas. Mirũq; in modum de cementarijs atque pastoribus transibunt in agricolas, id est, in aratores & uinitores, ut possint cum apostolo dicere: Dei ædificatio, dei agricultura sumus. Deniq; scribas & pharisæos, uinitores & agricolas Iudæorum, saluator interrogat: quid faciat uinitoribus malis & agricolis? Illis q̃ reddentibus: Malos male perdet, & uineã dabit alijs agricolis, intulit: Auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Quę res interpretatione nõ indiget. Quotus enim quisq; ecclesiarũ princeps est de Iudæis, & non de alienigenis, atq; externarum gentiũ hominibus, qui ante idolis seruientes, & alieni à testamento dei ac peregrini à promissionibus illius, spem non habentes, & sine deo in sęculo nunc præsunt ecclesijs, & dura corda gentiliũ, priusq; indomita, ad fructus ferendos aratro fidei edomant, ut sementẽ doctrinæ dñi, bonorũ operũ ubertate multiplicent? *b* ¶ *Vos autem sacerdotes domini uocabimini, etc.*] Aedificatores urbiũ desertarũ & pastores gregũ, q̃ ipsi sunt aratores, & uinitores, hoc est, filij peregrinorũ ipsi quoque sunt sacerdotes dei, ad quos propheta nunc dicit: Vos autẽ uocabimini sacerdotes dñi, & ministri dei nostri dicetur uobis: Haud dubium quin ecclesiarũ principes significet. Vel certe de apostolis intelligendũ est, ut sit ordo: Cum cementarij, pastores, aratores, & uinitores de gentibus fuerint ecclesijs præpositi: uos de quibus dictũ est: Reliquiæ saluæ fient, &: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus: uocabimini sacerdotes & ministri dei, quales erant & filij Dauid: De quibus scriptura dicit: Filij autem Dauid, erant sacerdotes dei. Isti fortitudinem gentium comedent, & in diuitijs earum admirabiles erunt. Corona enim patrum, gloria liberorum, & profectus populi, epulæ sacerdotum. De istiusmodi diuitijs Paulus scribebat ad Corinthios: Gratias ago deo meo per Iesum Christum, quoniam in omnibus diuites facti estis in eo, in omni uerbo, & in omni scientia, sicut testimoniũ Christi confirmatũ est in uobis, ut in nullo indigeatis in ulla gratia.

Supra 5.b

Ezech. 34.a

Ioan. 21.d

1. Cor. 3.d

Mat. 21.d

Rom. 9.f & 11.a

Supra 1.c

2. Reg. 8.d

Prou. 17.a

A Fortitudo aũt gentiũ, triumphus eſt martyrũ, & nos in corũ gloria ſuperbi ſumus, non ea ſuperbia quæ in uitio eſt: Cui deus reſiſtit, ut humilibus det gratiã, ſed ea quæ pro potentia & gloria accipit. Vnde & Moyſi cornuta facies erat, qui dicere poterat: In te inimicos noſtros cornu uentilabimus. Et pro ſuperbia gloriæ, interpretatus eſt Aquila: καὶ ἐν δόξῃ αὐτῶν προφύρᾳ ἐν δόξῃ σου, id eſt, purpura ueſtiemini, ut inſigne regij decoris oſtenderet. Quodq; ſequitur: Pro confuſione duplici, & pro rubore laudabũt partem ſuã, quod in Septuaginta non habetur, ſic mihi explanãdum uidetur. Pro eo q; duplicẽ habebatis cõfuſionẽ, tam ſuper populo Iudæorũ, qui à deo receſſerat, q̃ ſuper nationibus, quæ idolis ſeruiebant: Videbitis eos cõuerſos ad timorẽ dei, laudare partẽ ſuã: Haud dubiũ quin dominũ, de quo loquebaẽ & ſanctus: Pars mea dominus. Hoc autẽ nemo B poteſt dicere, niſi qui aliã partẽ non habet. Quia igit̃ uos ſuper eis duplicẽ habuiſtis confuſionẽ & ruborẽ peccati eorũ, ſup quo ipſi non erubeſcebãt, ꝓpterea in terra ſua, id eſt in terra mitium atq; uiuentiũ, duplicia poſſidebunt, cum & præſentibus crediderint, & futuris. Et habebunt lætitiã ſempiternã, Pro quo in Lxx. legitur: ὅτως ἐκ διδυτέρας τὴν γῆν κληρονομήσουσι, id eſt, ſic terram ſecundo poſſidebunt. Et gaudium ſempiternum erit ſuper caput eorum, ut qui poſſederant terram in Iudææ anguſtiſſimis finibus, poſtea uniuerſum orbem poſſideant. De qua terra pater loquitur ſaluatori: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Hoc autem præſtitit dominus, qui diligit iudicij ueritatem, & odio habet rapinã, in holocauſto. Pro quo Septuaginta tranſtulerunt, rapinam de iniquitate, quaſi aliqua ſit rapina quæ non ex iniquitate conſiſtat. Ergo quod dicit, hoc eſt, magis deus iuſtorum diligit paupertatem quàm diuitum munera, quæ de rapinis ſunt & iniquitate. a ¶ *Et dabo opus eorũ in ueritate, & fœdus perpetuũ. etc.*] Deus qui diligit iuſticiam atq; iudicium, & deteſtatur holocauſta uiolenta, quicquid enim de rapinis eſt, quaſi mercedem ſcorti reputat, & precium carnis: ipſe eorũ qui ſecundo poſſederint terram, & quos duplici lætitia coronarit, laborẽ dabit iuſtis, ſiue ut melius habebitur in Hebraico, in ueritate, ut nequaq̃ ſicut in lege C umbra ueritatis, ſed ipſa ſit ueritas. Et pactũ feriet ſempiternũ, non quale Moyſi dederat, quod præteriit, ſed pactũ euangelij, de quo loquitur Chriſtus: Cœlũ & terra pertranſibunt, uerba autem mea non præteribunt. Et tunc ſcietur in gentibus ſemen apoſtolicũ, & oẽs futuræ generationes ſuſcipient ſemẽtẽ doctrinæ dei, nequaq̃ illud dicentes, in quo populus prius circũciſionis erabat, dicens: Quid enim aliud, niſi ſemẽ quærit deus? Omnis qui uiderit eos, prima fronte cognoſcet, quia ſemen ſit cui benedixerit dñs. Quis enim ex ordine uitæ, manſuetudine, contiñia hoſpitalitate cũctiſq; uirtutibus non intelligat populũ dei? Et quis non econtrario deteſtet cruentas Iſraelis manus, aduerſum quos imprecaẽ propheta, dicens: Imple dñe facies eorum ignominiar *b* ¶ *Gaudens gaudebo, etc.*] Principium capituli iuxta Septuaginta, qui dixerunt: Gaudio lætabunẽ in domino: fini ſuperioris capituli copulaẽ. Iuxta Hebræos uerò alterius capitis exordium eſt, in quo introducitur eccleſia, Chriſti reſpõdere ſermonibus: Gaudens gaudebo in dño, & exultauit anima mea in deo meo. Nequaq̃ in patribus, ſicut Iudæi gloriabantur dicentes: Semen Abraham ſumus, & nemini unquã ſeruiuimus, ſed in deo, ſcriptura dicente: multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. Redditq; cauſas lætitiæ: Quia induit me ueſtimento ſalutis, & indumento ſiue tunica iuſticiæ atq; lætitiæ, quæ Hebraicè dicitur בגד ירעה ornauit atq; circumdedit. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſumus, induimur Chriſto & habemus tunicam iuſticiæ: qui factus eſt nobis ſanctitas, iuſtitia, & redemptio. Ponitq; ſimilitudinem duorum in eccleſia agminum, perfectorum atq; incipientium. Perfectos ſponſi comparat pulchritudini, incipientes ſponſæ aſſimilat ornatui. Perfectus erat Paulus, qui quaſi ſponſus decoratus corona atq; coronandus, ſiue ut Aquila tranſtulit: ἱερατεύοντι & στεφανῳ, quod in lingua noſtra dicitur, ſacerdotij portans coronam, loquentis in ſe Chriſti autoritate dicebat: Certamen bonum certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ. Et in alio loco: Quotquot ergo perfecti, hoc ſapiamus. Incipiens autem

SEPT. miniſtri dei noſtri. Fortitudinem gentium comedetis, & in diuitias earum eritis admirabiles. Sic terram ſecundo poſſidebunt, & gaudium ſempiternum erit ſuper caput eorum. Ego enim ſum dominus, qui diligo iuſticiam, & odio rapinas ex iniquitate. Et dabo laborem eorũ iuſtis, & teſtamentum æternum ponã cum eis. Et ſcietur in gentibus ſemen eorum, & nepotes eorum in medio populorũ. Omnis qui uiderit eos, cognoſcet illos, quia iſti ſunt ſemẽ benedictum à deo: Gaudio lætabuntur in domino, exultet anima mea in domino. Induit enim me ueſtimento ſalutis, & tunicam lætitiæ circũdedit mihi. Sicut ſponſum mitra, & ſicut ſponſam ornauit mundo muliebri: & ſicut terrã effarentẽ florẽ ſuũ, et ſicut hortus ſemina ſua germinat, ſic dominus deus profert iuſticiam et laudem in conſpectu omnium gentium.

HEB. miniſtri dei noſtri dicetur uobis: Fortitudinẽ gẽtiũ comedetis, in gloria earũ ſuperbietis. Pro cõfuſione ueſtra duplici & rubore, laudabũt partẽ ſuã: propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebũt, lætitia ſempiterna erit eis: qa ego dñs diligẽs iudiciũ, & odio habẽs rapinã in holocauſto. Et dabo opus eorũ in ueritate, & fœdus perpetuũ feriã eis. Et ſcietur in gẽtibus ſemẽ eorũ, & germẽ eorũ in medio populorũ. Oẽs qui uiderint eos, cognoſcent eos, quia iſti ſunt ſemẽ cui benedixit dñs. Gaudẽs gaudebõ in dño, & exultauit anima mea in deo meo, quia induit me ueſtimentis ſalutis, & indumentis iuſticiæ circundedit me: quaſi ſpõſum decoratũ corona & quaſi ſponſam ornatã monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germẽ ſuũ, & ſicut hortus ſemen ſuũ germinat, ſic dñs deus germinabit iuſticiã, & laudẽ corã uniuerſis gẽtibus. Propter

Iacobi 5.b *Exodi 34.b* *Pſal. 43.b* *Pſal. 72.d* *Ibidem 2.b* *Mat. 24.c* *Pſal. 82.c* *Ioan. 8.d* *Act. 4.f* *Galat. 3.d* *1.Cor. 1.d* *2.Tim. 4.b* *Philip. 3.c*

A autem erat cõparatione plenitudinis, quando ex perſona incipientiũ loquebatur: Cum eſſem paruulus, ſicut paruulus loquebar, ſicut paruulus ſapiebam, ſicut paruulus cogitabam. Et iterũ: Ex parte uidemus, & ex parte cognoſcimus, donec ueniat quod perfectũ eſt. Et ideo ſponſæ aſſimilatur ornatui, quæ ornatur mundo muliebri, ſiue ut cæteri trãſtulerũt, uaſis uel monilibus ſuis. Ponitq; alterius comparationis exempla, quorũ prius ad ſpõſum, ſequens refert ad ſponſam. Sicut terra profert germẽ ſuũ, & cœleſtibus pluuijs irrigatur, & ſicut hortus ſemen ſuũ germinat, qui fontiũ atq; fluuiorũ aquas deſiderat: Sic, inquit, dominus germinabit iuſticiam atq; lætitiã corã cunctis gentibus: Nequaquã corã Iſrael, ut ſupercilium decutiat Iudæorũ, ſed cũctis gentibus, quæ in eccleſia congregantur.

CAP. LXII

1.Cor. 13.c

Luc. 14.c

Supra 61

Pſal. 121.d

Ioan. 8.b

Mat. 6.b

Mat. 16.c

1.Cor. 13.c

CAPVT LXII

PRopter Sion non tacebo, & propter Hieruſalẽ nõ quieſcã, donec egrediat̃ ut ſplẽdor iuſtus eius, & ſaluator eius ut lampas accendat̃. Et uidebunt gentes iuſtũ tuũ, & cuncti reges inclytũ tuum: & uocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu dñi, & diadema regni in manu dei tui. Non uocãberis ultra derelicta, & terra tua nõ uocabitur amplius deſolata, ſed uocaberis uoluntas mea in ea, & terra tua habitata, quia cõplacuit dño in te, & terra tua inhabitabitur. Hãbitabit enim iuuenis cũ uirgine: & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit ſpõſus ſup ſpõſa, gaudebit ſup te deus tuus.

PRopter Sion, etc.] Dixerat dñs atque ſaluator: ſpiritus dñi ſup me, propter quod unxit me, uſq; ad eum locũ ubi ſcriptũ eſt: Oẽs qui uiderint eos, cognoſcẽt, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit dñs. Poſt quam repromiſiſtionẽ reſpõdit eccleſia: Gaudens gaudebo in dño, quæ in tertio graduũ pſalmo, ex perſona populi pœnitentis læta cantauit: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domũ dñi ibimus. Nũc prophetæ introducitur perſona dicentis: Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalẽ non quieſcã. Diebus, inquit, ac nocẽtibus ora nõ claudam, nec mea unq̃ reticebit oratio: ſed tamdiu clamabo & precibus iungã preces, donec ueniat qui promiſſus eſt, & ſplendore ſuo cunctũ orbẽ illuminet. Quis eſt iſte quẽ quærit, quẽ uenire deſiderat, ponit manifeſtius: Donec egrediat̃ ut ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius ut lampas accendatur. Siue iuxta Lxx. Donec exeat ſicut lux iuſticia eius, & ſaluta re illius ſicut lampas ardeat. Quæ dicebat in euãgelio: Ego ſum lux mundi. Quæ cum in Sion & in Hieruſalẽ fuerit accenſa, nequaq̃ in ſola ſplendebit Iudæa, ſed dicetur ad eam: Lumen quod in te eſt, accẽſum eſt, quod egreſſum eſt ex patre, in tuis cœpit ardere finibus, omnes gentes illuminabit. Et cuncti reges uidebunt inclytum tuũ, ô Hieruſalẽ & Sion, qui de tua ſtirpe generatus eſt, qui in te exaltatus patibulo, omnes traxit ad ſe, ita ut gentes uideant triſticiã eius. Quia cunctorũ creator miſertus eſt gentibus, & reges gloriã illius qua glorificatus in cruce eſt, & omnia ſuo imperio regna ſubiecit. Deniq; nequaq̃ uocabitur Hieruſalẽ & Sion, ſed nomen nouũ accipiet, quod eis dominus impoſuerit, dicens ad apoſtolũ Petrũ: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Quod uocabulũ à nomine domini deriuauit, ut dicatur dominicũ: Et populus illius nequaq̃ ueteri nomine appelletur Iſrael, ſed nouo, id eſt, Chriſtianus. Eritq; quaſi corona decoris in manu dñi, & quaſi diadema regni in manu dei ſui: quando eam coronauerit turba credentiũ, & diadema imperij, quod martyres gemmarũ ſuarũ uarietate diſtinxerint, fuerit in manu dei, ut filiũ ſuũ eorũ coronet uictorijs. Vnde & apſs Paulus loquebaẽ ad ſanctos: Gaudium & corona mea. *b* ¶ *Non uocaberis ultra, etc.*] Pro Sion & Hieruſalẽ uocaberis eccleſia, & domini cum, pro Iudæis appellabuntur Chriſtiani. Nec hoc eris uocabulorũ fine cõtenta, Sed quæ prius uocaberis relicta, qđ Hebraicé dicitur עזובה תאמר לך uocaberis quod interpretat uolũtas mea in ea: & terra tua quæ prius uocabatur שממה deſolata ſiue deſerta, poſtea uocabitur בעולה quod Aquila interpretatus eſt ἐκχυμένη Symmachus & Theodotio συνοικισμένη. Lxx. οἰκουμένη, quæ omnia habitatã poſſeſſamq; ſignificant. Hoc eſt aũt Hebraicę cõſuetudinis: ut ex euentu rebus uocabula ſemper imponant, ſicut Abram qui prius dicebaẽ, pater excelſus, quando audiuit repromiſiſtionẽ: Et in ſemine tuo benedicent̃ omnes gentes, appellatus eſt pater multarũ gentiũ, id eſt, Abrahã. Et dño ſaluatori ſupra nomen impoſitur: Cito ſpolia detrahe, uelociter prædare. Filij quoq; Zebedęi, quorũ unus uocẽ tonitrui emittere poterat: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbũ, appellati ſunt בני רעם quod interpretatur, filij tonitrui. Quod aũt ſequitur: Quia cõplacuit dño in te, & terra tua inhabitabitur, à Lxx. prætermiſſum eſt, cauſaſq; reddidit, quare appelletur חפצי בה & quare appellatur בעולה quoniam cõplacuerit ſibi dominus in Sion, & terram ipſius habitabilẽ fecerit, quæ prius Iudaico fuerat errore deſerta. Siue hoc ipſum referamus ad eccleſiam, quæ poſſeſſa prius ab idolis, deſerta fuerat à deo. *c* ¶ *Habitabit enim iuuenis cum uirgine, etc.*] Dicit & Apoſtolus: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiam. Cũq; in alio loco poſuiſſet exemplum: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una, intulit: Sacramentũ hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. Si ergo propter breuitatem temporis, quod in arto eſt, ſic debẽt uiri habere uxores ſuas, quaſi non habeãt: Quanto magis inter ſponſum & ſponſam erit ſancta cõiunctio? Iſte eſt ſponſus de quo in duodecimo ſalmo canitur: Et ipſe tanq̃ ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo. Et iſta ſpõſa, quæ crebrius in cantico ſcri-

Ephe. 5.c

Gen. 12.d

Supra 8.d

Mar. 3.b

B

D

A bitui canticorū: quæ non habet rugā nec maculā: Quā
Cant. 4.d Paulus desiderat offerre uni uiro uirginem castā, ut sit
2.Cor. 11.d sancta corpore & spiritu. De qua & sub nomine charis-
simi, quadragesimus quartus psalmus canit: Astunt re-
gina à dextris tuis in uestitu deaurato circumdata ua-
rietate. Sicut igit sponsus gaudet in sponsa,
iuuenisq; cum uirgine, in quibus exēplis
sancta coniunctio est: Sic dominus lætabi-
tur in ea, cuius nomina fuerint immutata.

HEBR. Super murós tuos Hierusalem cōstitui custodes, tota die & tota nocte perpetuo non tacebūt: qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalē laudem in terra. Iurauit dns in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni uinum tuum, in quo laborasti: quia qui cōgregant illud, comedent et laudabunt dominū: & qui cōportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Trānsite transite per portas: præparate uiam populo, planum facite iter, & eligite lapides, eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terrę: dicite

SEP. Et super muros tuos Hierusalē constitui custodes, tota die & tota nocte, qui nunquā tacebunt, recordantes domini: non est enim uestri similis si correxerit, & faciet Hierusalem gaudium super terram. Iurauit dominus per dexteram suam, & per fortitudinem brachij sui: Si ultra dedero triticū meum, ut sit in cibum inimicis tuis: et si ultra biberint filij alieni uinū tuum, in quo laborasti: sed qui congregauerint, comedent ea et laudabunt dominum: & qui congregauerint, bibent ea in atrijs sanctis meis. Ite p portas meas, & uiā facite populo meo, & lapides de uia proijcite. Leuate signū in gētes: ecce enim dominus fecit auditum usq; ad extremū terrę. Dicite

B

1.Pet. 5.b

C

1.Cor. 1.d

D

a ¶ *Super muros tuos, etc.*] Propheta dixerat: Propter Sion nō tacebo, & ꝓpter Hierusalē non quiescā, & cætera usq; ad eum locum, ubi nunc capitulum terminatum est: Gaudebit sponsus super sponsa, gaudebit super te deus tuus. Secū promiserat diebus ac noctibus rogaturū, ut saluator & iustus qui promissus fuerat, aduenirет, & instar lāpadis, totū illustraret orbē. Posī quæ introducitur persona dei loquentis ad Hierusalē, id est, ecclesiā primitiuorū, & eam quæ in apl'is, ac p apostolos ædificata est. Super muros tuos constitui custodes, quos uel angelos uel apostolos, & omnes principes eius atq; doctores accipere possimus. Qui custodiunt muros ecclesiæ, ne aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens circuit, & quærit quomodo possit intrare, occasionē accipiat ad gregē dñi deuastandū. Qui custodes nec diebus debent nec nochibus tacere, nec in lætis, nec in tristibus, sed semper domini clementiam deprecari, ut grex illius & muri Hierusalē custodiantur & uallentur eius auxilio. Vnde & ad eosdem custodes atq; doctores sermo dirigitur. O uos qui recordamini domini, eiusq; clementiā die ac nocte precibus fatigatis: cauete ne unq̄ in ore uestro sileat oratio. Ne detis silentium ei, subauditur, domino, sed semper molesti sius, opportune, importune, & imitemini interpellatricē duri iudicis. Si enim ille mentis ferociam assidua imprecatione deposuit, quāto magis pater cœlestis bona dabit petentibus sē? Tamdiu autem rogare debetis donec Hierusalē quæ in Iudæis concidit, & in exemplum est atq; maledictum, in totius orbis terrarū laude uertatur. Mirorēq; quid uoluerint Lxx. pro eo q̄ habetur in Hebræo: ne detis silentiū ei, donec stabiliat & ponat Hierusalem laudem in terra: dicere, cuius sensus superioribus non cohæret: Non est enim uobis similis, si corrigat, & faciat Hierusalē gaudiū super terrā. Nisi forte hoc artifici eloquio coaptemus, ut dicatur ad custodes ecclesiæ: Nullū eorū similē fore qui prædicatione sua fecerint, ut corrigatur, & fiat Hierusalē gaudium omnis terræ. b ¶ *Iurauit dominus, etc.*] Omnipotens deus qui dixerat ad ecclesiam: Super muros tuos

Suprà eo.

A secundum cœptā explanationē, possumus hæc & in primo aduētu intelligere, ut dicamus præcipi apostolis & apostolicis uiris, ut ingrediantur & transeāt per portas: quibus infernus nō præualet, & omnia tollant impedimēta de uia, ut absq; aliquo scādalo populus ecclesiam saluatoris introeat. und
Ioan. 1.c de & Ioānes clamabat in eremo: Ego sū uox clamātis in deserto, sicut Esaias dixit: Parate uiā dñi, rectas facite
Suprà 40.a semitas eius: Omnis uallis implebit, & omnis mons & collis humiliabit. Alijs q̄ uerbis nūc idē sensus dicitur. Elegit lapides uir
Matt. 3.b ecclesiasticus, q̄ omnē emollit de credentiū corde duritiā. De qui bus idē Baptista dicebat: Potēs est deus de lapidib. istis suscitare filios Abrahā. Vel iuxta Lxx. Proiecit de uia lapides qui infideles à credētibus seperat.

HEB. dicite filię Sion: Ecce saluator tuus uenit: ecce merces eius cū eo, & opus eius corā illo. Et uocabunt eos populus sanctus, redēptus à dño. Tu aūt uocaberis quæsita ciuitas, & nō derelicta. Cap. LXIII

QVis ēst iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Egō qui loquor iustitiā, & ꝓpugnator sum ad

SEP. Dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus uenit, habens mercedē suā secū, & opus suū ante faciē suā, & uocabit eū populū sanctū redēptū à dño. Tu aūt uocaberis requisita ciuitas, & non derelicta. Cap. LXIII

QVis est iste qui uenit de Edom, fluuis uestibus de Bosor? Sic formosus in stola sua, uiolentia cum fortitudine. Ego qui loquor iustitiam, & iudicium saluta-

C

Pſal. 67.c

Gen. 49.b

D

Pſal. 23.c

Cant. 5.c

2 Cor. 2.b

Quod ne putarent Iudæi de se dici, iungitur: Leuate signum in gētes, & ad populos nationū, ut nequaquam unius terræ Iudæ ad salutem prouocentur angustiæ, sed auditū fiat in extremis terræ, ut passionē omnium creatoris totus mundus exaudiat. Dicite, inquit, filiæ Sion.
Cant. 1.b Quæ uel ideo appellatur filia Sion, quia primū orta est ex Iudæis. De qua dicit in Cantico cāticorū: Filij matris
B meæ pugnauerūt aduersum me. Vel certe propterea fi-
Ioan. 1 lia, quia à deo adoptionis nomē accepit. Quotquot eīn susceperūt eum, dedit eis potestatem ut filij dei fierent. Quid est aūt quod iubent magistri atq; doctores Sion filiæ nūciare? Ecce saluator tuus uenit, qui in Hebraico
Matt. 1.d dicitur Iesus. Vnde & Gabriel ad Ioseph: Et uocabis, inquit, nomē eius Iesum: ipse enim saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Qui saluator credentiū iudex est omniū, ut reddat unicuiq; secundum opera sua. Iustis præmia, peccatoribus æterna supplicia. Et uocabit, inquit, eos ipse dominus atq; saluator. Siue iuxta Hebraicū: Vocabūt eos, apostoli & apostolici uiri: populū sanctum & redemptū à dño, qui redempti sunt Christi sanguine. Ipsa quoq; ciuitas, nequaq̄ appellabit dereliēta, ut prius uocata fuerat: uel in Iudæis propter negociationē: uel in gentibus propter idololatriā: sed requisita, ut Hebraice dicitur דרושה ut pro augmentis & uarietate uirtutum, noua semper accipiant nomina.

CAP. LXIII

Suprà 60

QVis est iste qui uenit de Edom, etc.] Omnē hunc locum ab eo loco ubi iuxta Lxx. dicitur: Illuminare, illuminare Hierusalē, quia uenit nomē tuū, & gloria domini super te orta est: usq; ad præsens capitulum, ubi dicit: Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? multi nostrorū referūt ad finē mundi: in quo siue carnaliter, siue spiritualiter (diuersa enim sententia plurimorū est) explenda contendunt. Nos aūt, quia & supra in hoc eodem capitulo legimus: Spiritus dñi super me, propter quod unxit me: annūciare pauperibus misit me. Quod dominus atq; saluator lecto Esaiæ uo-
Luc. 4.d lumine in synagoga Iudæorum, super se expletum esse monstrauit, dicens: Hodie completa est hæc scriptura in auribus uestris: Et nūc de eodem dicitur: quod post passionem ad patrem cruentus ascenderit, necessitate compellimur, omnia quæ dicuntur in primo accipere

b ¶ *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum, etc.*] Respondit dominus interrogantibus angelis: Quæritis, qui sim, qui

A ad cœlos ꝛcruẽtus aſcendã: & ſanguis quo aſperſus ſum, Ioan.5.d
nõ mihi deformitatẽ tribuerit, ſed decorẽ. Ego ſum, cui Pſal.71.a
pater tradidit omne iudiciũ. De quo & pſalmiſta dice-
bat: Deus iudiciũ tuũ regi da, & iuſtitiã tuam filio regis.
Qui loquor iuſtitiã: ut malis mala, & bonis retribuam
bona, qui uenio pugnare contra aduerſarias poteſtates, & ca-
ptiuis prædicare remiſſionem, et uinctos de carcere liberare, ut
& aduerſarij pœnas, & captiui ſentiant libertatem. a ¶ *Quare ergo rubrũ eſt indumentũ tuum, etc.*] Vbi nunc dicitur, rubrum, in Hebræo legitur אדום Ergo & ſuprà ubi ſcribitur Edom, non loci uocabulũ eſt, ſed nomen ſanguinis. Rurſum autem angeli ſciſcitantur, & dicunt: Dicimus quod tu ſis qui loqueris iuſtitiã, & ſalus omniũ in tuo ſit iudicio conſtituta: Nunc ſcire uolumus: quare ueſtimenta tua ſint uelut muſto tincta, aut quid cauſæ extiterit, ut tunicã quæ deſuper texta eſt, & ſcindi non poteſt, &
B de utero uirgiuali tantum candorẽ habuit, quantum nullus fullonum poſſit facere ſuper terram, ſanguine cruentares: Magis enim tibi clementia conuenit, q̃ crudelitas: magis candor q̃ cruor. Quibus reſpondit dominus: non uno uerſiculo, ut prius, ſed multis uerbis, ut omnia doceat ignorantes, ne rurſum quærere compellant. b ¶ *Torcular calcaui ſolus, etc.*] Lxx. pro eo quod nos diximus, torcular calcaui ſolus: interpretati ſunt, plenũ conculcatũ, quod magis cum ſuperiori capitulo legendum eſt, quàm ut ſit ſequentis principium. Pro torculari, quod Hebraice dicitur גת Theodotio ipſum uerbum Hebraicum poſuit גתא Sed melius in hoc loco Symmachus, quem & nos ſecuti ſumus. Verbum enim גתא ambiguũ eſt, & tam torcular quàm lagunculam plerunq̃ ſignificat. Dicendum eſt itaq̃ de torculari, quod iuxta ſcripturæ ſanctæ conſuetudinem, interdum pro ultione atq̃ ſupplicijs ponitur peccatorum. Interdum in congregatione nouorum fructuũ. Pro pœnis ponitur atq̃ tormentis: quãdo Hieremias in lamentationib. plangens euerTren.1.e ſionem Hieruſalẽ loquitur: Torcular calcauit dominus uirgini filiæ Iuda, ideo ego ploro. In bonã partẽ inſcribuntur pſalmi pro torcularib. octauus & octogeſimus tertius. De quibus in ſuis locis, ſi uita comes fuerit, dño præbente dicetur. Hoc torcular, in quo & malis ſupplicia, & bonis præmia à ſaluatore calcant: ſolus ipſe calcauit, nullumq̃ habuit adiutorẽ. Neq̃ enim angelus, aut archãgelus, throni, dominationes: aut ulla cœleſtiũ poteſtatũ, humanũ corpus aſſumpſit, & pro nobis paſſus eſt, & cõculcauit aduerſarias fortitudines atq̃ cõtriuit, C
niſi ille qui loquit̃ in pſalmo: Saluũ me fac dñe, qm̃ deſe- Pſal.11.a
cit ſanctus: In tantũ, ut etiã confidentiſſimus, & in fidei
ueritate firmiſſimus apoſtolus Petrus, timore territus Matt.27.b
fugerit, imò dñm negarit. quodq̃ ſequit̃: Et aſperſus eſt
ſanguis eorum ſuper ueſtimẽta mea, & omnia indumenta mea pollui. Nequaquam ſic intelligendum, ut dæmones & aduerſarias poteſtates, ſanguinem habere credamus. Sed tropolo- Tropolo.
gice accipienda ſunt omnia: quando clementiſſimus deus ad eruditionẽ populum ſuum, & captiuitatis uinculis liberandum, hoſtes ferire cõpellitur. Dies enim, inquit, ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ uenit. Suprà 61.a
De quo & ſuprà legimus in bonam partẽ, prædicare annum domini acceptum: Et diem retributionis deo noſtro: & nũc tam in malam quàm in bonam. In malam: Dies enim ultiõis in corde meo. In bonam: Annus re-
D demptionis meæ uenit, ut eo tẽpore quo puniuntur aduerſarij, dei populus liberaretur, imò redimatur precioſo ſanguine agni, qui in Ioannis Apocalypſi dicitur trucidatus. De hac retributiõis die, & Moyſes ſancto ſpiritu prophetabat: Et retribuet uindictã inimicis, & odientibus ſe reſtituet. Deut.32.f
Circunſpexi, & nõ erat auxiliator: quæſiui, & non erat qui adiuuaret. Qui & in pſalmo dixerat: Et expectaui q̃ Pſal.68.c
contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & nõ inueni. Ipſe enim cum eſſet in forma dei, nõ eſt rapinã ar- Phil.2.a
bitratus æqualẽ ſe eſſe deo, ſed exinaniuit formã ſerui accipiens, & factus obediens patri uſq̃ ad mortẽ, mortem aũt crucis: & propterea donauit ei nomẽ ſuper omne nomẽ, ut ſaluaret ſibi credentes dextera ſua, & indignatio eius quæ erat cõtra aduerſarios, dei populum liberaret. Siue eruit credentes in brachio ſuo, & furorem ſuum ultra nõ diſtulit: deduxitq̃ ſanguinem eorum in terram, uel dæmonum τροπικῶς, uel certe ſanguinem Iudæorum: pro quo cæteri interpretes, contentionem tranſtulerũt: Qui omni ſtudio nitebantur, ut uinctum populũ nõ dimitterent. c ¶ *Miſerationũ domini recordabor etc.*] Finito, ut nos arbitramur primo, ut plerique æſtimant ſecundo ſaluatoris aduẽtu: in quo ſubauditur iudicantis, imò pugnãtis uox, ſuoſq̃ & populi ſui aduerſarios trucidantis: cruẽtus uictorq̃ deſcribitur: Incipit alia προσκοπή, in qua ex perſona populi prophetat, & quit̃: enarrãs beneficia in ſe dei & ſui cordis duritiã, ob quam & Hieruſalem incendio, & Iſrael captiuitati traditus ſit. Quod Iudæi ad Babylonica referunt tempora.

Nos

A Nos aũt ordine & ratione monſtrauimus, de præſenti dici tempore, in quo Romanis ſeruiũt, & excluſo Iſraele, gentiũ turba ſucceſsit. Curramus igitur per ſingula orationis mẽbra, & ea, ne lacinioſa ſit expoſitio, breuiter diſſeramus: Preſſus pondere malorũ, in nullo alio niſi in dei miſericordia ſpẽ habeo: q̃ facit miſericordiã in milia diligentib. ſe, & extendit miſericordiã ſuã his qui cognoſcũt eũ. Ex quo oſtendit̃, diligẽtibus & cognoſcentibus deũ, miſericor-
Rom.9.c diã dñi ſubuenire: nõ eſt enim uolẽtis, neq̃ currẽtis, ſed miſerẽtis
Pſal.126.a dei. Et: Niſi dñs ædificauerit domũ, & cuſtodierit ciuitatem: in uanũ uigilat q̃ ædificat & cuſtodit eã. Ipſe enim uirtutẽ tribuet ut faciamus fortitudinẽ & poſsimus dice-
Hier.26.d re: Fortitudo mea & auxiliũ & refugiũ meum in die malorum meorũ. Quæ in præſenti loco, nõ ꝓ uitijs arq̃ peccatis: ſed ꝓ anguſtijs debemus accipere. Quod aũt iuxta Lxx. ſequit̃: Virtutes dñi recordabor in omnibus quæ retribuit mihi: ꝓ quo in Hebraico laudes dñi continent̃: ſigna intelligamus atq̃ miracula, pro quib.
B ponunt̃ ſæpe uirtutes: ut ibi, Gloriã meã alteri nõ dabo,
Suprà 42.b nec uirtutes meas ſculptilibus. Et alibi: Virtutes eius in inſulis nũciabunt, uel gẽtibus totius mũdi, uel eccleſijs quæ firma mole fundatæ ſunt, & feriũtur potius q̃ ſubuertuntur. Interdũ uirtus nequaq̃ pro fortitudine accipitur atq̃ miraculis, ſed pro conuerſatione bona, ut il-
2 Pet.1.b lud eſt apoſtolorum, Petri: Miniſtrate in ſcientia ueſtra
Phil.4.b uirtutẽ. Et Pauli: Siqua uirtus, & ſiqua laus. Iuxta quod & in alio loco dicitur: Melior eſt ſterilitas cum uirtute. Prior uirtutis intelligẽtia, deo: ſecũda, hominibus conuenit. Pro eo autem quod nos interpretati ſumus: Super omnibus quæ reddidit nobis dñs, quod poteſt & in bonam & in malam partẽ accipi: Symmachus manifeſtius, in bonorũ poſuit retributione, dicens: Pro omnib. in quib. benefecit nobis, & pro multitudine bonitatis, quã ſup domũ Iſrael exercuit. Pro quo Lxx. tranſtulerũt: λύσεως ἀγαθὸς τῷ οἴκῳ Ισραὴλ, ἐπάγαγε ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεος αὐτοῦ, κύριε τὸ πλῆθος τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. id eſt, Dominus iudex bonus domui Iſrael, retribuit nobis ſecundum miſericordiã ſuam & ſecundum multitudinem iuſtitiæ ſuæ. Hoc autem non poteſt dicere, niſi ille qui intelligit ſuſtinere quæ patitur. Deniq̃ in ſeptuageſimo ſecundo pſalmo, cuius exordium eſt: Quàm bonus Iſrael deus, his qui recto ſunt corde, loquitur prophera ex perſona eorum qui dei iudicijs perturbantur: Mei autem penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei, pacem peccatorum uidens: & cætera uſq̃ ad finem pſalmi. Vnde apoſtolus Paulus qui do-
1 Tim.4.b minum iudicem bonum iuſtumq̃ cognouerat, loquitur confidẽter: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi iuſtus iudex. Non ſolum autẽ mihi, ſed & omnibus qui diligũt aduentũ domini & ſaluatoris noſtri. Nec eſt inter bonũ & iuſtum, ut hæretici uolũt, ulla
Rom.7.c diſtantia, eodem ſcribente: Ergo lex ſancta eſt, & mãdatum ſanctum & iuſtum & bonũ, ut uidelicet bonitas in genere, & iuſtitia intelligat̃ in ſpecie. Quamobrẽ ſcribit C
ad Romanos: Vix enim pro iuſto quis moritur: nã pro Rom.5.a
bono forſitan quis audeat mori. a ¶ *Et dixit: Veruntamẽ populus meus eſt, etc.*] Vbi nos interpretati ſumus: In omni tribulatione eorũ non eſt tribulatus, quod Hebraice dicit̃ כִּי עַמִּי הֵם לֹא יְכַחֵשׁ עֵר eſt negãtis aduerbiũ, & pro nõ legi לו poteſt, & ꝓ ipſe, ut ſit ſenſus: In omni tribulatione eorum ipſe eſt tribulatus. i. deus, ut nõ ſolũ peccata, ſed & tribulationes noſtras ipſe portaret. Ipſe enim infirmitates noſtras portat, & ꝓ nobis dolet. Porrò Lxx. poſuerũt aliud quod in Hebræo non habetur, οὐ πρέσβυς, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ἔσωσεν αὐτούς. id eſt, Non legatus, neq̃ angelus, ſed ipſe ſaluauit eos, de quo in ſuo dicemus loco. Dixit igit̃ deus q̃ iuſtus eſt iudex domui Iſrael, & auſtera tem iuſtitiæ clementia Suprà 1.a
mitigat iudicantis. Genui quidem filios & exaltaui, & ipſi ſpreuerunt me. Veruntamen quia populus meus ſunt, & ſemel filij nominati: non peribunt in perpetuũ. Si me ſpernere & negare deſierint, ſentient ſaluatorem, qui in omni tribulatione eorum ipſe tribulatus eſt. Si- D
ue non eſt tribulatus, ut parumper eos deſereret, & nudatos auxilio ſuo cõgeret ad rogandum. Vel certe neq̃quam tribulauit eos, ſed econtrario cæteris perſequentibus adiutor fuit: miſitq̃ angelum ſuum qui eos de periculo liberaret. Aut iuxta Lxx. non per angelos & prophetas & alios ſanctos uiros ſaluare uoluit populum ſuum: uerum ipſe deſcendit ad oues perditas domus Iſrael, ut ouem morbidam ſuis humeris reportaret, & drachmam quæ perierat inueniret: & luxurioſo Luc.15.a
filio reuertenti lætus occurreret, propter quod ſponſa dicit in Cantico canticorum: Oſculetur me oſculis oris Cant.1
ſui. Nequaq̃ per patriarchas Moyſen & prophetas, ſed meum corpus aſſumat, in mea carne uerſet, uerbum caro fiat: & ſic oſculetur me, habitans in me, ut ſit Emmanuel. Nequaq̃ igitur ut legatus, nec ut angelus, ſed ipſe ſaluabit eos, qui receperunt ſalutem, non operum merito, ſed charitate dei. Sic enim dilexit deus mundũ, ut Ioan.3.b
filium ſuum unigenitũ daret, ut omnis qui credit in eũ non pereat, ſed habeat uitam æternã. Quod ſi prudens lector tacita cogitatione reſponderit: quare multi non ſaluati, ſi ipſe ſaluauit eos & dilexit & pepercit filijs ſuis, & redemit eos ſanguine ſuo: ſuſcepitq̃ & exaltauit aſſumptos? Infertur cauſa perſpicua. Ipſi aũt non crediderunt, & exacerbauerũt ſpiritũ ſanctum eius, ſiue ſancti illius, quod Hebraice dicitur רוּחַ קָדְשׁוֹ Voluit itaq̃ deus ſaluare cupientes: & prouocauit ad ſalutẽ, ut uoluntas haberet præmiũ, ſed illi credere noluerunt. Alioquin & Ioan.1
de Ioanne ſcriptum eſt: Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes: hic uenit ut præberet teſtimoniũ luci, ut omnes crederent per eum. Nec ſtatim in culpa eſt ſi plures credere noluerũt, ſed uoluntas uenientis hæc fuit, ut omnes crederent & ſaluarentur. Sin aũt qui exſperauerit & affixerit ſpiritũ ſanctum, uel ſancti eius, id eſt Chriſti, deum exaſperat: eiuſdẽ ſpiritus ſanctus cum

patre

A patre Deo nata creatura est. Quamobrē Apostolus præcipit: Ephe. 4.g Nolite contristare spiritū sanctum, in quo signati estis. Sap. 1.a Qui spiritus sanctus recedit à corpore subdito peccatis: Et in peruersam animā non ingredit sapientia. Vnde & Psal. 50. Dauid conscientiæ peccatorū, ne spiritū sanctū perderet, precabatur dicens: Et spiritū sanctum tuum ne auferas à me. Vt autem sciamus omnem qui exasperat spiritū sanctum, deum offendere, & de amico inimicum & hostem fieri: Petrus apostolus significātius in apostolorum Actibus loquitur: Quare conuenit Act. 5.d uobis mentiri spiritui sancto? non estis hominibus mentiti, sed deo. Iste est spiritus sanctus, de quo in Euangelio dominus dicebat: Si diligitis me, Ioan. 14.b mādata mea seruate, & ego peram patrem, & alium paracletū dabit uobis, ut sit uobiscum in sempiternū, spiritum ueritatis. De quo & in Sapientia reperimus, quæ nomine Salomonis scribit: Sap. 1.b Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet dolum, & recedet à cogitationibus stultis.

B ¶ *Et recordatus est dierū seculi Moysi, etc.*] Dominus qui de protectore factus est aduersarius populi Iudæorū, qui ad iracundiā prouocauerunt spiritum sanctum eius, & debellauit eos: Ipse recordatus est antiquorū dierum, quando pro eis Moyses in eremo deprecatus est, dicēs: Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Veteris igitur Esaias recordatus historię, dicit: Vbi est ille Moyses qui eduxit eos de rubro mari? ubi est pastor ouium? ubi ille qui cum cæteris pastoribus gregis domini laborauit? Qui impetrauit & posuit spiritū dei oratione & precibus suis in grege domini? Aut certe ita intelligendū: Vbi est illa clementia dñi, qua quondam misertus est populo suo: ut spiritus quoq; sancti eis gratiā tribueret? Qui eduxit in dexterā partem, non in sinistrā, Moysen seruū suum brachio maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomē sempiternum: ut usq; in præsentē diem illius potentia narraretur. Duxit enim populū suū per immensas aquarū abyssos, quasi equū per solitudinē, & iumēta per planū, & spiritus dñi ductor eius fuit, id est gregis dñi. Spiritū autem hic angelum debemus intelligere, qui ductor fuit po- Psal. 103.c puli Israel, iuxta illud quod scriptum est: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Et Heb. 1.d in epistola ad Hebræos: Isti sunt administratorij spiritus, qui mittunt in ministeriū, propter eos qui possessuri sunt salutem. Considerēmus illud quod in Actibus Apostolorū scribit: Spiritus dñi rapuit Philippū, & nō C uidit eū ultra eunuchus, an super angelo debeamus ac Act. 8.g cipere. Sunt qui angelum in spiritu sancto hæc fuisse testent. Manifesta percurrimus, ut in obscuriorib. immoremur. b ¶ *Attende de cœlo & uide, etc.*] Qui tāta populo tuo præstitisti, quæ superior sermo narrauit, ut spiritus quoq; tui dignos nos cōsortio duceres: nūc quoque attēde de cœlo & uide opera nostra, si tamen te digna sunt. Quare auertis faciem Psal. 43.d tuā à nobis? Cœlum aūt dicitur habitaculum sanctū, & domus gloriæ eius, iuxta illud: Cœlū mihi thronus est: terra aūt scabellū pedū meorū. Et Infra 66.b in alto loco: Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Et: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo. Non quo omnipotēs deus qui tenet cœlū palmo, & terram pugillo, ullo claudat loco: sed quo quæ sanctiora sunt, illius locus & habitaculum esse dicat. Denicq; Salomon qui ædificauit domū dei, ad eum D precās loquitur: Cœli cœlorū & terra non sufficiunt tibi. Et in 2 Par. 2.b otione dominica dicitur: Fiat uoluntas tua Matt. 16.c sicut in cœlo, ita & in terra. Vbicunq; ergo fit uoluntas dei, illud est habitaculum eius, & domus dei. Quod autem sequitur: Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Illo testimonio differamus, quod per Ezechiel ad Hierusalem dicit deus, quæ sequuta fuerat amatores suos: Iam non iratscar tibi, & Zach. 1.e zelus meus recesit à te. Et est sensus: Quia peccauimus, & nos odisse cœpisti, recesit à nobis zelus tuus, qui non recedit quando loquitur per Zachariam: Zelatus sum Sion & Hierusalem zelo magno. Vnde & in consequentibus ait: Et iratscar super gentes quæ congregatæ sunt aduersum eam in circuitu. Recedente autem zelo, recedit & fortitudo dei, & paternorum uiscerum superatur affectus, dum magnitudine peccatorum, incredibilis dei clementia uincitur, ut contineat se super auxilio meo, qui me oppressum uidere non poterat. Tu enim, inquit, es pater noster, qui creator es omnium. Nescit nos Abraham, & ignorat Israel, quia te offendimus, nec cognoscunt filios, quos à deo suo intelligunt non amari. Subita nascitur quæstio: Quare Abraham & Israel, hoc est, Iacob posuerit, & Isaac nomen tacitum sit? Ad quod respondebimus: Principio & fine posito, etiam media nominari. Siue ita: Abraham de gentibus uocatus ad fidem est: & pro qualitate prioris & consequentis conditionis, mutationem sortitus est nominis. Iacob quoq; ut

A ut appellaret Israel, multo ad id labore peruenit. Vnde Gen. 17.a & Abraham tres habuit uxores, & Iacob quatuor: Isaac uero ab initio usq; ad finē nomē possedit antiquū: & ecclesiæ indicās castitatē, una fuit uxore cōtētus. Isti igit q precant de peccatorib. cōmutationem in meliorē statū, eorū assumūt similitudinē, quibus lęta post tristia successerūt. Hoc aūt est omne qđ postulāt: ut quia pater eorum est, & hoc eos dignatus est nomine: nō obliuiscat filiorū suorū, ne p ipsos nomen dei blasphemet in gētibus. a ¶ *Quare errare nos fecisti, etc.*] Epistola quā scribit Paulus ad Corinthios: cum ad unius scribat populū ciuitatis, pro uarietate habitantium, id est, sanctorū & peccatorū nunc laudat eos, nūc corripit, nunc docet, nūc reprehēdit: prouocat ad continentiā, nuptias nō recusat, retrahit ab idololatria, instruit resurrectionē, digamiæ porrigit manū, ne locū tribuat fornicationi. Hoc dixi-

B mus, ut præsens quoque capitulū, q̄ omne ex populi deū deprecātis oratione cōtexitur, uel iustorū intelligamus esse, uel peccatorū. Et nunc laudare dñm, nunc mouere dño quæstionem, & suam referre culpā in deum. Vnde & post cætera etiam hoc loquunt: Quare errare nos fecisti dñe de uijs tuis: uel seduxisti nos de uia tua, induraſti cor nostrū ne timeremus te? Non quo deus erroris causa sit & duritiæ, sed quo illius patiētia, nostrā expectātis salutē, dum nō corripit delinquētes, causa erroris duritiæq; uideatur. Vnde quibusdā uehementer iratus, à percutiendo manum suspendit, & loquitur: Non ultrabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ, & super spōsas uestras cum Osee 4.c Heb. 12.b adulterauerint. Flagellat enim omnē filium quem recipit: & ad hoc percutit, ut emendet. Denicq; qui nequaq; filiorū uocabulū perdiderūt, sed per pœnas ratrahuntur ad pœnitentiā, dicit de eis: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorū: misericordiam Psal. 88.c aūt meam non auferā ab eis. Est enim tristitia quæ ducit ad uitam, & est tristitia quæ ducit ad mortem. Vnde & Ibid. 43.c peccator loquit in psalmo: Declinare fecisti semitas nostras à uia tua, & humiliasti nos in loco afflictionis: Et Num. 32.c quadraginta annos errat populus in deserto: ut priorē Osee 2.d uiā non inueniat, nec ad Aegyptios reuertat. In Osee quoq; sepiuntur semitæ Hierusalē, & claudūtur spinis: ne sequatur amatores suos, & necessitate cōpulsa, reuer- Exo. 4.c tatur ad uirū suum pristinū: & Pharaonis dicitur deus induratse cor ne dimitteret populū eius, & ut decē plagis affligeretur. Quam quæstionē diligētissime Paulus Rom. 9 disserit ad Romanos. Et nos in quodā opere perstrinximus. Conuertere, ait, domine, siue conuerte nos propter seruos suos Abrahā & Israel, qui non cognouerūt nos, uel quos esse in populo credimus. Quasi ad nihil enim & absq; ullo labore populum tuū sanctum posse derūt aduersarij nostri: siue cōuerte nos, ut iuxta Lxx. C paululū possideamus mōtis sancti tui: quia totū montē tuū possidere nō possumus: ut cum partē habuerimus, ueniamus ad plenitudinē eius, & contēplemur gloriā unigeniti à patre plenum gratiæ & ueritatis. De quo in hoc eodē prophēta dicit: In nouissimis diebus manifestus erit mōs dñi. De eo autem quod suprà positum est: Quare errare nos fecisti? quo sensu accipiendū sit: plenissime docet Hieremias: Se- Hier. 20.b duxisti me dñe, & seductus sum, tenuisti & posuisti. Dū cū mihi clementiā pollicēris, et quasi misericors pater dissimulas duritiā, & artifex medicus abscondis fertū acutissimū, ne ægrotantē terreas antecq; cures, fecisti me negligentē: propter qđ & de Hierusalem dicit deus: Ecce ego seducā eā & ponam eā quasi desertū: & statuā eam sicut terram absq; aquis, & loquar ad cor eius, & dabo possessiōes eius inde, & uallem Achor Osee 2 ad aperiendā intelligentiam. Considerē- D mus ordinē singulorum: seducit eam, & facit esse desertam, & absq; aqua, ut uirtutum patiatur sitim. Quæ postquam dixerit: Siti- Psal. 41.a uit in te anima mea, quām multipliciter tibi caro mea: tunc loquetur ad cor eius, & lugentem consolabitur. Et dabit ei possessionem inde, hoc est de pœnitentia & de mœrore qui operatur salutem. Et humilitas conturbati cordis eius: hoc enim interpretatur uallis Achor: aperit intelligentiam, ne ignoret creatorem suum. Hostes, ait, nostri conculcauerūt sanctuarium tuum. Haud dubium quin templum significet: quod uictores calcauere Romani. Et facti sumus sicut in principio antequam uocaremur in Abraham: & dum essemus in Aegypto, non habentes deum: nec reges, nec principes, nec pro- Osee 3.b phetas, nec legem mandatorum dei: quæ omnia post passionē completa sunt domini, hodieq; complentur. Dicentibus enim illis: Sanguis eius super nos & super Matt. 27.a filios nostros, manet maledictio sempiterna. Et non dominatur eorum deus, neq; inuocatur nomen illius super eos dum nequaquam dei populus nuncupatur.

CAP. LXIIII

HEB. Quarē errare nos fecisti dñe in uijs tuis: indurasti cor nostrū ne timeremus te? cōuertere ꝓpter seruos tuos tribus hæreditatis tuę. Quasi nihilū possederunt populū sanctū tuū, hostes nostri cōculcauerūt sancti ficationē tuā: Facti sumus quasi in principio: cum nō dñareris nostri, neq; inuocaret nomē tuū super nos.

Cap. LXIIII

VTinam̄ disrumperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerent. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni: ut notū fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non

SEP. Quare seduxisti nos dñe de uia tua sancta: indurasti corda nra ut nō timeremus te? cōuertere ꝓpter seruos tuos, ꝓpter tribus hæreditatis tuæ: ut modicū possideamus mōtis sancti tui: aduersarij nri cōculcauerūt sanctuariū tuū: facti sumus quasi à principio cū nō dñareris nostri, neq; inuocatū est nomē tuū super nos.

Cap. LXIIII

SI aperueris cœlum, tremor apprehēdet ex te montes, & liquescent sicut cera à facie ignis liquescit, & comburet ignis aduersarios: & manifestum erit nomen tuum in aduersarijs, à facie tua gētes turbabuntur: cum feceris gloriosa, tremor

CAP. LXIIII

VTinam̄ disrumperes cœlos, & descenderes, etc.] Quoniam hostes nostri conculcauerunt sanctuariū tuum, & facti sumus quasi in principio, quando non inuocabatur nomē tuum super nos: Propterea deprecamur & dicimus: Vtinā disrumperes cœlos, & descenderes: & qui semper promitteris, tu aliquando promissa compleres. Hoc aūt eo tempore dicebat, quando necdū saluator aduenerat: nec de utero uirginali naturæ nostræ atque substantiæ assumserat hominē quem saluaret: ut sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginē supercœlestis. Quod si faceres, inquiunt, & aperirentur cœli siue cœlum ad aduentum maiestatis tuæ, montes defluc-

A defluerẽt,uel tremor apprehẽderet mõtes:& consume-
rẽt,sicut cera à facie ignis consumit. Et Ezechieli aper-
Ezech.1.a ti sunt cœli, & uidit uisionẽ magnam. Sed & Moyses in
Deut.28.a Deuteronomij benedictionib.imprecatur:Aperiat tibi
dñs thesaurũ suũ bonũ cœlũ, ut det tibi benedictionẽ.

Et in Euangelio Bapti-
Matt.3.d sta Ioãnes uidisse nar-
rat cœlos apertos, & spiritũ sanctum super
dantem in specie colũbæ
descendentẽ. Montes
aũt q ad aduentũ dñi
Deut.4.d de quo scriptũ est: De-
us ignis consumẽs in-
star ceræ consumẽtur
& liquefient,aduersa-
riæ potestates sunt: &
oẽs q se erigũt aduer-
sum sciẽtiã dei. De qui-
bus & in xcvi.psalmo
canit: Vidit & cõmota
est terra. Mõtes lique-
facti sunt sicut cera à
facie dñi,à facie dei u-
niuersæ terræ. Si enim
tu descenderes, & tua
promissa cõpleres,ta-
bescerẽt (iuxta Sym-
machũ) aquæ maris,
& omnẽ salsuginẽ ca-
tũ ignis ille consume-
Psal.67.a ret. De quo & in alio psalmo scriptũ est:Sicut deficit fu-
mus, deficiãt:sicut consumit cera à facie ignis, sic pereãt
peccatores à facie dei. Et hoc notandũ, q cum aquæ ma-
B ris diuino fuerint igne consumptę, tunc notũ fiat nomẽ
dñi saluatoris inimicis eius. De quibus in sexagesimo-
septimo psalmo dicitur: Lingua canũ tuorum ex inimi-
cis ab ipso:ut quem beneficijs non senserant, urbis suæ
subuersione & propria captiuitate cognoscãt. Et à facie
illius gentes turbabuntur: siue ut significantius in He-
braico dicitur,mouebuntur: ut quæ prius immobiles
erant, ueniãt ad salutẽ. Cumq; mirabilia fecerit,& osten-
derit signa in euangelio, quæ quondã ostendit in Aegy-
pto & in solitudine: confitebũtur se gloriã aduẽtus eius
ferre nõ posse,siue quod tremor apprehenderit mõtes.
Pulchrecq; iuxta Hebraicũ,quasi exauditi essent qui su-
prà fuerãt deprecati: Vtinam distumperes cœlos,& de-
scenderes,à facie tua mõtes defluerent:postea inferunt:
Descendisti, uerbum caro factũ es, & habitasti nobis:
עִמָּנוּאֵל uere Emmanuel, quod interpretatur nobiscũ deus: &
ideo à facie tua omnes mõtes defluxerũt,de quib.suprà
diximus. Hebræi hunc locũ ita ediderunt: Sic cõburet
ignis iniquos, quõ aquæ feruent ignis ardore חַמָּתִים
enim nõ consumptionẽ & tabem, ut cæteri interpretati
sunt,sed iniquos intelligi uolunt. a ¶ *A seculo nõ,etc.*] Pa-
raphrasim huius testimonij,quasi Hebræus ex Hebræis
assumit apostolus Paulus de autenticis libris in episto-
1 Cor.2.b la quam scribit ad Corinthios: non uerbum ex uerbo
reddens,quod facere omnino contẽnit: sed sensũ ex-
primẽs ueritatẽ,quibus utitur ad id quod uoluerit ro-
borandũ. Vnde apocryphorũ deliramẽta conticeant,
quæ ex occasione huius testimonij ingeruntur ecclesiis
Psal.9.c Christi. De quibus uere dici potest,quod sedeat diabo-
lus in insidijs cum diuitib.in apocryphis, ut interficiat
innocentẽ. Et iterũ: Insidiat in apocrypho quasi leo in
spelunca sua:insidiat,ut rapiat pauperẽ. Ascensio enim
Esaiæ,& Apocalypsis Heliæ,hoc habẽt testimonium. Et
2 Tim.3.b per hanc occasionem,multaq; huiusce modi spinarum,
& Lusitaniæ deceptæ sunt mulierculæ, oneratæ pecca-

HEB. nõ sustinebimus:de-
scẽdisti,et à facie tua mõtes
defluxerũt. A seculo nõ au-
dierũt, neq; aurib.percepe-
runt: oculus nõ uidit,deus
absq; te quæ præparasti ex-
pectantib.te. Occurristi lę-
tanti et faciẽti iustitiã in uijs
tuis,recordabunt tui. Eccẽ
tu iratus es,& peccauimus:
in ipsis fuimus semper,&
saluabimur. Et facti sumus
ut immũdus oẽs nos,quasi
pãnus menstruatę uniuer-
sæ iustitiæ nostræ. Et cecidi-
mus quasi foliũ uniuersi:
& iniquitates nostræ qua-
si uentus abstulerunt nos.

SEPTVAG. tremor ap-
prehendet ex te montes. A
seculo non audiuimus,ne-
que oculi nostri uiderunt
deum absque te: & opera
tua,quæ facies expectanti-
bus misericordiam: occur-
rit enim facientibus iusti-
tiam,& uiarum tuarum re-
cordabuntur. Ecce tu ira-
tus es,& omnes peccaui-
mus: idcirco errauimus,&
facti sumus quasi immũdi
oẽs nos, ut pannus sedẽ-
tis omnis iustitia nostra: &
defluximus quasi folia pro
pter iniquitates nostras,
sicut uentus auferet nos.

Et non est qui inuocet nomẽ tuũ, qui cõsurgat &
teneat te. Abscondisti faciẽ tuã à nobis, & allisisti nos
in manu iniqtatis nostræ. Et nũc dñe pater noster
es tu: nos uero lutum,& fictor noster tu,et opera ma-
nuũ tuarũ oẽs nos. Ne irascaris dñe satis, & ne ultra
memineris iniquitatis. Ec-
ce respice, populus tuus o-
mnes nos. Ciuitas sancti tui
facta est deserta: Sion deser-
ta facta est, Hierusalem de-
solata, domus sanctificatio
nis nostrę,& glorię nostrę
ubi laudauerunt te patres
nostri, facta est in exustio-
nem ignis: et omnia deside-
rabilia nostra uersa sunt in
ruinã. Nũquid super his cõ-
tinebis te dñe: tacebis & af-
fliges nos uehementer?

a ¶ *Non est qui inuocet nomẽ tuũ,etc.*] Quia instar foliorum
de arboribus fluximus, quæ uentus arefacta dispergit:
propterea nullus inuentus est qui inuocaret nomen
tuum,& consurgens de ruina iniquitatum suarum,ap-
Cant.3.b prehenderet uel teneret te, diceretq; cum sponsa: Inue-
ni quem quæsiuit anima mea: tenebo eum, & non di-
mittam illum. Ventus in scripturis tripliciter ponitur,
aut in tentationum magnitudine, aut in peruersi-
tate doctrinæ, aut simpliciter uentus,quo nubila con-
gregantur, & aer in nubes cogitur. De tentationibus,
Matt.7.b illud est euangelicum: Venerunt flumina, flauerunt
uenti, & impegerunt in domum illam, & non potue-
runt subuertere eam: quia super petram stabili erat mo
le fundata. De peruersitate doctrinæ, ut: Non circum-
feramur omni uento doctrinæ in malitia hominum.
Mat.6.f De uento simpliciter: Et non poterant nauigare, erat
enim uentus contrarius. Non quo & hoc non possit
sentiri tropologice, sed quo præsenti sensui tantum si-
militudinem præbeat. Auertente enim domino faciem
suam à nobis, allidimur in manu iniquitatis nostræ,si-
ue tradimur tentationibus propter peccata nostra. Ex
quo discimus, quod & iniquitas manus habeat, & om
nia peccata,quæ nos fortiter strictos tenere desiderant.
Prou.18.d Vnde & in manu linguæ mors & uita est, & sanctus pre
Psal.35.d catur: Non ueniat mihi pes superbiæ. Nos autem,quia
Iobel.2.g auertit dominus faciem suam à nobis, scientes illud
Psal.50. quod scriptum est: Omnis qui inuocauerit nomen do
mini, saluus erit. Inuocemus nomen eius atque dica-
Psal.31.b mus: Peccatum meum notum tibi feci, & iniquitatem
meam non operui. Dixi, pronunciabo aduersum me

A Ioquiẽ: Intelligite iustitiã uerã. Ergo est alia iustitia quæ
nõ habet ueritatẽ:& hæc est uera iustitia,de qua rursum
Matt.5.g in Euangelio dicitur: Beati qui esuriũt & sitiunt iustitiã.
Ioan.8.g Quam multi prophetæ & iusti desiderauerũt uidere, &
nõ uiderũt. Abraham aũt uidit istam iustitiã, & lætatus
est: nequaq; sequens
occidentem literam,
sed spiritũ uiuifican-
tem. Nec mirum hæc
de hominibus dicere,
Iob 15.b cum astra quoq; dei
iustitiæ cõparata,non
sint munda,& aduer-
sum angelos suos per
uersum quid excogi-
tauerit. Si quis igitur
post euangeliũ Chri-
sti,& aduentũ filij dei,
pædagogę legis obser
uat ceremonias: au-
diat populũ confiten-
tem, q omnis illa iu-
stitia panno sordidis-
simo comparet: cui &
Hester 14.d Hester diadema suũ,
quod erat regiæ pote
statis insigne compa-
rat:quod nequaq; uo
luntate,sed necessita-
te portabat. Tu scis ne
cessitatem meã, quo-
niam detestor signũ
superbiæ meæ, quod
est super caput meum
B in diebus ostensionis
meæ: abominor illud
sicut pannum men-
struũ, nec porto in di-
ebus quietis meæ.

HEB. Nõn est qui inuocet
nomẽ tuũ, qui cõsurgat &
teneat te. Abscondisti faciẽ
tuã à nobis, & allisisti nos
in manu iniqtatis nostræ.
Et nũc dñe pater noster
es tu:nos uero lutum,& fi-
ctor noster tu,et opera ma-
nuũ tuarũ oẽs nos. Ne ira-
scaris dñe satis, & ne ultra
memineris iniquitatis. Ec-
ce respice, populus tuus o-
mnes nos. Ciuitas sancti tui
facta est deserta: Sion deser
ta facta est, Hierusalem de-
solata, domus sanctificatio
nis nostrę,& glorię nostrę
ubi laudauerunt te patres
nostri, facta est in exustio-
nem ignis: et omnia deside
rabilia nostra uersa sunt in
ruinã. Nũquid super his cõ
tinebis te dñe: tacebis & af-
fliges nos uehementer?

SEP. Et non est q inuocet
nomẽ tuũ, & q recordatus
apprehẽdat te. Qm̃ auerti-
sti faciẽ tuã à nobis,& tradi
disti nos propter iniquita-
tes nostras. Et nunc dñe pa
ter noster es tu, nos aũt lutũ,
opera manuũ tuarũ oẽs
nos, ne irascaris nobis dñe
nimis, & ne in tẽpore me-
mineris peccatorũ nostro
rum. Et nunc respice quo-
niã populus tuus oẽs nos,
ciuitas sancti tui facta est
deserta Siõ: quasi solitudo
Hierusalem, in maledictio
nem domus sanctuarij no
stri & gloriæ: cui benedixe
runt patres nostri: facta est
igne combusta, & omnia
gloriosa igne conciderũt.
Et super omnibus his susti
nuisti domine,et tacuisti et
humiliasti nos ualde.

C
Supra 44.d
Psal.79.b
Ioan.8.d
Exo.4.f
D
Infr.65.a

iniquitatem meam dño,& tu dimisisti impietatẽ cordis
mei. Et statim habebimus dñm respondentẽ: Deleui si-
cut nebulam iniquitates tuas,& sicut nubẽ peccata tua,
atq; dicemus: Ostende faciem tuã,& salui erimus: ut ne
quaq; simus serui peccati, sed serui tui. Omnis enim q
facit peccatum, ser-
uus eius est. b ¶ *Et
nunc domine pater noster
es tu,etc.*] Si nostra cõ
sideremus merita, de
sperãdum est: si tuam
autem clementiã, qui
flagellas omnẽ filium
quem recipis, aude-
mus preces fundere.
Tu enim pater noster
es, qui dignatus es di
cere: Filius primoge-
nitus meus Israel. Et
quanquam lutum si-
mus & opera manuũ
tuarum, & fictor no-
ster sis, nec uas figulo
ualeat respõdere, qua
re sic uel sic factum sit:
tamen sciẽtes esse nos
filios, audemus dice-
re: Ne irascaris domi-
ne satis. Non iram ui-
tamus, nec ultra pati-
entiam tuam quæri-
mus, per quã thesau-
rizauimus nobis irã
in die irę: sed hoc quę
sumus ne irascaris no
bis satis: ne tempore
ultionis atq; uindictæ
memineris iniquita-
tis nostræ, sed magis
respicias populum tuum, qui quondam tuus appella-
tus est populus. Et ciuitatis sanctuarij tui miseraris, in
qua inuocatum est nomen tuum. Quæ ciuitas appella-
tur Sion & Hierusalem: quam fluminis impetus lætifi-
cat: & in qua quondam fuit specula uirtutum & pacis
cõtemplatio. Domus quoq; tua,id est,templum sancti-
ficationis nostræ & gloriæ, in qua laudauerũt te patres
nostri,in ruinas & cineres concidit: & incendio uastan
te deleta est,ita ut nequaquam in eam offerantur uicti-
mæ: non pascha celebretur, non quicquam fiat de ce-
remonijs, quas tu fieri præcepisti: sed omnia desidera-
bilia nostra uersa sunt in ruinas. Cum hæc igitur ita se
habeant, nunquid domine super his continebis mise-
ricordiam tuam & tacebis, aduersarijs blasphemanti-
bus,& affliges nos atq; humiliabis: nõ more solito,sed
nimis? Quæ omnia Iudæi Assyriorum & Babylonio-
rum temporibus putant esse completa. Nos autem iux
ta ea quę ex persona saluatoris sequuntur: Apparui his
qui non interrogabant: Inuentus sum ab his qui me
non quærebant: ad tempus Romanæ uictoriæ uniuer-
sa referimus, quæ Iosephus Iudaicæ scriptor historiæ se-
ptem explicat uoluminibus, quibus imposuit titulum
Captiuitatis Iudaicæ, id est, περὶ ἁλώσεως: & super hu-
um est ea sermone disserere, quæ oculis pateãt: cum om
nia desiderabilia eorũ uersa sint in ruinas, & templum
toto orbe celebratũ, in sterquilinium urbis nouæ quæ
à conditore appellabatur Helia,& in habitaculũ transie
rit noctuarum: frustraq; quotidie dicunt in synagogis
suis: Super his omnibus dñe sustinebis & affliges nos,
atq; humiliabis uehementer. Possumus hoc referre ad

A ecclesiam, uel ad sancti uiri animã, quæ recte appellari potest specula & uisio pacis, quãdo pater & filius & spiritus sanctus habitauerint in ea. Si uero uitio uel nostro uel populi, huiusce modi Siõ à dño fuerit derelicta, statim patebit incendio ignitarum diaboli sagittarum. Omnes enim adulterantes quasi clibanus corda eorũ. Et expulso pudicitiæ frigore, libidinis in tẽplo dei flamma grassabitur: ut quicquid in nobis gloriosum prius & inclytũ fuit, corruat, deleatur & pereat. Et impleatur C illud quod in psalmis dicitur: Combusserunt igni sanctuarium tuum, prophanauerunt in terra tabernaculum nominis tui. Quod solus potest ille restinguere, de cuius uentre fluunt aquæ uiuentis flumina. Psal. 73.b

Commentarij decimiseptimi in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMOCTAVVM

Commentariorũ Esaiæ ad Eustochium uirginem proœmium.

DVodeuicesimus in Esaiam imò extremus liber, tuo, ô filia Eustochiũ, & sanctæ matris tuæ Paulæ nomini dedicatur: ut quas pari honore suspexi, æqua commemoratione nunc recolam: præsertim cum & illa dum uiueret, hoc opus tecum crebrius postularit: & uir eruditissimus frater tuus Pammachius: & tunc & postea frequentibus scriptis cogere non desliterit: mihiq; & præsentium amicorum & absentium, uirorumq; ac fœminarum in Christo dormientium eadem religio sit: id est, animorum charitas, non corporum. Nec ignoro quanta inter homines sententiarum diuersitas sit. Non dico de mysterio trinitatis, cuius recta confessio est ignoratio scientiæ: sed de alijs ecclesiasticis dogmatibus, de resurrectione scilicet, & de animarum & humanæ carnis statu: de repromissionibus futurorum, quomodo debeant accipi: & qua ratione intelligenda sit Apocalypsis Ioannis, quam si iuxta literam accipimus, Iudaizandum est: si spiritualiter ut scripta est disserimus, multorum ueterum uidebimur opinionibus contraire: Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactantij: Græcorum, ut cæteros prætermittam, Hirenęi tantum Lugdunensis episcopi faciam mentionẽ: aduersum quem uir eloquentissimus Dionysius Alexandrinæ ecclesiæ pontifex, elegantem scribit librum, irridens mille annorum fabulam, & auream atq; gemmatã in terris Hierusalem: instaurationem templi, hostiarũ sanguinem, ociũ sabbati, circuncisionis iniuriam, nuptias, partus: liberorũ educationem, epularũ delicias, & cunctarum
B gentium seruitutem: rursusq; bella, exercitus, ac triumphos, & superatorũ neces, mortemq; centenarij peccatoris. Cui duobus uoluminibus respondit Apollinarius, quem non solum suæ sectæ homines, sed & nostrorum in hac parte duntaxat plurima sequitur multitudo, ut præsaga mente, iam cernam quantorum in me rabies concitanda sit. Quibus non inuideo, si tantum amant terram, ut in regno Christi terrena desiderent: & post ciborum abundantiam, gulæq; ac uentris ingluuiem, ea quæ sub uentre sunt quærant. De quibus apostolus Paulus: Esca, inquit, uentri, & uenter escis: deus autem & hunc & illa destruet. Et: Non est regnum dei cibus & potus. Et dominus atque saluator: Erratis, inquit, nescientes scripturas neque uirtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed erunt similes angelorum. Nec hæc dicens aufero corporum ueritatem, quæ incorrupta & immortalia resurrectura confiteor: ut mutent gloriam, non substantiam. Sicq; recto incedendum est tramite: ut nec ad sinistram, nec ad dexteram declinemus, id est, nec Iudaicum, nec hæreticum sequamur errorem. Quorum alij qui carnis sunt, solas diligunt carnes: alij ingrati beneficiorum dei, habere detrectant, quod Christus & natus habuit, & resurgens. Quum enim apostoli eum putarent spiritum, uel iuxta Euangelium, quod Hebræorum lectitant Nazaræi, incorporale dæmonium, dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & cernite, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Rursumq; Thomæ loquutus est ambigenti: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & extende manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Denique ad probandam corporis ueritatem, sumpsisse scribitur cibos: quos & archisynagogi filiæ iusserat tribui, quam à mortuis suscitauit. Et Lazarus, ne resurrecti eius phantasma putaretur, cum saluatore narratur iniisse conuiuium. Non quo post resurrectionem manducemus & bibamus, ut Miliarij nostri uolunt: & immortalia atque corrupta corpora, alimonijs sustentanda terrenis sint: alioquin ubi cibus, sequuntur & morbi: ubi morbi, adhibendus est medicus: ubi medici, frequenter interitus: rursumq; resurrectio, & noua ex integro conuersatio: sed ut resurrectionis fidem ciborum assumptio comprobaret. Hæc magnopere præcauemus, & pressius loquimur: scientes inter serpentes

A pentes nobis & scorpiones ambulandum, qui mordent & feriunt in abscondito. De quibus & Ec- C
clesiastes: Si momorderit, inquit, serpẽs in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Et huius pater Dauid: Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tacui: existimasti iniquè quod ero tui similis. Arguam te, & ponam cõtra faciem tuam: ut quæ in alijs criminaris, ipse habere docearis. Si cui autem explanationũ in prophetas displicet longitudo: audiat libere, multo me pauciora dixisse q̃ rei obscuritas flagitat: & posse unumquenq; de nostra latitudine breues sibi commentariolos facere: qui tamen pleno intellectu non sufficient. Neq; enim simplex à prophetis historia, & gestorũ ordo narratur, sed ænigmatum plena sunt omnia: aliudq; in uerbis sonant, aliud tenetur in sensibus: ut quæ æstimaueris plana & inoffensa currere lectione, sequentium rursum obscuritatibus inuoluantur. Verum tempus est ut finem imponam uolumini prophetali: in cuius expositione si prolixior solito fuero, extremis partibus concedendum est, quas diuidere nolui, ne librorum numerus augeretur.

COMMENTARIORVM
Hieronymi in Esaiam prophetam
Liber decimusoctauus.

CAP. LXV.

Væ sierunt me qui ante me non interrogabant, etc.] Ad orationem populi mixtã querimonijs, in qua dixerat: Quare nos errare fecisti dñe de uia tua: indurasti corda nostra, ut non timeremus te. Respõdit, ut ludæi uolunt, deus pater: ut nos probamus, dominus atq; saluator: intantum non sum rigidus & crudelis, qui malo pœnitentiã peccatoris quàm mortẽ: nec repello filios pœnitentes, qui tamẽ sui nominis seruauerint dignitatem: ut etiam alienos saluare uelim. Qui enim me non quærebant, nec dicere poterãt, quem scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum: ipsis apparui, de quibus & alibi propheta testatus est: Quibus non est annunciatum de eo, audient: & qui non audierunt, intelligent. Vos autem qui legem dei die ac nocte meditamini frustra iactatis pœnitentiam, cuius opera non facitis. Vnde Euangelistæ & Apostoli, semper aduentum domini, ueteris testamenti cupientes testimonijs roborare, dicebant: Vt impleretur quod dictum est per prophetam. Centurio dominum non quærebat, & audiuit à domino: Neque in Israel tantam fidem inueni. Syrophœnissa mulier prophetarum eloquia nesciebat, & domini uoce laudatur: O mulier, magna est fides tua. Regulus, qui Græce dicitur βασιλικός, quem nos de aula regia rectius interpretari possumus palatinum: non solum filij, sed uniuersæ domus suæ reperit sanitatem. Quod autem iuxta Hebraicum dicitur: Quæsierunt me qui ante non interrogabant, ad eundem sensum refertur: ut prius dei notitiam non habentes, postea quærant dominum, & cum reuelatione cognoscant: qui & Paulo dum ecclesiam credentium persequitur, reuelatus est. Et apostolo Petro ait: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauerunt tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Hunc quærebat & Moyses loquens deo: Si inueni gratiam apud te, ostende te mihi manifeste, ut uideam te. Maiores diuitias thesauris Aegypti, Christi opprobrium præstolans, dum remunerationem desiderat futurorum: & inuisibilem deum quasi uideret, animo contemplabatur. De eo & in psalmis legitur: Spes omnium finium terræ, & in mari longe. Et in Genesi: Ipse erit expectatio gentium. Quod & sequitur: Dixi, ecce ego sum: ad gentem quæ non inuocabat nomen meum, illi sensui conuenit: Qui est, misit me ad uos. Cum in forma dei esset, non est rapinam arbitratus æqualem se esse deo, & cætera. sed totius mundi prouocans gentes, unam fecit sui nominis gentem Christianorum.

Supra 63.d
Exec. 33.c
Ioan. 1.f
Esaiæ 53.d
Matt. 1.d
Luc. 7.a
Mar. 7.c
Matt. 15.c
Ioan. 4.f
Act. 9.a
Matt. 16.c
Exo. 33.c
Psal. 64.b
Gen. 49.b
Exo. 3.d
Phil. 2.a

CAP. LXV.

Apparui non quærentibus me: inuentus sum ab his qui me nõ interrogabãt. Dixi: Ecce ego in gẽte quæ non inuocauit nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum & cõtradicentem: qui non ambulauerunt in uia bona, sed post peccata sua. Populus

b ¶ Expandi manus meas, etc.] Hoc quod supra dictum est: Apparui his qui me non interrogabant: inuentus sum ab his qui me non quærebant, apostolus Paulus scribẽs ad Romanos, cum sub D
persona gentium expositurus esset, adiecit: Ad Israel autem dicit: Expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem: qui cum beneficijs domini uinceretur, & ultra hominem signa conspiceret, loquebatur: Iste non eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et iterum: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Et rursum: Cum sis homo, facis te deum. Et alibi: Iste homo non est à deo, qui sabbatum non custodit. Et multa alia, quę longum est texere. Denicq; cum ille in cruce extenderet manus ad populum non credentem, & diceret: Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt. Illi è regione dicebant: Vah qui destruit templum, & in tribus diebus ædificat illud, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest. De hoc & Simeon in ulnis tenens paruulum prophetabat: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Romæ ludæi loquuntur ad Paulum: De secta hac notum est nobis, quod ubique ei contradicatur. Possumus expansas manus & in largitate donantis accipere, quod nihil eis perennibus denegarit: sed statim roganti leproso reddiderit sanitatem: Et cæcus à natiuitate acceperit oculos: Et esurientia in deserto, exceptis pueris ac mulieribus, populorum saturata sunt milia. Significant expansæ manus, & parentis clementiam, suos filios in sinu recipere gestientis. Qui è contrario ambulauerunt in uia non bona, & sequuti sunt cogitationes suas. Quibus dominus loquitur per prophetã: Auerte pedem tuum à uia aspe

Luc. 23.e
Matt. 27.e
Luc. 2.e
Matt. 8.a
Ioan. 9.a
Prou. 4.d

A ra.Dilexerãt enim alienos, & instar meretricis dixerãt:
Oſee 2.a Vadã post amatores meos. Et relinquẽtes uiam bonã,
Ioan. 14.d quæ dicit in Euãgelio:Ego sum uia, ambulauerunt per
Matt. 7.f lata & spaciosam uiã, quæ ducit ad mortẽ: & secuti sunt
Psal. 18.d cogitationes suas, quas propheta deuitãs, dñm depre-
cat: Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei nõ fuerint dñati, tunc immacu-
Rom. 1.d latus ero. Et Apostolus eos q non habuerunt notitiã dei, tradi docet reprobo sensui & operib. malis: ut faciãt ea quæ nõ conueniũt. Nos aũt psalmi-
Psal. 138.d stæ uoce dicamus: Deduc me in uia rectã.

a ¶ Populus qui ad iracundiã prouocat me, ante faciẽ meã semper, etc.] Dicẽte
Exo. 20.a dño: Non facies tibi idolũ, neq; similitudinem omniũ quę in cęlo sunt, & quæ super terram. Et per Moysen increpante: Facientes irritauerunt me in dijs alienis, & ab abominationibus suis me ad amaritudinem prouocauerunt. Immolauerunt dæmonijs, & non deo. Illi studio delinquendi quasi irritarent & prouocarẽt deum: non solum fecerunt quod non licebat: sed iugiter semper-
B q; fecerunt, peccantes in conspectu domini, cuius oculis cuncta patent, uel in templo eius idolis hostias immolantes. Ac ne quid uero deesset sacrilegio, immolabant in hortis, & adolebant thura super lateres: iungẽtes idolatriæ luxuriam, & sacrificijs uoluptatem: & pro uno altari quod impolitis lapidibus dei erat lege constructum, coctos lateres & agrorum cespites, hostiarum sanguine cruentabant. Hoc dictum sit iuxta literam: alioquin secundum intelligentiam spiritualem, omnis hæreticus **ad iracundiã** prouocat dominum, & in falsitate dogmatũm suorũ offert immunda sacrificia nequaquã firma & mansura perpetuo, sed instar hortorũ ad bre-
Supra 40.b ue uirentia, carnis delicijs prouidens. Cui dicitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit, uerbum aũt dñi quod in
3 Reg. 21.a ecclesijs prædicatur, permanet in æternum. Hos hortos ex uinea sua nolens fieri Naboth, Achab impijssimo regi sanguinem fundit. Neq; enim congruũ erat ut pater natus periret hæreditas, & excisis uineis, quæ afferunt fructum, qui lætificat cor hominis: in loco uirtutũ, deliciarum atq; uitiorũ olera nascerentur. Fertur sapientissimi apud Græcos merito celebrata & laudata sententia: Qui omnes seculi uoluptates & pompã mundi atq; luxuriam celeriter transeuntẽ, hortos Adonidis uocat. Sacrificant quoq; hæretici super lapides, quando errores suos & exquisita mẽdacia, dialectica nituntur arte firmare, & in quadrum extruere, & ἐγκονίοις, ut aiũt, πλίνθοις, id est, fecti in latere puluris atq; descripti lineis roborare. Quod aũt in Septuaginta legitur: Dæmonibus qui non sunt: & in Hebraico non habetur, illo sensu accipiendum: quod iuxta literam & iuxta spiritũ, nec dæmonia subsistant: quia iam à deo, qui uere est, excederunt: nec sectæ hæreticorũ, quæ nullam retinent ueritatem, fed in umbrarũ similitudinẽ transeũt atq; intereũt.
Hester 14.c Vnde & Hester loquitur ad dñm: Ne tradas hæreditatẽ tuam his qui non sunt. Et sanctus precatur in Psalmo:
Psal. 28.c Ignosce mihi ut refrigerer priusquã abeam, & ultra nõ subsistam. Qui enim dum in hoc uiuit corpore, ueniã peccatorũ nõ fuerit consecutus: & sic de uita excesserit, C deo perit, & esse desiit: licet sibi subsistat in pœnis.

b ¶ Qui habitãt in sepulchris & in delubris idol. etc.] Nihil fuit sacrilegij q̃ Israel ppũs prætermitteret: nõ solũ in hortis immolans, & super lateres thura succendẽs: sed sedes quoq; uel habitãs in sepulchris, & in delubris idolorũ dormiens: ubi stratis pellib. hostiarũ incubare soliti erãt, ut somnijs futura cognoscerẽt. Q̃d in phano Aesculapij usq; hodie error celebrat ethnicorũ multorumq; aliorũ, quæ nõ sunt aliud, nisi tumuli mortuorum. Nec hoc erant impietatis fine contenti, sed porcorũ Leuit. 11.d quoq; carnib. uescebant, quod lege prohibitũ erat: & ius hesternũ q̃d Græci uocãt ἔωλον auidis faucibus deuorabãt. Vnde tam ipsi q̃ uasa eorũ immunda erãt: & in tantũ procacitatis ac superbię argumẽta capiebant: ut quicunq; nõ simili duceretur errore, cum arbitrarentẽ immundũ, contactumq; eius fugerẽt: quemadmodũ Samaritani & Iudæi nobis faciũt, omnesq; hæretici: quales nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullularũt: qui basilicas martyrũ declinãtes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quasi immũdos fugiũt. Hoc aũt non tam illi faciũt, q̃ habitantes in eis dæmones: fortitudinem & flagella sancti cineris non ferentes. D Quis aũt hæreticorũ nõ requieſcit in memorijs, nõ dormit in specubus magistrorum? Qualis fuit Marcion & Valentinus: & nuper Eunomius, mẽtis immunditiam leprosa carne contestans: qui Iumẽ sancti spiritus relinquẽtes, & in cœnaculum in quo apostoli uersabant, in diaboli tenebris cõmorant & speluncas diligunt: quas Hieremias mystico sermone condemnat: Facta est hæreditas mea quasi spelunca ὑαίνης: quam nostri hyænam uocant: quod animal semper cadauera persequit, & uiuit succo ac sanie corporum mortuorũ. Aduersum hos qui habitant in speluncis, & Habacuc lamentabili uoce dicebat: Væ qui potũ dat proximo suo potionis turbidæ, & inebriat eũ ut respiciat ad speluncas suas. De his speluncis & dñs loquebatur: Scriptũ est, domus patris mei domus orationis uocabitur: uos autẽ fecistis eam speluncam latronũ: in quibus animas interficitis deceptorum, ut nõ uideatis in eis uisiones. De quibus idem saluator ait: Ego uisiones multiplicaui, & in manib. prophetarum assimilatus sum. Et alius ad eum: Locutus es inquit, in uisione filijs tuis, sed somnijs creditis & phantasmatibus, quibus præcepit dñs non esse credendum. Isti porcorũ carne uescunt, de quibus dicitur: Ne miseritis margaritas uestras ante porcos. Et ius prophanũ comedunt, quod in libris eorũ hæretica arte conditum est: Quorũ uasa immunda sunt omnia, tam scilicet corpora quam doctrinæ: & in tantam dementiam ueniũt, ut quicunq; eorum non fuerit similis, cum quasi perditum detestentur. *c ¶ Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scriptum est, etc.*] Propter opera uestra, & incredibilem mentis arrogantiã: ut inmundi, mundos putareris immundos: eritis fumus, ignis ardens, qui de meo furore succensus est, Furorem autem, obliuionẽ, irã, pœnitudinẽ, ita in deo debemus accipere: quomodo pedes, manus, oculos, aures, & cætera membra quæ

A quæ habere dicit incorporalis & inuisibilis deus. Non quo his pateat perturbationibus, q̃ eas dono gratię suę extingit in nobis, sed quo p̃ nostra uerba, dei erga nos intelligamus affectũ. Neq; enim ira, quę est ultionis libido, ita definit in deo, ut in hominibus: quæ materiã habet in nostris uitijs,
Rom. 2.d nõ in dñi uoluntate: q thesaurizamus nobis irã in die irę, & reuelationis iusti iudicij dei: ut tribulos nostros & spinas & zizania quę pro semine dei attulimus: ligna quoq;, fœnũ & stipulã quæ sup
1 Cor. 3.c fundamentũ Pauli ędificauimus, sapiens
Deut. 32.c flamma cõsumat. De hoc igne perpetuo, & in Moysi cantico legimus: Ignis accẽsus est de furore meo & ardebit usq; ad infernũ deorsum. Deuorabit terrã & genimina eius: cõburet fundamenta montiũ, et sagittę meę consumẽt eos. Cuius testimonij sensus est, quod ignis dei atq; uindicta, semper ardeat peccatori-
Luc. 16.c bus, & eos usq; ad inferos persequat. Qualis erat & dives ille in Euangelio purpuratus, qui requiescente Lazaro in sinu Abraham, æternis torquebat ardoribus.
B Terrã quoq;, id est, carnẽ nostram: & genimina eius, id est, carnis desideria, eadem flamma comburet: & fundamenta montiũ quæ se eleuant contra scientiã dei. Ipsos quoq; montes dei iacula disperdent: ut humiliati in pœnis, montes esse desiſtant. Ecce, inquit, scriptũ est coram me. Omnia enim nostra peccata dei patent oculis: & in his scripta sunt libris, de quibus in Daniele legimus:
Dan. 7.c Throni positi sunt, & libri aperti sunt. De quib. in alio
Supra 42.c loco dicitur: Super terram scribantur, & nequaq̃ ultra reticebit. Qui prius dixerat, tacui: nunquid semper tacebo dicit dñs? sed reddet unicuiq; quod operatus est in sinu eius, hoc est, in cordis arcano: ut eos propria tor-
Oſee 7.d quet conscientia. De qua & Oſee propheta uaticinat: Cadent in gladio principes eorũ propter indisciplinationem linguæ eorũ. Hæc est detractio ipsorũ in sinu eorũ, quæ de uniuscuiusq; corde procedit. Simile quid & in
Prou. 5.d Prouerbijs scribitur: In sinu reddunt suo iniquis omnia. Qui sinus propter animæ principale, alio nomine
Ezech. 9.b appellat caput: Vias eorũ dedi in capita eorũ. Et alibi:
Psal. 7.d Conuertet dolor eius in caput eius, & super uerticẽ illius iniquitas eius descendet. Est aũt & bonus sinus qui sanctitate fruetur conscientiæ, de quo psalmista dicebat:
Psal. 34.b Et oratio mea in sinum meũ conuerterur. Intelligitur sinus in quemlibet & affectus atq; dilectio, quãdo ad maritum sermo dirigitur uxoris, quæ est in sinu tuo, & ad
Luc. 16.c parentem adducẽt filios meos in sinu. Vnde & omnes qui patrem habent Abraham, & uirtutum eius similes esse meruerunt, requiescunt in sinu eius. Neq; enim patres, quorũ nunc iniquitates nobis & peccata reddun-
Exo. 20.d tur, eos debemus accipere, de quorũ semine nostra nata sunt corpora. Alioquin & ipse Moyses q̃ dixerat: Peccata patrũ filijs esse reddenda in tertiã & quartam generationẽ his qui oderunt deum, interpretatur sententiam
Deut. 24.c suam dicens: Non morient filij propter peccata patrũ: sed unusquisq; in suo peccato morietur. Eandẽ Ezechiele
Ezec. 18.d approbante sententiã, quod nequaq̃ dicatur illa parabola: Patres uuã acerbã comederũt, & dentes filiorũ obstupuerũt. Sed eius tantũ dentes obstupescere, q̃ comederit, & perire animã peccatricẽ, nec externa luere peccata. Ex quo intelligimus uel in bonã partẽ uel in cõtrariam, eos accipiẽdos patres: quibus unusquisq; apponit cũ de hac uita excesserit. Sacrificauit aũt super mõtes & colles Israel, qñ in Bethel Oſee 4.c et Dan aureos uitulos posuit. Et exprobrauit deo sup̃ præceptis suis, dũ eius neglexit ceremonias, & cultũ dei dæmonib. tribuit, quorũ opera redden da sunt in sinu eorũ. Omnisq; hæreticus contẽnens ecclesiasticã simplicitatẽ, sacrificat in mõtib. & exprobrat deo, dũ eius præcepta cõtẽnit. *d ¶ Hæc dicit dominus, etc.*] Dixerat dñs Israel esse periturũ, & omnia peccata illius suis patere cõspectibus, & redditurum se opera singulorum in sinu eorum. Post hæc infert similitudinẽ, & comparationis exemplũ, quo doceat unumquemq; suo perire peccato: & etiã si peccãtium sit plurima multitudo, unum iustum cunctorum uitio non perire. Si quis, ait, D in botro & uua, quæ ad maturitatem peruenire nõ potuit: & acescentes attulit fructus, uel aliquo aeris ac terræ corrupta est uitio, unũ granũ reperit illæsum, quod spem habeat adhuc maius fieri, & ad maturitatem solitam peruenire, dicat alteri: ne tangas illud, sed dimitte ut crescat, quia benedictio domini est, ut in tanta acinorum multitudine solum euaderet siccitatẽ: Sic, inquit, de Iudæorum innumerabili multitudine quæ offendit deum, si paucos iustos inuenero, liberabo eos de interitu plurimorum. Et hoc faciam propter seruos meos Abraham, Isaac & Iacob, ad quos facta est repromissio: siue propter eos qui inter plurimos peccatores seruiũt mihi. Tale quid & in Genesi legimus, quando de quin-
Gen. 18.d quaginta usq; ad decem paulatim quæruntur iusti, qui de peccato liberent ciuitatẽ: & Lot de Sodomis cum filiaIbid. 19.f bus suis solus iustus eripitur. De quo in canonica epi-
2 Pet. 2.b stola scribitur: quod cruciaret anima ipsius uidẽtis nefanda cõmitti, & animæ iudicium corporis habitudine demonstraret. Enoch quoq; inter peccantiũ plurimam multitudinẽ solus raptus ad deum est. Et Noe cum libe-
Gen. 5.b ris suis propter declinantẽ omnem carnem à dñi seruiIbid. 7.d tute, diluuiũ delere nõ potuit. Sed & Abraham de igne Chaldæorũ, fidei integritate seruatus est. In quem sensum & Hieremiæ uerba ex persona dñi dicentis consentiunt: Quasi calidum in deserto, inueni Israel cum occisis gladio. Cum enim, inquit, omnis mundus idololatriæ gladijs uulneratus iaceret exanimis, inueni Israel in Abraham habere calorẽ fidei: quasi medicus, q̃ post prælium inter cadauera mortuorũ: ubi quem senserit pulsantibus uenis aliquid habere uitale, adhibet curã uulneribus ut restituat sanitatẽ. Pro eo quod scriptum est ὡς θέρμος, hoc est quasi calidum: Latinus interpres uerbi ambiguitate deceptus, lupinũ interpretatus est, in quo & Græcorum pleriq; errant, & tamen sciendum in Hebraico pro calore scriptum esse חמר quod interpretatur gratia: quod scilicet gratia dei, & non merito

A operum suorū saluatus sit Israel. *a* ¶ *Et educā, etc.*] Quē
Supra 65.b supra uocauit granū botri siue acinū, aut (ut multi uo-
lunt) racemū: hunc nūc appellat semē Iacob & Iuda, qui
Gen. 49 possidebat mōtes siue montē eius. Semen Iacob & Iuda,
plerique Christū intelligūt, de quo in Genesi dicit: Iuda te
laudabunt fratres tui,
&c. Nulli enim dubiū
quin saluator de Iudę
stirpe gñatus sit. Alij
aūt apostolos intelli-
gi uolūt, de quib. sępe
Supra 10.c diximus: Reliquiæ sal
Rom. 9.f uæ erūt. Et: Nisi dñs sa
Supra 1.c baoth reliquisset no-
bis semē, quasi Sodo-
ma essemus, & similes
Gomorræ fuissemus.
Isti possederūt montē
dñi conscięntia habitā-
tis in se Christi, loquē
Heb. 12.f tes: Accessimus ad Si
on montē, & ciuitatē
dei uiuētis Hierusalē
cœlestē. Siue montes
eius, de quib. in psal-
Psal. 124.a mis canit: Montes in
circuitu eius, et dñs in
circuitu ppli sui. Et:
Psal. 86.a Fundamenta eius in
montib. sanctis. Possidebūt aūt Sīō electi dñi, & inhabi-
tabunt in ea serui eius. De quibus in eodem uolumine
Psal. 104.a scribitur: Semē Abrahā serui eius, filij Iacob electi eius.
Quicunq; ergo adhuc semen est, nec formatus in filiū:
iste seruus est domini, cui dicit in Euangelio: Scio quia
B semen Abrahæ estis, sed necdum filij. Si enim semen es-
Ioan. 8.c sent Abraham, opera utiq; Abraham facerent. Qui aūt
filius, iste & electus est domini. Vnde electus possidet
Hierusalem, & serui habitant in ea: & de filiorum ac ser
uorum differentia dicitur: Non accepistis spiritū serui-
tutis iterum in timorem, sed spiritū adoptionis. Et erūt,
inquit, campestria siue saltus in caulas gregū. Pro cam-
pestribus in Hebræo שָׁרוֹן ponitur. Omnis regio circa
Lyddam, Ioppen & Iamniam apta est pascendis gregi-
Act. 9.f bus. De quo & in Actibus apostolorum scriptum est:
Saltus autem uertentur in ouilia, iuxta illud quod in
Psal. 28.b psalmo canitur: Vox domini perficiētis ceruos, & reue
labit saltus siue condensa syluarū: ut latrones ibi latita-
re desistant, & bestię uenenatæq; animalia, & loca quon
dam insidiarum & sanguinis, in ecclesias domini tran-
seant, & pascant ibi greges ab eo, qui posuit animā pro
Ezec. 34 ouibus suis. De quo scriptū est: Ipse pascet nos in secu-
la. Ista uox dñi perficiens ceruos, & reuelans condensa
Matt. 3.c syluarum, per Ioannem clamabat in eremo: Iam secu-
ris ad radicē arborum posita est. Omnis arbor quæ nō
facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.
Luc. 3.a Et iterum: Omnis uallis implebitur, de qua & nunc di-
citur: Et uallis Achor in cubile armentorum, & in re-
quiem populo meo qui requisierūt me. De qua & in li-
Iosue 7.d bro Iesu filij Naue legimus, ꝙ ibi interfectus sit Acham,
qui furatus est de anathemate, & de spolijs Hiericho, &
cum omni domo sua interfectus: atq; ex eo quod turba
עָכוֹר uerit populum, locus ipse in quo hoc accidit, Achor, id
est, turbationis ac tumultus nomen accepit. Vallis igi-
tur Achor, in qua quondam maledictio fuit atq; suppli
cium, erit in armentorum requiem. Quæ Paulus edisse
1 Cor. 9.b rens, ait: Nunquid de bobus cura est deo? an utiq; de
nobis dicit: Quia debet in spe qui erat, arare: & qui te-
rit areā, terere eam in spe ut participetur. De hac ualle &
Osee 2.c in Osee mystice scriptum est: Loquar ad cor eius, haud
dubiū quin Hierusalē: & dabo possessores illius inde, & C
uallē Achor, ut aperiat intelligentiā illius. Idcirco enim
uallis Achor in possessionē tradit armētorū populi dei,
& saltus uertunt in caulas gregū, ut aperiat intelligētia,
& dñi ueritas cognoscat. *b* ¶ *Et uos qui, etc.*] In locis quō-
dam syluestribus atq;
turbarū, in locis genti
liū erunt caulæ ouiū:
id est, ecclesiæ de toto
orbe credentiū. Vos
aūt, ô populе Israel, q
dereliquistis dñm, &
ad iracūdiā prouoca-
stis sanctū Israel: qui
obliti estis montē san
ctum eius, de quo cre
bro diximus, uel do-
minū saluatorē, qui
montium mōs est, &
sanctorū montiū sanc-
tus: uel montē Sion,
& ciuitatē dei uiuētis
Hierusalem cęlestem:
qui hæc & hæc facitis,
tradam gladio: ut om
nes interfecti, pariter
corruatis. Qui sit gla-
dius, dicemus postea.
Ponitis, inqt, fortunæ
mensam, & libatis super eā. Siue iuxta Lxx. Paratis for-
tunæ mēsam, & impletis dęmoni poculū, aut κέρασμα,
qđ oēs similiter transtulerūt: id est, mixtā potionē. Est
aūt in cūctis urbibus, & maxime in Aegypto, & in Ale-
xādria idololatriæ uetus cōsuetudo: ut ultimo die anni
& mensis eius qui extremus est, ponant mensam refer- D
tam uarij generis epulis, & poculum mulso mixtū: uel
præteriti anni uel futuri fertilitatē auspicantes. Hoc au-
tem faciebant & Israelitæ, omniū simulachrorū porten-
ta uenerātes: & nequaq̄ altari uictimas, sed huiuscemo-
di mensę liba fundebant. Quodq; Lxx. transtulerunt,
τῷ Δαιμονίῳ, id est, dæmoni: in Hebraico habet גד
quod Symmachus interpretatus est absq; me, ut sit sen-
sus: Qui paratis fortunæ mensam, & impletis absq; me
potionem: ut doceat nō sibi fieri, sed dæmoni. Gladius
aūt quo interficiunt, pro supplicio accipit. Neq; enim
omnis populus Israel gladio traditus est: quorū uide-
mus quanta milia in toto orbe dispersa sint: sed pœnis
atq; cruciatibus, captiuitati & ultimæ seruituti: iuxta il-
lud quod alibi dicitur: In gladio morientur omnes pec
catores populi mei: & in Deuteronomij cāntico: Inebria- *Deut. 32.f*
bo sagittas meas in sanguine, & gladius meus comedet
carnes uulneratorū. Haud credibile esse potest, sagittas
dñi inebriari sanguine, & gladiū illius uulneratorū sa-
turari carnibus. De his sagittis quæ Iob per singula ho-
rarū momēta pungebant loquit: Sagittæ dñi in corpo- *Iob 6.c*
re meo sunt: quarū furor ebibit spiritū meū: cum enim
cœpero loqui, stimulant me. Iuxta tropologiā aūt hoc *Tropol.*
dicendū est, ꝙ omnes qui ecclesiam deserunt, & obliui-
scunt montē sanctū dei, & se tradūt spiritibus erroris, &
doctrinis dæmoniorū: isti parāt fortunæ mensam, nihil
ad deum pertinere credentes: sed uel stellarū cursu, uel
uarietate fortunæ omnia gubernari: quos Paulus incre
pat, dicens: Non potestis mensę domini participari, & *1 Cor. 10.c*
mensæ dæmoniorū. Non potestis calicem domini bibe
re, & calicem dæmoniorū: quia æternis tradentur sup-
plicijs, ita ut nullus eorū cædem & ruinā possit euade-
re. *c* ¶ *Pro eo quod uocaui, & nō, etc.*] Gladio, ait, estis tra-
diti: quia non solum reliquistis me, & obliti estis mei, &
fortunæ poculū miscuistis, sed cum essem Emmanuel,
id est

A id est, nobiscū deus, de quo & Ioannes scribit: Verbū
Ioan. 1 caro factū est, & habitauit in nobis: præsens uos uoca-
Hiere. 3.c ui: Reuertimini ad me filij reuertentes. Et: Venite ad me
Mat. 11.d oēs qui laboratis & onerati estis, & respondere nolui-
Mar. 14 stis. Loquutus sum in parabolis, & omnia feci quæ face
re debui, & non audi
stis me, imō & cōtem
Supra 50.a pnistis. Ego enim sum
q & supra dixi: Veni,
& non erat homo: uo
caui, & non erat qui
obediret. Nec uobis
hæc sufficiebat impie
tas, ut me præsentem
cōtemneretis, & mis-
sum ad uos occidere
tis hæredē, sed fecistis
malum in conspectu
meo, & quę nolebam
elegistis, & blasphe-
mastis filiū dei, ut pe
teretis uobis Barra-
bam latronē, homici
dij & seditionis auto
rem, & adhuc aude-
Supra 62.a tis dicere: Quare nos
Supra 65.a errare fecisti à uia
tua? Si enim qui me
nesciebant inuenerūt
me, & qui me nō inuocabant, susceperunt me, quibus
uos digni estis cruciatibus, qui missum ad uos atq; di-
Mat. 15.c centē: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel, su
scipere noluistis, sed insuper affixistis cruci? Cōsideran
Esa. 65.c dū quid significet quod aīt: Et quæ nolebā elegistis, aut
B quæ sit uolūtas filij dei, qui loquit in euangelio: Nō om
Mat. 7.c nis qui dicit mihi: dñe dñe, ingredietur in regnū cœlorū,
sed qui facit uoluntatem patris mei qui est in cœlis. De
Psal. 39.b qua & ipse dicit deus: Vt facerē uolūtatē tuā uolui. Hæc
Act. 13.d est uolūtas, de qua & ipse dñs loquebat: Inueni Dauid
Psal. 142.c filiū Iesse, uirū iuxta cor meū, qui faciet omnes uolun-
tates meas. Vnde & sanctus precatur & dicit: Doce me
ut faciā uoluntatē tuā, quia deus meus es tu. Omnia e-
2 Cor. 6.c nim licent, sed non omnia expediunt. Et de uirginibus
Ibid. 7.c narrat Apostolus se dñi non habere præceptū, uulc tā-
men nos esse sicut seipsum. Ex quo ostēdit nequaq̄ in-
dulgētiā magistri secūtandā esse, sed uoluntatē, & ea nos
debere eligere quæ expediunt, non quæ licent: ut illud
Tit. 2.a est de digamia. Volo adolescētulas nubere, filios pro-
creare, matres familiās esse. Ponitq; causas, cur ista con
cedat. Iam enim quædā abierunt retro post satanā. Er-
go non est uoluntas pura secundi matrimonij, quę for
nicatiōis cōparatione uilescit. *a* ¶ *Propter hoc, etc.*] Non
solū gladio corruetis uos qui dereliquistis dñm, & feci
stis malū in cōspectu eius, & præsentē noluistis audire,
sed multū inter uos & gentiū multitudinē cernetis dif-
ferentiā. Illi enim qui serui erunt mihi, comedent & bi-
bent, lætabuntur & laudabunt præ exultatione cordis.
Vos aūt ecōtrario, esurietis atq; sitietis, cōfundemini &
præ dolore cordis & contritione spiritus ululabitis.
Quæ omnia χιλιασταὶ in mille annis putāt esse cōplen
Ioan. 6.d da, cibū & potū, regnū dei esse credentes, nec intelligen
tes illud quod scriptū est: Operamini non cibū qui pe
rit, sed panē uitæ & ueritatis, & carnē Christi, & fructū
ligni uitæ comedere cupientes. De quo saluator loqui-
Prou. 20.b tur: Ego sum panis qui de cœlo descēdi. Et Ecclesiastes:
Psal. 36.e Aperi oculos tuos & saturare panibus. Et psalmista: Iu
uenis, inquit, fui & senui, & nō uidi iustū derelictū, neq;
semē eius quærēs panē. Tota die misereтur & fœnerat,
& semen eius in benedictione erit. De isto pane & con-
c

uiuio spirituali discipulos instruebat: Vos qui perseue C
rastis mecū in tentationibus meis, edetis in mensa pa- *Luc. 22.c*
tris mei in regno cœlorū. Quod si de simplici pane ac-
cipiamus, quō illud explanare poterimus: Nō interfi-
ciet fame dñs animā iustā, Et iterū: Cognoscit dñs uias *Psal. 36.c*
SEP. audistis, loquut⁹ sum, & cōtēpsistis, & fecistis ma
lū in cōspectu meo, & quæ
nolebā elegistis. Propterea
hæc dicit dñs: Ecce serui
mei comedent, uos autem
esurietis. Ecce serui mei bi-
bēt, uos aūt sitietis. Ecce ser
ui mei gaudebūt, uos autē
confundemini. Ecce serui
mei exultabunt in gaudio,
uos aūt clamabitis propter
dolorē cordis uestri, & pp-
pter cōtritionē spiritus ue-
stri ululabitis. Relinquetis
eī nomē uestrū in saturi-
tatem
HEB. respondistis: loquu-
tus sum, & nō audistis: sed
fecistis malū in oculis meis,
& quæ nolui, elegistis. Pro-
pter hoc hæc dicit domi-
nus deus: Ecce serui mei
comedent, & uos esurietis.
Ecce serui mei bibēt, & uos
sitietis. Ecce serui mei læta-
buntur, & uos cōfundemi
ni. Ecce serui mei laudabūt
præ exultatione cordis, &
uos clamabitis præ dolore
cordis, & præ cōtritiōe spi-
ritus ululabitis. Et dimittē-
tis nomē uestrū in iuramē-
to ele-
me, & qui me nō inuocabant, susceperunt me, quibus
uos digni estis cruciatibus, qui missum ad uos atq; di-
centē: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel, su
scipere noluistis, sed insuper affixistis cruci? Cōsideran
dū quid significet quod aīt: Et quæ nolebā elegistis, aut
B quæ sit uolūtas filij dei, qui loquit in euangelio: Nō om
nis qui dicit mihi: dñe dñe, ingredietur in regnū cœlorū,
sed qui facit uoluntatem patris mei qui est in cœlis. De
qua & ipse dicit deus: Vt facerē uolūtatē tuā uolui. Hæc
est uolūtas, de qua & ipse dñs loquebat: Inueni Dauid
filiū Iesse, uirū iuxta cor meū, qui faciet omnes uolun-
tates meas. Vnde & sanctus precatur & dicit: Doce me
ut faciā uoluntatē tuā, quia deus meus es tu. Omnia e-
nim licent, sed non omnia expediunt. Et de uirginibus
narrat Apostolus se dñi non habere præceptū, uulc tā-
men nos esse sicut seipsum. Ex quo ostēdit nequaq̄ in-
dulgētiā magistri secūtandā esse, sed uoluntatē, & ea nos
debere eligere quæ expediunt, non quæ licent: ut illud
est de digamia. Volo adolescētulas nubere, filios pro-
creare, matres familiās esse. Ponitq; causas, cur ista con
cedat. Iam enim quædā abierunt retro post satanā. Er-
go non est uoluntas pura secundi matrimonij, quę for
nicatiōis cōparatione uilescit. *a* ¶ *Propter hoc, etc.*] Non
solū gladio corruetis uos qui dereliquistis dñm, & feci
stis malū in cōspectu eius, & præsentē noluistis audire,
sed multū inter uos & gentiū multitudinē cernetis dif-
ferentiā. Illi enim qui serui erunt mihi, comedent & bi-
bent, lætabuntur & laudabunt præ exultatione cordis.
Vos aūt ecōtrario, esurietis atq; sitietis, cōfundemini &
præ dolore cordis & contritione spiritus ululabitis.
Quæ omnia χιλιασταὶ in mille annis putāt esse cōplen
da, cibū & potū, regnū dei esse credentes, nec intelligen
tes illud quod scriptū est: Operamini non cibū qui pe
rit, sed panē uitæ & ueritatis, & carnē Christi, & fructū
ligni uitæ comedere cupientes. De quo saluator loqui-
tur: Ego sum panis qui de cœlo descēdi. Et Ecclesiastes:
Aperi oculos tuos & saturare panibus. Et psalmista: Iu
uenis, inquit, fui & senui, & nō uidi iustū derelictū, neq;
semē eius quærēs panē. Tota die misereтur & fœnerat,
& semen eius in benedictione erit. De isto pane & con-

b ¶ *Et dimittetis nomen uestrum in iuramento electis meis, etc.*]
Pro πλησμονῆς, id est, saturitate, quæ Hebraicè dicitur
שְׂבִיעָה cæteri iuramentū interpretati sunt, quod uerbū
multas habet intelligentias, & pro diuersitate accen-
tuum uariatur. Intelligitur enim & iuramentū, & satu-
ritas, & sarietas, & plures, & septē. De quo in libro Ge-
neseos diximus, & in hoc uolumine, ubi septem mulie *Supra 4.a*
res apprehenderunt unum uirū. Rursum pro eo quod
Lxx. transtulerunt: τὸν ἀληθινόν, id est, uerū, & in He
braico dicitur אֱמֶת Aquila uertit πεπωρωμένος, id est, fi-
deliter. Quod aūt dicit, hoc est: alijs in uestrū succeden
tibus locū, nomē uestrū erit in iuramentū electis meis,
ut pro malorū exēplo uos habeant & detestent talia su
stinere, & iurent sic: nō hæc patiar quæ passus est popu
lus Iudæorū. Siue nomē uestrū erit in satietatē: quod in

his dicit solet, quorũ odiosa est recordatio & memoria, & qui usq; ad saturitatẽ nauseaq; uenerũt. Vel certe hoc dicendũ, q̃ nomẽ suũ derelinquãt electis dñi, ut pro illis gentiũ turba succedat, & ipsi appellent filij Abrahã & Israel. De quibus Paulus loquit: Pax super eos, & super Israel dei. Neq; enim qui ex Israelitis sunt Israel, nec qui semen Abrahã oẽs filij, ad quos dicit: Si filij estis Abrahã, opera Abrahã faceretis. Et quia semẽ sunt Abrahã, & nõ filij, de quorũ differẽtia supra diximus: Propterea increpat eos baptista Ioannes, dicẽs: Et ne uelitis dicere, patrẽ habemus Abrahã, potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Quõ enim possunt huius esse filij, qui dixerunt ligno & lapidi, tu genuisti me: Cum econtrario, q̃ ex fide sunt, hi appellent filij Abrahæ? Vos autẽ, inquit, interficiet dominus, ut nequaq; appellemini circumcisio, sed concisio: ut uita careatis æterna ut non habeatis eum qui dicit: Ego sum uita: Seruos autẽ, ait, suos uocabit nomine alio, siue nouo, quod in toto orbe celebratur. Et erit benedictũ, in tantũ, ut qui illo nomine fuerit appellatus, benedicatur in domino, & signum ueræ circumcisionis accipiat amen. Quo sæpe in approbationem eorum quæ dicta sunt, dominus utitur in euangelio: Amen amen dico uobis. Nomen autẽ nouũ siue aliud, nullum est, nisi quod ex Christi nomine deriuatur, ut nequaq; uocetur populus dei Iacob, & Iudas, & Israel, & Ephraim, & Ioseph, sed Christianus. Quicunq; enim iurauerit in terra, nequaq; iurauerit in idolis & falsis dijs, sed in deo: quæ sententia rursum, amẽ signaculo comprobatur. Porrò iuxta Septuaginta, qui pro amen, uerum deum interpretati sunt, ut benedicatur deus uerus, & qui iurant super terram, iurent deũ uerum, non secundum errorem Arianorũ referimus ad personam tantum dei patris, de quo scriptum est: ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum, sed ad filium, qui & ipse uerus deus est, dicente euangelista Ioanne: Venit filius dei & dedit nobis mentem, ut cognoscamus uerum, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Iste est uerus deus & uita æterna. Si enim saluator de se loquitur: Ego sum ueritas, consequenter uerus deus à ueritate nomen accepit, ut neq; aq; secundum falsos deos appelletur deus, sed secundum uerum deum patrem, & ipse sit uerus deus. Alioquin si nõ est uerus, erit idolo similis, quod redundat in capita eorum qui Christum uerum deum negant, Hoc est autẽ nomen nouum, quod ei in Apocalypsi supra per calculo scribit, cui in toto orbe benedicit.

a ¶ *Quia obliuioni traditæ sunt, etc.*] Causa lætitiæ & cõfessionis dei ueri est, quia æterna angustiarũ priorum succedet obliuio, ut nequaq; idolorum meminerint & erroris pristini, sed ad lucem de tenebris transeant, ut æterna beatitudine perfruantur. Obliuiscentur enim pristina mala, non obliuione memoriæ, sed bonorum successione, iuxta illud quod scriptum est: In die bona, obliuio malorũ. Et alibi: Afflictio horæ, obliuionẽ facit deliciarũ, eo q̃ in angustijs cõstituti, nequaq; uoluptatib. pristinis iuxta errorẽ Epicuri animo perfruant. Licet possit & hoc dici, q̃ in cœlo nouo & in terra noua, omnis cõuersationis pristinæ memoria deleat, ne hoc ipsum pars malorũ sit, prioris angustiæ recordari. Cœlũ autẽ nouũ & terrã nouã, qui putãt omnia interire quæ cernimus, euangelij interpretant testimonio: Cœlum & terra transibũt. Et Pauli apostoli: Quæ enim uidentur tẽporalia sunt, quæ autẽ nõ uidẽtur, æterna. Porrò qui no uitatẽ, cõmutationẽ in melius, & non elemẽtorũ arbitrant interitũ, illo utũtur exẽplo: A principio terrã tu fundasti dñe, & opera manuũ tuarũ sunt cœli. Ipsi peribũt: tu aũt permanes, & oẽs sicut uestimentũ ueterascẽt, & quasi amictũ inuolues eos & mutabunt. In quo perspicue demonstrat perditionem & interitũ, non abolitionẽ in nihili, sed cõmutationem sonare in melius. Neq; enim illud quod in alio loco scriptum est: Luna fulgebit ut sol, & sol septuplum lumen accipiet, interitũ significat pristinorũ, sed cõmutationẽ in melius. Quod ut possit intelligi, nostræ conditionis ponamus exempla: Infans cum in puerũ creuerit, & puer in iuuenẽ, & iuuenis in uirũ, & uir in senẽ, nequaq; per singulas ætates perit. Idẽ em̃ est qui prius fuit, sed paulatim immutat, & ætati pristinæ perisse dicitur. Quod intelligens & Paulus apostolus loquebatur: Præterit enim figura huius mundi. Cõsideremus quid dixerit: Figura præterit, non substantia. Hoc idẽ significat & Petrus: Latet eos hoc uolentes, quoniã cœli erãt ab initio, & terra de aqua, & per aquã dei sermone subsistit, per quæ prior mundus inundatus diluuio periit. Cœli aũt qui nunc sunt & terra, eadem ratione seruantur igni, quod quo sensu accipiendũ sit, postmodũ docet. Nouos autẽ cœlos, & nouã terrã uidebimus, & repromissionẽ eius: non dixit, alios cœlos & aliã terram uidebimus, sed ueteres & antiquos in melius cõmutatos. Possumus & hoc dicere, quod cõuersi ab idolatria, & pristino errore deserto, nouos cœlos & nouam terram uideant: Nequaq; arbitrantes elementa deos, & ea quæ nascuntur ex terra. Nunc confitemur cœlum & terram opera esse manuũ dei: Illo autẽ tempore, seruos & creaturam uenerabamur obsequio dei, quod & Dauid sentiens cantat in psalmo: Videbo cœlos opera digitorum tuorum: non quo eo tempore cœlos non uiderit cum ista dicebat, sed quo per singula augmenta uirtutum & futurorum scientiam nouos uideat, quos ueteres iam uidebat. Quod autem in fine huius testimonij dicitur: Quæ ego creo, à Lxx. prætermissum est.

b ¶ *Quia ecce ego creo Hierusalem, etc.*] Gaudere, inquit, & exultare debetis lætitia sempiterna in creatione nouorũ cœlorũ & terræ nouæ, & priorũ penitus non meminisse, ne qua uobis recordationis antiquæ oriat tristicia: quia non solũ cœlos nouos & terrã nouã, sed Hierusalẽ quoq; creabo in exultatione, & populũ eius in gaudio

HEB. to electis meis: & interficiet te dñs deus, & seruos suos uocabit nomine alio, in quo q̃ benedict⁹ est sup terrã, benedicet in deo amẽ, & q̃ iurat in terra, iurabit in deo amẽ. Quiã obliuioni traditę sunt angustię priores, & quia absconditę sunt ab oculis meis. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terrã nouã, & nõ erũt in memoria priora, & nõ ascẽdet sup cor, sed gaudebitis et exultabitis usq; in sẽpiternũ in his q̃ ego creo. Quia ecce ego creo Hierusalem

SEP. tatẽ electis meis. Vos autẽ interficiet dominus, seruientibus autẽ mihi uocabitur nomen nouũ, cui benedicetur super terram: benedicẽt enim deum uerum, & qui iurãt super terram, iurabunt deũ uerum. Obliuiscentur enim tribulationis prioris, & nõ ascẽdet super cor eorum. Erit enim cœlũ nouũ & terra noua, & non recordabuntur priorũ: & nõ ueniet super cor eorũ, sed gaudium & exultationẽ inuenient in ea. Quia ego facio Hierusalem

HEB. salem exultationẽ, & populum eius gaudium: & exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo. Et non audietur in ea ultra uox fletus, & uox clamoris: non erit ibi amplius infans dierũ et senex qui non impleat dies suos. Quoniã puer centũ annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et ædificãbunt domos, & habitabunt & plantabunt uineas, & comedent fructus earum. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet:

SEP. salẽ exultationẽ, & populũ meum lætitiã: & exultabo super Hierusalẽ, & lætabor super populo meo. Et non audietur ultra in ea uox fletus, et uox clamoris, neque fiet ibi ultra immaturus & senex, qui non impleat tẽpus suũ. Erit enim infans centum annorũ, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

A gaudio. Haud dubiũ quin uniuersæ terræ, ut quæ uetus uni genti gaudiũ erat, noua cunctis nationibus lætitiæ sit. Infantũ aũt exultatio erit omniũ, atq; lætitia super urbe & populo dei, ut ego quoq; conditor eius exultem & gaudeã super Hierusalẽ, & super populo meo qui comedet & bibet & lætabitur, & exultabit in ea, & qui in nomine nouo fuerit appellatus. *a* ¶ *Et non audietur, etc.*] Neq; enim congruũ erit ut in ciuitate Hierusalẽ & populo dei, qui exultationis & gaudij æternam susciepiet creaturã, audiat ultra uox fletus & clamoris, q̃n abierint dolor, mœror, & gemitus. Contraria quippe simul esse non possunt. Et ubi exultatio est, & gaudium qui fructus est spiritus sancti, ibi fletus & plãctus non possunt cõmorari, q aptus est lamentantibus atq; lugẽtibus, & præcipuè clamor quẽ de ecclesia credentiũ Paulus expellit, ne in similitudinẽ Iudæorũ, pro iudicio faciamus clamorẽ. In tali urbe diuersæ ætates nõ erũt, infans & senex, paruus & magnus: qui non impleat dies suos, sed quasi filij resurrectionis, oẽs perueniẽt in uirũ perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis

B Christi, ut nec desint alicui annorum spacia, nec superfint: & alio necdum solidas habente uires, alius desinat esse qd̃ fuerit, & decrepita ætate marcescat. Peruenientq; oẽs ad centenariũ numerũ, qualis fuit Abrahã, qui p̃missionẽ filij Isaac hac ætate suscepit. De cuius numeri laudibus, nõ necesse est plurima memorare, ne superflua sit disputatio. Hoc tantũ dicimus, quod decẽ decades æqualia habẽt latera, & quadræ formæ possidẽt firmitatẽ. In repromissionibus uoq; pro his quæ cõtempsimus, multiplicata nobis centuplũ dñs polliceꝰ, & in bonã terrã sem̃is cadens, primũ habet uberrimæ frugis numerũ centenariũ. Deniq; & Isaac unã sementẽ iaciens fidei, hoc numero laboris sui opera multiplicata susciepit. In illo igitur tempore, quando ætas fuerit una cunctorũ, & sanctus & peccator erũt simili resurrectione perfecti, nec inter se uariabũt tẽpore, sed alius ad præmia, alius ad supplicia pertrahet: Et in eo peccator maledictus erit, quod in corrupto corpore pœnas patiet æternas. Illud quoq; quod in Apocalypsi Ioannis legimus, post resurrectionẽ exhiberi præsentiæ iudicis paruos & magnos, non ætatũ, sed meritorũ significat diffe

Sap. 6.a rentias. Qui enim paruus est, iuxta sententiã Salomonis, dignus est misericordia: Potẽtes aũt potẽter tormẽ

Luc. 12.f ta patiẽtur. In quẽ sensum & dñi uerba cõsentiunt: Seruus qui scit uoluntatẽ dñi sui & non facit eam, uapulabit multis. Qui uerò nescit & fecerit digna plagis uapulabit paucis. Beatus apostolus Paulus Christo in se loquente, scripturã uetere edisserens: Abrahã patriarchã non solum circũcisionis, sed præputij asserit patrẽ: hoc est, duos ex eo populos esse generatos, & eum qui iuxta carnẽ natus fuerat, centenarius, propter Christũ, qui de Abraham stirpe generatus est, in quem ille miserit manus, maledictioni perpetuæ subiacere. Hanc figuram docent euangelia, in quibus fertur tunc hæmorrousam ægrotare cœpisse, quando nata est filia archisynagogi, & quãdo ista sanata sit, statim illã esse mortuã, uno atq; eodẽ annorũ spacio, nouũ populũ in iuuentute persistere, & ueterẽ in infidelitate mori, & esse maledictũ. Hoc iuxta Lxx. interpretes diximus, quorum editio toto orbe uulgata est, ne in loco famosissimo uideremur ad Hebreæ linguæ arcẽ cõfugere. Quod siue post resurrectionẽ intellexeris in secundo saluatoris aduentu, siue post baptismũ in prima resurrectione credendum, nõ abhorret ab ecclesiæ fide. Hebræi hæc ante resurrectionẽ in mille annorum regno super terrã futura cõtendũt, & tam longa futuræ uitæ spacia repromitti, ut centum anni reputentur infantiæ: peccatorem autẽ centesimo ætatis suæ anno esse moriturum, ne uidelicet paratis opibus perfruatur, sed ob peccatum maledictũ esse se nouerit. Quod si ita est, ubi erit beatitudo perfecta, quæ peccato uiolatur atq; corrumpit, & peccatũ immatura morte punit? *b* ¶ *Et ædificabunt, etc.*] De his domibus & in sexagesimooctauo psalmo sermo propheticus polliceꝰ, dicẽs: Quia deus saluã faciet Sion, & ædificabunt̃ ciuitates Iudæ, & habitabũt ibi, & hæreditate acquirent illã, & semẽ seruorũ eius possidebit eã, & qui diligunt nomẽ eius, habitabunt in ea. Quæ omnia Iudæi accipiunt carnaliter, ut Hierusalẽ urbesq; iudęę restituant̃ in pristinũ statũ. Quod si eis dederimus, audiant non solũ hoc Hierusalẽ, sed & Sodomæ repromitti, dicẽte Ezechiele: Restituet Sodoma in antiquũ. Ergo domus in quibus habitaturi sunt qui ædificant eas, uel uirtutes intelligẽdæ sunt, uel diuersæ mãsiones apud patrẽ, quas iugiter possidebit, qui eas ædificauerit: Quales sibi ædificasse & obstetrices dicunt̃ in Exodo: quæ timebãt deũ, licet scriptũ sit in Hebraico, à deo eis ædificatas domos, quia timuerunt eũ. Et Iacob quia simplex erat, siue ut Græcè dicit ἄπλαστος, id est, nequaq; fictus, nec talis quales in Petri epistola condemnantur, de quibus ait: In auaricia fictis sermonibus de uobis negociant̃. Idcirco habitabat in domo, quã Esau qui feris delectabat & syluis, possidere nõ potuit. Talẽ domũ & saluatoris in euãgelio uerba describũt: Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos & facit eos, similis erit uiro prudẽti, qui ædificauit domũ suã super petrã, & reliqua. Alioquin iuxta literã, multi sancti ædificãt domos, & non habitãt in eis, uel peregrinatione, uel alterius rapina, uel morte subtracti. Qualis fuit Iob qui diues carne & spiritu, in tantã deductus est paupertatẽ, ut in sterquilinio sederet extra portã ciuitatis. Ecõtrario dives ille in euãgelio purpuratus, ædificauit domũ & habitauit in ea, cui rectissime dici poterat: Stulte, hac nocte auferẽ anima tua à te, quæ aũt præparasti cuius erũt? Nõ solũ aũt ait, ædificabũt domos & habitabũt in eis, sed plantabũt quoq; uineas, & ipsi comedẽt fructũ earũ. Iuxta illud q̃d in Michea dicit: Requiescet unusquisq; sub uinea sua, & sub ficu sua, & nõ erit qui exterreat. Hæc est uinea quæ in euãgelio loquebat̃: Ego sum uitis, & uos palmites, & pater meus agricola. Omnis q̃ nõ facit fructũ, excidet & in ignẽ mittet. Huius fructus

Eph. 4.d

Gen. 21.a

Mar. 5.c

Ezech. 16.g

Exo.

2.Pet. 2.

Mat. 7.d

Iob 2.c

Luc. 12.e

Michee 4.b

Ioan. 15.a

Mat. 3.c

come-

A comedunt & bibuntur, & lætificant cor hominis, & inebriant inimicos sponsi, & in regno dei bibunt quotidie. Sub ficu aũt requieſcit, & nullius inſidias reformidat, qui dulcedine ſancti ſpiritus fruitur, & illius fructibus ſaturatur, charitate, gaudio, pace, fide, cõtinentia, patiẽtia. De huiuſcemodi dicitur planta-
Amos 9.d tore: Qui plantauerit ficũ, comedet fructus eius. Qui tales ædificauerit domos & plãtauerit uineas, de quibus & Apoſtolus gloriatur: Ego plantaui,
1.Cor.3.b Apollo rigauit, deus
Pſal.127 incrementum dedit, comedet labores manuum ſuarũ, & ſeminans in ſpiritu, de ſpiritu metet uitã æter-
Ioan.4.c nam, nec diaboli & ſatellitũ eius fraudibus ſupplantabit. 4 ¶ *Secundum dies enim, etc.*]
Æterna erit habitatio, atq; plantatio iuſtorũ, ut dies uitæ populi mei, diebus uitæ ligni cõparentur, de quo in pſalmis dicit:
Pſal.91.c Iuſtus ut palma florebit, quotidie triumphãs de aduerſarijs, & inſigne uictoriæ præferens. Sin autẽ iuxta Lxx. legi-
B mus dies ligni uitæ, qui magis ſenſum ex Hebræo uertere cũ uerba: Lignũ uitæ intelligimus, quod in paradi-
Gene.3.d ſo ſitũ eſt. Ad quod ne extenderet Adam manũ ſuã ut uiueret, electus eſt de paradiſo. In cuius cuſtodiã cherubin, id eſt, ſcientiæ multitudo, & ignita framea poſita eſt, ut ſeruarent uiã ligni uitæ, ne in peccato poſitus Adam, & necdum ſua delicta cognoſcens, comederet ex
Prou.3.d eo, & impœnitentiæ deſperationiſq; ac ſuperbiæ morte moreretur. Quod ſit hoc lignũ uitæ, Salomon exponit manifeſtius qui de ſapientia dei diſputans ait: Lignum uitæ eſt omnibus qui accedunt ad eam, & qui innituntur ſuper illam, quaſi ſuper dñm firmitas. Nec dubiũ quin uerbũ dei ſignificet, qui ipſe eſt uita atq; ſapientia, &
Ioan.11.c de ſe loquitur: Ego ſum uita. Et de qua propheta decantat:
Pſal.103.c Omnia in ſapiẽtia feciſti, repleta eſt terra creatione tua.
1.Cor.1.d Et apoſtolus Paulus, Chriſtus dei uirtus, & dei ſapientia. Opera quoq; populi dei non ueteraſcent, ſed inno-
Rom.7.b uabunt quotidie, ut non ambulent in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus: Vt quõ per inobediẽtiã unius hominis peccatores cõſtituti ſunt plurimi, ſic per obe-
1.Cor.3.c dientiã unius hominis, iuſti cõſtituantur multi. Vel certe hoc dicendũ, q̃ opera eorũ ueteraſcant, quorũ domus fundata ſuper petrã, permanet in æternũ, & qui ædificauerunt ſuper fundamentũ Chriſti, aurũ, argentũ, lapides precioſos: Et econtrario eorum opera diſpereant, quorũ domus fundata ſuper arenã, ſubita tempeſtate ſubuertitur, & qui ædificauerunt ſuper fundamentum Chriſti, ligna, fœnũ, ſtipulam. An non uidetur tibi quotidie inueterare opera ſua, qui præteritorũ oblitus, in futurũ extenditur? Vnde & uetus & nouũ dicitur teſtamentũ, non quòd uetus pereat, ſed quòd nouo aliud non ſuccedat. Hoc quoq; iuxta Hebraicũ dici poteſt, quod opera populi & in Chriſto credentium fructus ſint apoſtolorum, id eſt, electorũ dei, & in theſauris eorum
Mat.20.b recondantur. Multi enim uocati, & pauci electi. Iſti

HEBR. Secũndum dies enim ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum ueteraſcent electis meis. Non laborabunt fruſtra, neq; generabũt in cõturbatione, quia ſemen benedictorum domini eſt, & nepotes eorum cum eis.
Eritq; antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis dicentibus, ego exaudiam. Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo & bos comedent paleas, et ſerpenti puluis panis eius. Non nocebunt, neq; occident in omni monte ſancto meo, dicit dominus.

non laborabunt fruſtra, ut quondã laborauere Iudæi, C
ſed labores manuũ ſuarũ manducabunt, neq; generabunt in cõturbatione, ſiue in maledictione, & ut in Hebraico expreſsius ponit̃ εἰς ἀνυπαρξίαν, quod lingua eorũ dicitur לִבְהָלָה hoc eſt, ut eſſe deſiſtant: & finẽ ſubſtãtiæ ſuæ habeãt, pro quo Aquila, Symmachus, & Theodotio, feſtinationẽ interpretati ſunt, ut nequaq̃ feſtinent abſq; ratione credere, ſed imitẽtur Nathanael, q̃ domini uoce laudatus
Ioan.1.g eſt: Ecce uere Iſraelita in quo dolus nõ eſt, qui Chriſtũ autoritate ſcripturarũ quærebat, & de ꝓphetis cupiebat agnoſcere dicẽs: De Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Et eſt ſenſus: Quomõ Meſsiã adducitis de Galilæa & Nazareth, quẽ ego de Bethleem Iuda ſcio eſſe ꝓmiſſum? Apoſtoli igitur & apoſtolici uiri, ita filios generabunt, ut de ſcripturis ſanctis inſtruant, ut non imitent maledictionẽ Iu-
Supra 26.c dæorũ, ſed cum propheta dicant: A timore tuo dñe in D
utero concepimus, & parturiuimus & peperimus. De
Luc.1.c his enim dictũ erat: Benedicta ꝓgenies uteri tui. Tales
Ioan.8.c ſunt filij Abrahã, qui faciunt opera eius: & in ueteri hiſtoria appellant̃ filij prophetarũ, quales in nouo inſtrumento apoſtoli genuerũt: Paulus Timotheũ, Lucã, &
Act.16.d Titũ, multoſq; alios, Petrus Marcũ euangeliſtã, & cæteri cæteros, quorũ benedictũ ſemẽ eſt, & hucuſq; benedicit̃, & permanẽt filij filiorũ. De quibus propheta di-
Pſal.111.d cit: Beatus uir qui timet dñm, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit ſemẽ eius, generatio rectorũ be-
Ibid.127.d nedicet̃. Et alibi: Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicit̃ homo qui timet dñm.
Ibid.127.d Econtrario de Iuda dicitur proditore, & omnibus qui
Iob 15.d ſimiles eius ſunt: Fiant filij eius pupilli, & uxor eius uidua. Cõmoueant̃ & transferant̃ filij eius, & mendicent, eijciant̃ de domibus ſuis. Generationis enim malæ, ſi-
Pſal.7.d nis eſt peſsimus. Qui concipiunt dolorẽ, & pariunt iniquitatẽ. De quorũ ſcriptum eſt principe: Ecce parturijt
1.Reg.8.d iniuſticiã, concepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ. Si autẽ hoc de impijs dicitur, quomodo Samuel uir beatus & iuſtus, filios peſsimos genuit: qui non ambulauerunt per uiam patris: Et Dauid, de cuius Chriſtus natus eſt ſemine, duos genuit filios, Ammon & Abeſſalon, quo-
2.Reg.13.c rum alter fratris, alter patris extitit parricida? Ex qui-
& 15.d bus omnibus diſcimus, filios & nepotes ſecundum id
& 16.c intelligi debere quod diximus. Iuxta quod & Paulus filios parturit, donec Chriſtus formetur in eis: & Oneſimũ in uinculis generat. Qui cũ clamauerint ſtatim ex-
Galat.4.e audient̃, & illis loquentibus, dicet dñs, adſum. Quæ omnia etiã iuxta literã in Actibus apoſtolorũ cernimus eſſe cõpleta. Neq; enim potuiſſent oẽs gẽtes in tam breui tempore credere, niſi ſignorũ miraculis fides eorum quodammodo eſſet extorta. Loquentibus enim & clamãtibus apoſtolis & apoſtolicis uiris, dominus ſigno-
Act.9.g rum magnitudine reſpondebat, ut Dorcas ad preces Petri

A Petri ſurgeret: ut Publij pater in inſula Melita febribus
Ibid.28.b & dyſẽteria, qui morbi inter ſe cõtrarij ſunt, Pauli precibus ſanaret̃, & ut eos totus orbis, deos inter homines diceret ambulare. Tũc lupus & agnus paſcebant̃ ſimul,
Ibid.9.c perſecutor Paulus, & Ananias diſcipulus. Ille lupus de
Gene.49.d quo ſcriptũ eſt: Benia
mín lupus rapax, mane comedet prædã, & ad ueſperam dabit eſcas, ſiue ut in Hebraico dicit: diuidet ſpolia. Cuius doctrina cibus fuit̃ credentiũ, & q̃ in totõ orbe de ſuperatis aduerſarijs
Apoc.14.a triũphauit. Agni autẽ credẽdi ſunt omnes, qui in ueſtibus candidis ſequũtur agnum
Qui quocũq; uadit: Quos dñs Petrõ tradidit ad paſcendũ,
Ioan.21.d dicens: Paſce agnos meos. Leo quoq; ut bos comedet paleas, quando uiri diſertiſsimi, & quondã apud ſeculum potentes, ſcripturarũ ſe tradunt ruſticitati, ut nequaq̃ ſeculari paſcantur eloquentia, quæ inſtar mellis ſtillat de labijs meretricis, ſed utilitatẽ & paleas ſequant̃ hiſtoriæ: donec multo labore atq; induſtria mereantur
Hiere.23.f ad frumentũ ſenſuũ peruenire. De quibus paleis & frumento Hieremias loquit̃: Quid paleis ad triticũ, dicit
Gene.3.c dominus? Et cõſiderandũ, quòd non bos uertatur in rabiem, ſed leo mutetur in manſuetudinẽ. Serpens etiam qui obſeruabat hominis calcaneũ, & cuius ab homine obſeruabatur caput, nequaq̃ aliorum nutrietur
B interitu, ſed terrã ſiue puluerẽ quaſi panẽ comedet. Aut certe ſic intelligendũ, quòd diabolus qui prius hominum mortibus paſcebatur, eos tantũ comedat, qui pulis ac terra ſunt: Per quæ omnia demonſtratur malorum in bonum cõmutatio, qui innoxij erunt antiqua feritate depoſita, non foris, ſed in monte ſancto domini, hoc eſt, in eccleſia & in cõfeſsione eius mõtis, à quo
Dan.2.g uulneratus eſt princeps Tyri, & qui excisus de monte ſine manibus, creuit in montẽ magnũ, & implebit orbem. Interrogemus in hoc loco Iudæos, & omnes qui ſub nomine Chriſtiano adhuc paleas comedunt ſcripturarũ, quæ uẽtilabro domini à tritico ſeparatæ, uento tradentur & flammis: quæ beatitudo ſit æſtimanda, ut mille annorũ regno in Sion monte ciuitate Chriſti præſentis Hieruſalẽ, & in templo anguſtiſsimo, lupi & agni, leones & boues, ſerpẽtes & homines ſimul comedant, pariterq; cõmorẽtur: & hi tantũ innoxij ſint, qui in monte ſancto domini habitauerint. Ex quo intelligimus omnes qui extra montẽ fuerint occidendos. Nudabitur ergo lupis, leonibus, urſis, pardis, atq; ſerpentibus, & cæteris beſtijs uniuerſus orbis, & immenſi ſaltus, & Aegyptiæ uaſtitas ſolitudinis, quæ uenenatorũ animãtiũ fertilis eſt, & pro ſumma felicitate ciuitas ſancta, non ſolũ hominũ, ſed & beſtiarũ ac ſerpẽtiũ erit ha-
Supra 11.b bitaculũ, ut iuxta ſuperiorẽ prophetiã: Habitet lupus cum agno, & pardus cum hœdo, uitulus & leo, & oues cum urſis ſimul morentur, & puer paruulus regat eos, & infans ab ubere mittat manũ in foramen aſpidis, & in cauerna ſua interficiat regulũ. Cauſaq; ſit tantæ felicitatis, quia repleta eſt omnis terra ſcientia domini.

CAPVT LXVI

HAec dicit, etc.] Ne montem ſanctũ intelligeremus Sion, & Iudaico operiremur errore, qui putant extruendã Hieruſalẽ, & omnia quæ pollicẽt ibi
Act.7.f explẽda carnaliter, aufert nobis hanc ſuſpicionẽ, & ponit teſtimoniũ, quo uſus eſt Stephanus primus martyr in Chriſto aduerſum Iudaicam contentionẽ. Salomon

CAPVT LXVI

HAec dicit dominus: Cœlũm ſedes mea, & terra ſcabellũ pedũ meorũ. Quæ eſt iſta domus quã ædificabitis mihi, & quis eſt iſte locus requietionis meæ? Oĩa hęc manus mea fecit: & facta ſunt uniuerſa iſta dicit dñs.
HEB. Ad quẽ autẽ reſpiciã, niſi ad pauperculũ & cõtritũ ſpũ, & trementẽ ſermones meos? q̃ immolat bouem, quaſi q̃ interficiat hominẽ.
SEP. Et ſup quẽ reſpiciã, niſi humilẽ & quietũ, & trementẽ ſermones meos? Inquus aũt qui immolat uitulũ quaſi percutiens uirum,
Sacri-
Quò ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiã? Si aſcendero in cœlũ, illic es: ſi ad inferna deſcẽdero, ades. Cui
Hiere.23.c & Hieremias ex perſona dei cõgruit, dicens: Deus appropinquans ego, & non de longe deus. Nunquid latere quis poterit in abſconditis, & ego non uidebo eũ?
Act.17.f Nõne cœlũ & terrã ego impleo? In ipſo enim omnes ſumus, & mouemur. Hoc aũt dicit, ut Iudaicũ conuincat errorẽ: qui putant inuiſibilẽ & incorporalẽ, & incõprehenſibilẽ deum, templo Hieruſalem poſſe cõcludi.
3.Reg.8.c Quod quidem & ipſe Salomon extructor tẽpli, in oratione ſua ad dominũ prolixius cõfitetur. Ac ne arbitremur cœlo quoq; & terra dei magnitudinẽ metiendã,
Supra 40.c in alio loco de eo legimus: Qui tenet cœlum palmo, & terram pugillo. Per quæ oſtenditur deus & forinſecus, & intrinſecus & infuſus & circũfuſus, dum & ſolio ambiente non cõcludit̃, & pugillo cõcludit ac palmo. Qui
D non ſolũ cœli & terræ, ſed inuiſibiliũ creator eſt angelorum, & archangelorũ, dominationũ, poteſtatũ, & cunctorũ hominũ, de quibus Apoſtolus loquit̃: Quæ om-
Coloſſ.1.b nia dei manus operata eſt. De qua & Iob & pſalmiſta cõ-
Iob 10.b memorant: Manus tua fecit me, & plaſmauit me. Om-
Pſal.118.k nia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. De quo rurſum Ioannes: In mũdo, ait, erat, & mun-
Ioan.1 dus per ipſum factus eſt. Ipſe enim dixit, & facta ſunt,
Pſal.32.b ipſe mandauit & creata ſunt. Et hoc quod ſcriptura Geneſeos myſtico ſermone demonſtrat: Dixit deus, & fecit deus. Verbo enim domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Nullusq; locus eſt requietionis domini, niſi iſte quem propheta ſubnectit.
b ¶ *Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, etc.*] Sublato altari temploq; terreno, quod humana cõſtruxerat manus, recte auferuntur & uictimæ Iudæorũ, ne forſitan dicerẽt: Non tam ſtulti ſumus, ut deum putemus
Deut.4.f loco poſſe concludi, ſed in ſeparato ad ſacrificandum loco deo uictimas immolamus, quæ lege præcepta ſunt. Habitator igitur cœli, imò creator omniũ qui in
Hiere.23.c terris templum habere ſe denegat, humilem & quietũ, & trementẽ ſermones ſuos hominem libenter aſſumit in templum. Iuxta illud apoſtoli: Vos autem eſtis tem-
1.Cor.3.e plum dei, & ſpiritus ſanctus habitat in uobis. Si quis uiolat templum dei, uiolabit illum deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Quicũq; ergo humilis eſt & quietus, & tremens ſermones dei, ipſum reſpicit dominus, & de ipſo dictum intelligi poteſt, quod
Pſal.75.b ſub terræ nomine prophetatur: Terra tremuit & quieuit, cum reſurgeret ad iudiciũ deus: Habitatores enim eius pro quibus μετωνυμικῶς terra dicitur, conſiderantes iudicium dei, quietem agunt à malis operibus, & ſedentes in domo æterno requieſcũt ſabbato, ne moueãt ſe ad opus ſeruile peccati, ſicut ædificatores turris
mouẽ-

A mouerunt quondam de oriente pedes suos, & ortũ ue
ri luminis reliquerunt: Nec audierunt illud quod ad
Gen. 4.a Cain dicitur: Peccasti, quiesce. Sed iuxta prouerbia Sa
Prou. 1.d lomonis: Qui audit deum, habitabit cõfidens, & quie
sce ab sc̃a timore & omni malo. Iste est humilis atq; pau
perculus, & cõtritus
spiritu, tremens sc̃a ser
mones dñi, de quo
scripsit est in euange
lio: Beati pauperes spi
Mat. 5.a ritu: quoniã ipsorum
est regnũ cœlorũ. Et
Psal. 40.a alibi: Beatus qui in
telligit super egenũ &
pauperẽ. Et rursum:
Supra 61.a Spiritus domini su
per me, ꝓpter quod
unxit me, euangeliza
re pauperibus misit
me: Quodq; sequitur
in editione uulgata:
Iniquus autẽ, in He
braico non habetur,
sed simpliciter iungit
& dicit: Qui immolat
bouem, quasi qui in
terficiat hominẽ. Qđ
& in alio scriptum est
Osee 6.b loco: Misericordiam
uolo, & nõ sacrificiũ,
scientiã magis dei, ꝙ
holocaustum. Et per
Malach. 2.c Malachiã: Omnia quæ
crymis altare meum: nunquid dignũ est ut respiciam
B ad sacrificiũ uestrũ, & suscipiã placabile quid de manu
bus uestris? Audiant Iudæi quòd deus non quærat sa
crificia, sed offerentiũ animũ. Et qui mactat, inquit, pe
cus, quasi q excerebret canẽ. Vnde & per Moysen scri
Deut. 23.c ptũ est: Non offeres mercedẽ meretricis, neq; preciũ ca
nis in domo dei tui. Pulchreq; canis & meretrix copu
lantur, quia utrunq; animal pronũ est ad libidinẽ. Si
mulq; cõsideremus ꝙ non dixerit: Qui immolat arie
tem, quasi qui immolat canẽ, sed occidat, inquit, canẽ:
Quod uerbũ non ponitur in sacrificijs, sed in his quæ
trucidanẽ illicite, Qui offert oblationẽ & sacrificiũ, qua
si qui sanguinẽ suillũ offerat. Quod & ipsum lege pro
hibẽt, tales sunt ceremoniæ Iudæorũ. Qui thus tribuit
quasi blasphemus, imò quasi benedicens idolo. Potest
autẽ & hic esse sensus: Post filiũ meum qui uenit man
suetus & pauper, sedens super pullum asinæ, nolo car
nes, uictimas detestor, sacrificia Iudæorũ, umbras legis
reprobo, quia delectabilis mihi est ueritas euangelij.
Sin autẽ hoc dicitur, quòd post fulgur euangelij, uetus
religio cesset in nube: Quid respondebunt, qui creden
tes ex Iudæis arbitrantur absq; noxa sui posse carnali
ter offerre sacrificia? a ¶ *Hæc omnia elegerunt, etc.*] Im
molare bouem, mactare arietem, offerre sacrificiũ, thu
ra succendere, quæ ita habet deus, quasi homicidium,
& oblationem canis, & suillum sanguinẽ atq; blasphe
miam ipsi elegerunt, & ut talia colerent, eorum arbitrij
fuit. Iuxta quod dicit per Ezechiel: Dedi eis iustificatio
nes non bonas, & præcepta nõ bona, & in ijs, inquit,
suis ambulauerunt, non in uia domini: Et abominatio
nes suas anima eorũ uoluit, ut amatores magis essent
sui, quàm amatores dei. Quam ob causam illis eligen
Ioan. 12.e tibus uias suas, & non eum qui dicit: Ego sum uia, &
dominus elegit illusiones siue illusores eorũ, quæ He
braicè dicũtur תַּעַל הֵלֵי id est, ἐμπαιζόντας, ut constituat
principes pessimos, & omnia mala eorũ, siue quæ ti
mebãt, pariter adducat. Causasq; reddit, cur traditi sint C
scribis & pharisæis illusoribus suis, de quibus primus
psalmus iuxta Hebræos canit: Et in cathedra illusorum
non sedit, quos appellant Lxx. pestilentes, quales fue
runt filij Heli, filij pestilentiæ, pro quo in Hebraico scri
ptũ est: בְּלִיַּעַל hoc est, 1. Reg. 2.c
diaboli. Quia inquit,
uocaui, & nõ erat qui
responderet, locutus
sum, & non audierũt
feceruntq; malum in
oculis meis, & quæ
nolui, elegerũt. Quos
uersus secũdo ponit
in præsenti loco & su
pra, ubi dicitur: Nu Supra 65.b
merabo uos in gla
dio, & omnes in cęde
corruetis. Quia uoca
ui & nõ respõdistis: &
cætera similiter. Qđ
testimoniũ, quo sen
su accipi debeat, ibi
dictum est. b ¶ *Audite
uer. etc.*] De quibus
ante iam dixerat: Su
per quẽ respiciã, nisi
super humilẽ & quie
tũ, & trementẽ sermo
nes meos, ipsis præci
pit ut contemptis ui
ctimis Iudæorũ, & o
mni scribarũ ac pharisæorũ tumore despecto, trãseant
ad eius cultũ, quem uocantẽ illi audire noluerunt, atq;
contempserunt, & fecerunt malũ in cõspectu eius. Nec D
hoc præceptorũ fine cõtentus est, sed imperat eis man Luc. 6.d
datũ euangelij, ut diligant inimicos suos, benefaciant
his qui oderunt se, & orent pro persecutoribus suis, &
imitentur clementiã patris: Qui oriri facit solem suum Mat. 5.g
super iustos & iniustos: ut uidentes, inquit, opera ue
stra, glorificẽt patrẽ uestrũ qui in cœlis est. Quod post
generalẽ intelligentiã spiritualiter apostolis præcipitur
& apostolicis uiris, ut diligãt Iudæos ꝓsecutores suos,
& eos qui se abominant, in loco fratrũ habeant, dicen
tes cum Petro: Viri fratres & patres audite. Et Paulo a Act. 2.b
postolo: Tristicia mihi est, & cõtinuus dolor cordi meo Rom. 9.a
pro fratribus meis qui sunt Israelitæ. Glorificatur autẽ
nomen dñi, quando uiderint homines persecutorũ se
rociã nostra frangi patientia, & uerberantẽ manus al
terius, malæ obuersione cõfundi. Quibus in euange
lio præcipitur: Luceat lumẽ uestrũ coram hominibus, Mat. 5.b
ut uidentes bona opera uestra, glorificent patrem ue
strũ qui in cœlis est. Et in Apocalypsi Ioannis: Timete Apoc. 14.b
deũ, & date ei gloriam. Paulus quoq; scribit ad Corin
thios, prouocans eos ad cõtinentiã: Vt glorificetis deũ 1. Cor. 7.d
in corpore uestro. Et rursum. Siue comeditis, siue bibi ibid. 10.g
tis, omnia in gloriã dei facite. Vnde & dñs maledicenti
bus non remaledicebat: Et pro persecutoribus preca 1. Pet. 2.b
bat. Quod aũt præcipit: Dicite fratribus uestris, nõ sim Luc. 23.c
pliciter accipiendũ est, alioquin multi fratres uocãt, &
in corde nõ retinẽt charitatẽ, de quibus scribit aposto
lus: Deũ cõfitentur se scire, operibus aũt negant. De quib. Titum 1.d
& dñs loquebat: Nõ omnis qui dicit mihi: dñe, dñe, in Mat. 7.c
trabit in regnũ cœlorum: sed qui facit uoluntatẽ patris
mei qui in cœlis est. Sicq; stare potest illa sententia: Ne 1. Cor. 12.d
mo dicit, dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Nã cũ hæretici
dicant dominũ Iesum, & multi in resurrectione dicturi
sunt: Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, Mat. 7.g
& uirtutes multas fecimus? Respondebit eis dominus:

Recedite

A Recedite à me, nescio uos, operarij iniquitatis. Ergo di
cere nõ sermone, qui facilis est, sed affectu & operib. cõ
probatur. Ex quibus discimus, eundem esse utriusq; te
Luc. 14.a stamenti dñm, qui præcipit, ut si uiderimus iumẽtum
inimici nostri cadere sub onere suo: nõ transeamus, sed
leuemus cum eo: & si
Mat. 18.b bouem aut asinũ in
uenerimus errãtem,
reddamus ei. Hęc iu
xta Lxx. Porrò iuxta
Hebraicum, hic mihi
sensus uidetur: Audi
te apostoli, audite di
scipuli mei, qui tremi
tis uerbum dñi: nar
rabo quid dixerint
fratres uestri qui ode
runt, & separant uos,
& arbitrantẽ alienos:
non propter mala ue
stra, sed propter no
men meũ, qui immũ
dos existimant cun
ctos de sua in me gen
te credentes, & dicũt:
Recede à me, quia im
mundus es. Quid er
go est qđ eos dixis
se cõmemorat? Glori
ficetur dñs, & uidebi
mus in lætitia uestra.
Cuius uerisculi hic
sensus est: Quid no
B bis humilem introducitis deum? quid crucifixũ & ui
rum dolorum, & scientem ferre infirmitates? uolumus
enim in sua (ut dicitis) maiestate conspicere regnãtem:
susciptemus & in sua gloria triumphantem: humilem
atq; dejectum uidere non possumus. Statimq; infert:
Ipsi autem confundentur: subauditur, qui loquuntur
talia, qui nõ intelligunt mysteria scripturarum: malisq;
suis sentient eius potentiam, quem pro humilitate con
tempserant. a ¶ *Vox fremitus de ciuitate, etc.*] Lxx. pro fre
mitu, clamorem posuerũt: & cætera similiter. Volumus
scire quæ sit confusio Iudæorum, qui dixerunt: Glorifi
cetur dñs, ut uestram lætitiam uideamus, & triumphos
regis uestri, nequaquam cæsis promissionibus, sed o
culis contemplemur. Vox, inquit, clamoris de ciuitate.
Haud dubiũ quin Hierusalem significet Romano exer
citu circundatam, & in tres partes intus seditione diui
sam: quando unus templum obtinuit, & omnia prius
sancta possedit: forinsecus contra hostes, intrinsecus cõ
tra ciues dimicans. Eo tempore & in urbe & in templo,
tam sacerdotũ & leuitarum, quàm uulgi ignobilis, mu
lierumq; ac puerorũ ululatus auditus est: quando red
didit dñs retributionem inimicis suis, implens commi
Luc. 13.g nationem qua dixerat: Relinquet uobis domus uestra
deserta. Et illam prophetiam: Dereliqui domũ meam:
quando præsides templi consona angeli uoce dixerũt:
Transeamus ex his sedibus. De quibus non solũ Iose
phus Iudaicæ scriptor historiæ, sed multis prius seculis
Psal. 54.b Psalmista testat, dicens: Vidi iniquitatẽ & contradictio
nem in ciuitate, quæ circundedit muros eius tota die et
Mich. 3.d tota nocte: ita ut subuerteret ciuitas, & impleretur aliud
uaticiniũ: Sió quasi ager arabit, & Hierusalem quasi ca
sula in cucumerario relinquet. b ¶ *Antequã parturiret, pe
perit, etc.*] Clamore resonante de Hierusalẽ & tẽplo eius,
quãdo obsessa atq; subuersa est: & inimicis Christi qui
deũ regẽ suscipere noluerũt, recipientib. pro impietate
sua atq; blasphemijs æterna supplicia: ecclesia in nomi

ne dñi congregata, de qua in Psalmo dicitur: Homo na C
tus in ea, & ipse fundauit eã altissimus: antequàm par
turiret, peperit: antequã ueniret partus eius, genuit ma
sculũ. Non enim multo tempore, ut populus Iudęorum
per Abrahã & Isaac & Iacob & duodecim patriarchas,
& rursum per liberos
eorũ ac nepotes cre
uit in maius: sed ad e
uangelicam prædica
tionem statim omnis
mundus concepit, &
parturiuit, & peperit
masculũ, quem Pha
rao & Herodes cona
bant occidere: qui &
in Moyse & in Chri
sto saluatus in Aegy
pto est. Deniq; Abra Gen. 34. c
ham & Isaac masculos habuere liberos, & Iacob multorum filiorũ pater, unam ge
nuit filiam, pro qua dura perpessus est. Qđ si filiæ Salphaad Num. 27.b
dei sententia recipiunt hæreditatem patris: Hoc considerandum est, quod pater earũ in peccato suo mortuus sit: qui nullum filium genuit: & Moy
ses nihil super eis au
sus fuerit iudicare: sed retulit ad dñm, qui eas ne inopes D
permanerent, iussit fratrib. copulari. Geneseos quoq; Gen. 6.a
narrat liber, quod postquàm cœperũt homines multi fieri, qui numerus semper in uitio est: & filiæ eis natæ sunt, acceperũt eas: nõ angeli, sed filij dei, de quibus or ti sunt gigantes: Siue ut in Hebræo scriptum est גִּבֹּרִים id est, ὠνητιῶντες, id est, irruentes. E contrario ad san
ctũ dicitur: Vxor tua sicut uitis abundans in laterib. do Psal. 127. d
mus tuæ: filij tui sicut nouellæ oliuarũ, in circuitu men
sæ tuæ. Et iterũ: Videas filios filiorũ tuorũ. Peperit igitur Sion, hoc est, reliquiæ ex Israel & apostolorũ credentiũ fides, masculũ dñm saluatorem: qui in toto simul orbe generatus, quod nullus audiuit, quod nulla narrat hi
storia, aut alicuius doctrina, ut omnes in breui tempo
re crederẽt nationes, & de uniuersis gentibus, una gẽs fieret Christianorũ: de qua & Paulus loquit: Si qua in 2. Cor. 5. d
Christo noua creatura: uetera transierũt, ecce facta sunt noua. Iuxta illud quod alibi scriptũ est: Et adorabũt in Psal. 21. f
conspectu eius omnes familiæ gentium, quia dñi est re
gnũ & ipse dominabit gentiũ. Omnes enim (ait) gentes quas fecisti, uenient & adorabunt coram te, & glorifica bunt nomen tuum: de quo dicit Iacob: Ipse est expectatio gentium. Et Psalmista: Spes omniũ finiũ terræ. Et i Gen. 49. b
dem Esaias quem nunc edisserimus: Erit radix Iesse, & Supra 11. c
qui surget, ut princeps sit gentium, in ipso gentes spera bunt: Implentibus apostolis quod præceptũ est, Doce Matth. 28. d
te omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & fi
lij & spiritus sancti: ut nascatur nouus populus, de quo & uicesimus sextus Psalmus canit: Annunciabunt cœli Psal. 21. g
iustitiam eius, populo qui nascetur quem fecit dñs. Et
iterũ: Populus qui creabit, laudabit dñm. Hic aũt popu Psal. 101. c
lus uno creatus est die, quem illustrat sol iustitiæ, dicẽte Esa. 60. d
scriptura: Erit tibi dñs lux sempiterna. Possumus hoc quod dicit: Orietur gens simul, quia parturiuit & pepe
rit Sió filios suos: Et ad illud tẽpus referre, quando una die tria milia & quinq; milia de Iudaico populo credi

derunt

Universidad de Barcelona

A uerunt. Dicitur quoq; in eodem Actuum apostolorum libro, quod de uniuersis gentib. quæ sub cœlo sunt, fuerint in Hierusalem, qui audiebant uarijs linguis loquẽtes magnalia dei. Quodq; sequitur iuxta Lxx. Ego aũt dedi expectationem hanc, & non recordata es mei, dicit dñs: Nonne ego parientem & sterilem feci, dixit deus tuus. Manifestius in Hebraico ponit, cui & reliqui interpretes consentiunt: Nũquid ego qui alios parere facio ipse nõ pariam, dicit dñs? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait dñs deus tuus: secundum illud quod alibi dicit: Qui plantauit aurẽ, non audiet: qui finxit oculũ, non considerat: quod scilicet qui omnes homines creauit ex nihilo, possit de uniuersis gentibus unam partem in se credentium ecclesiam facere. Denicq; in XXVIII psalmo ubi nos legimus, Vox domini concutientis de sertũm Hebræo scriptum est, Vox dñi parere faciẽs deserta: ut deserta prius ecclesia generet, & perficiãtur cerui apertis saltibus atq; conritis. Porrò iuxta Septuaginta, hic sensus est, quod uno tempore ad prædicationem euangeliorum una gens totius orbis oriatur. Per multos prophetas sæpe promisi, & non memini-sti promissionis meæ. O urbs quæ clamorib. es plena. O templum quod à dño derelictũ est. O populе cui reddidi uicissitudinem suam: Nonne ego, inquit, feci parturientem & sterilem: quæ prius fuerat sterilis, postea parturiuit & peperit. De quæ in Psalmo scribitur: Qui habitare facit sterilem in domo, mãtrem filiorum lætantem. Vel certe rerum ordo conuersus est: Pariens facta est sterilis, & quondam sterilis peperit plurimos, quia domini ista sententia est. a ¶ *Lætamini cum Hierusalem, etc.*] Apostolis præcipitur & apostolicis uiris, qui diligunt utranq; Hierusalem, & eam quæ corruit plangentibus atq; lugentibus, & illam quæ surrectura est, omni desiderio præstolantibus, ut gaudeant cum ea & in ea, quæ ædificata sit uiuis lapidibus, qui uoluuntur super terram, & in rotarum Cherubim similitudinem, sequuntur spiritum præcedentem: non in his qui in æternos cineres dissoluti sunt. De quibus dominus loquebatur: Amen, amen dico uobis: non permanebit lapis super lapidem, donec compleantur oĩa hæc. Gaudete, inquit, cum ea gaudio, uniuersi qui lugetis eam. Quales supra Petrum et Paulum apostolos docuimus, & omnes qui expectabant redemptionem Israel, ut fugant & repleantur uberibus consolationis eius. Neq; enim poterat fieri, ut quæ genuit masculũ, & erat puerpera, careret lactis abundantia in educationẽ eius gentis, & paruulorum qui simul nati fuerant, ut præberet eis duo ubera, nequaquam ut prius in Ægypto fracta & iacentia, sed integra & uirginali decore stantia ueteris ac noui instrumenti ad præbendum rationale lac. C
De quibus sponsus ad eam loquit̃: Bona ubera tua super uinum. Isti erant de quibus specialiter dicebat, Beati lugentes, qm̃ ipsi consolabuntur. Et hoc notandum quod qui paruuli sunt, consolationis indigent lacte, & adhuc in mortali uersantur loco. Qui uero post lac consolationis ad solidũ profecerint cibũ, delicijs affluent ueritatis, & scitẽtia omnimodæ gloriæ, quæ Hebraice dicitur דד Pro qua Septuaginta, introitũ: Symmachus, pinguedinẽ: Theodotio, multitudinẽ interpretati sunt. Hoc diximus, ut psalmi septuagesimi noni uerbũ pandere mus ambiguum, in quo scriptũ est: Vastauit eã aper de sylua, et singularis ferus depastus est eã. Pro eo eñ ubi in nostris Græcis codicib. legit μόνος ἄγριος, id est, singularis ferus: in Hebraico scriptum est דד שָׁדַי. Quod Aquila trãstulit πανσοδίαπλω χώρας, hoc est, omnimodũ regionis: ut signifi caret non solũ à Romanis, sed à cũctis gẽtibus Israelem esse uastatum. Introitus autem gloriosus ecclesiæ, ille intelligendus est: de quo scribit Ioãnes apostolus: Et in XII portis erant XII margaritæ, & plateę ciuitatis auro mundo sicut uitrũ perspicuũ. Istas margaritas prohibet dñs mitti ante porcos, quas negotiator bonus cum in prophetis inuenerit & apostolis, pergit ad unũ pretiosissimũ margaritũ non priores abijciẽs, sed per illas quærens pretiosius. b ¶ *Quia hæc, etc.*] Extructa per apostolos Hierusalẽ, & instaurata in priorẽ statum, postquam filij & habitatores eius uberibus fuerint consolati, & lactis abundantia ad delicias peruenerint ueritatis, per quas peruenit ad gloriam dei: Tunc dñs declinabit super eam fluuiũ pacis, de quo crebro diximus: Flumen dei repletũ est aquis. Et: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei, ut pace omnia possidente, & nationũ cessantibus bellis: de quib. scriptura dicit: Dissipa gentes quæ bella uolunt, torrens doctrinarũ dei irriget arua credẽtiũ. Tunc filij eius siue paruuli, ut Lxx. transtulerũt, in humeris portabũtur, & super genua cõsolationem accipiẽt in humeris. De quibus & in priori prophetia dictum est, Et quos Iacob imprecat filio suo Isachar: Quia supposuit humerũ suum ad laborandũ, & uocatus est uir agricola. Sudore eñ & labore nimio ad ubertatem fructuũ peruenimus. Vnde & ad Siõ per Hieremiã dicitur: Da cor tuũ in humeros tuos, ut à mãdatis intelligat dñm, imitatis eum de quo scriptũ est: Iesus cœpit facere & docere: ut nõ otiosa sit fides, sed per opera currat ad præmiũ. Genua aũt & sinus quid significẽt, & supra breuiter exposui, & nũc Abrahã exemplũ docere nos poterit, in cuius sinu Lazarus requieuit, & oẽs de oriẽte & occidẽte uenientes, qui accũbẽt cũ Abraham, Isaac & Iacob. c *Quomodo si cui, etc.*] Lxx. pro seruis

A nis, posuerunt timẽtes: pro inimicis, incredulos: cætera similiter. Misericordiã creatoris in creaturas suas, exemplo matrum discimus: quæ liberos amore in sinu nutrientes, omnẽ superant charitatem. Denicq; uolens deus ostẽdere, quomodo diligat quos creauit: Nũquid obliuiscetur (ait) mulier, ut misereatur sobolis uteri sui, sed & si illa fuerit oblita, ego tamen non obliuiscar tui. Quem sensum & illud habet euangelicum, in quo dñs loquitur ad Hierusalẽ: Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Et Deuteronomiũ, in quo tale quid resonat: Sicut aquila protegit nidum suũ, & pullos suos desiderauit, expandens alas, suscepit eos, & portauit in humeris suis. Aiũt qui de animantiũ scripsere naturis, omniũ quidem bestiarum & iumentorũ & pecudum auiumq; ingenitum esse in filios pullosq; suos affectiũ, sed maximum esse amorem aquilarum, quæ in excelsis & inaccessis locis nidos collocãt, ne coluber fœtus uiolet: amethisten quoq; inter pullos eius lapidẽ reperiri, quo omnia uenena superentur. Si hoc uerũ est, recte affectus dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus, diabolus & satanas obrepat nouellis fœtibus, ut ad nomen lapidis qui ponit in fundamentis Sion, omnes aduersariorũ frangantur insidiæ. Hæc autem Hierusalẽ in qua consolabunt à matre filij, & in genibus palpabunt: illa est de qua scribit Apostolus: Quę aũt sursum est Hierusalẽ, libera est, quę est mater omniũ nostrũ. Cuius consolationis lacte saturatus, consolabatur cæteros, qui eius sermonibus indigebant, dicens: Benedictus deus pater misericordiarũ, & deus omnis consolationis, qui consolat nos in omni tribulatione, ut & nos possimus consolari eos qui in omni sunt tribulatione, per consolationẽ qua ipsi cõsolamur à deo: qui postquam fuerint consolati, dicet eos: Et uidebitis & gaudebit cor uestrũ, & ossa uestra quasi herba germinabũt, siue orientur: aut iuxta Symmachũ, florebũt. Videbũt aũt, haud dubiũ quin deum, quæ uera lætitia est. De quibus dñs loquebat: Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ uidebunt. Cuius uisio perfectũ est gaudiũ, quod in plenæ fidei corde uersatur, & ossiũ germinatio subsequitur. De quibus ante iam diximus. Quorum si lector oblitus est, recurrat ad explanationẽ prioris nam: Melius est eñ illum scripta relegere, quàm nos dicta replicare. Et noua (inquit) erit manus dñi seruis eius, uel timentibus eum: & comminabit inimicis, siue incredulis suis. Manus autem uel pro potentia accipitur, quod possit deus omnia facere quæ promittit, iuxta illud quod ex persona dei Moyses loquitur ad Pharaonem: Nunc mittam manũ, & percutiam te, & populum tuum interficiam, & deleberis de terra. Et rursum ipse ad eundem tyrannũ: Ecce manus dñi erit super iumenta tua: de qua ad deũ Psalmista dicebat: Manus tua gentes interfecit, & plantasti eos. Aut certe manus dñi, Christus intelligendus est: de quo & supra legimus: Manus mea fecit hæc omnia. Quam notam faciet dñs seruis suis & timentibus se: & comminabit incredulis & inimicis suis: ut alijs promittat præmia, alijs supplicia comminet. In quo consideranda uerborũ proprietas, quod non dixerit: Inferet inimicis suis, sed cõminabit: ut per comminationem deterreat, & ipsi ad dñi transeant seruitutem. a ¶ *Quia ecce dominus in igne ueniet, etc.*] Manus domini quæ nota fiet seruis eius & timentibus eum, ipsa comminatur incredulis siue inimicis eius, ut si non egerint pœnitentiam, sustineant quæ sequuntur: Ecce enim (inquit) dñs in igne ueniet, & quasi turbo siue tempestas currus eius: Quas debemus intelligere angelicas potestates, quando uenturus est dñs in gloria patris cum angelis suis, iudicare uiuos & mortuos: non quo dñs ignis sit, sed quo sustinentib. pœnas esse ignis uideatur. Et licet Moyses dixerit, idipsum apostolo confirmante: Deus ignis consumens est: Attamen saluator exprimens diuinitatis substantiam, ait: Spiritus est deus. Inter spiritũ aũt & ignem secundũ intelligentiam corporalẽ, multa diuersitas est. Quod si ignis aut spiritus est, quomodo oculos & aures & manus & pedes & uentrem & cætera corporis membra habere dicitur, quum hæc spiritus ignisq; non habeant? Ignis ergo consumens appellatur deus, ut quicquid in nobis uitiorum est, fœnũ, ligna, stipulamq; consumat: & spinas, id est sollicitudines seculi huius, quas pro bono semine terra attulit infœcunda: de qua ad Hebræos dicitur: Quæ aũt affert spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius finis consumptio est. De hoc igne & in Euangelio dñs loquebatur: Ignem ueni mittere super terrã. Et supra legimus: Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen aridũ consumẽt igni, & omnia zizania quę inimicus homo superseminauit, dormien te patrefamilias. De quo & in epistola Iacobi scribitur: Paruus ignis quàm grãdem succendit materiam. Et in Prouerbijs: In multis lignis uiget ignis. Quanquam in eo quod prouerbium est, aliud possit intelligi. Hũc puto ignem sedisse super linguas apostolorũ omniũq; credentium, quando linguis uarijs loquebantur, & omnes erroris fugabat tenebras, & illuminabat corda eorum, qui recipiebant sermonem dñi. Quod aũt sequit: Quasi tempestas currus siue quadrigæ eius, psalmorũ edisseremus exemplis, in quibus scriptũ est, Deus manifeste ueniet, deus noster & non tacebit. Ignis ante eũ ardebit, & in circuitu eius tẽpestas ualida. Et alibi: Currus dei decem milib. multiplex millia lætantiũ. His curribus & equis Helisæus erat circundatus, quos puer eius uidere non poterat. Vnde ait: Dñe, aperi oculos pueri huius ut uideat. Et apertis (inquit) oculis uidit currus & quadrigas & equos per circuitũ. Hoc curru igneo & Helias raptus ad cœlũ est, quando clamabat Heliseus: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Hæc aũt uniuersa narrantur, non quo deus aut currus habeat aut quadrigas aut equorũ uelocitate portetur: de quo alibi scriptũ est: Qui ambulat super pennas uentorum. Sed quomodo in solio sedere dicitur, quando assumit habitũ iudicantis: sic quãdo ad uindictam uenit, ut debellet aduersarios suos, in habitu uictoris & triumphãtis ostenditur. De furore dñi crebro diximus, quod sic accipi debeat, quomodo obliuio eius & pœnitentia & contristatio & affectus cæteri, qui dei non conueniunt maiestati. Et in hoc igitur igne & furore, in his curribus & in flamma ignis iudicabitur omnis caro, siue ipse dominus cum creaturis suis: ut non potentia, sed iudicij ueritate uideatur ferre sententiam: iuxta illud quod in Michea prolixius, & in L. psalmo breuius dicitur: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas quum fueris iudi-

A iudicatus. Gladius aũt quo omnis caro est iudicanda, ille accipiẽdus est: de quo & prius diximus, & nunc dicemus ex parte. Nisi conuersi fueritis, gladium suũ uibrabit. Hunc gladium punitorẽ carnis peccatricis omniumq; uitiorum, Israelitæ in manus Pharaonis datũ queruntur: Dicuntq; Moysi & Aaron, Videat deus uos & iudicet, quia abominabilem fecistis odorẽ nostrum coram Pharaone, ut daret gladius in manus eius & interficeret nos. De hoc gladio & in Amos scriptũ est: Gladio interibunt omnes peccatores populi: quũ uticq; & alia sint genera pœnarum. Quicquid ergo pungit & percutit & torquet & cruciat: in scripturis sanctis, gladius appellatur: quo gladio uulnerabunt siue interficientur, qui dei non fecerint uolũtatem: & omisso lumine ueritatis, tenebris se erroris inuoluerint. De quibus scriptũ est in Hieremia: Si mutabit Aethiops pellẽ suam. Et in Sophonia: Et uos Aethiopes uulnerati, siue interfecti gladio meo eritis. Omnem loci istius continentiam, quo sensu accipienda sit, Apostolus prolixius edisserit, scribens ad Romanos: Iuxta duritiam autem tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secũdum opera sua. His quidem qui iuxta patientiam operis boni, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus uitam æternam. Qui autem ex contentione & increduli sunt ueritati, acquiescunt autem iniquitati, ira & furor, tribulatio & angustia super omnes homines qui operantur malum, ludæi primum & ethnici. a ¶ *Qui sanctificabantur & mundos se putabant in hortis: post ianuam intrinsecus qui comedebant, etc.*] Symmachus & Theodotio hunc locum ita interpretati sunt: Qui sanctificamini & lustramini in hortis alter post alterũ inter eos qui comedunt carnem suillam & abominationem & murem, simul deficient, dicit dñs: uolentes ostendere, non ipsos comedere carnem suillam, & abominationem & murem qui sanctificantur in hortis alter post alterũ: sed eos qui lustrantur uersari cum eis qui comedunt quæ prohibita sunt. Arguit autem sermo diuinus populos ludæorũ, imò scribas & pharisæos: quos & dñs arguebat, dicens: Vos estis qui iustificatis uosmetipsos coram hominibus: deus autẽ scit corda uestra: quoniam quod in hominibus excelsum est, abominatio est apud deum. Vnde increpabat eos atq; dicebat: Væ uobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, qui mundatis quod foris est calicis & paropsidis, & intus pleni estis immundicia. Et iterum: Qui estis sepulchra dealbata: intus autem pleni estis ossibus mortuorum, & omni spurcitia: qui ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant, qui domino loquebantur pacifica, & molliebant uerba sua super oleum, ipsi autem erant iacula: de quibus rectissime dicebatur: Populus hic labijs me honorat, cor uero eius lõge est à me. Præceperat autem per Moysen deus, ut si quis præuentus fuisset in peccato, uaccæ rufæ aspersus cinere, & alijs expiationis modis, per sacrificia & uictimas rediret ad templum, quod illi negligentes, in locis deliciarum & uoluptatũ, hoc est, in hortis amœnissimis, uel baptisteria extruebant, uel piscinas ad areolas irrigãdas, adulteria & omnem libidinum turpitudinem, simplicibus aquis abluere se putãtes: quibus rectissime illud aptabitur, & noctem flumine purgãt. Necalicui uideatur incongruum, si quæ geruntur turpiter, manifestius explicentur in correctionẽ eorum, qui talia committere nõ erubescũt: quæ turpe est & dicere, dum scortis adhærent in modum canũ, & masculi in masculos exercent turpitudinem, retributionem peccati in semetipsos recipientes: qui hæc opera faciunt, uoluntate & sceleribus.

HEB. cabuntur interfecti à dño. Quî sanctificabãtur & mundos se putabant in hortis: post ianuam intrinsecus qui comedebant carnem suillam, & abominationẽ & murem, simul consument, dicit dñs. Ego autẽ opera eorum & cogitationes eorũ uenio ut congregem cum omnib. gentib. & linguis, & uenient & uidebunt gloriã meã. Et ponã in eis signũ, & mittã ex eis qui saluati fuerint ad gẽtes in mari, in Aphricã, in Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui nõ audierunt de me, & nõ uiderunt gloriam meam.

SEPT. uulnerati erunt à domino. Qui sanctificant & purificantur in hortis & liminibus, comedentes carnem porcinam, & abominationes & murem, simul consumentur, dicit dñs. Et ego opera eorum & cogitationes eorum noui, & uenio cõgregare omnes gentes & omnes linguas, & uenient & uidebunt gloriam meam, & dimittam super eos signũ, & emittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in Tharsis, & Phud, & Lud, & Mosoch, & Thobel, & in Græciam, & in insulas longe, qui non audierunt nomen meum, neq; uiderunt gloriam meam.

Et cum his sunt qui carnem suillam comedunt: & omnia quæ lege prohibentur, & murem, quem nos glirem uocamus, uel iuxta Orientis prouincias μυόξους. Et illi igitur qui hæc comedunt, & hi qui exercentes omnem turpitudinem, talia agunt quæ & ethnici fortè non faciũt, pariter consumentur. Secundum tropologiam possumus dicere: Omnes uoluptatis magis amatores, quàm amatores dei, sanctificari in hortis & in liminibus: quia mysteria ueritatis non ualent introire: & comedere cibos impietatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu: nec comedunt carnem Iesu, neq; bibunt sanguinem eius. De quo ipse loquitur: Qui comedit carnem meam & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Qui non foris, sed in domo una & intus comeditur. b ¶ *Ego autem opera eorum & cogitationes eorum uenio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis, & uenient & uidebunt, etc.*] Prius quàm exponam quid significet enumeratio gentium plurimarum, breuiter de interpretationis uarietate dicendum est. Tharsis, lingua Hebræa mare appellatur: & (ut aiunt) Indiæ regio: licet Iosephus litera commuta ta, Tharsum putet nuncupari pro Tharsis urbem Ciliciæ: ad quã Ionas de Ioppe fugiens, ire cupiebat. Phud autem siue Phul, Libyes, omnisq; Aphrica usq; ad mare Mauritaniæ, in qua fluuius hodie qui Phud dicitur: & cuncta circa eum regio Phutensis appellatur. Lud autem Lydos uocant: quorũ coloni Hetrusci, qui nunc Thusci appellantur, quondam mittendarum sagittarum peritissimi, & nunc dicunt tendẽtes sagittam. Pro quo in Hebraico legitur משכי קשת Quod absq; Septuaginta omnes similiter transtulerunt, tendentes arcum. Et Septuaginta posuerunt μογόχ, nomen pro uerbo interpretantes. Quod si accipiatur, Cappadocas significat: quorũ metropolis Mazaca, quæ postea à Cæsare

A sare Augusto, Cæsarea nomen accepit. Qui nescio quid uolẽtes, etiam in Genesi ultimũ filiũ Aram, id est, Syrorũ Damasci, qui appellat Mes, interpretati sunt μοσόχ, pro quo nos rectius Mœonas trãsferimus. Thubal aũt siue Thobel, aut Italia interpretatur: aut Iberia, hoc est, Hispania, ab Ibero flumine: unde & hodie Hispaniarũ regio appellat Celtiberia. De quib. pulchre Lucanus: Gallorũ Celtæ miscentes nomẽ Iberis: quos nos possumus Gallohispanos dicere. Græci aũt qui sermone Hebraico appellant Iauan, Ionas significant: unde et Græci Iones, & mare Ioniũ. Et hoc considerandũ, quod maxime Orientales de Iapheth posuerit nationes, uno filiorũ Noe, licet in Tharsis & Phud, Sem quoq; & Chã, id est, Indiæ & Aphricæ nominũ fuerit recordatus, ut totũ orbẽ ostenderet. Venit ergo dñs, ut opera & cogitationes cõgreget singulorũ. Ex quo discimus nõ solũ opera, sed & cogitationes esse in die iudicij iudicandas. Qui enim uiderit mulierem ad concupiscendũ, iam mœchatus est eã in corde suo. De quibus dicitur: Nunc circũdederunt eos cogitationes suæ, quando iudicabit dñs abscondita hominũ secundũ euangeliũ Iesu Christi: ut illud quod Apostolus scribit, ueritate iudicij comprobet: inuicem cogitationib. accusantib. & satisfacientibus, in die qua iudicabit deus abscondita hominũ: ut cogitationes nostræ omnes uno tempore cõgregatæ, iusto iudice probent: dum aut accusat nos nostra conscientia, aut satisfacit pro delicto, utrũ plura sint peccata, an bona opera, & utrũ uetera an noua, utrũ deleta pœnitentia, an nouis scelerib. instaurata, quando dicit dñs: Vias eorũ dedi in capita eorũ, & cogitationes eorũ reddã eis. Qui finxit figillatim corda eorũ, & intelligit omnia opera eorũ. De quibus & in alio loco legimus: Tu cognoscis corda hominũ solus. Nemo enim scit quæ sint in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo. Vnde & per Hieremiã loquit deus: Ego deus appropinquans, & non de longe, dicit dñs: Nunquid abscondet se in absconditis homo, & ego ignorabo? Deniq; ad scribas dicitur & ad pharisæos: Vos estis qui iustificatis uosmetipsos coram hominibus, deus aũt cognoscit corda uestra. In quo considerandũ, quod non dixerit pater, iuxta hæreticorũ blasphemias, ne filiũ uidere excludere, sed deus: quod patri filioq; cõmune est. In principio enim erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: hoc erat in principio apud deũ. De quo idem Ioannes scribit: Ipse aũt Iesus nõ credebat se eis, quia sciebat omnes, & non habebat necesse, ut aliquis testimonium daret ei de homine: Ipse enim nouerat quid esset in homine. Cui & illud congruit: Sciens aũt Iesus cogitationes eorũ. Et in alio loco: Sciens aũt Iesus malitiam eorũ. Ac ne aliqua sit dubitatio hæreticis calumniã facientib. de uerbo dei, quod nouerit omnia: in epistola quæ ad Hebræos scribitur, prolixius dicitur: Viuens enim sermo dei, & euidens & acutus super omnẽ gladiũ bicipitem, & diuidens usq; ad partitionẽ animæ & spiritus, artuũ quoq; & medullarũ, & iudex cogitationũ & sensuũ cordis. Nullaq; est creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia aũt nuda & aperta sunt oculis illius, de quo nobis sermo est. Postquam aũt omnes cogitationes in unũ fuerint cõgregatæ, accusantes nos uel defendentes: tũc omnes gentes & linguæ cũ cogitationibus suis pariter adducentur in medium. Linguas aũt iuxta apostolum Paulũ, non solũ hominum legimus, sed & angelorũ. Ex quo intelligi datur, omnes creaturas à dño iudicãdas: nõ solũ super terram, sed in aere & in cœlestibus: iuxta quod ipse in superioribus dixerat: Inebriatus est gladius meus in cœlo ad terrãq; descendet. Venient aũt omnes,

HEBR. Et annunciabunt gloriam meam in gẽtibus, & ad-

SEPT. Et annunciabunt gloriam meam in gẽtibus, & ad-

dñs nobis signũ: Ecce uirgo in utero cõcipiet & pariet. Vnde & propheta quod promissum fuerat, deprecat: Fac mecũ signũ in bonũ. Et in alio loco: Dedisti metuentibus te significationẽ, ut fugerent à facie arcus. Hoc nobis ad patrem ascendens dñs dereliquit, siue in nostris frontib. posuit, ut libere diceremus: Signatum est super nos lumen uultus tui dñe. Quod aũt sequit: Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad gẽtes, & singulas enumerat, uidet expositioni nostræ esse contrariũ. Si enim de die iudicij dicit: Quomodo rursum ad primũ recurrit saluatoris aduentũ, quando apostoli diriguntur ad gentes, & audiunt à dño: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti? Quod ita soluit: Iudicij prædicatur dies, imò cõminatur: ut metu futuræ pœnæ, recipiant saluatoris aduentũ, & apostolorũ euangeliũ, qui ante mittendi sunt. Pulchre aũt dixit: Et mittã ex eis qui saluati fuerint. Nisi enim dñs nobis reliquisset semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus. Et Apostolus: Reliquiæ, inquit, saluæ factæ sunt. Isti mittũtur ad gentes in Tharsis & Phud & Lud & Mosoch & Thobel, & Græcias, & insulas plurimas quæ longe sunt: & quę nõ audierũt nomẽ dñi, neq; uiderũt gloriã eius. De quibus iuxta historiã supra diximus: Nũc stringẽda est anagoge. Tharsis interpretat, exploratio gaudij: ut cõsideremus nõ ea quæ in præsenti sunt, sed quæ in futuro, & audire mereamur: Quia in paucis fuistis fideles, ingredimini in gaudium dñi uestri. De quo & Petrus Apostolus scribit: Exultate gaudio ineffabili & glorioso, ut laudemus deũ dicentes, Impletũ est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione. Quodq; sequit: Phud, interpretat oris exclusio: ut omnẽ excludentes blasphemiã, ea loquamur quæ bona sunt, atq; dicamus: Os meũ annũciabit iustitiã tuam dñe, tota die salutare tuũ. Et rursum: Non abscondi in corde meo ueritatẽ tuã, & salutare tuũ dixi. Lud quoq; in lingua nostra, utilitas uertit: & Mosoch, extensio: & Thubal siue Thobel, ductus ad luctũ, uel conuersus ad uniuersa, quæ omnia uocationi gentiũ congruunt, ut utilitatẽ sequant per confessionẽ animæ suæ, & præteritorũ obliti, ad futura extendant. Lugeãtq; antiqua peccata, & trahant ad luctũ atq; tristitiã, quæ ducit ad uitã. Beati quippe lugentes, qm ipsi ridebunt. Et conuertant omnes ad dñm, ut postea transeant ad gratiã, & sciant dictum ab Apostolo: Gloria & honor & pax omni operanti bonũ, ludęo primũ & Græco: qm non solũ ludęorũ deus, sed & gentiũ. Porrò illud quod dicitur: Et insulis procul, quæ non audierunt nomẽ meũ, neq; uiderunt gloriã meam: Illis conuenit de quibus supra legimus: Quibus non est nunciatũ de eo, uidebunt: & qui non audierũt, intelligent. Et iterũ: Apparui his qui me nõ interrogabant: inuẽtus sum ab his qui me nõ quærebãt. Dixi: Ecce adsum, his qui nõ inuocabant nomen meũ. Insulas aũt significari, uel totius orbis gẽtes, uel ecclesias in toto orbe dispersas, crebro diximus. a ¶ *Et annũciabũt gloriã meã, etc.*] Hi qui salui fuerint & missi ad uarias nationes, & ad eos qui nõ audierãt primũ, neq; uiderãt gloriã dñi: Annũciabũt eã cunctis gẽtibus, & adducent fratres populi Iudaici, quorũ reliquiæ saluæ factæ sunt, munus dño de uniuersis gentib. uel ipsos qui

A idololatriæ errore contempto, ueri dei notitiam sunt se
quuti: uel qui de toto orbe ex Israel populo crediderũt:
1.Pet.1.a Ad quos scribit & apostolus Petrus. Adducent aũt eos
in equis & in quadrigis & in lecticis & in mulis & in car
rucis. Pro carrucis, quas solus interpretatus est Sym
machus, quẽ nos in hoc loco sequuti sumus: Aquila, Lxx. & Theod. mulos transtulerunt. Et ubi posuere Lxx. Cum umbraculis: quæ nos dormitoria interpretari possumus, uel basternas: Alij uoce cõsona transtulerũt φορεὰς, quæ nos uarij generis interpretamur uehicula: ubi aũt Septuaginta & Theodotio dixerunt, lampenas: pro quib. Symmachus, lecticas, interpretatus est: Aquila, σκεπαστὰς posuit: quod & ipsum lecticas opertas pellibus significat. Hoc de uarietate translationũ dictum sit. Equos autem & quadrigas & lecticas & mulos atq; carrucas & diuersi generis uehicula, angelica possumus intelligere ministeria: de quibus alibi ad deum
Abac.3.b dicitur: Ascende super equos tuos, & equitatio tua sa
4.Reg.2.b lus. His equis, curribus & quadrigis, Helias raptus ad cœlũ est, & Heliseus circundari se atq; seruari, nescienti
Zach.1.b puero demonstrauit. Et Zacharias uidit in nocte: Ecce uir ascendens super equũ rufum, & iste stabat in medio duorũ montiũ umbrosorũ, & post eũ equi rufi & sturB nini & uarij & albi: & dixi, inquit, Quid sunt isti dñe? Et ait ad me angelus qui loquebatur in me: Ego ostẽdam tibi quid sint isti. Et respondit uir qui stabat in medio montiũ, & ait ad me: Isti sunt quos misit dñs, ut peram
Apoc.19.b bulent terram. Ioannes quoq; in Apocalypsi hæc se uidisse testatur: Vidi cœlũ apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eũ uocabatur fidelis & uerus, & iustitia iudicans & bellator: Oculi aũt eius quasi flamma ignis, & super caput eius diademata plurima: habẽs nomen scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse, & amictus erat uestis aspersa sanguine, & uocabatur nomen eius uerbũ dei, & exercitus in cœlo sequebat eũ in equis albis, uestitus bysso albo atq; mũdissimo, & de ore eius egrediebat gladius acutus, ut in ipso percuteret gẽtes. Equo rufo sedebat dñs atq; saluator, humanũ corpus assũ
Sup.63.a mens, cui dicitur, Quare rubra sunt uestimẽta tua? Et, Quis est iste qui ascendit de Edom, fulua uestimẽta eius de Bosra? Et sequebant eũ uariorum colorũ equi, uel in martyrio rubri: uel sturnini, in uolatu: uel uarij, in uirtutibus: uel candidi, in uirginitate. Equo aũt sedebat albo, quando post resurrectionem, immortale & incorruptũ corpus assumpsit. Et quicunq; eũ sequebantur, candidis utebant equis, incorruptis uidelicet immortalibusq; corporibus. Longũ est, si uelimus utrunq; ex planare testimoniũ: hoc solũ dicam, quod diuersa uehicula, quibus homines adducunt ad fidẽ, angeli sint, uel sancti uiri qui de hominib. in angelos profecerunt.
Matth.18.b Quod aũt unusquisq; nostrum habeat angelos, multæ scripturæ docentiẽ quibus illud est: Nolite contemnere unum de minimis istis, quia angeli eorum uident quo
Act.12.c tidie faciẽ patris, qui est in cœlis. Et puella Rode Petrũ apostolũ nunciante, alij angelum ipsius esse credebant.
Psal.33.b Sin aũt hoc de minimis dicit & de uno homine, quanto magis de omnibus sanctis? Et præcipue de apostolis sentiẽdum est, quorum angeli quotidie uident faciem patris: iuxta illud quod scriptum est: Circũdat angelus dñi in circuitu timentiũ eũ. Et Iacob de se loquitur: An- C
gelus qui liberauit me. Isti sunt qui ascendunt & descen Gal.4.d
dũt super filiũ hominis. Qui ueloces sunt in fide, equis uehuntur: qui multiplices in gratia, quadrigis: qui consolatione indigent, tectis lecticis & umbraculis, ut audi
Psal.120.b re mereantur: Per diẽ sol non uret te, neq; luna per noctem. Mulos autem in scripturis sanctis dupliciter accipimus: Vel in sterilitate & continẽtia: qualibus sedit Dauid & Salomõ: quorum alter interpretat, fortis manu: alter, pacificus. Vel in mala parte, de quibus dicitur: Nolite fieri sicut e
Psal.31.c quus & mulus, quibus non est intelle
1.Reg.21.c ctus, quibus præpositus erat Dohec. Carrucæ autẽ pro quibus (ut supra diximus) Lxx. tecta uehicula, cæteri uehicula simpliciter transtulerunt: illi intelligendi, de quibus Apostolus loquitur: Inuicem onera uestra portate. Porrò lampenæ, splendentia sanctorum intelligenda sunt corpora, & animæ fide dñi illuminatæ: quibus
Gal.6.a dici potest: Vos estis lux mundi. Hic autem omnis apparatus illò proficit, ut ingrediamur sanctam ciuitatẽ
Mat.5.b dei, siue sanctum montem dñi Hierusalem: non illam quæ occidit prophetas, & quæ lapidat missos ad se, sed
Gal.4.d Hierusalem cœlestem: De qua crebro diximus: Quæ au
D tem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Et iterum: Sed accessistis ad Sion montem & ciui
Heb.12.f tatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem. Quod uel de præsenti ecclesia possumus intelligere, quæ toto orbe per apostolos congregata est, uel de futura: ut impleatur illud quod Apostolus sancto spiritu prophetauit:
1.Thes.4.d Rapiemur in nubibus obuiam dño in aere, & sic semper cum dño erimus. Iudæi & Iudaici erroris hæredes Hebionitæ, qui pro humilitate sensus nomen pauperũ susceperunt: omnesq; mille annorũ delicias præstolantes, equos & quadrigas & rhedas & lecticas siue basternas & dormitoria, mulosq; & mulas & carrucas & diuersi generis uehicula, sic intelligũt ut scripta sunt: Q̃d uidelicet in consummatione mundi, quando Christus Hierusalem regnaturus aduenerit, & templũ fuerit instauratũ, & immolatæ Iudaicæ uictimæ, de toto orbe reducantur filij Israel, nequaq; assumptis alis: sed sarraco Gallico, couinisq; Belgicis & equis Cappadociæ atq; Hispaniæ, ac rhedis Italiæ, & matronæ eorum lecticis referantur atq; basternis: nequaq; super equos, sed super mulos Numidiæ. Qui aũt senatoriæ fuerint dignitatis, & locũ principũ obtinuerint: de Britannis, Hispanis, Gallisq; extremis hominũ Morinis, & ubi bicornis finditur Rhenus, in carrucis ueniant, occurrentib. sibi cũctis gentibus, quæ eorũ seruituti fuerint præparatæ. a
¶ Quomodo si inferant, etc.] Qui ad gentes (ait) directi fuerint, & annunciauerint eis gloriam meam: Sic adducẽt fratres uestros de uniuersis nationibus munus dño, cũ equis & quadrigis & lecticis & mulis & carrucis & diuersis uehiculis in montẽ sanctũ Hierusalẽ, quomodo solebant filij Israel, dũ eorũ staret religio, & tẽpli ceremoniæ seruarentur, offerre uictimas cum psalmis in domo dñi. Siue ut habetur in Hebræo, & omnes uoce cõsona transtulerũt, In uasemundo: quod & usq; hodie offerũt in domo dei, quæ est ecclesia, filij Israel, qui mente cõspiciũt deum, hostias spirituales cum fructibus atq; uirtutibus animæ suæ in uasis mundis, hoc est, in sanctis corporibus

A poribus. De quibus Apostolus scribit: An ignoratis q̃a
templũ dei estis, & spiritus sanctus habitat in uobis? Et
1.Cor.3.c sumam (inquit) ex eis sacerdotes & leuitas, dicit dñs: ut qui saluati fuerint, gentibus prædicarent. De quibus u
1.Cor.4.a nus loquebat: Sic nos reputet homo quasi ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Et Lucas euangelista: Sicut tradiderunt (inquit) nobis, q̃ à principio uiderunt & ministri fuerunt sermonis. De quibus & su
Supra 61.b pra legimus: Vos eritis mihi sacerdotes
Rom.2.d dñi. Quomodo enim in abscõdito Iudæus est, qui spiritu circũcidit? de quo scriptũ
Philip.3.a est: Nos sumus circuncisio, qui spiritu deo seruimus, & offerimus spirituales uictimas placentes deo, psallimusq; spiritu & sensu: sic & sacerdotes & leuitæ in abscondito sunt, qui non seriem generis sequũtur, sed ordinem fidei. Vel certe non dicit de apostolis & apostolis uiris, qui principes fuerunt ecclesiæ ex populo Iudæorũ, sed de enumeratis supra gentibus, de mari, de Aphrica, de Libya, de Cappadocia, de Italia, de Græcia, de cunctis insulis, quarũ habitatores primum non audierant dñm, nec uiderãt gloriam eius, & postea uertentur in sacerdotes, ut qui fuerant cauda, sint caput, & qui caput, uertant in caudam. a ¶ Quia sicut, etc.] Quãdo dicit, Assumam ex eis in sacerdotes & leuitas, ostendit uetus sacerdotiũ prætermissum, quod tribui Leui
B ticæ debebatur: ubi non est electio, sed ordo naturæ, & series est familiæ per posteros descendens. Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat, & electio ad eos pertineat, quibus nequaquam iuxta sanguinem, sed iuxta merita atq; uirtutes sacerdotiũ defertur, qui uenient de insulis gentiũ, & gloriam dñi nunciabunt: Et adducentur in equis & in quadrigis & in lecticis & in mulis & in carrucis. Quomodo autem cœ
Matth.24.c lum nouum, & terra noua erit, & noua Hierusalem, ut
Apoc.6.d nequaquam dicatur: Cœlum & terra pertransibunt. Et iterum: Inuoluetur cœlum quasi liber, & corruptione
Sup.43.c dissipabitur terra: Sic in omnibus nouis, nouus fiet &
2.Cor.5.d populus dei: dicente scriptura: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Et in alio loco: Si qua in Christo noua creatura, eritq; & populus nouus: Primitiæ enim Christus. Deinde qui sunt Christi in aduentu eius
Matth.5 cœlumq; & terra noua: de quibus inter octo beatitudines dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possi
Rom.8.d debunt terram. Si quidem omnis creatura nunc subiecta est uanitati in spe, propter eum qui subiecit eam. Liberabuntur autem à seruitute corruptionis in gloria filiorum dei, qui fient de hominibus filij eius: & stabunt in conspectu illius semper, & nomen eorum iugiter permanebit, ut nequaquam illis gens succedat alia, quod factum est in Iudæis, sed maneant in æternum. Et erit (inquit) mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, ut de carnalibus sabbatis mensibusq; fiant spiritualia sabbata delicata, qui sabbatismus dei populo reseruatur. Et mensis spiritualis, quando à puncto usq; ad punctum luna complebitur, & suo curret ordine, ut efficiat mensem, id est calendas, quæ Græce appellantur νουμηνίαι, hoc est, mensis noui exordium: apud quos initium calendarum, non iuxta solis cursum, & diuersa mensium spacia, sed iuxta lunæ circuitum incipit & finitur. Hæc est luna, de qua in laude ueri Salomonis dicitur: Et permanebit cũ sole & ante lunam in C
generationes generationũ. Quæ in Canticocanticorũ Psal.71.c
appellatur electa. Quæ est hæc quæ processit quasi dilu Cant.6.d
culũ, pulchra ut luna, & electa ut sol admirabilis? Aiunt physici, & quorũ curæ est de cœlestib. disputare, lunam non habere propriũ lumẽ, sed solis radijs illustrari. Ab ea enim semper orbis parte completur & fulget, à qua soli uicinior est, nec umbra terræ obscuratur: quod & poeta uno uersiculo demonstrauit: Nec fratris radijs obnoxia surgere luna. Si hoc
Tropol. uerum est, & nos tropologice possumus
SEP. cit dñs. Sicut enim cœlũ nouũ & terra noua quæ ego facio permanere in cõspectu meo, dicit dñs: sic stabit semen uestrũ & nomen uestrum. Et erit mẽsis ex mẽse, & sabbatũ ex sabbato: ueniet omnis caro ut adoret in cõspectu meo in Hierusalẽ dominũ.
HEB. cit dominus. Quia sicut cœli noui & terra nouа, quæ ego facio stare coram me, dicit dñs: sic stabit semen uestrũ, & nomẽ uestrũ. Et erit mensis ex mẽse, & sabbatum ex sabbato: ueniet omnis caro, ut adoret corã facie, dicit dominus. Et
dicere, ecclesiã quæ pace & persequutionib. crescit atq; decrescit, & oppressa tentationum tenebris rursum pristinũ lumen assumit, habere splendorẽ à sole iustitiæ: &
Supra 30.f hoc esse quod dicitur: Splendebit luna quasi sol, habitatoresq; eius iustos fulgere quasi solẽ in regno patris sui. Et per hos menses semen dñi, quod instauratum est in æternũ, uenire ad solennitates suas, quas sanctus mystico ore resonabat, dicens: Annos æternos in mente
Psal.76.b habui, & meditatus sum. De sabbato aũt quod significat requiẽ, pleno sermone tractauimus, in eunuchorũ
Supra 56.b & aduenarũ prophetia. Et nunc breuiter est dicendum, eos uenire in neomenijs & in sabbatis, qui sex diebus in quibus factus est mundus, transcensis atq; præteritis, festinant ad septimũ diem, id est, sabbatũ: in quo uera est requies. De his solennitatibus, credentes Paulus
Heb.10.a apostolus instruebat, dicens: Vmbram enim habens lux
Gal.2.c futurorũ bonorũ. Et iterũ: Ne quis ergo uos iudicet in
D cibo aut potu, aut in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbatorũ quæ sunt umbræ futurorũ. Si autem hæc in umbra futurorũ bonorũ, & in imagine præcesserunt, omnis lex spiritualiter intelligenda est: de qua idem docebat Apostolus: Scimus quia lex spiritualis est, cuius
Rom.7.c mysteria & Dauid nosse cupiebat: Reuela oculos meos,
Psal.118.c & considerabo mirabilia de lege tua. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ aũt non uidentur, æterna. De
2.Cor.4.d quibus omnia celeri disputatione percurrere, non est huius temporis. Si enim nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit
Sup.64.d deus diligentibus se, quomodo nos totius legis quasi
1.Cor.2.b uniuersi orbis descriptionẽ in breui tabella conamur ostendere? Quod q̃ sequit: Veniet omnis caro ut adoret in conspectu meo in Hierusalẽ. Sciendũ quod in Hebraico non sit scriptũ, Hierusalẽ: ut decutiamus superciliũ Iudæorũ: sed tantũ, in cõspectu meo, ut sermo dñi
Ioan.4.c compleatur, dicentis in euangelio: Amen amẽ dico uobis, quoniã ueniet hora quãdo neq; in monte isto neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Et iterum: Spiritus est deus. Et eos qui adorant eũ, in spiritu & ueritate oportet adorare. Et illud Apostoli, Leuantes sanctas manus in omni loco. Omnis aũt caro non populũ Iudæo
1.Tim.2.c rum, sed omne hominum significat genus: iuxta illud quod supra dictũ est: Videbit omnis caro salutare tuũ.
Supra 40.b Et in Ioele: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ. Et in Za
Ioel.2.g charia: Timeat omnis caro à facie dñi. Et in psalmis: Ad
Zach.2.d te omnis caro ueniet. Quod alijs uerbis in alio psalmo dicit: Omnes gentes quas fecisti, uenient & adorabũt in
Psal.64.a cõspectu tuo, & glorificabũt nomẽ tuũ dñe. Mensem ex
Esa.58.b mense, & sabbatũ ex sabbato: in quibus ueniet omnis caro, ut adoret deũ: ridicule interpretantur χιλιάσαὶ,

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A quos nos dicere possumus miliarios, ut qui in uicino sunt, omni sabbato ueniant in Hierusalem: qui lõgius, per menses, id est, calendarum orbe completo, qui uel de procul, per annos singulos, hoc est, diebus paschæ si
Zach. 14. c ue tabernaculorum: iuxta illud quod in Zacharia dicitur, Ascendent ab anno in annum, ut adorẽt dominum regem exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et ut maiorem risum præbeant audientibus, quod in ultimo eiusdem prophetæ uolumine scribitur: Et nõ erit mercator ultra in domo domini exercituum in die illo: Sic interpretantur, ut negotiatores in mille annis esse desistant, quia omnia nascantur in omnibus locis: quo scilicet nec nos indigeamus folio amomo & pipere, nec Indi à nobis pulcium desiderent. a ¶ Et egredientur & uidebunt cadauera uirorum, etc.] Omnis caro quæ adoratura est in conspectu domini, uel in Hierusalem cœlesti, uel in omni loco in quo leuantur mundæ manus: egredietur, ut uideat cadauera hominum mortuorum, qui præuaricati fuerint in deum. Quod uel de Iu
Supra 1. a dæis intelligi potest, de quibus dictum est: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt: Vel de omnibus qui habentes notitiam dei in cordibus suis, auersi sunt in uanitatem: ut adorent creaturam, potius quàm creatorem. Egredientur autem non loco, sed intelligentia. Neq; enim cadauera mortuorum possunt intus esse cum domino. Quod si omnis caro adoratura est dominum, & econtrario cadauera uirorum, qui præuaricati sunt in domino, æternis tradent ardoribus: in utranq; partem, ueræ carnis erit resurrectio. Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisq;
B conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos: quare uitio suo atq; peccato carue-
Psal. 31. a rint electorum bono: iuxta illud quod dicitur: Versa-
Pro. 25. d tus sum in miseria, dum infigitur mihi spina. Et in Prouerbijs: Tinea ossium cor intelligens. Et iterum sub obelo: Sicut tinea uestimẽtum & uermis lignum, sic mœror excruciat cor uiri: Ita duntaxat, ut non negent præuaricatorum, & dominum negantium, æterna supplicia: Dicente domino in euangelio, Ite in ignem æternũ,
Mat. 25. d qui præparatus est diabolo & angelis eius. Et in alio lo
Ibid. 22. b co: Ligate manus eius & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Si manus audiuimus & pedes, & tenebras exteriores, quę oculorum pœna est lumen dei non uidẽtium: & fletum, qui utiq; & ipse ad oculos pertinet, & stridorem den-

Et egrẽdientur & uidebunt cadauera uirorum qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et erunt usq; ad satietatem uisionis omni carni.

ESAIAE PROPHETAE
FINIS.

tium: Miror quosdam aereum corpus, & paulatim in C
auras tenues dissoluendum post resurrectionem introducere: quia dñs potentia maiestatis suæ, ad apostolos
Ioan. 20. c clausis ingressus est ianuis: Qui certe & ante resurrectiõnẽ pẽdulo super mare ambulauit incessu: & hoc ipsum apostolo præbuit Petro: ut qui fide ambulabat, infidelitate postea mergeretur: cui
Math. 14. c dictum est, Quare dubitasti modicæ fidei? Ignis quoq; iuxta id accipiendus, quod & uermis: qui tam diu succẽditur, quàm diu habet materiam, qua uorax flamma pascatur. Si quis igitur habeat in conscientia sua zizania, quæ inimicus homo dormiente patrefamilias superseminauit, hæc ignis exuret, hæc uorabit incendium: Et omnium sanctorum oculis eorũ supplicia monstrabuntur, qui pro auro & argento & lapide pretioso, ædificauerunt super fundamentum domini fœnum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiterni. Porrò qui uolunt supplicia aliquãdo finiri: & licet post multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his
Rom. 11. c utuntur testimonijs. Quum intrauerit plenitudo gen-
Gal. 3. d tium, tunc omnis Israel saluus fiet. Et iterum: Conclusit
Mich. 7. b deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Et in alio loco sanctus loquitur: Irã domini sustinebo, quia
Sup. 12. 6 peccaui ei, donec iustificet causam meam, & auferat iudicium meum, & educat me in lucem. Et rursum: Benedicam te domine, quoniam iratus es mihi. Auertisti faciem tuam à me, & misertus es mei. Dominus quoq; loquitur ad peccatorem: Quũ ira furoris mei fuerit, rur-
Psal. 30. 6 sum sanabo. Et hoc est quod in alio loco dicitur: Quàm grandis multitudo bonitatis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Quæ omnia replicant, asseuera
D re cupientes: post cruciatus atq; tormenta, futura refrigeria: quæ nunc absconděda sunt ab his quibus timor utilis est: ut dum supplicia reformidant, peccare desistant. Quod nos dei solius debemus scientiæ derelinquere, cuius non solum misericordiæ, sed & tormenta in pondere sunt, & nouit quem, quomodo aut quãdiu debeat iudicare. Solumq; dicamus quod humanæ con
Psal. 6. & 37 uenit fragilitati: Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et sicut diaboli & omnium negatorum atq; impiorum, qui dixerunt in corde suo:
Psal. 13 Non est deus, credimus æterna tormenta: Sic peccatorum, atq; impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atq; purganda, moderatam arbitrantur & mixtam clementiæ sententiam iudicis.

Commentariorum diui Hieronymi in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN PRIMVM
COMMENTARIORVM HIEREMIAE
ad Eusebium, procœmium.

A

POST EXPLANATIONES duodecim prophetarum, Esaiæ, Danielis & Ezechielis, ad extremum in Hieremiam manum mittimus: tibi frater Eusebi, eosdem commentariolos dedicantes: ut euangelicum uirum Matthæo euangelistæ copules, quem ante annos plurimos strictis sensibus te hortante disserui. Et quia uolumen longissimum est, & in plerisq; manifesta historia texitur: illud prudentiam tuam admoneo, ne quæras in hoc latam explanationem: super his maximè, quæ iam & in prophetis alijs dicta sunt, & per se patent intelligentiæ. Sicq; conabor notariorum manu scribere, ut nihil desit in sensibus, quum multum desit in uerbis. Stamina tibi atq; subtegmina & licia præparabo: tu pulcherrimam uestem ipse conficito: ut non solum nos audire, sed etiam docere possis & alios. Libellum autem Baruch, qui uulgò æditioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebræos: & ὑπόθεσιν epistolam Hieremiæ, nequaquam censui differendam: sed magis Hieremiæ ordinem, librariorum errore confusum, multaq; quæ desunt, ex Hebræis fontibus digerere, ordinare, deducere ac complere: ut nouum ex ueteri, uerumq; pro corrupto atq; falsato, prophetam teneas: paruipendens obtrectatorum rabiem, qui non solum uerba, sed syllabas quoq; nostrorum uerborum calumnianturin eo se scire aliquid arbitrantes, si de alienis operibus detrahant: ut nuper indoctus calumniator erupit, qui Commentarios meos in epistolam
B Pauli ad Ephesios reprehendendos putat: Nec intelligit, nimia stertens uecordia, leges commentariorum: in quibus multæ diuersorum ponuntur opiniones, uel tacitis uel expressis autorum nominibus: ut lectoris arbitrium sit, quid potissimum eligere debeat, decernere: quanquam & in primo eiusdem operis libro præfatus sim, me uel propria uel aliena dicturum: & ipsos commentarios, tam ueterum scriptorum esse quàm nostros. Quod non uidens præcursor eius Grunnius, olim nisus est carpere. Cui duobus respondi libris, quæ iste quasi sua profert: & alio iam calumniante purgata sunt: ut præteream contra louinianum uolumina, in quibus dolet uirginitatem nuptijs, & nuptias digamiæ, digamiam polygamiæ esse prælatam. Nec recordatur stolidissimus & scortorum pulsibus prægrauatus nos in ipso dixisse opere: Non damno digamos, imò nec trigamos, & si fieri potest octogamos: plus aliquid inferam, etiam scortatorem recipio pœnitentem: quicquid æqualiter licet, æquali lance pensandum est. Legat eiusdem operis Apologiam, quam ante annos plurimos aduersus magistrum eius, gaudens Roma susceperit: & tunc animaduertet alienis se uocibus blasphemare: & in tantum esse imperitum, ut ne maledicta quidem habeat propria, sed inimicorum etiam olim sepultorum contra nos utatur rabie. Sed iam propositum opus aggrediendum est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN HIEREMIAM PROPHETAM
LIBER PRIMVS.

A VERBA *Hieremiæ filij Helkiæ, etc.*] Cæteri prophetæ, ut Esaias, Osee, Ioel, fuerunt ante captiuitatem decem tribuũ Israel: siue duarũ tribuum, Iudæ & Beniamin. Alij post captiuitatẽ: ut Daniel, Aggeus & Zacharias. Hieremias autem & Ezechiel, imminẽte captiuitate uaticinũ texuerunt: sed alter eorum in terra Iuda, alter in Babylone. Hieremias quũ esset adhuc puer prophetare cœpit, anno XIII Iosiæ filij Amon regis Iudæ. Prophetauitq; in imperio eius annis decem & nouẽ: & postea sub Ioachim filio eius annis undecim: & sub Sedechia, q ultimus fuit regum Iuda, annis undecim, usq; ad quintũ mẽsem, quando à Babylonijs capta est Hierusalẽ. Ioachaz uero & Iechonie terni mẽses (quorũ alter in Aegyptũ, alter cum matre ductus est in Babylonẽ) in supradictis annis computantur: ac per hoc ab exordio prophetiæ suæ usq; ad captiuitatẽ Hierusalẽ, in qua & ipse captus est, propheta- uit annis quadraginta & uno: præter illud tẽpus quando ductus est in Aegyptũ. Ibiq; prophetauit in Taphnis, ut hoc ipso uolumine continet. Pro uerbis Hieremiæ, Lxx. posuerũt, uerbũ dei quod factũ est ad Hieremiã: hoc uidelicet sensu, quod uerba Hieremiæ uerbũ sit dñi. Fuit aũt de genere sacerdotũ qui habitabant cõtra septentrionẽ Hierusalem in tertio miliario in uico Anathot. Simulq; admirabilis clementia dñi, quod iam captiuitate uicina & Babylonio exercitu uallante Hierusalẽ, nihilominus populũ ad pœnitentiã prouocat: malẽs saluare cõuersos, quàm perdere delinquẽtes. Pro trãsmigratione, quod omnes alij uoce cõsona transtulerũt: Lxx. posuere, captiuitatẽ. Post exordiũ aũt uaticinationis Hieremiæ, trieẽsimoquinto prophetiæ eius anno, Ezechiel in Babylone his qui cũ eo capti fuerãt, exorsus est prophetare. *b* ¶ *Et factum est, etc. Prius quàm te formarem, etc.*] Non quo ante conceptionẽ, ut hæresis suspicatur, fuerit Hieremias: sed quo præsciret eũ futurũ dñs, cui necdum facta, iam facta sunt: secundũ illud qđ Rom. 4.c Apostolus loquitur: Qui uocauit ea quæ nõ erant quasi ea quæ essent. Quod aũt sanctificatur in utero: iuxta Gal. 1.c illud Apostoli debemus accipere: Postquàm autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me: ut Luc. 1.b euangelizarem illũ in gentibus, Ioannes quoq; Baptista sanctificatur in utero: & sanctum spiritum accepit, & mouet in uulua, & per os matris loquit. Quod autem dixit: prophetã gentib. dedi te: illud uult intelligi, quod C in ipso postea propheta lecturi sumus, quod nõ solum Hierusalem, sed & multis in circuitu gentib. propheta- rit. Quidam hunc locum super saluatore intelligũt, qui proprie propheta gentiũ fuit: & per apostolos uocauit omnes nationes. Iste ẽm uere prius quàm in utero uirginali formaret, & antequàm exiret de uulua matris, sanctificatus in utero est, & notus patri: quippe qui semp in patre, & in quo semp est pater. *c* ¶ *Et dixi, Ah ah ah, etc.*] Detestatur officiũ quod pro ætate non potest sustinere: eadem uere cũdia qua & Moyses Exod. 4.c tenuis & gracilis uocis esse se dicit. Sed ille quasi magnæ robu- & 6.b stæq; ætatis corripit: huic puritiæ dat uenia, quæ uerecundia & pudore decoratur. *d* ¶ *Et dixit dominus ad me, Noli dicere, etc.*] Ne ætatem (inquit) consideres: alio ẽm ꝓpheta loquente didicisti: D Cani hominis sunt, Sap. 4.b sapientia eius: tuæ sit tantum uoluntatis ut pergas, me habebis ad comitẽ, quo cuncta adiuuante cõplebis: aperi os tuũ, & Psal. 80.b implebo illud. Nec consideres multitudinẽ eorum ad quos & cõtra quos loquuturus es: sed me qui tecũ sum, ut eruã te, dicit dñs. Liberat aũt dñs, non quo propheta persequutionibus careat & angustijs: quippe quũ legamus eũ multa perpessum: sed ut patiẽs omnia superet, nec cedat angustiæ. *e* ¶ *Et misit dominus manum suam & tetigit os meum, & dixit dominus ad me, Ecce, etc.*] Notandũ qđ hic manus mittat dei quæ tangat os prophetę, & dicatur ei: Ecce dedi uerba mea in ore tuo. In Esaia aũt scriptũ sit: Et missus est ad me unus de Seraphim, & in manu habebat carbonẽ quẽ forcipe tulerat de altari: & tetigit os meũ & dixit: Ecce tetigit iste labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua mundabit. Ibi ẽm quia solidæ & perfectæ ætatis erat: & ipse simpliciter cõfitetur quod immũda labia habeat, & habitet in medio populi polluta labia habentis: mittit ẽ unus de Seraphim qui non manu, sed forcipe & carbone tãgat os eius, & iniquitates auferat & mũdet peccata. Hic aũt ipsius dei manus mittitur, per quã cuncta operatus est: & quæ in alio loco brachium dicitur: non ut peccata auferat, quæ per pueritiam multa non fecerat: sed ut loquendi gratiã tribuat. Porrò Ezechiel librũ deuorat & intus & foris scriptum: tam sacramẽta diuina, quàm simplicẽ historiam cõtinentem. Hieremiæ os tãgitur & dñi uerba tribuuntur, ut confidentiam accipiat prædicandi. Pulchreq; iuxta literam manus mittitur, ut humanorum artuum uidens similitudinem, tactum manus non reformidet.

¶ Ecce

HIEREMIAS

VERBA HIEREMIAE filij Helkiæ de sacerdotibus qui fuerũt Anathot in terra Beniamin: quod factum est uerbũ Domini ad eũ in dieb. Iosiæ filij Amon regis Iuda in tertiodecimo anno regni eius. Et factũ est in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, usq; ad consummationem undecimi anni Sedechiæ filij Iosiæ regis Iuda, usq; ad transmigrationem Hierusalẽ, in mense quinto. Et factum est uerbum dñi ad me, dicens: Prius quàm te formarem in utero, noui te: & antequàm exires de uulua, sanctificaui te: prophetam gentibus dedi te.

HEBR. Et dixi: Ah ah ah domine deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

SEPTVAG. Et dixi: O domine Deus, nescio loqui, quia iuuenis sum.

Et dixit dominus ad me: Noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, & uniuersa quęcũq; mandauero tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum: ut eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suam & tetigit os meũ: & dixit dominus

A *d* ¶ *Ecce ego constitui te hodie super gentes, ut euellas & destruas & disperdas & dissipes, etc.*] Hoc quod nos de Hebraico addidimus, Dissipes, siue deponas: in Lxx. non habetur. Et considerandum quod quatuor tristibus duo læta succedant. Neq; eñ ædificari poterant bona, nisi destructa essent mala: nec plantari optima, nisi eradicarẽtur pessima. Omnis eñ plantatio quam non plantauit cœlestis pater, eradicabitur: & ædificatio quæ supra petram non habet fundamentũ, sed in arena extructa est, sermone dei suffoditur atq; destruit. Illam autem quam cõsumet Iesus spiritu oris sui, & destruet aduẽtu præsentiæ suæ, omnem scilicet sacrilegam peruersamq; doctrinam, disperdet in perpetuũ. Porrò ea quæ eleuantur contra scientiam dei, & in sua confidũt sapientia: quæ apud deum stultitia est, dissipabit atq; deponet: ut ædificentur pro his humilia, & in locum superiorum quæ destructa sunt & euulsa, extruantur atq; plantentur quæ ecclesiasticæ conueniunt B ueritati: & impleatur illud quod dicit Apostolus: Dei 1.Cor. 3.b ædificatio, dei agricultura estis. Multi hunc locum super יִרְמְיָה persona Christi intelligunt: Hieremias enim interpretatur excelsus domini, qui destruxit regna diaboli, quæ sibi in montis ostenderat excelso, aduersarias perdidit potestates, delens chirographum errorum in cruce. De Psal. 2.a quibus & in Psalmo post historiæ ueritatem τροφητικῶς loquitur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum. Pro his euulsis, destructis & perditis & in inferiora detractis, ædificatur atq; plantatur ecclesia dei. Super Hieremiæ autem persona nulla dubitatio Infra 25.d est. Legimus enim in consequentibus, quod in manu accipiat calicem meri plenum, & propinare iubeatur cunctis in circuitu nationibus. *b* ¶ *Et factum est uerbũ domini ad me, dicens: Quid tu uides Hieremia? Et dixi: Virgam uigilantem ego uideo, etc.*] Pro uirga uigilante, Lxx. baculum nuccum transtulerunt. Laborandum igitur nobis est, ut breuiter Hebræam etymologiam Latinus lector intelligat. שָׁקֵד nux dicitur: uigilia autem, uel uigil, siue uigilare appellatur שָׁקַד Vnde & in posterioribus, pardus uigilans hoc nomine appellat. Ab eo igitur quod dicitur nux, propter uerbi similitudinem ad uigilis intelligentiam nomẽ allusit: quod quidẽ & in Daniele iuxta Theodotionem scriptũ est, ut ab arborib. ἀλσὶν & πρίνοις, ilice uidelicet & lenisco, scisio atq; serrato adulteris presbyteris decernatur. Alioquin & in principio Geneseos, à uiro qui dicitur אִישׁ mulier appellat אִשָּׁה quasi quædam uirago, eo quod de uiro sumpta sit. Pro baculo nucco, uirgam uigilantem, Aquila & Symmachus: Theodotio uero amygdalinam, transtulerunt. Vigilat aurem uirga, cuncta populi peccata considerans, 1.Cor. 4.d ut percutiat & corripiat delinquentes. Vnde & Aposto lus scribit peccantibus: Quid uultis? in uirga ueniam Psal. 22.b ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ista est uirga uel baculus, de qua Dauid loquitur: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Pulchreq; posuit, C consolata sunt. Ad hoc enim dominus corripit, ut emẽdet. Et quomodo nux siue amygdalum amarissimam habet corticem, & testa durissima cingitur: ut detractis austerioribus & duris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio, & labor continentiæ, amara quidem uidetur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & uetus illa sententia est: Literarum radices amaræ, fructus dulces. Quidam uirgam uigilantem atq; nuccam, intelligũt dñm: de quo dicit Esaias: Exiet uirga de radice Iesse. Vnde & uirga Aarõ quæ putabatur emortua, in resurrectione domini floruisse narrat. *c* ¶ *Et factum est uerbum domini secundo ad me dicens, Quid tu uides? Et dixi: Ollam succensam ego uideo, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit dominus ad me: Ab Aquilone aperientur, siue exardescent, mala, etc.*] Quibusdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur, ut paulatim ueniant ad salutem. Qui noluerint percutiente uirga emendari, mittuntur in ollam æneam atq; succẽsam: de D qua plenius scribit Ezechiel: quæ à facie Aquilonis ac- Ezec. 24.d cenditur, Babyloniorum regem significans & urbem Hierusalem. Pulchreq; infertur: Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitatores terræ, uel terræ Iudæ, uel certe uniuersæ terræ: de quibus in Apocalypsi Apoc. 8.d scriptum est: Væ super omnes habitatores terræ. Sancti enim non sunt habitatores terræ, sed aduenæ atq; peregrini: quorum unus dicit: Aduena ego sum super ter- Psal. 38.c ram, & peregrinus sicut omnes patres mei. Et alius: Par- Gene. 47.b ui sunt & pessimi dies mei, quibus ego peregrinor in terra. Vnde & Petrus catholicam epistolam scribit ad- 1. Pet. 1.a uenis atq; peregrinis Ponti, Galatiæ & Cappadociæ. Et iuxta mysticos intellectus Salomon loquitur, Aquilo Prou. 25.d durus uentus: nomine autem dexter uocatur, ab his ui delicet qui eius obriguere frigore & calorem fidei perdiderunt. *d* ¶ *Quia ecce conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait dominus, Et uenient & ponent unusquisq; solium suum in introitu portarum Hierusalem, & super, etc.*] Nulli dubium, multas gentes & singularum gentium reges, Babylonio regi fuisse subiectos, qui obsessa Hierusalẽ posuerũt in circuitu, & maxime in exitibus portarũ thronum suum atq; tentoria: ne quis eorum qui clausi erãt, posset erumpere: & non solum Hierusalem, sed & omnes urbes Iudæ simili obsidione uallatas. Cumq; (ait) capta fuerit ciuitas, tunc loquar ad eos recta fuisse iudicia mea, & recepisse singulos quę merebantur: non pro ceteris uitijs, quibus subiacet humana cõditio: sed maxime pro idololatria, per quam deserentes me, adorauerunt opera manuum suarum. Quidam hunc locum in bonam partem accipiunt, quod uidelicet hi qui in olla ænea excocti fuerint per cruciatus atq; purgati, postea principes sint Hierusalẽ: & postquam misertus eorum fuerit dominus, tunc exprobret eis quia se deserto, simulacra uenerati sunt. Sed hæc uiolẽta & praua interpretatio est, ne calumniam faciat tractator indoctus.

¶ Tu

A a *Tu ergo accinge lumbos tuos, & loquere ad, etc.*] Et Iob præcipitur, ut accingat lumbos suos: & apostolis, ut accincti lumbis, quos Helias & Ioānes Baptista zonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manib. suis prædicationis uidelicet euangelicę. Quicunq; igitur sermones loquutus est dei, debet accingere lumbos suos, scies quod diaboli omnis uirtus in lumbis sit: & iustus dicet: On Psalmis: Lūbi mei impleti sunt illusionibus. Quumq; accinxerit lūbos, audiat illud quod scriptum est: Surge qui dormis: & illuminabit te Christus, ut semper uigilās & de somno consurgens, loquatur quæ sibi præceperit deus. b ¶ *Ne timeas à facie eorū, nec enim, etc.*] Siue ut Lxx. & cæteri habent interpretes, Ne forte timere te faciam. Et est sensus iuxta translationem nostram: Noli timere à facie eorū: me enim adiutore, eos timere non poteris. Iuxta Lxx. Noli timere à facie eorum, habeto mecū confidentiam iussionis. Si enim nō obtuleris quod habes, ut timere desinas, derelinquam te, & tradam timori, & quodammodo uidebor timere te facere, dum relinquo formidini. Hoc autem significat, quod semper amanda sit ueritas, nec timenda hominum multitudo, qui increpati correptionem non sustinent, sed insidias tendunt ei à quo corripiuntur. Quodq; iuxta Septuaginta sequitur, Quia tecum sum ut liberem te, dicit dominus: in Hebraico non habetur. Et est sensus: Eruam te, non in eo ut tibi nullus insidietur, sed in eo ut patēs insidias non delinquas. c ¶ *Ego quippe dedi te hodie (siue posui te in hac die) in ciuitatem munitam & in columnam ferream, etc.*] Describit sermo diuinus, cur prophetа timere nō debeat. Ego (inquit) posui siue dedi te hodie: hoc est, in præsenti uita, donec uocatur hodie, quasi ciuitatem firmissimam: non ut unam domum, nec turrem aut aliqua mœnia, sed omnem ciuitatem quæ sita super montem latere non potest: De qua scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Et in columnam, inquit, ferream: de qua scribit Apostolus: Columna & firmamentum ueritatis. Vnde Petrus & Ioannes, qui putabantur columnæ ecclesiæ, dextras dederunt Paulo & Barnabæ cōmunionis. Nec hoc sufficit: sed in murum, ait, æneum, qui nulla uiolatur rubigine, nec cæsus imbrib. deperit, sed uetustate sit fortior. Eris autem talis cōtra reges & principes & populum: non cuiuslibet loci, sed terræ: qui terrena sapiunt, & cœlestia non nouerunt: qui habent imaginem χοϊκοῦ & non cœlestis. Hi, inquit, bellabunt aduersum te, & non prævalebunt. Cur quæso? Quæ est tā tæ fortitudinis causa, ut nec reges, nec principes, nec sacerdotes, nec populi aduersum unū prævaleant? Sequitur: Quia tecum ego sum, ait dominus, ut liberem te. Si quando reges Iuda quæ interpretatur, cōfessio, & principes eius & sacerdotes & populi, episcopi uidelicet & presbyteri & diaconi, & uulgus uile atq; ignobile contra sanctū uirū consurgere uoluerint, habeat fidei firmitatem, & timere desistat, quia dño auxiliante superabit. C

CAP. II

ET *factum est uerbum domini ad me, dicēs, Vade & clama in auribus Hierusalē, dicens.*] Hoc in Lxx. non habetur, sed sub asteriscis de Theodotionis æditione additum est, qui uerbum Hebraicum קָרָאתָ quo nos diximus clama, siue prædica, interpretatus est, lege. Et lectionem enim & clamorem & prædicationem pro sui ambiguitate significat. Aures autem Hierusalē pro auribus habitatorum eius debemus accipere. d ¶ *Hæc dicit dominus, Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam & charitatem desponsationis, etc.*] Plenius hoc in Ezechiel dicitur, quando sibi Hierusalē in matrimonio dñs copulat: & sub persona uxoris, suis iungitam

Tū ergo accinge lūbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne timeās à facie eorū, nec eīn timere te faciam uultum eorum (quia tecum sum ut liberem te, dicit dñs.) Ego q̄uippe dedi te hodie (siue posui ecce te in hac die) in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram: regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia tecum ego sum, ait dominus, ut liberem te.

CAPVT II

ET factum est uerbum Domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Hierusalem, dicens:

HEB. Hæc dicit dōminus, Recordatus sum tui, miserās adolescentiā tuā, & charitatem despōsationis tuæ: quando sequuta me es in deserto, in terra quæ non seminat. Sānctus Israel dño primitiæ frugū eius: oēs qui deuorāt eū, delinquēt: mala ueniēt super eos, dicit dñs. Audite uerbū dñi domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel. Hæc dicit dñs: Quid inuenerūt patres uri in me iniquitatis, quia elongauerūt à me, & ambulauerūt post uanitatem

SEP. Hæc dicit dominus, Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ. quando sequuta me es in deserto, in terra quæ non seminat. Sanctus Israel dño primitiæ frugū eius: oēs qui deuorant eū, delinquent: mala uenient super eos, dicit dñs. Audite uerbū dñi domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel. Hæc dicit dñs: Quid inuenerūt patres uri in me iniquitatis, quia elongauerūt à me, & ambulauerūt post uanitatem

plexibus: Siue ut ardentiorem monstret affectum, puellam eam & adolescentulam & despōsatam uocat. Quo enim necdum potiti sumus, magis ut potiamur appetimus. Quando, inquit, sequuta es me in solitudine, & instar sponsaliorū & dotis, legis tibi ornamenta & uerborum distribui monilia. Totumq; hoc non ad meritū eius refert, sed ad suam misericordiam per quam & charitatem consequuta est. Hoc quoq; quod posuimus, in deserto, in terra quæ nō seminatur: in Septuaginta non habetur. e ¶ *Sanctus Israel domino primitiæ frugum eius, omnes qui deuorant eum, delinquent: mala uenient super eos, dicit dominus.*] Quando Israel dicit primitias frugum domini: ostendit populum de gentibus congregatum esse post primitias: iuxta illud quod in alio loco scriptū est: Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Primitiæ autem semper debentur sacerdotibus & non hostibus. Quod sequitur: Omnes qui deuorant eum delinquent, mala uenient super eos, dicit dñs: hūc habet sensum: Quomodo qui primitias deuorant, nequaquam de genere sacerdotali, sceleris rei sunt: sic qui contaminant Israel, malis subjicietur: iuxta illud quod in uicesimo sexto psalmo sanctus Dauid loquitur: Dū appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmitati sunt & ceciderunt. Nec enim ex eo quod dei exequuntur sententiam, immunes erunt à supplicio: malaq; uenient super eos, oportet enim uenire scandala: uerum, Væ ei per quem ueniunt scandala. f *Audite uerbum domini domus Iacob, & omnes, etc.*] Hunc sensum & alius prophetа testat. Populus meus quid feci tibi & quid molestius fui tibi: Respōnde mihi: quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te. Virunq; aūt nomen

A nomen, Iacob & Israel ponitur, non secundum duas & Gene. 23.g decē tribus, sed iuxta omnē populū, cum & ipse Iacob postea sit appellatus Israel. Offensam autē ducit à patribus, non quo peccata patrū filijs imputent, sed quo & filij habētes patrū similitudinē, & suo & parentū scelere puniantur. Sæpe legimus q̄ propter sanctos patres, filiorum misereatur deus. Dereliquerunt autē patres populi peccatoris deum, & non breuiter, sed longo tempore, & pro deo secuti sunt uanitatē, idola uidelicet quæ nihil ,psunt cultorib. suis, & ipsis similes facti sunt, secundum illud Psal. 113.c quod scriptū est: Similes illis fiant qui faciūt ea, & omnes qui cōfidūt in eis. a ¶ *Et non dixerunt ubi est dominus qui, etc.*] Pro homine Lxx. filium hominis interpretati sunt, & pro imagine mortis, de Theodotione additum est umbra mortis. Quod cum iuxta historiam manifestum sit, illud considerandum est secun

B dum Anagogen: quòd quandiu in isto seculo sumus, Anagoge & de Aegypto educimur, paulatim ascendimus, & primum deserta transimus & terram inhabitabilē, quam sanctus inhabitare non debet, & inuiam, ut difficultatem monstret itineris: Per terram situs, ubi semper maiora cœpimus, nec præsentibus contenti sumus, & imaginem siue umbram mortis, semper enim in periculo consistimus, & ubiq; diabolus tendit laqueos suos: Per terram in qua non ambulauit uir qui perfectę ætatis in Ephe. 4.c Christo est. Omnes enim resurgemus in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nec enim unquam in ea habitat qui homo dei est, uel filius hominis, sed semper ad maiora festinat. Ex quo perspicuum est, non esse perfectionem in uia, sed in fine uiæ, & in mansione quæ sanctis in cœlestibus præparatur, Psal. 133.a & quibus dicitur: Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Frustra igitur noua ex ueteri hæresis suspicatur, hic perfectam esse uictoriam ubi pugna est atq; certamen, & incertus exitus futurorum. b ¶ *Et induxi uos in terram, etc.*] Pro labore durissimi itineris, dedi uobis omnium rerum abundantiam. Hoc quippe significat Carmelus qui Hebraicè appellatur כַּרְמֶל & in lingua nostra sonat, cognitionem circumcisionis. Quomodo autem ille populus terram sanctam & omnium rerum fertilem, idololatria polluit atq; uiolauit, sic nos ueræ circūcisionis accipientes scientiam, comedimus fructus eius, & si negligentia subrepserit, contaminauimus terram dei, & hæreditatem illius abominabilem facimus. c ¶ *Sacerdotes non dixerunt ubi est dominus, etc.*] Post tanta beneficia uerterunt in cōtemptum priuilegia dignitatis, ut sacerdotes dominum non quærerent: ut doctores legis ignorarent eum, qui alios docere debebant, & pastores per negligentiam præuaricatores fierēt, & prophetæ qui in populis disputant, non deo loquantur sed idolo, & sua figmenta uenerentur.

His aūt uerbis utendū est aduersus nostri ordinis magistros, qui deuorant plebē dei uelut cibū panis, & per mala opera non inuocant dominū. d ¶ *Propterea adhuc, etc.*] Ne uideat percutere per potentiā, quasi cum paribus ratione cōtenditi: iuxta illud quod Dauid canit & usurpat Apostolus: Vt iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Quodq; posuit, adhuc: sæpe se fecisse testatur: & q̄ intulit, cū filijs uestris, similem ostēdit etiam in filijs malorū pertinaciam. Occultē autem significat quòd antiquam in deum negationē, etiam filij eorū in aduentu domini sint secuti. e ¶ *Transite ad insulas, etc.*] Comparationem facit eius rei quæ incomparabilis est, & uerū deum confert mendacibus. Ite, inquit, ad insulas Cethim, quas uel Italiæ uel occidentaliū partium debemus accipere, ab eo quòd terræ Iudææ Cyprus insula in qua urbs hoc uocabulo nuncupatur uicina sit: De qua & Zeno princeps Stoicorū fuit. D Cedar autem regio est solitudinis & Ismaelitarū, quos nunc Saracenos uocāt, cōtra quam huius ipsius prophetæ in extremis partibus texitur uaticinium. Et cuius meminit Dauid, dicēs: Habitaui cum habitantibus Cedar, multū peregrinata est anima mea. Et est sensus: Vel ad occidentē pergite, uel in solitudinem mittite, & uidete si qua gens hoc fecerit quod uos fecistis: nulla enim earū spreuit deos suos, nec ligneos & lapideos aureorum comparatione mutauit, sed antiquū errorē secuta, tenuit quod à maioribus acceperat. Et certe hoc, cum nullus eorum deus sit, sed simulachra hominū ficta manu. Populus uerò meus mutauit mendacio ueritatē, & idolū mihi prætulit, quod eis necessitatis tēpore prodesse nō potuerit. Possumus hoc & cōtra eos dicere, qui maiori studio sequuntur uitia quàm uirtutes, quos monet Apostolus dicens: Humanū loquor propter infirmitatē carnis uestræ. Sicut exhibuistis membra uestra seruientia immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē: ita nunc exhibete membra uestra seruientia iusticiæ in sanctificationē. f ¶ *Obstupescite cœli, etc.*] Cœlū cui dictum est: Attende cœlum & loquar. Et: audi cœlū, & auribus percipe terra, uidens dei præcepta calcata, inhorrescit & stuporem dissimulare non potest. Omnis enim creatura congemiscit & cōdolet super peccatis hominum. Duo autem populus dei fecit aduersa. Primū, ut relinqueret deum qui est fons uitæ, & præceptum dedit dicēs, Ego dñs deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Secundum, quod in eodem loco scriptū est: Non sint tibi dij in conspectu meo: pro quo secutus est dæmones, quos dissipatas cisternas uocat, eo q̄ dei mandata seruare non ualeant. Et hoc attendendū, q̄ fons perpetuus est, & uitales habet aquas. Cisternæ autem & lacus, uel de torrentibus uel ex aquis turbidis terra complentur & pluuijs. Portas autem cœlorū illas uocat, de

Iob 4.a Luc. 11.d 4. Reg. 1.b Mat. 3.a Iob 40.b Psal. 37.b Eph. 5.d Mat. 5.b Psal. 86.a 1. Tim. 3.d Gal. 4.b Ezech. 1 Mat. 18.a Mich. 6.a Infra 49.f Psal. 119.b Exod. 20.a Deut. 32.a Esa. 1.a Rom. 6.d Rom. 3.a Psal. 50

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A quibus & in uicesimotertio psalmo scriptū est: Leuate portæ capita uestra, & introibit rex gloriæ. Pro quo Septuaginta transtulerunt: Leuate portas principes uestras: de quibus plenius suo dicetur loco. Quodq; Aquila & Symmachus, cœlos: Lxx. uerò & Theodotio cœlum, interpretati sunt, nullū mouleat. Hebraicū enim שמים cōmunis est numeri, & tam cœlū q̄m cœlum eodē appellant nomine: ut Thebę, Athenę, & Salonæ. *a* ¶ *Nunquid seruus, etc.*] Puto ex hoc loco in superbiam elatos saluatori dixisse Iudæos: Semē Abrahę sumus & nemini seruiuimus unquam: quomodo tu dicis: liberi eritis? Nescientes quòd omnis qui facit peccatū, seruus peccati sit, & seruiat unusquisq; ei à quo uincitur. Nati ergo de amico dei Abraham, uitio suo facti sunt quasi filij Cham, cui dictū est: Maledictus Chanaan, seruus erit fratribus suis.

b ¶ *Quare ergo factus es in prædam? super eum rugierunt leones, & dederūt uocem, etc.*] Interrogat sermo diuinus ut ipse respōdeat. Leones autem uocat principes Babylonis, qui terram eius posuerūt in solitudinem, & ciuitates illius incendio deleuerunt. Vel certe iuxta Anagogen: leones intelligamus aduersarias potestates, aut hæreticorum principes, qui terram ecclesiæ desolantes, omnes illius urbes hæretico incendio uastauerunt, & illo igne de quo scriptū est: Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum. Illi enim uere dant uocē suam: & in hoc eodē propheta sub perdicis persona clamāt, cōgregant quæ non pepererūt, faciuntq; diuitias non cum iudicio. Propterea autem urbes illius uastatæ sunt & deletæ, quia non habent habitatorem deum, dicente scriptura: Et non est qui habitet in eis. *c* ¶ *Filij quoq; Memphęos, etc.*] Hoc quod nos diximus, eo tēpore quo ducebat te per uiam: in Lxx. non habetur. Duas autem urbes maximas Aegypti, Memphim & Taphnim nominat: earumq; dicit filios constuprasse Israel usq; ad uerticē: illo sensu quo Esaias posuit: A planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Tanta enim fuit libido Aegyptiorū qui sunt magnis carnibus, ut nulli parcerent membro, sed omnia constuprarent. Iuxta literā refertur ad idola Aegyptiorū, iuxta intelligentiam spiritualem ad magistros peruersi dogmatis, qui ecclesiæ puritatem sua polluunt turpitudine. Hæc autem idcirco eueniunt ei, quia dereliquit dominū deum suum: & illo maxime tempore quo ipsum ductorem sequi debuit. *d* ¶ *Et nunc quid tibi, etc.*] Pro Seor, nós turbidam interpretati sumus, quod uerbum Hebraicū significat: pro quo cōmunis editio habet, Geon. Quia ergo sup-

Ioan. 8.c

Gene. 9.d

B

Anagoge

Osee 7.b

Hiere. 17.b

Ibid. 4.g

Esa. 1.b

שיחור

C pra filios Memphis & Taphnis posuerat, qui cōstupra uerunt Israel usq; ad uerticem, nunc manifestius ipsam Aegyptum nominat: Nullicq; dubiū quin Nilus aquas turbidas habeat, & ep fluuium Assyriorum Euphraten significet, dicente scriptura, quod

dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ cōtinere non ualent aquas. Nūnquid seruus est Israel aut uernaculus? Quare ergo factus est in prędam? super eum rugierunt leones, & dederunt uocem suam: posuerunt terram eius in solitudinem, & ciuitates illius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. Filij quòq; Mempheos & Taphneos constupraue runt te usq; ad uerticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominū deum tuum eo tempore quo ducebat te per uiam? Et nūc quid tibi uis in uia Aegypti ut bibas aquam Sihor? Et quid tibi & uiæ Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Argūet te malicia tua (siue erudiet te præuaricatio tua) & auersio tua increpabit te. Scito & uide, quia malum & amarum est, reliquisse te dominum deum tuum: & non esse timorem mei apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculò confregisti iugum meum (siue tuum) rupisti uincula mea (siue tua:) & dixisti, non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix (siue ibi diffundebaris in fornicatione.)

HEB. Egò autē plantaui te uineā electā, omne semen uerū quō conuersa es mihi in prauum uinea aliena? Si lāueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, macula

SEP. Ego aūt plātaui te uineam frugiferā omnē ueram, quō conuersa es in amaritudinem uitis aliena? apud eum. Principium enim sapientiæ timor domini: quem quia non habuit, malo & amaritudini traditur.

Supra 1.c

Esa. 5.a

Ioan. 15.a

Prou. 9.c

f ¶ *A seculo, etc.*] Quasi ad meretricē loquitur Israel, q̄p cōiugalia fœdera ruperit, & dixerit: non seruiā, subauditur dño uel marito, sed in omni colle sublimi & sub omni ligno frōdoso prostrata fuerit idololatriæ. Amœna enim semper & excelsa loca idolis dedicātur. Potest hoc & ad eum dici, qui ab initio Christianus ex parte sacris literis eruditus, postea desiderio secularis literaturæ, quæ significat in collibus, & amœnæ eloquentiæ, quæ in frōdolis monstrat arboribus, prosternat se dæmonibus, qui sub occasione eruditionis & sublimis scientiæ, polluunt credentiū animas, & diuaricare faciunt pedes suos omni trāseunti. *g* ¶ *Ego aūt, etc.*] Pro uinea frugifera siue electa, in Hebræo שורק habetur, quæ in Esaiæ cantico ponitur. Est aūt genus uitis optimæ: quo furculo & Israel dñs plātasse se dicit: & mirat quō semē uerū electaq; uinea conuersa sit in amaritudinē, & ideo facta sit uinea aliena: nullusq; securus sit si & plantatio dñi & semen uerū & uinea sorek, in tantū suo uitio cōmutatur, ut per amaritudinē recedat à dño, & fiat uitis aliena. Et in hoc cōsideranda clemētia saluatoris, quod qui in euangelio dixit: Ego sum uitis uera: discipulis quoq; suis dederit & credēti in se populo, ut uitis electa uel uera sit, si uoluerit in eo quod plantata est permanere. *h* ¶ *Si lacueris te nitro, etc.*] Pro herba בורית quam nos ut in Hebræo posita est uertimus: Lxx. transtulerunt

A rūt πόαν, ut significarēt herbā fullonū: quæ iuxta ritū prouinciæ Palestinæ, in uirētibus & humectis nascit̄ locis: & ad lauādas sordes eandē uim habet quā & nitrū. Nitrū aūt nostrū & herba fullonis pœnitētia est. Ecclesiasticus quoq; sermo, qui arguit & increpat & corripit delinquētes, mordacioris nitri habet simi litudinē: Qui uerò leui peccatorum sorde maculatus est, leuiori bus purgat̄ monitis. Porrò peccata grauia quæ ad mortem trahūt: nec nitro necherba borith diluī possunt: sed grauioribus tormentis indigent.

1.Cor. 3.c Vniuscuiusque enim opus quale sit, ignis ꝓbabit, & in igne reuelabitur. Pulchrec̄ addidit: Maculata es in iniquitate tua in cōspectu meo: quod etiā si hominibus mūda uidearis, mihi mūda non sis: qui noui cōscientias singulorum. Vnde & in alio

Psal. 42.a loco dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuēs.

a ¶ *Quomodo dicis, etc. in cōualle.*] Siue ualle,

B quę Hebraicē dicitur גיא & à Lxx. interpretatur πολυάνδριον, quod sermone nostro dici potest, sepulchrū multitudinis. Frustra, inquit, non uis confiteri scelera tua: & iactas mundiciā quæ idololatriæ polluta es sordib. & impudēter negas te coluisse idolū Baalim. Respice cōuallē filiorū Ennon, quæ Siloe fontibus irrigat̄: & ibi cernes delubrū Baal, quē relicto deo uenerata es. Quodq; addit̄: scito qd feceris, clausos oculos aperit denegātis, ut cernat qd̄ erubescit aspicere. Iuxta

Infra 19.a

Tropol. Mat. 7.b Tropologiā, impudentiā frōtis eorū qui nolūt sua uitia cōfiteri, operib. arguamus. Huiusce modi homines, nō ambulāt in arta & in angusta uia, quæ ducit ad uitā: sed in lata & spaciosa, ꝑ quā ingrediunt plurimi, quæ ducit ad mortē. Vnde & significēter πολυάνδριον nominata est: siue iuxta historiā q̄p ibi interfecta & perdita sit idololatriæ malo, populi multitudo. *b* ¶ *Cursor leuis, etc.*] Multum in hoc loco Lxx. editio ab Hebraica ueritate discordat: tamē utraq; habet sensum suū. Quia supra dixit, nō sum polluta, & quasi ad mulierē quæ turpiter se gesserat loquebat̄, describit fornicationē eius: Quō, inquit, caprea leuis: quā nos genere cōmuni, cursorē dixi mus: significātiusq; Aqla, Symmachus, & Theodotio uertere δρομεὺς κάφη, explicat uias suas, & uelox fert ad pabula: & sicuti onager assuetus in solitudine trahit in desiderio animę suę uentū uel spūm amoris sui: Vnde apd Hebræos nomine רוח & uētus appellat̄ & spiritus: Sic & Israel siue Hierusalē toto impetu ad desideriū libidinis ferebat̄ & omni idolorū amore feruebat: nullusq; est q̄ eā suis monitis posit ab hoc impetu auertere: nō quo impossibilitas hoc fecerit, pphetarū, sed malicia puersa cupiētis. Quicūq;, ait, eā quæsierint, nō magnopere laborabūt. In mēstruis & in immūdicia eius inueniēt eā. Pro quo Aqla νεομηνίαν, hoc est Kalendas, Symmachus, mensem: Lxx. & Theodotio, humi-

litatē interpretati sunt. Porrò iuxta Lxx. hic sensus est: C Meretrix Hierusalē, iuxta illā mulierē quæ in Prouer- Prou. 5.d bijs describit̄: Ad uesperam ululabat uoce sua, & amato & 6.d res ad libidinē prouocabat: aperiebat uias turpitudinis suæ, & diuaricabat pedes omni transeunti. Erat aūt locus amœnitatē habēs aquarū fluentiū, qui delectabilior fit quādo in circuitu solitudo est, ut nullus uideat fornicantē. In desiderio, inquit, animæ suæ πνοὴματοφορέτο siue puerso spiritu ducebat̄, siue trahebat amoris refrigerium, uel certe canebat turpitudinis suæ carmina. Tradita est, inquit, uitijs suis & libidini, nullus eam conuertere poterit: omnes qui uoluerint eā inuenire, in turpitudinis humilitate reperient, ut nunc̄ posit uoluptatis amore satiari. *c* ¶ *Prohibe pedē tuū, etc.*] Pascha factu- Exod. 12.b ri, calciamenta iubentur habere in pedib. Et apostolus, calcia- Ephe. 6.c tos prędicat pedes eorū qui euangelio præparātur: ne dum per D seculi huius solitudinem gradiuntur, uenenatis pateant animantibus, quæ debent euangelico pede calcari & conteri. Guttur prohibemus à siti, quando saluatoris præcepta implemus, dicētis: Qui sitit ueniat ad me & bibat, quæ desperatio- Ioan. 7.f ne malorū negauit se facturā quod dominus imperauit, causamq; expositurā dicēs: Adamaui alienos, & illos sequar: impudenti cōfessione putans se crimina deuitare. Porrò iuxta Lxx. uia peccatorū aspera est, quæ à dño cōuertitur in uiā planā. Quicūq; hæreticos sequit̄, horū uersuū notet̄ elogio: q̄p dixerit desperaui, siue in malo proposito agam uitiliter, & in meo confortabor errore. Necesse aūt est ut qui alienā ab ecclesiastica doctrinam sequitur alienos diligat, & corū sequatur uestigia, uel dæmones uel hæreticorum principes qui à deo alieni sunt. *d* ¶ *Quomodo confunditur fur, etc.*] Quamuis sit impudens & procax uultus furantiū, tamen erubescit cum in furto fuerit deprehensus. Et Israel ergo dicēs ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti, ut eos uocaret parentes quos ipse fabricatus est, confunditur cū in sua idololatria fuerit deprehensus. Et ne putemus hoc de plebe eū dicere, reges ponit & principes & sacerdotes & prophetas eorū. Vtamur hoc testimonio contra principes nostros & contra hos qui in ecclesia putantur duces, cum in peccatis turpibus fuerint deprehensi. *e* ¶ *Verterunt ad me tergū & non faciē.*] Qui prosciunt sermones dei retrorsum, ipsi uertunt contra eum tergum & non faciem: Quādo enim magister præcipit, Zach. 7.c obedientis indiciū est, si demisso contra audiat capite. Sin autem uertat tergum, signū est contemnentis, ut in alio loco scriptū est: Et uerterunt ad me scapulam recedentem. In tantū, inquit deus, mea contempsere præcepta, ut ne audire quidem uoluerint, sed tumorem animi, gestu corporis indicarint. *f* ¶ *Et in tēpore afflict. etc.*]

A Qui per beneficia non senserũt, per tormenta sentient deum. c ¶ *Vbi sunt dij, etc.*] Impudens postulatio, tempore necessitatis & angustię ab eo quęrere auxiliũ quẽ in pace contempserint: Legendũq; increpantis affectu: liberent te dij tui quos fecisti tibi, ut cum deus creator sit hominum, homo fecerit deum, probet necessitas quid possint quos securus ante coluisti. *b* ¶ *Secundum numerum, etc.*] Vel eosdem uel singulos atq; diuersos singulæ ciuitates colebant deos, ut nec in impietate uiderentur habere cõsensum, sed pugnans contra se superstitio, diuersum sequeretur errorem. Quodq; sequitur, & iuxta numerũ uiarũ Hierusalẽ immolabãt Baal: à Lxx. additum est. *c* ¶ *Quid uultis etc.*] Prona est ad excusationẽ sui humana per uersitas, ut quicquid merito sustinent, iniuste sustinere uideantur, & propriã culpã referant ad iudicium dei. Frustra igit, ait, obtenditis querimonias, & iniquam causam in iudicẽ, cũ impietatis uestræ sit, qđ patimini. Quodq; sequitur: Et oẽs inique egistis in me: à Lxx. additum est. *d* ¶ *Sine causa percussi filios uestros, disciplinam non receperunt, etc.*] Pro quo posuere Lxx. nõ recepistis. Sensusq; est in Hebraico: ipsi qui percussi sunt, disciplinam recipere noluerũt. In Lxx. uerò, ideo percussi filios uestros, ut illorum nece uos eruditemini. Et ne fortè diceretis: peccantes corripere noluisti, plagis discite filiorum uestrorum, quod ausertiori uos cupierim curari medicamine. *e* ¶ *Deuorauit gladius, etc.*] Non meos, sed uestros prophetas: nequaq; meus, sed uester gladius deuorauit, quem sustinuistis pro peccatis uestris. Porrò Lxx. non habẽt uester, sed simpliciter interpretati sunt deuorauit gladius prophetas uestros: ut ostendatur uel hostilis gladius, uel gladius meus, per quẽ peccata uestra confodi. *f* ¶ *Quasi leo uastator, etc.*] Gladius, inquit, qui deuorauit prophetas uestros, haud dubie quin Baal & idolorũ hariolos significet, instar leonis uniuersa uastauit, & tũ uestra generatio quæ paucorũ interfectiõe debuerat emendari, omnis persecuerauit in scelere. Iuxta Lxx. uerò hic sensus est. Sic gladius dñi qui aduersariorum gladiũ demõstrauit, deuorauit, atq; lacerauit pseudoprophetas uestros: quasi leo, q auidissimus repertã prædã lacerat, & tũ nec prophetarũ uestrorũ supplicio potuistis ad meliora cõuerti. *g* ¶ *Videte uerbum, etc.*] Et Moyses uidebat uocem dei, & Ioannes apostolus uerbum dei uidisse & attrectasse se dicit. Miratur aũt quõ populus Israel deũ habuerit quasi solitudinẽ, cum ido C
la quasi celebritatẽ urbiũ sit secutus. Terra serotina est, quæ imbres non recipit doctrinarũ nec euangelij disciplinã, plenaq; sentiũ, quia exculta non fuerat. Populus igitur quondam dei, in eo est sceleratior q̃ recesserit à dño & non uult ultra reuerti ad dominum suum. Grandis offensa nolle placare quem offenderis.

cent: Surge & libera nos. Vbi sunt dij tũi quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ. Secundum numẽrum ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda: & iuxta numerum uiarum Hierusalem immolabant Baal. Quid uultis mecum iudiciõ contendere? oẽs dereliquistis me, dicit dñs (& oẽs inique egistis in me.) Sine causa percussi filios uestros, disciplinam non receperũt.

HEBR. Deuorauit gladius uester prophetas uestros: Quasi leo uastator, generatio uestra. Videte uerbũ domini: Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Quare ergo dixit populus meus, recessimus, non ueniemus ultra ad te?

SEPT. Deuorauit gladius prophetas uestros: Quasi leo uastator, & non timuistis. Audite uerbũ dñi: hæc dicit dñs. Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra plena sentiũ: quia dixit populꝰ meus, nõ seruiemus nec ueniemus ad te?

b ¶ *Nunquid obliuiscetur uirgo, etc.*] Per hæc discimus Christum esse sponsum uirginis ecclesiæ, quæ non habet maculam neq; rugã. Si aũt ipse est spõsus: ipsius uerba sunt, de quo loquitur Ioãnes baptista: Qui habet sponsam sponsus est. Ornamentum ergo suum perdit, qui recedit à domino: & amittit intelligentiam doctrinarũ, quæ significatur in pectore. Vnde & Ioannes euãgelista recũbit super pectus dñi, & sacerdotibus inter cætera separatur pectusculũ uitulinarũ. Quanto autem maior est numerus temporũ quibus obliuiscimur dñi, tanto maior pœna peccati: q̃ nec longitudine seculorũ potuerit edomari. *i* ¶ *Quid niteris, etc.*] Frustra, inquit, te cupis uerborum arte defendere, & quasi bona ostendere opera tua, ut mearis dilectionẽ, quę egredieris insuper etiã alios docuisti uias tuas, & exemplum fuisti omnibus malorũ operũ, & in alis quippe liue in manibus tuis, inuentus est sanguis innocentiũ, quos idolis immolasti, siue quorũ animas perdidisti sacrificiorum similitudine. Pauperes, de Hebraico posuimus, qui in Lxx. nõ habenť. Hos aũt, inquit, pauperes & innocẽtes nõ inueni interfectos in foueis: quod solet plerũq; accidere latronũ insidijs: sed in omnibus quæ supra memorauí, siue sub quercu, quæ Hebraicè dicit אלה quæ quidem & ista significat, ut sit sensus. In omnibus istis siue sub quercu atq; terebintho, sub cuius umbra & frondibus quasi in amœnis locis idololatriæ sceleribus fruebaris. *k* ¶ *Et dixisti, etc.*] His utendũ est aduersus eos q nolunt sua peccata cognoscere, sed in tẽpore afflictionis & angustiæ dicũt se iniuste sustinere quæ sustinent, magisq; prouocãt irã dei, dum alterũ maiusq; peccatũ sit, non lugere quod fecerint, sed uanas excusatiões obtẽdere peccatorũ. Iudicio, inquit, contendã tecũ pro eo quod dixeris, nõ peccaui: quasi maius quippiã sit hoc peccatũ, aliud habere in cõscitẽtia, aliud in sermone, p ferre. Audiat noua ex ueteri hæresis, irã dei esse uel maximã nolle peccatũ cõfiteri humiliter, sed impudẽter iactare iusticiã. *l* ¶ *Et ab Aegypto, etc.*] Vt Aegyptiorũ imperitum

A petũ declinarent cõfugiebãt ad Assyrios, quorũ cassum fuit præsidium, uictos enim eos ab Aegyptijs legimus. Rursum ut irã Assyrij fugerent, Aegyptiorũ adiutorio urebantur, quos ab Assyrijs superatos, narrat historia. Increpant ergo quod obmissa spe in dñm, hominũ uel tantur auxilio, quod omne cõtritũ est & ita subuersum, ut nihil in eo utilitatis ualeãt reperire. Vnde ait: Et ab ista egredieris, hoc est, ab Aegypto sicut egressa es ab Assyrijs, & manus tuæ erũt super caput tuum, luge bisq; te frustra ab Aegyptijs expectasse prę sidium. Recordemur
2.Reg. 13.c historię qñ ab Amnõ fratre sceleratissimo corrupta Thamar & uiolata super caput sparsũ cinere manus posuerit, & ita reuersa sit in domũ suam.

egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam cõtriuit dominus confidentiã (siue spem) tuam, & nihil in ea habebis prosperum.

CAP. III

Vlgo dicitur (pro quo Lxx. tantũ dicitur, transtulerũt.) Si dimiserit uir uxorẽ suã, etc. Et tu fornicata es cum amatoribus multis siue pastoribus.] Verbũ enim
B רעים quod quatuor literis scribit רעים & amatores & pastores utrũq; significat. Si legamus רעים amatores significat: si רעים pastores. *b* ¶ *Tamen reuertere ad me, etc.*] In Hebræo etiam post fornicatiõnẽ susciꝑit pœnitẽtẽ: & hortať ut reuertať ad se. In Lxx. uerò, non prouocat ad pœnitẽtiã, sed arguit impudentiam meretricis, quòd post adulterũ reuerti audeat ad maritũ. Quodq; ait: Et cõtaminata erit mulier illa: pro quo in Hebraico legimus, terrã relinquit exemplũ, & manifestius loquitur de terra Israel, quæ adulteræ mulieri cõparatur. Vtamur hoc testimonio aduersus eos qui fidẽ dñi relinquentes, & hæreticorũ erroribus præpediti, post multas fornicationes & deceptiones animarũ, simulant se reuerti ad pristinã ueritatẽ: nõ ut deponãt uenena pectoris, sed ut cæteris insinuent. *c* ¶ *Leua oculos tuos, etc. quasi latro in solitudine siue quasi cornix deserta.*] Pro latrone siue cornice, in Hebræo scriptum עֲרָבִי quod potest & Arabas significare, quæ gens latrocinijs dedita, usq; hodie incursat terminos Palestinæ, & de
Luc. 10.c scendentibus de Hierusalem in Hiericho obsidet uias, cuius rei & dominus in euangelio recordať. Eleua igitur oculos tuos ò Hierusalem, & hucusq; circumspice, & uide ubi non fornicatione prostrata sis. Quomodo enim latrones solent ad uesperam & in desertis locis uiatoribus insidias tendere: sic tu iuxta fornicariã Pro
Prou. 7 uerbiorũ, sedebas in uijs ad uesperã, ut concubitu tuo
Eccle. 9 animas interficeres fornicantiũ, propter quod uniuersa terra polluta est fornicationibus tuis. Significãterq;
Anagoge iuxta Anagogen his qui hæreticos errores deserere se promittunt: præcipitur ut leuent oculos in directũ. Nisi enim recta uidere cœperint, prauitatem pristinã damnare non possunt. *d* ¶ *Et polluisti (siue interfeceris) terram fornicationibus tuis, etc.*] Intersecta est terra siue polluta, C
propter interfectionẽ eorũ qui idololatriæ fornicatione perierunt. Vnde ablata est omniũ benedictio rerum ut paterentur siccitatẽ sermonis dei. Siue habuit pastores, per quos offenderet deũ, ut qui magistri esse debuerant, ut alios ab errore prohiberent, autores impietatis extiterint. *e* ¶ *Frons mulieris meretricis, etc.*] Quia supra *Supra 2.g*
dixerat: non peccaui, & magis peccauerat sua scelera denegando: idcirco nunc arguit quasi mulierem procacẽ & nimiæ impudentiæ: ut non ad unũ & alterũ procaci uultu feratur, sed nullũ erubescat. Vtamur hoc sermone aduersum hæreticorũ conciliabulũ, qui in suis erroribus gloriãtur.
f ¶ *Ergo saltem amodo uoca me pater meus, dux uirginitatis meæ, etc.*] Erubescãt hæretici qui nolũt ad meliora cõuerti, nec regredi ad pattẽ creatorẽ suũ, & audiant: saltẽ amodo uoca me pater meus, dux uirginitatis meæ es tu. Ipse despondit D
animã uestrã amplexibus suis, & docet quomodo orare debeat, & agere pœnitentiam. Quanto autem ille clementior, qui salutis post fornicationem ostendit uiam: tanto miserior meretrix, quæ non uult post uulnera recipere sanitatem. *g* ¶ *Ecce locuta es & fecisti mala, & potuisti, etc.*] Pro uerbis pœnitentiæ, uerbis superbis blasphemasti, & implesti cogitationẽ tuam malam, & ostendisti contra uirum fortitudinem tuam, ut possis facere quod sermone tractasti. *h* ¶ *Et dixit dominus ad me in diebus Iosiæ regis: Nunquid uidisti quæ fecerit auersatrix Israel, etc.*] Aliorũ tormenta, aliorum remedia sunt, Cumq; punitur homicida, recipit quidem ipse quod
4 Reg. 17.d fecit: sed alij deterrentur à scelere. Decem igitur tribubus quæ appellabantur Israel captis ab Assyrijs, in Media q̃ translatis, duæ tribus, Iuda & Beniamin quæ debuerant similia formidare, & tota ad deum mente conuerti, uicerunt decem tribuum scelera, & intantum idola sunt secutæ, ut in templo dei statuam Baal ponerent, quæ in Ezechiel uocatur idolum, ad zelum & æ-
Ezech. 8.b mulationẽ domini collocatũ. Loquitur autem sub figura duarum sororum, quia de una sunt Abraham, Isaac & Iacob stirpe generatæ, & priorem auersatricem, sequentem præuaricatricem uocat. Illa etiam deum peni
3.Reg. 12.g tus auersata est, statim adoratis in Dan & Bethel uitulis aureis. Ista autem apud quam erat templum & uera dei religio, imitatione germanæ, paulatim recessit à domino. Et idcirco præuaricatrix dicitur. Secundum A-
Anagoge nagogen autem de hæreticis prophetia est, qui falsi nominis scientiam dum se arbitrantur hæretica fabulitate sectari, ascendunt montem superbiæ, & carnis huius uoluptatib. deliniti, sub omni ligno frondoso & amœ-

Exod. 33.d
1.Ioan. 1.a

Universidad de Navarra Biblioteca

A no exponunt fornicationē suam. Qui cum tradant diabolo in interitū carnis, frequenter euenit, ut domus Iuda, id est, cōfessionis & ueræ fidei, nequaq̄ terreatur exemplo, sed multo maiora cōmittat: & facilitate fornicationis suæ contaminet terrā ecclesiæ, & mœchetur cum lapide & ligno, ea sequens dogmata, quæ aduersaria deo sunt. Sin autem ecclesiastícus uir corrigere uoluerit errantem, & putridas resecare carnes, & ad pœnitentiā retrahere eos qui secuti sallitatem fuerint ac nihilominus illi sub specie ecclesiasticæ ueritatis antiquū sequantur errorē: dici potest de his: In omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo: sed in mendacio. Fit autem hæc prophetia Iosiæ temporibus regis iusti: sub quo & Hieremias exorsus est prophetare. a ¶ *Et dixit dominus ad me etc.*] Iustior, inquit, est Israel comparatione Iudæ, quia illa statim in

B principio perijt: hæc illius cruciatibus potuit emendari. Attendat noua ex ueteri hęresis, quod Israel cōparatione Iudę iustificata dicatur. Nec mirū hoc de unius gentis sororibus, cū Sodoma quoq̄ collatione Hierusalem, iusticiæ nomē accipiat, dicēte domino per Ezechiel: Iustificata est Sodoma ex te: & publicanus pharisæi comparatione fit iustus. b ¶ *Vade & clama, etc.*] Verbum Hebraicum קְרָא & uoca, & clama, & lege significat. Vnde Aquila & Symmachus, clamita, Septuaginta & Theodotio lege, interpretati sunt. Ad Aquilonem autem & contra Babylonem atq̄ Assyrios sermo dirigitur, ad decem & duas tribus, & earum reuersio prædicatur. Et non auertā faciem meam, inquit, à uobis: siue non firmabo faciem meam contra uos, ut nequaquam uos austeritate iudicis, sed uultu misericordiæ suscipiam. Sanctus enim & misericors sum: non ut recorder ultra iniquitatis uestræ, nec meminerim quōd à domino recessistis, & pro illo uos idola delectarint, & fornicati sitis sub omni ligno umbroso atq̄ frondoso: Quod quidem ad hæreticos & in ecclesia negligentes dici potest, qui quotidie per ecclesiasticos uiros ad pœnitētiam prouocantur, & quibus propriè aptari potest: Et uocē meam non audistis. Omnis autem hæreticus habitat in aquilone & calorem fi-

Rom. 12.c dei perdidit, nec audire potest illud apostoli: Spiritu feruentes. Et quia se uoluptatibus tradidit: recessit à domino, & dispersit uias suas alienis dogmatibus: & uoluptatē secutus est. Nulla enim hæresis nisi propter gulam uentrēq̄ construitur, ut seducat mulierculas oneratas peccatis, semper discentes & nunq̄ ad scientiā ueritatis peruenientes, de quibus ueré dicitur: Qui deuorant populū meū uelut escam panis, & quos Christus notat deuorātes domus uiduarū. Cūq̄, inquit, misertus tui fuero, ne iustū esse te putes, sed memento iniquitatis tuæ semper, & scito quia in dominū fornicatus sis: & superbiæ colla dimitte, ut qui offendisti dominum per arrogantiā, places per humilitatem. Illi autē quod supra diximus: Et non firmabo faciē meam super uos: illud propheticum conuenit: Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniqtates meas dele. c ¶ *Conuertimini ad me, etc.*] Iudæi impletū hoc putāt post reuersionē ex Babylone sub Cyro rege Persarum, & Zorobabel filio Salathiel, etiam si non omnes reuersi sunt: hoc significari, assumam unum de ciuitate, & duos de cognatione. Sed melius in aduentu Christi, quando reliquiæ saluę factæ sunt, dicente & exponente Apostolo: Nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis semē, quasi Sodoma essemus & similes Gomorræ fuissemus.

In die-

lignum frondosum, & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia, ad me cōuertere, & non est reuersa. Et uidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata est auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, & abijt & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ cōtaminauit terrā, & mœchata est cum lapide & ligno: & in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait dñs. Et dixit dominus ad me: Iustificauit animā suā auersatrix Israel comparatione præuaricatricis Iuda. Vāde & clama (siue lege) sermones istos contra aquilonē & dices: Reuertere auersatrix Israel, dicit dñs, & non auertā (siue firmabo) faciē meā à uobis (siue super uos) quia sanctus (siue misericors) ego sum, dicit dñs, et non irascar in perpetuū. Verumtamen scito iniquitatē tuam, quia in dominum deum tuum præuaricata es (siue impiè egisti:) & dispersisti (siue effudisti) uias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & uocem meam non audisti, ait dominus. Cōuertimini ad me filij reuertentes (siue uagi & recedētes) dicit dominus: quia ego uir uester (siue dominator uestri) & assumā uos, unum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducā uos in Sion, & dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina. Cumq̄ multiplicati fueritis & creueritis in terra, in diebus illis, ait dominus non dicent ultra, arca pacti uel testamenti domini, neq̄ ascēdet super cor, nec recordabuntur illius, nec uisitabitur, nec fiet ultra. In tēpore illo uocabunt Hierusalē solium dñi, & congregabuntur ad eum oēs gentes in nomine dñi in Hierusalē, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.

In die-

Tūc introducti in Sion, de qua scriptū est: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et dati sunt pastores iuxta cor eius, apostoli & apostolici uiri, & pauerunt credētium multitudinē: non in Iudaicis ceremonijs, sed in scientia Christi atq̄ doctrina: & in toto orbe prędicatione euangelij seminata, nequaq̄ in arca domini quæ custos fuit legis Mosaicæ habebunt fiduciam, sed ipsi erunt templum dei: Nec iuxta errantes Nazaræos, abolitis sacrificijs inseruient, sed spiritualē cultū sectabuntur. Alij ueró hoc in fine temporū intelligunt: quando subintrante plenitudine gentiū, omnis Israel saluus fiet. d ¶ *In tempore, etc.*] Nequaq̄ dñs sedebit super arcam testamēti & Cherubim, cui prius ab illo populo dicebat. Qui sedes super Cherubim manifestare, sed oēs perfecta mēte credentes erūt Thronus dei. Vel certè melius totū de ecclesia intelligēdū: qñ cōgregāt oēs gētes in nomine dñi in Hierusalē, in qua est uisio pacis: & nequaq̄ ambulāt post prauitatē cordis sui pessimi: ut faciant quæ desiderant, nec suos sequūtur errores, sed dicūt cū propheta: Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

¶ In die-

A a ¶ *In diebus illis ibit domus Iuda ad domū Israel, & uenient simul de terra Aquilonis, etc.*] Hoc proprie in Christi complet ad uentu, quando de duodecim simul tribubus euāgelio crediderūt, relinquentes terrā aquilonis durissimi frigoris, & à diaboli imperio recedēres: tunc receperūt terram repromissionis, quam pollicitus fuerat patribus eorū, Abrahā, Isaac, & Iacob. Edidi nuper libellum paruū de terra repromissionis. b ¶ *Ego aūt dixi, quomodo ponā, etc.*] Pro hęreditate præclara exercitum gētium: quam Lxx. transtulerunt, hæreditatem nominatā dei omnipotentis gentiū: Theodotio significātius transtulit, hæreditatē inclytam fortitudinis robustissimi gentium, Christum significans: qui ductor & dñs est uniuersarum gētium, suo nomini passiōiq̄ credentiū. Ipse dixit ad Israel: Patrem uocabis me. Et: Qui credit in me, credit in patrē. Ipse pollicitus est, ponam te in filios: in

B numero scilicet filiorum meorū, qui mihi de gentiū populo crediderūt: & quibus dedi terram desiderabilem. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem, ut filij dei fiant. c ¶ *Sed quomodo si contemnat, etc.*] Christi uox est iuxta populum Iudæorum cui dixerat: Ponam te in filios, & dabo tibi terram desiderabilem, & patrē uocabis me: & post me ingredi non cessabis. Quomodo, inquit, mulier contemnit, non uirū, sed amatorē, si semel cōmixta fuerit, cernens eum suæ libidini seruientē, & in se mutatam esse legem naturæ, per quam uiro quondam subiecta fuerat, dicente domino: Et ad te conuersio eius: Sic domus Israel, id est, populus Iudæorum contempsit dominum saluatorem in perniciem suam. d ¶ *Vox in uijs siue labijs audita est, ploratus, etc. & sanabo auersiones siue contritiones eorum.*] Pro quo Symmachus transtulit, conuersiones. Libenter deus suscipit pœnitentes, & occurrit filio inopia & squalore consecto, statimq̄ induit pristinis uestibus, & reddit gloriam reuertenti: ita duntaxat ut reuertatur in ploratu & ululatu. Suo enim uitio fecit iniquā uiam suam, & oblitus est domini dei & patris sui, ad quos prophetali sermone loquitur: Conuertimini filij reuertentes. Quos idcirco filios uoco, quia intellectis peccatis uestris, in ploratu atq̄ ululatu reuertimini ad parentem. Cumq̄ uos, ait, reuersi fueritis ad dñm, sanabit omnes contritiones uestras siue auersiones: quibus à domino recesseratis, uel certe conuersiones. Quāuis enim propria uoluntate ad dñm reuertamur, tamen nisi ille nos traxerit, & cupiditatē nostrā suo roborauerit præfidio, salui esse non poterimus. Intelligamus hoc & de Iudæorum populo ad dominū reuertente: & de hæreti-

cis qui dñm dereliquerūt. e ¶ *Ecce nos uenimus ad te: tu enim es dominus deus noster, etc.*] Dicat hoc pœnitēs, & omnē superbiam derelinquēs, & multitudinē siue altitudinem montiū & collium, per quā superbiebat cōtra deum, & humilitate prostratus loquat: Vere in dño deo nostro salus Israel. f ¶ *Confusio comedit, etc.*] Omnes hæreticorum labores de quibus scriptū est: Defecerūt scrutantes scrutinio ab adolescētia eorum, quos decerpāt filios & filias eorum, q̄ in hæresi profecerāt & uelut armēta luxuria tenebātur: operiunt confusione. Vnde inferūt: g ¶ *Dormiemus in confusione nost. etc.*] Hoc loquat Israel qui suum dominum non audiuit: hoc omnis hęreticus qui agit pœnitentiā: & tamen pars salutis est, sua cōfiteri & nosse peccata. Die, inquit, tu prius iniquitates tuas, ut iustificeris. Verè enim Israel dimisit Christū dñm deum suum, & in eum peccauit, non solū eo tēpore, quando uisus est in carne, sed & ante aduentum illius. Vnde dicunt, nos & patres nostri ab adolescētia nostra usq̄ ad hanc diem, & non audiuimus uocem dei nostri: qui nostris patribus loque-

In Diēbus illis ibit domus Iuda ad domū Israel, & uenient simul de terra aquilonis ad terrā quā dedi patrib. uestris. Egō aūt dixi: quomodo ponam te in filijs, & tribuā tibi terrā desiderabilem, hæreditatē præclarā exercitum gentium? & dixi: patrē uocabis me, & post me ingredi non cessabis. Sēd quomodo si contemnat mulier amatorem suum: sic contempsit me domus Israel, dicit dñs. Vōx in uijs (siue in labijs) audita est: ploratus & ululatus filiorū Israel, quoniam iniquam fecerunt uiam suam: obliti sunt domini dei sui. Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones, siue contritiones uestras. Eccē nos uenimus ad te: tu enim es dñs deus noster. Vere mendaces erant colles, et multitudo (siue fortitudo) montiū: uere in dño deo nostro salus Israel. Cōfusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra: greges eorum & armenta eorum, filios & filias eorum. Dormiēmus in cōfusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniā deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra usq̄ in hanc diem, & nō audiuimus uocem domini dei nostri.

CAPVT IIII

SI reuerteris Israel, ait dominus, ad me cōuertere Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Et iurabis, uiuit dominus, in ueritate & in iudicio & in iustitia, & benedicent eum gentes, ipsumq̄ laudabunt

Ioan 1.d

SI cōuersus fuerit Israel, ait dñs, ad me cōuertet̄ batur: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit.

CAP. IIII.

Si reuerteris Israel, ait dominus, ad me conuertere, etc.] Pro quo Lxx. transtulerūt: Si cōuersus fuerit Israel, ait dñs, ad me conuertetur. Et est sensus, si ad me fuerit reuersus, reuertet̄ de captiuitate. Siue aliter: cum obtulerit quod habet. Qui enim habet, dabit ei: qui autem non habet, etiā id quod uidet habere, auferetur ab eo. Porrò iuxta Hebraicum hic sensus est: Si reuerteris ad me Israel, & semel salutē desiderans, peccasse te dicis, & uocem domini dei tui nō audisse: plene conuertere, & crede quem negasti, & tunc erit plena cōuersio. i ¶ *Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non cōmoueberis.*] Quando mouemur & dicimus: Mei autem penè moti sunt pedes, non imbecillitate naturæ hoc patimur, sed quia ponimus offendicula, & idola nostra contra dominum.

k ¶ *Et iurabis, uiuit dominus, in ueritate & in iudicio & in iustitia, & benedicent, etc.*] Et quomodo euangelium iurare nos prohibet? Sed hic, iurabis, pro confessione dicitur: & ad condemnationem idolorum, per quę iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula, & iurat per dominum. Quodq̄ dicitur: Viuit dñs: in testamento ueteri iusiurandum est ad condemnationē mortuorum, per quos iurat omnis idololatra. Simulq̄ animaduertendum, quod iusiurandū hos habeat comites, ueritatem, iudiciū atq̄ iustitiam: si ista defuerint, nequaquam erit

Ezech. 16.f
Luc. 18.b
Rom. 12.c
Psal. 56.b
Rom. 11.c
Psal. 79.c
2. Tim. 3.b
Psal. 52.b
Mat. 12.d
Psal. 50.b
Esa. 1.c
Rom. 9.f
Esaiæ 63.d
Psal. 63.b
Psal. 72.d
Matt. 5.f
Ioan. 5.g

Universidad de Navarra Biblioteca

A iuramentū, sed periurū. Cumq; ait, hoc fecerit Israel, & per apostolos magister fuerit gentiū: tūc benedicēt siue benedicent ei eo oēs gentes, & ipsum laudabūt, & salus processerit ex Israel. a ¶ *Hæc enim, etc. Circūcidimini domino, etc.*] Pro eo quod nos diximus, circuncidimini dño, & auferte præputiū cordium uestrorū: Symmachus posuit, purificamini dño, & auferte malitias cordiū uestrorum. Circuncisionē, emundationē, & præputia, uitiū intelligens. Hoc aūt præcipitur uiris Iuda & Hierusalem qui ueram sectant fidē, & habitant in ecclesia, ut nō seminent sup̄ spinas quas euangelicus sermo significat, quæ suffocēt sementē dei, sed prius nouale faciant, & omnes suffodiant uepres sentesq; auferant: ut munda semina, munda arua susciptāt: hoc est quod in alio loco

Matt. 7.a dicitur: Ne miseritis margaritas uestras ante porcos, & ne detis sanctū canibus. Quomodo eīm potest dei audire sermonē, & cōcipere semina, & fructum facere: cuius animus ærumnis mundi plenus est? Quodq; sequitur: Circuncidimini dño, & auferte præputia cordium uestrorum, nulli alij præcipitur, nisi uiro Iuda & habitatoribus Hierusalem, ut deserant occidentem literam, & sequantur spiritum uiuificantem. Si enim hoc, inquit, non feceritis, egredietur ut ignis indignatio mea, & succendetur, & non erit qui extinguat. Ideo autē monet & antè prædicit, ne facere compellatur: quod & in Niniuitis probamus, quibus prædicta sententia est: ut imminentem furorem pœnitentia declinarent. Omnia autem hæc mala uenient propter maliciam cogitationum, siue adinuentionum uestrarum. Vbi sunt qui in cogitationibus dicunt non esse peccatum, cum omnia

Matt. 5.1.b uitia iuxta euangelicam ueritatem de corde procedāt?

b ¶ *Annunciate in Iuda, etc.*] Hoc audiat Iuda, hoc Hierusalem, in qua confessio fidei est, & in qua pax Christi habitat, & cui per Esaiam dictum est: In montem excelsum

Esaiæ 40.b ascende tu, qui euangelizas Sion. Eleua uocem tuam, qui euangelizas Hierusalem: clamet fortiter & ita præcipiat: Ingrediamur ciuitates munitas, hæreticorum bella consurgunt: Christi munimenta nos teneant. Leuate cruces signum in specula, id est, in sublimitate ecclesiæ. Confortamini qui timetis, nolite stare, sed ad Christi auxiliū currite. Malum, inquit, ego adduco ab aquilone & contritionem magnam, uerum Nabuchodonosor, qui idcirco in mundo isto à me esse permittitur, ut uestra fortitudo & uictoria comprobetur. c ¶ *Ascendit leo de cubili suo, etc.*] Iste est, ut diximus, uerus Nabuchodonosor, de quo & beatus Petrus apostolus loquitur:

1 Pet. 5.c Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit, quærēs quē deuoret. Ascēdit aūt uel de abyssis, in quas religandus est, & ne mittat exorat, & prædo siue uasta-

tor gentiū se eleuauit, de quo dictū est: Omniū inimicorum suorū dominabit, & qui gloriat in conspectu dñi: Psal. 9.e
Circuiui omnē terrā, & conculcaui eam. Quis est enim Iob 2.a
quē diaboli uenena nō tangāt, nisi ille solus qui potest
dicere: Ecce uenit princeps mūdi istius, & inuenit in mē Ioan. 14.d
nihil? Iste crebro ponit omnē terrā ecclesiæ in solitudinē, uregressi de ecclesia, pugnēt cōtra ecclesiā. De quib. loquit Ioannes euangelista: Ex nobis 1 Ioan. 2.c
exierūt, sed nō fuerūt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permānissent utiq; nobiscū. Ciuitates uastant terræ Iudææ, & hæretico rum florēt conciliabula. Si quis ergo fautor & autor est peruersorū dogmatū, de hoc dici potest: Ascēdit leo de cubili suo, & prædo gentiū se leuauit, & reliqua. d ¶ *Super hoc, etc. quia nō est auersa ira furoris domini à nobis, etc.*] Siue ut Lxx. transtulerūt, à uobis. Aliter leonē & sæuissimā bestiā uitare nō possumus, nisi agamus pœnitentiā, & ad dñm cōuertamur, non solum mente, sed & opere. q̄ diu enim ille uastat ecclesiam & terrā Iuda, D
& Hierusalem quoq; populatur, dei ira perspicua est.

c ¶ *Et erit in die illa, etc.*] Vastante prædone ecclesiā dñi, & ira contra nos dñi permanente, omne auxilium inutile erit. Peribit cor regis, cuius cor debet esse in manu dei, & cor principū qui putabant esse sapiētes. Stultā enim 1 Cor. 1.b
fecit deus sapientiā mundi, quia per illam nō cognouerunt deum. Ipsi quoq; sacerdotes qui legem dñi docere deberent, & subiectos sibi populos à leonis furore defendere, quodā stupore infatuati, uertētur in amentiā. Sic enim Lxx. transtulerūt: pro stupore excessum mentis exprimentes. Et prophetæ consternabuntur, siue ut ut Aquila transtulit uerbum Hebraicū שמם amentes erunt. Quis enim non insaniat, non perdat cor: quando principes & reges & sacerdotes & prophetas quondam suos sub leone conspexerit.

f ¶ *Et dixi, heu, heu, etc.*] Pro quo Lxx. transtulerunt: O dñe deus, &c. Quia supra dixerat: In illo tēpore uocabunt Hierusalē solium Supra 3.f
dei, & congregabunt ad eum omnes gētes in mōte dñi in Hierusalem: & nūc dicit, peribit cor regis & cor principū, & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabunt: turbatur propheta, & in se deū putat esse mentitū: nec intelligit illud multa post tēpora esse repromissum, hoc aūt uicino futurū tēpore, iuxta quod & Apostolus loquit: Nunquid repulit deus populū suū? Absit. Per- Rom. 11.c
uenit aūt usq; ad animā gladius, quando nihil uitale in anima reseruat. Simulq; & hoc ostendit, q̄ nisi gladius præcesserit q̄ desecet & purget animæ uitia, pax & promissio non sequat. g ¶ *In tempore illo, etc.*] Quando peruenerit gladius usq; ad animam, & fuerit area consummata: tunc uētus urens ueniet de deserto, qui nō eā purget & uentilet, ut paleis huc illucq; dispersis, frumētum in

A in horrea recōdat: sed spiritus plenus, nequaq̄ populo, sed mihi ueniet ut meū triticū discipiat. Ventus & spiritus codē apud Hebræos appellant nomine רוח & pro locorū qualitate, uel uentū uel spiritū debemus accipere. Alij hunc locū sic edisserūt, ut postquā purgata fuerit area, reliquiæ saluæ fiant. Vnde & scriptum sit: spiritus plenitudinis ueniet mihi, dicēte

Ioan. 1.b Euangelista: Omnes ex plenitudine eius accepimus, & spiritus sancti gratiam sorte mur. Ventū aūt urentē iuxta historiā accipe Nabuchodonosor q̄ uniuersa consumat.

Tropol. Iuxta tropologiā aduersariam potestatē, quæ ueniēs de deserto & de solitudine, ubi nullū hospitiū dei est, ecclesiā eius conet euertere. a ¶ *Et nunc ego loquar iudicia, etc.*] Apoliopesis est, iuxta illud Vergilianum: Quos ego, sed motos præstat cōponere fluctus. Dicturus itaque prospera, retinet se: & tristib. iungit tristia. Hæc eīm sunt iudicia, quæ cum populo suo

B quondā loquit deus, ut sciāt se iuste sustinere quæ sustinent. b ¶ *Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tēpestas currus eius, etc.*] Ventura cernit præsentia, & Babylonium describit exercitū: cuius curruū rotarumq; strepitus tempestati sæuissimæ comparat, & equorū uelocitas aquilis iungitur. quod cū propheta dixisset, & quasi ueniētes hostes digito demonstrasset, populus ingemiscit, & nequaq̄ futura, sed facta iam sentit, dicens: Væ nobis, quoniā uastati sumus. Hoc idem refert ad ecclesiā, quod quotidie ueri Nabuchodonosor nos impugnet exercitus, & currus Pharaonis: omnisq; eius equitatus aquilarū impetum superet. Quod si intelligat ecclesiasticus, credēs illi

Ezec. 33.c sententiæ: Cum conuersus ingemueris, tūc saluus eris, dicet: uæ nobis, quoniam uastati sumus. c ¶ *Laua à malitia cor tuū Hierusalem ut salua fias, etc.*] Dicenti populo: uæ nobis, quoniam uastati sumus. Respondet propheta, imò per prophetam deus: Laua à malicia cor tuum Hie-

Esaiæ 1.d rusalem, illa aqua de qua & Esaias loquitur: Lauamini, mundi estote, aqua baptismi salutaris, aqua pœnitentiæ. Ad metropolim autem loquitur Iudæorum, ut per urbem intelligantur populi. Vsquequo iniquis cogitationibus subiaces, quę procedunt de corde tuo? Cor autem in scripturis sanctis pro sensu & anima debemus accipere. d ¶ *Vox enim annunciātis à Dan, & notum, etc.*] Iuxta situm terræ Iudææ, diuinus sermo nunc loquitur. Dan enim tribus iuxta montem Libanum & urbem quæ nunc dicitur Paneas, aquilonem respicit: unde uenturus est Nabuchodonosor. Idolum aūt Bel, uel dolorem, uel iniquitatem de monte Ephraim uenire describit. Post tribum quippe Dan succedit terra E-

ד phraim, per quam uenitur Hierusalem. Dan interpretatur iudicium: Ephraim ubertas. Veniet igitur iudicii domini in terram delinquentem domino, cum omni ubertate supplicij. e ¶ *Dicite gentibus: Ecce auditum est in Hierusalem, custodes uenire, etc.*] Vult omnes in circuitu nationes dei nosse sententiā, & flagellata Hierusalem, cunctos recipere disciplinā. Celebri, inquit, in Hierusalem sermone narrat, aduersarios uenire de terra lōginqua, & fremitū cōtra eā surgere ululantis exercitus, qui tam diligēter obsideant ciuitatē & claudant urbē munitionibus, ut nō tā aduersarios putes esse, q̄m agrorum uinearūq; custodes. Hoc aūt totum factum est, nō hostium uiribus, sed culpa Hierusalem: quia deū ad iracundiam prouocauit. Si enim in porcos Matt. 8.d
non habent potestatē aduersariæ fortitudines, quanto magis in homines, & homines quondā ciuitatis dei?

f ¶ *Viæ tuæ, etc.*] Facit apostrophā ad urbē, Hierusalē, q̄ uiæ illius & cogitationes, quib. & opere & sermone peccauit, fecerint ei uenire omnia quæ euenerūt: maliciamq; illius quæ per se amara sit, tetigisse cor illius et animæ interna penetrasse. Quicquid ergo nobis accidit, nostro accidit uitio, qui dulcem dñm in amaritu- D

dinē uertimus, & cogimus sæuire nolentē. g ¶ *Ventrem meū, uentrē meū, etc.*] Vbi nos iuxta Symmachum posuimus, turbati sunt, & in Hebræo scriptum est מעי חוללי Septuaginta, & Theodotio posuerūt μαμάσομαι: quod uerbum usq; in præsentiarū quid significet ignoro. Aquila aūt posuit ὀχλάζω: quod & ipsum tumultū sonat. Hoc de uerbo dictum sit: super quo scio apud plerosq; magnum esse certamen. Vox autem prophetæ, & per prophetam dei loquētis inducitur: quod doleat super contritione populi sui, & instar hominis uiscera eius interna lacerent: Quomodo & saluator super Lazari morte Ioan. 11.f
doluit: & planxit Hierusalem, ne clarer dolorem silentio: omnisq; clangor buccinæ & fremitus pręliorum illius turbat affectum, dum mala cumulantur malis, & uniuersa duarum tribuum terra uastatur. Dum nō putabam, inquit, tabernacula quondam & pelles mea Babylonio exercitu furente populata sunt: & in prædā hostium, mea quondam cessere hospitia. Loquitur autem hoc idem deus, quando seditionis turbas atq; discordias cernit in ecclesia, & in conuenticulis suis clāmare perdicem, & dei requiem in bella conuerti. Vnde sequitur: b ¶ *Vsquequo uidebo fugientes, audiam uocem buccinæ!*] Vel fugientes, regem Babylonium: uel fugientes me, & à meo seruitio recedentes. i ¶ *Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt & uecordes. Sapientes sunt ut faciant, etc.*] Causā contritionis, uastitatis, fugæq; & buccinæ: quia stultus factus est populus: non natura, sed studio uoluntatis. Ipsaq; stultitia hinc probatur: quia non cognouerunt deum, & pro filijs sapientibus, stulti filij facti sunt & uecordes. Quæ enim maior potest esse stultitia, quàm cognoscente Esaiæ 1.g
boue possessorem suum, & asino præsepe domini sui: Israel dominum non cognoscere, & præsentem contemnere, quem semper uidere cupiebat? Quodq; infertur: Sapientes sunt ut faciant mala: bene autem facere nescierunt

A nescierunt hîc sapiẽtia pro malicia accipienda est, iuxta quod & filij seculi huius sapientiores sunt filijs lucis: Et illicus iniquitatis quædã sapiẽter fecisse narrat: Et serpens in paradiso prudentior cunctis bestijs legit. Illa est ergo uera sapiẽtia quæ dei timore iungit. Alioquin ubi insidiæ sunt & tergiuersatio: nõ sapientia, sed uersutia & calliditas appellãda est. Pro eo qđ nos diximus, quia stultus populus meus me non cognouit, Lxx. transtulerũt, quia principes populi mei me nõ cognouerũt, ut magistrorũ sit magis culpa qm̃ populi dei scientiã non habẽtis. *a* ¶ *Aspexi terrã, etc.*] Propheta cernit in spiritu quæ uẽtura sunt, ut audiẽs populus terreat, & acta pœnitẽtia nequaq̃ sustineat quæ formidat. Vacua terra est habitatore deleto. Cœli nõ habent lumẽ, terroris magnitudine, populo nõ uidẽte. Ipsi montes & colles intuta habent latibula, & per ἀναφώνησιν moueri uidẽt atq; turbari. Intuitus est, & huc illucq; circũspexit, & ne auis quidẽ potuit inueniri. Irã enim dei & muta sentiũt elemẽta, & irrationalia ptimescunt animãtia. Hoc uerum esse nunc totus orbis demonstrat, ut cæsa hominum multitudine, uolatilia quoq; quæ solent habitatores sequi, abierint & perierint. Ipse quoq; Carmelus qui mari imminet magno: oleis consitus & arbustis, uineisq; condensus, ad tãtam ueniet solitudinẽ, ut eremi habeat uastitatem. Omnes quoq; urbes desertæ fient. Et uniuersorum malorũ hæc causa est, quod uitio populi delinquentis ira dñi concitata sit. Quicquid iuxta historiã de Hierusalẽ diximus & Iudæa, referamus ad ecclesiã dei cum offenderit deũ, & uel uitijs fuerit uel persecutione uastata, ut ubi quondam erat uirtutũ chorus atq; lætitia, ibi peccatorum & mœrorũ multitudo uersetur. *b* ¶ *Hæc enim dicit dominus, etc.*] Mixta iræ misericordia dei, omnis terra deseritur, sed non fit consummatio ut sint qui intelligant clementiam eius. Cœlum quoq; triste uidebitur desuper, & ipsa terra lugebit, eo quod domini sentẽtia ad finem usq; peruenerit, nec pœnituerit eum super his quæ cogitauerit & locutus sit. Pœnitentia autem dei dicitur, quando aufertur prædicta sententia & ira sæuiens ad finem usq;
Ionæ 3 non peruenit. Minatus est per Ionam: & impendentem gladium, lachrymarũ & gemituũ multitudo superauit.
c ¶ *A uoce equitis, etc.*] Quodq; sequitur: Et ingressi sunt saltus siue speluncas: à Lxx. additum est. Describit autem sermo diuinus Babylonij furẽtis exercitum, quod à tremore eius cunctus populus dereliquerit ciuitatẽ, & ardua quæq; cõscenderit, & tamẽ iram dñi nõ potuerit declinare. Quicquid aũt, ut suprà diximus, in historia intelligit cõtra Hierusalem, refertur ad ecclesiã cum offenderit deũ, & tradita fuerit aduersarijs, uel persecutionis tẽpore, uel certe uitijs atq; peccatis. *d* ¶ *Tu aũt uastata, etc.*] Pro uastata, quod Hebraice dicit שָׁדוּד quod solus interpretatus est Aquila: alij transtulerunt, miserã atq; miserabilẽ culpa sui, quæ clementẽ offenderit deũ, & tradita fuerit aduersarijs. Deniq; sequit: *e* ¶ *Cum uestieris te coccino, etc.*] Sub figura mulieris adulterę loquit, cũ semel offenderis deũ, & quasi uirũ tuũ reliqueris creatorẽ, frustra ornamẽta perquiris. Cõtẽpserũt te dæmones amatores tui, & nequaq̃ stupri immunditiã, sed animæ tuæ quærent interitũ. Hoc idẽ intelligendũ spiritualiter cõtra eos qui coniugales affectus & ueræ fidei pudicitiam perdiderũt. Si te, inquit, uestieris coccino. i. sanguinis Christi assumpseris fidẽ: Si monili ornaueris aureo, id est meditatiõnẽ habueris sensus & intelligentiæ spiritualis: & pinxeris oculos tuos stibio, id est, habueris studiũ mysteriorũ & dei secreta noscẽdi: frustra cõponeris. Hæc enim etiã tuis amatoribus præparaB ras, & idcirco lectus angustus utrunq; capere non potest: nec recipit ornamenta deus, quibus amatoribus tuis ante placuisti. *f* ¶ *Vocẽ enim quasi, etc.*] Ad similitudinẽ mulieris puerperæ. i. quę primos parit fœtus, describit urbẽ Hierusalem ciulantẽ atq; clamantẽ. Quomodo enim mulier partiẽs & necdum dolorẽ parturitionis experta, penè moriẽ, & angustias sustinẽs, uix potest respirare: sparsisq; manibus collabiẽ. Sic & filia Sion cũ uiderit liberos interfectos, in hæc uerba prorũpet, & dicet: Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Duo aũt exempla in uno capitulo cõparata sunt, parturientis filios & lugẽtis, ut quicquid mulier patiẽ in fœtu uel mortibus filiorũ, Hierusalẽ patiat in populis.

CAP. V.

Circuite uias Hierusalem, etc.] Grãdis amor iustitiæ, ut nequaq̃ iuxta interrogationẽ Abrahæ & responsionẽ dei pro decẽ uiris iustis deus liberauerit ciGen. 18.d uitatẽ, sed si unũ inuenerit iã iamq; peritura Hierusalẽ qui faciat iudiciũ, & quærat fidem: siue ut Symmachus transtulit ueritatẽ, tamen deus misereat Hierusalẽ. Et qa poterat fieri ut aliqui inuenirent in populo, qui simularent cultũ dei, & iurarent per deũ, hoc præuenit, qđ nequaq̃ deus uanis sermonibus, sed ueritate fidei delectetur, & dicit: Non eos diligo q iurant per mẽ & iurant in mẽdacio, sed quorũ labia cordaq; consentiũt. *b* ¶ *Domine oculi tui, etc.*] Post uerba dñi quibus imperauerat dicens: Circuite uias Hierusalẽ, & cætera, propheta loquit ad dñm: Domine, oculi tui respiciũt fidẽ, quæ Hebraice dicitur

A dicitur אֱמוּנָתָה nõ opera Iudæorũ, in quib. iuxta legis ceremonias exultabãt: sed fidẽ Christianorũ, per quam gratia salui facti sumus. Hoc aũt capitulo discimus, idcirco inferri supplicia, ut uitia corrigant. Deniq; ait, percussisti eos, & nõ doluerũt: attriuisti eos, & renuerũt accipere disciplinã. Per omnia enim figmẽta atq; flagella emendat Hierusalẽ, & sup hæc uniuersa, ne uereundiam quidẽ suorũ habuere uitiorũ, sed instar petræ indurantes frõtis impudentiã, noluerũt ad meliora cõuerti. *a* ¶ *Ego aũt dixi: forsitan, etc.*] Pauperes hic & optimates, non inopia dicit & diuitijs sed populũ principibus cõparat. Et est sensus: Cernens infidelis populi pertinaciã, & quod indurata facie noluerit recipere disciplinã, hoc mecũ ratione tractabã. Forsitan uulgus ignobile, dei nõ potest nosse doctrinã, & idcirco excusabile est: qa propter imperitiã, dei non uolet scire mandata. Pergam igitur ad sacerdotes, & ad eos qui prę-
B sũt populo, & loquar eis: Ipsi enim uoluntatem dñi cognouerũt, & scĩũt iudiciũ dei sui. Hoc aũt dicit sermone dubitãtis, iuxta illud euangelicũ: Mittam filium meũ, forsitã ipsum reuerebunt, ut ex ambiguitate sententiæ, & suspẽsione uerborũ, liberũ hominis mõstraretur arbitriũ. *b* ¶ *Et ecce magis, etc.*] Quos magistros putabam, inuẽti sunt peiores esse discipulis: & quãto in diuitib. maior autoritas, tãto maior insolentia peccatorũ. Act. 15.e Confregerũt eñ iugũ legis, dicẽte apostolo: Nunc ergo quid tentatis deũ, imponere iugũ super ceruicẽ discipulorũ, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus, sed per gratiã dñi Iesu credimus saluari: quẽadmodum & illi: ruperuntq; uincula præceptorũ dei, & non pharisæorũ, de quibus in secũdo psalmo dicit: Dirumpamus uincula eorũ, & proijciamus à nobis iugũ ipsorum. Quia igitur ista fecerunt, percussit eos leo de syluа: regnum uidelicet Babyloniũ, lupus ad uesperã uastauit eos, Medos Persasq; significãs, p quo in uisione
Dan. 7.b Danielis ursa ponit: cuius in ore tres erãt ordines: pardus uigilãs super ciuitates eorũ, Alexãdri impetũ præsignans, & uelocẽ de occidente usq; ad Indiã percussionem. Pardum autem uocat ob uarietatem, & quia plurimis sibi subditis gentibus contra Medos dimicauit & Persas. Et quatuor, inquit, erãt capita in bestia, & potestas data est ei. Et quia non de futuro uaticinatur, sed de præterito, uelut iamiamq; uenturis texit historiã, idcirco de Romano tacet imperio, de quo forsitan dicit: Omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur. Causasq; reddit cur ista perpessi sint: Quia multiplicatę sunt pręuaricationes eorum, & perseuerauerũt in transgressionibus. Vnde dicitur: Et confortatæ sunt auersiones eorum. Illud quod posuimus in principio, uerbum Hebraicum עָרַץ sonare uigiliam, in præsenti loco ostenditur: Vbi enim nos diximus: pardus uigilãs, in Hebraico scriptũ est עֹבֵר שׁוֹסֵר iuxta tropologiã: qui magni putantur in ecclesia, quia confringũt iugũ, & rumpũt uincula, idcirco traduntur in ignominiã passionũ, ut faciãt quæ nõ conueniunt. *c* ¶ *Super quo propitius tibi esse potero? etc.*] καταλλαγὴ C *Tropol.* peccatorũ Hierusalem, dũ dicit se ignorare deus qua posit eius occasione misereri. Filij, inquit, tui dereliquerũt me. Nequaquã filij mei, sed tui: quia iurãt in his q nõ sunt dij. Saturaui eos & mœchati sunt. Audiãt hoc qui acceptis à dño diuitijs incubãtes luxuriæ seruiunt. Equi amatores in fœminas facti sunt. Pro emissarijs in Hebraico scriptũ est מְשַׁגְּרִים qđ oẽs uoce consona ἑλκωντες, id est, trahẽtes, transtulerunt: ut ostendat magnitudo genitaliũ, iuxta illud Ezechielis: Quasi asinorũ carnes, eorũ carnes. Hoc est quod in alio loco scriptũ est: Ezech. 23.d Assimilati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis. Si mulq; tantã ostendit D Psal. 48.e insaniam libidinis, ut nõ solũ appetitũ uoluptatis, sed χρεμετισμόν, id est hinnitũ uocet, & seruet equorum furientiũ ad libidinem metaphorã. Cum hæc, inquit, feceris, nunqtid nõ uisitatione condigna es? Et nota quod hic uisitatio pro pœna ponatur atq; supplicijs, iuxta quod scriptum est: Visitabo in uirga iniquitates eorũ. Et in gente tali nõ ulciscetur anima mea? Post- Psal. 88.e quam peccatis obligata est, nequaquam uocatur populus dei, sed gens à qua recesit anima dei, secundũ illud quod scriptũ est: Neomenias uestras, & sabbata, & dies Esaiæ 1.d festos odit anima mea. Quod aũt in ueteri testamento dicitur, pro affectu: in nouo scriptũ est, pro ueritate, saluatore dicente: Potestatẽ habeo ponendi animã meã, & Ioan. 10.d potestatem habeo iterum sumendi illam. *d* ¶ *Ascendite muros eius, etc.*] Imperat gentibus, de quibus suprà dixerat: Percussit eos leo de syluа, lupus uastauit eos, & pardus in ciuitatibus eorum, ut ascendant muros Hierusalem siue propugnacula, & dissipẽt eam: consummationem aũt non faciant, ut saluentur reliquiæ, & sit qui annunciet in gẽtibus gloriã dei: seueritatiq; miscet clementiam. Quodq; intulit: Auferte propagines eius, siue sustentacula: omnia tolli auxilia iubet, quæ suo uitio perdidit: eo q prævaricata sit in deum domus Israel, & domus Iuda: decẽ tribus & duas significãs. Audiat hoc ecclesia, q cito muri & propugnacula dissipent eorũ, qui non habent spem in domino, & prævaricãtur in eum, sed tamen non fiat consummatio propter clementiam iudicis, & non propter merita delinquentium. *e* ¶ *Negauerunt dominũ, etc.*] Quia negauerunt dñm, siue mentiti sunt domino, & dixerũt: nõ est ipse, cuius iudicio fiunt omnia, sed fortuitu hæc omnia acciderunt: neque euenient quæ nobis propheтarum uoces minantur: nec uidebimus gladiũ, nec famẽ sustinebimus obsidionis, &

quicquid

A quicquid locuti sunt prophetæ, in uentũ locuti sunt, & irrita omnia transierũt, nec habuerũt resp̃sum, hoc est oraculũ, siue sermo dei non fuit in eis, ideo sustinebunt quæ sequẽs sermo describit. Audiat hoc ecclesia negligens, & prouidentiam dei refutans, q̃ & gladiũ & famẽ sustineat, nisi futura crediderit quæ dicuntur. *a* ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Dixitis: Prophetæ fuerũt locuti in uentum: nec uentura sunt, quę minant: propterea ô propheta, do uerba mea in ore tuo, quæ ignis habeãt potestatẽ, et populum istũ in ligna cõuertã, ut sermone tuo & prophetia incredulí concrementẽ. Sic deus ignis consumẽs dicit, ut cõsumat in nobis si super fundamẽtũ Christi ædificauerimus ligna, fœnũ, stipulam.

Deut. 4.d *b* ¶ *Ecce ego adducã, etc.*] Nequaq̃ multo post tẽpore, nec ut falso creditis, prophetę uobis loquent in uentũ, sed iã nunc adducã super uos gentẽ Babyloniorũ, quæ ueniet de longinquo: gentem robustã: pro quo in Hebræo scriptũ est אֵיתָן gentẽ

Gen. 10.b antiquã: cuius quondã dominatus est Nemrod gigas.

B Cuius ignorabis linguã, siue ut in Hebræo scriptũ est, nec intelliges quid loquat: est em̃ malorũ solatiũ, si illos habeas hostes quos posis rogare, & q̃ tuas intelligant preces. Quod q̃ sequit: Pharetra eius quasi sepulchrũ patẽs: & in Lxx. editione nõ dicit, Babyloniã significat armaturã. Nec dubium quin regnum Assyriorũ, Babylonicorum, Medorũ, atq̃ Persarũ, sagittãdi peritissimũ sit. Simulq̃ describit uastitatẽ terræ Iudææ, interfectionemq̃ multorũ, abactionẽ pecorũ, subuersionẽ urbiũ atq̃ murorũ, quod gladio hostili cuncta capiant, & tamẽ in tantis malis nõ eos perdat usq̃ ad internecionẽ, sed reliquias saluas faciat: uel eorũ q̃ in Babylonẽ ducti sunt, dimissiq̃ ad agriculturã terræ Iudææ: uel eorũ q̃ post persecutiõis ardorem, uel fuga uel cõfessione fidẽ dñi seruauerũt. *c* ¶ *Quod si dixeritis, etc.*] Grãdis stultitia nescire cur passi sint, cũ tanta peccauerint: breuisq̃ ad ambigẽtes resp̃sio, sicut seruiuistis deo alieno, id est, Baal, uel dijs alienis cunctarũ gentiũ in terra Iudæa, sic seruietis dijs alienis in terra nõ uestra. Haud dubiũ quin Babylonis atq̃ Chaldææ. Si em̃ uos peregrina religio delectat, quid necesse est longinquũ errorẽ suscipere? Habitate cum talibus, imò seruite his quorũ deos colitis. Potest hoc & super hæreticis accipi, de quib. scriptũ: Ex nobis abierũt, sed nõ fuerũt ex nobis: si em̃ fuissent ex nobis, mãsissent q̃: utiq̃ nobiscũ, q̃ proficiat de ecclesia hæreticos dñs, q multo tẽpore sub nomine eius mẽdaciorũ suorũ simulachra uenerati sunt, ut foris colãt quod intus prius uenerabant, & paleæ separent à tritico.

1 Iohan. 2.c

D

Commentarij primi in Hieremiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM Commentariorum Hieremiæ ad Eusebium prooemium.

SEcundum frater Eusebi in Hieremiam librum celeri sermone dictamus, auertentes parumper aures, ne audiamus iudicium sanguinis & interfectorum animas deploremus: qui opinione uirtutũ quotidie corruunt in superbiam, & deo se similes arbitrantur: ut æqualitatem, quam impia Arianorum hæresis in filio negat, cunctis hominibus tribuant: & ponant in cœlum os suum, & nihil futuræ sanctorum beatitudini amplius derelinquant. Quorum furori respondimus ut potuimus: & si dominus uitam dederit, plenius responsuri sumus. Nunc cœpta carpenda est uia, & dictandi commentarioli, nec nimia longitudine extendentes opus: nec immoderata breuitate auferentes intelligentiam: quorum alterum onerat sensus legentium, alterum præpedit studiosorum desiderium.

COMMENTARIORVM Hieronymi in Hieremiam prophetam Liber secundus.

ANnunciate hoc domui Iacob, & auditum facite, etc.] Multis modis peccantes retrahit ad salutem, & stultum uocat populum, qui sapientiæ reliquit autorem: comparatq̃ eos simulachris, de quibus scriptum est: Oculos habent, & non uident: aures habent, &

Psal. 113.b non audiunt. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui cõfidunt in eis. Proprie aũt ad Iudam loquitur, & ad domũ Iacob: Israel enim multo iam tempore in Assyrijs exulabat: simulq̃ dat intelligentiã, quod etiã absq̃ præcepto, naturali sensu debeamus intelligere quæ recta sunt. *b* ¶ *Me ergo non timebitis, etc.*]

ANnunciãte hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda dicentes: Audi populę stulte qui non habes cor: qui habentes oculos, non uidetis: & aures non audis. Mẽ ergo nõ timebitis, ait dominus: & à facie mea non

Narrat beneficia, ut ingratos arguat: Me, inquit, non timebitis qui tanta uobis præstiti? Nõ dilectionem desidero

A desiderio perfectorũ, sed timorẽ incipientiũ: qui posui arenã terminũ mari: qui tam potẽs elementũ & immensas gurgitũ moles, meo præcepto littoribus refrenaui:

Psal. 148.b iuxta illud quod scriptũ est: Præceptũ posuit, & nõ præteribit. Audiũt me & sentiũt, quæ sensum nõ habent audiendi, & populus quondã meus suo uitio stultus effectus: nõ solũ contemnit, sed & dulcẽ exasperat deũ. Recesserũt, ait, à me, & mihi terga uerterũt, et cõcito abierũt gradu: nec tacita eos retraxit conscientia, ut dicerent in cordibus suis: Metuamus eum qui dat nobis pluuiã temporaneã & serotinã. Per quæ omnia ostendit bonã plenitudinẽ annuæ messis, pro quo Aquilæ prima editio, & Symmachus, hebdomadas interpretati sunt. In Hebræo enim scriptum est שבעות quod ꝑ ambiguitate uerbi, & septimanas significat & plenitudinem. *a* ¶ *Iniquitates uestræ decl. etc.*] Ergo si quando & mare transcendit terminos suos

B & pluuia retrahit, neq̃ quaquam abbreuiata est manus domini, ut ista non faciat: sed peccata nostra hæc ad nos uenientia declinarunt, ut ad alios pergerent qui non peccauerunt. Et prohibuerunt, inquit, iã ueniẽs ad nos bonũ, iuxta illud quod scriptũ est:

Psalm 5.8 Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrẽ. Possumus autem imbrem temporaneũ & serotinum, legem

Matt. 20.d accipere & euangelium, & diuersas uocationes à prima hora usq̃ ad undecimam: in quibus operarijs uineæ, unum æternæ uitæ præmium pollicetur. *b* ¶ *Quia inuenti sunt, etc.*] Cur declinaret ab eis imber temporaneus & serotinus, & bona omnia non uenirent, causæ subiciuntur: quia inuenti sunt in populo eius impij. Nõ dixit, iniquos & peccatores, ut noua uult hæreus, sed impios. Impietas aperte negat deum: iniquitas atq̃ peccatum si confiteatur errorẽ, facile ad misericordiã flectit deum. Quodq̃ nos diximus: Insidiãtes quasi aucupes, & in Lxx. non habet, Aquila & Symmachus transtulerunt uerbum ישור quasi rete aucupis, quod etiam qui bonus inter eos uidetur & rectus, instar aucupis tẽdat insidias, dum inuicẽ se uenant ad mortẽ, & alterũ damnis atq̃ dispendijs suas cõplent domos, ut impleat phi losophorum sententia: Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui. Atq̃ utinã ab his tantum fiant qui uidentur foris esse, & quos dominus iudicat: & nõ in nostris conuenticulis impleantur, quos possidet radix omnium malorum auaritia, ita ut uenientiũ ad nos non ora contemplemur, sed manus. *c* ¶ *Ideo magnificati, etc.*]

Si uoluero annotare per singula quæ in Lxx. editione prætermissa sunt, longũ fiet. Qui tendunt, ait, insidias, & aliorũ nuditate lætant, ideo magnificati sunt & ditati, quia superiora fecerunt. Incrassati sunt & impinguati, iuxta illud quod scriptũ est: Incrassatus & impinguatus est, & recalcitrauit dilectus. Et prætierũt sermones meos, quia diuitiarũ cõscientia illud dixerũt de euãgelio: Anima habes multa bona posita in annos multos: requesce, comede, bibe, epulare. Prætierũt aũt in malũ sui: cũctosq̃ homines despiciẽtes, nõ posuerũt dei iudiciũ ante oculos suos. Pupillũ & pauperes contempserunt. Pro quo Lxx. dixerũt, uiduas: quod in Hebraico nõ habet, אביונים quippe proprie pauperes, nõ uiduas sonat. Quid aũt sequit: Nunquid super his nõ uisitabo, dicit dñs: aut sup̃ gentẽ ulciscet̃ anima mea? iam suprà dictũ est. *d* ¶ *Stupor et mirab. etc.*] Suprà dixerat: Ibo ad optimates, & loquar eis: forsitã ipsi cognouerũt uiam dñi, & ecce hi magis pariter cõfregerunt iugũ, ruperunt uincula: nunc describit qui sint optimates, prophetæ uidelicet & sacerdotes: quorũ alij futura prædicunt, alij ex lege faciẽda decernunt. Et ecce, inquit, illis mensa dolebitis (siue timebitis) qui posui arenã terminũ mari: præceptũ sempiternũ quod nõ præteribit. Et cõmouebunt̃, & nõ poterũt (siue turbabit̃, & nõ poterit) & intumescẽt (siue sonabũt) fluctus eius, & nõ transibũt illud. Populo huic factũ est cor incredulũ & exasperãs: recesserunt, & abierũt: & non dixerũt in corde suo: Metuamus dñm deũ nostrũ, q̃ dat nobis pluuiã temporaneã & serotinã in tẽpore suo: plenitudinẽ annuæ messis custodientem nobis. Iniquitatẽs uestræ declinauerũt hæc, & peccata uestra prohibuerũt bonũ à uobis. Quia inuẽti sunt in populo meo impij insidiãtes quasi aucupes: laqueos ponẽtes & pedicas ad capiendos uiros: sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Ideõ magnificati sunt & ditati: incrassati sunt & impinguati, & prætierũt sermones meos pessimè: causam non iudicauerunt, causam (siue iudiciũ) pupilli nõ direxerũt: iudiciũ pauperũ (siue uiduę) non iudicauerũt. Nunquid super his nõ uisitabo, dicit dominus: aut super gentẽ huiuscemodi non ulciscetur anima mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendaciũ (siue iniqua) & sacerdotes applaudebãt manib. suis, & populus meus dilexit talia: quid ergo facietis in nouissimo (siue post hæc?)

CAP. VI

COnfortãmini filij Beniamin in medio Hierusalem: & in Thecua clangite buccina, & super Bethacerem leuate signũ: (siue uexillum) quia malum uisum est (siue apparuit) ab aquilone & contritio magna. Speciosæ & delicatæ assimilaui terram Sion: ad eam uenient pastores, & greges eorum: fixerũt (siue figent) in ea tentoria dacium prophetantibus, sacerdotes manibus applauserunt. Et ut ostendatur nec populus esse sine culpa, qui à talibus abducat̃, scriptũ est: Et populus meus dilexit talia, quondam meus: Et postquã dilexit, meus esse desinit. Quid igitur faciet cum nouissimũ iudicij tempus aduenerit, siue captiuitatis necessitas? Vnde stupor & mirabilia sunt, quod nec in principibus, nec in populo inuentus sit qui recta sentiret. CAP. VI.

COnfortamini, etc.] Hierusalẽ in tribu Beniamin sitã nullus ignorat. Thecuã quoq̃ uiculũ esse in mõte sitũ: & duodecim milib. ab Hierosolymis separatũ quotidie oculis cernimus. Inter hos alius uicus est qui lingua Syra & Hebraica בית הכרם nominat̃: & ipse in mõte positus. Quod ergo dicit, hoc est, quia ab aquilone malũ nãscitur̃ est Nabuchodonosor, & imminet uicina captiuitas, ô habitatores Hierusalẽ arma corripite, & in Thecua buccina cõcrepate, & in Bethacerẽ leuate uexillũ, ait: ut contra hostes ualeatis resistere. Beniamin interpretat̃ filius dexterę: Thecua, tuba: Bethacerẽ, uilla uineę. Hęc omnia referamus ad ecclesiã, ut si deliquerit et persecutiõis impetus fuerit, se præparet ad resistendũ. *f* ¶ *Speciosæ & delicatæ, etc.*] Describit pulchritudo Hierusalem, quæ est ipsa Sion: ut aliud totam urbem, aliud

בנימן

תקוע

בית הכרם

ציון

arcem urbis insinuet esse: Sion enim arx, specula interpretatur, & speciosæ mulieri cōparat: & quō ad illā amatores, sic ad istam pastores cōuenire dicunt. Satisq; eleganter in Hebraeo uerbū quod quatuor literis scribit, רעים si legat רעים amatores: si רעים pastores significat: uel iuxta metaphorā, pulchræ mulieris amatores: uel iuxta euersionē urbis pastores intelligātur: quorū alij scortis polluere festināt: alij obsidere et subuertere ciuitatē. In pastoribus & gregib. eorū, principes sentiamus: & exercitus Chaldæorū. Figēt aūt tētoria sua in obsidione urbis in circuitu: & pascet unusquisq; eos q sub manu sua sunt: suas uidelicet turmas & numeros. Qui principes siue pastores, dicēt gregibus suis: Sanctificate sup Hierusalē bellum: dñi em imperiū est. Consurgite & ascēdamus in meridie: nō per noctē & insidias, sed plena luce pugnemus: nullus em nobis potest resistere. a ¶ Væ nobis, etc.] Illi dicūt surgite ascēdamus in meridie, & clara luce pugnemus. Isti respondēt: Væ nobis, qa longiores factæ sunt umbræ uespere. Secundū illud Vergilianum: Et iā summa procul uillarū culmina fumant: Maioresq; cadūt altis de montib. umbræ. Et est sensus: Si p diē hęc patimur, quid patiemur in nocte? Rursumq; q suprà dixerant: Sanctificate super eam bellum atq; consurgite: nunc ipsi se prouocāt ad bellandū dicentes: Surgite, & ascendamus in nocte: ut sciant aduersarij, nō temporis uictoriā esse, sed uirium: & dissipemus domos, quæ frustra murorum firmitate uallantur. b ¶ Quia hæc dicit dominus exercituū, etc.] Idcirco, inquiunt, de uictoria securi sumus: quia præceptū domini est imperātis Chaldæis: ligna succidite, & futuris munitionibus aggerem comportate. Per quæ ostenditur anteq; ueniat corona, non statim urbem esse capiendā, sed longa obsidione, ut postea legimus. c ¶ Hæc est ciuitas uisitationis, etc.] Præcepit dominus ut arbores succidantur, & ut fundantur per circuitum aggeres: quia tempus uisitationis eius aduenerit, ut recipiat pro peccatis suis: quorum maximū est συκοφαντία, ut innocentē opprimat p calumniā. Quo modo ergo cisterna uel lacus frigidā facit aquā suā, sic in medio Hierusalē, malitia quæ in ea est, omnē calorē perdidit uitæ. Et hoc notandum q sancto spiritu accensi, feruentes appellentur: mala autē frigida sint. Vnde & illud scriptum est, quod in nouissimis diebus quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quod puto & illud sonare: Assimulatus sum descendentib. in lacū. Hoc aūt Latinus lector intelligat, ut semel dixisse sufficiat: lacū nō stagnū sonare iuxta Græcos, sed cisternā, quæ in sermone Syro & Hebraico בְּאֵר appellat. In præsenti aūt loco, quē oēs similiter transtulerūt, in Hebraico dicitur פֹּקֵד d ¶ Iniquitas, etc.] Per hæc discimus q flagellat dñs omnē filiū quē recipit. Et idcirco plagis atq; tormētis erudit Hierusalem, ut corrigat, & nō recedat anima dei ab ea, & redigat in solitudinē. Si qñ igitur crebris angustijs subiacemus, recordemur in consolationem nostri istius uersiculi: Per omne flagellū & dolorem erudieris Hierusalē. e ¶ Hæc dicit dominus exercituū, usq;, etc.] Alij in bonā partē, alij in malā hęc dicta suscipiūt. In bonā partē, cū uastata fuerit Hierusalē, reliquiæ saluæ fiāt. In malam sic, ne unus quidē racemus, et paruus botrus remaneat in uinea, omnia colligent: & quodcūq; in ueneris, instar uindemiatoris in cartallum colligе: ut quō ille racemos ad torcular, sic tu captiuos pīrahas in Babylonē. f ¶ Cui loquar, etc.] Nō possūt audire, quia aures circuncidere noluerūt: nec tū uacat impossibilitas supplicio, quæ de contēptu & infidelitate descēdit. Si quis ergo dei uerba non susciput, nec habet præceptorū eius intelligentiam, incircuncisis auribus est. Simulq; notandum, q circumcisio tribus generibus in scripturis appellatur, in præputio, in corde, & in auribus. Vnde dicit dominus: Qui habet aures audiendi, audiat. Voluntate ergo nostra uerbū dei nō suscipimus: & idcirco fit nobis in opprobriū: ut quod datū fuerat nobis ad salutē, nostro uitio uertat in pœnā. g ¶ Idcirco furore, etc.] Iuxta Hebraicū, ex persona prophetæ dicit, quod ueniente iram dei ante prospiciat, & plenus sit furoris domini & iracundiæ, & ultra sustinere non possit, nec pro peccatoribus audeat dominum deprecari. Iuxta Lxx. autem nouus sensus ponit, quod ipse dominus loquatur & dicat: Furorem meum compleui, feriendo peccatorem: & tamen retinuerit illum, & non totum effuderit, ut reliquiæ saluæ fiant: quod mihi uidetur sibi esse contrarium. Si enim compleuit furorē suum, quomodo sustinuit me complere? h ¶ Effunde super paruulum furorem, etc.] Vel propheta præcipit in spiritu uenienti Chaldęo, ut effundat furorem domini super paruulos, & innoxiæ quoq; nō parcat ætati: uel certe narrat quid factum sit super concilium iuuenū simul, qui ad repugnandum

A

B

C

Psal. 27.d

D

Matt. 24.b

Matt. 11.b

A gnandum arma corripuerāt. Vir enim cū uxore capiet, dulcissima inter se nomina pariter sentient captiuitatē, senex cum pleno dierū. Ergo senectus nō est ætas ultima, sed eorū qui pleni sunt dierū: quos nostro sermone appellamus depositos, siue decrepitos. Sequit: Et transibunt domus eorū ad alteros, captiuitatis malo, agri & uxores simul: ut & coniūx ad hostes transeat & possessio. Quicquid iuxta literā intelligimus super Hierusalē, iuxta intelligentiā spiritualem referamus ad ecclesiam, si offenderit deū. d ¶ Quia extendā manū meā super habitātes terrā, etc.] Qđ in Hebraico dicitur: Extendam manū meam super peccatores siue habitatores terræ, apud Lxx. semper elcuabo scribit, qui uterq; per cutientis est habitus. Iuxta illud quod scriptū est: Et adhuc manus domini extenta, siue excelsa. Habitatores aūt terræ semper in uitio sunt. Vnde & in Apocalypsi frequētius dicitur: Væ habitatoribus terræ. A minore usq; ad maiorē omnes studeant auaritiæ: secundū illud apostolicum: Radix omnium malorū est auaricia. Et à propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciūt dolum. Alij in prophetando mendacium, alij peruerse interpretando legem dei. Dicit enim & in alio loco propheta: Quærite legē à sacerdotibus. Et cum, inquit, tanta facerent, prospera quæq; meo populo nunciabant: & quasi curare cupiebant uulnus, & ignominiam filiæ meæ, dicētes: Pax, pax: cum pax omnino non esset. Hoc proprie de sacerdotibus & doctoribus intelligendum est, qui diuinibus & eis quos uidēt in honore maximo constitutos, repromittunt prospera, & clementē prædicant deum: magis illos supplicio & iracundiæ præparantes. b ¶ Confusi sunt, etc.] Prælius hoc legendum est iuxta Hebraicū. Et cum, inquit, tanta fecerint, nunquid confusi sunt? nunquid erubuerunt in scelcribus suis? quin potius peccatum auxere contemptu, & erubescere nescierunt. Nescierunt aūt hic posuit pro noluerunt: siue nimio contemptu & uitio inoliti mali, ne intellige re quidem potuerunt. c ¶ Quamobrē cadent inter ruentes, etc.] Quoniam, ait, erubescere nescierunt: & non solum opus, sed ne scientiam quidem habuere, & sensum pœnitentiæ: propterea cadent qui prius stabant inter eos, qui uitijs suis corruent: & cum uisitationis & pœnæ eorum tempus aduenerit, cunctis ruentibus sociabuntur. Grandis autem impietas, non solum non cauere, sed nec intelligere uelle peccata, & nullam habere distantiam bonorum malorumq; operum. d ¶ Hæc dicit dominus: State super uias, etc.] Euangelica parabola si fuerit intellecta, huius loci præbebit intelligentiam, in qua negociator bonus omnes uendere dicitur margaritas: ut de precio earū unā emat preciosissimā margaritā: q scilicet p patriarchas & prophetas ueniamus ad eū qui dicit: Ego sum uia. Standū est igit in prophetis, & diligētissime contēplandū, & interrogandū de semitis antiquis siue sempiternis, quæ multorū sanctorū sūt tritæ uestigijs, quæ significantius Græce appellant τρίβοι, quæ sit uia bona in euāgelio, & ambulandū in ea: quę uia cū inuenta fuerit, præbet refrigeriū, siue purgationem animab. credentium. At illi ecōtrario respōderunt, nō ambulabimus per uiā euāgelij: propriehoc prophēta dicente de perfidia Iudæorū. Statimq; insert: Et constitui super uos speculatores. Haud dubium quin apostolorū indicetur chorus: iuxta Ezechielē: Fili hominis speculatorem te dedi domui Israel: & præcepi ut audiretis uocē tubæ, uel mādata euāgelij, uel doctrinam apostolorū: iuxta illud Esaiæ: In montē excelsum ascēde, q euangelizas Siō: exalta sicut tuba uocē tuā, qui annūcias Hierusalē. Qui dixerunt: Non audiemus. Et inuitati ad cœnā noluerunt uenire, propterea dicit: Audite gentes. Quod secuti sunt & apostoli, quando loquunt in Lycaonia: Vobis quidē oportebat primū loqui uerbum dei: sed quia repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ: ecce cōuertimur ad gentes. Et cognosce congregatio, nequaq; Iudaica, sed omniū nationū. Siue qui pascitis greges, episcopi & presbyteri & omnis ordo ecclesiasticus. Vel cognoscite testimoniū quod in eis est: Testimoniū enim dei fidele, sapientiā præstans paruulis. Quibus loquit & dñs: Noli timere grex paruule. Et: Ecce ego & pueri mei, quos mihi dedit deus. Cognoscite ergo quanta facta populo nō credenti. Quodq; infert: Audi terra, totus orbis ad audiendum uocat, sicut & in principio Esaiæ legimus: Audi cœlum, & auribus percipe terra: quæ scilicet dñs facturus sit populorum. e ¶ Ecce ego adducā mala, etc.] Mala appellat supplicia pœnasq; patientium, non super gentes quæ uocantur ad euangelij ueritatem, sed super populum qui respondit: Non audiemus. Et recepturus est fructum cogitationum, siue auersionis suæ, dicente Dauid: Labores manuum tuarū manducabis. Causaq; perspicua, quia uerba domini non audierint, & legem eius abiecerint. f ¶ Vt quid mihi thus de Saba affertis, etc.] Quod thura de Saba ueniant, nemo dubitat: unde & illud Vergilianum: Centumq; Sabæo thure calent aræ. Calamum autem quod Hebraice dicitur קנה pro quo Septuaginta & Theodotio cinamum transtulerunt, de terra uenire longinqua, propheticus sermo testatur: ut intelligamus Indiam, de qua per mare rubrum plura ueniunt aromata. Hoc genus pigmenti

C

Isai. 5.f

Apoc. 8.d

B

1 Tim. 6.b

Hier. 18.c

Matt. 13.f

D

Ezech. 3.d

Esa. 40.b

Act. 13.g

Psal. 127.a

Esaiæ 1.a

Universidad de Sevilla Biblioteca

A medici, ἰατρεῖα συνάγω. appellãt. Et est sensus: Frustra mihi unguenta conficiẽda, quæ lege præcepta sunt, suauissimi odoris pigmẽta conferris, & holocausta succenditis, qui meam in lege nõ facitis uoluntatẽ: iuxta quod suprà dictũ est, Verba mea nõ audierũt, & legẽ meã proiecerũt. Hoc aũt proprie conuenit his qui de rapinis & nudatione miserorum offerũt sacrificia: & eleemosynis ex iniquitate se putant redimere posse peccata, dicente scriptura: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ: quæ nõ de iniquitate, sed de labore & iustitia congregãtur.

Prou. 13.b

a ¶ *Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego dabo, etc.*] Impleta uidemus omnia quę dñs illi populo cõminatus: quotidie enim ruũt in blasphemijs suis: nihilq; in se habent sorte, sed omnis apud eos infirmitas est. Filij patrum sequuntur blasphemias: & quotidie recipiunt illam imprecationem: Sanguis eius super nos & super filios nostros: & nõ solum ipsi, sed & uicini & proximi eorũ, omnes qui legem & prophetas sequunt iuxta occidentẽ literã, & nõ iuxta spiritũ uiuificãtem, & omnes pariter peribunt, quia oẽs pariter peccauerunt.

Matt. 27.c

B

b ¶ *Hæc dicit dom, etc.*] Proprie hoc de Babylonijs prophetatur, qui uenturi sunt contra populum Hierusalem, & omnis armaturæ ordo describitur: & impetus præliantium, ut uocis terrore concussi, agant pœnitentiam, & clementissimum placent deum. Denique dat occasionem rogandi, dum dicit, aduersum te filia Sion. Possumus hoc testimonio abuti persequutionis tempore, quando omnis aduersus nos diaboli rabies concitatur, nullaq; misericordia est: & quasi uehementissimi maris fluctus, ita opprimunt resistentes.

c ¶ *Audiuimus famma eius, etc.*] Respondit populus, cui propheta, imò per prophetam dominus Babylonijs comminatus est: quod antequam ueniant, timore superati sint: nec possint eleuare manus, & angustia eos comprehenderit, quasi dolor parturientem: quo dolore nihil affirmant grauius quæ senserũt.

Matt. 24.b Gen. 19.d Esaiæ 2.a Mich. 4.a

d ¶ *Nolite exire ad agros, etc.*] Docet euangelium non esse exeundum in agrum, nec de tectorum altitudine descendendum, sed audiendum illud: In monte saluum te fac. Ad quem in Esaia & Michea iubemur currere, atque conscendere. Præcipitur autem iuxta literam, ne foras exeant, nec deserant muros: sed ut tueantur se firmissimis munitionibus.

e ¶ *Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, etc.*] Quia suprà dixerat: Nolite exire ad agros, & in uia ne ambuletis: quoniã gladius inimici, pauor in circuitu: & fugã quoq; prohibuerat, docet quid facere debeãt, ut conuertant scilicet ad pœnitentiã: & hanc firmissimã & securam habeant ar-

C

maturam. Vbi nos diximus, luctum unigeniti fac tibi, pro unigenito, in Hebraico scribit יְחִידָה quod magis solitariũ, q̃ unigenitũ sonat. Si eñ esset dilectus siue amabilis, ut Lxx. transtulerunt יְדִיד ponerẽtur: qđ & Salomoni deus nomen imposuit. Nihil aurẽ dolentius, q̃ unum uel solũ perdere filium. Illud quoq; quod nos interpretati sumus: quia repente ueniet uastator siue miseria super nos: Septuaginta super uos, posuerunt: eum multo deus misericordius dixerit: ut quicquid super suum uẽturum est populum, super se quoq; uenire testetur. Vastatorem aũt proprie, uel Nabuchodonosor, uel diabolum significat.

יְדִידְיָה 2 Reg. 12.f

f ¶ *Probatorẽ dedi te in populo meo robustũ, & scies & probabis, etc.*] Datur propheta populo incredulo, probator robustus, qđ Hebraice dicit בְּחוֹן quod uel munitũ, iuxta Aquilam, uel clausum atq; circundatũ, iuxta Symmachũ & Septuaginta sonat, instar urbis firmissimæ: ut nullas populi perti mescat insidias: & cũ probaueris, ait, & scieris uiam populi delinquẽtis, tunc intelligas argentum commixtum ære nulla ratione posse purgari. Quomodo enim plumbum miscetur metallis, quæ adulterata sunt atque uiolata, ut materia separetur aliena: & si forsitan purgata non fuerit, plumbum omne consumitur, & in nihilum redigitur: ita omne eloquium doctrinarum, & sermo propheticus perit in his qui audire contemnunt. Dicamus & super his qui sicut aspides surdæ obturant aures suas ne audiant uoces incantantium. Frustra enim conflauit argentarius siue conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Vnde nequaquam argentum, sed argentum reprobum sunt uocati: quia dominus abiecit eos. Principes autem sunt à domino recedentes, siue inobedientes, qui peruerse ambulant & fraudulenter.

D

Psal. 57.f

CAP. VII

Verbum quod factum est à domino ad Hieremiã, dicens: Sta in porta domus domini: & prædica (uel lege) ibi uerbum istud, & dic: Audite uerbũ domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis dominum

V Erbũ quod factum est à domino ad Hieremiã, dicens: Sta in porta domus domini: & prædica (uel lege) ibi uerbum istud, & dic: Audite uerbũ domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis dominum

Verbum quod, etc. ut adoretis dominũ, etc.] Hoc in editione Lxx. nõ habetur, sed de Theodotione ex Hebraico additũ est. Imperatur aũt prophetæ ut stet in porta dñi, per quã ad orandũ dñm ingreditur populi multitudo, ut per hanc occasionẽ possint audire quæ dñs præcipit. Per quod intelligimus duriciã populi Iudæorũ, quod quasi mendaces atque uesanos habuerint prophetas, dum per occasionẽ & celebritatem loci audire cogũtur uerba

A uerba dñi: & nõ propter hoc, quod uerba sint domini.

a ¶ *Hæc dicit dominus exercituũ, etc.*] Clementissimus medicus omni uulneratos cupit sanare medicamine. Quando aũt dicit: Bona facite siue corrigite uias uestras, ostendit eas esse peruersas, & nihil in se habere boni. Et quia naturale est, ut unusquisque natale diligat solũ: & nihil dulcius habeat patria, pollicetur præmia obedientibus. Habitabo, inquit, uobiscũ, ut securos de habitatiõe uos faciam: siue uosipsos, iuxta Symmachum, firma habitatiõe fundabo, qui ait: Et cõfirmabo uos in loco isto

c ¶ *Nolite cõfidere, etc.*] Hoc quod Lxx. in huius capituli addidere principio: In uerbis mendacij, quæ uobis omnino non proderunt: in Hebraico nõ habet. Præcepit aũt & tunc populo Iudæorum, & hodie nobis, qui uidemur in ecclesia constituti, ne fiduciã habeamus in ædificiorũ splendore, auratisq; laquearibus et uestitis parietib. marmorũ crustis. Et dicamus: Templũ dñi, tẽplum dñi, templũ dñi est. Illud eñ tẽplũ dñi est, in quo habitat uera fides, sancta cõuersatio, omniũq; uirtutum chorus. Denicq; infert: Si rectas feceritis uias uestras: & cogitatio uestra nõ abierit post errorẽ, & secuti fueritis iustitiam, & malum non feceritis, necq; effuderitis sanguinẽ innocẽtẽ: simplices quoscq; nõ scandalizãtes: & post deos alienos non ambulaueritis, peruersa adorãtes dogmata, quæ de uestro corde simulastis in malũ uobismetipsis. uel habitabo uobiscũ in loco isto, quẽ uocatis templum dei: & in tertã quam dedi patrib. uestris, apostolis scilicet & apostolicis uiris. Vel certe firma statione habitare uos faciã à principio usq; ad finem. Potest hoc & illis uirginibus conuenire, quæ iactant pudicitiam, & impudenti uultu præferunt castitatem, cum aliud habeat conscientia, & nesciunt illã definitionẽ apostoli uirginalẽ: Vt sit sancta corpore & spiritu. Quid eñ prodest corporis pudicitia animo cõstuprato, si cæteras uirtutes quas ꝓpheticus sermo describit, non habuerit

1 Cor. 7.f

e ¶ *Ecce uos confid. etc.*] Frustra eos in templo habere fiduciã, sequentia peccata demõstrant. Quid enim prodest audacter ingredi limẽ domus dei, erecta stare ceruice: & non solũ cor, sed & manus habere pollutas, furto, homicidio, adulterio, periurio, sacrilegio, & cultu eorũ deorũ quos nescias? Hæc spiritualiter accidere in ecclesia nemo dubitat, quãdo præsentis temporis confiderantes felicitatẽ, sua peccata nõ repu-

B

dominũ. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Bonas facite (siue dirigite) uias uestras & studia uestra (siue adinuentiones uestras:) et habitabo uobiscũ in loco isto (siue habitare uos faciã in loco isto.) Nolitẽ cõfidere in uerbis mendacibus, dicẽtes: Tẽplũ dñi, templũ dñi, tẽplũ dñi est: qm̃ si benedixeritis (siue direxeritis) uias uestras & studia uestra: si feceritis iudiciũ inter uirũ & proximũ suum. Aduenæ, & pupillo, & uiduæ, non feceritis calumniam (siue non oppresseritis eos:) nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: & post deos alienos non ambulaueritis in malum uobismetipsis. Habitabo uobiscum (siue habitare uos faciam) in isto loco, in terra quã dedi patribus uestris à seculo usq; in seculum. Eccẽ uos confiditis uobis in uerbis mendacij (siue mendacibus) quæ non proderunt uobis. Furari, occidere, adulterare, iurare mẽdaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis. Et uenistis, & stetistis corã me in domo hac, in qua inuocatũ est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus (siue desiuimus:) eo quod fecerimus omnes abominationes istas. Nunquid spẽlunca latronum facta est domus ista (siue mea) in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? Ego, ego sum: ego uidi, dicit dominus. Ite ad locũm meum in Silo, ubi habitauit nomẽ meum à principio: & uidete quæ fecerim ei propter maliciam populi mei Israel. Et nũc quia fecistis omnia opera hæc, dicit dominus: & loquutus sum ad uos mane consurgens & loquens, & non audistis: & uocaui uos & non respondistis: faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum: & in qua uos habetis fiduciã, & loco quem dedi uobis & patribus uestris: sicut feci Silo:

Et repulit tabernaculum Silo. Vt quomodo ille locus in ruinas cinerescq; collapsus est: ita & templum corruat, cum similium habitatio fuerit peccatorum. Sicut igitur Silo templi exemplum est, ita templum nobis, quando tempus aduenerit illius testimonij: Putas ueniens filius hominis, inueniet fidem terram?

Matt. 21.b Ioan. 2.c 2 Cor. 8.b Luc. 6.d Psal. 77.d 1 Reg. 4 Luc. 18.b

f ¶ *Et nunc, etc. mane consurgens, etc.*] Hoc quod posuimus, mane consurgens & loquens: in Septuaginta non habetur. Mane autem consurget deus: non quo aliquod ei tempus absque diluculo sit, sed quo post noctis quietem uiribus corporis instauratis anima hominum uegetior sit: & nequaquam uoluptatibus occupata, cibiq; desiderio audire & facere ualeat quæ dicuntur. Vnde & illud in psalmo legimus: Mane exaudies uocem meam: mane astabo tibi & uidebo. Et in Esaia: De nocte siue diluculo consurget spiritus meus ad te deus: quoniam lux præcepta tua super terram. Vnde & filios lucis Paulus gloriosus apostolus appellat, & non noctis neque tenebrarum, nec dormientes, sicut & cæteri dormiunt, qui dei mandata non sentiunt. Quia igitur deus uocauit eos, de nocte consurgens, ut & eos

Pfal. 5.a Esaiæ 26.b Eph. 5.b

de tenebris liberaret, cõminatur eis similia se esse factu-
1 Reg. 3. 4 rum templo in Hierosolymis, quæ fecit loco Silo, ubi pri-
mum fuit tabernaculum: ut peccata similia pari senten-
tia feriantur. Et quomodo proiecit dñs semẽ Ephraim,
id est, decem tribus quæ uocabant Israel, & habebant
principes, propter Hieroboã filiũ Nabath
de tribu Ephraim,
quæ cadẽ appellaba-
tur tribus Ioseph: sic
etiã Hierusalem & tri-
bum Iuda cum Beniа-
min se abiecturũ esse
testat. Abiecit igitur
Silo, abiecturus & tẽ-
plum: abiecit decẽ tri-
bus, abiecturus & du-
as. Quicquid illi po-
pulo dicitur, intelliga-
mus & de nobis si si-
milia fecerimus. a
¶ *Tu ergo noli orare, etc.*] Ne uideatur ro-
gans propheta nõ im-
petrare quod postu-
lat: præcipit deus, ne
pro populo peccato-
re, & nullã agente pœ-
nitẽtiam deprecetur.
Quod autem dicit: Et
non resistas mihi: il-
lud ostẽdit quod san-
ctorũ preces dei iræ
possint resistere. Vn-
B de & dominus loqui
Exo. 32. c tur ad Moysen: Dimit
te me, ut percutiã po-
pulum istum, & faciã
te in gentem magnã.
Et in psalmis legitur:
Psal. 105. c Et stetit Phinees & pla
cauit, & cessauit quas-
satio, & reputatum est
ei ad iustitiam. Aaron
Num. 16. g quoq; accepto thuri-
bulo, inter ignem ar-
surumq; populũ me-
dius stetit, & dei ira
cessauit. At ne putemus crudelitatem dei, qui ne rogari
quidem se permittat, reddit causas, cur non exaudiat,
dicens: b ¶ *Nonne uides quid isti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem, etc.*] Vis, inquit, audire prophe-
ta cur tibi dixerim: Noli orare pro populo hoc? Hæc
faciunt quæ sequuntur: Et intus, & foris, & in plateis, &
in exitibus Hierusalem filij ligna comportant, & pa-
tres succendunt ignem: & mulieres conspergunt adi-
pem cum farina, ut faciant χωνους, quas nos placen-
tas interpretati sumus, siue præparationes, ut omne ge-
nus ostendat sacrificij reginæ cœli, quam lunam debe-
mus accipere. Vel certe militiæ cœli, ut omnes stellas in
telligamus. Et post hæc libent dijs alienis: non quo sint,
sed quo sub nouinibus eorum, dæmonibus thura suc
cendant: & me ad iracundiam prouocent ista faciẽtes:
nec intelligunt miseri, quod ista contentio non me læ-
dat, quem nunquam ira commouet: sed semetipsos in
confusionem uultus sui & in ignominiam sempiternã.
Quicquid igitur facimus, non deum lædimus: qui lædi
nunquam potest, sed nobis interitũ præparamus, the-
saurizantes iram in die iræ. Ideo autem diuersa officia
filiorum patrumq; & matrũ posuit uel uxorũ: ut nulla C
ætas sit quæ ab impietate dissenserit. c ¶ *Ideo hæc dicit dominus deus, etc.*] Qui suprà dixerat: Nunquid me ad ira-
cundiam prouocant, quomodo nunc dicit: Ecce furor
meus, & indignatio mea stillauit super locum istum? Et
est sensus: Ego quidẽ
naturaliter non ira-
scor, sed illi ita agunt,
ut me ad iracundiam
prouocẽt, & meã ui-
dear mutare naturã.
Sentiãt igitur iratũ, q̃
quantũ in se est, face-
re conant. Pulchreq;,
non ait, effusus est fu-
ror meus super locũ
istum, sed stillauit, ut
moderatã pœnã signi
ficet. Si aũt in stilla fu-
roris tãta duritia est,
quid fiet si omnis im-
ber fuerit effusus? Sed
& cõflata indignatio
sic intelligi potest: ut
qđ diu facere noluit,
peccatorũ multitudi-
ne facere cõpellat. Cũ
aũt deus iratus fuerit,
& homines, & ea quæ
hominũ sunt, similẽ
interitũ sustinebũt. Et
succendet, inqt, haud
dubiũ qn furor dñi: et
nõ extinguet: quia nõ
agit populus, p quæ D
possit extingui. d
¶ *Hæc dicit dominus exercituum, etc.*] Quorũ re-
probauit templũ, con
sequenter reprobat et
sacrificia, & oblique
arguit eos, q̃ nõ uene
ratione sui, sed epula-
rũ desiderio immolẽt
uictimas. Quod autẽ
ait: Non sum locutus
cum patrib. uestris: &
nõ præcepi eis in die
quã eduxi eos de terra Aegypti, super uerbo holocau-
sti & uictimarum: manifeste intelligitur, quod primum
decalogum dederit in tabulis lapideis, scriptum digito
dei: & post offensam idololatriæ caputq; uituli, postea Exo. 31. d
iusserit sibi magis fieri q̃ dæmonibus: auferens puram
religionem mandatorum dei: & concedens sanguinem
uictimarum carniumq; desiderio. e ¶ *Et non audierunt, etc.*] Me dicente: Audite uocẽ meam, & ero uobis deus,
& reliqua: non audierunt, nec inclinauerũt aurẽ suam,
sed sui cordis fecere desideria: & contra Apostoli senten
tiam, qui præteritorum obliuiscebatur, & in priora se
extendebat, fecere contraria: ut præterita cuperẽt, & fu-
tura contemnerẽt. Quodq; dicit: A die qua egressi sunt
patres eorum de terra Aegypti usq; ad diem hanc: om-
ne tempus in medio dicit eos per offensam dñi transe-
gisse. Vnde & necessaria fuit euangelij gratia, quæ illos
non suo merito, sed domini misericordia conseruauit.
f ¶ *Et missi ad uos omnes seruos meos, etc.*] Iusta ergo ira domi
ni, quæ conflata est, & stillauit super populum contem
ptorem duraq; ceruicis, & uerba dei audire nolen-
tem. Quomodo autem deus uel de nocte, uel diluculo,
&

A & in die mittat prophetas, supra diximus. d ¶ *Et loque-
ris ad eos omnia, etc.*] Ne dubites, inquit, eos indurasse
ceruicẽ, & peiora patribus suis operatos. Ecce do locũ
pœnitentiæ: nec ideo loquor ut fiant, sed quia futura
sunt, idcirco prædico: Saltem nunc loquere eis uerbis
meis, & tamẽ non au
diẽt te, & uocabis eos
& non respõdebunt.
Tantæ enim erunt su
perbiæ, ut cũ uocaue
ris eos ad audiendũ,
nullus respõdere dig
neẽ. Et dices ad eos:
Hæc est gẽs quæ non
audiuit uocẽ domini
dei sui, nec recepit di
sciplinam. Pulchrẽ ut
ante iam dixi, nequa
quam populũ suum,
sed gẽtẽ uocat. Quod
licet & in tẽpore pro-
phetarũ ex parte sit fa
ctũ, & in umbra præ-
cesserit, & in imagine:
tamẽ plenius comple
tur in Christo, quan-
do noluerunt recipe
re disciplinã, & uocẽ
sui dñi cõtempserũt.
Vnde eleganter infer
tur: Perijt fides, quæ
proprie Christianoꝝ
rũ est: & ablata est de
ore eorũ: omnis uide
B licet filij dei, fideiq; cõ
fessio. b ¶ *Tonde capillum tuũ, & proijce, & sume in directũ siue per la-*
Iob 1. d *bia, etc.*] Et Iob audita
filiorũ & filiarũ mor
te, capillos legimus
totõdisse: & apud ue-
teres hæc erat omniũ
cõsuetudo lugentiũ,
tondere cæsariem. At
nunc econtrario co-
mã dimittere, luctus
indicium est. Omnis
autem planctus & lamentatio prophetalis idcirco assu
mitur, quia proiecit dominus, & reliquit generatio-
nem furoris sui. Haud dubium quin populum signi-
ficet Iudæorum. Et proprie hoc ad Christi tempora re-
ferendum, quando perijt fides, & ablata est de ore po-
puli dominum blasphemantis. c ¶ *Quia fecerunt filij Iu-
da malum in conspectu meo, dicit dominus. Posuerunt offendicu-
la sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, etc.*] Quod
in templo dei filij Iuda statuam Baal posuerint, in Eze-
chielis principio discimus. Excelsa autem quæ Hebrai-
ce appellantur בָּמוֹת siue arã, Tophet, quæ est in ualle
filiorum Ennom, illum locum significat, qui Siloe fon
tibus irrigatur, et est amœnus atq; nemorosus, hodieq;
horrorum præbet delicias. Hic autem gentilitatis error
omnes prouincias occupauit, ut ad capita fontium lu-
cosq; amœnissimos, uictimas immolarent, & omnis
prauæ superstitionis religio seruaretur. Tophet lingua
Hebræa interpretatur, latitudo: scriptũ fertur in libro
Iosue filij Nun, de hoc loco qui est in ualle filiorum En
nom, & Hebraice dicitur גיא הנם : quippe φάρ-
γαγξ, hoc est, uallem: & הִנֹּם uel hominis nomen,
quàm patres eorũ. Et loqueris ad eos omnia uerba hæc,
& non audient te: & uocabis eos, & non respondebunt
tibi. Et dices ad eos: Hæc est gens quæ non audiuit uocẽ
dñi dei sui: nec recepit disciplinã. Perijt fides, & ablata est
de ore eorũ. Tondẽ capillũ tuũ, & proijce, & sume in di-
rectũ (siue super labia) planctũ: quia proiecit dominus,
& reliquit generationẽ furoris sui. Quia fecerũt filij Iuda
malũ in cõspectu meo, dicit dominus. Posuerũt offendi
cula sua in domo, in qua inuocatũ est nomẽ meũ, ut pol
luerẽt eam. Et ædificauerunt excelsa (siue arã) Tophet,
quæ est in ualle filij Ennom: ut incenderẽt filios suos &
filias suas igne: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde
meo. Ideò ecce dies uenient, dicit dominus, & non dicet
amplius Tophet & uallis filij Ennom, sed uallis interfe-
ctionis, & sepelient in Tophet, eo q̃ nõ sit locus. Et erit
morticinũ populi huius in cibũ uolucribus cœli, & be-
stijs terræ, & nõ erit qui abigat. Et quiescerẽ faciã de urbi
bus Iuda, & de plateis Hierusalem uocem gaudij, uocem
lætitiæ, & uocem sponsi, & uocem sponsæ. In desolatio-
nem enim erit terra.

CAP. VIII

IN tempore illo, ait dominus, eijcient ossa regis Iuda,
& ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa
prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Hieru-
salem de sepulchris suis. Et expandent ea ad solem & lu-
nam & ad omnem militiam cœli, quæ dilexerunt, & qui
bus seruierunt: & post quæ ambulauerũt: & quæ quæsie
runt, & adorauerũt, Nõ colligentur, & nõ sepelientur: in ster
quilinij super faciẽ terræ erunt, Et eligent magis mor-
tem quàm uitam oẽs qui residui fuerint de cognatione
hac pessima, in uniuersis locis quę derelicta sunt, ad quæ
eieci
tius disserat. e ¶ *Et quiescere, etc.*] Cũ locus idololatriæ
uersus fuerit in sepulchra: ut ubi deum offenderant, ibi
eorum inhumata taceant cadauera de urbe quondam
Hierusalem, & de cæteris urbibus, quæ sub illius ditio-
ne erant, auferetur omnis lætitia: & mœrore gemituq;
& desolatione omnia complebuntur. CAP. VIII

IN tempore illo, etc.] Omnia quæ ꝓphetalis sermo de-
scribit, nostro tempore cernimus accidisse: non unt
Hierusalẽ quæ ista est perpessa à Chaldæis atq; Ro-
manis, sed uniuerso orbi: ita ut lachrymæ aruerint, &
uniuersa cõpleta sint ossibus mortuorũ. Et quia sole-
bant iuxta antiquũ morẽ, aurũ & quædã ornamẽta uel
mulierũ uel uirorũ in sepulchris condere: hæc quoq;
frangebat & effodiebat auaricia, ut cœlo & luci prode-
rentur. Et ideo primũ regũ Iuda, & principũ eius, sacer
dotũ quoq; & prophetarũ, & uniuersi populi, qui fue-
rant in Hierusalẽ ossa de tumulis proferebantur, paten
tia soli & lunæ, & omniũ stellarũ aspectui: ut quibus ser
uierant derelicto deo, eorũ paterent aspectibus: & con
sumpti in sterquiliniũ & cineres soluerent. Si qs aũt de
multitudine potuisset effugere: ad quęcũq; loca uenisset,

Universidad de Navarra Biblioteca

A mortē præferret uitæ: & remediū infelicis animæ putaret interitum. *a* ¶ *Et dices ad eos, etc.*] Post tanta mala ad pœnitentiā prouocat eos qui potuerint remanere: siue priusq; ueniant quæ minatus est, hortatur ad cōuersionem, & dat locū pœnitentiæ. Quod aūt iuxta Hebraicum scriptū est: Et qui auersus est, non auertetur: illud significat, qui à deo auersatus est: si uoluerit ad meliora conuerti, possit & dei furorē ad meliora cōuertere, & uenienti obsistere, & plagas precibus euitare. *b* ¶ *Quare ergo, etc.*] Quanto, inquit, magis ego ad pœnitentiā prouocaui, tanto illi plus recesserunt à me: nōn tam peccandi studio, q̄m me superandi. Apprehenderunt em̄ fortiter mendacium, uel idola, uel praua quæq;, ueritati iusticiæq; cōtraria, & noluerunt reuerti. Non dixit: nō potuerunt, sed omni studio iniqua sectati sunt.

c ¶ *Attendi & auscultaui, etc.*] Reuocati ad pœnitentiam, audire
B cōtemnunt: nec sufficit eis cōtra dīm deliquisse, & loquutos esse blasphemiā: sed omnes instar equorū & seruido cursu ad præliū ruentiū, non recogitant super peccato suo: nec dicūt, quid feci? Per quæ intelligimus, uel de omni genere humano ista dici, quod pronū sit ad
Gen. 8.d uitia: uel de tēpore saluatoris, q̄n omnes declinauerūt,
Psal. 13.a simul inutiles facti sunt: non fuit qui faceret bonū, non
Psal. 11.d fuit usq; ad unū. Vnde & ipse mystice clamat: Saluum me fac domine: quoniam defecit sanctus. Sin aūt hæc ita se habent, ubi sunt qui in nostra dicunt positū esse
Matt. 12.c uoluntate, omni carere peccato? Nemo, inquit, quod bonū est loquitur: quia etiā pro ocioso uerbo reddituri sunt rationē in die iudicij. *d* ¶ *Miluus in cælo, etc.*] Pro miluo, quem interpretatus est Symmachus, Lxx. & Theodotio, ipsum uerbum Hebraicum posuere חסידה Aquila, herodiū. Rursum pro hirūdine, Symmachus, cicadam transtulit: quæ Hebraicē dicitur סיס Pro eo aūt q̄ nos posuimus ciconiā, & Aquila & Symmachus ita ut in Hebræo scriptum est עגור transtulerunt: pro quo Lxx. agri passeres interpretati sunt. Vnus atq; idē
Esa. 1.a sensus est, qui & in Esaiæ principio ponit: Agnouit bos possessorē suum, & asinus præsepe dīi sui: Israel autem me nō cognouit, & populus meus nō intellexit. Quod etiam paruæ aues sua norint tēpora: & sciant q̄n ad calida festinantes loca, rigorem hyemis debeant declinare: & rursus ueris principio, ad solitas uenire regiones. Cœlum aūt hic pro aere qui supra est: debemus accipere. *e* ¶ *Quomodo dicitis, etc.*] Ad scribas loquitur & pharisæos, qui legis iactant noticiam, & scribentes scribunt iniquitatem. Quodq; ait: *f* ¶ *Confusi sunt sap. etc.*] Non quò sapientes sint qui ista faciūt, sed sapientes uocat, ut suo iudicio condemnentur: & econtrario sapientia eorū conuincatur stulticia, dicente Paulo apostolo: Qui doces aliū, teipsum non doces? Et quia uerbū dīi proiecerūt, ideo nulla sapientia est in eis. Frustra igitur iactant legis sciētiam, qui doctrinā operib. destruunt. *g* ¶ *Propterea dabo, etc.*] Receperunt mercedē operum suorū: ut qui uerbū dīi proiecerunt, ipsi abijcerētur ab eo. Vxores, inqt, eorū, & possessiones tradam hostibus. Et ne mea crudelis putetur esse sententia, causas audi tor agnoscat: A minimo usq; ad maximū, omnes auariciæ stu-
1. Tim. 6.b dent. Radix enim omniū malorū auaricia. A propheta usque ad sacerdotem, qui alios peccantes prohibere deberent, primi scelerib⁹ subiacēt: & cuncti uel iniqua faciūr, dum aliena diripiūt: uel certe mēdacium, ut non sit ueritas in ore eorū. Et post ista quasi boni medici, a-
D liena uulnera uerbis sanare cupiebāt, qui ipsi erant omniū plagitiorū confossi uulneribus. Hæc quotidie in nostro quoq; populo cernimus, dicente beato Paulo a-
Rom. 2.c postolo: Qui prædicas non furādū, furaris: & reliqua. Qui cū peccatores & diuites uiderint, sanare cupiūt cōtritionē filiæ populi dei, hoc est, ecclesiæ: ad ignominiā uel eorū q decipiunt, uel eorū q alios decipiūt, ut dicāt omni facinore coopertis: pax, pax, cū nulla sit pax, & bellū eis immineat peccatorū. *h* ¶ *Confusi, etc.*] ἐρωτηματικῶς hoc est legendū, ut sit sensus: Erubuerūt in scelerib. suis: & intellexerūt abominationes quas operati sunt: Nequaq̄, sed in tantā erupere amentiā ut nec confusione cuperēt emēdare uitia: nec spe ueniæ sua scelera cōfiteri. *i* ¶ *Idcir. etc.*] Hæc sunt præmia eorū q erubescere nesciērūt: ut quorū dignitas erat excelsior populis, ruinis popli misceret̄. A minimo em̄ usq; ad maximū, oēs auariciæ studēt: & à pphera usq; ad sacerdotē, cūcti faciūt mēdaciū. Visitatiōis aūt tēpus, ppinqua captiuitas est. *k* ¶ *Cōg. etc.*] Q̄n sit tēpus uisitatiōis in quo corruēt delinquētes, manifestius docet, dicēs: Congregās cōgregabo eos. Haud dubiū qn in Hierē, ut obsideant à Chaldæis lōgo tpe, & famis sustineāt mala. Cū, inqt, tpa prætereāt, & æstati succedat autūnus: & hyeme arborū cadāt folia: uidebitis cūcta de lōge, & ex his nō capietis cibos. Nō est em̄ uua in uitib. uobis, q fructus uitiū nō fumitis: & nō sunt ficus in ficulnea obsessio populo, qui suarū arborū poma cernit ab hostibus deuorari. Folia, inqt, defluēt astate autūnoq; trāslactis. Dedi em̄ eis quæ præterire cernerēt, & maiori dolore amitterent, rerū omniū abūdantiā, quā eis rāgere nō licebat.

¶ Qua-

eieci eos, dicit dīs exercituū. Et dices ad eos: Hęc dicit dominus: nunquid qui cadet, non resurget? Et qui auersus est, non reuertet̄ (siue nō auertetur?) Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalē auersione cōtentiosa? apprehēderūt mendaciū, & noluerūt reuerti. Attēdi & auscultaui, nemō quod bonū est loquit. Nullus est qui agat pœnitentiā super peccato suo, dicēs: quid feci? Oēs conuersi sunt ad cursum suū: quasi equus impetu uadens ad præliū. Miluus in cœlo cognouit tempus suū, turtur & hirundo, & ciconia custodierūt tēpus aduentus sui: populus aūt meus non cognouit iudiciū domini. Quōmodo dicitis, sapiētes sumus & lex domini nobiscū est? Verè mendaciū operatus est stilus mendax scribarū. Confusi sunt sapiētes, perterriti & capti sunt. Verbū enim dīi proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Propt̄ea dabo mulieres (siue uxores) eorū externis: agros eorū hæredibus: quia à mīnimo usq; ad maximum, omnes auariciæ studēt: à propheta usq; ad sacerdotem, cuncti faciunt mendacium (siue iniquitatem.) Et sanabant contritionē filiæ populi mei ad ignominiā, dicentes: Pax, pax, cū non esset pax. Cōfusi sunt, quia abominationē fecerunt? quinimò cōfusione non sunt cōfusi, & erubescere nescierūt. Idcircò cadent inter ruētes: in tēpore uisitationis suæ corruēt, dicit dīs. Cōgregans cōgregabo eos, dicit dīs: Non est uua in uitibus: & non sunt ficus in ficulnea: foliū defluxit, & dedi eis quæ prætergressa sunt.

Quare

A *a* ¶ *Quare sedemus, etc.*] Vox populi respondentis inducitur, & sua uitia cōfitentis, & cohortantis se mutuo, ut ciuitates ingrediantur munitas, siue unā ciuitatē Hierusalem: iam enim cæteræ captæ fuerant. Et sileamus, inquit ibi, quia dīs noster silere nos fecit, non enim habemus fiduciā deprecādi: siue abijciamur ibi, siue proijciamur instar stercoris. Ipse potauit nos aqua fellis: quia dulcē in amaritudinē cōuertimus deum. Et ut tales bibe remus aquas, causa perspicua est. Peccauimus enim dño, & expectauimus pacē, qui nihil boni operis feceramus: putabamus que nobis tempus adesse medicinæ, cum formidine atq; terrore omnia cōplerētur. Personarū mutatio & maxime in prophetis, difficilē intellectū facit: quæ si suis locis & caulis tēporibusq; reddantur, plana fiēt quæ uidebanē obscura. *b* ¶ *A Dan auditus est, etc.*] Non igitur ut supra Lxx. trāstulerūt, dixit populus: Ingre
B diamur ciuitates munitas, sed ciuitatē munitā, ut significet Hierusalē. Deniq; & nūc infert: urbē & habitatores eius. Describit aūt à Dan per Phœnicē ueniens cum exercitu Nabuchodonosor, in quo loco fluuius Iordanis orituri & quæ Lxx. futura, Hebraicū pro ueritate rei, iam facta cōmorat. *c* ¶ *Quia ecce ego, etc.*] Qui sint illi qui ueniunt à Dan, & quorum auditus est fremitus, & qui terram omnem ad solitudinem redegerunt, sub alia figura idem prophetalis sermo demonstrat, serpentes eos appellans pessimos, siue mortiferos, & ut Aquila transtulit, regulos: qui appellantur Hebraicē צפעונים pro quo quid sibi uoluerit secunda eius editio: ut speculatores diceret, non intelligo, nisi fortè ob uerbi similitudinem. Quibus non est, ait, incantatio. Frustra enim ad deum preces fundunt, aduersus serpentem antiquum colubrum tortuosum, qui dei præcepta contemserint. Vtamur hoc loco aduersus eos qui saluatoris eloquia contemnentes, traduntur aduersarijs potestatibus. *d* ¶ *Dolor meus super dolorē, in me cor meum, etc.*] Pro quo ut supra diximus, Lxx. superiori sententię, quę dicta sunt copularunt, ut ponerent: Et mordebūt uos, ait dīs, insanabiliter, cum dolore cordis uestri deficietis. In Hebraico aūt non tam dolor est, qui Græce dicit ἀδίνη, quàm μέθοδος: quod nos interpretari possumus, tactū oris dolore contracti, & habentem risus si-

militudinē. ἐμφατικῶς autē hæc ex persona dei legenda sunt, plangētis euersionē Hierusalē, & eius miserias non ferentis. *e* ¶ *Ecce uox, etc.*] Fletū describit & ululatum urbis Hierusalē ingressis hostibus. *f* *Nunquid dominus, etc.*] Siue, dominus ipse est rex. Aut certe dominus ad patrē: rex refertur ad filium: iuxta illud quod sub nomine Salomonis scribitur: Deus iudiciū tuū regi da, & iustitiā tuā filio regis. Vt autē uox clamoris sit in Hierusalem, & clamor ipse ueniat de terra lōginqua, causa manifesta est, q̄ dominus nō sit in ea, & rex illius receserit ab illa. *g* ¶ *Quare ergo, etc.*] Recessit autē, inquit, ab eis dominus quia me qui dominus & rex illorū eram, idolorū cultu ad iracundiam prouocarunt. *h* ¶ *Transiit messis, etc.*] Rursum populus loquitur, qui in Hierusalem diuturna obsidione conclusus est, q̄ muta sint tēpora, & anni circulus euo- D
lutus sit: & omnis eorum spes irrita fuerit atq; transierit. *i* ¶ *Sua per contri, etc.*] Respondit deus, quòd in afflictione Hierusalem ipse uideat̄ afflictus, & in humanā similitudinem stupore cōteratur. *k* ¶ *Nunquid resina non est, etc.*] Non solum in præsenti loco, sed & in multis alijs testimonijs scripturarū inuenimus resinam Galaad pro pœnitentia poni, atque medicamine: miraric̄q; nunc deum, quare uulnera Hierusalem nequaq̄ curata sint: & necdū cicatrices obduxerint cutē, eo q̄ non sint prophetæ, nec sacerdotes, quorū debeant curari medicamine.

Quare sedemus? Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam (siue ciuitates munitas) & sileamus ibi (siue proijciamur ibi:) quia dominus noster abiecit nos, & potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim domino, expectauimus pacē, & non erat bonū: tēpus medelæ, & ecce formido. A Dān auditus est fremitus equorum eius, à uoce hinnituū pugnatorū eius (siue equitatus) cōmota est omnis terra. Et uenerunt & deuorauerunt (siue & uenient & deuorabunt) terram & plenitudinem eius, urbem & habitatores eius. Quiā ecce ego mittam uobis serpentes regulos (siue pessimos:) aut (ut Lxx trāstulerūt, mortiferos.) quibus non est incantatio:
HEB. & mordebūt uos, ait dīs. Dolor meus sup dolorē, in me cor meū mœrēs,
SEP. Et mordebūt uos, ait dīs insanabiliter, cū dolore cordis uestri deficietis.
Eccē uox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Nunq̄id dīs non est in Sion, aut rex eius non est in ea? Quarē ergo me ad iracundiā cōcitauerūt in sculptilibus suis, & in uanitatibus alienis? Transiit mēssis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. Super cōtritionē filiæ populi mei cōtritus sum & cōtristatus, stupor obtinuit me. Nūnquid resina non est in Galaad: aut medicus non est ibi? Quare igit̄ nō est obducta cicatrix filiæ populi mei?

Cap. IX

QVis dabit capiti meò aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?
HEB. Quis dabit mē in solitudine diuersoriū uiatorum, & derelinquā populum meū & recedā ab eis?
SEP. Quis det mihi in solitudine mansionem nouissimā, ut relinquā populum meum & recedam ab eis?
Quiā omnes adulteri sunt: cœtus præuaricatorum. Et extenderunt linguā suam quasi arcum mendacij, & non ueritatis

qui-

Universidad de Salamanca Biblioteca Histórica

quidem dicitur: Ibunt de uirtute in uirtutē. De peccato
A ribus uero: De malo in malū egressi sunt. Causaq; omnium misericordiarū, q̄ non cognouerūt dominū: cœtusq; sit prævaricantiū, & armantiū linguā suā instar extenti arcus in blasphemiam, cōfortatiq; sunt in terra, ut meantur audire: Terra es & in terrā ibis.

a ¶ *Vnusquisq; se, etc.*] Hoc loco utendū est in tempore persecutionis & angustiæ: q̄ aut rara, aut nulla fides est, quando nec fratri nec ꝓximo credendum est, & inimici hominis domestici eius: quando iuxta euangeliū: Tradet pater filium, & filius patrē: & diuidētur duo in tres, & tres in duo. Quodq; infert: Docuerunt linguā suam loqui mendaciū: siue didicit lingua eorum loqui mēdaciū: ostendit cōsuetudinē mentiēdi quodammodo in naturam uerti, stu dioseq; eos agere, ut agāt iniqua. Quodq; sequit: Habitatio tua in medio doli in dolo, proprie ad ꝓphetam sermo dirigitur, quòd habitet in medio populi mentientis: siue ut Lxx. trāstulerūt: Vsura super usuram, & dolus super dolū: Et q̄ quotidie augeāt scelera: & nequaq̄ eos prioris facti pœniteat, sed nouis præterita cumulent. Hæc faciētes, omni agāt studio, ut nesciāt dominū qui hæc nō faciēda præcepit.

b ¶ *Propterea hæc dicit dominus, etc.*] Quotiēscunq; angustijs subiacemus, mala recipimus à deo, & examinamur persecutionibus: ut quicquid in nobis adulterinæ materiæ est, tribulationū & miseriarū exuratur ardoribus: Argentū enim dñi, igne examinatū, probatū terræ, purgatū septuplum.

c ¶ *Sagitta uulnerans, etc.*] Omnis hæreticus qui corda uulnerat audientiū, & nescientiū scriptū: Omni custodia serua cor tuū: sagittam possidet uulnerantem, & in dolo loquitur. Cumq; ore suo pacē proximo repromittat, occultè tendit insidias. Sequentibus autē uersiculis in quibus dicit: Nunquid super his non uisitabo, dicit dominus: aut in gente huiuscemodi non ulciscetur anima mea? crebro in hoc propheta abutit, ut cū singula malorū operū enumerarit, inferat se iuste facere quod facit.

d ¶ *Super montes, etc.*] Superueniente Babylonio exercitu, & cuncta uastante solitudo prouinciæ prophetatur: q̄ planctus in montibus, fletus sit in deserto, siue in semitis solitudinis: q̄ uniuersa defecerint atq; succēsa sint, & nullus sit qui per terrā gradiat cæsis omnibus, nihilq; remanserit, quod spirare possit & uiuere: Vnde pro possidente, Lxx. transtulerunt substātiā: quæ Hebraicè dicitur מְעוֹנָה & substantia hic non pro οὐσίᾳ, hoc est, essentia accipit, sed pro opib. atq; diuitijs. Quodq; infert: A uolucre cœli usq; ad pecus recesserunt & abierunt, hoc ostēdit quod sępe diximus, irā dei uniuersa sentire, & non solū aues aeris, sed & pisces aquæ deficere. Iuxta Tropologiā, flet tus assumit super mōtes, & lamentatio super speciosa deserti, q̄ principes peccant ecclesiæ, & nihil in ea inuenitur substantiæ dei, nec auditur uox dñi ecclesiā possidentis, per sanctos & apostolicos uiros, & à uolucre cœli usq; ad pecora, ab his uidelicet qui possunt in sublime ascendere usq; ad irrationales & simpliciores quosq; qui recesserunt à concilia bulo dei.

e ¶ *Et dabo Hierusalē, etc.*] Cū ecclesiastici uiri & doctores quiq; defecerint, tūc datur Hierusalē in transmigratiōnē, siue in aceruos arenæ, ut hæreticus in ea sermo prævaleat, & efficiat cubile draconū, & ciuitates Iuda dabo in desolationē: eo q̄ non sit habitator. Quis est sapiēns qui intelligat hoc, & ad quē uerbū oris dñi fiat ut annunciet istud: quare perijt terra & exusta est quasi desertū, eo q̄ non sit qui pertranseat? Et dixit dñs: Quia dereliquerunt legē meā quam dedi eis, & non audierunt uocē meā, & non ambulauerūt in ea, & abierūt post prauitatē cordis sui: & post Baalim quos didicerunt à patribus suis. Idcirco hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego cibabo eos, populū istū absinthio (siue angustijs:) & potū dabo eis aquā fellis, & dispergā eos in gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorū: & mittā post eos gladiū donec consumantur. Hæc dicit dominus exercituū: Contemplamini (siue intelligite) & uocate lamentatrices, & ueniant: & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent (siue loquantē) festinent et assumant super nos (siue super uos) lamentū, & deducant oculi nostri (siue uestri) lacrymas, & palpebræ nostræ (siue uestræ) defluant aquis, quoniā uox lamētationis audita est de Sion (siue in Sion) Quōmodo uastati sumus & confusi uehementer? Quia dereliquimus terrā, quoniā deiecta sunt (siue abiecimus) tabernacula nostra. Audite ergō mulieres uerbū dñi, & assumat auris uestra sermonē oris eius: & docete filias uestras lamentum, & unaquæq; proximā suam planctū. Quia ascēdit mors per fenestras nostras: ingressa est domus nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere: hæc dicit dñs, & cadet morticinū hominis (siue cadauera hominū) quasi stercus super faciē regionis (siue campi) & quasi fœnum post tergū metentis, & non est qui colligat. Hęc dicit dominus: Non glorietur sapiēs in sapiētia sua, & nō glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitijs suis. Sed in hoc glorietur qui gloriatur scire (siue intelligere) & nosse me: quia ego sum dñs qui facio misericordiā & iudiciū & iustitiā in terra. Hæc enim placent mihi (siue quia in istis est uoluntas mea) dicit dominus. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & uisitabo super omnes qui circumcisum habent præputiū: super Aegyptū, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam: habitantes in deserto, quia omnes gentes habēt præputium. Omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

Audiliat corruētes.

e ¶ *Hæc dicit, etc.*] Omnis hominū auferē supbia, dū & sapiētia & fortitudo & opes eorū reputanē in nihilū: & ista est sola gloriatio, ut sciat & intelligat q̄ ipse sit dñs, q̄ facit misericordiā & iudiciū & iustitiā sup terrā: q̄ omnia dei ꝓuidētia & iustitia gubernent, & quę nobis uidentur non habere rationē, iustitiæ plena sint atq; rationis. Hæc enim sola placēt deo, & in his uoluntas illius est. Vbi sunt ergo qui dicūt hominē proprio regi posse arbitrio, & sic darā liberi arbitrij potestatē, ut dei misericordia tollat atq; iusticiā? Vnde & Apostolus assumēs hoc testimoniū, ponit exēplū, Qui gloriat in dño glorietur.

f *Ecce dies, etc.*] Multarū ex quadam parte gētiū, & maxime quæ Iudeæ Palestinæq; cōfines sunt, usq; hodie populi circūcidunt, & præcipue Aegyptij & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Saracenorū quæ habitat in solitudine, & de quibus dicit: Isu per omnes qui attonsi sunt in comam habitātes in deserto

Gene. 3.d
Psal. 83.b
Michee 7.b
Matt. 10.c
Prou. 4.d
Tropol.
Leuit. 26.b
2. Cor. 6.b
Infrà 17.b
Matt. 15.b
2. Reg. 13.b
Matt. 7.b
Ioan. 2.b
2. Cor. 10.d

A ferto. Non igit gloriari debet Iuda qui mixtus est cum gentibus suprascriptis, eo q̃ præputiũ non habeat, sed ex lege dei circumcisus sit, cum & alij hæc faciant qui legis mandata non seruant & ignorant deum Israel. Nec prodest circũcisio quæ in signũ data est: nisi mãdata domini cõpleãtur, sicut & comæ quæ gentem significant: non robora corporũ & fortitudinem pugnatorum. Quod q̃ sequit: Omnes gentes habẽt præputiũ: omnis aũt domus Israel incircumcisi sunt corde: Hunc habet sensum: Cum præter Aegyptios, Idumæos, Ammonitas, & Moabitas, Hismaelitas in solitudine cõmorantes: quorum plerũq̃ pars circũcisa est, omnes aliæ nationes in toto orbe incircũcisę sint carne: omnis domus Israel incircũcisa est corde, non carne: quæ incircũcisio ducit ad mortem. Illa enim carnis, hæc spiritus est.

CAP. X

B A *Vdite uerbũ quod locutus est, etc.*] Proprie aduersus eos loquitur qui uenerantur cœlestia, & quæ in signa sunt posita annorũ, temporũ, mensiũ, & dierum, ab his æstimãt regi humanũ genus, & ex causis cœlestiũ terrena moderari. Quodq̃ ait: Leges siue legitima populorũ uanæ sunt, omnẽ humanã sapientiã futilẽ esse demõstrat, & nullã habere in se utilitatẽ. *b* ¶ *Quia lignũ, etc.*] Descriptio idolorũ quæ uenerantur gentes. Lignũ, inquit, de saltu præcidit. Materia ergo idolorũ uilis atq̃ corruptibilis: Opus manuũ artificis. Cum artifex mortalis sit: mortalia ergo & illa quæ fabricatur. Argento & auro decorauit illud, ut fulgore utriusq̃ materiæ decipiat simplices. Qui quidem error ad nos usq̃ trãsiuit, ut religionẽ in diuitijs arbitremur: Clauis & malleis cõpegit, ut non dissoluatur: siue ut non moueatur. Quanta idolorũ potentia, quæ stare per se nequeunt nisi clauis & malleis compingantur? In similitudinẽ palmæ fabricata: habent pulchritudinẽ metallorũ & picturæ arte decorata sunt, sed utilitatem non possident qua præbeant aliquos fructus artifici. Et non loquentur. Nihil enim in se uitale habent. De quibus scripturã est: Os habent & non loquentur: aures habent & non audient. Portata tollentur. Fortior ille qui portat quam illa quæ portantur, imo in illo sensus est, in hoc figura sine sensu. Nolite ergo timere ea, quia nec benefacere possunt, nec male. Solẽt enim plerique gentiliũ dæmones colere, ne noceant, & alios exorare ut præstẽt beneficia. Vnde & illud Vergilianũ est. Nigrã hyemi pecudẽ, zephyris felicibus albam. Quicquid de idolis diximus, ad omnia dogmata quæ sunt cõtraria ueritati referri potest. Et ipsi enim ingentia pollicẽtur, & simulachrũ uani cultus de suo corde confingunt. Lætant grandia, & ad decipiendos simplices quosq̃, quasi aureis sensibus & eloquijs argenti splendore fulgẽtibus, imperitorũ obstringunt aciẽ, & à suis inuentoribus sublimantur: in quibus nulla est utilitas, & quorũ cultura propriè gentiũ est, & eorũ qui ignorãt deum. *c* ¶ *Non est similis, etc.*] Hæc in Lxx. non habẽtur, sed de Theodotionis editione in plerisq̃ addita sunt, & cum iuxta literam uideãtur perspicua, iuxta Anagogen magnã habent difficultatẽ. Nullus enim similis est deo uero, eorũ deorũ qui hæretica arte finguntur. Omnes timebũt eũ, quia rex gentiũ est. Principiũ sapiẽtiæ timor domini, & de eo proficimus ad charitatẽ ueram. Tuũ, est, inquit, decus. In ueritate decor, in mendacio turpitudo, quamuis hæretici iuxta sapientiã mundi quæ destruetur, sibi sapientes esse uideantur: tamen in omnibus regnis quibus lacerant ecclesiã, nullus est similis tui, dicente sermone diuino: Perdam sapientiã sapientiũ, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Simul sapiẽtes & fatui sunt. Doctrina eorum pro qualitate ingenij uel utilis est, & propter eloquij uenustatẽ. Affertur de Tharsis. Tharsis uel regio Indiæ est, ut uult Iosephus, uel Certe omne pelagus Tharsis appellat, & cœli haber similitudinẽ, & tñ inuoluta est uerborũ artificio siue ꝓducta. Si enim uoluerit decipere, non poterit. Et aurũ de Ophaz. Septẽ nominibus apud Hebræos appellat aurũ, quorũ unũ אופז dicit, qđ nos dicere possumus obrizũ, ut splẽdeat in superficie idolorũ, quod intrinsecus lignũ est uilisq̃ materia. Hyacintho operiunt & purpura, ut superficie sui oculos decipiãt dum cœlorũ sibi colorẽ & regna cœlestia pollicentur: & tñ opera sapientũ sunt uniuersa hæc, qui in seculo sapiẽtes putant, cæterũ apud deũ stulti sunt. Dñs aũt deus noster, deus uerus est: illa ergo uniuersa mẽdacia. Et ipse deus uiuens, igit illa mortua quæ fingunt. Et ille rex sempiternus. Hæreticorũ umbræ ad tempus præualent, sed lõgo tẽpore corrũpunt. Ab indignatione eius cõmouebit terra: hi qui terrena habẽt opera, & terrena simulacra cõfingũt. Et nõ sustinebũt gẽtes: nequaq̃ populus dñi sed gentiũ multitudo, quæ dei cõminationẽ ferre nõ prævalẽt. *d* ¶ *Sic ergo, etc.*] Fallis dijs & qui artificiose cõpositi sunt, ista dicẽda sunt. Illi enim nec cœlos fecerũt nec terrã. Qui cooperatores sunt Christi, dij uocant, & dñi per doctrinã ecclesiasticã, magna ex parte fabricãt domũ. *e* ¶ *Qui facit, etc.*] Qui facit terram in fortitudine sua, deus pater est. Facit aũtẽ in fortitudine sua dño saluatore. Christus enim dei uirtus & dei sapientia, qui ipse est & prudentia, in quo extendit cœlũ. Ipse enim dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt: loquẽs ad filiũ: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Ad uocem suam dat multitudinẽ aquarum

CAPVT X

AVdite uerbũ quod locutus est dñs super uos domus Israel. Hęc dicit dñs iuxta uias gentiũ nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorũ uanæ sunt. Quia lignũ de saltu præcidit opus manuũ artificis in ascia: argẽto & auro decorauit illud, clauis & malleis cõpegit, ut nõ dissoluat (siue non moueat.) In similitudinẽ palmæ fabricata sunt, & non loquent, portata tollent, quia incedere non ualent. Nolite ergo timere ea, quia nec male facere possunt nec bene. Nõn est similis tui dñe, magnus tu, & magnũ nomen tuũ in fortitudine. Quis non timebit te ò rex gentiũ? Tuũ est enim decus inter cũctos sapiẽtes gentiũ, et in uniuersis regnis eorũ nullus est similis tui. Pariter fatui et sapiẽtes probabunt, doctrina uanitatis eorũ lignũ est. Argentũ inuolutũ siue productũ de Tharsis affertur, & aurũ de Ophaz, opus artificis & manus ærarij. Hyacinthus & purpura indumentũ eorũ: opus artificũ siue sapientiũ uniuersa hæc. Dñs aũt deus uerus est: iste deus uiuens & rex sempiternus. Ab indignatione eius cõmouebitur terra: & non sustinebunt gentes cõminationem eius. Sic ergo dicetis eis: dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt. Qui facit (siue qui fecit) terrã in fortitudine sua: prępărat orbẽ in sapientia

Prou. 9.c

1. Cor. 1.c

D

ligno cõparat, uel similis argento propter eloquij uenustatẽ. Affertur de Tharsis. Tharsis uel regio Indiæ est, ut uult Iosephus, uel Certe omne pelagus Tharsis appellat, & cœli haber similitudinẽ, & tñ inuoluta est uerborũ artificio siue ꝓducta. Si enim uoluerit decipere, non poterit. Et aurũ de Ophaz. Septẽ nominibus apud Hebræos appellat aurũ, quorũ unũ אופז dicit, qđ nos dicere possumus obrizũ, ut splẽdeat in superficie idolorũ, quod intrinsecus lignũ est uilisq̃ materia. Hyacintho operiunt & purpura, ut superficie sui oculos decipiãt dum cœlorũ sibi colorẽ & regna cœlestia pollicentur: & tñ opera sapientũ sunt uniuersa hæc, qui in seculo sapiẽtes putant, cæterũ apud deũ stulti sunt. Dñs aũt deus noster, deus uerus est: illa ergo uniuersa mẽdacia. Et ipse deus uiuens, igit illa mortua quæ fingunt. Et ille rex sempiternus. Hæreticorũ umbræ ad tempus præualent, sed lõgo tẽpore corrũpunt. Ab indignatione eius cõmouebitur terra: hi qui terrena habẽt opera, & terrena simulacra cõfingũt. Et nõ sustinebũt gẽtes: nequaq̃ populus dñi sed gentiũ multitudo, quæ dei cõminationẽ ferre nõ prævalẽt. *d* ¶ *Sic ergo, etc.*] Fallis dijs & qui artificiose cõpositi sunt, ista dicẽda sunt. Illi enim nec cœlos fecerũt nec terrã. Qui cooperatores sunt Christi, dij uocant, & dñi per doctrinã ecclesiasticã, magna ex parte fabricãt domũ. *e* ¶ *Qui facit, etc.*] Qui facit terram in fortitudine sua, deus pater est. Facit aũtẽ in fortitudine sua dño saluatore. Christus enim dei uirtus & dei sapientia, qui ipse est & prudentia, in quo extendit cœlũ. Ipse enim dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt: loquẽs ad filiũ: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Ad uocem suam dat multitudinẽ aquarum

1. Cor. 1.d
Psal. 32.b
Gene. 1.e

A rum in cœlo. Omnis enim doctrina domini de cœlestibus fluit, dicente Dauid: Pluuiam uoluntariam segregabis deus hæreditati tuæ & infirmata est, tu uero perfecisti eam. Et eleuat siue educit nebulas ab extremis terræ. Nebulæ siue nubes quibus mandauit deus, ne pluerẽt super Israel imbrem, educuntur ab extremitatibus terræ, quarum una nebula loquebatur: Puto enim nos deus apostolos ostendit nouissimos tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis & hominibus. Fulgura in pluuiã fecit. Quũ enim imber de cœlo uenerit doctrinarum & arentia hominum corda satiarit, tunc coruscationes inueniens, & clara fulgura sapientiæ. Et educit uẽtos de thesauris suis, in quibus sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Stultus factus est omnis homo à scientia. Licet ille Paulus, licet apostolus Petrus, licet Moyses & Abraham sapientes sint, ad comparationem dei cuncta eorum sapientia in nihilum deputabitur, unde & fatuũ dei sapientius est hominibus. Confusus est omnis artifex in sculptili, qui de suo corde simulacra confinxit: Falsumq̃ est quod conflauit. Si autem stultus est omnis homo à scientia, stultum est omne, falsumq̃ quod fecit. Et non est spiritus in eis. Notandum quod & in isto capitulo, uentus & spiritus, uno apud Hebræos nomine appellatur רוח Spiritum autem sanctificationis uocat, qui in hæreticorum mentibus non potest inueniri. Vana sunt & opus risu dignum. Quis enim non rideat, quum hæreticorum simulacra perspexerit? Aut enim rustica sunt quæ dicuntur, & lignum est: aut pulchro sermone composita, & reperitur argentum: aut certe de proprio simulata sensu, & frustra auri imaginem pollicentur. In tempore uisitationis suæ peribunt. Ad tempus ualet hæresis, ut electi quiq̃ manifesti fiant & probati sint. Quum autem uisitatio dei uenerit & oculus eius stulta perspexerit, omnia conticescũt. Non est similis his pars Iacob, eorũ qui supplantauere Iudæos, & quotidie destruũt hæreticos. Pars autem sanctorũ deus est: de quo propheta dicit, Pars mea dominus. Qui enim formauit omnia, ipse est: Qui fecit omnia atq̃ plasmauit, tam in animo quàm in corpore. Et Israel uirga hæreditatis eius est. Omnis qui directus in deo est, uel sensu cernit deum, sceptrũ est hæreditatis eius. Cuius nomen dñs omnipotens est, siue uirtutum: hoc enim sonat dñs exercituum: quod in Hebraico scriptum est, dominus sabaoth. *a* ¶ *Congrega de, etc.*] Præcipitur Hierusalẽ, ut quicquid habet foris substantiæ, in urbẽ munitissimam cõgreget, & longæ obsidioni paret alimenta. Se enim nequaquã ut prius de futuro & longo tempore comminari: sed iam de uicina captiuitate, quæ iam iamq̃ uentura sit. Cõgrega (inquit) & de foris & de terra: hoc est ex agris, substãtiam tuam siue cõfusionẽ: Quicquid enim habes, confusiõe dignũ est: quæ licet præpares, hæc super his dñi dicta cognosce. Ecce ego in hac uice in isto tempore, projiciam siue instar fundæ iaciã lõge habitatores terræ huius. Pro quo Lxx. interpretati sunt, supplantabo & cadere faciam. Pro quo uerbo Hebraico יקלע Aquila & Symmachus interpretati sunt σφῦξαι. Et est sensus: Instar fundę cum omni impetu abijciam, & sic eos obsideri faciam: sicq̃ tribulabo & coangustabo, ut omnes in urbe reperiãtur, & effugere nequeant malum. *b* ¶ *Væ mihi, etc.*] Iuxta Hebraicũ, ipsa Hierusalẽ loquitur, quod uehemẽter afflicta sit & plagam sustineat insanabilem. Iuxta Lxx. uero ꝓpheta loquit ad Hierusalẽ, & plangit eã super contritione & plaga sui. *c* ¶ *Ego, etc.*] Ipsa loquit Hierusalem: quicquid patior, mea culpa patior: intelligo uulnus meũ quod apprehendit me, siue iram dñi sustinebo, quoniam peccaui ei. *d* ¶ *Tabernaculum, etc.*] Subuersionẽ urbis suæ tam facilem plangit Hierusalẽ, ut nequaquam muros et mœnia omnia funditus eruta, sed tabernaculi atq̃ tentorij ablationem putes. Tabernaculum, inquit, hoc est habitatio mea, repente sublata est: Omnes funiculi mei disrupti sunt. Seruat tabernaculi metaphoram, siue omnes pelles meæ conscissæ sunt. Filij mei exierunt à me, siue pecora mea: quod à Lxx. additum, non stat iuxta historiam. In longa enim obsidione quomodo oues & pecora auferri poterant de Hierusalẽ, quæ etiam si fuissent, fames consumpserat? Et non (inquit) subsistunt, siue non sunt. Neq̃ enim translati sunt in Chaldæam, sed magna pars eorum interfecta penitusq̃ deleta est. Non est qui extendat ultra tentorium meum, non est qui me instauret, & murorum meorum iaciat fundamenta, qui ad solum usq̃ prostrati sunt. *e* ¶ *Quia stulte, etc.*] Per translationem pastorum atq̃ ouium, principum culpa & dispersio populi describitur: Quia enim principes stulte egerunt, nec quæsierunt dominum quem toto debuerant corde perquirere: idcirco & mala uenientia non uiderunt, siue non intellexerunt dominum, & omnis multitudo Hierusalem huc illucq̃ dispersa est. *f* ¶ *Vox, etc.*] Et ut Symmachus interpretatus est, sirenarum: pro quo in Hebraico תרעשה positum

Psal. 67.b
Esa. 5.b
1. Cor. 4.b
Coloss. 2.d
B
1. Cor. 11.d
Psal. 72.d
C
D

A est. Verba prophetæ: Ecce (inquit) sonitus & fremitus Babylonij uenientis auditur, magnaq; cõmotio siue terræmotus de terra Aquilonis: ut omnes urbes Iudææ habitatoribus interfectis redigat in solitudinem, & faciat pro hominib. dracones habitare, & cũcta animãtia uenenata, siue struthiones: quod & ipsum animal solitudinis familiare est, & in desertis nascitur ac nutrit. Aut certe sirenas, mõstra quædam & dæmonum phãtasmata possumus intelligere. Hęc oĩa quæ & præteritus & præsens sermo describit, ad persequutiõis ecclesiæ referamus tẽpora, quãdo tabernacula domini subuertunt, & omnis habitatio ecclesiæ redigit in solitudinẽ. Et ut ista uniuersa ueniant, culpa pastorũ est: qui stulte egerunt & dominũ non quæsierunt, nec intellexerunt eum: & idcirco grex oĩis dispersus est. a ¶ *Scio domine quia non est, etc.*] Erubescãt noui prædicatores, q aiunt, unumquenq; suo arbitrio regi: quũ et hic propheta dicat,
B Non est hominis uia eius. Et Dauid in lyrico canat carmine: A
Psal. 36. d domino gressus hominis dirigent, & uiã eius uolet nimis. Siue hic sensus est: Quod à Babylonijs sustinemus, non est eorum fortitudinis, sed nostri meriti & indignationis tuæ. b ¶ *Corripe me domine, etc.*]
Psal. 6. & 37 Hunc locũ & in psalmo legimus, Dñe, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et est sensus: Meremur quidem omnia quæ sustinemus, & multo meremur maiora quàm patimur. Veruntamẽ hoc obsecro, ut quasi pater me corripias, non quasi aduersarius, ut me emendes quasi filium, & non punias quasi inimicũ.
Heb. 12. d Castigas enim omnem filiũ quem recipis, & per omnẽ dolorem ac flagellũ emendas Hierusalem. Hostes autẽ qui non nouerũt te, & prouinciæ siue regiones quæ nõ inuocauerunt nomen tuũ, nequaquam tuũ debent sentire iudiciũ, sed indignationem. Tradidisti enim nos ut emendaremur. Illi autem aggrauauerunt iugũ suũ: Seni non pepercerunt, & paruulos affixerunt, comederunt nos & penitus deuorauerũt, & in tantã solitudinẽ redegerunt Hierusalem, ut & publicarũ & priuatarũ ædium omnia dissiparent, & populũ tuum interficerẽt.

CAP. XI

VErbum quod factum est, etc.] Non quidem est positũ in titulo, sub quo tempore uel sub quo rege & quoto anno eius, hæc prophetia facta sit: sed intelligimus, uel priori prophetiæ & tempori hæc esse iungenda: uel certe post aliquod temporis interuallũ prioris prophetiæ hunc dñi ad prophetam factũ esse sermonem. Notandum est aũt quod uerbum ברית Aquila & Symmachus semper pactũ: Septuaginta & Theodotio testamentum, interpretati sunt. Proprie autem nunc ad Hierusalem & ad uiros tribus Iudæ sermo dirigitur. d ¶ *Maledictus uir, etc.*] Non propter generis priuilegia, non propter circuncisionis iniuriam & otium sabbati, sed propter obediẽtiam, & deus efficitur populi Israel, et Israel populus eius. Et hic quidẽ quasi ad seruos loquit, ut placeant deo. In euangelio uero dominus ad discipulos: Vos, inquit amici mei estis si fecerius quæ ego præcipio uobis. Iam non dicã uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci uobis. Quumq; amici mei fuerint, de amicis transeunt in filios. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Vnde de amicis & filijs præcepit: Esto te perfecti sicut & pater uester pfectus est: similitudinem imperans, non æqualitatẽ. Et ibi obedientia mãdatorum est, hic similitudo dei. Q̃d q̃ ait: In die qua eduxi eos de terra Aegypti de fornace ferrea: dat nobis intelligẽtiã quod caminus & fornax ferrea atq; succẽsa, tribulationis & pœnæ significet magnitudinem: nõ aliquem locum pœnæ ferri materia præparatum. e ¶ *Vt suscitem iuramentum, etc.*] Patres uidentur accipere, quando accipiunt filij, & Abrahæ promissio completur in posteris. Terram autem lacte & melle manantẽ, hyperbolice debemus accipere pro rerum omnium abũdantia, ut est illud: Mella fluant illis, ferat & rubus asper amomũ. Et iterum: Et passim riuis currentia uina repressit. Aut certe tropologice, terram lacte & melle manentem, Christi ecclesiam sentiamus: in qua paruuli atq; lactentes educamur per fidem, ut possimus solidum cibum capere. f ¶ *Et respondi & dixi, Amen, etc.*] Pro quo Septuaginta, fiat domine: hoc enim amen significat, transtulerũt. Dixerat dominus, Iuraui patrib. uestris daturum me eis terram lacte & melle manantem, sicut rebus ipsis hodie comprobatur. Propheta diligens populum suum occupat uocem domini, & cupit uera esse & in perpetuũ permanere quæ data sunt. Vnde ait: Vere dñe implesti quod pollicitus es, siue fiat domine: hoc est, semper maneat q̃d dedisti. g ¶ *Et dixit, etc.*] Clementissimus deus frequenter futura prædicit, ut tandem durus ad credendum animus molliatur. Prædicit aũt tam in urbe Hierusalem quàm foris in agro, ut quorum commune discrimen est, eadem pœnitudo sit. h ¶ *Quia contestans, etc.*] Hucusq; in Septuaginta non habetur. Quodq; sequitur, Et non fecerunt: ab eis positum est, ut cum superioris capituli fine sociatum, in quo scriptũ est, Audite uerba pacti huius, & facite illa, & nõ fecerunt. Quid sit autem

A autem de mane cõsurgere, & dei uerba per prophetas eis frequẽter ingerere, & educere eos de Aegypto, & sæpius admonere & dicere, Audite uocem meam, & illos abijsse post prauitatem cordis sui, & postea eis reddere quæ merentur & accipere, ante iam diximus. a ¶ *Et dixit dominus, etc.*] Pro cõiuratione, quã nos iuxta Symmachũ interpretati sumus: Aquila & Lxx. & Theodotio συωμοσιαν trã stulerũt, quã nos colligationẽ possumus dicere. Vnde & Athalia quũ in templo sibi parari insidias deprehẽdisset, eodẽ uerbo loquuta est: Cõiuratio, cõiuratio. Proprie autẽ hoc uerbo scriptura abutit, quando nõ subito fortuitoq; peccato, sed paratis insidijs & cõiuratione tẽditur ad delictũ, & pari mẽte unoq; studio id agunt, ut dei mandata contemnant. Dicitq; & patres & filios una mente pariq; sententia, neglecto deo, idola uenerator: tam Israel uidelicet, quàm domũ Iuda, hoc est tã
et decem tribus quàm
B duas, quarũ imperiũ erat in Hierusalem, ut quorũ in contemptu dei unũ studium fuit, par sit in sustinẽda captiuitate supplicium. b ¶ *Quamobrem, etc.*] Non exaudit deus in tẽpore necessitatis & angustiæ: quia & illi
1. Reg. 28. g audire uocem dñi noluerunt. Quod & Saul passus est. Quum enim Philistim agmina reformidans, uerbum dñi non meruisset accipere: conuersus est ad Pythonissam, ut ab idolis disceret, quod institãa orationis ac fletuum à dño debuit extorquere. Per quæ discimus, etiã si dominus non exaudierit, nequaquam esse cessandũ nec confugiendum ad dæmones qui cultores suos adiuuare non possunt: sed ad domini auxilium, qui citò tratus flectitur, & mutat sententiã, si & hi quibus iratus fuerit commutent. Totum autem quod nũc dicitur, ad tribum Iuda pertinet, & urbem Hierusalem, quibus instat captiuitas. c ¶ *Secundum enim, etc.*] Legamus Regum
4. Reg. 21. d & Paralipomenon libros, & inueniemus Iudam & Hie
2. Par. 33. d rusalem multo quàm Israel peiora fecisse: ut quot habebant urbes, tot haberent & idolorum species. Et quot erant in urbe Hierusalẽ plateæ & uiarum capita, tot haberent aras in confusionem suam, in quibus idolis Baalim uictimas immolarent. d ¶ *Tu ergo, etc.*] Præcipitur Hieremiæ, ne uelit pro eis dominũ deprecari, in quos iam est consummata sententia: ne uideat oratio eius infirma, & proprijs sceleribus nõ exaudiri. Noli (inquit) orare pro eis, nec laudem assumere, ut replicando uetera historiæ clemẽtiam, qua eis semper misertus sum, & laudando, meam nitaris mutare sententiam. Et si enim die hanc. Mane consurgens contestatus sum & dixi, Audite uocem meã: & non audiuerunt, nec inclinauerunt aurẽ suã, sed abierunt unusquisq; in prauitate cordis sui mali, & induxi super eos omnia uerba pacti huius quod præcepi ut facerent (& non fecerunt). Et dixit dominus ad me: Inuẽta est cõiuratio in uiris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem: reuersi sunt ad iniquitates patrũ suorũ priores qui noluerũt audire uerba mea. Et hi ergo abierũt post deos alienos, ut seruirẽt eis. Irritũ fecerũt domus Israel & domus Iuda pactũ meũ quod pepigi cũ patrib. eorũ. Quãmobrẽ hæc dicit dñs: Ecce ego induco super eos mala, de quib. exire nõ poterũt: & clamabũt ad me, & nõ exaudiam uos. Et ibũt ciuitates Iuda & habitatores Hierusalẽ, & clamabũt ad deos quibus libãt, & nõ saluabũt eos in tempore afflictionis eorũ. Sẽcundũ em̃ numerũ ciuitatũ tuarũ erant dij tui Iuda, & secundũ numerum uiarũ Hierusalẽ posuistis aras confusionis ad libãdũ Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudẽ & orationẽ: quia nõ exaudiã in tẽpore clamoris eorũ ad me, in tẽpore afflictionis eorũ. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferẽt à te malicias tuas in quibus gloriata es? Oliuam uberẽ, pulchrã, fructiferam, speciosam uocauit dñs nomen tuũ: ad uocem loquelæ grãdis exarsit ignis in ea, & combusta sunt frutecta eius. Et dominus exercituum qui plãtauit te, loquutus est super te malum, pro malis domus Israel & domus Iuda quæ fecerunt sibi ad iritandũ me, libantes Baalim. Tũ autem domine

in tẽplo eius posuit & ueneratus est idola, et in eo se putat irã dei placare, si multas hostias immolet, & gloriatur in sacrificiorũ multitudine, quæ malicias peccatorũ auferre non possunt. Comparat autẽ Hierusalẽ, siue omnẽ populũ Iudæorũ oliuæ pulchræ atq; fructiferæ, quæ exaltata per superbiam, nequaquam egit humiliter: nec intellexit creatorem & dominatorẽ suũ: sed elata per superbiã, & loquuta granditer, dñi igne succẽsa est, ita ut comburerentur & redigerent ad nihilũ rami siue frutecta eius, id est omnis populus aduersariorum gladio deleretur. Hic sensus & in alio loco est, ubi dicitur ad Hieru- *Supra 2. d*
salẽ: Ego te plãtaui uineam frugiferã, omD nem ueram: quomodo cõuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Quãdo destruũt maceriæ illius & uastat eam aper de sylua, & omnes bestiæ deuorant fructus illius: *Psal. 79. b*
dicamus istud capitu lum principibus ecclesiarum, quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Væ certe diuitibus, qui quum aliena diripiant & non auferant malicias cordis sui, putant se dei clementiam mereri: Nunquid carnes sanctæ auferẽt à te malicias tuas in quibus gloriata es? At nunc publice recitantur offerentiũ nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudẽ: nec meminerunt uiduæ illius in Euangelio, quæ in gazo- *Mar. 12. d*
phylacium duo æra mittendo, omniũ diuitum uicit donaria. f ¶ *Et dominus, etc.*] Oliuam (inquit) uberem, pulchram, fructiferam uocauit te dñs tuus atq; plantauit. Sed quia ad uocem loquelæ, grandis dei in te flamma descendit & consumpsit omnes ramos tuos: Propterea qui te plantauerat, nunc loquutus est super te malum: non iniquitate sententiæ, nec subita prauitate sermonis, sed pro malis quæ fecerunt sibi domus Israel & domus Iuda, & studiosè egerunt libantes Baalim, ut me ad iracundiam prouocarẽt. Quumq; posset deus facere quæ uult, reddit causas ne facere uideatur iniuste, secũdum illud quod scriptũ est: Vt iustificeris in sermonib. tuis *Psal. 50.*
& uincas quũ iudicaris. g ¶ *Tu autem domine demonstrasti, etc.*] Omnium ecclesiarum iste est consensus, ut sub persona Hieremiæ, à Christo hæc dici intelligant, quod ei pater mõstrauerit quomodo eum oporteat loqui, &

A ostenderit illi studia Iudæorum, & ipse quasi agnus ductus ad uictimã, non aperuerit os suũ: & non cognouerit, subauditur peccatũ. Iuxta illud quod ab Apostolo dicitur: Qui quum non cognouisset peccatum, pro nobis peccatum factus est: & dixerint: Mittamus lignum in panem eius: crucẽ uidelicet in corpus saluatoris. Ipse est enim
Ioan. 6.e qui ait, Ego sum panis qui de cœlo descẽdi. Et eradicemus, siue conteramus eũ de terra uiuentium. Hoc enim scelus animo cogitauerũt, ut nomen eius delerent in perpetuum. Sed econtrario iuxta assumpti corporis sacramentũ loquitur filius ad patrem, & imprecat iudicium eius dum laudat iustitiam, & inspectorẽ renis & cordis inuocat deũ, ut ipse reddat populo quod meretur, & dicit: Videam ultionem tuam ex eis, eorum uidelicet qui in scelere perseuerant, & non eorum qui uertuntur ad pœ-
Luc. 23.e nitentiam. De illis ait in cruce: Pater ignosce illis, quod enim faciũt, nesciũt. Reuelatq; patri & aperit causam suã, quia nullo suo merito, sed scelere populi crucifixus est,
Ioan. 14.d dicẽs: Ecce uenit princeps mũdi huius & inuenit in me nihil. Iudæi & nostri Iudaizãtes hæc ex pſona Hieremiæ
B dici intelligũt: q̃ propter uaticiniũ futurorũ, & ingruẽtia captiuitatis mala, hæc eum à populo sustinuisse confirmãt. Sed nescio quomodo possint approbare crucifixum esse Hieremiam, quum hoc scriptura nõ memoret, nisi fortè cogitauerint & non fecerint. a ¶ *Propterea hæc dicit dominus, etc.*] Videtur hoc superiori sententię C
contraire, qua uolumus apparere ex pſona Christi dicta esse quæ dicta sunt, & nõ ex Hieremiæ, qui proprie habitabat in uiculo Anathot, qui ab Hierosolymis tribus distat milib. Sed si intellexerimus etymologiã oppidi Anathot, quod interpretatur obedientia: liquido monstrabitur uiros Anathot, qui quondam dñi pręceptis obtemperarunt, oñes dici Iudæos, & maxime habitatores urbis Hierusalem, in quos extrema uenit sententia, ut obsidionis malis, gladio, fame & peste interirent. Vt autem nos omni interpretationis molestia liberemur, illam sequamur regulam: Quod omnes prophetæ in typum domini saluatoris pleraq; gesserint, & quicquid iuxta præsens tempus conplectum sit in Hieremia, hoc in futurũ de domino prophetari.

¶ Commentarij secundi in Hieremiam prophetam finis. D

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN
tertium Commentariorum Hieremiæ, ad
Eusebium, proœmium.

IErnæum anguem, fabulæ ferunt, multis ex medio capite pullulasse serpentibus: & Scyllam Siculi monstrum freti, facie quidem uirginali, sed succinctam canibus, miserorum laceraſſe naufragia: iuncto in eodem littore sirenarum mortifero carmine, quæ ut uitaret Vlysses Homericus, clausisse aures dicitur, & malum inexuperabile, prudenti uitasse consilio. Hoc ego quum facere cuperem, & hæreticorum rabiem declinare, * & iuxta Hismeniam, mihi canens & meis, illudq; propheticum reuoluerem: Quum consisteret aduersum me peccator, obmutui & silui de bonis: non est passus diabolus me optata quiete contentum, scripturarum sanctarum explanationi insistere, & hominibus linguæ meę, Hebræorum, Grętum, scripturarum sanctarum explanationi insistere, & hominibus linguæ meę, Hebræorum, Grę corumq; eruditionem tradere, sed id agit diebus & noctibus, & aperte & per insidias, ueris falsa miscendo, imò uniuersa mendacia subdolo melle circunlinens: ut qui audit uerborum dulcedinem, uenena pectoris non formidet: pacem pollicetur, ut grauiora bella exerceat: ridet, ut mordeat: manum offert, ut ex improuiso simplicem interficiat Abner. Nimirum hoc illud est quod & Apostolus loquebatur, Non enim eius ignoramus astutias. Hic tacet, alibi criminatur: mittit in uniuersum orbem epistolas biblinas: prius auriferas, nunc maledicas: & patientiam nostram de Christi humilitate uenientem, malæ conscientiæ signum interpretatur: Ipseq; mutus, latrat per alpinum canem, grandem & corpulentum, & qui calcibus magis possit sæuire quàm dentibus: Habet enim progeniem Scoticæ gentis, de Britannorum uicinia: qui iuxta fabulas poetarum instar Cerberi spirituali percutiendus est claua: ut æterno cum suo magistro Plutone silentio conticescat. Verum hoc alias. Nunc in Hieremiam tertium aggrediar librum, in quo conabor frater Eusebi, latissimos explanationis campos, angusta commentariorum semita coartare.

sic legendum arbitror, Et iuxta Hismeniã, mihi canere & meis. Qui mos intellexit emphasim dicti, ex magnificis meis.

COMMEN-

A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN
Esaiam prophetam Liber III.

CAP. XII

IVstus quidem, etc.] Contra omnes quidem iniq; agentes ista disputatio est, & septuagesimi secũdi psalmi breuiter sententia comprehẽdit, in qua
Psal. 72.a propheta ait, Quàm bonus deus Israel, his qui recto sunt corde. Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, ęzelati in peccatorib. pacem peccatorũ uidẽs, &c. Sed proprie contra hæreticos dicitur, qui quũ sint impij, uia eorum prosperatur, generantq; filios eos quos in hæresi deceperũt, & præuaricantur & inique agunt, ita ut ecclesiam spoliẽt, & dum in praui-
B tate sententiæ perseuerãt, iactant se à deo esse plantatos, & radicem misisse, genera sse filios & attulisse fructum: qui quũ Christi nomẽ sæpius repliceẽt, habitatorẽ suum non habent deum: iu-
Esa. 29.d xta illud Esaiæ, Populus hic labijs me honorat, cor autem eius longe est à me. b ¶ *Et tu domine, etc.*] Nullũ (inquit) scandalũ est qđ impij siue omnes hæretici pro tempore floreant. Tu enim domine nosti me & uidisti me & probasti cor meum te-
Luc. 13.d cum. Quem ita nouit pater deus, quomodo filiũ suũ: Nemo enim cognoscit filium nisi pater, & nemo cognoscit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Licet (inquit) proficiant, licet filios generent, & faciant fructum hæretici, & prope sis tu ori eorum, & longe à renibus eorum: id est, conscientia: tamen non parua est consolatio, quod quasi pecora saginantur ad uictimam. Congrega eos in urbem Hierusalem, siue in sua conciliabula, ut quasi uictimæ cædantur in mortem, & tunc sanctificentur cum ecclesiastico fuerint mucrone iugulati: interfectio enim hæreticorum, salus eorum est qui decepti fuerant. c ¶ *Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? etc.*] Quicquid in mundo uel bonorum accidit uel malorum, non absq; prouidentia & fortuito casu accidit, sed iudicio dei. Terra nunc sterilis est, herba siccatur. Vis nosse rationem? Malitiæ habitatorum eius hoc faciũt, ita ut animalia super terram & uolatilia cœli consumãtur, quia in usus hominum hæc creata sunt omnia: qui in tantam consurrexere blasphemiam, ut dicerent deũ ignorare uias suas, & nescire quid unusquisq; patiatur sit. Quod autem dicit, usquequo: illud significat, permanere iram dei: quia animus peccantium non flectebatur ad pœnitentiam. d ¶ *Si cum peditibus currens laborasti, etc.*] Si (inquit) te crebra uicinarum gentium captiuitas fatigauit, Moabitarum & Ammonitarũ, Philistim & Idumæorum, quid facies ad longam captiuitatem quæ te Chaldæã usq; ductura est? Et comparat pedites equitibus, quia re uera & iuxta historiam omnis Persis & uniuersa Chaldæa & regionum illarũ exercitus gaudet equitatu. Istæ autem gentes, quas supra memorauit, propter difficultatem locorum, non tã pugnæ aptæ sunt q̃ latrocinio. Seruatq; metaphoram & dicit: Si cum peditibus currens lassitudine defeceris, quid facies si equis cursum tuũ uolueris coæquare? Et si in terra tua aliquam habuisti fiduciã, quid actura es quum Iordanem transieris, & illius gurgites sustinueris? e ¶ *Nam & fratres tui & domus patris tui, etc.*] Intantũ (inquit) grauissimis Iordanis operieris fluctibus, et equitum te de longe uenientium multitudo uastabit, ut fratres quoq; tui Idumæi & Gen. 19.g domus patris tui qui de Lot stirpe nati sũt, Moab & Amõ, etiam ipsi tempore necessitatis & angustiæ dimicent contra te, & insultent tibi. Vnde caue, ne uelis eis credere, & spem habere consanguinitatis, per quam maiori in te quàm hostes odio desæuiant. Potest hoc & de saluatore accipi, quod fratres eius & domus patris eius pugnauerint contra eum, & clamauerint plena uoce, dicentes: Crucifige, crucifige eum, non habemus regem Ioan. 19.c nisi Cæsarem. f ¶ *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem, etc.*] Qui in euangelio loquutus est, Surgite abeamus hinc. Et iterum: Relinquetur uobis domus uestra deser- Ioan. 14.d ta: hic etiam in propheta eadem comminatur, & quod facturus est, fecisse se dicit: Hæreditas enim domini Is- Luc. 13.g rael & funiculus hæreditatis eius. Quod autem ait: Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. Illud est: potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo resumendi illam. Facta est autem hæreditas quondam domini populus Iudæorum Ioan. 10.d contra eum quasi leo in sylua, quando pari aduersus illum in passione uoce clamauit. Et quia dedit contra eum uocem suam, ideo eam odio habuit & abiecit: & quæ quondam fuit dilecta atq; charissima, nunc appellatur odiosa. g ¶ *Numquid auis discolor, etc.*] Auem discolorem tinctamq; per totum iuxta literam pauum uocat. Tantam (inquit) habuit pulchritudinem Israel, & tantis fuit Hierusalem distincta uirtutibus, ut nihil esset bonorum, quod nõ cerneretur in ea. Quia igitur mihi

CAP. XII

IVstus quidem es tu dñe, si disputem tecum (siue quia satisfaciam tibi), ueruntamen iudicia loquar ad te. Quid est quod uia impiorum prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur & inique agunt? Plantasti eos & radicem miserunt, proficiunt (siue generauerunt filios, & faciunt fructũ) prope es tu ori eorũ, & longe à renibus eorum. Et tũ dñe nosti me, uidisti me, & probasti cor meũ tecũ: congregabo eos quasi gregem ad uictimam, & sanctifica eos in die occisionis. Vsqueqùo lugebit terra & herba omnis regionis siccabit propter malitiã habitantium in ea? Consumptũ est animal & uolucre, quoniam dixerunt, Non uidebit nouissima nostra, (siue non uidebit deus uias nostras). Si cũm peditib. currẽs laborasti, quo modo contendere poteris cũ equis? Si in terra pacis confisa es, quid facies in superbia (siue fremitu) Iordanis? Nam & fratres tui & domus patris tui, etiã ipsi pugnauerunt aduersum te: & clamauerũt post te plena uoce: Ne credas eis quũ loquuti fuerint tibi bona. Reliquũ domũ meã, dimisi hæreditatẽ meam, dedi dilectam animã meã in manum inimicorũ eius. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me uocẽ: ideo odiui eum.
HEB. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? uenite congregamini omnes bestiæ terræ properate ad deuorãdum.
SEP. Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? an spelunca in circuitu eius super eam? Pergite, cõgregate oñes bestiæ agri, & ueniãt & comedãt eam. Pastorem multi demolierunt uineam meam, conculcauerunt partem meam. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Posuerunt eam in dissipationem, luxit super me, desolata est omni terra, quia nullus est qui recogitet corde. Super omnes uenientes in solitudine uastatores ascendent, quia gladius domini deuorabit à finibus terræ usq; ad fines terræ, non erit pax uniuersæ carni. Seminauerunt triticum & spinas messuerunt, hæreditate non possidebunt eam, confundamini à fructibus uestris propter iram furoris domini. Hæc dicit dominus ad omnes uicinos meos malos qui tangunt hæreditatem quam dedi populo meo Israel, ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et erit postquam euulsero eos, reuertar & miserebor eorum, & reducam eos unumquemq; in hæreditatem suam & unumquemq; in terram suam. Et erit si diligenter discant uias populi mei, ut iurent in nomine meo, uiuit dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal, & ædificabuntur in medio populi mei. Si autem non audierint, disperdam gentem illam disperditione & interitu, dicit dominus.

A facta est hæreditas quõdam mea, id est, populus Israel, quasi leo in silua, & dedit contra me uocem suã, & eam omni odio detestatus sum: idcirco uenite & cõgregamini contra eam omnes bestiæ terræ, diuersarum gẽtium multitudo, & deuorate eam quæ suum dñm nõ cognouit. Sin autem, ut Septuaginta & alij interpretes transtulerũt, legatur: Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi: referamus ad immundiciã nocturnæ bestiæ, quę uiuit cadauerib. mortuorum, & de sepulchris solet effodere corpora, nihilq; est immũdiciæ qua non uescaꝰ. Talis est Israel offendens dñm suum & omnium bestiarũ morsibus traditus. 4 ¶ *Pastores multi demoliti, etc.*] Audiant hęc qui principes uolunt esse populorũ, quod non solum pro se, sed & pro cõmissis sibi gregibus reddituri sunt rationem in die iudicij. Propter illos enim pars dñi conculcatur atq; polluitur, ut ubi quõdam dei erat hospitium, ibi sit habitaculum bestiarum. Alij uero non præpositos plebis & sacerdotes, sed hostium intelligunt principes, qui Hierusalem, id est, uineam dñi dissiparũt. *b* ¶ *Luxitq; sup me, etc.*] Hoc qđ posuimus, luxitq; super me: iuxta Hebraicũ priori uersiculo copulatur, ut sit sensus: Posuerunt eam in dissipationem: hoc est, hæreditatem meam: luxitq; super me, meo auxilio destituta. Iuxta Septuaginta uero loquitur deus, quod propter illum terra sit dissipata & redacta in solitudinem: quia nullus sit, qui corde recogitet, nec ulla pax uniuersæ carni. *c* ¶ *Seminauerunt triticum & spinas messuerunt, etc.*] Meliora (inquit) expectauerunt, & uenerunt pessima, sperabant prospera, & aduersa perpessi sunt: acceperunt à domino rerum omnium abundantiam, quæ eis non proderit. Iuxta Lxx. uero, omnes hæretici qua si triticum seminant, & spinas metunt: expectante domino ut facerent fructum, & non fecerunt iudicium, sed clamorem. Dicitur autem hoc ecclesiasticis, qui uerba domini & doctrinam eius mala conuersatione dispergunt. De quibus infertur: Cleri eorum non proderunt eis. Quid enim eos iuuare poterit episcopi nomẽ & presbyteri, uel reliquus ordo ecclesiasticus, quum magis grauentur dignitatibus suis: & potentes potenter tormenta patiantur: & quanto eis plus creditum fuerit, tanto plus requiratur ab eis? *d* ¶ *Confundemini à fructib. (siue à gloriatione uestra). propter iræ furoris domini, etc.*] Dicit ad eos quibus cleri sui & ecclesiasticus ordo non proderit, ut confundantur à gloriatione sua & ab opprobrio coram dño. Quodq; infert, Aduersum omnes uicinos meos pessimos: iuxta literã uicini terræ sanctę, Idumæi sunt, Philistim, Moab & Amon. Iuxta tropologiam uero omnes hæretici qui sub nomine Christi censentur, & uicini magis sunt quàm habitatores terræ sanctæ, qui tangunt hęreditatem dei & deuastant eam: diciturq; de eis quod auferantur de medio terræ, & domus Iuda tollatur de medio eorum. Qui quũ euulsi fuerint, & de hæreticorum faucibus liberati, consequẽtur misericordiã dei, & reducentur in hæreditatem & in terram suam. *e* ¶ *Et erit si eruditi didicerint uias populi mei, ut iurẽt, etc.*] Si translati de hæresi in ecclesiã, didicerint uias populi dei, & iurauerint in nomine dñi, & non in nomine idolorum, quæ de suo corde finxerunt, ędificabuntur à dño, & erunt pars populi eius. Quod si translati in ecclesiã, peruersorum dogmatũ reliquias tenuerint, & nõ audierint uerba domini: euelleꝰ gens illa de medio populi dei, euulsione & perditione perpetua, ut nequaquam eis ullus locus pœnitentiæ relinquatur. Hęc quotidie cernimus et rebus pensamus, qđ ideo hæretici fidei simulent ueritatem, ut simplices quosq; decipiant: & non ipsi conuertantur ad fidem, sed fideles trahant ad infidelitatem.

Pastores multi demoliti sunt (siue diruerunt) uineam meam, conculcauerunt (siue polluerũt) partem meam, dederũt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis (siue inuiam). Posuerunt eam (siue posita est) in dissipationem: luxitq; super me (siue perijt. HEBRAEI. Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. Super oẽs uias desertũ uenerũt uastatores: qa gladius dñi deuorauit ab extremo terræ usq; ad extremũ eius, nõ est pax uniuersę carni. HEBR. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. SEPTVAGINTA, Seminastis triticum, & spinas messuistis: cleri eorum non proderunt eis. Cõfundemini à fructib. (siue à gloriatione uestra), propter irã furoris dñi (siue ab opprobrio in cõspectu dni). Hæc dicit dñs aduersum omnes uicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatẽ quã distribui populo meo Israel: Ecce ego euellã eos de terra sua, & domũ Iuda euellã (siue eijciã) de medio eorũ. Et quũ euulsero eos, conuertar (siue reuertar) & miserebor eorũ, & reducã eos (siue habitare faciã) uirũ in hæreditate sua, & uirũ in terra sua. Et ẽrit si eruditi didicerint uias populi mei, ut iurent in nomine meo, uiuit dñs: sicut docuerũt populũ meũ iurare in Baal, ædificabuntur in medio populi mei. Quod si nõ audierint, euellã gentẽ illã euulsione & perditione, dicit dominus.

CAP. XIII

HAec dicit dominus ad me: Vade & posside tibi lumbare (siue cinctorium) lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud (siue per aquam non transibit). Et possedi lumbare iuxta uerbum dñi, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo dñi ad me secundò, dicens: Tolle lumbare (siue cinctorium) quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens uade ad Euphratem, & absconde ibi illud in foramine petræ. Et abij & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi dñs. Et factũ est post dies plurimos, dixit dñs ad me: Surge & uade ad Euphratem, et tolle inde lumbare (siue cinctorium) quod præcepi tibi ut absconderes illud ibi. Et abij ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco ubi absconderam illud, & ecce computruerat lumbare (siue cinctorium) ita ut nullo usui aptũ esset. Et factum est uerbum dñi ad me, dicens: Hæc dicit dominus, Sic putrescere faciam superbiam (siue iniuriã) Iuda, et superbiam Hierusalem multam, et populum istũ pessimum qui nolunt audire uerba mea, & ambulant in prauitate (siue in directione) cordis sui pessimi: abieruntq; post deos alienos, ut seruirent eis, & adorarẽt eos, & erunt sicut lumbare istud, quod nullo usui aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos uiri, sic adglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit dominus: ut esset mihi in populum & in nomen & in laudem & in gloriam, & non audierũt. Dicẽs ergo ad eos (siue ad populum) sermonem istum: Hæc dicit dominus deus Israel: Omnis laguncula (siue uter) implebitur uino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quod omnis laguncula (siue uter) impleatur uino? Et dices ad eos: Hæc dicit dñs, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe (siue filios) Dauid super thronũ eius, & sacerdotes & prophetas & oẽs habitatores Hierusalẽ ebrietate, et dispergã eos: uirũ à fratre suo, & patres & filios pariter, ait dns. Nõ parcam (siue non desiderabo) & nõ concedam neq; miserebor, ut non dispердam eos. Auditẽ & auribus percipite: Nolite eleuari, quia dñs loquutus est. Dãte domino deo

a ¶ *Dices ergo ad eos (siue ad populum) sermonem istum, etc.*] Verbum Hebraicum נבל Aquilæ prima editio, lagunculam: secunda ipsum נבל Symmachus, craterem: Septuaginta, utrem: Theodotio, uas interpretati sunt: quod omne non oleo, non aqua, non melle, non lacte, non alia qualibet materia liquentis elementi, sed uino & ebrietate completur: ostendens nos uas esse fragile, iuxta Apostolum dicentem, Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus: nec posse fieri, ut non illud impleatur in nobis quod scriptum est, Non enim habitat in carne mea bonum. Et iterum: Non enim quod uolo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc operor. Ac deinde: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hac autem ebrietate qua obliuiscimur præceptorum dei, & uitijs atq; peccatis, omnis impletur humana conditio, dicente propheta: Non iusti-

A na maiori diligentia operit atq; circundat, ne gẽtilium & hæreticorum morsib. pateant. Quod lumbare, si aquam tetigerit, & Euphratis fluenta transierit, ita ut Assyriæ regionis humoribus imbuatur, perdit pristinam fortitudinem, & computrescit atq; dissoluitur. Et quamuis in usum dei redeat, tamen pristinã pulchritudinem habere non potest, non duritia dei, sed suo uitio: quia nolũt audire uerba eius, & ambulant in prauitate cordis sui: siue quod sibi rectum uidetur, hoc faciunt. Sed & ipse sermo diuinus cur hanc posuerit similitudinẽ exponit, dicẽs: Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos hominis, sic adglutinaui & adhærere mihi feci omnem domum Israel, & oẽm domum Iuda, decem uidelicet & duas tribus, ut essent mihi in populũ nominatum & in laudem & in gloriam: & pro his omnibus nõ audierunt me, sed sua uitia sunt sequuti. Ca
B uear ergo qui potest dicere, Mihi autẽ adhærere deo, bonũ est: ne fortè per negligentiam, ab illius renib. separetur, & transeat Euphratem, & detur in potestatẽ regis Assyrij: & nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petrę corruptæ atq; uitiatę, hoc est, hæreticorum sordibus & uitijs occupetur, & in tantam ueniat putredinẽ ut in usum & cinctoriũ dñi ultra redire non possit. *a* ¶ *Dices ergo ad eos (siue ad populum) sermonem istum, etc.*] Verbum Hebraicum נבל Aquilæ prima editio, lagunculam: secunda ipsum נבל Symmachus, craterem: Septuaginta, utrem: Theodotio, uas interpretati sunt: quod omne non oleo, non aqua, non melle, non lacte, non alia qualibet materia liquentis elementi, sed uino & ebrietate completur: ostendens nos uas esse fragile, 2. Cor. 4. b iuxta Apostolum dicentem, Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus: nec posse fieri, ut non illud impleatur in nobis quod scriptum est, Non enim habitat Rom. 7. d in carne mea bonum. Et iterum: Non enim quod uolo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc operor. Ac deinde: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hac autem ebrietate qua obliuiscimur præceptorum dei, & uitijs atq; peccatis, omnis impletur humana conditio, dicente propheta: Non iusti- Psal. 142. 4

ficabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs: non ad comparationem dei (ut ueteres & noui hæretici uolũt & patroni hæreticorũ) sed ad scientiam eius: Homo enim uidet 1. Reg. 16. b in facie, deus in corde: & quod nobis interdũ mũdum uidet, illius oculis sordidum deprehenditur: nõ solum uulgus ignobile uilisq; plebecula, sed reges ecclesiarũ de stirpe siue filij Dauid, q sedent resupini erectaq; ceruice & protẽto aqualiculo super thronũ eius, sacerdotes quoq; ipsi, secundus in ecclco honore gradus, & prophetæ qui uidentur habere scientiam scripturarum & omnes habitatores Hierusalẽ, pro uarietate peccatorum complentur: siue Iuda, ut addidere Lxx. Quũq; ebrij fuerint, dispergũtur à societate sui, patresq; à filijs & filij à patribus separantur, ut diuersis polluantur hæresibus, & sub Christi nomine inter se digladientur, & dimicẽt contra matrẽ suam quæ eos genuit ecclesiam. Vnde dicit: Non desiderabo eos, sed odio habebo sempiterno: D non parcã & non cõcedã neq; miserebor, non crudelitate sentẽtiæ, sed ueritate iudicij. Qui eñ meos populos trucidarunt, ipsi in æternum peribunt. Potest hoc & iuxta historiam simpliciter accipi, quod reges, sacerdotes & propheтæ & omnis populus Hierusalẽ inebriãdus sit calice Babylonio & captiuitatis obruẽdus malis. *b* ¶ *Audite, etc.*] Quia supra dixerat, omnis uter implebitur uino, ita ut reges quoq; & sacerdotes & prophetæ & omnes habitatores Hierusalem implerentur ebrietate: propterea iungit & dicit, Audite & aurib. percipite, nõ extrinsecus quàm intrinsecus, tã mẽte quàm corpore: & nolite eleuari per superbiã, cogitantes fragilitatem uestram: & quod nullus sit, qui pro qualitate peccati hac ebrietate careat. Vnde dispердit atq; corrumpit & dei misericordia indignus est, eleuans se aduersus eum per superbiam. *c* ¶ *Date domino deo uestro gloriam antequam, etc.*] Eos quibus dixerat sermo diuinus, Audite & auribus percipite, & nolite eleuari: nunc prouocat ad pœnitentiam, ut prius quàm ducantur Babylonem, & offendant pedes eorum ad montes caliginosos, siue tenebrosos, dent gloriã deo. Vnde & peccatoribus sæpe dicitur, Date gloriam deo. Quod

A autem Babylon & omnis regio Chaldæorũ, montes caliginosi siue tenebrosi appellent in principio Esaiæ contra Babylonem legimus, ubi scriptũ est, Super mõtem
Esa. 13.a caliginosum leuate signum, quod Hebraice dicit נשאו נס Hoc itaq; præcipit, ut antequam ducantur in captiuitatem & seruitutis mala sentiant, agant pœnitentiam. Quumq; expectent lucem, sessuri sint in tenebris. Sin autem (inquit) me audire noluerint is in abscondito, iuxta Aquilam in tenebris plorabit anima uestra: siue iuxta Septuaginta, à facie superbiæ: ut ne gemitus quidẽ & ploratus liber sit, ne uictorũ offendant oculi. Possumus autem & sic locum istum interpretari: Saluator loquit: Operamini dũ dies est, ueniet nox
Ioan. 9.a qñ nullus ultra potest operari. De hoc tempore & Esaiæ uaticinium est: Stellæ enim
Esa. 13.b cœli & Orion, & omnis ornatus cœli lucẽ non dabunt, & tenebrabũtur orto sole, & luna nõ dabit lucem.
Soph. 1.d Sophonias quoq; in
B eadem uerba consentit, dicens: Dies tribulationis & angustiæ, dies miseriæ & perditionis, dies tenebrarum & turbinis, dies nubis & caliginis. Prius ergo quàm iudicij tẽpus adueniat, & offendant pedes uestri ad montes tenebrosos, aduersarias scilicet fortitudines, quæ tormentis & cruciatibus præpositæ sunt, agamus pœnitẽtiam: ne expectantes lucem, noctis tenebris inuoluamur: scia musq; nisi hoc fecerimus, ploraturam animam, uel dei uel prophetæ à facie nostræ superbiæ, dei uerba audire nolentium: Vnde & ipse propheta dicit: *a* ¶ *Plorans plorabit, etc.*] Omnis autem causa cruciatuum est, quod captus sit grex domini. Dicamus Iudæis & nostris Iudaizantibus, qui simplicem tantum & occidentem sequũtur historiam, nisi audieritis absconditе: hoc est, in my-
Psal. 17.b sterio, siue in tenebris, quas posuit deus latibulum suũ: & iuxta Salomonem, ut intelligant parabolam & tenebrosum sermonem, plorabit anima prophetæ siue ipsorum à facie superbiæ, dum per contumaciam resistunt deo. Vnde & sterus erit iugis lachrymæq; perpetuæ: eo quod à uero Nabuchodonosor captus sit grex domini atq; corruptus. *b* ¶ *Dic regi & dominatrici, etc.*] Prophetæ præcipitur, ut loquatur regi Ieconiæ & matri eius, quam dominam & dominatricem siue reginam appellat, ut humilientur & in puluere sedeant, peridisse enim eos regiam dignitatem & regi tradendos Babylonio. Ciuitates Austri clausæ sunt: id est, tribus Iudæ & Hierusalem: quæ iuxta solitudinem ad Austrum uersa est, & non est qui aperiat obsidione circundatas. Translata est omnis Iudæa, siue omnis Iuda, transmigratione perfecta: siue recepit quod merebatur, & completum est in ea: ut Septuaginta transtulerunt. Delyrat in hoc loco, qui regem, Christum: & potentes, angelos uel apostolos intellexerit, ut assumant corpus humilitatis, & in puluere sedeant, & amittãt uel rex uel potentes de capite suo coronã & gloriam fortitudinis. Ciuitates quoq; austri clausas, interpretat infernũ & quæ nulli aperiant, omnemq; gloriam Iudæ esse trãslatam, quãdo in passione cõpletũ est: Omnes de-
Psal. 13.d clinauerũt, simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonũ, non est usq; ad unũ. Verbum Hebraicũ בריח Aquila & Symmach. dominatricẽ, & domina interpretati sunt: qd Lxx. putauerunt ברוחה potentesq; dixerunt. *c* ¶ *Leuate oculos, etc.*] Præcipit habitatoribus Hierusalem ut eleuẽt oculos suos, & uideant Chaldæos ab Aquilonis parte uenientes, interrogaturq; ipsa ciuitas & dicitur ei: Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytũ tuũ? Vbi est populus tuus quẽ à deo acceperas? Vbi illa tanta & inclyta multitudo, ut totius prouinciæ turbã in unũ locũ crederes congregatã? Quid dices quum te uisitauerit dñs in uirga sua, & Babylonijs tradiderit hostibus quos aduersum te, uel in caput tuũ, uel à principio ipsa docuisti, ut ad eorum auxilia confugeres, & ipsorũ idola sectareris? qui sub occasione amicitiæ tuæ didicerunt per quod iter ad te uenire deberent. Audiat hoc ecclesia negligens, quod ipsa doceat aduersarios suos, quomodo eam possint spiritali captiuitate comprehendere, & pecus eius bestiarum crudelitate lacerare. *d* ¶ *Nunquid non, etc.*] Dum nescis, quasi mulierem partus subitus, ita te captiuitas repentina comprehendet. Quod si causari uolueris, & quærere cur tradita sis hostibus, audi manifeste multitudinem hæc tibi fecisse iniquitatis tuæ, ut quasi mulieris meretricis sublatis uestibus, reuelaretur ignominia tua, ut ostenderentur publice fornicationes tuæ. Per quæ discimus, quandiu fuerint minora peccata, agere dominum patienter, & expectare pœnitudinem nostram. Sin autẽ uoluerimus delictis copulare delicta, & cumulum facere peccatorũ, reuelabuntur pudenda nostra, & ostendentur cunctis plantæ nostræ, uel in præsenti seculo uel in futuro. Ni-
Matt. 10.c hil est enim occultum quod non reueletur: quando im-
Dan. 12.b plebitur illud Danielis: Isti resurgẽt in uitam æternam, & illi in opprobriũ & confusionẽ sempiternam. *e* ¶ *Si mutare potest, etc.*] Hoc testimonio utuntur aduersus ecclesiam, qui diuersas cupiunt asserere naturas, & trãram dicũt esse uel nigredinem uel uarietatem peccatorũ, ut in candorem, & unius coloris pulchritudinem transire nõ possint, non attendentes hoc quod sequitur: Et uos poteritis benefacere quum didiceritis malũ. Quicquid eñ discitur, non naturæ est, sed studij & propriæ uoluntatis, quæ nimia cõsuetudine & amore peccãdi quodã modo in naturã conuertit. Sed hoc quod hominib. impossibile

A possibile est, deo possibile est, ut nequaquã Aethiops & pardus suam uideantur mutare naturam, sed ille qui
Philip. 4.c in Aethiope operatur & pardo, dicẽte Apostolo: Omnia possum in eo qui me confortat Christo. Vnde & in alio
Gal. 2.d loco: Amplius (inquit) illis omnibus laboraui: nõ ego autem, sed gratia dei quæ in me est. Et, uiuo iã nõ ego, uiuit uero in me Christus. Et
1.Cor. 4.b iterum scriptum legimus: Quid habes qd non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quas ob causas
Supra 9.a non glorietur sapiẽs in sapientia sua, neq; fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, nec pudicus in sua pudicitia, sciẽs quod in omnib. his Christi uirtus sit, non eorum qui in suis uirtutibus gloriantur. *a* ¶ *Et dissemināb eos quasi, etc.*] Quia nimia cõ suetudine malorum non potuerunt mutare naturam, nõ uitio cõditoris, sed studio inoliti sceleris propterea quasi stipulã uento raptatam dispergã eos in solitudinem: iuxta illud qd alibi scriB ptum est, Tanquam
Psal. 1.b puluis quem proijcit uẽtus à facie terræ. Fa
Luc. 6.f citq; apostrophã ad ipsam Hierusalẽ, qd hæc sit sors eius, & ista pars quam ipsa sibi elegerit, mensuram cumulatam atq; perfectam, & superefflundentẽ: siue partẽ inobedientiæ suæ, qua noluit deo acquiesMatth. 7.a cere. In qua eñ mensura mensuraueris, remetietur illi. *b* ¶ *Quia oblita es mei, etc.*] Causa dispersionis Hierusalem, quod oblita sit dei & confisa, uel sperauerit in mendacijs. Qui præter deũ in rebus confidit seculi, obliuiscitur dei. Vnde reuelanẽ fœmora uel posteriora eius, ut uideat ignominiam suam: & quæ retro esse deberent, fiant in prioribus: Cernatq; ipsa quod fecit, & appareat ignominia eius, non tantũ ipsi, sed & omnibus. Adulteria (inquit) tua & hinnitus tuus, non solũ libidinẽ, sed insaniam ostendit libidinis: equarũ more, quæ ad coitũ gestiũt: ut est illud Vergilij: Hippomanes uero quod nomine dicũt Pastores, lentũ distillat ab inguine uirus. Rogemus Iesum, ut nec in præsenti nec in futuro seculo reuelet fœmora & posteriora nostra: sed ut deleat omnes iniquitates nostras & omnia scelera apparere nõ faciat. *c* ¶ *Super colles, etc.*] Non solũ in media urbe Hierusalem, sed in omni colle cunctisq; regionibus uidi idola tua: unde dicit ad eam: Væ tibi Hierusalem, quia non es mundata post me, ut quũ mea te iactares sequi uestigia, & confessionẽ mei nominis uentilares, tamen nunquam purgata fis, quia oblita es mei & sperasti in mendacijs. Vnde increpat eã & dicit: Vsq; quo adhuc? & est sensus: Quãdiu te expectabo? quãdiu ferã? usquequo obliuiscaris mei in finẽ, & mea præcepta contẽnes? Forsitan in collibus & in agris, & nunquam mundatur qui erecta ceruice per superbiam non humiliatur sub C potenti manu dei, sed in suis sceleribus uitijsq; cõfidit.

CAP. XIIII

QVod factum est, etc.] Iræ dei uniuersa cõsentiunt. Vnde & sol super peccatores occidit meridie, & lu-
Amos 8.c na, astraq;, & cætera non dant lumen suũ: Putandumq; est obliuionis tempore pluuias non fuisse, ut sterilitatẽ obsessi sustinerẽt aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc nõ perpetuo utitur ciuitas, & usq; in præsentẽ diẽ sterilitas pluuiarũ, non solum frugum, sed & bibẽdi inopiam facit. *c* ¶ *Luxit Iudæa, etc.*] Tempore siccitatis quãdo famem patitur multitudo audiẽdi & discẽdi sermonẽ dei, luget Iudæa cultum dei prius habere se iactãs, & cõfessionem ueræ fidei, portæq; eius uel uacuantur uel corruñt: quas ad sensus referre debemus, p quos animæ concipit disciplina. Tũc obscurant omnia, & inuoluũtur tenebris, & nequaq; in Hierusalẽ ratio regnat & sermo doctrinæ, sed clamor atq; cõfusio. Maiores quoque qui deberent ipsi pergere ad hauriendas aquas, mittũt iuniores in quib. cani nõ sunt sapiẽtiæ, & idcirco ueniũt ad puteos, & non inueniũt aquas quas patriarchas inuenisse narrat historia. Reportãt uasa sua uacua, iuniores uidelicet: nõ quod aquæ nõ fuerint, sed quod illi inuenire nõ potuerint. Cõfusi sunt & afflicti, siue erubuerũt & operuerũt capita sua, quia nõ poterant dicere cũ apostolo, Nos autem reuelata facie
2.Cor. 3.d gloriam dñi contemplamur. Propter terræ uastitatem, siue & terræ opera defecerunt, per quæ ad dei notitiam pergimus. Causaq; perspicua: quia non uenit (inquit)
Esa. 5.b pluuia super terram. Mandatũ est quippe nubibus, ne pluerẽt super eam imbrẽ. Agricolæ quoq;, quorũ unus loquit, Dei agricultura estis, dei ædificatio estis: Et in a-
1.Cor. 3.b lio loco, Dei cooperatores sumus: operiunt caput suũ, & confundunt, intelligentes sine dei gratia & adiutorio frustra se tendere. *f* ¶ *Nam, etc.*] Grandis sterilitas, quãdo & ceruæ in agro pariũt & relinquũt fœtus suos, quia non sit herba uel fœnũ, ut quæ odore nariũ serpẽtes extrahunt de cauernis & uenenata interficiunt animãtia, cibo gratiæ non utant. Onagri quoq; de quibus scriptũ est Iob xxxix. Quis dimisit in solitudine onagrũ liberũ, plana & campestria relinquentes: stent in rupib. & currere nequeant, & attrahant uentũ in similitudinẽ draconum: deficiantq; oculi eorũ, & claram lucẽ cernere nequeant, rationabilib. subtractis cibis. Siccitas hæc sæpe accidit in ecclesijs, quando cerui & onagri inueniunt in populis, & magistrorũ penuria contabescunt. Sũt qui possunt discere, & nõ sunt qui possunt docere.

¶ Si

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A a ¶ *Si iniquitates nostræ respõderint, etc.*] Si dubitamus quare non defendant pluuiæ super terram, quare cuncta ariditate marcescant: audiamus, iniquitates nostræ resiterunt nobis: propterea dñe, non secundum opera nostra, sed secundum sanctum nomen tuũ uince multas auersiões nostras. Tibi em peccauimus, quẽ cordis secreta nõ fallunt, & te præstolamur qui uera spes & expectatio es Israel, & saluas eos in tempore tribulationis, iuxta illud quod scriptũ est: Ad dñm cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Dicamus & nos in tempore siccitatis, aquarũq; penuria: Tibi peccauimus, & malũ corã te fecimus, tuũ præstolamur aduentũ: qui saluas Israel, nõ suo merito, sed tua clemẽtia.

Psal. 119. d

Psal. 30. d

b ¶ *Quare futurus es quasi colonus in terra, etc.*] Iudæi hunc locũ sic intelligũt. Quare segregas te à populo tuo, & quasi uiator ppter unius horæ refrigerium non curas quali utaris hospitio, sed ad alia transiturus nõ saluas populũ tuum, & templum quondã inclytum deseris? Nostri uero de futura Christi dispensatione dici putant: quod futurus sit peregrinus in terra, & paruo tempore terræ usurus hospitio: & quasi uir pertransiens ac robustus, relicto Israel tendat ad gentium multitudinem: ut de loco ad locum, de populo ad populum, de templo ad ecclesiam transeat. Quod autem iuxta Lxx. dicitur: Nunquid eris quasi homo dormiens, & quasi uir qui saluari non possit: similitudinẽ ponit, & non rei ueritatem, secundum illud quod scriptũ est: Surge, cur dormis domine? non quod dominus dormiat, de quo dicitur, Nõ dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel: sed quod his uideat dormire quos deserit. Deniq; in sequentibus non scribitur, Vir dormiens qui saluari non possit: sed, quasi uir: in utroq; ἀνθρωποπάθως scribitur.

Psal. 120. d

B

c ¶ *Tu autem in nobis es domine, etc.*] Qui apud Iudæos quasi aduena futurus es & uiator & uir uagus, & antiquam deserens mansionem in nobis habitas, & nomen tuum inuocatum est super nos, ut appellemur Christiani: idcirco ne derelinquas nos, & ne obliuiscaris nostri, quibus de futuro aduentu tuo, omnium prophetarum ora cecinerũt.

d ¶ *Hæc dicit dominus populo huic: quia dilexit (siue dilexerunt) mouere pedes suos, & non quieuit, etc.*] Dicente populo, Quare factus es ut aduena & uiator & uagus, ut tuam deseras mãsionem? Respondit dominus populo quondam suo: Vis nosse rationem, ausculta quod dicitur: Quia dilexit populus mouere pedes suos, & non abstulit eos de cõpe-

Si iniq̃itates nostræ reſponderint (ſiue reſtiterint) nobis, domine fac propter nomẽ tuum, quoniã multę ſunt auerſiones noſtrę (uel peccata noſtra) Tibi peccauimus expectatio Iſrael, ſaluator eius in tempore tribulationis.

HEBR. Quare futurus es quaſi colonus in terra, & quaſi uiator declinans ad manẽdum? Quare futurus es uelut uir uagus aut fortis qui non poteſt ſaluari? Tũ aũt in nobis es dñe, & nomen tuũ inuocatũ eſt ſuper nos, ne derelinquas nos (ſiue ne obliuiſcarisnoſtri). Hęc dicit dñominus populo huic: quia dilexit (ſiue dilexerũt) mouere pedes ſuos, & nõ quieuit (ſiue nõ pepercerunt) & dño nõ placuit (ſiue & deus nõ placuit ſibi in eis,) nũc recordabit iniquitatũ eorũ, & uiſitabit peccata eorũ. Et dixit dñominus ad me: Noli orare pro populo iſto in bonũ. Quũ ieiunauerint, nõ exaudiam preces eorũ: & ſi obtulerint holocauſtomata & uictimas, non ſuſcipiam eas: qm̃ gladio, fame & peſte ego cõſumã eos. Et dixi: Ah, ah, ah dñe deus meus (ſiue qui es dñe deus): prophetę dicũt eis, Non uidebitis gladiũ, & fames non erit in uobis, ſed pacẽ ueram dabit uobis in loco iſto. Et dixit dñs ad me: Falſo prophetæ uaticinant in nomine meo: nõ miſi eos, & non præcepi eis: neq; loquutus ſum ad eos uiſionem mendacem, & diuinationẽ fraudulentã, & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis. Ideõ hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non

SEP. Quare factus es ſicut aduena in terra, & quaſi indigena diuertens ad manendũ? nunquid eris quaſi homo dormiens & quaſi uir qui ſaluari non poſſit? Tũ aũt in nobis es dñe, & nomen tuũ inuocatũ eſt ſuper nos, ne derelinquas nos (ſiue ne obliuiſcarisnoſtri). Hęc dicit dñominus populo huic: quia dilexit (ſiue dilexerũt) mouere pedes ſuos, & nõ quieuit (ſiue nõ pepercerunt) & dño nõ placuit (ſiue & deus nõ placuit ſibi in eis,) nũc recordabit iniquitatũ eorũ, & uiſitabit peccata eorũ. Et dixit dñominus ad me: Noli orare pro populo iſto in bonũ. Quũ ieiunauerint, nõ exaudiam preces eorũ: & ſi obtulerint holocauſtomata & uictimas, non ſuſcipiam eas: qm̃ gladio, fame & peſte ego cõſumã eos. Et dixi: Ah, ah, ah dñe deus meus (ſiue qui es dñe deus): prophetę dicũt eis, Non uidebitis gladiũ, & fames non erit in uobis, ſed pacẽ ueram dabit uobis in loco iſto. Et dixit dñs ad me: Falſo prophetæ uaticinant in nomine meo: nõ miſi eos, & non præcepi eis: neq; loquutus ſum ad eos uiſionem mendacem, & diuinationẽ fraudulentã, & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis. Ideõ hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non

Deut. 5. d

Psal. 53. d

e ¶ *Et dixit dominus ad me, Noli orare pro populo isto, etc.*] Stultũ est orare pro eo qui peccauerit ad mortem, dicente Ioanne: Est peccatũ ad mortem: non pro illo dico ut roget quis.

1. Ioan. 5. d

Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatũ non ad mortem. Ieiunia & preces & uictimę & holocausta tũc proficiũt, quũ recedimus â uitijs, & flemus antiqua peccata. Sin aũt in ſcelerib. permanẽtes, putauerimus uotis atq; ſacrificijs redimere nos: uehemẽter erramus, iniquum arbitrantes deum. Qui em̃ ſemel gladio & fami & peſti fuerit deſtinatus, nullis precibus erui poteſt. Vnde & prophetæ dicitur, Ne fruſtra roget quod impetrare non poſſit.

C

D

f ¶ *Et dixi, Ah ah ah domine deus meus (ſiue qui es domine deus,) prophetæ dicunt eis, Non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, etc.*] Audiant hæc magiſtri, qui peccantib. & in ſuis uitijs permanentibus, proſpera pollicentur: qui dicunt diuitibus, Non uidebitis gladium tormentorum dei, & fames non erit in uobis. Saturabimini quippe ſermonibus dei, & pacem dabit uobis dominus ueriſimam in loco eccleſiæ ſiue Hieruſalem. Quod autem dixit iuxta Hebraicum tertio נינוי Aaa: ad priora reſpondit, ubi dominus fuerat comminatus, dicens: Gladio & fame & peſte ego conſumã eos. Quia igitur prophetæ, imò pſeudoprophetæ falſa polliciti ſunt: ideo dominus loquutus eſt per Hieremiam: Nolite audire uerba pſeudoprophetarum, qui non à me miſſi ſunt, ſed ſua uoluntate uenerunt. Vnde nequaquam prophetæ, ſed diuini ſunt appellandi, qui ſeductionem populo loquũtur. Multo enim melius eſt timore pœnarum emendare peccata, quàm ſpe proſperorum diuinæ ſententiæ ſubiacere.

g ¶ *Ideo hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in, etc.*] Caueant pſeudopropheræ qui proſperа promittendo ſupplantant populũ dei, ne & ipſi pereant, & deceptus populus ſimili deleatur interitu, iaceantq; in uijs Hieruſalẽ, & dñi præcepta calcãtes, fame & gladio

A & gladio pereant, & nõ ſit qui ſepeliat eos, nec ignominiam eorũ puluere operiat pœnitentiæ. Et ipſi em̃ prophetæ & populus, uxoresq; eorũ & filij & filiæ omniscq; generatio abſq; ullo pollinctore in ſterquilinium erit. Quanti iacent in uijs Hieruſalem, quos cernimus inſepultos recipere mala ſua, quæ dño effundẽte patiuntur?

a ¶ *Et dices ad eos uerbum iſtud: Deducant oculi mei lachrymam, etc.*] Dupliciter hic locus intelligitur: uel qđ ipſe deus plãgat populũ ſuũ et oculi eius fiere nõ ceſſẽt: uel certe imperet, ut populorum oculi lachrymis fluant: nec leue eſſe quod plãgendum ſit, quum uirgo filia populi ſui cõtritione maxima & plaga intolerabili peuſſa ſit. Alij ex perſona pphetæ hæc dici arbitrantur.

b ¶ *Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio, etc.*] Iuſta cauſa plãgẽdi, qđ uirgo cõtrita ſit, filia percuſſa, populuſq; deletus. Si enim, inquit, foras exire uoluero, interfectos uidebo: ſi ingredi ciuitatem, attenuatos & oſsibus uix hęrentes, famis neceſsitate cõſpiciũ. Et quid mirum hoc de plebe & ignobili uulgo dicere? quum prophetæ quoq; & ſacerdotes qui alijs proſpera prophetabant, & qui debebant legis aperire mandata, ipſi ierint in terram quam ignorabant, & captiuitatis ſuſtinuerint malum. Audiant hoc noſtri prophetæ & ſacerdotes, quod nec intus nec foris propter negligentiam eorum ſit ulla ſecuritas: quod & eos ſcandalizent qui foris ſunt, & eos qui intus fame interire patiantur: & qui autores fuerint peccandi, ſint cruciatuum ſocij.

B

c ¶ *Nunquid proijciens abieciſti Iudam, aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, etc.*] Miratur propheta quod Iudam & Hieruſalem, duarum tribuum uidelicet regnum, in quo erat religio dei, & templi ceremoniæ dominus tam repente proiecerit, & tanta percuſſerit plaga, ut nulla poſsit adhiberi medicina. Expectauimus (inquit) pacem & tempus curationis: & nullum eſt bonum, ſed ecce turbatio: ut ubi prius fuerat cultus dei atq; tranquillitas, ibi ſeditionibus & hoſtili fremitu omnia complerentur. Si ergo quandoq; noſtra Sion noſterq; Iuda abijcitur, & abominatur illum anima dei: nequaquam miremur, ſed magis dicamus quod ſequitur:

Pſal. 102. b

d ¶ *Cognouimus domine impietates noſtras, & iniquitatem patrum noſtrorum, quia peccauimus, etc.*] Et nos (inquit) & patres noſtri eadem dementia, dei præcepta negleximus: & impleta eſt in nobis menſura maiorum, ut quic quid illis defuerat, noſtro cumulo compleretur. Vnde & de Iuda dicitur: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cõſpectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dñm ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum.

C

e ¶ *Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum, etc.*] Solium gloriæ dei non ſolum arbitremur templum ludææ, quod ſæpe deſtructum eſt, ſed omnem ſanctum: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Thronũ eius in terram allisſti. Tunc alliditur atq; deſtruitur, qñ multitudine peccatorũ offenderit deum: ſed tamen qui ſua culpa perijt, dñi clementia ſuſtentatur: quæ mutatur ſcueritate ſententiæ, ſi irritũ faciat dñs pactũ ſuũ, quo noſ ſaluos futuros eſſe pollicitus eſt.

D

f ¶ *Nũquid ſunt in ſculptilibus gentiũ q̃ pluant, etc.*] Poſt multos uariosq; ſermones, redit ad titulum pphetæ, in quo ſcriptũ eſt, quod factum eſt uerbũ dñi ad Hieremiã de ſermonib. ſiccitatis. Ergo quod dicit, hoc eſt: quia dæmonũ ſimulachra nõ poſsũt pluere, nec cœli per ſe dare imbrem ſuũ: ideo tu dñe deus noſter, quẽ ſemp̃ expectauimus: in quem ſpes noſtras conuertimus & uota, tu da pluuiam tuam. Tua em̃ ſunt omnia: & quicquid boni eſt, ſine te cuius eſt, dari nõ poteſt. Dicamus hoc & contra hæreticos, qui pluuiã doctrinarũ tri

ibidem 18. d

buere non poſſunt. Et quum ſe cœlos eſſe promittant, & de ſe ſcriptum glorientur: Cœli enarrãt gloriam dei: tamen imbres non poſſunt donare doctrinæ. Solus eſt enim deus, qui ſuum inſtruat populum, & diuerſitates gratiæ tribuat expectantibus ſe.

CAP. XV

ET dixit dominus ad me, Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me (ſiue contra me) non eſt anima mea ad populum iſtum.] Hos enim legimus iræ domini pro populo reſtitiſſe: & iam impendentem auertiſſe ſententiam. Et ſi (inquit) illi ſteterint uel in conſpectu meo, uel contra me: quorum uni dixit deus, Dimitte me, & percutiam populum iſtum: tamen non exaudiam: quoniam conſummata ſunt ſcelera populi delinquentis.

Exo. 32. c

h ¶ *Ejice (uel emitte) illos à facie mea & egrediantur.*] Non loco recedunt à deo peccatores, ſed uoluntate, quanquam legamus & Adam & Cain ejectos eſſe à facie dei.

Gen. 3. d & 4. b

i ¶ *Quod ſi dixerint ad te, Quò egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit dominus, Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium, etc.*] Quatuor plagas quibus traditus eſt populus Iudæorum, etiam Ezechielis prophetia demõſtrat, gladium, peſtilentiam, famem, beſtias, & captiuitatem. Inter beſtias autem canes quoq; & uolatilia intellige: quibus laceranda & deuoranda & diſsipanda corpora tradita ſunt. Neq; enim fieri poterat, ut creatore negleto, non uniuerſa creatura conſurgeret in peccatores.

Exec. 14. g

¶ Et

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A a ¶ *Et dabo eos in feruorem, etc. propter Manassen, etc.*] Legimus in dictum uolumine, Manassen post captiuitatem & pœnitentiam reuersum in Hierusalem atq; regnasse. Sed quomodo sanctorū merita descendunt ad posteros, sicut Dauid & cæterorum: sic peccatorū flagitia, si liberi nepotesq; similia gesserint, ad posteros perueniunt. Q̃d autē dicit, Dabo eos in feruorem, siue cōmotionem & angustias uniuersæ terræ, & sub Babylonijs ex parte completum est, & nunc expletur in toto: quando pessimum regem, & qui repleuerit Hierusalē à porta usq; ad portā cruore iustorum, populus imitatus est impius. Ex quo discimus, regum ac principum & præpositorum scelere populos plerunq; deleri. b ¶ *Quis enim miserebitur tui Hierusalem? aut quis, etc.*] Nullus enim potest offenso deo pro flagitijs rogare peccātiū, quia nec tam clemens potest creatura quàm conditor esse: nec ita alienus externis, quomodo dominus suis parcere. c ¶ *Tu dereliquisti me, dicit dominus: retrorsum abijsti.*] Causa redditur quare nullus misereatur Hierusalē, nec cōtristetur pro ea, nec pro pace illius obsecret: quod quū iuxta Apostolum, posteriorum obliuiscens, ad priora se extendere debuerit: econtrario retrouersa sit, & Ægyptias carnes desiderarit. d ¶ *Et extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogatus, etc.*] Manus extenta, percutientis indicium est: interfectio peccatorum, iram significat consummatam. Quod autem intulit: Laboraui rogatus, siue rogans: duplicem habet sensum: quod iam defecerit deus, crebro eis ignoscendo: & lassus sit, semper eos prouocans ad salutem. e ¶ *Et dispergam eos uentilabro in portis terræ, siue populi mei: interfeci & perdidi populum meum, & tamen à uijs suis non sunt reuersi.*] Quid prodest sæpius me rogari, quum à uijs suis pessimis nō reuertantur nec agant pœnitentiam? Dispersi enim eos quasi uentilabro, ut purgarem aream meam. Et dispersi in portis terræ, ut inferni quodammodo calcarent limina. Et interfeci & perdidi populum meum, ut coacti malorum necessitate, impendentia uitarent mala. f ¶ *Multiplicatæ sunt mihi uiduæ eius super arenam maris, etc.*] Diuersis medicaminibus cupit deus saluare peccantes, ut qui contemserant blandientem, timeant comminantem. Viduæ multiplicatæ sunt super arenam maris: interfectis uiris, matres perditis liberis sensere uastantem: non in nocte & per insidias, sed clara luce: ut ostendat apertam uim aduersarij fortioris. Missi (inquit) super ciuitates: Haud dubium quin Iuda & populi peccatoris, repente terrorem: ut quanto fuit subitum malū, tanto difficilius esset refugium. g ¶ *Infirmata est, etc.*] Sæpe diximus uerbū Hebraicum שִׁבְעָה uel septem uel iuramētum sonare, uel plurimos. Vnde & diuersa est interpretatio: Aquila, Lxx. & Theodotione, septem transferēbus: Symmacho, plurimos. Quæ igitur erat dies liberis, orba subito facta est, & clara luce dispe rijt, & cōfusa est in solitudine sui. Reliquū autē (ait) populū tradam gladio, ut mortē & iram dei nullus effugiat. Alij ad synagogam referunt, quæ infirmata est, ut ecclesiæ cresceret multitudo: iuxta illud quod scriptū est: Sterilis peperit septem siue plurimos: & quæ multos habebat liberos, infirmata est. Vnde & occidit ei sol iustitiæ, in cuius pennis est sanitas: & idcirco æterna confusione cooperta est, perdens populū suū gladio spirituali. h ¶ *Væ mihi mater mea, quare genuisti me uirum rixæ, etc.*] Potest hoc συνεκδοχικῶς de Hieremia intelligi, q̃d non in toto orbe terrarū, sed in terra Iudæa sit iudicatus. Vere autē dño competit saluatori, qui loquitur in Euangelio: In iudiciū ego in istum mūdum ueni: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant: de quo scriptum est: Ecce hic est positus in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Quis enim philosophorum, quis gentilium, quis hæreticorum, non iudicat Christum, ponentium ei leges natiuitatis & passionis, resurrectionisq; suæ & substantiæ? Nec mirum iuxta assumptū corporis ueritatem, Christum dicere: Væ mihi mater mea: quum & in alio loco perspicue persona eius conueniat quod dicitur: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemum in uindemia, non habens spicam, ut comedat primitiua. Et ne putemus gemituum uilitatem referri ad uerbum dei, qui sit iste qui plangat, statim sequitur: Væ mihi anima, quia perijt reuerens à terra: non quod diuidamus personas, ut impij faciunt: sed quo unus atq; idem filius dei, nunc iuxta carnem, nunc iuxta uerbum loquatur dei. i ¶ *Non fœneraui, nec fœneratus mihi quisquam, omnes maledicunt mihi.*] Pro quo Septuaginta, non profui, neq; profuit mihi quisquam: Theodotio, non debui, neq; debuit mihi quisquam. Quorum omnium hic sensus est ex persona Christi: Nullus se præbuit qui digne mea æra susciperet, nec fœnetauit mihi quisquam in sanctis atq; pauperibus confouendis, me sibi faciens debitorem. Siue non profui, nec profuit mihi quisquam. Nullus enim tantum uoluit accipere, quantū ego tribuere desideraui. Nec profuit mihi quisquam. Salus enim creaturæ, luerum est creatoris.

1. Par. 33. c

Philip. 3. c

1. Reg. 2. d

Mal. 4. d

D

Ioan. 9. b

Luc. 2. c

Mich. 7. d

i

creatoris. Aut certe non debui, nec debuit mihi quisq;. Nemo dedit mihi quantū accipere cupiebā: nec me sibi fecit in aliquo debitorē. Quodq; infert: Nec debuit mihi quisq;, hunc habet sensum. Quomodo enim poterat mihi usurā debere, qui fœnus non est dignatus accipere? Omnes, inq;, maledicūt mihi. Quis enim hæreticorū, atq; errantiū non maledicit Christo peruersa credendo: & peruersiora blasphemans? a ¶ *Dicit dominus, etc.*] Possunt hæc & ex persona Hieremiæ accipi: qui pessimo tēpore & iam imminente captiuitate propheta re cōpulsus est, & dura perpeti à populo non credente. Ad id quod supra dixerat: Væ mihi mater, ut qd me genuisti uirū qui iudicer & discernar omni terræ: & reliqua: Respondit dñs: Noli cōsiderare præsentia, sed futura: reliquiæ eīn tuæ & nouissima erūt in bonū. Denicq; & in p̃sentiarū cum te cuperēt inimici opprimere, affui tibi, & meo es protectus auxilio. Hoc aūt tam ad Hieremiā, quàm secundū dispensationē carnis assumptæ, referri potest ad saluatorē. Pro eo q̃ nos iuxta Hebraicum interpretati sumus: Omnes maledicunt mihi: usq; ad eum locū ubi scriptū est: In tempore tribulationis aduersus inimicū: in editione uulgata ita scriptū reperi: Fortitudo mea defecit in his qui maledicūt mihi, fiat domine dirigētibus illis, si non astiti tibi in tempore afflictionis eorū, & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Et est sensus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt uirtutē meam, quæ infirmitate perficitur: & quanto plus mihi maledixerint, tanto mea in illis plus deficit fortitudo. Iūgitq; propheta uel dominus, & ait: Fiat domine dirigētibus illis, hoc est, euentant mihi maledicta quæ loquuntur inimici: & illi dirigantur in bonū, si non in tempore tribulationis eorū & angustiæ, quando eos uastabat inimicus, & capere festinabat: steti in cōspectu tuo: & rogaui te pro illis, & dixi: Pater ignosce eis: quod eīn faciunt, nescīūt. Sed & Hieremiā sæpe deprehendimus in hoc uolumine rogasse pro populo. b ¶ *Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, etc.*] Varietatis causa perspicua est: uerbum enim יְרוּעַ quod in præsenti loco scriptum est, pro ambiguitate enunciationis, & amicitiam sonat & maliciam: quod si pro ר litera, quæ ר literæ similis est, legatur ד scientiā cognitionemq; significat. Quod autē dicitur, sic intelligendum est: Ne doleas quod populus inimicus tuus sit: ite enim dura nūciante, non potest te amare qui durus est. Siue Babylonij qui ab aquilone ueniunt, suntq; ferrum durissimū: huic populo duriori, & in æris similitudinem indomito, non poterūt amicitia copulari: Siue ferrum durissimū, hoc est, populus Israel dei cognitione indignus est: qui in tantam peruenit malicia, ut duriori metallo ære circūdatus sit. c ¶ *Diuitias tuas, etc.*] Omnē, inquit, substantiā tradam inimicis tuis absq; ullo precio propter peccata quæ fecisti in cūctis terminis tuis. Propterea adducā inimicos tuos: siue seruire te faciā in terra Chaldæa: quia ignis meus qui semel in meo furore succensus est, in te ardebit: & extingui nō poterit. Tu enim præbuisti materiā ardoris tui: ut meus ignis, tua quæ in te sunt ligna cōsumat, & fœnū, & stipulā: ac per hoc non est causa ardoris in domino, sed in his qui fomēta incendio ministrarunt. d ¶ *Tu scis, etc.*] Hoc quod diximus: Tu scis, in Septuaginta non habetur. Felix est autē illa cōscientia, quæ pro deo sustinet opprobriū. Vnde dicit: Inuenti sunt sermones tui, quos meo ore loquebaris. Et comedi eos, hoc est, in cibum mihi uersi sunt: siue iuxta Symmachū: Suscipiebā eos, ut mihi in læticiā uerterētur: qui dudum fuerāt in opprobriū. Vnde & Babylonij confitentē: impleta, quæ Hieremias futura prædixerat. Siue hic sensus est: Sensi angustias, miserias pertuli populi persequentis: sed tamē gaudens sum me tuis paruisse præceptis: & propter nomē tuū dura perpessus sum. e ¶ *Non sedi in cōcilio, etc.*] Hæc Hebræi ex persona Hierusalē dici arbitrant: q̃ sola sederit, & amaritudine repleta sit, & factus sit dolor eius perpetuus, & quomodo aquæ pertranseunt, sic uerba prophetarū, quibus sibi prospera pollicebant, transisse mendaciter. Melius autē, ut ex persona prophetæ hæc dici accipiamus, sermonibus sancti uiri qui non sederit in concilio siue secreto ludentiū, quòd timuerit impendentē sibi manū dei, siue magis gloriatus sit se maiorū non habere consortiū. Solus, inquit, sedebam, secundum illud quod scriptū est: Non sedi cum concilio uanitatis: & cū iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantiū: & cum impijs non sedebo. Et in alio loco: Solitarius sum ego, donec pertranseam. Ā facie, inquit, manus tuæ, solus sedebam: dum te timeo: dum impendentē mihi manū tuam semper expecto. In concilio ludentiū sedere nolui: sed meam amaritudinē deuorabā, ut in futuro mihi gaudiū præpararē. Nec habui interualla doloris mei: sed iugi miseria deprimebar, ut nulla expectarē remedia. Prævaluerūt enim qui cōtristabant me: & facta est plaga mea fortis. Sed in hoc habui consolationē, q̃ fuerit quasi aqua mendax, atq; præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt uidentur & dilabūtur: sic & omnis impetus inimicorū, te adiuuante præterijt. Vtinā dominus præstet & nobis non sedere in concilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: nec aduersis cedere, sed semper dei sententiam formidare, & dicere cum propheta: Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum. Gaudeat igitur in præsenti tempore, nequaq̃ concilium sapientium,

dicunt mihi. Dicit dominus: si non reliquiæ tuæ in bonum: si non occurri tibi in tēpore afflictionis, & in tempore tribulationis & angustiæ aduersus inimicum.

HEB. Nūnqd fœderabit ferrū ferro ab Aquilone & æs?

SYM. Nunquid nocebit ferrū ferro ab Aquilone & æs?

SEP. & Theod. Si cognoscet ferrū & operimētū æneū? Diuitiās tuas & thesauros tuos in direptionē dabo: gratis (siue absq; precio) in omnibus peccatis tuis: & in cūctis terminis tuis. Et adducā inimicos tuos (siue seruire te faciā inimicis tuis) de terra quam nescis: quia ignis accensus est in furore meo, super uos ardebit. Tū scis dñe, recordare mei, & uisita me, & tuere me ab his qui persequunt me. Noli in patientia suscipere me: scito quoniam sustinui pro te opprobriū. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos (siue ab his qui reprobant sermones tuos cōsume eos.) Et factū est mihi (siue erit mihi) uerbum tuum in gaudiū & læticiā cordis mei: quoniā inuocatū est nomen tuū super me domine deus exercituū. Non sedi in cōcilio lūdentium: & gloriatus sum (siue metuebam) à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam amaritudine replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus

Luc. 23. d

sed arcanũ secretũq; ludentiũ: mihi adhærere deo bonum sit, ponere in deum spem meam, saturari opprobrijs, & iudicijs mei expectare sententiã, quæ cum finis aduenerit, operẽ monstrabit omnem tristiciam & amaritudinem instar aquarum fluentium pertransiisse.

a ¶ *Propter hoc hæc dicit dominus: Si cõuerteris, cõuertam te, & ante faciem meam stabis. Et si separaueris preciosum à uili, quasi os meum eris, etc.*] Manifestum est quòd superiora nequaq; Hierusalem, sed prophetã dixerit. Cui respondit dominus: Si conuerteris à peccatis populum, & ego de tribulatione cõuertã te in læticiã: & stabis ante faciẽ meã, sicut angeli stant in cõspectu dei, quotidie uidentes faciem illius. Et si separaueris preciosum à uili, quasi os meũ eris. Ne putes, inquit, boni operis nõ esse mercedem, si sanctos quosq; meos de numero peccatiũ tuis sermonibus segregaris: eris quasi os meũ, & meis præceptis copulaberis.

B Debent enim illi tui imitatores esse, & nõ tu eorũ. Nec reformides, & dicas: Quare factus est dolor meus perpetuus: & plaga mea fortis siue desperabilis: ut me desperem posse curari. Dabo enim te quasi murum æneum atq; fortissimũ: ut contra aduersarium omni resistas robore, & me habeas adintorem, & liberem te de manu pessimorũ siue pestilentiũ, & redimam te, uel meo sanguine, uel in præsentiarũ meo auxilio. Consideremus quantam mercedem habeat sermo doctoris, si ualuerit ab errore quẽpiam liberare, & de peccantium numero educere.

CAPVT XVI

ET *factum est uerbum domini ad me dicens: Noli accipere uxorem, & non sint tibi filij, nec filiæ in loco isto: Quia hæc dicit dominus, etc.*] Si tempore imminentis captiuitatis uetat propheta uxorẽ ducere, ne tribulationẽ carnis habeat, & super dolorẽ propriũ, uxoris quoq; ac liberorũ mi-
1. Cor. 7. c serijs torqueat: quanto magis apostolus iubet, quia abbreuiatũ tẽpus est, & imminet cõsummatio: ut etiã qui habẽt uxores, sic sint quasi non habeant. Vnde superflua noui hæretici reprehẽsio, qua docuimus digamiã & trigamiã non ex lege descẽdere, sed ex indulgentia.
1. Tim. 5. c Aliud est enim facere, quod per se bonũ sit: aliud ideo cõcedi, ne peiora faciamus. Dicit eñ & ipse causas, cur uelit adolescentulas uiduas nubere, inferẽs: Iam enim quædam earum abierunt retro post satanam. Simulq;

petuus (siue quare qui contristant me cõfortantur?) & plaga mea desperabilis renuit curari? (siue plaga mea fortis. unde curabor?) Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium (siue quasi aqua mendax non habens fidem.) Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertam te: & ante faciem meam stabis. Et si separaueris preciosum à uili, quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æneum fortem, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, ut saluum te faciam & eruam, dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorũ, & redimam te de manu fortium (siue pestilentium.) Cap. XVI

ET factum est uerbũ dñi ad me, dicens: Noli accipere uxorem, & non sint tibi filij & filiæ in loco isto. Quia hæc dicit dominus, super filios & filias quæ generantur in loco isto, & super matres eorũ quæ genuerũt eos: & super patres eorũ, de quorũ stirpe nati sunt in terra hac: mortibus ægrotantiũ morientur: non plangentur, & non sepelientur: in sterquiliniũ super faciẽ terræ erũt: & gladio & fame consumentur, & erunt cadauera eorũ in escã uolatilibus cœli & bestijs terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij: neq; uadas ad plangendum, neq; consoleris eos, quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit dominus: misericordiã & miserationes. Et morientur grandes & parui in terra ista: non sepeliẽtur nec plangentur, & non se incident, neq; caluitiũ fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuũ, & non dabunt eis potum calicis ad cõsolandum super patre suo & matre, & domum conuiuij non ingredieris, ut sedeas cum eis, & comedi πεῤιδεῖπνα uocant: & à nostris uulgo appellantur parentalia, eo quòd parentibus iusta celebrentur. Dicit & alibi scriptura diuina: Date uinum his qui in luctu sunt: ut uidelicet obliuiscantur doloris. Præcipitur ergo prophetæ, ne ullũ de populo cõsoletur: ne se misceat inimicorum dei conuiuijs, ne iusta celebret super funeribus defunctorũ. Aliud est enim mori cõmuni lege naturæ, aliud dei occidisse sententia. Abstuli, inquit, pacem meam de populo isto, & misericordia indignæ sunt, nulliq; ætati parcam: sed & grandes & parui pariter interibunt, ita ut sepultura quoq; careant. Nec se incident, inquit, neq; caluitiũ fiet pro eis. Mos hic fuit apud ueteres, & usq; in hodie in quibusdam permanet Iudæorum, ut in luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant: quod etiam Iob fecisse legimus. Vnde & prophetæ dicitur: ne frangat inter eos panem, nec ingrediatur ad consolandum pro mortuo, neq; potum tribuat, neq; ingrediatur domũ conuiuij, & ne misceatur eis qui dei sententiæ præparati sunt. Si autem hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis, quorum

præceptor continentiæ & perpetuæ castitatis, & æqualem blasphemans deo, laudat terna quaternaq; coniugia: quæ ego non tam coniugia dicam quàm miseriarum solatia, & extremam tabulam naufragorum: nisi forte tribuit indulgentiam Amazonibus fuis, ut usq; ad decrepitam senectutem bella libidinũ experiantur. Cur aũt propheta arceatur uxorem ducere, causa perspicua est: quod obsidione uicina, pestilẽtia & gladio & fame uniuersũ intereãt, & tantus sit numerus morientiũ, ut sepulturæ uincatur officium, sed instar sterquilinij iaceant cadauera, uolatilibus bestijsq; lacerãda. Et hoc notandũ, quòd ægrotationibus & longa infirmitate tabescere, deira sit. Vnde & Ioram filius Iosaphat infirmitate cõsumitur. Et Apostolus docet ægrotare eos & tabescere & mori qui sancta uiolarint. c ¶ *Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris, etc.*] Apostolus præcipit, cum his qui auersentur deum nec cibũ quidem esse sumẽdũ, Et amplius: Nec aue quidem huiusmodi dixeritis. Et
Luc. 10. d saluator apostolis interdicit, ne quenq; in itinere salutent. Vnde & Heliseus pergenti ad sanandum puerum Giezi salutationẽ interdicit. Moris autem est lugentibus ferre cibos, & præparare cõuiuiũ, quæ Græ-
Prou. 31. d

2. Par. 21. 1. Cor. 5. b

Luc. 10. d

4. Reg. 4. c

A sermo serpit ut cancer, & quotidie prosternunt in ecclesia funera deceptorum: a ¶ *Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego auferã de loco isto in oculis uestris, etc.*] Quando peccauerit ecclesia, aufertur de ea omne gaudium & uniuersa lætitia de qua Apostolus dicit: Gaudete: iterũ dico gaudete: Vox sponsi & uox sponsæ: de quo scriptum est: Qui habet sponsam sponsus est. Si autẽ, inquit, interrogauerit te populus cur ista patiat, & causas miseriarũ suarum quæsierit: Respondebis ei: Quia dereliquerũt me patres uestri, ait dominus: qui uobis præsunt in ecclesiis, & abierũt post deos alienos, quorũ deus uẽter est, & auaricia, & luxuria, & gloria in confusione eorum: & seruierũt eis. A quo enim quis uincit, eius & seruus est. Et adorauerunt eos: Adorat enim unusquisq; quod diligit. Et me dereliquerunt, & legẽ meam non custodierunt. Sacerdotum est proprie non
B solũ docere, sed & facere legẽ: ut nequaq; uerbis subiectos sibi populos & creditum gregẽ, sed exemplis doceant. Ac ne fortè
infra 31. c Ezech. 18. d dicerẽt: iniusta est sententia: patres comedere uuam acerbam, & dentes filiorũ obstupescere, infert: Sed & uos peius operati estis quàm patres uestri, ut super his qui patribus peiora peccauerint, iusta supplicia deferantur. b ¶ *Ecce enim ambulat unusquisq; post prauitatem cordis sui mali, etc.*] Semel à domino derelicti, faciunt ea quæ non competunt, ut uadant post desideria cordis sui mali, de quo exeunt cogitationes pessimæ: & idcirco de ecclesia separantur, ut uadant in terram longinquam, quam nec ipsi, nec patres corũ nouerant antequam peccarent: ut ipsi seruiant dijs alienis, qui non sunt dij, sed eorum putantur errore qui eos colunt. Quod autem intulit: Die ac nocte, perpetuam peccantium ostendit in scelere perseuerantiam, dum & in diebus flagitijs, & in noctibus libidini seruiunt: Qui non dabũt, inquit, uobis requiem. Haud dubiũ quin falsos deos significet, de quibus dixit: Et seruietis ibi dijs alienis. Quicquid ergo peccamus, quicquid die & nocte facimus, & malorum operum perpetramus, imperium est dæmoniũ, qui nunq; nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum. c ¶ *Propterea ecce dies ueniũt, dicit dominus, et nõ dicetur ultra: uiuit, etc.*] Manifeste futura populi Israel restitutio prædicitur, & post captiuitatem misericordia, quæ iuxta literam sub Zorobabel & Iesu pontifice & Esdra ex parte completa est: iuxta intelligentiã spiritualem uerius atq; perfectius in Christo cõplenda describitur. Veniet, inquit, tempus quando nequaq; dicetur, quòd populus reductus sit de Aegypto per Moysen & Aaron, sed reductus de terra aquilonis, Cyro rege Persarũ laxãte captiuos. Et de uniuersis, inq;, terris, quod nequaq; Cyri tempore, sed ultimo fine complebitur, dicente Apostolo: Posteq; subintrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Israel saluus fiet. Possumus hoc de persecutionibus, quæ nostro accidere populo à diebus Neronis, de quo scribit Apostolus: Et liberatus sum de ore leonis, usq; ad Maximini tẽpora dicere, quomodo dominus misertus sit populo suo, & reduxerit eos in terrã suam: Haud dubium quin in ecclesiam quam dedit patribus eorum, apostolis & apostolicis uiris. d ¶ *Ecce ego mittã piscatores multos, dicit dominus, & piscabũtur eos. Et post hæc mittam, etc.*] Diuersa huius capitu
D li interpretatio est. Iudæi enim autumant significari Chaldæos, qui sub piscatorũ nomine describũtur, & postea Romanos qui uenatoribus comparant, & de montibus collibusq; & cauernis petrarum infelicem populũ sunt uenaturi. Hoc autem dominus fecisse se dicit: quia respexerit uias eorum, & reddiderit iniquitates, quibus contaminauerãt terram, simulachra uenerantes, & abominationibus idolorum polluerunt hæreditatẽ eius. Nostri autem rectius & melius, hæc de futuro uaticinatum prophetam putãt. Quia enim supra dixerat: Reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum: nunc ostendit quomodo reducẽdi sint, quòd primum mittat apostolos, quibus saluator dixit: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum: Et postea uenatores, quos uel ecclesiasticos uiros, uel angelos possumus accipere, qui postquam cõsummationis tempus aduenerit, uenentur sanctos quosq; de montibus dogmatũ excelsorum, & de collibus bonorum operum, & de cauernis petrarum, apostolis & apostolicis uiris. Non solum enim Christus petra, sed & apostolo Petro donauit, ut uocaretur petra. In cuius sensibus requiescẽtes, rectè dicuntur translati esse de petra: Ostenditq; apostolos, uel eos qui postea uenandi sunt, habuisse peccata, & recepisse duplices iniquitates suas. Seruus enim qui scit uoluntatẽ domini sui, & non facit eam, uapulabit multũ. Sciendumq; quod in Hebraico positum sit, primũ, & in Lxx. editione prætermissum. Quando au-

Supra eodẽ

Matt. 4. c

1. Cor. 10

Matt. 16. c

Luc. 12. f

A tem dicit: Reddam primũ duplices iniquitates, & peccata eorum, subostendit: ꝙ positȝ receperint mala, recepturi sint & bona. Hi autẽ qui postea transferendi sunt cõtaminauerũt terrã dñi in morticinis idolorũ suorũ, & abominationibus suis impleuerũt hæreditatẽ eius, ut omnis mũdus subditus fiat deo, & nequaquȝ suo merito, sed illius misericordia cõ seruet. Quod hic de Hebraico posuimus: Non sunt absconditа ea à facie mea: in Lxx non habetur. a ¶ *Domine fortitudo mea, & robur meum, etc.*] Omnis hominum fortitudo, sine dei uirtute quæ Christus est, imbecilla reputatur & nihili. Vnde cõfugiendũ est ad dñm atq; dicendũ est: Dñe refugium factus es nobis, in generatione & generatione. Et in alio loco:
Psal. 89.a
Ibid. 90.a Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli cõmorabitur. Dies autẽ tribulationis siue malorum, illa intelligenda est, de qua dicit & Apostolus: Vt
Galat. 1.a
B eriperet nos de præsenti seculo nequam, & redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. b ¶ *Ad te gentes uenient ab extremis terræ, & dicẽt: Verè mendacium possederunt, etc.*] Postȝ electus est Israel, & à piscatoribus uenatoribusq; translatus, consequenter uocatur ad fidem gentiũ multitudo, & cõfitetur se, siue patres suos in priori errore uersatos. Qui aũt dicũt: quomodo falsa possederunt patres nostri idola, in quibus nulla est utilitas, confitentur uera esse ad quæ transeũt, & omni subnixa præsidio. c ¶ *Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij.*] Et hoc gentes loquunt quæ uenerunt ad saluatorẽ ab extremis terræ, sugillantes ignorantiã tam suam, qȝ maiorũ suorũ, qua putauerunt ab homine fieri deos, cum dei sit homines facere. d ¶ *Idcirco ecce ego ostendam eis manum meam, etc.*] Manus dei per quam cuncta operatus est & uirtus, de qua dixit Apo-
1. Cor. 1.d
Ioan. 17.a stolus: Christus dei uirtus & dei sapientia ostenditur gentibus, filij passione cõpleta. Pulchreq; dixit: Ostendam eis per uicem hanc: ostendam autem manifeste, & non ut prius, in umbra & in imagine, & uaticinio futurorum, ut postȝ cognouerint, sciant nomen meum: audiãtq; à filio: Pater manifestaui nomẽ tuũ hominibus.

CAPVT XVII

Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo, etc.] De gentibus quæ ad dñm cõuersæ fuerant supra dictũ est: Ecce ego ostendam eis per uicem hanc, ostendam eis manum meam & uirtutem meam: Nunc de Israel qui abiectus est, loquitur: Peccatũ Iuda scriptũ est stilo ferreo in ungue adamantino, & cætera. Quod cur à Lxx. prætermissum sit, nescio: nisi forsitan pepercerunt po-
Esa. 2.d pulo suo: sicut & in Esaia eos fecisse manifestũ est: Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius, ꝙ excelsus reputatus est ipse: multaq; huiusce modi, quę si uoluero cũcta digerere, non dicã libro, sed libris opus C erit. Gentiũ peccata deleta sunt, quia cõuersæ ad dominum ab extremis terræ audierũt illud: Laudate dominum omnes gẽtes: Laudate eum omnes populi. Quia
Psal. 116.a confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas dñi manet in æternũ. Et de quibus dixerat ad Moysen: Dimitte
Exod. 32.c me, ut interficiam populum istum, & faciã
Deut. 9.c te in gentẽ magnam. Peccatũ aũt Iudæ indelebile, & (ut ita dicã) nulla ratione abolendũ, scriptũ est stilo ferreo in ungue adamantino, qui Hebraicè dicit שְׁמִיר nõ quo ullus unguis sit qui appelletur שְׁמִיר sed quo lapis adamãtinus, qui ex eo ꝙ indomitus sit & infrangibilis hoc nomẽ accepit: tantũ nitorẽ habeat & leuitatem, ut absque ullo impedimẽto in eo scribi possit stilo ferreo, ut dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est, in perpetuũ. Ipsi enim dixerunt: Sanguis eius D super nos, & super filios nostros. Vnde
Matt. 27.f exaratum siue insculptum est in cornibus altariũ, siue ararũ eorũ, ut opera sacrilega in æternam memoriam perseuerent. Si autem hoc ita est, ubi illud quod anus delyra confingit, posse hominẽ sine peccato esse si uelit, & facilia dei esse mandata? f ¶ *Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, etc.*] Et hæc in Septuaginta non habentur, eadem (ut reor) causa quam supra diximus, ne scilicet æterna in eos sententia permaneret. Relinqueris, ait, sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras, uel sub Babylonijs, uel ut est uerius sub Romanis. Ipsi enim succenderunt ignẽ & clementissimũ dominũ in furorem prouocarunt, qui ignis furoris eius ardebit in æternum. Puder me contentionis nostrorum, qui Hebraicam arguunt ueritatem. Iudæi contra se legunt, & quid pro se sit, nescit ecclesia. Vnde nos qui sumus filij apostolorũ recordamur iniquitatum prioris populi, & iuste eos perpessos esse testamur. Possunt aũt excelsa quæ Hebraicè dicunt בָּמוֹת & contra hæreticos accipi, qui posuerũt in excelsum os suum, & lingua eorũ transiuit super terram. Qui in tantam uesaniam proruperunt, ut soli absq; spiritus sancti gratia remanserint, & perdiderint hæreditatẽ domini, priorem uidelicet fidei ueritatẽ. Vnde & æternũ eis paratur incendium, & seruitus dæmonum qui sunt inimici & ultores. g ¶ *Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, etc.*] Si maledictus est omnis homo qui confidit in homine, Saulus autem Samosatenus & Fotinus, quamuis sanctum & cunctis excelsum uirtutibus prædicent saluatorem, tamen hominem confitentur: Ergo maledicti erunt spem habentes in homine. Quod si nobis oppositũ fuerit, quod & nos credamus

A mus in eo qui dicit: Nunc autẽ quæritis me interficere
Ioan. 8.c hominẽ, qui ueritatẽ uobis locutus sum, quam audiui à deo, hoc Abrahã non fecit: uos facitis opera patris ue-
2. Cor. 5.c stri. Respondebimus illud Apostolicũ: Et si Christum secundũ carnẽ aliquando cognouimus, sed nunc iam nõ nouimus. Deniq; idẽ apostolus in prin-
1. Cor. 15.g cipio epistolæ suæ scribit ad Galatas: Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christũ & deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecũ sunt omnes fratres. Si enim mors absorpta est in uictoria,
Osee 13.d quare non carnis humilitas, quæ propter humanã salutẽ assumpta est, in diuinitatis trãsierit maiestatem, ut fecerit utrũq; unũ, & nõ adoremus creaturam, sed creatorem qui est benedictus in secula? Maledictus est igitur, non solum qui spem habet in homine, sed qui ponit carnem brachiũ suum, id est, fortitudinem suã, & quicquid egerit, non domini cle-
B mentiæ, sed suæ putauerit esse uirtutis. Qui enim hoc agit, à domino recedit cor eius, asserens se posse quod non potest. Et erit quasi myrice, quæ Hebraice dicitur עֲרֹעֵר siue ut interpretatus est Symmachus, lignum infructuosum in solitudine. Et non uidebit cum uenerint bona, quæ uisura est gentium multitudo, sed habitabit in siccitate in deserto. Hoc dicitur de populo Iudæorum qui habitant in deserto, fructusq; non faciũt, & sunt in terra salsuginis quæ nullos fructus faciat, & inhabitabili, quæ hospitem non habet deum, nec angelorum præsidia, nec spiritus sancti gratiam, nec scientiam magistrorum. a ¶ *Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus spes, etc.*] Illud de Iudæis dictum sit &
Psal. 99.a hæreticis qui spem habent in homine, in Christo uidelicet suo, quem non filium dei, sed purum hominem putant esse uenturum. Eccõ ratio uir ecclesiasticus qui confidit in domino, audit illud: Et scitote, quoniam dominus ipse est deus. Confidit in domino, & illi ligno comparabitur, de quo & in primo psalmo cantatur: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Super aquas autem, spiritus sancti gratiam, diuersas donationes. Quod ad humorem mittit radices suas, ut à domino accipiat ubertatem. Sed & aliter possumus dicere, quod de siccitate Iudaica translati sumus in baptismatis gratiã sempiternam. Et non, inquit, timebit cum uenerit æstus, uel tempus persecutiõis, uel dies iudicij. Et erit folium eius uiride, siue erunt in eo ramusculi frondentes, ut nunquam timeant siccitatem, sed cunctarum uirtutum germinet gratiam. Cumq; tempus siue annus ue-
Esa. 5.b nerit siccitatis, non metuet quando dominus iratus mandauerit nubibus ne pluant super Israel imbrem. Quodq; sequitur: Nec desinet facere fructum: Illum lo-

cum qui in Marco scriptus est, ꝙ uenerit dominus ad C
Mar. 11.d ficũ, & non inuenerit in ea fructũ, quia nondũ erat tempus, & maledixerit ei, ut fructus non faciat in æternũ, exponere poterit. Qui enim confidit in domino, & dominus est fiducia eius, etiã in tempore Iudaicæ siccitatis non metuet, sed semper afferet fructũ, credens in eũ qui semel pro nobis mortuus est, & ultra non
Rom. 6.b moritur, & dicit: Ego sum uita. b ¶ *Pranum est cor omnium, & inscrutabile, quis cognoscet illud?*]
Ioan. 14.a Verbum Hebraicum אנוש quatuor literis scribitur א נ ו ש Si igitur legatur אֱנוֹשׁ homo dicitur: si autẽ אָנוּשׁ inscrutabile siue desperabile, eo ꝙ nullus cor hominũ ualeat inuenire. Symmachus uerò hũc locũ interpretatus est: Inscrutabile cor omniũ, uir autẽ quis est ꝙ inueniat illud? Solent quidã nostri, bono quidem uoto, sed non secundum scientiam uti hoc loco contra Iudæos, quòd homo sit dominus atq; saluator, secundum D
dispensationẽ carnis assumptæ, nullusq; possit natiuitatis eius scire mysterium, secundum illud quod scriptum est: Generationem enim eius quis enarrabit? ni-
Esa. 53.c si solus deus qui arcana rimatur, & reddit unicuiq; secundum opera sua. Melius autem est ut simpliciter accipiamus, quòd nullus cogitationum secreta cognoscat nisi solus deus: dixerat enim supra: Maledictus homo qui spem habet in homine. Et econtrario: Benedictus uir qui confidit in domino. Vnde ne hominũ putaremus certum esse iudicium, intulit omnium propemodum corda esse peruersa, dicente psalmista: Ab oc-
Psal. 18.d cultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo: Haud dubiũ quin cogitationibus. Et in Genesi: Videns aũt deus ꝙ multa malicia hominum esset in
Gen. 6.a terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum
Ibid. 8.b omni tempore. Et iterũ: Sensus enim & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malũ. Per quæ discimus solum deum nosse cogitationes eorum. Si autem de saluatore dicitur: Videns autem cogitatio-
Luc. 11.b nes eorũ Iesus: nullusq; potest uidere cogitationes eorum, nisi solus deus: ergo Christus deus est, qui scruta-
Psal. 7.c tur corda, & probat renes, & reddit unicuiq; iuxta ope-
Apoc. 2.f ra sua. c ¶ *Perdix fouit, etc.*] Aiunt scriptores naturalis historiæ, tam bestiarũ & uolucrũ, quàm arborum herbarumq;, quorũ principes sunt apud Græcos, Aristoteles & Theophrastus: apud nos Plinius Secũdus, hãc perdicis esse naturã, ut oua alterius perdicis, id est, aliena furetur, & eis incubet foueatq;: cumq; fœtus adoleuerit, auolare ab eo, & alienũ parentẽ relinquere. Huiusce modi diuites sunt, qui aliena diripiunt, & absq; cogitatione iudicij dei, faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relinquunt, subita morte substracti, quando dicitur eis: Stulte hac nocte repetent a-
Luc. 12.c nimã tuã à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Nihilq;

A hilq; insipientius, quam non prouidere nouissima, & breuia putare perpetua. Alij uerò & propter superiorē historiā & propter alterā qua dicunt, perdicē esse pugnacissimū & immundū, ita ut uictū polluat, diabolum sub eius nomine interpretantur, q; alienas sibi diuitias cōgregarit, dicens ad

Matt. 4.a dñm: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quę relinquent diuitiæ suæ quæ male ab eo fuerāt cōgregatæ, & per apostolos conuertentur ad dominum, & qui sibi uidebat esse prudentissimus, erit omniū iudicio insipiens. Quodq; à Lxx. dicitur, Clamauit perdix: ad hæreticorum personā referēdū est, q; perdix iste diabolus clamauerit p principes hæreticorum, & cōgregauerit quæ nō peperit, & deceptorū sibi multitudinē congregarit, quæ postea dimittat eum, & omnium iudicio stultissimus comprobetur. a ¶ *Solium gloriæ, etc. ex pectatio Israel, etc.*] Per dice propter suā stul-

B titiā derelicto, expectatio Israel, id est populi dei & credēs in domino, ipse est qui fecit omnia: Cuius solium gloriosum est & excellsum à principio locusq; sanctificationis omnium credentium, ut non in loco sit dās, sed ut ubi ille fuerit, locus sanctificatus sit. Ecōtrario qui derelinquūt dominum, confundentur confusione perpetua, & recedentes, siue declinantes ab eo, scribent in terra, deleti de libro uiuentium. Sicut enim qui potest cum Apo

Philip. 3.d stolo dicere: Noster autem municipatus in cœlo est, in cœlestibus scribitur: Sic qui derelinquit dominū, uel declinat ab eo, scribetur in terra cum his qui terrena sapiunt. Causaq; manifesta, cur scribantur in terra, quia dereliquerūt fontē uitæ dñm, siue fontē aquārū uiuen-

Ioan. 7.f tiū dñm, qui loquitur in euangelio: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autē dixit de spiritu quem accepturi erant credentes. b ¶ *Sana me*

Matt. 9.c *domine, etc.*] Multi medici in cuāgelio hæmorrhoussam curauerāt, quæ omnē substantiā suā perdiderat in eis, & tamen à nullo curari potuit, nisi ab eo qui uerus est medicus, & cuius sanitas in pennis eius. Vnde & nunc ꝓpheta à populo passus opprobria, & crebro insidijs circūuentus, ab eo curari & saluus fieri cupit, cuius uera laus uerax; medicina est. c ¶ *Ecce ipsi dicunt, etc.*] Qui non putant uentura quæ dicta sunt, loquuntur ad prophetā: Vbi est uerbū dñi ueniat: dissimulationē sententiæ dilationē arbitrantes. Illis autē, inquit, ista dicentibus: Ego non sum turbatus, nec laboraui te pastorē se-

quens, siue post tua ingrediens uestigia. Nec hoc fui fine contentus, nec diē hominis desideraui, uel uitā longiorē, uel prospera quæq; huius seculi: Ipsumq; uocat testem quē & iudicē: Tu nosti. Sequitur: Quod egressum est de labijs meis, rectū fuit in cōspectu tuo, ut nunquā mētitus sit, & domini uolūtati aduersa nō dixerit. Non sis mihi, inquit, tu formidini, spes mea in die afflictiōis. Quod per spicuum est iuxta Hebraicū. Iuxta id uerò quod Lxx. transtulerunt dicentes: Ne fias mihi alienus, parcēs in die malo, est sensus: Ne parcas mihi in præsenti seculo, quod malum est, sed redde mihi iuxta peccata mea, ut requiem habeam sempiternā. Scio enim scriptum:

Heb. 12.b Quem diligit dominus, corripit: flagellat autē omnē filium quē recipit. Dies autē malus, uel omne seculum est, uel dies iudicij, his qui propter peccata cruciantur.

d ¶ *Confundantur qui persequūtur me, etc.*] Imprecat aduersus eos D propheta qui exprobrant ei uerbum domini, & dicūt: Vbi est uerbū dñi ueniat: ut confundant qui persequuntur eum, & erubescant & redeant ad salutem, ut illi paueant mentientes, & non iste qui uera prę

Soliūm gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. Expectatio Israel domine, omnes qui te derelinquunt, cōfundentur: recedentes, in terra scribentur: quoniā dereliquerunt uenā (siue fontē) aquārū uiuentiū dominū. Sāna me domine, & sanabor, saluū me fac, & saluus ero, quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ād me: Vbi est uerbū domini? ueniat. Ego aūt non sum turbatus te pastorē sequens (siue non laboraui sequens te:) & diem hominis nō desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectū fuit in cōspectu tuo (siue ante faciem tuam est.) Non sis formidini spes mea tu in die afflictionis (siue non fies mihi alienus, parcēs mihi in die pessimo.) Cōfundantur qui persequuntur me, & non confundar ego. Paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc dicit dōminus ad me: Vade & sta in porta (siue in portis) filiorum populi, per quam (siue per quas) ingrediuntur reges Iuda & egrediuntur, in cunctis portis Hierusalem, & dices ad eos. Audite uerbum domini reges Iuda, & omnis Iuda (siue Iudæa) cunctiq; habitatores Hierusalem, qui ingredimini per portas has. Hæc dicit dōminus: Custodite animas uestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Hierusalem. Et nolite eijcere onera de domibus uestris in die sabbati, & omne opus non facietis, & sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus uestris. Et non audierunt: nec inclinauerunt aurem suam, & indurauerunt ceruicem suam: (& quod in Hebraico non habe-

dicit: Cumq; dies ultionis aduenerit, duplici contritione cōterat eos, fame & gladio. e ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Quoniam, inquit, uerba tua audire cōtemnūt, nec ad te ueniunt, ut requirant quæ sit sententia dei: tu perge ad locum celeberrimū, uel portarum templi uel urbis, & per quas reges & omne uulgus ingreditur & egreditur, ut necessitate cogantur audire, & importune opportune prædices uerbum domini: nec ulla apud eos remanеat excusatio, quod ideo non fecerint, quia non audierint. f ¶ *Hæc dicit dominus: Custodite animas uestras, etc.*] Ne præceptum sabbati instauratum per Hieremiam in frusta diſcerperem, totum ponere placuit, ut simul omnia cognoscamus. Custodit animā suam, qui non portat pondera peccatorum in die quietis & sabbati: Nec infert ea per portas Hierusalem, quas uirtutes debemus accipere. Et nolite, inquit, onera eijcere de domibus uestris: Non enim portanda sunt, sed penitus abijciēda. Et omne opus ne faciatis, uel seruile, uel illud de

1.Cor. 6.c quo scriptum est: Esca uentri, & uenter escis: Deus autē hunc & illam destruet: sed illud opus operandum, de

Ioan. 6.c quo saluator loquitur: Operamini opus quod non pe rit. Sanctificate, inquit, diem sabbati: ut omne tempus uitæ nostræ in sanctificatione ducamus, sicut fecerūt patres nostri, Abrahā, Isaac, & Iacob. Cūq; ista præceperit deus

A deus, nō inclinauerūt aurē suā, mētis utiq; non carnis: sed indurauerūt ceruicē suam: reijcientes iugum legis, & per metaphorā indomitorū animaliū habētes similitudinē. Videamus quod sit præmiū eorū qui non portāt onera in die sabbati, & sanctificant illum. Ingredientur, inquit, per portas ciuitatis huius reges,

Prou. 21.a quorum cor in manu dei est, & qui regnant corporib. suis, & principes sedētes super soliū Dauid, ut Christi imitenē exemplum: & ascendētes in curribus & equis, de quib. scriptū est: Currus dei decē milibus, multiplex milia lætantiū, dñs in eis in Sinai in sancto.

Abacuc 3.b Et alibi: Equitatio tua salus. Omnis uir qui confitebit deū, & qui habitat in Hierusalē, de

Psal. 75.a qua dictū est: Factus est in Salē, id est in pace, locus eius, & habitatio eius in Sion, & habitabit ecclesia dei in æternum. Veniētq; de ciuitatib. Iuda, & de circuitu Hierusalem, de quibus iam diximus, & de terra Beniamin, qui filius est uirtutis & dexteræ, & de campestribus, quod Hebraice dicitur שפלה & planam

B historiæ significat intelligentiā: & de montosis, excelsis uidelicet dogmatibus, et ab austro de quo scriptum est:

Abacuc 3.a Deus ab austro uenit. Vnde calor & plena lux, & ubi omne frigus expellitur: Portantes, ait, holocausta, seipsos consecrantes deo, & uictimā siue thymiama, ut di-

Psal. 50.d cant: Sacrificium dño spiritus contribulatus. Et Christi

2 Cor. 2.d bonus odor sumus in omni loco. Et alibi: Dirigatur o-

Psal. 140.a ratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et sacrificiū, pro quo Septuaginta ipsum uerbū Hebraicū posuere מנחה quod pessima consuetudine, imò scriptorū negli-

gentia, manna in nostris libris legitur. Et thus, de quo C scriptum est: Vt quid mihi thus affertis de Saba? Et inse- Supra 6.c rent oblationem, quæ Hebraice dicitur לבונה & in gratiarum actionē uerti potest: & quam laudem Lxx. transtulerunt. In domum Dauid, haud dubiū quin in ecclesiam. Hæc sunt præmia eorum qui sanctificant sabbatū: & nullo pōdere prægrauantur. Sin autē, inquit, non audieritis præceptra mea, & feceritis quæ nō faciēda mandauit: Succēdam ignē Osee 7.b in portis eius, id est, Hierusalem, illum de quo dicitur: Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum: qui deuorat domos, siue uicos Hierusalēt quos Lxx. Aquila & Symmachus βάρεις, id est, turritas domos interpretati sunt: appellanturq; Hebraice בירות Et nunquam hoc extinguet, dicente apostolo: uniuscuiusq; opus quale sit ig- 1 Cor. 3.c nis probabit. Et iterū: Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sin autem nostri Iudaizantes, explanationē tropicam repudiarint: aut Iudæi esse cogentur, & cum obseruatione sabbati, circūcidere præputia: aut reprehen- D dere certe saluatorem, qui iusit in sabbato paralytico ut portaret lectulum suū, Euangelista dicēte: Propterea magis Iudæi quærebant eum interficere: non solum Ioan. 5.e quia soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.

Commentarij tertij in Hieremiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM Commentariorum Hieremiæ ad Eusebium prooemium.

Semper diabolus bono operi imminet, ubique gradientibus ponit laqueos: narrante propheta de satellitum eius insidijs: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi: & in euangelio hoc ipsum plenius instruente, quod uolatilia cœli iuxta uiam iacta semina diripiant atque disperdant. Cur hoc principio, frater Eusebi, usus sim, sequens sermo monstrabit. Multis de toto hoc orbe confluentium turbis, & sanctorum fratrum monasterijq; curis occupatus, commentarios in Hieremiam per interualla dictabam: ut quod deerat ocio, superesset industriæ: cum subito hæresis Pythagoræ & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, id est, impassibilitatis & impeccātiæ, quæ olim in Origene & dudum in discipulis eius Grunnio, Euagrioq; Pontico, & Iouiniano iugulata est, cœpit reuiuiscere, & non solum in Occidentis, sed & in Orientibus partibus sibilare, & in quibusdam insulis, præcipueq; Siciliæ & Rhodi, maculare plerosq;, & crescere per dies singulos, dum secreto docent, & publice negant. Cui respondere, diu tacens & dolorem silentio deuorans, crebra fratrum expostulatione compulsus sum: nec tamē hucusque prorupi, ut authorum nomina ponerem: malens eos corrigi quam infamari. Neque enim hominum, sed erroris inimicus sum: qui mihi ut uicem talionis & genuinum sui doloris illiderent, ueteres magistrorum suorum calumnias concinnantes, intantum elingues & miseri demonstrati sunt, ut ne maledicere quidem suis uerbis potuerint. Quorum tunc temporis, editis

Universidad de Barcelona Biblioteca

aduersus eos libris,næniæ confutatæ sunt: quos qui legere uoluerint, liquido peruidebunt, canes C
A eos iuxta Esaiam esse mutos,qui latrare nesciãt:habentes quidẽ uoluntatẽ & rabiẽ mentiendi,sed ar
tem fingẽdi & latrandi nõ habentes. Quibus loquar cõpendio: Aut bona sunt quæ docetis,aut ma
la. Si bona,defendite libere:si mala,quid occulte miseros iugulatis errore:rectæq; fidei ad decipien
dos simplices quoscq; iactatis expositionẽ?quæ si uera est,cur absconditẽ?si falsa,cur scribitur? Rogo
quæ est ista insania?præcipiẽte apostolo,ut parati simus ad satisfaciendũ omni poscẽti nos rationẽ
de ea quæ in nobis est spe,& propheta clamante:Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regũ,&
nõ cõfundebar:isti publicũ fugiunt,& susurrãt in angulis perditorũ: dolentq; quasi pro suis,quæ
sua metuunt confiteri. Cumq; generaliter aduersum uitia quid & hæreticos dixerimus,se petũ que-
runtur:malumq; cõscientiæ dissimulata diu indignatione pronunciant. Quod si cauendum nobis
est,ne ueterẽ lædere uideamur necessitudinẽ,si superbissimã hæresim spirituali mucrone trunce-
mus:ergo sustinendæ erunt nobis cruces proditæ fidei,& dicendũ cum propheta: Versatus sum
in miseria,dum mihi infigitur spina. Quin potius audiant illud Apostolicum: Obedire deo magis
oportet q̃ hominibus. Et iterũ: Si hominibus placerẽ,Christi seruus nõ essem. Verum hæc in pro-
prio,nisi tacuerint,opere plenius exequemur. Nunc cœptum in Hieremiã carpamus iter,& quar-
tum in eum uolumen breuiter transcurrentes,in his tantũ quæ obscura fuerint,immoremur.

COMMENTARIORVM
Hieronymi in Hieremiã prophetam
Liber quartus.

CAP. XVIII.

Verbum quod factum est,etc.] Per omnes quidem sensus ad iudiciũ & intelligentiã animi per-
ueniẽt, auditu,odoratu,gustu,tactu: sed magis mente retinẽt, quod oculis cernitur. Vnde iubet prophe-
B ta ad domũ figuli ire, & ibi domini audire præcepta. Cumq; ait, perrexissem & descendissem in domum figuli, faciebat ipse opus super rotã: quam Lxx. uerbi ambiguitate seducti, lapides transtulerunt אבנים enim pro qualitate loci & diuersitate pronunciationis, & organum,id est,rota figuli uocatur, & lapides. Cumq;, inquit,cernerem uas è luto fieri, subito dissipatum est, hoc dei agente prouidentia, ut manus artificis dum nesciret,errore suo parabolam figuraret. Rursumq; ille figulus, qui uas é luto rota currẽte perdiderat, fecit aliud sibi, ut ei usum est. Statimq; dominus ad prophetam: Si figulus,ait,hanc habet potestatem,ut ex eodem luto rursum faciat quod fuerit dissipatũ: ego in uobis, qui quantum in uobis est perijsse uidemini, hoc facere non poteroꝰ Et ut liberum significaret arbitrium, dicit se & mala annunciare genti & regno illi, uel illi, & rursum bona: nec tamen hoc euenire quod ipse prædixerit,sed econtrario fieri,ut & bona malis eueniant,si egerint pœnitẽtiam,& bonis mala, si post repromissiones fuerint ad peccata conuersi. Et hoc dicimus, non quod ignoret deus hoc uel illud, gentem aut regnum esse facturum: sed quod dimittat hominẽ uolũtati suæ, ut uel præmia uel pœnas sua uolũtate & suo merito recipiat. Nec statim totũ erit hominis quod euenit,sed eius gratiæ q cũcta largitus est: ita eñ libertas arbitrij reseruãda est, ut in omnib.excellat gratia largitoris,iuxta illud ꝓpheticũ: Nisi dñs ædificauerit domũ, in uanum laborauerũt qui ædificãt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem,in uanum uigilabit qui custodit eam. Nõ enim uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Rom. 9.d

CAP. XVIII.

Verbum quod factum est ad Hieremiam à domino,dicens: Surge & descende in domum figuli,& ibi audies uerba mea. Et descendi in domũ figuli: & ecce ipse faciebat opus super rotã (siue lapides.) Et dissipatũ est uas,quod ipse faciebat è luto manib.suis. Conuersusq;(siue & rursum)fecit illud uas alterũ sicut placuerat in oculis eius ut faceret. Et factũ est uerbum dñi ad me,dicens: Nunquid sicut figulus iste non possum uobis facere domus Israel, ait dñs? Ecce sicut lutum in manu figuli,sic uos in manu mea domus Israel. Repente (siue ad summam) loquar aduersum gẽtem & aduersum regnũ,ut eradicem (siue auferam)& destruã & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersum eam,ago & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui ut facerem ei. Et subito (siue ad summam) loquar de gente in regno, ut ædificẽ & ut plantem illud. Si fecerit malum & oculis meis,ut nõ audiat uocẽ meã: pœnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Nũc ergo dic uiro Iudæ & habitatori Hierusalẽ, dicẽs: Hæc
b ¶ *Nunc ergo dic uiro Iudæ,habitatori Hierusalem, etc.*] Implet dominus parabolã quam & sermonibus & aspectu docuerat,& dicit: Ecce ego fingo contra uos malũ quasi figulus lutum: malum aũt iuxta Esaiam qui dicit: Faciens pacem, & creãs malum: Non q̃ per se malum sit, sed q̃ patiẽtibus malum esse uideatur. Et cogito contra uos cogitationẽ,id est, pro merito inferre sententiam. Esaiæ 45.f
Mutate opera,& dirigite uias uestras,ut & prosperis pœna mutetur. Qui,inquit,dixerunt contrario: Confortabimur in malis,uidelicet operibus,siue iuxta Aquilam,desperauimus,& iuxta Symmachum,defecimus: quod utrunque offendit deum, ut aut nequaquam se putet posse saluari, aut ad placandum deum animo defecisse. Et post cogitationes,inquit, nostras ibimus. Vbi est ergo absque dei gratia liberi arbitrij potestas, & propriæ iudicium uoluntatis:cum grandis offensa sit dei, sequi cogitationes suas,& praui cordis facere uoluntatẽ? Propterea infert, dicens: Interrogate gentes & omnes in circuitu nationes:quis fecerit,quis audierit idolis seruiens: quæ fecit nimis

A nimis uirgo Israel. Virginẽ aũt uocat,eo q̃ uni deo seruierit,dicente propheta: Notus in Iudæa deus Israel magnum nomẽ eius. a ¶ *Nunquid deficiet,etc.*] Tale quid & illud Vergilianũ sonat: Antè leues ergo pascent in æthere cerui,Et freta destituẽt nudos in littore pisces: Quàm
Psal.57.a nostro illius labaꝝ pectore uultus. & in alio loco: In freta dũ fluuij currẽt, dum mõtibus umbræ Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet: Semper honos nomẽq; tuum laudesq; manebunt. Quomõ (inquit) nix de Libani summitatibus deficere non potest:nec ullo ut omnis liquescat solis ardore superaꝝ: fluentesq; de mõtibus riui nequaq̃ siccant in fontibus: sic meũ nomẽ quod per se stabile est atq; perpetuũ, nõ poterit immutari,& tamen cum cætera naturæ ordinẽ seruẽt,populus meus oblitus est mei. Sequitur eñ: b ¶ *Quia oblitus est mei,etc.*] Qui obliuiscitur dei,et relinquit illũ, q̃ dicit: Ego sum uia: libatq; dijs
Ioan.14.a B alienis: impingit in uijs suis, nequaq̃ dei, sed suis: & antiquas sempiternasq; semitas derelinquit, quæ omniũ sanctorũ sunt tritę uestigijs colentiũ deum. Isti uero ambulauerũt in itinere non trito, & relicto cultu dei, idola uenerati sunt,propter quæ inferẽ pœna quæ sequit. c ¶ *Vt fieret terra eorum in,etc.*] Et quia dereliquerunt (ait) cultum dei,& prauas idololatriæ semitas sunt secuti,propterea terra eorum redacta est in solitudinem, & in miraculum omnium sibilumq; : ita ut qui terram quondam & urbem florentissimam uiderint in desertum & cineres esse collapsam, admirentur & stupeant, & animæ confusionem, gestu corporis indicent: hoc est enim mouere caput, & stuporem mentis sibilo demonstrare. Quod plenius & rectius post ad uentum domini intelligimus esse completum: quando nullus Iudæorum terram quondam & urbem sanctam ingredi lege permittitur: sed quum ad planctum uenerint, mirantur & deflent uaticinia prophetarum opere completa. d ¶ *Sicut uentus urens,etc.*] Vsq; hodie sententia dei permanet in Iudæis. In toto orbe dispersi sunt corã inimico diabolo, uel inimicis dæmonibus: & cum diebus ac noctibus in synagogis satanæ inuocent nomen dei, dorsum & nõ faciem suam ostendit eis deus: ut intelligant eũ semper recedentẽ, & nunq̃ ad se uenientẽ. Dies aũt perditionis Iudaicæ, omne tẽpus est post passionẽ saluatoris usq; ad finẽ seculi, ut postq̃ sub intrauerit plenitudo gentiũ, tũc omnis Israel saluus fiat. Rom.11.d C
e ¶ *Et dixerũt: Venite,etc.*] Ista & tũc Iudæorũ cõtra Hieremiam siue dñm saluatorem,& hodie hæreticorũ cõtra seruos eius cogitatio est, ut calumnias struãt, & sanctos uiros accusatione præueniãt, nec cogitẽt quid illi ueritatis loquantur, sed quid ipsi struãt mẽdacij: iactant eñ in sacerdotibus & in sapiẽtib. & in pseudoprophetis suis, legem & consiliũ dei & eloquiũ permanere, dicente scriptura: In Sapien.1.a peruersam animã nõ intrabit sapientia. f ¶ *Attende domine ad me, etc.*] In typũ quidẽ saluatoris hæc à populo Iudæorũ Hieremias uniuersa perpetiẽs, qui postea Babylonio ueniente uastantur. Sed plenius atq; perfectius complent in Christo, & urbe subuersa, Romano gladio trucidati sunt, nõ ob idolo D
latriã quæ eo tempore nõ erat, sed ob interfectionẽ filij dei, q̃ cunctus simul populus cõclamauit: Tolle, Ioan.19.c tolle talem: regem nõ habemus nisi Cęsarẽ. Et imprecatio eorum æterna damnatione completa est: Sanguis Matt.27.c eius super nos, & super filios nostros. Foderant enim Christo foueã, et dixerãt: Auferamus eũ de terra uiuẽtium. Qui tantæ erga Esaiæ 53.c eos misericordię fuit, ut stans in conspectu patris, loqueret pro
propicieris eis bonum, ut auerteret indignationem suam ab eis: ut Luc.23.c in cruce quoq; diceret: Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciũt. Manifesta transcurrimus, ut in obscuris immoremur: nequaquã deliramenta quorundã & captiuitatẽ cœlestis Hierusalẽ interpretantes: sed perspicuam historiam,& manifestissimã prophetiã, omni uerborũ & sensuũ confidentia persequẽtes. g ¶ *Adduces enim,etc.*] Si de Hieremia intelligimus, repentinũ latronem referamus ad Nabuchodonosor: si de saluatore, quod & uerius & melius est,ad Romanũ exercitum. Et ne iniusta uideat sententia dei, exponit qd fecerint cõtra filiũ dei Christũ, & quid passi sint. Quod aũt infert, ne propicieris iniquitati eorũ,& peccatum eorũ à facie tua non deleatur: nequaq̃ priori sententiæ contrariũ est, in qua pro populo deprecatur patrem: sed postq̃ datum tempus

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A tempus pœnitẽtiæ præteriit, & illi in suo scelere perseuerant, populi ac seniores non tam pro se puniunt q̃m pro aliis: ne inultũ peccatũ cæteris noceat exẽplo. Quodq; infert: Fiant impingẽtes siue corruẽtes in cõspectu tuo: illius Esaiæ & Petri apostoli simile est, & nõ impingetis

Esaie 8.c
1 Pet. 2.b
Psal. 117.c

sicut in lapidem offensionis, & petrã scandali. Cuius & in psalmis ꝓpheta meminit. Lapidem quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à dño factum est hoc. CAP. XIX

HAec dicit dñs.] Pro laguncula figuli, quæ Hebraice dicitur בקבק Lxx. doliolũ transtulerunt, & ꝙ porta fictili, Aquila Symmachus & Theodotio ipsum uerbum posuerũt Hebraicum בַּקְבֻּקַת pro quo Lxx. iuxta morẽ suum pro aspiratione ח literæ, addiderunt χ Græcum, ut dicerẽt Charsith pro Harsith: sicut illud est pro Hebron, Chebron, & pro Hiericho, Hiericho. Vult aũt scriptura diuina, non solũ auribus doceri populum, sed &

B oculis. Magis cñ (ut iam diximus) mente retinetur quod uisu, q̃m quod auditu ad animũ peruenit. Tolle inquit, lagunculã siue doliolum testeũ, & de seniorib. populi ac sacerdotũ: & egredere ad uallẽ filij Ennom,

Suprà 7.8 de q̃ suprà diximus, in qua erat delubrum Baal, & nemus ac lucus, Siloe fontibus irrigatus. Ipsa autẽ, inquit, uallis iuxta portam est, quę Hebraice תַּרְתִּית hoc est, fictilis appellatur. Et prædicabis uel leges ibi uerba quæ ego loquar tecum: ut ibi audiantur quæ dicturus sum. Ideo autem (ut iam diximus) & prædicabis, & clamabis, & leges ponitur, quia uerbum Hebraicum קְרָאתָ tria significat. Vultq; quæ dicturus est, & reges Iuda audire, & habitatores Hierusalem, id est, stirpem regiã, & omnẽ populum, ut inexcusabiles sint qui audire noluerint. b ¶ *Hæc dicit dominus, Vade, etc.*] Et hunc locum stulte quidam ad cœlestem referunt Hierusalem. Quod ne sẽper admoneamus, hoc tantum dixisse sufficiat: uitandam istiusmodi explanationem esse, immo hæresim, quæ manifesta subuerit, & præstigias quasdam ecclesiis Christi conatur inducere. Nulli autem dubium quin in templo dei, Baal dolum posuerint, siue in ẽdelubro, quod erat in ualle filij Ennõ: ubi & lucus Baal & ara eius fuit, super quam immolauerunt & incenderunt filios suos. C Quæ dñs nec cogitauit, nec locutus est, nec ascenderũt in cor eius. Non ꝙ deus futura nescierit, sed ꝙ indigna sua notitia, ignorare se dicat, iuxta illud euangelicum:

Luc. 13.f

Discedite à me operarij iniquitatis, nescio uos. Nouit

2 Tim. 2.c
1 Cor. 14.f

enim dñs eos qui sui sunt. Et: Qui ignorat, ignorabitur. Vel certe ἀνθρωποπαθῶς, & hæc de deo accipienda, sicut & alia. Omnis autẽ hæreticus derelinquit deũ: & alienũ facit locũ habitatione dei, quem sua fraude polluerit, & libat dijs alienis: quos nec ipse nouerat, nec patres eius: apostoli uidelicet & apostolici uiri: reges autẽ Iuda, hoc est, hæreticorum patriarchæ, implent locum quondã dei sanguine deceptorũ & innocẽtium. Nisi enim stultus & simplex fuerit, non cito subuertitur. Et ædificant excelsa Baalim, dum de sublimibus disputare se dicunt. Et cõburũt filios suos idolo, quos in hæresi genuerunt.

D Quæ omnia ignorare se dicit dominus, nec unquã ascendisse in cogitationẽ suam.

c ¶ *Propteres ecce, etc.*] Quæ sit uallis filij Ennom, quæ Hebraice dicitur גֵּי בֶן הִנֹּם unde & gehennã appellatam putant, suprà diximus. Miror autem quid sibi uoluerint Lxx. Pro תֹּפֶת διὰ πῆξιν, hoc est, ruinã ponere, & pro ualle, πολυανδρίου: quod significat uirorũ multitudinem: nisi fortè ex eo quod ibi populus corruerit, & cæsa sit hominum multitudo. Vel spiritualiter, in errore idolatriæ, uel iuxta literam, à Babylonio exercitu: quod in consequentibus manifestius legitur. d ¶ *Et dissipabo consilium, etc.*] Quanquam hæc & in Babylonica captiuitate accidisse populo nouerimus: tamẽ plenius referunt ad tempora saluatoris, quando obsessi sunt à Vespasiano & Tito, & ciuitas eorũ Hadriani tẽporibus, in æternos cineres collapsa est: ut qui obtulerãt filios suos idolis, ipsi eos postea famis necessitate cõpulsi, in ciborum usum uerterẽt: carnesq; omniũ darent uolatilibus cœli & bestijs terræ: ut qui dñi munerib. abusi fuerãt in impietatem, & propria uiscera idolis immolarãt, uentres suos sepulchra facerent liberorũ. e ¶ *Et conteres laguncu. etc.*] Perspicue non de Babylonia, sed de Romana dicitur captiuitate. Post Babylonios quippe & urbis instau-

A instaurata, & populus reductus in Iudæã, & abũdantię pristinæ restitutus est. Post captiuitatẽ aũt quæ sub Vespasiano & Tito, & postea accidit sub Hadriano, usq; ad cõsummationẽ seculi ruinæ Hierusalẽ permãsuræ sunt: quanq; sibi Iudæi aureã atq; gẽmatã Hierusalẽ restituendam putẽt: rursumq; uictimas, & sacrificia, & cõiugia sanctorũ, & regnũ in terris dñi saluatoris: quę licet non sequamur, tamẽ damnare non possumus: quia multi ecclesiastico-

Rom. 14.a rũ uirorũ, & martyres ista dixerũt. Et unusquisq; in suo sensu abũdet, & dñi cuncta iudicio reseruent. Quomodo aũt uas fictile & testeũ si fractũ fuerit in antiquã speciẽ nõ potest reformari: sic & ppl'us Iudæorũ & Hierusalem subuersa, statũ pristinum nõ habebunt. Denicq; cassum est hodie nomẽ ipsius ciuitatis, & ab Aelio Hadriano, Aelia dicit', & cũ habitatione pristina, pristinũ quoq; nomẽ amisit ad decutiendam superbiã habitatorum

B eius. Sanctæ aũt crucis & resurrectiõis uocabula, nõ urbẽ significant, sed locũ: nec diuitiarũ quondã magnitudinẽ, per quam perijt populus Iudæorum, sed gloriam sanctitatis, quam nostra percula possidet Bethlehem, nõ habens aurum & gemmas, sed panem qui in ea natus est. a ¶ *Et in Tophet sepelientur, etc.*] Quod autem in Lxx. infertur: Omnes domus regum Iuda, sicut locus Tophet, in Hebraico non habetur. Et sequitur: b ¶ *Immundæ omnes domus, etc.*] Quod suprà dixerat: Non uocabitur locus iste amplius To-

Suprà 7.8 phet, & uallis filij Ennom, sed uallis occisionis: nunc patenit manifestius, quod tãta in ipso loco futura sit cædes, ut ibi aceruatim populus sepeliatur, & lucus quõdam religionis fiat tumultus mortuorũ. Ipsa quoq; ciuitas, quę huic imminet loco, fiat sicut Tophet: pro quo Lxx. ruinã transtulerũt: Domus quoq; Hierusalem regumq; palatia in ruinas similes conuertantur. Causaq; redditur, eo quod immundæ fuerint, & idololatriæ pollutæ scelere: pro eo quod in domatibus & tectis earũ, soli & lunæ & stellis cœli immolauerint, & thura incenderint:

Soph. 1.b nec hoc fuerint errore contenti, sed immolauerint dæmonibus, & libamina fuderint dijs alienis. c ¶ *Venit aũt, etc.*] Postquã Tophet præsentibus populi senioribus, quos duxerat secum Hieremias, confregit lagunculam siue doliolum, & prophetauit uerbis domini ad conuertendum populum & ciuitatẽ Hierusalem, reuertitur & stat in atrio domus domini, & uniuersæ loquitur multitudini, quæ ad locum Tophet ire noluerat: quod inducturus sit dñs super ciuitatem Hierusalem, & super omnes urbes eius uniuersa mala, quę locutus est aduersum eam. Et ne putemus crudelẽ esse sententiam, reddit causas cur inducturus sit mala: Q̃m, inquit, induraue-

C rũt ceruicẽ suã, ut nõ audirẽt sermões meos: ne post multas q̃dẽ impietates uolẽtes agere pœnitẽtiã. CA. XX

ET audiuit Phashur filius Emmer, etc.] Pro Phashur Lxx. transtulerũt Phaschor, qui interpretatur oris nigredo, & pro neruo, quẽ nos diximus, Lxx. & Theodotio uertere cataracten, Symmachus βᾶσανιστηρίου, siue στρεβλωτηρίου: q̃d utrumq; tormenta significat. Nos aũt neruum diximus more uulgari: quod tormẽti genus etiam in Actibus apostolorũ legimus, q̃s apostoli Paulus & Silas in custodiã carceris dati sunt. Act. 16.e Iste autẽ erat põtifex templi, & data sibi sacerdotij dignitate, in peruersum abutit: non ut doceat & sermone corripiat, sed ut cruciatibus terreat. Vnde & saluator Ioan. 19.a & apostolus Paulus, Act. 16.c iussione põtificis uerberanť. Nec mirum si hodie serui dei occidant à Paschor: mittãturq; in carcerem, & horribili custodia reseruent. Datur enim D hæc potestas à deo, ut prophetarũ ostendat fides. Nec tamen maior est ille qui cædit, sed fortior iste qui cæditur. Et patiẽter prophetam suscipit iudiciũ dei, nec reclamat ad uerbera, sed

פשחור

considerat imperantẽ. Emmer uerbũ sonat: de quo sæpe nigredo generat, non parẽtis uitio, sed scelere generantis. Tormentũ aũt quo cruciatur propheta, uidetur in parte dextera, quod interpretat' Beniamin, & in porta sublimi, quæ non ueritatẽ indicat, sed iniustam pontificis potestatem. c ¶ *Cumq; illuxisset in crastinum, etc.*] Et hic tam nomen pontificis q̃m tormenti genus similiter omnes ut suprà interpretati sunt. Mutatur autẽ nomen pontificis, ut ex nomine futurorũ supplicium demonstretur. Nequaq̃, inquit, habebis oris nigredinẽ, & iniquæ imperiũ potestatis, sed captiuus duceris in Babylonem: hoc enim significat pauor undiq; siue per circuitum, ut tremens & propriæ salutis incertus, huc illucq; circũspicias, & uenientes cõtra te aduersarios reformides. Pro pauore, quod in Hebraico scriptum est מָגוֹר Lxx. & Theodotio μέτοικον, id est migrantẽ: Aquilæ secunda editio, peregrina: prima, circũspicientẽ: Symmachus, ablatum siue congregatũ & coactum, interpretati sunt. f ¶ *Quia hæc dicit dom. etc.*] Iuxta superiorem interpretationem, qua Phaspur nomẽ fuerat immutatum ut appellaretur מָגוֹר omnes similiter transtulerunt, ut significarent uel pauorẽ, uel peregrinationẽ, uel sublationem & translationẽ & congregationem. Comminaturq; eum cum amicis suis ianuamq; capiendũ tradendumq; hostiũ manibus, & cunctũ populũ tribus Iudæ Babylonij regis manib. obtinendũ, aliosq; interficiendos gladio, & alios ducẽdos in captiuitatẽ, & uniuersas

diuitias

A diuitias, nim urbis q̄ thesaurorū regiorum ab inimicis esse capiēdas: ipsumq; Phashur cum omni cognatione sua & familia ducendū in captiuitatē & in Babylone esse moriturū, eoq; populū suū mendacio deceperit, nequa quā illi uera & tristia: sed per mendaciū prospera polli/cendo. Simulq; animaduertēda prophetæ patientia atq; prudentia, quod missus in carcerē tacet, & silentio uincit iniuriā: nec tamen dissimulat quod scit esse uenturū, ut saltē sic pseudopropheta pōtifex peccare desistat, & dei clementiam deprecetur.

a ¶ *Seduxi, etc.*] Dicit se propheta à dño esse deceptū: quia in principio audiēs: Prophetam in gentibus dedi te. Et iterū: Ecce constituti te hodie super gentes & super regna, ut euellas & destruas & dispergas & dissipes, & ædifices, & plantes: arbitratus sit nihil se contra populū Iudæorum, sed cōtra diuersas in circuitu nationes esse dicturum. Vnde & prophetiā libenter assumpserit: & euenisse contrario: ut captiuitatē Hierusalem prædicās, persecutiones & angustias sustineret. Quodq; inultus: Factus sum in derisum tota die: omnes subsannant me: eo q̄ æstimēt illum uniuersæ mēitum: & cuncta quæ prædixerit esse uentura, mēdacia fuerint. Et propheta eā statim putauerat futurum quod dominus minabatur: & populus æstimabat nequaquam ultra uenturū, quod statim non uenerat: Atq; uociferor uastitatem Babyloniam, & iniquitatē hostium per quam opprimendus sit populus meus. Sin autem sequimur Lxx. in eo quod dixere, quia amaro uerbo meo ridebo præuaricationem, & miseriā inuocabo, hic sensus est: Scio præsentem tristitiam futuro gaudio cōmutandam, iuxta illud quod scriptū est: Beati flentes, quoniā ipsi ridebunt: & idcirco miseriam & iniquitatē afflictionemq; libenter sustineo: ita ut cupiam & inuocem eas, et breuitatem iniuriæ felicitatis æternitate compensem.

b ¶ *Quia factus est mihi sermo domini, etc.*] Clamāte me atq; dicente, q̄ iam Babylonius ueniret exercitus, & omnia hostilis gladius prædaretur: uersus est mihi sermo domini in opprobrium atq; derisum, dum tarditatem prophetiæ putant esse mendaciū: quamobrem in mea mēte decreui, ut ultra ad populū dei uerbis nō loquerer: nec nomen illius nominarē. Quod cū pudore superatus, uerecūde C quidem, sed stulte cōstituissem: factus est, inquit, in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossib. meis: siue undiq; dissolutus sum, ita ut ferre nō possem. Conceptus enim animo sermo diuinus, nec ore prolatus, ardet in pectore. Vnde et Paulus loquitē: Si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas eā mihi incumbit. Vę enim mihi est, nisi euangelizauero: si enim uolens hoc ago, mercedē habeo: si aūt inuitus, dispensatio mihi credita est. Et in Athenis uidēs idolatriæ deditam ciuitatem, incitabatur spiritu & tota mente feruebat. Et post modicū in eodē uolumine legimus: Cum uenissent autē de Macedonia Silas & Timotheus, instabat uerbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum. Sed & plerisq; doctorū in ecclesia usq; hodie similia sustinēt: audiētes uituperationem multorū congregatorū aduersum se in circuitu atq; dicen D tium: Persequimini, & persequamur eos.

1 Cor. 9.c

Act. 17.d

c ¶ *Omnes uiri qui erant pacifici mei, & custodientes latus meū: si quō decip. etc.*] Cum aduersarij surrexerint, & amici quondam atq; pacifici fuerint ad bella conuersi, uoluerintq; nobis insidias tendere: non magnopere curemus, sed optemus hoc dicere quod propheta loquit: Dominus autem mecū est quasi bellator fortis.

d ¶ *Idcireo qui me persequuntur, cadent & infirmi erunt, siue ideo, etc.*] Quia persecuti sunt, ideo propheticum non potuerunt intelligere sermonem: & ignorantiā confusio uehemens consecuta est, nec intellexerunt ignominiā sempiternā, quæ obtinebit eos & nulla oblitione delebit. Dicant igit quod uolunt uiri quōdam pacifici, & qui custodiebant latus meum, & decipere cupiebāt: dummodo iustum uirum atq; doctorem ecclesiæ post persecutionem tanta uindicta tantaq; præmia consequantur.

e ¶ *Et tu domine exercituū probator iusti, siue qui, etc.*] Solus est dominus qui nouerit probare iustitiam: quomodo solus est qui cordis interna conspiciat. Vnde & Iesus sciens cogitationes hominum: non ex professu, ut quidam putant, sed natura deus est. Tale quid & in psalmis sonat: Non iustificabit in cōspectu tuo omnis uiuens. Si uiuens uirtutibus nō iustificat, quanto magis qui pro peccatis mortuus est

Luc. 6.b

Psal. 142.a

Cumq;

A Cumq; sciat iustus propugnatorē habere deū: tamen impatiētia fragilitatis humanæ, quod nouit esse uenturum, iam nūc uidere desiderat. Cui & reuelauit causam suam, qui dicit in alio loco: Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dñs. Felix aūt conscientia, cuius causa dño reuelat, dicente Apostolo: Omne qđ manifestatur, lux est.

Deut. 32.e Heb. 10.f Eph. 5.g

a ¶ *Cantate domino, laudate dominum, quia, etc.*] Qui pauper est spiritu, nec habet diuitias, quæ receperūt in isto seculo consolationem suam: de quibus & Paulus loquitur: Tantum ut pauperum memores esse mus: cum uindictam à domino fuerit consequutus, dominum laudat in spiritu, & se de manu pessimorū eruti gloriatur. Hoc autem totum fit, non nostro merito, sed eius gratia qui pauperem liberauit, nec habet diuitias superbiæ corruentis, sed humilitatem pauperis liberati.

1 Cor. 13.g

b ¶ *Maledicta dies in qua natus sum, etc.*] Qui putant animas B fuisse in cœlestibus, & de meliori in peiorē statum præcipitatas, hoc & huiusce modi utuntur testimonijs: quod scilicet melius fuerit in cœlestibus, quàm in terrenis cōmorari, & corpus humilitatis assumere: noua quædam imò iam uetera hæreseos suæ argumenta quærentes.

Cantāte dño, laudate dñm, quia liberauit animā de manu pessimorū. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea nō sit benedicta. Maledictus uir (siue homo) q annūciauit patri meo dicens: natus est tibi filius masculus, & quasi gaudio lætificauit eū. Sit homo ille ut sunt ciuitates quas subuertit dñs, & non pœnituit eū: audiat clamorē mane, & ululatū in tēpore meridiano, qui nō interfecit me à uulua, ut fieret mihi mater mea sepulchrū, & uulua eius conceptus æternus. Quare de uulua egressus sum, ut uiderē laborē & dolorē, & cōsumerent in confusione dies mei? CAP. XXI

VErbū quod factum est ad Hieremiam à domino, quando misit ad eum rex Sedechias Phashur filium Melchiæ, & Sophoniam filiū Maasię sacerdotem dicēs: Interroga p nobis dñm: quia Nabuchodonosor rex Babylonis prælиatur aduersum nos: si forte faciat dñs nobiscū secūdum oīa mirabilia sua, & recedat à nobis. Et dixit Hieremias ad eos: Sic dicetis Sedechiæ: Hæc dicit dñs deus Israel. Ecce ego cōuertā uasa belli (siue arma bellica) quæ sunt in manib. uestris: & quib. pugnatis aduersum regē Babylonis, & Chaldęos q obsidēt uos in circuitu murorū: & cōgregabo eos (siue ea) in medio ciuitatis huius, & debellabo uos in manu extenta & brachio forti (siue excelso) & in furore, siue in indignatione, & in ira grandi. Et percutiā habitatores ciuitatis huius, homines & iumenta pestilentia magna morientur. Et pōst hæc

Iob 3.a

Eccli. 22.b & 30.c Iob 3.d Matt. 26.c

Amos 5.e Gen. 47.b

Eph. 5.d Gal. 1.d

obsessa Hierusalem à propheta hoc scisciari Sedechiā. Et notandum quod in prophetis, maximeq; in Ezechiele & Hieremia, nequaquam regum & temporum ordo seruetur: sed præpostere, quod iuxta historiam postea factum sit, prius referri: & quod prius gestum sit, postea. Aliud enim est historiam, aliud prophetiam scribere: ut in præsenti loco, Sedechias qui cum urbe Hierusalem captus est, mittēs scribitur ad Hieremiam: & eo tempore quo obsidebatur Hierusalem: & postea narratur historia Ioakim fratris eius qui ante eum rex fuit: & Ioachin, id est, Iechoniæ qui fuit filius Ioakim: super quibus dicetur in sequentibus.

d ¶ *Et dixit Hieremias ad eos, sic dicetis Sedechiæ: Hæc dicit dominus deus Israel, Ecce ego conuertam, etc.*] Frustra, inquit, repugnare uultis Chaldæis obsidentibus, & arma bellica præparatis: quorum in media tantum urbe usum habebitis, ut armati esse uideamini. Cæterum illis obsidentibus, ego uos debellabo in manu extenta & brachio forti, meoq; furore & indignatione percutiam: ut & uos & omne quod spirat, fame & pestilentia in media urbe moriatur. Quod quidem & factum legimus. Absque ulla enim corona strepituq; pugnantium urbs tanta obsidione capta est, ut quos uincerent non haberent, sed quos tantum caperent. Meliores, ait, fuerunt gladio uulnerati, quàm occisi fame.

e ¶ *Et post hæc, ait dominus, dabo Sedechiam regem Iudæ, etc.*] Hoc quod nos transtulimus: In manu Nabuchodonosor regis Babylonis

& in manu inimicorũ eorũ: in Lxx.nõ habeť.Et pro eo quod nos diximus:Non flectet, neq; parcet, nec misere bitur:Lxx.trãstulerũt:Non parcã,nec miserebor.Me liusq; est iuxta Hebraicũ,ut crudelis sententia & inflexi bilis,magis regis Babylonij q̃ dñi esse uideat. Primum autem de uniuersa ur be prophetatum est: nunc proprie Sede chiæ prædicitur,& po pulo eius qui residui fuerint post pestem, gladium, & famem, quod à Nabuchodono sor rege Babylo nio capiendus sit, in terficiendusque cum amicis suis gladio: nec ullam eius mise ricordiam speret: cu ius fœdus & necessi tudinem periurio de seruit. a ¶ *Et ad po pulum hunc dices: Hæc di cit dominus: Ecce ego do co ram uobis uiam uitæ & ui am mortis.*] His qui à rege missi sunt & ad prophetam uenerant deprecandum,ut in terrogaret pro eis do minum, superiora re sponderat,& quæ re ferrent regi Sedechię.

B Nunc hortatur ut re spondeant populo: datq; consiliũ ut trans fugiant ad Chaldæos contra regiam uolun tatem: quod periculo sum fuisse prophetæ,

Supra 20.d nullus ignorat.unde & mortẽ sibi imprecať & dicit:Ma ledicta dies in qua natus sum. Et:Quare de uulua egres sus sum,ut uiderẽ laborẽ & dolorẽ?Non q̃ leue sit nec dum captis dare consilium,sed ultro tradere captiuita ti:quali si passuris naufragiũ imperet, ut ante naufragiũ & dissipatã nauem:remos & tabulas corripiãt,& se un dis tradant:sed q̃ tolerabilius sit utcunq; captos uiue

Infrà 38.a re,q̃ gladio,fame,& peste consumi. Sunt qui hunc lo cum secundũ tropologiã sic edisserunt: melius esse secu laribus se tradere disciplinis, & maxime philosophiæ, q̃ in illa permanere ecclesia, in qua fames sit sermonis dei: & cunctus populus hæreticorũ gladio doctrinæq; penuria,& hæretica peste moriatur. b ¶ *Et domui regis Iuda,audite uerb,etc.*] Quodq; sequitur:Propter maliciam studiorum uestrorum: in Lxx.non habetur. Quia su prà dixerat,& ad populum hunc dices, hæc dicit domi nus:consequenter nunc infert,& domui regis Iuda: ut subaudiatur,dices,hæc dicit dominus: ἀρχὴ νοινῶ enim & superiora & inferiora iunguntur:ut sit sensus:Et ad po pulum hunc dices,hæc dicit dominus:Proprie aũt ser mo fit ad domum regiam,ob cuius maxime culpã ciui tas obsidetur,ut emendet errorem pœnitudine: & cle mentiam domini consequat. Iudicate,inquit,mane iu dicium,non in tenebris iniquitatis,sed in luce iustitiæ. Et eruite ui oppressum de manu calumniatoris,ut non accipiatis personam in iudicio,sed diuitibus pauperes opprimentibus,magis apud uos dei imperium ualeat quàm potentia persequentis.Et si, inquit, hoc feceritis, nequaq; succendetur in uobis ignis furoris mei, nec in ueniet materiã quam consumat.Incredibilis in hoc lo co dei clementia demonstrať,ut de quibus suprà dixe rat:Posui enim faciẽ meã super ciuitatẽ hanc in malum & non in bonũ,in manu regis Babylonis tradeť,& exu ret eam igni:iam domini ingruente sententia,eos pro uocet ad salutem. Nõ quod ignoret urbem Hierusalem esse capi endam,sed quod libe rum homini seruetur arbitrium: ut non ig norantia futuri, sed uoluntate propria ui deantur perire. Quo modo & saluator scie bat apostolum nega turum, & se esse cruci figẽdum: quippe qui hoc apostolis sæpe prædixerat: & nihilo minus commonebat, uolens eos corrigere ad pœnitentiam: ut quicquid postea su stinuerunt, suo uitio eis acciderit non du ritia comminantis.

c ¶ *Ecce ego ad te habita tricem,etc.*] Quodq; se quitur:Iuxta fructum studiorum uestrorũ, dicit dominus:in Se ptuaginta non habe tur. Pro habitatrice uallis solidæ atq; cam pestris, Septuaginta transtulerunt:Ecce e go ad te, qui habitas in ualle צור campe stri, pro quo Symma chus, petram: Theodotio obsessam, interpretati sunt: Aquilæ prima editio solidam, secunda Tyrum. צור e nim siue צור lingua Hebræa,& Tyrũ,& silicem & coar tatam sonat. Loquitur autem contra Hierusalem quæ obsidione uallata est: siue in similitudinem Tyri quasi mari grandi,ita Babylonio exercitu cingitur,& euade re non potest: aut certe quæ est instar petræ durissimæ inexpugnabilem putat atq; robustã, pro soliditate mu rorum & magnitudine,& dicit: Quis terrere nos pote rit? & quis ingredieť domos nostras? cum ecõtrario lo quatur deus: Ego uisitabo uos, meũ euadere oculum nõ poteritis. Visitabo aũt uos in perniciẽ, & reddã uo bis fructum maliciæ uestræ: Et ego succendã ignem in saltu uestro. Non Babylonius,ut putatis: non rex Chal dæorũ,sed mea hæc omnia ira perficiet. Saltũ aũt uocat Hierusalem & omnem circa regionẽ, quæ frugiferas ar bores bonorum operum non habet, quod sit incẽdio præparatus. Pulchreq; uallem appellat campestrem, q̃ peruia sit hostibus, & non montem excelsum, qui diffi culter ascendi potest: iuxta quod & in Esaia dicitur: Vi sio uallis Sion. Quicquid ad domum regiam & ad ur bem metropolim prophetatur,referamus ad ecclesiasti cum ordinem, & ad principes ecclesiarum eos dunta xat qui se superbiæ & diuitijs lasciuiæq; tradiderint. Nec statim quia domus regia est, ab interitu liberabit: quomodo & qui de stirpe fuere Dauid, pauci admodũ sunt inuẽti, qui placuerint dño, ut ipse Dauid, Ezechias & Iosias: magnaq; pars principũ & stirpis regiæ, in uni uersum populum iram domini prouocauit.

Esaiæ 22.f

Hæc

A HAec dicit dominus,Descende,etc.] Hæc uisio,imõ hic ser mo dñi uel ante fit ad prophetã, q̃ Sedechias nun cios ad eum mitteret: uel certe postq̃ nuncijs præcepit quid regi referre deberẽt, præcipit Hieremiæ, ut nequa quã per nuncios loquať ad regẽ, sed ipse uadat ad pala tium, & ibi loquatur ei. Simulq; animad uertamus diuinam sa pientiam, quod per nuncios iubet tristia nunciari: mixtis & prosperis, si agere uo luerit rex pœniten tiam. Hic uero quia ipsi imperatur ut per gat: non tristia nun ciat & captiuitatẽ iam iamq; uenturam, sed monet quid facere de beat, ut uitet impen dentem sententiã dei. Regũ aũt propriũ est facere iudicium & iu stitiam, & liberare de manu calumniatorũ ui oppressos,& pere grino pupilloq; & uiduæ, qui facilius op primuntur à potenti bus,prębere auxiliũ. Et ut curã eis præce ptorum dei maiorem iniecret, intulit: Noli te contristare, ut non

B solũ non eripiatis, sed ne patiamini quidem per uestram cõniuen tiam ab alijs contrista ri. Et sanguinem inno centẽ nõ effundatis in loco isto. Homicidas eñ & sacrilegos & uenenarios pu nire,nõ est effusio sanguinis,sed legũ ministeriũ. Si,in quit,hæc feceritis,ô reges Iuda,tenebitis pristinã pote statẽ,& cũ ambitione ingrediemini portas Hierusalem. Sin aũt facere nolueritis, ô domus regia,non tã domi ni erit crudelitatis, q̃ tuæ uoluntatis, ut omnis ciuitas redigať in solitudinem. Quicquid regię domui dictum est,intelligant episcopi, socijq; eorũ presbyteri atq; dia coni,& omnis ordo ecclesiasticus: quod si fecerint quæ præcepta sunt, & inter cætera innocentẽ sanguinẽ non fuderint, scandalizantes minimos quosq; & percutien tes conscientias singulorum: obtineant traditam sibi à domino dignitatẽ. Sin autem facere noluerint atq; con tempserint, ipsi redigant ecclesiam dei in solitudinem. Ingrediũtur autem de genere Dauid per portas Hieru salem,& sedent super thronũ eius qui interpretatur for tis manu,& ascendũt currus & equos:quãdo refrenant & suas & populi perturbationes, & cõposito in ecclesia ingrediunť gradu, & multarũ uirtutũ choro, sibiq; ex omni parte concinentiũ. Et ut hoc uerũ esse credamus,

Heb.6.g iurat per se, quia iuxta Apostolum, maiorẽ alium per quem iurare possit nõ habet. b ¶ *Quia hæc dicit dominus super domum,etc.*] Galaad quam possedit dimidia tribus Manasse,trans Iordanem scriptura cõmemorat. In quo monte Laban fugientẽ consequutus est Iacob, & mons

Gen.13.f iuxta Genesin nomẽ accepit σωρός, id est tumultus testi monij,eo q̃ ibi Iacob Labanq; iurauerint in aceruũ la pidibus congregatis. Est autem caput siue principium Libani montis excelsi,qui uniuersus cedris cõsitus est, iuxta illud Dauid canẽtis: Et cõmouebit dñs cedros Li bani. Et alibi: Vidi impiũ superexaltatũ & eleuatũ sicut cedros Libani. Et in Zacharia legimus: Aperi Libane portas tuas,& comedat ignis cedros tuas. Igitur præsen ti loco,quia ad domũ regiam loquebať, per metapho ram loquitur ad tem plum, siue ad domũ tirpis Iuda,quod ip sa sit in excelso, siue quod de templo atq; sacrario, omniũ pec catorum remedia po scebãtur. Vnde & hic idem propheta com memorat: Nunquid Supra 8.g resina non est in Ga laad: aut medicus nõ est ibi? Quare non a scẽdit curatio filiæ po puli mei? Commina tur igitur regiæ do mui, & urbi Hieruśa lem, & templo quod uocat caput Libani, quod redigendum sit in solitudinem cum uniuersis urbib. suis: non potẽtia regis Ba bylonij, sed domini iussione,qui dicit:san ctificabo super te in terficientem. Sanctus autem uocatur Nabu chodonosor, & om nis exercitus,qa exe quitur sententiã dei. Et succident, inquit, electas cedros tuas: potentes quosque & principes ciuitatis: & mittent in ignem, ut omnia deuorans flamma consu mat. Cumq; deleta fuerint uniuersa, transibunt gentes multæ per ciuitatem & templum,quod eis prius ingre di non licebat, & unusquisque loquetur proximo suo: quare fecerit dominus ciuitati inclytæ & magnæ tam su bitam & tam grandem euersionem. Respondebunq;, inquit,qui interrogati fuerint, & exponent causas rui narum, dicentes: quia dereliquerunt pactum domini dei sui,& pro deo idola uenerati sunt. Audiat hoc & no stræ urbis domus regia & principes eius, & cedri quæ eleuant usque ad nubes uerticem suum, & per superbiam loquuntur: quis nos uidebit, quod cito flamma domini consumantur, si noluerint illius præceptis ac quiescere. Alia autem est sanctificatio interfectoris & ar morum eius: alia sacerdotum & eorum qui ministrant domino. c ¶ *Nolite flere mortuum,neq;,etc.*] Iosias rex iu stus tres filios habuit: Ioachaz & Ioakim & Sedechiam, 4 Reg.25.g quorum primum rex Aegypti Pharao Nechao capti et 24.25.b uum duxit in Aegyptũ, ibiq; mortuus est: & constituit pro eo regem Eliachim fratrem eius. Quo mortuo re gnauit filius eius Iechonias, qui à Nabuchodonosor rege Babylonio, cum matre & principibus ductus est in captiuitatem, pro quo patruus eius regnauit Sede chias: qui capta Hierusalẽ ductus est in Babylonẽ. Quæ ritur itaq; quis sit iste qui fieri non debeat: ducendusq; sit in captiuitatẽ, & ultra non reuersurus, cum tres capti sint atq; transducti? Hebræi putant hoc omnibus con uenire, id est, & Ioachaz & Iechoniæ & Sedechiæ: appel lariq; omnes filios Iosiæ Sellẽ siue Sellũ, quod inter pretatur שלום

C

Psal.28.b Zach.11.d

D

A pretatur, cōsummatio siue cōpletio, eo q̄ regnū Iuda in ipsis finitū fit. Mihi aūt proprie hoc dici uidet de Sedechia, de quo præsentis & præteriti capituli prophetia est, in quo uere regnū Iuda finitū est: sub quo & urbs capta est, ductusq; in Babylonē, ibi mortuus scribit. Iste est Sellum, id est, consummatio atq; cōpletuo, filius Iosiæ, rex Iuda: qui regnauit pro Iosia patre suo. Iechonias aūt nō fuit filius, sed nepos Iosiæ, filius Ioakim, ut à principio uisionis q̄ misit ad Hieremiam rex Sedechias Phassur filiū Melchiæ & Sophoniā filiū Maasiæ sacerdotem, usq; ad istud capitulum, omnia ad regem & de rege Sedechia dici intelligamus. *a ¶ Væ qui ædificat dom. etc.*] Vtramq; editionem ex integro posui, ut & Hebraica ueritas & difficultas uulgatę editionis facilius cognoscat. Est autem sermo cōtra Ioachim filium Iosiæ regis Iudæ, de quo suprà dixi mus: quem constituit Nechao Pharao rex B Aegypti pro Ioachaz fratre suo, quem uinctum duxit in Aegyptū. Legimus autē, ut 4 Reg. 23 tam Regū q̄ Paralipo- & 24. a menon narrat histo- 2 Par. 36. a ria, undecim annis regnasse in Hierusalem Ioakim filium Iosię, et regnasse crudeliter, & exercuisse impiū, & postea mortuum: nec tamē eius sepultura narratur. Hanc habente scriptura sacra cōsuetudinē, ut omnes reges & mortuos referat & sepultos. Hunc autem proprie narrat mortuum, & non sepultum, de quo dicemus in posterioribus. Plangit itaq; suprадictū regem, quod cōfidat in iniustitia, & putet esse perpetuā regiam dignitatem: faciatq; sibi cœnacula, & amicos opprimat: operantibusq; non reddat mercedem suam, & æternam palatij sui ædificationem arbitretur. Nunquid, ait sermo diuinus, regnare poteris in perpetuū: quoniam conferre te cupis cedro excelsæ, patri tuo Iosiæ uidelicet regi iustoꝛ Pater, inquit, tuus & comedit & bibit & fruitus est opibus regijs: nec tamen in eo offendit deum quod habuit diuitias: sed in eo placuit, quod fecit iudicium atque iustitiam. Et idcirco tam in præsenti seculo quàm in futuro bene ei fuit & erit. Iudicauit, inquit, causam pauperis & egeni, & in eorum refrigerium quos audiuit, & proprie in bonum suum. Hæc aūt omnia euenerunt ei prospera, quia me cognouit, dicit dñs. Tui uero, ò Ioakim, tis super eum: plangite fletu eum qui egreditur, quia nō reuertetur ultra, nec uidebit terram natiuitatis suæ. Quia hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda: qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto: non reuertet huc amplius, sed in loco ad quē trāstuli eum, ibi morietꝛ, & terram istam non uidebit amplius.

HEBR. Væ qui ædificat domū suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Amicum suum opprimit frustra, & mercedem eius non reddit ei. Qui dicit, ædificabo mihi domū latam, & cœnacula spaciosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitq; sinopide. Nunqd regnabis, quoniā confers te cedro? Pater tuus nónne comedit & bibit & fecit iudicium & iustitiam, tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni, in bonum suum: nunquid non ideo, quia cognouit me, dicit dominus? Tui uero oculi & cor ad auaritiam & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.

SEP. O qui ędificas domū tuā nō cū iustitia, & cœnacula tua non in iudicio. Apud eū proximus operatꝰ gratis, & mercedem ei nō reddit. Aedificasti tibi domū paruulā: cœnacula perflatilia distincta fenestris: et cōtignata cedro, & lita sinopide. Nunqd regnabis, quia tu cōtendis contra Achaz patrē tuū? non comedent & nō bibēt. Melius tibi erat facere iudiciū & iustitiam bonā: nō cognouerunt, non iudicauerūt iudicium humili, neque iudiciū pauperis. Nónne hoc est te ignorare me, dicit dominus? Ecce non sunt oculi tui recti, nec cor tuū bonum, sed ad auaritiā tuam, & ut sanguinē innocētem effundas, & ad iniquitatē & homicidiū ut facias ea.

Propterea hæc dicit dominus ad Ioakim filium Iosiæ, regem Iudæ. Non plangent eum, uæ frater, & uæ soror: non concrepabunt ei, uæ domine, & uæ inclyte. Sepultura asini sepelietꝰ putrefactus & proiectus extra portas Hierusalē. Ascēnde Libanū & clama, & in Basan da uocē tuā, & clama ad transeuntes, quia cōtriti sunt oēs amatores tui. Locutus sum ad te in abundātia tua, dixisti, nō audiā: Hæc est uia tua ab adolescentia tua, quia non audisti uocē meā. Omnes pastores (siue amatores) tuos pascet uentus, & amatores (siue amici) tui in captiuitatē ibunt. Et tūc cōfunderis & erubesces ab omni malicia tua. Quę sedes in Libano & nidificas in cedris: quomodo congemuisti cū uenissent tibi dolores quasi dolores parturientis? Viuŏ ego, dicit dñs: quia si fuerit Chonias filius Ioakim regis Iuda anulus in manu dextera mea: inde euellā eū (siue te,) & dabo te in manu quærentiū animā tuā, & in manu quorū tu formidas faciē, & in manu Nabucho donosor regis Babylonis (quod in Lxx. non habet) & in manu Chaldæorū. Et mittā te (siue proijciā te) & matrē tuam quę genuit te, in terram alienā, in qua nati nō estis, ibiq; moriemini. Et in terrā ad quā ipsi leuāt animā suā, ut reuertantur, illuc non reuertentur. Nunqd uas fictile atq; cōtritum uir iste Chonias? Nunquid uas absq; omni uoluptate (siue utilitate?) Quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? Terrā, terra, terra, audi sermonem domini. Hæc dicit dñs: Scribite uirū istū abominatū siue sterilē, & reliqua: intelligere de dño maiestatis. Scribit aūt hoc, ne discipuli eius negare audeant, in quinto Stromatū libro. *c ¶ Nunquid uas, etc.*] Pro eo qđ nos diximus: Nūquid uas fictile atq; contritū, Symmachus trāstulit: Nūquid purgamētū siue quisquiliæ uiles atq; proiectæ? Pro quo in Lxx. nihil habet: sed hoc tantum interpretati sunt: Inhonoratus est Iechonias: quasi uas in quo nulla est utilitas. Et cū hoc de Iechonia dicatur filio Ioachim, audet quispiā ad typum referre Christi, & ex eo quod apostolus dicat dñm saluatorē imagi- *Coloss. 1. c*
nem esse dei inuisibilis, primogenitū omnis creaturæ, id est, sapientiā, uerbum, ueritatē atq; uitam & iustitiā, eum appellari anulum, qui proijciatur uel auellatur de manu dñi, & regi tradatur Nabuchodonosor? Abiecti sunt, inquit, ipse & semē eius, & proiecti in terrā quam ignorabant. Quod de Iechonia factū nemo dubitat. Iechonias interpretatꝰ dñi præparatio: cui in præsenti loco prima syllaba, id est dñi nomē auferē, & dicitur Chonias, ut subaudiatꝰ perditioni & interitui præparatus. יְהוֹיָכִין כָּנְיָהוּ

d ¶ Terrā, terra, terra, audi, etc.] Si uoluero per loca notare singula

A Hebræa narrat historia. Vnde & in Malachim mortuus
4 Reg. 24 scribitur, & sepultus tacet. In libro Dierū legimus, uin-
2 Par. 36. 4 ctum catenis & ductum in Babylonē: nec ultra quid refertur de eo. Pulchreq; sepultura asini dicit eū sepeliendum, ut alijs uerbis significet insepultū, hoc est à bestijs auibusq; lacerādum. Hæc est enim asini sepultura. *a ¶ Ascende Libanū, & clama, et in Basan da, etc.*] Per metaphoram Libani & Basan, regionū & montium trans Iordanem ad Hierusalem sermo dirigitur, quod frustra in Aegypto sit cōfisa, siue ad ipsum Ioakim, qui eo tempore regnabat in Hierusalem, & ab Aegyptijs rex fuerat cōstitutus, quod frustra Aegyptiorum speret auxiliū, & quod ipsi quoque à Babylonio rege superandi sint, & dūcēdi in captiuitatem. Quodq; ait: Locutus sum ad te: hoc est, ipse deus per prophetas, siue locuti sunt ad te, ut subaudiat prophetæ mei, & tu in abun-
B dantia tua dixisti, nō audiā. Arguit eam superbiæ, & quod diuitiarum magnitudine abusa sit in cōtemptū dei. Et narrat, quod nō solum hoc tempore, sed ab initio quando educta sit de Aegypto, non audierit uocem dei: unde & oēs pastores eius & principes huc illucq; dispersi sint, & captiuitati Babyloniæ colla submiserint. Quodq; infert: Quæ sedes in Libano & nidificas in cedris: arrogantiā sugillat quæ de omniū rerum creuerat abundantia, & q̄ instar mulieris puerperæ repētinus ei dolor & subita ueniat captiuitas. Quod aūt nos diximus, clama ad transeuntes, & in Hebraico scriptum est בִּיבְרִית Lxx. Theodotioq; uerterūt, trans mare: Symmachus decōtra, ut significet q̄ uox propheræ de Hierusalē usq; ad mōtē Libanū & Basan debeat peruenire. *b ¶ Viuo ego, dicit dominus, etc.*] Suprà dixerat, Domui regis Iuda hæc loqueris: & deinde, Descende in domum regis Iuda. Et iterū: Hæc dicit dominus super domum regis Iuda: & præpostero ordine, postquam locutus est de Sedechia qui ultimus regum fuit in Hierusalem: reuertitur ad Ioakim fratrē eius qui ante eum regnauit. Qua uaticinatione cōpleta, nunc loquitur ad filiū Ioakim, nepotem Iosiæ, regem Hierusalem Iechoniam, qui & alio nomine appellatur Ioachin: qui captus à Nabuchodonosor cum matre sua, principibus & artificibus & multis nobilibus, ductus est in Chaldæā, ibiq; mortuus. Hoc igitur dicit, si quomodo anulus non recedit de manu portātis, & de digito difficulter elabitur: sic sit in manu mea Iechonias, tamen euellam eum & tradam regi Babylonio, ibiq; cum matre & omnibus socijs suis morietur, & ultra terram Iudæam quam desiderat non uidebit. Miserabilis Grūnius, qui ad calumniādos sanctos uiros aperuit os suū, linguamq; suam docuit mendacium, Sexti Pythagorei hominis gētilissimi, unum li-
brum interpretatus est in Latinū: diuisitq; eum in duo C
uolumina, & sub nomine sancti martyris Xysti, ut bis Romanæ episcopi, ausus est edere: in quib. nulla Christi, nulla spiritus sancti, nulla dei patris, nulla patriarcharū, prophetarū & apostolorū fit mētio, & hūc librū solita temeritate & insania, anulū nominauit, q̄ per multas prouincias legit, & maxime ab his q̄ ἀπαθῆ & impeccantiam præ dicāt. Quomodo igitur dñs Iechoniam instar anuli de manu sua & digito se proiecturum cōminatur: ita lectorem obsecro, ut nefariū librū abijciat: legatq;, si uoluerit, ut cæteros philosophorum libros, nō ut uolumen ecclesiastici. Soleo in cōmentarijs & explanationibus, quorum mos est diuersas sentētias ponere interpretū, huiusmodi miscere sermonem: quidam hoc dicunt, alij hoc autumant, nōnulli hoc sentiūt. Quod & ipse miserabilis Grunnius & D
post multos annos discipulus Iouiniani & illius, calūniati sunt, & calumniantur me sub alienis nominib. proprias sentētias ponere: quod ego causa beneuolentiæ facio, ne aliquē certo nomine uidear lacerare. Quia igitur benignitas uersa est in calumniā: nunc dico & illi qui mortuus est, & isti qui uiuit, & hæresim illius instaurare conatur, magistrū eorū Origenē hunc locū referre ad Christū, quod de manu dei patris instar anuli auulsus sit, & missus in terram captiuitatis, in uallem lachrymarum, crucique traditus: matrem quoq; eius, haud dubium quin synagogā captā atq; proiectā. Et nō pertimescit ista cōmemorans, hoc quod sequit: Terra, terra, terra, audi uerbū dñi. Hęc dicit dñs: Scribe uirū istū abominatū siue sterilē, & reliqua: intelligere de dño maiestatis. Scribit aūt hoc, ne discipuli eius negare audeant, in quinto Stromatū libro. *c ¶ Nunquid uas, etc.*] Pro eo qđ nos diximus: Nūquid uas fictile atq; contritū, Symmachus trāstulit: Nūquid purgamētū siue quisquiliæ uiles atq; proiectæ? Pro quo in Lxx. nihil habet: sed hoc tantum interpretati sunt: Inhonoratus est Iechonias: quasi uas in quo nulla est utilitas. Et cū hoc de Iechonia dicatur filio Ioachim, audet quispiā ad typum referre Christi, & ex eo quod apostolus dicat dñm saluatorē imagi- *Coloss. 1. c*
nem esse dei inuisibilis, primogenitū omnis creaturæ, id est, sapientiā, uerbum, ueritatē atq; uitam & iustitiā, eum appellari anulum, qui proijciatur uel auellatur de manu dñi, & regi tradatur Nabuchodonosor? Abiecti sunt, inquit, ipse & semē eius, & proiecti in terrā quam ignorabant. Quod de Iechonia factū nemo dubitat. Iechonias interpretatꝰ dñi præparatio: cui in præsenti loco prima syllaba, id est dñi nomē auferē, & dicitur Chonias, ut subaudiatꝰ perditioni & interitui præparatus. יְהוֹיָכִין כָּנְיָהוּ

d ¶ Terrā, terra, terra, audi, etc.] Si uoluero per loca notare singula

singula, quãta Lxx. uel prætermiserint uel mutauerint, longũ fieri: præsertim cum possit diligẽs lector ex utraq; editione considerare quid mutatũ, quid additũ, quid subtractum sit. Pro sterili in Hebræo scriptum est עקרה quod Aquilæ prima editio sterilem, secũda ἀνεψξητὸν, id est, nõ crescentem: Symmachus uacuũ: Lxx. & Theodotio abominabilẽ & abdicatum interpretati sunt. Fit autẽ quæstio, quomodo stare possit prophetia, de stirpe eius nullum esse generatũ, qui sederit super thronũ Dauid, nec princeps fuerit ultra in Iuda, cũ dñs atq; saluator de huius natus sit semine: sup cuius ortu loquit Gabriel ad Luc. 1.c Mariam: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomẽ eius Iesum. Ipse erit magnus, & filius altissimi uocabitur: & dabit ei dñs deus sedẽ Dauid patris sui, & regnabit super domum Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Possumus ergo hoc dicere, quoniam illud quod deest in Septuaginta, uidelicet in diebus eius non prosperabitur, siue non crescet, ignorantibus fecerit quæstionem. Septuaginta enim transtulerunt: Scribe uirum istum abdicatum hominem, quia non crescet de semine eius uir qui sedeat super thronum Dauid princeps ultra in Iuda, quod in Hebraico bis positũ est, quod putãtes qui ab initio scripserunt in Græcis libris additũ, subtraxerunt. Respondeamus igitur quod in diebus Iechoniæ non successerit ei uir qui sederit super thronũ eius, sed multo post tempore de semine eius natus sit qui solũ eius obtinuerit. Potest aũt & sic solui: Non sedebit qui dem super thronũ Dauid uir et homo, sed sedebit deus: regnumq; eius non erit terrenum & breue, ut fuit Dauid, sed perpetuum atq; cœleste, dicente scriptura: Regnabit super domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Natus est ergo de Ioakim Iechonias, de Iechonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel, & per ordinem uenitur ad Christum. Sed in diebus Ioakim non successit ei rex filius, sicut ipse patri successerat, sed fuit in captiuitate & Salathiel & Zorobabel, & usq; ad Christum nullus regiam obtinuit potestatem. Hoc autem id circo, quia in Hebraico scriptum est: in diebus eius & in tempore suo, quo ipse fuit: non erit uir qui sedeat super solium Dauid. Omnes enim fuere captiui, & nullus deinceps de stirpe Dauid in terra Iudæa tenuit principatũ. Vnde & Iosephus refert de sacerdotali genere ac tribu Leui fuisse principes, quibus successerit Herodes Antipatri proselyti filius, & postea sub Vespasiano, regnum huius generis, imò imaginem imperij funditus fuisse deletam.

CAP. XXIII

Væ pastoribus qui disperdunt & lacerant gregem pascuæ meæ, etc.] Ad pastores, siue de pastoribus propheticus sermo est. Et quia de Iechonia penultimo rege Iudææ, qui fuit de stirpe Dauid legimus scriptum: Terra, terra, terra, audi sermones dñi, scribe uirũ istũ abdicatum siue sterilẽ, & nõ erit de semine eius uir, qui sedeat super solũ Dauid: omisq; spes regni Iudaici fuerat amputata, transit ad principes ecclesiæ, & synagoga cũ suis pastoribus derelicta atq; damnata, ad apostolos sermo fit, de quibus dicit: Et Ezech. 34 suscitabo sup eos pastores, & pascent eos: non formidabunt ultra, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit dñs. Apostoli enim cõfidenter & absq; ullo timore pascẽt ecclesiasticũ gregẽ, & reliquiæ populi Israel saluabũtur de omnibus terris, & conuertent ad rura sua siue ad pascua sua, & crescet & multiplicabuntur. Super malos autẽ pastores, scribas & pharisæos uisitabit dñs propter maliciã studiorũ ipsorũ. Possumus aũt hoc iuxta tropologiã, & de eccle Tropol. siæ principibus intelligere, qui tamẽ non digne regunt oues dñi: quod illis abiectis atque damnatis, saluet populus alijs traditus qui digni extiterint, D iustus & reliquiæ saluæ fiant. Perdunt oues pastores, qui docent hæresim. Lacerãt & dissipant, qui schismata faciũt. Efficiunt eas, qui contra iustitiam de ecclesia separãt. Nõ uisitant, qui pœnitẽtibus contrahunt manũ. Quorum omnium miserebitur dñs, reddens eis pristina pascua, & malos pastores auferens. *b* ¶ *Ecce dies ueniunt, etc. iustus noster.*] Quod Hebraice dicitur וזה שמו Hoc quod in Lxx. male additum est, in prophetis penitus amputandum. Aliud enim capitulum sequitur quod ab eis prætermissum est: quo finito, titulus est ad prophetas, siue cõtra prophetas, de quo suo dicemus loco. Abiectis ergo pastorib. synagogæ, scribis uidelicet & pharisæis, & saluatis reliquijs ex Israel, apostolisq; euangelij in locũ priorũ principũ constitutis: inducitur pastor pastorũ; & princeps principũ, & rex regũ, & dñs dominantiũ, Christus uidelicet saluator noster, qui proprie est germen iustum, siue oriens iustus, de quo legimus: Orie- Psal. 71.b tur in dieb. eius iustitia. Et in alio loco: Ecce uir oriens Zach. 6.c nomen eius & subter eum oriet, & ædificabit templum Esaiæ 7.c domino: ut quomodo in Esaia Emmanuel appellatur, hoc est nobiscum deus, sic in Hieremia nomẽ accipiat, iustitia nostra. Vnde & Apostolus loquit: Qui factus est 1 Cor. 1.d sapietia nobis à deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio. Cui contrarius antichristus & eius habitator diabolus, in Zacharia stultus pastor dicitur: Et faciet, in- Zach. 11.d quit, iudicium & iustitiam in terra. Non enim pater iu- Ioan. 5.d dicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. In diebus illis & duæ & decẽ tribus, Iuda & Israel, pariter saluabuntur. Et de duabus uirgis, iuxta Ezechiel, una uir Ezech. 37.d ga fiet: Nomenq; eius, si iuxta Lxx. uocauerit eum dominus, appellabitur Iosedech, id est, dñs iustus. Si secundum Hebraicũ, qui dixerit, nomẽ eius uocabunt: dicetur dominus iustitia nostra. Hoc enim significat יהוה צדקינו Pro quo Symmachus uertit, domine iustifica nos. *a* ¶ *Propter hoc ecce dies ueniunt, etc.*] Hoc omne capitulũ in Lxx. non habetur: Cuius hic sensus est, quòd nequaq; per Moysen populus dei de Aegypto liberetur, sed per Iesum Christũ de omni orbe terrarum in quem dispersus fuerat. Quod ex parte & nunc completur in mũdo, & ex toto cõplebitur quando de oriente & occi- Matt. 8.b dente, septentrione & Rom. 11.c meridie, uenient & discumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Vt postquã subintrauerit plenitudo gentiũ, tũc omnis Israel saluus fiat. *c* ¶ *Ad prophetas siue in prophetis, uel contra proph. etc.*] Hic titulus, ut supra diximus, in editione Lxx. finis anterioris capituli positus est, ubi scriptũ legimus: & hoc est nomẽ quo appellabit eum dominus Iosedech, in prophetis. Quod plerisq; ignorantes, uaria explanationis delyramenta confingunt. Multoq; melius fuerat simpliciter insciam confiteri, quàm imperitiæ suæ alios B hæredes facere. Est autẽ sermo contra prophetas, imò pseudoprophetas Hierusalẽ & Samariæ, quos nunc communi & uulgato nomine prophetas uocat, de quibus scriptum est in consequentibus: & in pphetis Samariæ uidi iniquitatẽ, statimq;: Et in prophetis Hierusalem uidi horribilia. Quãdo autem ponit coniunctionẽ, &, ostendit superiora de prophetis dicta domini, qui & ipsi pseudoprophetarũ similes exiterunt. *c* ¶ *Contritum est cor, etc.*] Considerato uultu omnipotentis dei, hoc est patris, & considerato Heb. 1.a uultu filij, qui iuxta Apostolum splendor illius gloriæ appellatur, & forma substantiæ dei: propheta & animo & corpore perhorrescit, & intelligit esse se nihili, secun- Psal. 72.d dum quod & in alio loco dicitur: Vt iumentum factus sum apud te: Siue uictimam conscientiæ & humilitatis Ibid. 50.d suæ offert deo, iuxta illud quod in psalmis legitur: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Ossa autem quæ contre- Ibid. 34.b muerunt siue commota sunt, illa intelligamus, de quibus idem canit: Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tui? Factus est quasi ebrius & quasi homo madidus siue soporatus uino, nullam habens in- Ibid. 93.b telligentiam nullamq; sapientiam. Dominus enim nouit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt. Si autem hoc ita est, ubi sunt qui perfectam in homine iustiam prædicant? *e* Quod si responderint de sanctis hoc se dicere, non de seipsis, certe nullum puto sanctiorem esse Hieremia, qui uirgo propheta, sanctificatusq; in utero, ipso nomine præfigurat dominum saluatorem. יהוה צדקינו Hieremias enim interpretatur dñi excelsus. *d* ¶ *Quia adulteris repleta est terra, etc.*] Hoc quod de Hebraico posuimus, quia adulteris repleta est terra: in Lxx. non habetur, qui iuramentum dixere pro maledictione. Reditq; causas quod propter adulteria & maledicta, siue superfluũ iuramentũ, imò periuria, frugum sterilitas consecuta sit. Quicquid de terra Iudæa iuxta literã intelligis, refer ad congregationẽ credentiũ, quoniã propter adulteria & mendacia siue periuria, uirtutũ & donationũ dei sterilitas in ecclesiis sit. *e* ¶ *Prophetæ nanq; & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni mala eorũ ait dominus, etc.*] Quando in ecclesia dei & maxime in principibus eius inueniuntur mala, sciamus esse cõpletum: Propheta & sacerdos polluti sunt, in domo mea inueni mala eorũ, ait dominus: Domus aũt Christi ecclesia est, de qua & Apostolus scribit ad Timotheum: Vt 2. Tim. 3.b scias quomodo te oporteat in domo dei cõuersari, quæ est ecclesia dei uiui, columna & firmamentũ ueritatis. In propheta, doctorẽ accipe: in sacerdote, ministerij dignitatẽ. Qui si prauamente consenserint, erit uia eorũ in lubricũ & in tenebris, nec D habebunt dominum loquentem: Ego lux Ioan. 12.g in mundum ueni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Vnde sanctus loquitur, omnes tenebras fugiens: Signatum Psal. 4.b est super nos lumẽ uultus tui domine, dedisti lætitiam in cor meum. Cum autem fuerint in tenebris & in uia lubrica, errore uidelicet hæretico, ad omnem motum impellentur & corruent. Et inferet super eos dominus mala: non quo mala sint ut dominus mala inferat, sed mala his qui sustinent supplicia. Alioquin eadem & mala sunt & bona. Mala iuxta eos quos cruciant, bona iuxta eos quos emendant. Et hoc notandum quòd anIn Hieremiam Cap. XXIII 319

nus uisitationis domini, correctio peccantium dicatur atq; cruciatus, iuxta illud quod scriptum est: Visitabo Psal. 88.c in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo *f* ¶ *Et in prophetis Samariæ uidi stultitiam, etc.*] Ego prophetas Samariæ, iuxta mysticos intellectus, proprie hæreticos dici puto, & omnes qui iactant falsi nominis scientiam. Quomodo autem prophetæ Samariæ quicquid loquebantur, prophetabant in Baal, idolo uidelicet dæmonibus consecrato: Sic hæretici quicquid loquuntur in ecclesia siue extra ecclesiam, ut supplantent populũ Israel q prius cernebat deũ, loquuntur in dæmonibus. Vnde & significanter ait: Et in prophetis Samariæ uidi stultitiam, non enim habent eum de quo dicitur, Christus dei uirtus & dei sapientia. 1. Cor. 1.d *g* ¶ *Et in prophetis Hierusalem uidi similitudinem, siue horribilia: adulterium & iter, etc.*] Non solum, inquit, in hæreticorum cõciliabulis hæc reperta sunt, sed in prophetis quoq; Hierusalem, id est, doctoribus ecclesiæ uidi similia siue horribilia, adulterantium uerbum dei, & ingredientiũ per uiã mendacij, ut hæreticorũ fallacijs acquie

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

cerent, & confortarent manus pessimorũ, corũq; mala factis sceleribus adiungerent: & quos corrigere debuerant, duxerẽtiũ interitũ. Qui hoc fecerint, non se æstiment impunitos. Erunt enim & ipsi hi quibus fauent quasi Sodoma, omnesq; qui habitant cum eis, nec recedent à talibus quasi Gomorra. Exultet igit̃ quantũ uult doctrina pessima, & gloriet̃ prophetæ Hierusalem q; obtinuerint per mendacium, & cõfortauerint manus pessimorũ, finis eorũ erit quasi Sodoma & Gomorra. a ¶ *Propterea hæc dicit do. etc.*] Vtamur hoc testimonio aduersum eos, q epistolas plenas mendaciorum & fraudulentiæ atq; periurij in orbem dirigunt, ut & aures polluãt audientium, & existimatiõe simpliciũ lædant, quod impleat̃ in eis hoc quod scriptũ est:

Supra eodẽ A prophetis Hierusalem est egressa pollutio in omnẽ terrã. nõ em̃ eis sufficit iniquitatẽ propriã deuorare, & proximos lædere, sed quos semel oderũt, per uniuersum orbem infamare conantur, & ubiq; seminare blasphemias.

b ¶ *Hæc dicit dom. etc.*] Ne putaret se populus alienũ esse à culpa si peruersis acquiesceret doctoribus: Nolite, inquit, audire uerba prophetarũ qui uobis prophetant mendaciũ & decipiunt uos. Par enim erat pœna & magistro & discipulo. Non loquuntur ex ore dñi, sed ea quæ in suo corde simularunt. Dicunt his qui blasphemant me: hæreticis uidelicet atq; peruersis, siue qui abijciunt sermonem meum, quid dicũt? Locutus est dñs, pax erit uobis: Ne timeatis dura supplicia, nec uanis cõminationibus terreamini: pax erit uobis atq; tranquillitas, & quicquid dicimus & annunciamus uobis, locutus est dominus: nec ueniet super uos malũ, quod timetis pro mala conscientia: sed bonum quod uobis locutus est dominus.

c ¶ *Quis enim affuit, etc.*] Vbi nos interpretati sumus, in consilio domini, & in Hebraico scriptum est סוד Aquila, secretum: Symmachus, sermonem: Septuaginta & Theodotio, substantiam siue subsistentiã interpretati sunt. Et est sensus. Nolite credere ô uulgus indoctũ prophetis, uobis falsa annunciantibus, qui dicunt: hæc locutus est dominus, pax erit uobis, non ueniet super uos malum. Vnde enim possunt dei nosse secreta, aut quo annunciante dei didicere consilium? quomodo ad eos diuinæ dispositionis sermo peruenit? Quidam nostrorum in hoc loco reperisse se putant, ubi dei describatur substantia.

d ¶ *Ecce turbo siue tempestas & commotio dominicæ indignationis egredietur, etc.*] Qui supra dixerant: locutus est nobis dominus, pax erit uobis, & quos corripuerat quòd non possent uentura cognoscere, nec dei nosse sententiã: nunc ostendit per cõtraria, eos omnino nescire. Pro pace em̃ & securitate, tempestatẽ uenire Babyloniã, & uenire non super quoslibet, sed super capita impiorũ, uel uniuersi populi, uel eorũ qui falsa populo nunciabant. Nec sicut in pręteritis tẽporibus dei iram furorẽq; placandum: sed quod prædixit & sæpissime cõminatus est, opere cõplendũ, & cogitationem illius atq; sententiam, impiorũ supplicijs cõprobandã. Cũ, inquit, extremum captiuitatis tẽpus aduenerit, & obtinuerit uos uictor exultans, & manus stridore uinxerit catenarũ, tunc intelligetis consilium eius quod uos frustra nunc scire iactatis. e ¶ *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, etc.*] Hũc sensum & Apostolus explicat ad Romanos: Et sicut nõ probauerũt deum habere in notitia: tradidit eos deus in reprobũ sensum, ut faciãt quæ non cõueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia, & cæteris. Cum enim semel se tradiderint falsi doctores mendacijs atq; periurijs & moribus deceptorũ, non pedetentim nec considerato gradu, sed præcipites currunt ad interitũ, & suum & eorũ quos deceperint. Nec loquitur eis dominus, sed ipsi loquuntur quasi ex ore domini, de quibus & dicit: Si stetissent in consilio meo, hoc est, si meæ uoluissent acquiescere uoluntati, & nota fecissent uerba mea populo meo, nõ blandiẽtes eis & adulatione perdentes, ut dicerent: non habetis peccata, perfectam iustitiã possidetis, sanctitas & pudicitia atq; iustitia in uobis tantũmodo reperiunt̃: & ego non tradidissem eos in immundiciam & ignominiam, ut facerent quæ non cõueniunt, & sequerentur cogitationes suas pessimas. Contemplemur hæreticos, quõ semel desperantes salutem, gulæ se tradant & delicijs: uescantur carnibus, frequentes adeant balneas, musco fragrent, unguentis uarijs delibuti quærant corporũ pulchritudinẽ. Semel enim futura non sperant, neq; credunt in resurrectionẽ. Quod cũ sermone non pandant, ostendunt operibus. Si enim crederent, ista non facerent. Et in hoc loco ubi scriptũ est: si stetissent in consilio meo, Aquila & Symmachus & Theodotio & Lxx. ut supra similiter transtulerunt. f ¶ *Nunquid deus è uicino ego sum, etc.*] Aquila & Symmachus similiter interpretati sunt: Nũqd deus de ꝓpinquo siue de uicino ego sum, & non deus de lõge? Lxx. quos corripuerat quòd non possent uentura cognoscere, nec dei nosse sententiã: nunc ostendit per cõtraria, eos omnino nescire. Pro pace em̃ & securitate, tempestatẽ uenire Babyloniã, & uenire non super quoslibet, sed super capita impiorũ, uel uniuersi populi, uel eorũ qui falsa populo nunciabant. Nec sicut in pręteritis tẽporibus dei iram furorẽq; placandum: sed quod prædixit & sæpissime cõminatus est, opere cõplendũ, & cogitationem illius atq; sententiam, impiorũ supplicijs cõprobandã. Cũ, inquit, extremum captiuitatis tẽpus aduenerit, & obtinuerit uos uictor exultans, & manus stridore uinxerit catenarũ, tunc intelligetis consilium eius quod uos frustra nunc scire iactatis. e ¶ *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, etc.*] Hũc sensum & Apostolus explicat ad Romanos: Et sicut nõ probauerũt deum habere in notitia: tradidit eos deus in reprobũ sensum, ut faciãt quæ non cõueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia, & cæteris. Cum enim semel se tradiderint falsi doctores mendacijs atq; periurijs & moribus deceptorũ, non pedetentim nec considerato gradu, sed præcipites currunt ad interitũ, & suum & eorũ quos deceperint. Nec loquitur eis dominus, sed ipsi loquuntur quasi ex ore domini, de quibus & dicit: Si stetissent in consilio meo, hoc est, si meæ uoluissent acquiescere uoluntati, & nota fecissent uerba mea populo meo, nõ blandiẽtes eis & adulatione perdentes, ut dicerent: non habetis peccata, perfectam iustitiã possidetis, sanctitas & pudicitia atq; iustitia in uobis tantũmodo reperiunt̃: & ego non tradidissem eos in immundiciam & ignominiam, ut facerent quæ non cõueniunt, & sequerentur cogitationes suas pessimas. Contemplemur hæreticos, quõ semel desperantes salutem, gulæ se tradant & delicijs: uescantur carnibus, frequentes adeant balneas, musco fragrent, unguentis uarijs delibuti quærant corporũ pulchritudinẽ. Semel enim futura non sperant, neq; credunt in resurrectionẽ. Quod cũ sermone non pandant, ostendunt operibus. Si enim crederent, ista non facerent. Et in hoc loco ubi scriptũ est: si stetissent in consilio meo, Aquila & Symmachus & Theodotio & Lxx. ut supra similiter transtulerunt.

HEBR. Nũnquid deus è uicino ego sum, dicit dominus, & non deus de longe? Si occultabitur uir in absconditis, & ego non uidebo eũ, dicit dñs? Nũquid non cœlũ & terrã ego impleo, dicit dñs? Audiui quæ dixerunt prophẽtæ, prophetantes in nomine meo mendacium atq; dicentes: Somniaui (siue uidi somnium.) Vsquequo istud est in corde prophetarum uaticinantiũ mendacium, & prophetantiũ seductiones (siue uoluntates cordis sui?) Qui uolunt (siue cogitant) facere ut obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorum quæ narrant unusquisq; ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal (siue in Baal.) Prophẽta qui habet somnium, narret somniũ, & qui habet sermonẽ meũ, loquatur sermonem meum uerè. Quid paleis ad triticum, dicit dominus? Nunquid non uerba mea sunt sicut ignis, dicit dominus? & quasi malleus (siue securis) conterens petram? Prõpterea ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui furantur uerba mea unusquisq; à proximo suo. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui assumunt linguas suas & aiunt: dicit, (siue dormitant dormitationẽ.) Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dñs: qui narrant ea, & seducunt populum meum in mendacijs suis & miraculis (siue stuporibus atq; terroribus suis) cum ego non misissem eos nec mandassem eis, qui nihil

SEPTVAG. Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non deus de longe: Si abscõdetur homo in absconditis, & ego non uidebo eum, dicit dñs? Nũquid non cœlũ & terrã ego impleo, dicit dñs? Audiui quæ dixerunt prophẽtæ, prophetantes in nomine meo mendacium atq; dicentes: Somniaui (siue uidi somnium.) Vsquequo istud est in corde prophetarum uaticinantiũ mendacium, & prophetantiũ seductiones (siue uoluntates cordis sui?) Qui uolunt (siue cogitant) facere ut obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorum quæ narrant unusquisq; ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal (siue in Baal.) Prophẽta qui habet somnium, narret somniũ, & qui habet sermonẽ meũ, loquatur sermonem meum uerè. Quid paleis ad triticum, dicit dominus? Nunquid non uerba mea sunt sicut ignis, dicit dominus? & quasi malleus (siue securis) conterens petram? Prõpterea ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui furantur uerba mea unusquisq; à proximo suo. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui assumunt linguas suas & aiunt: dicit, (siue dormitant dormitationẽ.) Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dñs: qui narrant ea, & seducunt populum meum in mendacijs suis & miraculis (siue stuporibus atq; terroribus suis) cum ego non misissem eos nec mandassem eis, qui nihil

A Lxx. uerò & Theodotio sensu uertere contrario, ut dicerẽt: Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non deus de longe: Quod scilicet superiores asserant deum non tantũ uicina, sed & ea quæ longe sunt cognoscere: nec præsentia, sed futura cõspicere. Isti uerò ubiq; deũ existimãt esse præsentem: nec aliquẽ esse locũ ubi nõ adsit deus. Omnibus em̃ & præcipue sanctis approꝑinquat deus: quomodo si uestimẽtum adhæreat cuti. Peccatores autẽ longe recedentes ab eo peribũt.

Psal. 138.b Hũc sensum & in psalmis legimus: Quo ibo à spiritu tuo, & à facie tuo quò fugiã? Si ascendero in cœlũ, tu illic es, si descendero ad infernum, tu ades. Si assumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet, & tenebit me dextera tua. A-

Amos 9.a mos quoq; in hęc uerba consensit, dicens. Si descenderint usq; ad infernũ, inde manus mea educet eos, & si ascenderint usq; ad cœlum, inde detraham eos: Et si absconditi fuerint in uertice Carmeli, inde scrutãs auferã eos: Et si cælauerint se ab oculis meis in profundũ maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Rursumq; in superiori psalmo: Quia tenebræ ait non obscurabunt̃ à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quod aũt in prophetis crebro dicitur: Hæc dicit dominus: propterea semper infertur, ne contemnantur quasi uerba prophetarũ, sed admoneãtur iugiter dei esse sermones quos loquũtur. a ¶ *Audiui, etc.*] Quia superior titulus cõtra prophetas est siue ad prophetas, quos perspicue pseudoprophetas intelligimus. Sunt autẽ multa genera prophetandi: quorum unũ est Somniorũ, quale fuit

Dan. 2.a in Daniele, idcirco & ad eos prophetalis sermo dirigit̃ qui credunt somnijs, & omnia quæ cernunt, putant reuelationẽ esse diuinã, quæ proprie sanctis & seruis dei

Gen. 41.a aperit̃. Quod si legimus Pharao & Nabuchodonosor impios reges uidisse somnia quæ uera fuerint: non eorum fuit meriti qui uiderunt, sed ut per eorũ occasionẽ sancti uiri Ioseph Danielq; clarescerent, & dura corda atq; indomabilia tyrannorũ, propria conscientia sentirent dñi maiestatẽ. Sunt hodie quoq; somniatores in ecclesia, & maxime in nostro grege, q errores suos dñi iactãt prophetiã, & crebro ingerunt somniaui somniaui: quos corripit dñs dicẽs: Vsq; quo istud est in corde ꝑphetarũ uaticinantiũ mendaciũ, & prophetantiũ seductiones cordis sui? Hoc aũt faciunt, ut quõ antiquus populus q de Aegypto egressus est, oblitus est nominis dei, sic & posteri eorũ obliuiscant̃ mei. Huiuscemodi autẽ ꝑphetario nõ est in nomine dñi, sed in nomine Baal, quod propie idolũ Sidoniorũ est siue Babyloniũ, & uicino nomine appellatur Bel b ¶ *Propheta, etc.*] Eorum est exponere somniũ qui dei merentur habere sermonem, & dicere, hæc dicit dñs: quibus locutus est dñs: in quibus ueritas est, & nõ mendacũ fraudulentũ. Quid sibi uolunt hæretico-

Matt. 3.c rum paleæ ad triticũ ecclesiæ? de quo Ioannes Baptista plenius loquitur: quod purger dñs aream suã, & uẽtilabro paleas uentorũ flatibus dispergendas urendasq; ignib. derelinquat, triticum aũt condat in horrea, ut fiat cœlestis panis & loquat̃ unusquisq; credentiũ: Gustate &

Psal. 33.b uidete qm̃ suauis est dñs. Et pulchre doctrina puersa paleis comparatur, quæ medullã non habẽt nec possunt nutrire credentiũ populos, sed de inanibus stipulis conteruntur. Et quia solẽt hæretici semper prospera polliceri, & cœlorũ regna peccatoribus pandere: ut dicant, parata sunt tibi regna cœlorũ, potes imitari maiestatẽ dei, ut absq; peccatis. Accepisti enim li-

Ephe. 4.c beri arbitrij potestatem & legis scientiam per quam consequaris quòd uolueris: decipiũtq; blãditijs miseros, & maxime mulierculas onerratas peccatis, quæ circumferunt̃ omni uẽto doctrinæ, semper discẽtes & nunq; ad sciẽtiã ueritatis peruenientes, & omnes auditores suos adulatione decipiũt. Idcir co dñs uerba sua hæreticorũ paleis cõparãs dicit: Nunquid nõ uerba mea sunt quasi ignis dicit dñs: & quasi malleus cõterẽs petrã? Meus em̃, inq;, sermo nũciat futura supplicia, ut deterreat homines à peccando, & paleis peccatorũ cõminat̃ incẽdium, ut hæreticorũ corda dura & instar silicis indomabilia, sermonis sui malleo cõteranẽ, auferẽs cor lapideũ ut ponat ꝑ eo cor carneũ, molle uidelicet, & qđ possit dei suscipere & sentire præcepta. Tale quid & per Ezechielẽ dñs loquit̃, q pseudo

Ezech. 13.c prophetæ blanditijs suis liniãt parietẽ absq; tẽperamento, q postea imbre uehemẽti & ueritate iudicij subruat̃. Et pseudoprophetæ cõsuant ceruicalia sub omni cubito manus, ut faciãt peccatores reqescere & nequaq; irã dei lacrymis mitigare. Pro malleo Lxx. securim interꝑretati sunt, illã uidelicet, de qua Baptista Ioanes loqũ-

Matt. 3.c tur: Iã securis ad radices arborũ posita est. Hæc securis infructuosas succidit arbores, & hic malleus conterit durissimos lapides. Vnde & Nahũ ꝑpheta loquit̃: Furor

3. Reg. 6.a eius, haud dubiũ quin dei, cõsumet principatus, & pe-

Naum 1.b træ cõterenẽ ab eo. Hoc cõtra hæreticos. Cæterũ de ecclesiasticis uiris scriptũ est, quòd malleus & securis nõ sint audita in domo dñi. c ¶ *Propterea, etc.*] Semp imitatur mendacium ueritatẽ, & nisi habuerit aliquã similitudinem recti, decipere non potest innocentes. Quõ igitur

A Igitur in priori populo mentiebant̃ prophetæ atq; di-
cebant: Hæc dicit dominus: Et uidi dominũ, & uerbum
dñi quod factũ est ad illũ siue illũ: Sic hærerici assumũt
testimonia scripturarũ de ueteri & nouo testamento, &
furantur uerba saluatoris unusquisq; à proximo suo,
prophetis & apostolis, & euangelistis, & assumũt linguas suas
ut cordis uenena ore pronuncient, & dormitãt dormitionẽ:
de quibus uerè dictũ est: Dormitauerunt somnũ suum, & nihil
inuenerunt. Siue iuxta Hebraicũ: & aiunt, dicit, ut subaudiat̃ do-
minus, aut certe sermo diuinus. Comminatur itaq; dominus
seipsum cõtra huiuscemodi magistros esse uentur̃ qui seducunt
populũ eius in mendacijs suis & in stuporibus atq; miraculis.
Magna enim & incredibilia & ingentia repromittunt, ut seducant
miseros qui nihil profuerunt populo dei. Et illud implent apostolicũ: docentes quæ non oportet turpis lucri gratia,
B qui solent malis prospera & bonis cõtraria nunciare.

a *Si igitur, etc.*] Verbũ Hebraicũ משא Aquila ἄχθος, id est, onus & pondus interpretat̃, Symmachus, Lxx. & Theodotio, assumptionem. Vbicunq; ergo graue est quod dñs cõminat̃, & plenũ ponderis ac laboris & importabile, in titulo quoq; quoq; ἄχθος, hoc est, põdus dicit̃. Vbicũq; aũt, pspera dñs pollicet̃ siue post cõminationẽ meliora promittit, ibi uisio dicit̃, uel certe uerbũ dñi: & perspicuũ erat ex ipso titulo prophetiæ põderis siue uisionis & uerbi dei: qualis uaticinatio sequeret̃. Quia igitur prophetæ solebãt populo peccatori tristia nunciare & cõminari supplicia: ut eos retraherẽt ad pœnitentiã, clemens aũt & miserator dñs diu sentẽtiã differebat: putabat deceptus populus & pseudoprophetarũ fraude seductus, non uentura quæ dñs minabat̃, & rem seuerã, in ludũ & iocũ uerterãt, prophetantibusq; prophetis quasi irridentes, dicebãt: Rursum hic uidet pondus & onus dñi. Atq; ita fiebat, ut nequaq̃ ultra uisio, sed p iocũ atq; derisum, onus & pondus appellaret̃. Præcepit ergo dñs, ut siue populus siue ꝓpheta, siue sacerdos interrogauerint Hieremiã, quid sit pondus uel quæ assumptio dñi: respõdeat eis & dicat: Vos estis onus, & uos assumptio. Assumã em̃ uos & ꝓjciã, allidãq; & interire faciã. Si quis aũt deinceps uel ꝓphetarũ uel sacerdotũ uel popli ausus fuerit onus & põdus dñi nominare: Visitabo, inquit, super uirũ illũ & super domũ illius, & eũ delebo in perpetuũ. Dicat itaq; unusquisq; C
proximo & amico suo, nequaq̃ quod est onus dñi, sed
quid respondit dñs, & quid locutus est dñs. Veteris obliuiscimini, onus & põdus siue assumptio in ore uestro
ultra non resonet, quia singulis hominib. sermo suus
& opus suũ onus põdusq; reputabit̃, secundum illud quod
scriptũ est: ex ore tuo iustificaberis, & ex ore
tuo condemnaberis.

b ¶ *Et peruertitis, etc.*] Hucusq; in Lxx. non habetur. Præcepit dominus, ut nequaquã oneris & ponderis & assumptiõis sermo diceret̃ in populo, sed respõsionis & uerbi dei, quod quia populus implere contemperat, ipsum uerbũ interpretat̃ super eis, & dicit: Quoniã dixistis qđ nolui, & hoc cum sæpe prophetas mitterẽ & iuberẽ, ne diceretis, propterea sermonẽ uestrum assumptionis, & oneris & ponderis in uobis opere cõplebo. Assumam quippe uos & tollam atq; portabo, & allidam ac de subli D
mibus in terram corruere faciam. Non solum aũt uos,
sed & urbem uestram quam dedi patribus uestris. Et
dabo, inquit, uos in opprobriũ & ignominiã sempiternam: quæ nunquã obliuione delebitur. Hoc autem &
tempore Babyloniæ captiuitatis factum esse nouimus,
sed plenius atq; perfectius post saluatoris passionẽ resurrectionẽq; cõpletur, quando locutus est dominus:
Relinquetur uobis domus uestra deserta, & usq; ad fi- Luc. 13.b
nem eius sententia permanet. Dicamus & aliter dicta
xat iuxta Septuaginta. λῆμμα non solum assumptionem, sed & donũ munusq; significat. Quia igit̃ sibi populus semper prospera promittebat: dicit eos nequaq̃
ultra hoc deberẽ dicere. Indignos enim esse donis dei
atq; muneribus, quin potius abꝺiciendos & à dei auxilio penitus relinquendos. Ex uerbis autẽ & interpretatione nominũ, sæpe res ostenduntur, ut Abrahã, Saræ,
& Petri & filiorũ Zebedæi, uocabula cõmutata, signifi- Supra 3.d
cant rerũ mutationẽ, & in hoc eodem propheta, Phasur dicitur pauor siue translatio, & colonus siue peregrinus. Notandum quòd uerba dei uiuentis, domini
exercituum, dei nostri, Latini & Græci codices non habeant, & Hebræi in suis uoluminibus contra se legant,
quod proprie mysterium significat trinitatis.

Commentarij quarti in Hieremiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM COMMENTARIORVM Hieremiæ ad Eusebium Prooemium.

QVintus cõmentariorum in Hieremiam liber, à duobus frater Eusebi calathis habebit exordiũ, quorũ alter rectæ fidei dulcedinẽ, alter hæreticorũ perfidiæ amaritudinem demonstrabit. Quamuis Ananias filius Azur repugnet Hieremiæ: & Semeias Nehelamites prophetã mitti iubeat in carcerem, & Sophonias sacerdos in pseudoprophetarum

A rum uerba coniuret, tamen ueritas claudi & ligari potest, uinci non potest, quæ & suorum paucitate contenta est, & multitudine hostium non terretur. Erige itaq; cum Moyse ad cœlum manus, & antiquum serpentẽ in eremo suspende: statimq; & Amalech delebitur, & uenenati morsus non prævalebunt, securusq; populus domini cum Iesu Iordanis fluenta transibit: & post uastam solitudinem, comedet panem qui in Bethlehem nostro natus est uiculo. C

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Hieremiam propheram, Liber quintus.

CAPVT XXIIII

Ostendit mihi dominus: & ecce duo calathi, siue iuxta Symmachum cophini pleni, etc.] Duos cophinos siue calathos bonorũ & malorũ ficorũ: qui dam interpretãtur in lege, & euangelio, synagoga & ecclesia, Iudæorũ popꝺo & Christianorũ, gehenna & regno cœlorũ, quorũ alterũ ad supplicium pertinet peccatorũ, alterũ ad sanctorũ habitaculũ. Sed nos sciRom. 7.b entes iuxta apostolũ Paulũ legem bonã & sanctã, & mandatum bonũ & sanctũ, & unum esse utriusq; testamenti deũ: uel ad eos magis referamus B qui in aduentu domini saluatoris crediderunt, & non crediderũt: ut qui à scribis & sacerdotibus cõcitati clamauerunt, dicenLuc. 23.c tes: Crucifige, crucifige talẽ, sint calathus ficorũ malorum: Qui uerò post ascensionẽ eius de populo crediderunt, ad bonas ficus, & ad calathũ cophinũq; optimũ referantur. Simplicẽ autẽ & uerã sequamur historiã, ꝙ bonorũ ficorũ calathũ dixerit Iechoniã, qui se Hieremiæ consilio & imperio dei, tradiderat regi Babylonio, cui & 4. Reg. 25.b prospera dñs pollicet̃. Malarũ aũt Sedechiã, qui cõtradicens sententiæ dei captus sit, cæcatusq; oculis ductus est in Babylone, ibiq; mortuus est. Intantũ aũt deus posuit oculos suos in bonum qui imperio eius acquieue- Infra 42.b runt, & reduxit illos in terrã suam, & ædificauit & non destruxit, & plantauit & non euulsit, deditq; eis cor ut scirent eum ꝙ ipse esset dominus, & fierent illi in populum, & ipse eis esset in deũ: ut etiã in captiuitate posuerit oculos suos sup illos, & exercere terrã, ædificare domus, plãtare pomaria in Babylonia regione permiseDan. 1.2 & ibid. 3.c rit: Daniel signorũ miraculis, de captiuo subito princeps factus sit: Et tres pueri glorioſe de fornacis incendio liberati sint. Et expletis annis lxx. sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno & Esdra ac Neemia, plurima pars reuersa sit Hierusalẽ: quorũ numerus in eiusdem Esdræ uolumine cõtinet̃. Notandũ quoq; ꝙ hæc uisio, 1. Esdræ 2 Sedechiæ tẽporibus facta sit ad prophetã, postq; Iechonias ductus est in transmigrationẽ. Non em̃ dixit captiuitatẽ, quia se ultro tradiderat. Fabros aũt & inclusores uel legis interpretes atq; doctores debemus accipere, uel artifices inclusores q; auri atq; gemmarũ, quę ars apꝺ Barbaras nationes preciosissima est. Pro inclusoribus Lxx. uinctos interpretati sunt, ut captiuitatis significarẽt malum, & de suo addiderẽ, diuites, qđ in Hebraico non habetur. Cõparat autẽ calathũ qui bonas ficus habebat, & bonas nimis ficis primi temporis, quæ Græce appellant πρώϊμα, Abrahæ uidelicet, Isaac, & Iacob & Moysi & Aaron & Iob & cæteris sanctis D uiris, de quib. unus de duodecim loquit̃ ꝓphetarũ: Sicut uuã in deserto inueni Isrel, & sicut ficus in siculnea inueni patres eorũ. Vnde & nos appellamur filij Abrahã: & ecõtrario dicit̃ ad Iudæos: Si pater Ioan. 8.c uester esset Abrahã, faceretis opera eius. Hi aũt calathi qui bonas habebãt & malas ficus, non erãt foris & extra ecclesiã, sed ante tẽplũ dñi, eo ꝙ cuncta illius scientiæ pateant, nec tantã habẽt amaritudinẽ hæ ficus

CAPVT XXIIII

Ostendit mihi dominus: & ecce duo calathi (siue cophini) pleni ficis, positi ante templum dñi: postquã transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã filiũ Ioakim regẽ Iuda & principes eius, & fabrũ, & inclusorẽ de Hierusalem, & adduxit eos in Babylonẽ. Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solẽt ficus esse primi temporis: & calathus unus ficus habebat malas nimis, quę comedi non poterãt, eo ꝙ essent malæ. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Hieremia? Et dixi: ficus bonas, bonas ualde: & malas, malas ualde, quæ comedi non possunt, eo quòd malæ sint. Et factum est uerbum domini ad me dicens. Hęc dicit dominus deus Israel: Sicut ficus hę bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda quam emisi de loco isto, in terram Chaldæorum in bonum. Et ponam oculos meos super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non destruam, & plantabo eos, & non euellam. Et dabo eis cor ut sciant me quia ego sum dominus, & erũt mihi in populum, & ego ero eis in deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ quæ comedi nõ possunt, eo quòd sint malæ, hæc dicit dominus: sic dabo (siue tradam) Sedechiam regẽ Iuda & principes eius, & reliquos de Hierusalem qui remanserunt in urbe hac, & qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in uexationem afflictionẽq; (siue dispersionẽ) omnibus regnis terræ in opprobriũ, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionẽ uniuersis locis, ad quæ eieci eos. Et mittã in eos gladium & famem & pestem, donec cõsumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

Verbum quę foris sunt, quantã illę quę post cõfessionẽ fidei præuaricatiõe mutatæ sunt. Nec tantã suauitatẽ bonę ficus, quæ nõ sunt in cõspectu tẽpli dei, quales fuerũt mundi philosophi, q naturali bono & intelligẽtia creatoris, nõ tã uisi sunt seq ꝙ laudare uirtutes: quãtã habẽt suauitatem ficus quæ sunt in tẽplo dei, quarũ fuerũt ꝓpheræ & apli, de qb. una ficus loquebat̃: Lac uobis dedi nõ soli 1. Cor. 3.a dũ cibũ. Et: Filioli mei quos iterũ parturio donec Chri Gal. 4.c stus formet̃ in uobis. Vnde dicit̃ ꝙ in cõspectu templi dei, ficus bonæ fuerint bonæ ualde, & ficus malæ, fuerint malæ ualde. Ac ne putemur nostrũ sensum ponere, ipsa scriptura se pãdit. Sicut, inqt, ficus hæ bonæ, sic cognoscã trãsmigrationẽ Iuda quã emisi de loco isto in terrã Chaldęorũ in bonũ: Iechoniã & principes q cũ eo capti

A capu ſunt ſignificans. Et econtrario de calatho qui malas habebat ficus. Et ſicut ficus, ait, peſsimæ quæ comedi non poſſunt, eo q̃ ſint malæ: Sic dabo Sedechiã regem Iuda & principes eius, & eos qui in Aegyptũ trãſfugerunt, & qui manſerũt in urbe hac in uexationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ, q̃ſ in Aegypto quoq; capti ſunt, & Nabucho donoſor poſuit in Taphnis ſolũ ſuum, miſitq; ſuper eos dominus gladiũ, famem & peſtem, donec conſumẽtur de terra quam dedi patribus eorũ. Quòd autẽ dixit de ficis bonis: Dabo eis cor ut ſciant me quia ego ſum dominus: illi ſimile eſt apoſtolico: Deus eſt qui operatur in uobis & uelle & perficere, quod non ſolum opera, ſed & uolũtas noſtra dei nitatur auxilio. Delyrat in hoc loco aliq̃ allegoricus ſemper interpres, & uim cupiens hiſtoricæ facere ueritati de cœleſti Hieruſalem captos refert atq; translatos in terram Chaldæorũ: rurſumq; ad locũ priſtinum reuerſuros, ut Hieremiã & cæteros ſanctos prophetas, alios uerò qui peccatores fuerint, in terra hac & in ualle lacrymarum eſſe morituros. Totam uiſionis huius ſimul poſui πρὸς κοινήν, ne ſenſum in expoſitione diuiderem.

infra 42.b

Philip. 2.b

B

CAPVT XXV

Verbũ quod factũ eſt, etc.] Hæc priora ſunt præterita uiſione: Illa enim ſub Sedechia facta eſt, poſtq̃ Iechonias trãslatus eſt in Babylonẽ, hæc aũt ſub Ioakim filio Ioſiæ, & patre Iechoniæ. Non enim curæ erat (ut ante iam dixi) prophetis tẽpora cõſeruare, quæ hiſtoriæ leges deſiderant, ſed ſcribere utcunq; audientibus atq; lecturis utile nouerant. Vnde & in pſalterio male quidam iuxta textũ hiſtoriæ pſalmorũ requirunt ordinẽ, quod in lyrico carmine non obſeruaſ. *b* ¶ *Ipſe eſt annus primus, etc.*] Quarto anno regis Ioakim filij Ioſiæ patris Iechoniæ, Nabuchodonoſor in Babylone ſuſcepit imperiũ, atq; ita factum eſt, ut annus qui primus erat Nabuchodonoſor in Babylone, quartus eſſet in Hieruſalẽ regis Ioakim. Deniq; octauo anno regni ſui, Iechoniã cum matre & principibus duxit in captiuitatem, qui tribus tantũ poſt interſectionẽ patris Ioakim regnarat menſibus. Interfectus eſt autẽ Ioakim undecimo anno regni ſui in Hieruſalẽ. *c* ¶ *A tertiodecimo anno, etc.*] Tertiodecimo anno regis Ioſiæ q̃ regnauit in Hieruſalẽ annis triginta & uno, Hieremias prophetare exorſus eſt, & prophetauit ſub eo annis decẽ & nouẽ, cui ſucceſsit in regnũ filius eius Ioachaz. Quo ſtatim ducto in captiuitatẽ à Nechao rege Aegyptiorũ, regnũ obtinuit Ioakim frater eius. In cuius regno quarto anno, iſte ad Hieremiã fit ſermo dñi: ac per hoc uigeſimuſtertius annus erat Hieremiæ ꝓphetæ, ex quo loqui ad populum cœpit, & nunq̃ prædicare ceſſauit, ſed ſingulis diebus diluculo & de nocte cõſurgens, loquebatur ad populũ: Et non, inquit, audiſtis. Sin autẽ ut noui ex ueteribus hæretici uolunt, lex ſemel in adiutoriũ data eſt, & conſtituta præcepta quæ noſtri arbitrij uoluntate uel facimus, uel non facimus: quomodo propheta ſe ſemper ingerit, & quotidie replicat mandata dei, quæ utiq; ſemel accepta, ſuffecerãt eis quibus data fuerant: niſi ut hoc oſtendat, dei nos ſemper indigere auxilio, & nunquam poſſe ſufficere quod ſemel datũ eſt, niſi quotidie dñi admonitione renouetur. *d* ¶ *Et miſit, etc.*] Non per unum prophetã, ſed per omnes populum ſuum deus, ſemper admonuit, & quaſi ipſe in uigilijs atq; excubijs conſtituturus, ſurrexit diluculo, ut ſuum populũ cõmoneret. Et non, inquit, audiſtis, ut quãto crebrior admonitio, tanto contemnentiũ fuerint peccata maiora. *e* ¶ *Neq; inclinaſtis aures ueſtras, etc.*] Tanta fuit duricia populi, ut ne habitũ quidem audientis aſſumeret, & inclinaret aurẽ ſuã: ſed præcipue domino cõmonẽte, ut reuerteretur unuſquiſq; à uia ſua mala, & à peſsimis cogitationibus ſuis. Et ô infinita clemẽtia, non ſuppliciũ inferre pro ſcelere, ſed ad pœnitentiã prouocare, tam malorũ operũ, quæ ſignificat uia mala, quàm peſsimarũ cogitationũ, quæ & ipſæ abſq; opere reputẽt in peccatũ. Et promittit præmiũ, ſi fecerint quod præceptũ eſt, ut habitent in terra quæ data ſit patribus, & propter filiorum uitia ſublata. Quodq; ait: A ſeculo & uſq; in ſeculũ, ſiue ab æterno & uſq; in æternũ, oſtendit dei dona perpetua, ſi digni extiterint hi quibus data ſunt. *f* ¶ *Et nolite ire, etc.*] Et hæc inquit, monebã cum ſuperioribus, ne dijs alienis ſeruiretis, & adoraretis eos, & ne iſta faciendo me prouocaretis ad iracundiã propter opera manuũ ueſtrarũ, ut facerẽ quod nolebã, & affligerẽ uos, & non audiſtis me: Quodq; ſequitur: Dicit dñs, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuũ ueſtrarũ in malũ ueſtrũ, in Lxx. non habetur. *g* ¶ *Propterea hæc, etc.*] Quia me ad iracundiã prouocaſtis, & feciſtis malũ in interitum ueſtrum, & prouocantẽ ad pœnitentiam, ſuperbo calcaſtis pede: mittã, inquit, ad uniuerſas cognationes ſiue nationes aquilonis, & adducam principẽ earum Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruũ meũ. Mittit autem dominus uel angelos ut cõcitent gentes, uel certe huiuſmodi mouet cognationes, ut faciãt domini uoluntatẽ. Quodq; uocat ſeruũ ſuum Nabuchodonoſor, non ſic ſeruus uocaſ ut prophetæ & omnes ſancti, qui uerè ſeruiunt domino: ſed quo in euerſione Hieruſalem, domini ſeruiat uoluntati, ſecundum quod & Apoſtolus loquitur. Quos tradidi ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare. In Aquilonis autem parte eſſe Chaldæos iuxta ſitum Hieruſalem, nulli dubium eſt.

C

D

4 Reg. 24.c

4 Reg. 23.g

1. Tim. 1.d

¶ Et ad-

A *a* ¶ *Et adducam eos, etc.*] Iſta ſunt præmia cõtemptorum, & dei uerba audire nolentiũ. Quicquid igitur mali ſuper nos adducitur, noſtra peccata fecerunt. Omnesq; gentes ut tunc adductæ ſunt contra Hieruſalem, ſic hodie adducuntur contra eccleſiam negligentem, ut interficiat eos, & ponat in ſtuporẽ & in ſibilum & in ſolitudines ſempiternas, ut in exemplo ſint omnium atq; miraculo. Sibilus autem miraculi & ſtuporis indicium eſt, & ſolitudo ſempiterna in his deprehenditur, qui præſidem nõ habent deum. *b* ¶ *Perdãq; ex eis uocẽ gaudij, etc.*] Hoc in conciliabulo malignãtium & hodie cõprobatur, ut magiſtri eorum non doceant uerbum dei, ſed inſtar colubri ſibilent. Peritq; in eis uox gaudij, uoxq; lætitiæ, ut nunquam audiant illud Apoſtoli: Gaudete, iterum dico gaudete. Vox quoq; ſpõſæ, eccleſiaſticæ fidei: & uox ſponſi, dñi ſaluatoris. Qui enim habet ſponſam, ſponſus eſt. Vox molæ, ut nõ conterantur in ea frumenta, & populis uescenda tribuantur. Et lumẽ lucernæ, doctrina uidelicet & ſcientia prophetarũ. Deniq; & de Ioanne Baptiſta dicitur: Ille erat lucerna lucẽs. Et alius propheta: Lucerna, inq̃t, pedibus meis uerbũ tuum domine, & lux ſemitis meis. Vniuerſa, inquit, terra hæreticorum erit in ſolitudinem & in ſtuporem, quum nouiſsimũ eius inſipiens fuerit demonſtratum. *c* ¶ *Et ſeruient omnes gentes, etc.*] Sicut Hieruſalem poſt ſeptuaginta annos recipit priſtinos habitatores, & expletis ſupplicijs, quia obediuit ſententiæ dei, felicitate priſtina perfruitur: ſic rex Babylonis qui elatus eſt in ſuperbiam, & ſuarum arbitratus eſt uirium, quod regnauit in gentibus & nõ domini uoluntatis, Medis Perſiſq; uenientibus deſtruetur. Deniq; uſq; hodie urbis Babylonis reliquiæ tantum manent. Et poſuit illam dominus in ſolitudinem ſempiternam, & impleuit omnia uerba quæ in iſtius ipſius prophetæ uolumine continentur. Nam in conſequentibus quæ mala paſſura ſit Babylon, Hieremiæ ſermo deſcribit. *d* ¶ *Quia ſeruierunt eis, etc.*] Hoc in Septuaginta non habetur. Significat autem quod non ſolum contra Babylonem prophetauerit Hieremias, ſed contra cæteras gentes quæ in Babylonio fuerant exercitu, & contra domini populum dimicarunt. Deniq; in ſequentibus dicitur contra Aegyptum & Philiſtim & Moab & Ammon & Idumæam & Damaſcum & Cedar & regna Aſor & Elam, & ad extremum contra Babylonem terramq; Chaldæam. *a* ¶ *Quia ſic ait dominus deus Iſrael ad me, Sume, etc.*] Propinatio calicis & calicis meri, ſiue non mixti, quæ Græce dicitur ἀκράτου, domini furoris indicium eſt, ut omnes gentes quæ contra dei populum militarunt, bibant de calice furoris dñi, de quo ſcribit Eſaias contra Hieruſalẽ: Cyphum furoris, calicem ruinæ ebibiſti & euacuaſti, propterea conſurge. Iſte autem calix idcirco bibitur à cunctis gentibus, ut uomant & inſaniant. Quod quidam prauus interpres in bonam partẽ accipit, ut inſtar cathartiçæ potionis quicquid choleræ & pituitæ, & noxij humoris in pectore eſt, foras exire compellat, & reſtituat priſtinam ſanitatem. Pro Hieremia quoq; ſaluatorem accipit, qd ipſe cunctis gentibus ꝓpinarit ad quas & miſſus ſit: ut abiecta idololatria, dei ſe cultui dedicarẽt. Quod contrariũ eſſe ſcripturæ ſanctæ, mõſtrabũt ſequentia. Non enim pro remedio, ut ille uult, ſed ꝓ pœna meraco calice propinat. *f* ¶ *Hieruſalẽ, &c. etc.*] Putabam (inquit) qd ſolis gentibus propinarẽ, & ideo me huic miniſterio lætus obtuleram, ſed inter cæteras gentes, imò ante cæteras, propinaui Hieruſalem & ciuitatibus Iuda & regibus eius & principibus, ut darem eos in ſtuporem & in ſolitudinem & in ſibilum & in maledictionẽ, ſicut & præſenti probatur exemplo. Vnde dicit & ſupra, Seduxiſti me domine & ſeductus ſum, inualuiſti & potuiſti. *g* ¶ *Phãraoni regi Aegypti, etc.*] Poſt Hieruſalem bibit Phãrao rex Aegypti & ſocij eius, biberunt principes & uniuerſus populus, cunctusq; qui non quidem eſt Aegyptius, ſed in eius regionibus commoratur, quos Lxx. uertere συμμίκτους, id eſt, mixtitios: uulgus non Aegyptiæ regionis, ſed peregrinum & aduentitium. *h* ¶ *Et cunctis, etc.*] Quæ Hebraice appellatur עוץ de qua & Iob fuiſſe narrat hiſtoria: Homo quidam erat in regione Auſitidi, nomine Iob. Et tamen ſciendum hunc uerſiculum in Lxx. non haberi: Theodotionẽq; pro Hus interpretatum eſſe inſulam. *i* ¶ *Et cunctis regibus terræ Philiſtim & Aſcalonis, etc.*] Generaliter poſuit Philiſtim, hoc eſt, terram Palæſtinorum, & ſpecialiter urbes eorũ Aſcalonem, Gazam, Acaron, Azotum, ſolam tacuit Geth, quæ cõtinetur in reliquijs. Hoc eſt enim quod ſcriptum eſt, Et reliquijs Azoti: uicina enim atq; confinis eſt Azoto, quæ Hebraice dicitur אשדוד regio urbis Geth. Palæſtinos aũt à Babylonijs captos atq; uaſtatos, ſcribit

B

C

D

Ibid. 5.f

Pſal. 118

Supra 20.b

Iob 1.a

reliqui

Esaias. a ¶ *Idumææ & Moab & filijs Ammon & cunctis,etc.*] Idumæa in qua sunt montes Seir, & quæ Hebraice appellatur אדום (Moab & Amon ipsi sunt filij Lot, proximi maris mortui. Tyrus & Sydon in Phœnicis littore principes ciuitates, quæ & ipsæ Babylonio ueniente superatæ sunt, quarum Carthago colonia: unde & Pœni sermone corrupto quasi Phœni appellantur, quorum lingua, Hebrææ linguæ magna ex parte consinis est. b ¶ *Et regibus insularum, etc.*] Trans Cyprũ & Rhodũ & insulas quæ appellantur κυκλάδες. Et hę enim à Babyloniis occupatæ sunt. c ¶ *Et Dedan & Theman, etc.*] Hæ gentes in solitudine sunt, uicinæ & mixtæ regionibus Ismaelitarũ, quos nunc Sarracenos uocant, & de quibus dicitur, qui attonsi sunt in comam. d ¶ *Et cunctis regibus Arabiæ.*] Hoc in Septuaginta non habetur. Post Dedan igitur & Theman & Buz & Ismaelitas, regionum ordinem sequitur.

B c ¶ *Et cunctis regibus, etc.*] Hoc quoq; in Lxx. non habetur. f ¶ *Et cunctis regibus Elam, cunctisq; regibus Med. etc.*] Ex eo quod Zamri sequitur Elam, regesq; Medorum: arbitramur & Zamri regionem esse Persidis, nisi forte ex eo quod præcesserit Arabia: & hi reges solitudinis accipiendi sunt. Elam aũt regio Persidis trans Babylonem: unde & Elamitæ. Medi quoq; atq; Persæ, à quibus capta & destructa est Babylon. Et ipsi enim meracum calicem Alexandro rege Macedonũ propinante potarũt. g ¶ *Et cunctis, etc.*] Quia Persidis et Babylonis, Elam atq; Medorũ enumerauerat regiones, nunc generaliter ponit omnes reges Aquilonis, qui prope sunt & qui longe. Pro Aquilone, qui Hebraice dicitur צפון Lxx. uertere ἀφηλιώτην, quem nos Subsolanum possumus dicere. h ¶ *Vnicuiq; contra fratrem, etc.*] Ne cunctas Orientalis prouinciæ regiones enumerare per partes longũ fieret, generaliter posuit omnia regna terræ quæ memorantur in terra. Quod aũt dixit, Contra fratrem suum, subauditur, Dedi meracam potionem: ut omnes furerent, uomerent, insanirent, & mutuis inter se prælijs dimicarent. Quodq; intulit. i ¶ *Et rex Sesach, etc.*] Et in Septuaginta non habetur. Hũc habet sensum: Omnes (inquit) in circuitu nationes Babylonio imperio subiacebũt, & cũcta suæ subijciet potestati, ita ut uniuersæ quas præteritus sermo narrauit gentes, ipsi seruiant & bibãt de calice eius. Vnde & in uisione contra Babylonẽ scribitur: Calix aureus Babylon, inebrians omnẽ terram.

Isa 51.a Nouissimus autem rex Babylonis bibet hanc potionẽ, propinante sibi ascensore bigæ cameli & asini, Cyro rege Medorum atq; Persarum. Quomodo aũt Babylon quæ Hebraice dicitur בבל intelligatur ששך non magnopere laborabit, qui Hebraæ linguæ paruam saltem habuerit scientiam. Sicut apud nos Græcũ alphabetum usq; ad nouissimã literam per ordinem legitur, hoc est α β & cætera usq; ad ω, rursumq; propter memoriam paruulorum solemus lectionis ordinem uertere, & primis extrema miscere, ut dicamus ω α, β ψ: sic & apud Hebræos, primum est א Secundum ב Tertium ג usq; ad uigesimamsecũdam & extremam literam ת cui penultima est ש Legimus itaq; ש ת : ב א Cumq; uenerimus ad medium ל literæ, occurrit ב Et ut si recte legatur, legimus Babel, ita ordine commutato legimus Sesach. Vocales autẽ literæ, inter ב & ל & ב iuxta idioma linguæ Hebraææ, in hoc nomine non ponuntur. Arbitrorq; à sancto propheta prudenter fuisse cælatum, ne aperte eorum contra se insaniam commoueret qui obsidebant Hierusalẽ, & iã iãq; eius potituri erãt. Qđ & apostolũ cõtra imperium Romanũ secisse legimus, scribentem de Antichristo: nõ meminisis quod cum apud uos essem adhuc, hęc dicebam uobis. c Et nunc quid detineat, scitis: ut reueletur in suo tempore, subauditur antichristus. Iam enim mysteriũ iniquitatis operatur, tantũ qui tenet modo, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui. Eum qui tenet, Romanum imperium ostendit. Nisi enim hoc destructũ fuerit, sublatumq; de medio: iuxta prophetiã Danielis, Antichristus ante nõ ueniet. Quod si aperte dicere uoluisset, stulte persequutiones aduersum Christianos, & tunc nascentẽ ecclesiæ rabiem concitasset. Longius quàm cõmentariorũ breuitas patitur, de hoc capitulo diximus, quod Græci forsitã Latinicq; fastidient, quia in suis codicibus nõ habetur. Sed quid proderit, cũ in consequentibus hic ipse propheta dicat, Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta uniuersæ terræ: quomodo facta est in stupore Babylon inter gentes? Allegorici interpretes istũ omnem locum ad cunctas referunt nationes, quas inebriauerit diabolus calice peccatorũ meracissimo. Et nouissimũ etiam ipsum bibiturũ supplicia atq; cruciatus, de quo scribit Apostolus, Quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Et in alio loco dicit, Nouissimus aũt inimicus destruetur mors. Quod magnarũ uirium est posse diuersarum uocabula nationum transferre sub etymologijs suis, & singula uitia, singulis nominibus coaptare. k ¶ *Et dices, etc.*] Postquam (inquit) cunctis gentibus propinaueris, & impleueris præceptum dñi, rursum hęc uerbis dñi imperabis, & dices, Bibite & inebriamini, & uomite & cadite & nolite consurgere. Si bibere & inebriari, uomere & cadere, salutis indiciũ est, ut instar catharticæ potionis noxia quæq; pellantur: quomodo sequit, Et nolite consurgere? Quæ sit autem potio quæ eos cadere faciat in æternum, ponit manifestius, id est, à facie gladij quem ego mittam inter uos. l ¶ *Quumq; noluerint etc.*] Latenter ostendit præceptum dei qui uoluntate facere noluerint, susceпturos necessitate, & audituros: Et bentes biberis. Velitis (inquit) nolitis, dei sententia completa est. Si enim ciuitas Hierusalẽ, in qua notũ fuit nomẽ dei, dicẽte Propheta: Notus in Iudæa deus, in Israel nomẽ magnũ eius: bibit meracũ calicẽ furoris, quanto magis

Ita cõstanter habebãt omnes codices: forsan legendum, inter ד ר ב ש ש ש

Allegor.

2. Thes. 2.b

1. Cor. 15.b

Psal. 74.b

A gis uos non eritis mundi, qui pro dei nomine idola colitis? a ¶ *Gladium enim ego uoco, etc.*] Ista est potio meracissima, iste calix furoris domini qui non super solam Hierusalem, sed super omnẽ uocatur terram, & cũctas in circuitu nationes. De quo supra dixerat: Et mittã ad Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum: & adducam eum super terrã istam, & super habitatores eius, & super omnes natiões quæ in circuitu illius sunt. b ¶ *Et tu prophetabis, etc.*] Primũ dicamus, ut se interpretationis ueritas habet. Cunctis (inquit) gentibus prophetabis, & dices, qđ dñs de excelso rugiat, hoc est det sui furoris indicium: iuxta illud quod scriptũ est: Leo rugiet, & quis nõ timebit? Dñs loquutus est, & quis nõ prophetabit? Et de habitaculo sancto suo dabit uocẽ suam, ut cunctos terreat audiẽtes. Rugiet aũt super decorem suum, hoc est, super templũ. Cumq; ille rugierit, instar calcantium in torcularibus celeuma cantabitur: & in effusione sanguinis mutui, carmẽ lugubre concinet: qđ Symmachus κατάλυμμα, Aquila ἐσομόν uocat: cuius celeumatis & carminis sonitus usq; ad terræ extrema perueniet, qa iudiciũ dñi cũ gentib.

Amos 3.b

B

Osc. 4.a Si autem iudicium dñi cum gentibus est, sunt & gentiũ merita diuersa. Ad exponendum illum locum, ut quidam uolunt: Qui non credit, iam iudicatus est. Iudica-

Ioan. 3.c tus quidem est, in eo quod non credidit, sed ipsi qui non credunt inter se, diuersis afficientur supplicijs. Iudicatur ipse cum omni carne, ut nullus iniudicatus abeat. Impios autem, hoc est, qui domino non credunt,

Allegor. tradit gladio sempiterno. Allegorici interpretes iuxta Lxx. hunc locum sic edisserunt, ut ad bonam partem referant, apertam domini comminationem. Dominus, inquiunt, de excelso responsum dabit, his uidelicet quos saluaturus est. Et de loco sancto suo dabit uocem suam, respondebitq; sermonem in loco suo. Illi autem quasi uindemiantes pleni fructibus, illius sententiæ respondebunt: Super omnes habitatores terræ ueniet interitus, non super uniuersam terram, sed super partem terræ, eorum uidelicet qui nõ credunt. Iudicium enim erit in gentibus, & ipse iudicabitur cum omni carne: impij autem tradentur gladio. c ¶ *Hæc dicit, etc.*] Erubescant qui uim scripturæ sanctæ facere conantur: in bonam partem ea quæ comminationis plena sunt, dissererentes. De hoc autem loco puto dixisse & dñm: Consurget gens aduersus gentem, & regnũ contra regnũ, & cæ-

Luc. 21.b

tera quæ in ipsius euãgelij sententia cõtinent. Intelligamus aũt hæc facta iuxta historiã, quando à rege Babylonio cũctę nationes in circuitu subiugatę sunt, & imperiũ eius sensere crudele. Vel iuxta prophetiã lõgo post tempore in cõsummatione mũdi futura, Dicũturq; interfecti à dño, nõ qđ dñs ipse percutiat, sed quo in interitu pesimorũ uoluntas & imperiũ dñi cõpleatur. d ¶ *Vlulate, etc.*] Notã dũ quod in hoc rãtũ loco Lxx. iubilum in malã partẽ posuerũt: pro quo alij interpretes, ululatũ (ut in Hebræo scriptũ est) trãstulere. Inter pastores & arietes siue optimates gregis ista distantia est, quod pastores rationaliũ sunt, arietes aũt & optimates reseruntur ad diuites qui & ipsi pars gregis appellãtur. Quodq; infert, Completi sunt dies uestri, ut interficiamini. Tũc complebunt dies eorum, qñ fuerint peccata cõpleta, & dispergent & cadent sicut uasa pretiosa, ut confracta nõ ualeãt instaurari, & quãto ante fuere precio-

D sa, tãto maius eorum in confractione sit damnũ: siue quasi arietes electi, ut pinguis hostia sit deuorare cupientiũ. Peribit, inqt, fuga à pastoribus, qñ non egerint pœnitentiam. Deniq; dicit ad phariseos, Genimina uiperarũ, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Et in psalmis legimus, Periit fuga à me. Et saluatio (inquit) ab optimatibus gregis, siue arietibus, ἐκ προσώπου subauditur, peribit. e ¶ *Vox clamoris, etc.*] Et hic notandum quod apud Lxx. iubilum pro ululatu positum sit. Inter pastores autem & arietes, ista diuersitas est, quod pastores putentur in ecclesia, qui præsunt gregi cum sapientia & eruditione atq; doctrina. Arietes uero qui principes quidem uidentur in populo, sed nihil habent in se doctrinæ atq; sapientiæ, & per nimiam simplicitatẽ pro pemodum stultitiæ uicini sunt. Quando autem habuerimus pacem, & non intellexerimus uel bona uel speciosa pacis, sed luxuriæ nos & ocio & uoluptatibus dederimus, tunc conquiescẽt siue cõticescent bona pacis, & auferent à nobis propter iram furoris dñi: & implebitur illud quod scriptũ est, Cum dixerint, pax & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interitus, quo ueniẽte, omnia conticescent. f ¶ *Dereliquit, etc.*] Dominus de quo supra dixerat, de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit uocem suam. Rugiẽs rugiet super decorem suum, ipse derelinquet tabernaculũ suum, de quo scriptũ est, Factus est in pace, siue in Salem locus eius, & habitatio eius in Sion. Ipse relinquet sedem suam, &

1. Thes. 5. a

Psal. 141.b

Psal. 75.a

A complebit quod per eundem hunc prophetam loquu
Supra 12. b tus est: Dimisi domũ meã, dereliqui hæreditatẽ meam.
Reliquit autem quasi leo cubile suum, ut omnes bestię,
uastandi terram eius habeant potestatem. Leone enim
custode & præside, nullus ad eandẽ audet accedere. Fa-
cta est (inqt) terra eo-
rũ, haud dubiũ quin
uel populi Iudæorũ,
uel certe uniuersarũ
gentiũ in desolationẽ
& in nihilũ à facie iræ
columbæ. Non mira-
bitur columbam dñi
intelligi Nabuchodo
nosor, qui supra eum
uocari seruũ domini
legerit. Pro quo Lxx.
transtulerunt, gladiũ
magnũ. Licet colum-
bã & in persona Hie-
rusalem possimus ac
cipere, quod irascat
& tristis sit, se leonis
sui perdidisse custo-
diã, & terrã suã uenis-
se in desolationem.

CAP. XXVI

IN *principio regis Ioa. etc.*] Hæc prophe-
tia supior est prio-
re, licet sub eodem re
ge sit facta. Illa enim
facta est in anno quar
to Ioakim filij Iosię re
gis Iuda: hæc autẽ in
B principio eiusdem re
gis, scriptura dicente,
In principio regis Io-
akim filij Iosiæ regis Iuda, factum est uerbũ istud à dño.
Non igitur (ut sæpe iam diximus) in prophetis histo-
riæ ordo texendus est: cum in præsentiarum sub eodẽ
rege priora posteà, & posteriora ante dicantur. Qui au
Deut. 5. d tem uerbũ dicturus est domini, debet stare cum Moy-
Psal. 134. a se, & audire cum Psalmista, Qui statis in domo domi-
ni, in atrijs domus dei nostri. Et præcipitur illi ut loqua
tur ad omnes ciuitates Iuda: licet ciuitates Lxx. non
transtulerint, ne indecorum forte uideret, in atrio do-
mus domini loqui ad urbes quæ coram non erant: sed
quando ad populum & ad ciues loquitur, ipsis ciuita-
tibus loquitur. Pulchre autem stat in atrio atq; uestibu
lo templi domini, ut per occasionem orationis domi-
ni, & adorandi eum sermones prophetæ audire cogan
tur. Noli (inquit) subtrahere uerbum: licet triste sit, licet
aduersum te audientium rabies concitetur, tamen di-
cito quod tibi imperatum est: nõ formidans persequu-
tiones eorum qui aduersum te concitandi sunt, sed do
mini iubentis imperium. Forsitan (inquit) audiant &
conuertantur. Verbum ambiguum, forsitan, maiestati
domini non potest conuenire, sed nostro loquitur affe
ctu, ut liberum homini seruetur arbitrium: ne ex præ-
scientia eius, quasi necessitate uel facere quid uel nõ fa-
cere cogatur. Non enim ex eo quod deus scit futurũ ali
quid, idcirco futurũ est: sed quia futurum est, deus no-
uit, quia præscius futurorum. Et tamen sciendum iuxta
hunc eundem Hieremiam, & si mala prædixerit dñs, &
egerit populus pœnitentiam, quod & ipse acturus sit
pœnitentiam super his quę facere comminatus est. Et si
prospera pollicitus fuerit, & egerit populus negligẽter,
mutet deus sentẽtiã, &, p bonis mala inferat. Tale quid
& illud in Euangelio est, Mittam filium meum, forsitan C
Luc. 20. b uerebuntur eũ. Quod utiq; ex persona dei omnipoten
tis dicitur. Denicq; & in præsenti ait: Si fortè audiant &
conuertantur unusquisq; à uia sua mala, ut cum illi cõ-
uersi fuerint, & meę sententiæ me pœniteat, & non faciã
quod eis facere cogi-
to. Cogito autem face
re, ꝓpter malicias stu-
diorum illorum: quę
si fuerint immutatæ,
& mea sententia com
mutabitur. Legamus
historiam Ionæ & Ni
niue. *b* ¶ *Et dices ad eos etc.*] In nostra ergo
positum est potestate,
uel facere quid uel nõ
facere: ita dũtaxat ut
quicquid boni ope-
ris uolumus, appeti-
mus, explemus, ad
dei gratiã referamus,
qui iuxta Apostolum Philip. 2. b
dedit nobis & uelle et
perficere. Sin aũt suf-
ficit semel ambulare
in lege quæ nobis da
ta est per Moysen, ut
stulta hæresis suspica-
tur: quomodo addi-
dit, Vt audiatis ser-
mones seruorũ meo-
rum prophetarum? D
Qui utiq; post legem
missi sunt, & non se-
mel, sed frequenter:
nec ociosè & à securo,
sed semper & à solici-
runt
to. Misi (inquit) ad uos seruos meos prophetas quoti-
die, & de nocte consurgens: quos si audire nolueritis,
dabo domum istam, hoc est, templũ dei: sicut Silo, ubi
fuit tabernaculum. Cumq; templum destructum fue-
rit, consequenter & ciuitas erit in maledictionem cun-
ctis gẽtibus terræ. Sicut autem extructo templo in area
2. Par. 3. a Ornæ, & in monte Moria, hoc est, uisionis: in quo Ab-
raham filium suum Isaac obtulisse narratur, cessauit re-
ligio Silo, nec postea ibi sunt celebrata sacrificia: sic ex-
tructa ecclesia & spiritualibus in ea uictimis immolatis,
cessauerunt legis ceremonię: & data est urbs Iudęorum
in maledictionem cunctis gentibus terræ: de qua nos
dominus liberauit, dicente Apostolo: Christus rede-
Gal. 3. b mit nos de maledictione legis, factus pro nobis male-
dictio. *c* ¶ *Et audierunt sacerdotes, etc.*] Sacerdotes & pro-
phetæ, quos pseudoprophetas manifestius Lxx. tran-
stulerunt, irascuntur Hieremiæ quod uera prædicat: &
subuerso templo & ciuitate deserta, sit peritura religio,
& lucra ex religione uenientia: idcirco apprehendunt
eum, & consentiente sibi populo, morti destinant: quæ-
re dixerit in nomine dñi, sicut Silo erit domus hæc:
& urbs desolabitur, eo quod non sit habitator. Si quan
do igitur propter mandata domini, & fidei ueritatem,
uel sacerdotes nobis uel pseudoprophetæ uel deceptus
populus irascitur, non magnopere curemus, sed exe-
quamur sententiam dei, nequaquam præsentia mala,
sed futura bona animo cogitantes. *d* ¶ *Et congregatus
est, etc.*] Hieremias in templo uerba dñi prophetabat,
& dixerat: domũ istam sicut Silo, & urbem hanc in ma
ledictionem dabo cunctis gentibus terræ: statimq; à sa-
cerdotib. & prophetis & populo, seditione commota,
omne

A omne uulgus aduersus prophetam cõgregatur in tem
plum ubi erat propheta, & sacerdotum ac prophetarũ
uulgiq; manibus tenebatur. Quod cum audissent prin
cipes ciuitatis, qui in domo regia uersabant, trãsierunt
siue ascenderũt de domo regis in domum dñi. Notan-
dũq; quod ire ad do
mũ dñi, semper ascẽ-
sus sit. Sederuntq; in
introitu portæ domi-
ni nouæ. Principum
eñ erat officium sede
re in porta domus do
mini, & ibi negocij &
seditionis cognoscere
ueritatem. Noua aũt
porta dicit, quia qui
sedebant in ea & iudi
cio præerant, sacerdo
tũ & pseudoprophe-
tarum calumnię resi-
stebant. *c* ¶ *Et loquuti
sunt, etc.*] Sedentibus
urbis principibus in
porta tẽpli & in porta
noua, qui de regis pa
latio ad templum cu-
currerant, ut seditio
populi sedaret, & con
cione populi congre
gata, accusant sacer-
dotes & pseudopro-
phetæ Hieremiam: pe
rieratq; ꝓpheta, quã-
tum fuit in sacerdoti-
bus & prophetis, si ac
cusatores ipsi habuis-
B sent iudicij potestatẽ.
Ex quo intelligimus
crudeliores fuisse in
prophetam per inui-
diam sanctitatis, qui
religioni uidebantur
dediti, q̃m qui necessi-
tatibus publicis prę-
erant. *b* ¶ *Et ait Here
mias ad omnes, etc.*] Cũ
præsente populo sede
rent in porta ciuitatis
principes, & accusa-
rent sacerdotes & pro
phetæ Hieremiã pro-
phetam, & mortis crimen intenderent: Hieremias ad
principes loquitur, & ad uniuersum populum quos sa
cerdotum & pseudoprophetarum factio concitauerat,
prudenter pariter & humiliter atq; constanter. Pruden
ter, quod à dño missum esse se diceret: ut contra templũ
& ciuitatem loqueretur, daretq; consilium: quod si eius
uellent audire consilium & agere pœnitentiam, domi-
nus quoq; suam sentẽtiam commutaret. Humiliter au-
tem in eo quod ait: Ecce in manibus uestris sum: facite
mihi, ut bonũ & rectum est in oculis uestris. Porrò con
stanter: In ueritate misit me dñs ad uos, ut loquerer in
auribus uestris omnia uerba hæc. Alijsq; sermonibus
loquitur: Si irascimini quod contra templum & urbem
dñi sim loquutus: & curæ uobis est salus urbis & tem-
pli: cur augetis peccata peccatis, & sanguinis mei tã ur-
bem quàm habitatores eius reos facitis? Si quãdo igit
& nobis pro necessitatis angustijs, humilitate opus est:
sic eam assumamus, ne ueritatem & constantiam defera
runt principes Iuda uerba hæc, et ascenderunt de domo
regis in domum domini, & sederunt in introitu portæ
dñi nouæ. Et loquũti sunt sacerdotes & ꝓphetæ ad prin
cipes & ad omnem populum dicentes: Iudicium mortis
est uiro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istã, si
cut audistis auribus uestris. Et ait Hieremias ad omnes
principes & ad uniuersum populum, dicens: Dñs misit
me ut prophetarem ad domũ (siue super domũ) istam,
& ad ciuitatem (siue super ciuitatem) hanc omnia uerba
quæ audistis. Nunc ergo bonas facite uias uestras & stu-
dia uestra, & audite uocem domini dei uestri, et pœnite-
bit dñm mali quod loquutus est aduersum uos (siue, &
quiescet dominus à malis quæ loquutus est contra uos).
Ego autem ecce in manib. uestris sum: facite mihi ut bo-
num & rectum est in oculis uestris (siue, ut expedit uo-
bis). Veruntamen scitote & cognoscite, quod si occide-
ritis me, sanguinem innocentem tradetis contra uosmet
ipsos, & contra ciuitatẽ istam & habitatores eius. In ueri-
tate eñ misit me dominus ad uos, ut loquerer in aurib.
uestris omnia uerba hæc. Et dixẽrũt principes & omnis
populus ad sacerdotes & prophetas: Nõ est uiro huic iu-
dicium mortis, quia in nomine domini dei nostri loquu
tus est ad nos. Surrexeruntq; uiri de seniorib. terræ, & di
xerunt ad omnem cœtum populi loquentes: Micheas
de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda:
& ait ad omnem populum Iudæ, dicens: Hæc dicit domi
nus exercituum: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem
in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syl-
uarum. Nunquid morte condemnauit eũ Ezechias rex
Iudæ, et omnis Iuda? Nunquid non timuerunt dominũ,
& deprecati sunt faciem domini? Et pœnituit dominum
mali, quod locutus fuerat aduersum eos. Itaq; nos faci-
mus malũ grande contra animas nostras. Fũit quoq; uir
prophe-
tam, & mortis crimen intenderent: Hieremias ad
principes loquitur, & ad uniuersum populum quos sa
cerdotum & pseudoprophetarum factio concitauerat,
prudenter pariter & humiliter atq; constanter. Pruden
ter, quod à dño missum esse se diceret: ut contra templũ
& ciuitatem loqueretur, daretq; consilium: quod si eius
uellent audire consilium & agere pœnitentiam, domi-
nus quoq; suam sentẽtiam commutaret. Humiliter au-
tem in eo quod ait: Ecce in manibus uestris sum: facite
mihi, ut bonũ & rectum est in oculis uestris. Porrò con
stanter: In ueritate misit me dñs ad uos, ut loquerer in
auribus uestris omnia uerba hæc. Alijsq; sermonibus
loquitur: Si irascimini quod contra templum & urbem
dñi sim loquutus: & curæ uobis est salus urbis & tem-
pli: cur augetis peccata peccatis, & sanguinis mei tã ur-
bem quàm habitatores eius reos facitis? Si quãdo igit
& nobis pro necessitatis angustijs, humilitate opus est:
sic eam assumamus, ne ueritatem & constantiam defera
enim dixit: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem in
aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syl-
uarum. Porrò Hieremias: Dabo (inquit) domum istam si Supra 24. d
cut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cun-
ctis gentibus terræ. Dantq; consilium, putantes nequa-
quam futurum quod Micheas prædixerat: quia multo
tempore non sit factum propter populi pœnitentiam.
Et hoc quoq; quod Hieremias loquutus est, nequaquã
fore, si iuxta consiliũ eius bonas faciant uias suas, & stu
dia sua: & audiant uocem dñi dei sui, ut dñs non inferat
malum quod eis fuerat comminatus. Simulq; frangũt
accusatorum rabiem, & se miscent cum eis dicẽtes: Itaq;
nos facimus malũ grande contra animas nostras: non
quo facere debeant, sed quia si fecerint, nequaquam no
ceant accusato, sed animabus suis, quas mutatione sen
tentiæ potuerint liberare. *e* ¶ *Fuit quoq;, etc.*] Quodq; se
quitur, Et misit rex Ioakim uiros in Aegyptum, Elna-
than filium Achabor, & uiros cum eo in Aegyptum, In
mus. Aliud est eñ superbè contumeliam facere iudican C
ti, quod signum stultitiæ est. Aliud sic impẽdens uitare
discrimen, ut de ueritate nihil subtrahas. *c* ¶ *Et dixerũt
principes, etc.*] Populus qui prius à sacerdotibus & pseu
doprophetis fuerat supplantatus, iũgitur principibus
ciuitatis: & pro Hiere
mia loquitur, quod
nequaq̃ reus mortis
sit: sed in nomine do-
mini & ex ore illius
prophetarit. Cito eñ
uulgus indoctum ac-
cepta ratione murat
sententiam. Dolor au
tem accusantiũ, præci
pue sacerdotũ & pseu
doprophetarũ nõ po
test immutari. Et ideo
illis accusantib. & in
accusatione perseue-
rantibus, populus cõ
mutatur, quod spem
eis dederat indulgen
tię dñs, si bonas face-
rent uias suas, & audi
rẽt uocem dñi dei sui,
ut & dominus suam
sentẽtiam flecteret. *d*
¶ *Surrexeruntq; uiri de se
niorib. terræ, etc.*] Prin
cipes ciuitatis & po-
pulus intelligunt iu-
dicij ueritatem. Senes
autem quorum pro-
prie erat nosse uete-
ra, replicant historiã: D
& prophetiã Micheæ Mich. 3. d
de Morasthi, qui pro
phetauit sub rege E-
zechia, cõparant pro
phetiæ Hieremię, pro
qua ei mortis discri-
men intenditur: ostẽ-
duntq; illum dixisse
grauiora, & tamen à
iusto rege Ezechia ni
hil esse perpessum: sed
conuersos ad pœni-
tẽtiam, domini in bo
nam partem uertisse
sententiam. Micheas

A Septuaginta non habetur. Quæritur cur cum Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim, eadem quæ Hieremias prophetarit, timore pertertitus fugerit in Aegyptū, & inde retractus occisus sit: Hieremias potuerit euadere, qui certe non fugerat, sed audaciter in priori sentētia perseuerans, liberatus sit tā uulgi principū q; iudicio quām consilio seniorum ad uersum accusatores, sacerdotes & pseudoprophetas. Ad quod breuiter respōdēdū, nequaquam dei sciri posse iudicium, dum eadē causa, eademq; sententia alius punitur & alius liberatur. Nisi forte hoc respondere possumus, qđ Vrias in condēnationem accusatorū & populi crucidatus sit: Hieremias autē reseruatus iudicio dei, ut reliquijs infelicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitudinem. Quod quidem & in Apostolorū actibus legimus, Iacobū apostolum statim Herodis pertulisse sentētiam, & martyrio coronatum: beatum autem Petrum & cæteros apostolos, doctrinæ dñi reseruatos. Et animaduertenda constantia prophetalis, quod ne de Aegypto quidem retractus Vrias mutauerit sentētiam: sed uidens sibi intentari mortem, nihilominus sit loquutus quæ præceperat dominus. Quodq; timuit & fugit & ingressus est Aegyptum: non infidelitatis, sed prudentiæ indicium est, ne frustra nos offeramus periculis. Alioquin & dominum saluatorem de manibus persequentium lapsum legimus, & præcipientem apostolis: Cum uos persequuti fuerint in hac ciuitate, fugite ad aliam. Quæritur quoq; quomodo Ioakim rex Iuda parui imperij & debilitati, & iam iamq; perituri, mitteret in Aegyptum habuerit potestatem, & inde Vriam educendi. Quod facile soluitur, si consideremus eum à rege Aegypti Nechao principem constitutum, & hanc prophetiam factam esse in principio regni eius. Quanquam autem Hieremias dñi adiutorio liberatus sit, tamen & illi reputatur in mercedem per quem prophetam suum dominus liberauit, Achikam uidelicet filio Saphan: quod in posterioribus lecturi sumus, quando de cisterna luti Abdemelech spadonis consilio atq; pretio, Hieremias de mortis periculo liberatur.

B

Act. 12.d

Luc. 4.e
Ioan. 8.g
Mat. 7.c

Infrà 38.b

CAP. XXVII

IN principio regni Ioakim, filij Iosiæ regis Iuda, etc.] Hoc in editione Septuaginta non habetur. Et multi putant sequentis capituli esse principium: quod nequaquam ita est, sed iungendum superiori: ut quicquid dictum refertur & factum, in principio regni Ioakim factum esse credamus. Vnde & mittēdi in Aegyptum, quasi ad amicum regem habuit potestatem. Videntur autem mihi Septuaginta titulum istum hac ratione siluisse, ne secundo dicere uiderentur. Iam enim in principio posuerant: In principio regis Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est uerbum istud ad Hieremiam à dño, dicens. b ¶ *Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi uincula & catenas.*] Siue κλοιόν qui Hebraice appellantur מוֹטָה & sermone uulgari Boias uocant. c ¶ *Ponesq; eas in collo tuo & mittes eas ad regē Edom, etc.*] Præterita uisio in principio facta est ad prophetam regni Ioakim, filij Iosiæ regis Iuda. Hæc autem sub Sedechia, qui extremus regnauit in Hierusalē, et sub quo urbs capta est atq; subuersa. Præcipitur q; Hieremiæ, ut catenas siue furcas ligneas, quæ Hebraice (ut diximus) appellantur מוֹטָה imponat collo suo, & mittat eas ad reges Edō, Moab, filiorum Ammon, Tyri, Sidonis, per legatos qui uenerant ad Sedechiam, & præcipiat suis dominis nūciare, quod regi Nabuchodonosor seruire debeāt, & audire quæ sequens prophetę sermo prosequitur. Ac ne forsitan legati & reges istarum gentium responderēt, cur hoc tuo populo nō præcipis? Sedechiæ quoq; regi similia loquitur, & sacerdotibus ac propheris. Hunc locum allegoricus semper interpres & historiæ fugiens ueritatem, interpretatur de cœlesti Hierusalem, quod debeant habitatores eius sponte assumere corpora & descendere in Babylonem, id est, confusionem mundi istius, qui in maligno positus est: & seruire regi Babylonio, haud dubium quin diabolo. Quod si hoc facere noluerint, nequaquam eos grauia corpora portaturos, sed perituros gladio & fame & peste, & nequaquam homines futuros, sed dæmones. Hoc ille dixerit, ne defensores eius nobis calumniam faciant. Cæterum nos simplicem & ueram sequamur historiam, nē quibusdam nubibus atq; præstigijs inuoluamur. d ¶ *Ego feci terram & hominem & iumenta quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna & in brachio extento, & dedi eam ei cui placuit in oculis meis.*] Licet ἀνθρωποπαθῶς hæc scriptura loquatur, quomodo nos homines loqui possumus & intelligere, tamen fortitudo dei & brachium eius ille est, de quo & Apostolus loquitur: Christus, dei uirtus & dei sapientia. Et Esaias: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Scribit & Ioannes Euangelista: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Dauid quoq; in suo carmine loquitur: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Quod autem ait: Dedi eam ei cui placuit in oculis meis: hoc significat, quod omnia humano generi per dei gratiam sint tributa. Ego (inquit) feci terram & hominem & iumenta. Ordo contrarius. In Genesi enim primum fiunt animantia, & extremus homo: sed hic prius hominem nominat, & postea quæ subiecta sunt homini.

C

D

Allegor.

1.Cor.1.d
Esa.53.a
Ioan.1
Psal.32.b
Ibidem 33.b
Gen.1

¶ Nunc

A a ¶ *Nunc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis, etc.*] Cuius infelicitatis est Israel, quādo comparatione eius Nabuchodonosor seruus dei appellatur. Scriptum est in Euangelio: Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit: in propria uenit, & sui eum non receperunt. Recte itaq; conditor creaturam suam tradit cui uoluerit. Deniq; & diabolus, in cuius typū præcessit Nabuchodonosor, cōfitetur: hæc omnia mihi tradita sunt. Quod autem intulit: Insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi: uel simpliciter omne genus animalium intelligere debemus: Cū homine enim & ea traduntur, quæ ei subdita sunt. Aut certe bestias, feras gentes accipiamus: quod etiā illæ seruiant, quæ prius seruire non noluerant. Filium autem eius, & filium filij, iuxta Hebraicum Balthasar uocat, & Euilmerodach: de quibus scribit Daniel. b ¶ *Donec ueniat tempus terræ eius & ipsius.*] Pulchre perpetuum Nabuchodonosor putaretur imperium: & ipsum dicit à Medis Perfisq; capiendum. Hoc est enim quod significat: Donec ueniat tempus terræ eius & ipsius: sed nec hoc habetur in Septuaginta. c ¶ *Et seruient ei gentes multæ, & reges magni.*] Nō dixit, omnes: hoc enim proprie Christi debetur imperio: quanquam iuxta Symmachum non legatur, Seruient ei gentes multæ, & reges magni: sed subijcient eū seruituti gentes multæ & reges magni: ut ipse quoq; seruiat Medis & Persis, cui ante omnes gentes seruierant. Hoc quod ex Hebraico posuimus. Dedi ei ut seruiant illi, & seruient ei omnes gentes & filio eius & filio filij eius, donec ueniat tempus terræ eius & ipsius, & seruituti eum subijcient gentes multæ & reges magni: in Septuaginta (ut iam diximus) æditione, non legitur. d ¶ *Gens autem & regnum quod, etc.*] Non solum dominus peccatrices gentes subijcit Nabuchodonosor, sed Apostolus de peccatoribus loquitur, Quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare. Et in alio loco, Tradidi huiusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat. Potestatibus quoq; obediendum monet, non solum propter iram, sed & propter conscientiā, ne condemnemur ab eis. e ¶ *Vos ergo nolite audire, etc.*] Delyrat & in hoc loco allegoricus interpres, & hortatur in cœlesti positos Hierusalem, ne audiant prophetas suos atq; diuinos & somniatores & augures & maleficos, sed ut potius seruiant Nabuchodonosor: & corpus humilitatis assumant, infantiū uagitus, & incunabula paruulorū. Si eīn hæc fecerint, expleto famulatu, & conditione mortalitatis humanæ, reuersuros eos ad terram suam, & habituros in ea, & operaturos quæ prius operati sunt. Dicitq; se suspicari eos qui dei præcepta contempserint, humanis corporibus prægrauari, futuros dæmones, & immundos spiritus, & sedem pristinam nequaquam recepturos. Nos autem simpliciter exponamus, & prophetas esse in gentibus, qui simulent se diuino spiritu futura prædicere: & diuinos, de quibus & uulgare, puerbium est: Aiunt di uinare sapientes. Et formniatores qui imitatur Ioseph & Daniel: Et augures qui uolatu auium & ostinum uocibus, faciendum quid uel non faciendum denunciant: Et maleficos, quos uel ueneficos possumus appellare, uel dæmonū phantasmatib. seruientes, qui Hebraice dicunt מְעוֹנֵן Omnes isti (inquit) decipiunt uos atq; supplātant, ne seruiatis regi Babylonis. Multo enī melius est seruitutem sponte suscipere, & amicum habere cui seruiatis et genitalem terram colere, quām ui & necessitate seruire captiuos. f ¶ *Et ad Sedechiam, etc.*] Post uniuersas gentes transit ad Sedechiam regem Iuda, & hisdem quibus gentibus commi

Ioan. 1

B

C

D

natus est sermonibus loquitur: Neq; enim meretur priuilegium gentis Israeliticæ, qui cæteris gentibus aut similia aut maiora peccauit. Deniq; quia audire contempsit populus perduellis, gladio, fame & peste consumptus est. Obseruādum autem in scriptura sancta, quod pro pseudoprophetis appellet prophetas, qui uaticinentur in nomine domini mendaciter. Hoc autem (inquit) faciunt, ut eijciant uos, & pereatis tam uos quām prophetæ qui uaticinantur uobis. Et eorum igitur qui decipiuntur, & eorum qui decipiunt, similis interitus est. Hoc quod de Hebraico posuimus, Sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & uiuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio & fame & peste: sicut loquutus est dominus ad gentem, quæ seruire noluerit regi Babylonis: nolite audire uerba prophetarum dicentium uobis: in Lxx. non habetur. Et idcirco admoneo, ut prudens lector intelligat quantum desit per singula Græcis codicibus & Latinis. g ¶ *Et ad sacerdotes, etc.*] Post gentes autem & regem, sacerdotibus loquitur & populo: qui iam prophetis supra interitum nunciauerat, dicēs: ut eijciam uos & pereatis, tam uos, quām prophetæ qui uaticinantur uobis. Loquitur aūt eadē quæ loquutus fuerat regi & gentib. ne audiāt uerba prophetarum suorum: & dicant uasa templi dñi reportanda iam, quæ cum Iechonia principibusq; & matre eius fuerant asportata: monetq; ut deseruiant regi

1.Cor.5.b
1.Tim.1.d

A Babylonis & uiuant, & ciuitas sponte subiecta, nequa-
quam tradatur incendio. Et in hoc clementia dñi, leuio
ri pœnæ tradere, ne sustineant grauiorem. *a* ¶ *Et si pro
phetæ, etc.*] Quodq; sequitur, Et subdituri sumus usq; ad
finem huius capituli, in Septuaginta non habetur. *b*
¶ *Domino exercituum, etc.*] Hæc (ut dixi-
mus) in Lxx. non ha
bent, sed de Hebrai-
ca ueritate translata
sunt: pro quo aliud
quod scriptū nō erat,
posuere dicētes: Mihi
quia sic dixit domi-
nus: Et reliqua uasa
quę non tulit rex Ba-
bylonis, quādo tran-
stŭlit Iechonīā de Hie
rusalē in Babylonem
intrabunt, dicit dñs:
sensum magis quàm
uerba ponentes: forsi
tā irrationale arbitra
ti, ut deus loqueretur
ad colūnas & ad ma-
re & ad bases, & ad re
liqua uasa quę remā-
serant in Hierusalem:
quasi nō legamus, &
Ione 4 uermi matutino in-
crepuisse dñm, & ma
Mar. 4.d ri loquutū: Tace et ob
mutesce. Quodq; ait:
Occurrant mihi siue
dño exercituū: illud
ostendit, uerum pro-
B phetā posse domino
precibus resistere: se-
Exo. 32.c cundū quod & Moy
ses stetit in percussio
ne contra dñm, ut a-
uerteret iram furoris
1. Reg. 8.b eius. Samuel quoq;
idem fecit. Et dñs ad
Moysen: Dimitte me
(ait) ut percutiam po
pulū istum. Quando
aūt dicit, Dimitte me,
ostendit se precib. san
ctorum posse retine-
ri. Occurrant, inquit,
prophetæ: & quęcūq;
prædicunt, opere cō-
pleta demonstrent, &
tunc ueritate uatici-
nium comprobabi-
4. Reg. ult. tur. Columnas aūt &
mare & bases & reli-
qua uasorum, in Ma
lachim, & in extremo
huius prophetæ uo-
lumine legimus. Et enumerātur uasa quæ translata sint
in Babylonem, quando captus est Sedechias, & incen-
sa ciuitas templumq; subuersum.

audire uerba prophetarū uestrorū qui prophetant uo-
bis, dicentes: Ecce uasa dñi reuertentur de Babylone nūc
cito, mendaciū enim prophetant uobis. (Hoc quod po-
suimus, nunc cito, in Lxx. non habetur. Et illud quod se-
quitur), Nolite audire eos, sed seruite regi Babylonis, ut
uiuatis. Quare datur hæc ciuitas in solitudinem? Et si prō
phetæ sunt, & est uerbum dñi in eis, occurrant dñmino
exercituū: ut non ueniant uasa, quæ derelicta fuerant in
domo dñi & in domo regis Iuda & in Hierusalem, in Ba
bylonem. Quia hæc dicit dñs exercituū: ad columnas &
ad mare & ad bases. (Pro quibus in Hebraico scriptū est
מכנות) & ad reliqua uasorum, quæ remanserunt in ciui
tate hac, quæ nō tulit Nabuchodonosor rex Babylonis,
cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda à
Hierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda &
Hierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituū, deus Is-
rael ad uasa quę derelicta sunt in domo domini, & in do
mo regis Iuda & Hierusalem. In Babylonem transferen-
tur: & ibi erunt usq; ad diem uisitationis suæ, dicit domi-
nus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII

ET factū est in anno illo, in principio regni Sede-
chiæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto,
dixit ad me Ananias filius Azur: propheta de Gabaon in
domo dñi, coram sacerdotibus & omni populo, dicens:
Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Contriui iu-
gum regis Babylonis, adhuc duo anni dierum, & ego re
ferri faciam ad locū istū omnia uasa domini, quæ trāstu-
lit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & tran
stulit ea in Babylonē. Et Iechoniam filiū Ioakim, regē Iu-
da: & omnem transmigrationem Iudæ, qui ingressi sunt
Babylonem, ego conuertam in locū istum, ait dominus.
Cōteram enim iugū regis Babylonis. Et dixit Hierēmias
propheta ad Ananiam prophetam, in oculis sacerdotū
& in oculis omnis populi qui stabat in domo domini. Et
ait Hieremias propheta: Amen, sic faciat dominus. Susci-
tet dominus uerba tua quæ prophetasti, ut referant uasa
in domū domini, & ois transmigratio Babylonis ad lo-
cū istū. Veruntamen audi uerbū hoc quod ego loquor
in auribus tuis, & in auribus uniuersi populi: Prophetæ qui

CAP. XXVIII

ET *factum est, etc.*] Quos Hebraicū prophetas, hoc
est נביאים Septuag. pseudoprophetas interpreta
ti sunt: ut manifestiorē facerent intelligentiā. De-
nicq & in præsenti loco propheta dicit, hoc est נביא &

non pseudopropheta. Fit autem sermo dñi sub rege Se C
dechia, in quarto anno regni eius, & in mense quinto,
necdum propheta Ezechiel uaticināte in Babylone ad
eos qui cū Iechonia fuerant transmigrati: habetq; fidu-
ciam in templo domini loqui contra prophetam: quia
prospera populo pol
licetur, & libenter au
diunt mendacia, præ
sertim quæ læta pro-
mittūt. Hieremias di-
xerat etiam cętera ua
sa uel templi uel do-
mus regiæ & uniuer-
si populi, quæ Nabu
chodonosor dimise-
rat, transferenda Ba-
bylonem. Hic autem
econtrario, etiam ea
quæ translata fuerāt,
referenda promittit.
d ¶ *Quæ transtulit, etc.*]
Pro quibus Septua-
ginta transtulerūt, Iechoniam & transmi-
grationē Iudæ, quia
conteram iugum re-
gis Babylonis: breui
ter Hebraicæ uerita-
tis sensum, magis q̄m
uerba ponentes. Pol-
licetur autem Anani-
as qui prophetes tūc
populo uidebat, non
solum uasa, sed & re-
gem Iechoniam redu
cendum esse Hieruſa
lem, & iugum regis D
Babylonis conteren-
dū, hoc est, destruen-
dum eius imperium;
& hoc necdum com-
pleto futurum bien-
nio: ut gaudij magni
tudinem, uicinū tem
pus remissionis au
geret. *c* ¶ *Et dixit Hie
remias propheta ad Ana-
niam prophetam, in, etc.*]
Optat fieri qđ pseu-
dopropheta mētitur:
hoc enī significat A-
men: quo uerbo sæpe
dominus utitur in E- Ioan. 5.c
uangelio: Amen, amē
dico uobis. Et cupit
pro rerum prosperi-
tate, magis illū quàm
se uera dicere. Vnde
& alius propheta te-
statur, dicēs: Vtinam Mich. 2.c
non essem uir habēs
spiritum, & mendacium potius loquerer. Econtrario Ione 3.b
Ionas contristatur, quare mentitus sit: & arguitur à do
mino, utilius prophetæ esse mendacium, quàm tantæ
ruinæ multitudinem. Ac ne uideretur pseudoprophe-
tæ comprobare uaticinium sub aliorum exemplo abs-
que iniuria mentientis asserit ueritatem. *f* ¶ *Veruta-
men audi uerbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in, etc.*] Po
terat Hieremias Ananiæ dicere, Falsum loqueris, decipis

A pis populū: nō es propheta, sed pseudopropheta. Q̄ꝑ
Eph. 5.d si dixisset, poterat & pseudopropheta in Hieremiam ea
dem retorquere, ergo non facit iniuriā. Et quasi ad pro
phetam loquitur. Non solū (inquit) ego sum propheta
& tu, sed fuerūt ante te & me multi alij, quorū fuit Esaias
Osee, Ioel & Amos &
cæteri. Prophetaue-
rūt (inquit) contra ter
ras multas, & regna
nō parua, sed magna:
bellum illis & aduer-
sa, & rerum omnium
penuriam nūciantes.
Et econtrario fuerūt
alij, qui pacem polli-
cerentur & prospera.
Vtrorumq; sententia,
non adulatione men
dacij, sed rerum exitu
comprobata est. Sub
aliorū ergo exemplo
de se loquitur & Ana
nia: quod cum rerū
finis aduenerit, tunc
prophetarum ueritas
ostēdatur. Hoc idem
& dominus loquu-
tus est per Moysen,
quod propheta uati-
cinij sine monstretur.
Et hoc animaduerten
dū, quod nō minacia-
ter, nō truculēter, sed
fiducia ueritatis incre
pet mētientē, & differ-
B rat in futurum: ut qui
audiunt, rerū exitum
præstolentur. *a* ¶ *Et
tulit Ananias etc.*] Duos
annos, non transtule
rūt Lxx. prophetam
quoq; nō dixere Ananiam, ne scilicet prophetam uide
rentur dicere, qui propheta non erat: quasi non multa
in scripturis sanctis dicantur iuxta opinionē illius tem
poris, quo gesta referunt, & non iuxta quod rei ueritas
continebat. Denicq & Ioseph in euangelio, pater dñi uo
catur: & ipsa Maria quæ sciebat se de spiritu sancto con-
Luc. 1.d cepisse, & respōderat angelo: Quomodo erit istud, quo
Ibidem 2.g niam uirū non cognosco? loquitur ad filiū: Fili, quid
fecisti nobis sic? ecce ego & pater tuus dolētes quærēba
mus te. Simulq; considerāda prudētia Hieremiæ, & hu
militas atq; patientia. Pseudopropheta rebus facit iniu
riam, & arreptā furcam de ceruice eius conterit: quod
utiq; in ferrea facere nō poterat. Iste tacet, doloreq; dis-
simulat: nec dum enim ei à dño quid loqueret fuerat re
uelatū: ut tacite sancta scriptura demonstret, nequaquā
prophetas suo tantum arbitrio loqui, sed ex dñi uolun
tate, maxime de futuris, quorum solius dei notitia est.
Pſal. 37.c Abijt (inquit) & recessit in uiā suā, quasi uictus & illud
implens propheticum, Factus sum quasi homo nō au-
diens, & non habens in ore suo increpationes. *b* ¶ *Et
factum est, etc.*] Quodq; sequitur, Et seruient ei, insuper
& bestias terræ dedi illi: in Lxx. non habetur. Et in præ-
senti loco iuxta Lxx. Ananias propheta non scribitur,
& in cōsequētibus: ne scilicet (ut prius dixi) pseudopro
phetam appellare uiderentur prophetam. Sed quid ad
Hebraicam ueritatem? postquàm abijt Hieremias pro
phetes in uiam & iniuriam silētio deuorauit, factus est
sermo domini ad eum, ut non suis uerbis propheta lo-

quereť ad pseudoprophetam mendacio gloriātem, sed C
diceret, Hæc dicit dñs: quanquam & Ananias confrin-
gens furcam ligneam: eadem autoritate in conspectu
domini sit loquutus: hęc dicit dominus. Imitatur enim
semper mendacium ueritatem. Quodq; intulit: Furcas
ligneas contriuisti, &
facies siue faciā, p eis
catenas ferreas: hoc
ostendit, quod mino
rem renuēs pœnam,
maioris supplicij cau
sa fuerit in populo.
Delyrat & in hoc lo-
co allegoricus inter-
pres, furcas & cate-
nas ligneas ætherea
appellās & aerea cor-
pora, dæmonum ui-
delicet & aduersaria-
rum potestatum. Fur
cas autē, siue catenas
ferreas, nostra corpo
ra crassiora, quæ ner
uis & ossibus carnis
uenisq; cōtexta sunt:
ut q noluerint de cœ-
lesti Hierusalem pro
qualitate peccati, mi-
nores subire crucia-
tus, in catenas nostro
rum corporum con-
demnentur, & infan-
tiæ uagitus, pannorū
uincula fordesq; sustī
neant, & seruiant dia-
bolo regi Babylonis: D
id est, mundi huius,
dicēte scriptura, Mū-
dus in maligno posī-
tus est: cum bestijs ter
ræ, quæ in brutorum
animantium corpora sint religatæ. Compulit me tracta
tor indoctus, & sectator calumniæ Grunnianæ, aperte
ponere aliena uitia quæ prius cū dissimulatione dice-
bam, lectoris prudentiæ derelinquens. *c* ¶ *Et dixit Hie-
remias propheta ad Ananiā prophetā: Audi Ana. etc.*] Quodq;
sequitur, Quia aduersum dominū loquutus es, & mor
tuus est Ananias propheta in anno illo, in mense septi-
mo: in Septuaginta non habetur. Pro quo tantum po-
suerunt: Et mortuus est mense septimo. Et hic in Septua
ginta: Ananias propheta non dicitur: cum secundum
Hebraicum scriptura sancta prophetam uocet: licet in
eo quod arguit eum Hieremias, dicens, Audi Anania,
non misit te dominus: prophetam tacuerit. Quomodo
enim prophetam poterat appellare, quem missum à do
mino denegabat? Sed historiæ ueritas & ordo seruat,
sicut prædiximus: non iuxta id quod erat, sed iuxta id
quod illo tempore putabatur. Decepisti (inquit) popu
lum mendacio, ne dei sentētiæ acquiesceret. Vnde scias
te hoc anno esse moriturum. Si quando morimur, de
carceribus corporū liberamur: secūdum illud testimo-
nium quod male interpretant hæretici. Educ de carcere Pſal. 141.d
animam meā: quomodo nūc pseudoprophetæ pro sup
plicio mors irrogat? Sed hoc loco notandū, quod Hie
remias à pseudopropheta passus iniuriā, necdum ad se
facto sermone dñi silet: postea uero missus à dño, auda-
cter arguit mentientē, & mortem propinquā nunciat.
Quodq; in mense septimo mortuus est: qui semper in-
terpretari solet requiē sub hoc numero demōstrari: for

sitan

A Itran cum ideirco mense septimo mortuũ mentirentur, ut de malis corporis liberaretur, iuxta illud quod scriptum profertur: Mors uiro requies, Nos autem nouimus corpora credentium templa esse dei: si tamen spiritus sanctus habitat in illis. CAP. XXIX

Eccli. 22.e

CAP. XXIX

ET hæc sunt uerba libri quẽ misit Hieremias ꝓpheta de Hierusalẽ, ad reliquias seniorũ transmigrationis: & ad sacerdotes & ad prophetas, & oẽm populũ quẽ traduxerat Nabuchodonosor de Hierusalẽ in Babylonẽ: postquã egressus est Iechonias rex, & dña (siue regina) & eunuchi, & principes Iudæ & Hierusalẽ, siue optimates & artifices de Hierusalem, in manu Ellassa filij Saphã, & Gamariæ filij Helchiæ: quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis, in Babylonẽ, dicẽs: Hęc dicit dñs exercituũ, deus Israel, omni trãsmigrationi quã trãstuli de Hierusalẽ in Babylonẽ: Aedificate domos & habitate (siue plãtate) hortos (siue pomaria) et comedite fructũ eorũ. Accipite uxores et generate filios & filias: date filijs uris uxores, & filias uras date uiris, et pariãt filios et filias, et multiplicemini, et nolite esse pauci numero: Et q̃rite pacẽ ciuitatis (siue terræ) ad quã trãstuli uos: & orate ꝓ ea ad dñm, qa in pace illi⁹ erit pax uobis. Hæc ẽm dicit dñs exercituũ, deus Israel: Nõ uos seducant prophetæ uestri, qui sunt in medio uestrũ & diuini uestri:

B senes, deinde ad sacerdotes: tertio ad prophetas: quarto ad omnẽ populũ dei sermo dirigit: ut secundũ ordinẽ ætatis, prophetæ quoq; ad eos qui monebant literæ peruenirent. Monet aũt eos non suis uerbis, sed dñi: ut ædificent domos & habitent in eis: & plantẽt hortos, siue pomaria, & comedant fructũ eorum: accipiant uxores & generẽt filios & filias: & multiplicent in loco trãsmigrationis, & non sint pauci numero: quærantq; pacẽ ciuitatis siue terræ, ad quam eos transtulerit dñs: & orent pro eis ad dñm. Causasq; reddens, ait, quia in pace illius terræ erit pax uobis. Hieremiæ quia post breue tempus erat Hierusalem sequutura captiuitas imperatur, ne accipiat uxorem, nec faciat filios. Vnde & nobis

1.Cor.5.d per Apostolũ dicitur: Tempus breue est: superest, ut qui habent uxores, tanquã non habẽtes sint. Quod si propter angustiam temporis habentib. usus uxorũ tollit: quanto magis non habentib. ne accipiant imperatur? Hoc autem totum præcipit uaticiniũ prophetale, ne acquiescãt pseudoprophetis, qui eis post breue tẽpus in Hierusalẽ reditũ promittebant: sed ut sciant multo se in Babylone tempore moraturos: ita ut uxores accipere, plantare pomaria, hortosq; serere, ędificare domos, & generare filios debeãt. Quodq; intulit: Quærite pacem ciuitatis, siue terræ. Et iterũ: Quia in pace illius erit pax

1.Tim.2.d uobis, illud apostolicũ comprobat, in quo iubet: Obsecro igitur primum omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro regib. & cunctis, qui sunt in sublimitate: ut quietam & tranquillam uitã agamus in omni pietate & castitate. Porrò secundum mysticos intellectus, postquam de Hierusalẽ, id est, ecclesia, propter peccata nostra electi fuerimus, & traditi Nabuchodonosor, de

1.Cor.7.d quo dicit idem Apostolus: Tradidi huiusce modi satanæ in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat in die dñi. Et

1.Tim.1.d iterum: Quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare: non debemus esse securi, nec torpentes ocio, saluC tẽ penitus desperare, sed primũ ædificare domos, non super arenam, sed super petram: & tales domos, quales ędificauerunt obstetrices in Exodo: quia timebãt dñm. Exo.1.d Deinde plantare hortos siue pomaria, qualem & dñs plantauit paradisum in Edẽ & posuit in eo lignum uitæ, de quo scriptum est: Lignum Pro.3.c uitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam, beatus. Tertio accipere uxores, quarũ una est sapientia, de qua scribit Salomõ: Ama illam, Ibid.4.b & seruabit te, & circũda illam, & exaltabit te. Et in alio loco: Hãc Sapien.8.a exquisiui spõsam accipere mihi: & amator factus sum decoris eius. Nec sufficit nobis una coniunx sapientia, nisi habeamus & reliqua: fortitudinem, temperantiam atq; iustitiam: ut plures ex eis generemus filios. Filias quoque nostras demus uiris, ut & fidei ueritas quæ interpretatur in

D filijs, bonis operibus copuletur: quæ referuntur ad filias: & opera bona iungantur fidei sanitati, talesq; filios generantes & filias, multiplicemur in numero: ut destruentes ea quæ paruuli sunt, & in perfectum crescentes uirũ, audire mereamur: Scribo uobis patres, quo-

1.Cor.4.d niam agnouistis eum, qui ab initio est, & cũ Apostolo dicamus liberis nostris: in Christo enim Iesu per euangelium ego uos genui. Quæramus quoq; pacem ecclesiæ, ciuitati & terræ nostræ, ut ad eam redire mereamur, de qua dñi iudicio translati sumus, ut habitaremus in confusionis errore. Si enim illa susceperit nos, habebimus pacẽ. Simulq; consideranda clementia dñi, orare Luc.6.d præcepit pro inimicis nostris, & benefacere his qui persequuntur nos: ut non simus nostra tantũ salute cõtenti, sed inimicorũ quoq; quæramus salutẽ. b ¶ *Hæc enim dicit dominus, etc.*] Prophetas, imõ pseudoprophetas, & diuinos & somniatores fuisse in Babylone, inter eos quos Nabuchodonosor cũ Iechonia & matre eius adEzech.13 duxerat, Ezechiel propheta testat, scribens contra eos, quibus Hieremias quoq; præcipit non credendũ. Nec dum aũt eo tempore quo hæc epistola dirigebatur Ezechiel in Babylone cœperat prophetare. Hic enim sermo in principio Sedechiæ regis mittitur. Ezechiel aũt quinto anno trãsmigrationis Iechoniæ, exorsus est ꝓphetare: qui idẽ annus regni Sedechiæ erat. Porrò secũdum Tropol. Tropologiã pseudoprophetas eos debemus accipere: qui aliter scripturarũ uerba accipiũt cũ spiritus sanctus sonat. Et diuinos eos, qui coniecturã mẽtis suæ, & incerta futurorũ quasi uera pronunciant absq; diuinorũ autoritate uerborũ. Somniatores quoq;, qui non audiũt Iude 6 illud scriptũ: Nec dederis somnũ oculis tuis, neq; dormitationẽ palpebris tuis, de quibus Iudas apostolus loProuer. 6.d quit: Similiter & hi somniantes, carnẽ quidẽ maculant, dominationẽ aũt spernũt: quorũ mens nequaquã uigilat, sed arrogãtiæ & soporis errore depressa, noctis horrore circundatur: quibus loquit & apostolus Paulus:

Eleuare

A Eleuare, quid dormis? & exurge à mortuis, & illumina
Eph.5.d bit te Christus. a ¶ *Quia hæc dicit dominus, etc.*] Nolite (inquit) credere pseudoprophetis, diuinis & somniatoribus uestris, qui uobis uicinum in Hierusalem reditum pollicentur. Nisi enim septuaginta anni expleti fuerint, Cyro rege Persarum laxante captiuos, nequaquam in patriam reuertemini: & tunc mea promissa cõplebo, ut reducã uos ad locũ istum: Ego enim scio cogitatiões, quas cogito super uos, ait dñs. Se dicit nosse qd cogitet: illos aũt cum suis prophetis, diuinis & somniatoribus ignorare. Futurorũ igitur scientia soli deo competit. Vt dem uobis (ait) finem & patientiam: Finem captiuitatis, & patientiam laborum præsentiũ, siue spem futurorũ. Tũc inuocabitis me, & ibitis Hierusalem: & orabitis, & exaudiam uos. Certe absq; inuocatione & oratione captiuorum poterat implere dominus qd promiserat,

B sed hortatur eos ad preces, ut quod promissum est, mereantur accipere. Quæretis me, & inuenietis, cum quæ-
Mat.7.a sieritis in toto corde uestro, iuxta illud euangelicũ: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Secũdum anagogen, tamdiu in seculi huius
Anagog. confusione uersamur, quamdiu requiem septenarij numeri mereamur accipere, & accepta pœnitẽtia deus impleat quod promisit, & reducamur ad locum nostrũ ecclesiam. Idcirco enim dñs percutere uisus est, ut sanaret: dabitq; nobis finem laboris nostri atq; patientiæ, & inuocabimus eum: & reuertemur in ecclesiam, & orabimus & exaudiemur, quæremus & inuenietis eum, cũ toto corde quæsierimus illum, & tũc apparebit nobis.
Pſal.89.c Quidam septuaginta annos, iuxta illud interpretantur quod scriptum est: Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, qui cum fuerint expleti, tunc ad dñm reuertamur in toto corde nostro & exaudiamur, & finis sit laboris nostri atq; patientiæ: nunc enim in umbra nos omnia & in imagine possidere. b ¶ *Et reducam etc. quam emisi de Hierusalem in Baby.*] Hucusq; in Septuagin ta non habetur, quæ asteriscis prænotaui. Cætera enim in quibus uel singuli uersus, uel pauca ab eis prætermissa sunt uerba, uictus tædio, annotare nolui, ne fastidium legentibus facerem. Pollicetur autem dñs his qui erant in transmigratione, quod post septuaginta annos captiuitatis redire eos faciat de uniuersis gentibus & de cunctis locis ad quæ expulerit eos, & captiuitate laxata pristinum statum & patriam recipere. Et cũ ego hæc (inquit) mea sponte facturus sim, & certo tempore redituros uos, frustra decipimini, & putatis uos habere prophetas in Babylone, qui uobis falsa promittũt. Ita autem sciatis nequaquam uos reditum nũc spectare debere, sed ædificare domos, plantare pomaria, accipere uxores & generare filios, & multiplicari numero, & tẽpus expectare promissum. Audite quid dñs loqua-

D tur ad Sedechiam, qui nũc regnat in Hierusalem, & ad C oẽs habitatores urbis eius, id est, ad fratres uestros, qui noluerunt meæ obedire sentẽtiæ, & Babylonem migrare uobiscum: quod nequaquam captiuitatẽ possint effugere, sed gladio & fame & peste moriant. Et ponam eos quasi ficus malas: quas Theodotio interpretatus est sudrinas: secunda, pessimas: Symmach. nouissimas: quę Hebraice appellant שׁוֹעָרִים. Sed scriptorum uitio pro media syllaba fiue litera ע Græcum ο inoleuit, ut pro Suarim legatur sudrim. Quõ aũt cophinus si *Supra 24.b* ue calathus, qui habebat ficus bonas, primitiuas habuisse dicitur: sic alter cophinus qui habebat ficus malas, habuisse ficus nouissimas scribitur. Et persequar (inqt) eos qui nunc in Hierusalem urbe uersant, gladio, fame & pestilentia: ut primũ obsidione, confestim qui remanere & effugere potuerint, dispergantur in uniuersas ter-

ras, & exemplo sint omnibus maledictionis, stuporis & sibili & opprobrij, ad quos ego eijciam eos, quia nõ audierũt uerba mea, dicit dñs: quæ per seruos meos lo D quutus sum ad eos, de nocte consurgens, & mittens: & nunquam monere cessaui, ut imitarent uos qui nũc in transmigratione securo ocio perfruimini, donec promissio dñi compleatur. Vos aũt qui meæ obedistis sententiæ, & regi uos Babylonio tradidistis, audite quæ dicturus sim. Et in hoc loco delyrus interpres somniat ruinam cœlestis Hierusalẽ: & ad eos prophetiam dirigi suspicat, qui in huius mũdi Babylonia regione uersantur, quod bene fecerint in hæc corpora sponte descendere, & in terra Chaldæorũ ædificare domos, plantare pomaria, accipere uxores, filios generare, bonisq; operib. restitui post septuaginta annos in locũ pristinũ, & in cœlestẽ Hierusalẽ. Illos aũt qui noluerint propria uolũtate ad terrena descendere, hæc passuros, quæ dñs Sedechiæ & eius populo comminat: Qui noluerint imitari fratres suos, nec uenire in Babylonẽ, qđ mittat in eos gladiũ & famẽ & pestẽ, hoc est rerũ omniũ penuriã, & ponat quasi ficus pessimas quę penitus comedi nõ possunt, & persequat eos gladio sempiterno, & det in uexationẽ uniuersis regnis terræ, quo scilicet nequaq; homines, sed dæmones fiant aeriæ potestates, & sint apud cũctos angelos qui præsint singulis prouincijs in maledictionẽ & in stuporẽ & in sibilũ & in opprobrium cũctis gentib. Et hoc eos idcirco passuros, quia uerba ꝓphetarũ in cœlesti Hierusalẽ audire noluerint qui eos hortabant ut ad terrena descẽderẽt, et corpus humilitatis assumerẽt, & acta pœnitẽtia post uerũ sabbatismũ, locũ pristinũ possiderẽt. Hęc ille dixerit. Quę cũ audiũt discipuli eius, & Grũnianæ familię stercora, putãt se diuina audire mysteria. Nosq; qui ista cõtemnimus, quasi ꝓ brutis habẽt animãtib. & uocãt ψυχικοὺς, eo qđ in luto istius corporis cõstituti, nõ possimus sẽtire cœlestia.

¶ Hæc

A ¶ *Hæc dicit dominus exercituum, etc.*] Aiũt Hebrei hos esse presbyteros, qui fecerunt stultitiam in Israel & mœchati sunt uxores ciuium suorum: quorum uni loquitur Daniel, Inueterate dierum malorum: Et alteri, Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscẽtia subuertit cor tuũ. sic faciebatis filiabus Israel, & illæ metuentes loquebantur uobiscum: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatẽ uestrã. Quodq; propheta nunc loquitur, Et loquuti sunt uerbum in nomine meo mendaciter, qđ non mandaui eis: illud significari putãt, quod miseras mulierculas quæ circunferũtur omni uento doctrinæ: sic deceperint, quo dicerẽt eis: quia de tribu erant Iuda, Christũ de suo semine esse generandum, quæ illectæ cupidine præbebant corpora sua, quasi matres futuræ Christi. Sed illud quod in præsentiarũ dicitur, quos frixit rex Babylonis in igne, uidetur Danielis historiæ contraire. Ille eñ asserit eos ad
B sentẽtiam Danielis à populo esse lapidatos: hic uero scriptum est, quod frixerit eos rex Babylonis in igne. Vnde & à plerisque ac penè omnib. Hebræis, ipsa quasi fabula non recipit, nec legit in synagogis eorum. Qui eñ, inquiunt, fieri poterat, ut captiui lapidãdi principes & prophetas suos haberent potestatem? Et magis hoc esse uerũ affirmant, qđ scribit Hieremias, cõuictos quidẽ esse presbyteros à Daniele: sed latam in eos sententiã à rege Babylonis, qui in captiuos ut uictor & dominus habebat imperium. Quanti & de nostro grege similes Achab & Sedechiæ, prophetant in nomine domini mendacium, & faciunt stultitiam in Israel, & mœchantur uxores ciuium suorum, qui in eadem ecclesiæ sunt urbe generati? quos uerus Nabuchodonosor friget in igne peccati, dicente Osee propheta, Omnes adulterantes quasi cliba-
Osee 7.d nus succensus à coquente. Felix qui tollit iugum ab a-
Tren. 3.e dolescẽtia sua & sedet solus, quia amaritudine repletus

Dan. 13.f

ficus malas quæ comedi non possunt, eo quod pessimæ sint. Et persequar eos in gladio & in fame & in pestilentia: & dabo eos in uexationem uniuersis regnis terræ, in maledictionem & in stuporem & in sibilũ, & in opprobrium cunctis gẽtibus, ad quas ego eijciam eos, eo quod non audierunt uerba mea, dicit dominus, quæ misi ad eos per seruos meos prophetas, de nocte consurgens, & mittens, & non audistis, dicit dominus. Vos ergo audite uerbum dñi omnis transmigratio quam emisi de Hierusalem in Babylonem. Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel, ad Achab filium Coliæ, & ad Sedechiam filium Maasiæ, qui prophetant uobis in nomine meo mẽdaciter: Ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis uestris. Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi ludę, quæ est in Babylone dicentium: Ponat te dñs sicut Sedechiam & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerunt stultitiam (siue iniquitatem) in Israel, & mœchati sunt uxores amicorum (siue ciuiũ) suorum: & loquuti sunt uerbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis: ego sum iudex & testis, dicit dominus. Et ad Semeiam Neelamitem dices (Et quod sequitur): Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel: Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnẽ populum qui est in Hierusalem. (In Septuaginta non habetur. Rursumq; addidere de suo) Non misi te in nomine meo. (Et consequenter iuxta ordinem): Et ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, (Et iterũ de Hebræo) Et ad omnes sacerdotes: (Ac deinde historia texitur) Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote, ut sis dux (siue præceptor & episcopus) in domo domini super omnem uirum arreptitiũ & prophetantem: ut mittas eum in neruum & in carcerem (siue in custodiam & in cataractẽ, quem Symmachus μόχλῳ, Aquila ipsum uerbum Hebraicum posuit צינוק). Et nunc quare non increpuisti Hieremiam Anathotiten, qui prophetat uobis? Quia super hoc misit ad nos in Babylonem, dicens, Longum est, ædificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in aurib. Hieremiæ prophetæ cuius officium est discernendi inter prophetas, qui spiritu sancto loquantur, qui contrario: & recludi iubeatur in carcerem, ut mendacij sui pœnas luat: & populum ultra supplantare desistat. Ioiade sacerdos fuit, qui Ioias post interfectionem Athaliæ imperium tradidit, & interfecit sacerdotes Baal. Hoc est ergo quod scribit: Quare non imitaris Ioiadem sacerdotem & interficis Hieremiam pseudoprophetam? Dominus

C Psal. 25.d

4. Reg. 11.d
2. Paral. 23.d

A minus enim te pro Ioiade constituit, ut habeas curam templi, & præcipue discernas qui sancto spiritu loquantur, qui dæmoniaco. Discretiones autem spirituum diuinæ esse gratiæ, & Apostolus memorat. Cur, inquit, non increpuisti Hieremiam Anathotiten? Quod ipse merebat quasi pseudopropheta, refert in prophetam, & præuenit mendacio ueritatem. Vnde & pruden-
Luc. 16.b tiores putant filij tenebrarum filijs lucis in generatione hac. Nobisq; agẽtibus patienter & expectantibus miserorum salutem, præueniunt hæretici, & nos suo appellant nomine, ducẽtes cæci cæcos in foueã. Misit, inquit, ad nos in Babylonẽ, dicẽs: Longe est. Hoc est omne quod dolet, quare aduersum suum mendacium Hieremias scripserit ueritatem, longe esse reditum, & post septuaginta annos redituros in Hierusalem: unde debere eos ædificare domos, plantare pomaria, & comedere fructus eorum, accipere uxores, & facere filios, quæ præterius sermo narrauit. Quas literas cum accepisset Sophonias sacerdos, ad cuius specialiter nomen scriptæ erant: legit Hieremiæ, quodammodo sugillans eum, & ipsa increpans lectione, quare auderet in Babylonem talia scribere. a ¶ *Et factum est uerbum domini ad Hieremiam, dicens: Mitte ad omnem transmigrationẽ, etc.*] Pseudoprophetæ Semeias uerè Nehelamites, qui de torrente alienas
B & turbidas aquas sumpserat, irascitur contra mendacium suum uera scripsisse Hieremiã, & ad Sophoniã sacerdotem mittit epistolas: cur ausus sit propheta scribere ueritatem, & cupit eum recludi in carcerẽ ne loquatur. Sophonias quoq; propheram latẽter accusat dum C
legit epistolam mentientis, & accusationẽ eius habere se iactitat. Quanto magis sceleris rei sunt, qui defendũt pseudoprophetas, & mentientes fouent, & aliorũ male inuenta, sua faciunt esse peccata? Audiat itaq; pseudopropheta, intelligat sacerdos qđ per eũ & ipse audire meretur: Hæc dicit dominus: Ecce ego uisitabo super Semeiam. Hoc dominus loquitur, non propheta, q uisitet super Semeiã Nehelamitẽ, non in remedium, sed in supplicium mentientis, iuxta illud quod scriptum est: Visitabo in Psal. 88.c uirga iniquitates eorũ, & in flagellis peccata eorum. Nec solum super pseudoprophetam uisitat, sed & super semẽ eius, omnes discipulos quos suo errore decepit. Nõ erit, inquit, uir sedens in medio populi huius. Deleatur de sanctorum conciliabulo stirps pessima, nec sedeat in medio quiescentium, qui cum stantibus stare non potuit, nec audiuit illud: Si steterisset in substantia mea. Cumq; dominus perfectionem uirtutum omnium finito septenario tempore promittat, ille non uidebit bonum quod sibi in præsenti tempore uendicabat. Hoc autem totum fiet, quia præuaricationem locutus est aduersus dominum, ut diceret iam soluta peccatorum captiuitate, reuersuros esse in Hierusalem, quibus Apostolus cõminatur: Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnastis, & utinam D
regnaretis ut & nos regnaremus uobiscum.

tæ. Et factũm est uerbum domini ad Hieremiam, dicẽs: Mitte ad omnem transmigrationem, dicens: Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitem, pro eo q prophetauit uobis Semeias, & ego non misi eum, & fecit uos confidere in mendacio, idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego uisitabo super Semeiam Nehelamitem & super semen eius. Non erit ei uir sedens in medio populi huius, & non uidebit bonum quod ego faciam populo meo, ait dominus, quia præuaricationem locutus est aduersus dominum.

Commentarij quinti in Hieremiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM COMMENTARIORUM Hieremiæ ad Eusebium Prooemium.

PRolixitas uoluminis Hieremiæ prophetæ uincit nostrum propositum, ut quamuis breuiter, tamen multa dicamus. Vnde & præsens sextus liber commentariorum in Hieremiam, repromissiones mysticas continebit, quas Iudæi putant & nostri Iudaizantes, in consummatione mundi esse complendas, necdum enim sub Zorobabel possunt expletas conuincere. Nos autem sequentes autoritatem apostolorum & euangelistarum, & maxime apostoli Pauli: quicquid populo Israel carnaliter repromittitur, in nobis spiritualiter completum esse, monstramus, hodieq; compleri: nec inter Iudæos & Christianos ullum aliud esse certamen, nisi hoc: ut cum illi nosq; credamus Christum dei filium repromissum, ea quæ futura sunt sub Christo, à nobis expleta, ab illis explenda dicantur. Qui igitur Christum uenisse iam credimus, necesse est, ea quæ sub Christo futura dicuntur ut expleta doceamus: Nosq; esse filios Abraham de quibus scriptum est: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. ad quem facta est repromissio: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Quam benedictionem uas electionis in Christo expletam docens: non dixit, inquit, in seminibus, sed in semine qui est Christus. Ora igitur frater Eusebi dominum Iesum Christum, ut eodem labore & spiritus gratia quo aliorum prophetarum, & præcipuè Esaiæ repromissiones interpretati sumus, etiam huius prophetæ explanare ualeamus. Qui quantum in uerbis simplex uidetur & facilis, tantum in maiestate sensuum profundissimus est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Hieremiam prophetam; Liber sextus.

CAPVT XXX

HOc uerbū quod factum est ad Hieremiam, etc.] Promittentibus in Babylone pseudoprophetis

citò populū qui cū Iechonia captus fuerat reuersurum, & Ananiā filio Azur in Hierusalem cadē prædicāte: Hieremias propheta & illud quidē futurū asseruit: non intra biennū, ut illi mentiebantur, sed finitis septuaginta annis. Et nūc iubetur in libro scribere, & memoriæ tradere quæ dñs uentura prænunciet. Ex quo manifestū est, nequaquā uaticinij, sed multo post tempora hæc explenda, quādo Israel & Iuda reuersuri sunt in terrā suā, & implendum illud quod Ezechiel pphetauit, duas uirgas sibi pariter copulandas, & imperaturum Dauid regem, de quo scribitur: Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor unus erit omniū eorum. Si quid igitur in illa prophetia diximus, cuam in præsenti loco intelligendum est, præsertim cum eadem & eo tēpore Ezechiel in Babylone, & Hieremias in Hierusalem prophetauerint. *b* ¶ *Et hæc uerba quæ locutus est dominus ad Israel & ad Iudam, quoniam hæc dicit dominus, etc.*] Primum tristia annunciantur, ut post malorum magnitudinē, læta succedant. Gratior quippe sanitas ægrotatione depulsa, & doloris magnitudo, in magnitudinē uertitur gaudiorum. Quod autem dicit, hoc est: tantus erit timor, tantaq; formido, ut fugata pace, bellis & sanguine omnia compleantur, & uiros quoq; (quorū propriū est contra aduersarios dimicare) muliebris timor obtineat, manusq; nequaquā ad arma, sed ad renes tenendos conferant, quasi si mulier pariens ilia lumbosq; contineat. Vndē & cunctorum facies uertentur in auruginem, pauorem cordis, uultus pallore testantes. Quidam hunc locum secundum Tropologiam sic interpretantur, ut putent illud testimonium: A timore tuo domine concepimus & parturiuimus & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram, & illud apostolicum in quo dicit: Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in uobis, huic exemplo cōparari, quod manifestum est non ad terrorē, sed ad gaudium pertinere, cum præsens scriptura uastationis Israel & ruinæ tempus significet. *c* ¶ *Væ quia magna dies illa nec est similis eius, etc.*] Prædicit tempus miseriæ, ut inferat tempus gaudij. Cum, inquit, tanta præcesserint mala, ut dolor uiro rum omnium dolori parturientis fœminæ cōparetur, tamen tempus tribulationis Iacob, hoc est, populi dei, mutabitur in prospera, & ex ipsa quoq; saluabitur, subauditur tempore, de quo sermo processerat. Iacob autem duodecim tribus intelige, quæ nequaquā sub Zorobabel, ut nonnulli falso putāt, sed de euangelica uocatione saluatæ sunt. *d* ¶ *Et erit in die illa, ait dominus exercituum, conteram iugum eius de collo, etc.*] Iste est Dauid cuius & euangelium meminit, daturum se nobis ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi: In sanctitate & iustitia corā ipso, omnibus diebus nostris. Quomodo enī primus Adā & secundus Adam scribūtur iuxta corporis uerita tem, sic & Dauid dñs atq; saluator, quia iuxta carnē ex Dauid, totū in eo sancta Maria conferente quicquid fuit ex stirpe Dauid, & habente originem atq; cōceptū de spiritu sancto. Quę ait: Cōterā iugū eius de collo tuo, & uincula illius disrumpā: Non dubiū quin sub typo Nabuchodonosor de diabolo sentiendum sit. *e* ¶ *Tu ergo ne timeas serue meus Iacob, etc.*] Hæc προσφωνητικὸν in Lxx. non habetur, & in plerisq; codicibus uulgatæ editionis sub asteriscis de Theodotione addita est. Pollicetur autem sermo diuinus & familiarem uocat seruum suum Iacob & Israel, sicut Abraham, Isaac & Iacob uocantur serui dei. Moyses quoq; & alij prophetæ & apostolus Paulus in principio epistolarum suarum hoc titulo gloriatur, ut duæ & decem tribus, id est, duodecim sciant se de terra longinqua esse saluandas, & soluendam captiuitatem reddendamq; pacem, & omni eas replendas abundantia, iuxta illud quod in psalmo dicit: Fiat pax in uirtute tua, & abūdantia in turribus tuis. Hoc autē erit quia præsentia dñi perfruent, quando & gentes aduersariæ quæ eos ceperant disperibunt, & isti liberabunt ex gentibus. Docetq; eos nequaquā pœnæ, sed eruditioni traditos, ut iudicarētur quasi proprij, non perderent quasi alieni: Qui enī nō credit, iam iudicatus est, hoc est prę iudicatus in interitū. Quod aūt intulit: Vt non tibi uidearis innoxius, siue iuxta Symmachum, & mundans non mundabo te, uel iuxta Aquilam, cum te eruditero per iudiciū, nequaquā innocentē faciam: illud significat, quòd omnis mūdus indigeat misericordia dei, & nullus quāuis sanctus sit, securus pergat ad iudicē: contra nouam ex ueteri hæresim, quæ putat in isto seculo & in ista carne mortali, anteq; corruptiuum hoc induat incorruptionem, & mortale induat immortalitatē, perfectionem

dabo

Ezech. 37.d

B

Tropol. Esa. 26.c

Gal. 4.c

Luc. 1.b

C

D

Psal. 121.b

Ioan. 3.c

A ctionem esse in quoquam, & omnes simul iustum posse implere uirtutes. *a* ¶ *Quia hæc, etc.*] Quasi ad speciosam mulierē loquitur, cui supra dixerat: Castigabo te in iudicio, ut non tibi uidearis innoxius siue innoxia, & per Metaphoram ad Hierusalem, quod dei iudicio pessime uulnerata sit, & nequaquā alio nisi ipso q; percusserat posit curante sanari. Nō est, ait dñs, qui iudicet iudiciū tuum: nec altissimo uulneri ualeat curē cicatricis obducere. Quocunq; te conuerteris, utilitas non est tibi, quia offendisti eum qui uerus & solus est medicus. Oīes amatores tui obliti sunt tui, uel sacerdotes uel principes, aut certe angelorū præsidia, quibus priusq; offenderes dominū uallabaris. Te nō quærent, facientes
2 Cor. 13.c contra Apostolū, qui quærebat credētes, & nō ea quæ erant credentiū. Plaga enī inimici percussi te, castigatione crudeli. Aliter amicus, aliter inimicus percutit: aliter
B pater, aliter hostis. Ille cædit ut corrigat, iste percutit ut occidat. Vnde & prophetа lachrymabiliter dicit:
Psal. 6.37 Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. hoc autē factum est, quia propter multitudinē iniquitatis tuæ, durа facta sunt peccata tua. Quodque sequitur: Quid clamas super contritione tua, insanabilis est dolor tuus propter multitudinē iniqtatis tuę, in Lxx. non habetur: uidelicet quia in secūdo dicitur, propter multitudinē iniquitatis tuæ & dura peccata tua, & qui scribebant, à principio additum putauerunt. Et est sensus, ut inimici te plaga percuterē, & cæderē castigatione crudeli, fecit multitudo iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, quæ sanari nō poterant, nisi mordacissimo puluere & ardenti cauterio & ferro acutissimo, quo putridas carnes & insanabiles amputarem. Et tamen propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci hæc tibi, non mea uoluntate, sed medicinæ ratione cogente. *b* ¶ *Propterea omnes, etc.*] Et sub Zorobabel hæc facta cognoscimus, quando Assyrios, hoc est, Niniuen uastauere Babylonij atque Chaldæi, & rursum Babylonios & Chaldæos Medi Persæq; ceperunt, & Babylon destructa est. Tunc Sion cœpit habere dominum requirentem, & obducta est cicatrix uulneribus illius, & sanata est à plagis suis, dabo te.) Quiā hæc dicit dominus: insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudiciū tuum ad alligandum, curationum utilitas non est tibi. Omnes amatores tui obliti sunt tui, te non quærent. Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli (siue fortè:) propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta sunt (siue multiplicata sunt) peccata tua. Quid clamas super cōtritione tua? Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te deuorabūtur, & uniuersi hostes tui in captiuitatē ducentur, & qui te uastant uastabuntur, cunctosq; prædatores tuos dabo in prædam. Obducam enim cicatricem tibi, & à uulneribus tuis sanabo te, dicit dominus. Quia eiectā (siue dispersam) uocauerunt te Sion. Hæc est quæ non habebat requirentē. Hæc dicit dominus: Ecce ego cōuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis (siue captiuitati) eorū miserebor. Et ædificabit ciuitas in excelso suo, & templū iuxta ordinē suū fundabitur. Et egredietur de eis laus uoxq; ludentiū. Et multiplicabo eos & non minuentur. (Quodq; sequitur) Et glorificabo eos & non attenuabuntur (in Lxx. nō habetur) Et erunt, inquit, filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit, & uisitabo aduersum omnes qui tribulāt eum. Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur. Et applicabo eum & accedet ad me. Quis enim iste est qui applicet cor suū, ut appropinquet mihi, ait dominus? (Rursumq; & hoc in Hebraico non habetur.) Et eritis mihi in populum, & ego ero uobis in deum. Ecce turbō domini furor egrediens, & procella ruens, in capite impiorum conquiescet, Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui, in nouissimo dierum intelligetis ea.

In tem-

quod plenius atq; perfectius complebitur in Christo. C
c ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Quorum typus præcesserit in Zorobabel & Esdra, quando reuersus est populus, & cœpta est ædificari ciuitas in excelso suo: templiq; obseruari religio, & cætera quæ ipsius Esdræ uolumine cōtinentur. Plenius aūt atq; perfectius in dño saluatore apostolisq; completū est, quādo ędificata est ciuitas in excelso suo, de qua scriptū est: Nō potest *Matt. 5.b*
abscondi ciuitas quæ in mōte sita est, & templum iuxta ordinem suum, ceremoniasq; fundatū, ut quicquid in priori populo fiebat carnaliter, in ecclesia spiritualiter cōpleretur. Tūc egressa est laus, siue gratiarū actio. Hoc enī significat ηὐχὴν ut oēs apostoli dicerent: Gratia *1 Cor. 1.a*
uobis & pax. Voxq; *Exo. 3.b*
ludentiū, non illo ludo quo manducauit populus & bibit, & surrexit ut luderet, sed eo quo corā arca dñi *2 Reg. 6.a*
lusit Dauid. Et multiplicati sunt & nō imminuti; ut totus orbis crederet in domi D
num saluatorē, & glorificati sunt, ut impleretur quod scriptum *Psal. 86.a*
est: Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Fuerunt q; filij eius, hoc est apostoli sicut fuerunt à principio, Abraham, & Isaac, & Iacob, principes generis Israelitici. Tunc uisitauit dominus ad uersum omnes q; tribulauerūt populum dei, aduersarias uidelicet potestates. Et fuit dux eius ex eo. Haud dubiū, qn dñs & saluator secūdū carnē ex genere Israel. Et princeps de medio eius productus est. Applicauit enī pater ad se, & accessit ad eum, ut diceret filius: Ego in patre, & pater *Ioan. 14.b*
in me, quia nullus potest sic cor suū applicare deo, nec ita ut filius patri esse coniunctus. Quodq; dicit iuxta Lxx. Et eritis mihi in populū, & ego ero uobis in deū, cernimus opere completum ex parte in Israel, & ex toto in gentium multitudine. *d* ¶ *Ecce turbo domini furor egrediens, etc.*] Turbo furoris domini, & procella ruens atq; tempestas requiescet in capite eorū, uel dæmonum uel eorum qui dei filium blasphemauerunt, & nō auertet iram indignationis suæ, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui, & circundetur exercitu Hierusalem & penitus deleatur. Quomodo aūt artifex non potest intelligi nisi opere cōpleto, nec medicinæ industria nisi postquam fuerit sanitas consecuta: ita cum euersio

A fuerit Hierusalem & prioris populi abiectio, tunc intelligent credentes quod repulsio Iudæorũ, nostræ salutis occasio sit.

CAP. XXXI

In tempore illo, dicit dominus, ero deus uniuersis cognationibus Israel, siue generi Israel, & ipsi erunt mihi, etc.] Nisi cogitatio domini fuerit impleta, & furor eius requieuerit super impiorũ caput, uniuersitatis dñs, cognationib. Israel deus esse non poterit. Hoc autem dicit reliquijs, quæ saluæ factæ sunt. Quod si opponitur nobis id quod dictũ est: Ero deus generi Israel, siue uniuersis cognationibus Israel: assumamus exemplũ: Si filij essetis Abrahæ, faceretis opera patris uestri. Et Apostolus scribit: Videte Israel secundum carnẽ. Ex quo docet esse aliũ Israel secundum spiritum. Ille igitur Israel est, qui mente cernit deũ, siue rectissimus dñi est, & huiuscemodi Israel erit populus dei.

b ¶ *Hæc dicit dominus: Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio, uadat ad requiẽ, etc.*] Ridicule latini codices in hoc loco, ambiguitate uerbi Græci, pro calido lupinos interpretati sunt: Græcũ enim θερμὸν utrunq; significat: Quod & ipsum non habet in Hebræo. Est enim scriptũ חן quod Aquila, Symmachus & Theodotio χάριν, hoc est, gratiam interpretati sunt. Soli Lxx. posuerunt calidũ putantes ultimã literã ן esse. Si enim legamus חן per literam ן gratia dicitur, si per ן calor interpretatur. Est autẽ sensus iuxta Hebraicũ. Cum populus Iudæorũ qui Romano remanserat gladio, uel certe iram furoris dñi potuerat euitare, inuenit gratiã in deserto gentiũ, ut intra turbam nationũ in ecclesia saluetur, unde uadet & inueniet requiẽ suam Israel, quã semper sperauerat, quam ei prophetarũ promiserãt uaticinia. Porrò iuxta Lxx. hæc intelligentia est: Dominus inuenit calidos atq; uiuentes apostolos & socios eorũ in deserto gentiũ, inter eos qui infidelitate sua interfecti fuerant, nec habebant calorem uitæ: Vnde præcipitur angelis & his qui in ministerio dei sunt, ne omnes interficiant, ne Israel penitus deleatur: diciturq; eis: Ite & nolite interficere Israel. Sint aliqui qui uiuant. Sint qui caleãt ardore fidei, sint qui frigus infidelitatis & mortis effugiant, quos dominus inueniat in deserto. *c* ¶ *Longe dominus apparuit mihi siue ei, & in charitate perpetua, etc.*] Quia offenderat Israel dominũ, & dixerat: Nõ habemus regem nisi Cæsarem: Et: Venite interficiamus eum & nostra erit hæreditas, & longe recesserat à deo: propterea dominus post multũ tempus apparuit ei, nõ tempore Zorobabel & Esdræ, postq; rursum capti sunt, sed in charitate perpetua dilexit eum, quæ nullo fine delebitur. Et attraxit eum miserans. Nequaq; enim merito, sed elementia saluatus est. Rursumq; ait: Aedificabo te & ædificaberis uirgo Israel, Hoc proprie intelligamus in ecclesia. Delyrant enim qui auream atq; gemmatam suspirant Hierusalẽ, suam auariciam in mysterio urbis domini consecrantes. Ad huc ornaberis tympanis tuis, ut canas dño in ecclesiis, omni in te malorum operũ carne consumpta. Et egredieris in choro ludentium cum gentium turbis: plantabis uineas in montibus Samariæ. Nequaq; in uallibus & humilib. locis, sed

CAPVT XXXI

IN tẽpore illõ dicit dñs, ero deus uniuersis cognationibus Israel (siue gñi Israel) & ipsi erunt mihi in populũ.

HEB. Hæc dicit dñs: Inuenit gratiã in deserto populus qui remanserat gladio, uadat ad requiẽ suã Israel. Longẽ dñs apparuit mihi (siue ei) & in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Rursumq; ædificabo te, & ædificaberis uirgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis (siue assumes tympana tua) & egredieris in choro ludentiũ, adhuc plantabis uineas in montibus Samariæ, plantate plantaria & uindemiate: etenim dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim. Surgite & ascẽdamus in Sion ad dñm deũ nostrũ. Quiã hæc dicit dñs: Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput gentiũ: personate, canite & dicite: Saluũ fac dñe populũ tuũ reliquias Israel. Eccẽ ego adducã eos de terra aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. In solennitate phasæ & generabit filios multos. Inter quos erũt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, ecclesia magna reuertentium huc. In flẽtu uenient (siue egredient:) & in misericordia reducam eos, & adducã eos per torrẽtes aquarũ in uia recta, & non impingent (siue non errabũt) in ea. Quia factus sum Israel pater, & Ephraim primogenitus meus est. Audite uerbũ domini gẽtes, & annũciate in insulis quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel cõgregabit eũ, & custodiet eũ sicut pastor gregẽ suũ, quia redemit dominus Iacob & liberauit eũ de manu potentioris (siue de manu fortioris.) Et uenient & laudabunt in monte Sion, & cõfluẽt ad bona domini super frumẽto, & uino & oleo & fœtu pecorũ & armentorũ. Eritq; anima eorũ quasi hortus irriguus (siue quasi lignũ fructiferũ) & ultra non esuriẽt. Tũc lętabit uirgo in choro (siue uirgines) & iuuenes ac senes simul, & cõuertã luctũ eorũ in gaudiũ & cõsolabor eos, & lętificabo à dolore suo. Et inebriabo animã sacerdotũ pinguedine (siue filiorũ Leui) & populus meus bonis meis adimplebit ait dñs.

HEBR. Hæc dicit dominus: Vox in excelso audita est lamentationis, fletus & luctus, Rachel plorans filios suos, renuit consolari super filijs suis, quia non sunt. Hæc dicit dominus: Prohibe uocem tuam à fletu, & oculos tuos à lacrymis, quia est merces operi tuo, dicit dominus, & reuertentur de terra inimici. Et est spes nouissimis tuis, dicit dominus, & reuertentur filij ad terminum suum. Audiens audiui Ephraim plangentem: Castigasti me & eruditus sum quasi uitulus indomitus. Conuertere me & conuertar, quia tu dominus deus meus es. Postquam enim conuersus sum, pœnitentiam egi, & postquam ostensus sum femori meo, confusus sum & erubui, quoniam sustinui obprobrium adolescentiæ meæ. Filius honorificus mihi Ephraim, aut puer delicatus? Quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordans memor ero eius. Propterea conturbata sunt uiscera mea super eum, misericordia miserebor eius, dicit dominus. Statue tibi speculatores, pone tibi custodias, dirige cor tuum in uiam rectam, uia qua ambulasti. Reuertere uirgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Usquequo uagaberis filia dissoluta? Quia creauit dominus nouum super terram, femina circumdabit uirum. Hæc dicit dominus deus Israel: Adhuc uerbum hoc dicent in terra Iuda & in ciuitatibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Habitabit in eo Iuda & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & qui proficiscuntur in grege. Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem repleui. In hoc euigilaui & uidi, & somnus meus dulcis mihi factus est. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominis & semine iumentorum. Et erit sicut uigilaui super eos ut euellam & destruam & dissipem & disperdam & affligam, sic uigilabo super eos ut ædificem & plantem, dicit dominus. In diebus illis non dicent amplius: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Sed unusquisq; in iniquitate sua morietur, omnis homo qui comederit uuam acerbam, dentes eius obstupescent. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & feriam domum Israel & domum Iuda fœdere nouo, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Aegypti, pactum meum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit dominus. Sed hoc pactum quod feriam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in uisceribus eorum & in corde eorum scribam eam, & ero eis in deum & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra unusquisq; proximum suum & unusquisq; fratrem suum dicens: Cognosce dominum, quia omnes cognoscent me a paruo eorum usq; ad magnum eorum, dicit dominus, quoniam propitiabor iniquitati eorum & peccati eorum iam non recordabor amplius. Hæc dicit dominus qui dat solem in lumen diei, ordinationem lunæ & stellarum in lumen noctis, qui conturbat mare & intumescunt fluctus eius, dominus exercituum nomen eius. Si defecerint leges istæ coram me, dicit dominus, semen quoq; Israel deficiet ut non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit dominus: Si mensurari possint desuper cæli & exquisitiones fundamentorum terræ deorsum, & ego proiciam uniuersum semen Israel in omnibus quæ fecerunt, dicit dominus. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & ædificabitur ciuitas domino a turre Hananeel usq; ad portam anguli. Et egredietur ultra funiculus mensurans contra collem Gareb & circuibit Goatha. Omnis conualles cadaverum & cinerum & omnes agri usq; ad torrentem Cedron, usq; ad angulum portæ equorum contra orientem, sanctificatum domino, non euelletur & non destruetur amplius in æternum.

Hæc dicit dominus: Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio, uadat ad requiẽ suã Israel. Longẽ dñs apparuit mihi (siue ei) & in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Rursumq; ædificabo te, & ædificaberis uirgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis (siue assumes tympana tua) & egredieris in choro ludentiũ, adhuc plantabis uineas in montibus Samariæ, plantate plantaria & uindemiate: etenim dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim. Surgite & ascẽdamus in Sion ad dñm deũ nostrũ. Quiã hæc dicit dñs: Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput gentiũ: personate, canite & dicite: Saluũ fac dñe populũ tuũ reliquias Israel. Eccẽ ego adducã eos de terra aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. In solennitate phasæ & generabit filios multos. Inter quos erũt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, ecclesia magna reuertentium huc. In flẽtu uenient (siue egredient:) & in misericordia reducam eos, & adducã eos per torrẽtes aquarũ in uia recta, & non impingent (siue non errabũt) in ea. Quia factus sum Israel pater, & Ephraim primogenitus meus est. Audite uerbũ domini gẽtes, & annũciate in insulis quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel cõgregabit eũ, & custodiet eũ sicut pastor gregẽ suũ, quia redemit dominus Iacob & liberauit eũ de manu potentioris (siue de manu fortioris.) Et uenient & laudabunt in monte Sion, & cõfluẽt ad bona domini super frumẽto, & uino & oleo & fœtu pecorũ & armentorũ. Eritq; anima eorũ quasi hortus irriguus (siue quasi lignũ fructiferũ) & ultra non esuriẽt. Tũc lętabit uirgo in choro (siue uirgines) & iuuenes ac senes simul, & cõuertã luctũ eorũ in gaudiũ & cõsolabor eos, & lętificabo à dolore suo. Et inebriabo animã sacerdotũ pinguedine (siue filiorũ Leui) & populus meus bonis meis adimplebit ait dñs.

HEBR. Hæc dicit dominus: Vox in excelso audita est lamentationis, fletus & luctus, Rachel plorans filios suos, renuit consolari super filijs suis, quia non sunt. Hæc dicit dominus: Prohibe uocem tuam à fletu, & oculos tuos à lacrymis, quia est merces operi tuo, dicit dominus, & reuertentur de terra inimici. Et est spes nouissimis tuis, dicit dominus, & reuertentur filij ad terminum suum. Audiens audiui Ephraim plangentem: Castigasti me & eruditus sum quasi uitulus indomitus. Conuertere me & conuertar, quia tu dominus deus meus es. Postquam enim conuersus sum, pœnitentiam egi, & postquam ostensus sum femori meo, confusus sum & erubui, quoniam sustinui obprobrium adolescentiæ meæ. Filius honorificus mihi Ephraim, aut puer delicatus? Quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordans memor ero eius. Propterea conturbata sunt uiscera mea super eum, misericordia miserebor eius, dicit dominus. Statue tibi speculatores, pone tibi custodias, dirige cor tuum in uiam rectam, uia qua ambulasti. Reuertere uirgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Usquequo uagaberis filia dissoluta? Quia creauit dominus nouum super terram, femina circumdabit uirum. Hæc dicit dominus deus Israel: Adhuc uerbum hoc dicent in terra Iuda & in ciuitatibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Habitabit in eo Iuda & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & qui proficiscuntur in grege. Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem repleui. In hoc euigilaui & uidi, & somnus meus dulcis mihi factus est. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominis & semine iumentorum. Et erit sicut uigilaui super eos ut euellam & destruam & dissipem & disperdam & affligam, sic uigilabo super eos ut ædificem & plantem, dicit dominus. In diebus illis non dicent amplius: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Sed unusquisq; in iniquitate sua morietur, omnis homo qui comederit uuam acerbam, dentes eius obstupescent. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & feriam domum Israel & domum Iuda fœdere nouo, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Aegypti, pactum meum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit dominus. Sed hoc pactum quod feriam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in uisceribus eorum & in corde eorum scribam eam, & ero eis in deum & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra unusquisq; proximum suum & unusquisq; fratrem suum dicens: Cognosce dominum, quia omnes cognoscent me a paruo eorum usq; ad magnum eorum, dicit dominus, quoniam propitiabor iniquitati eorum & peccati eorum iam non recordabor amplius. Hæc dicit dominus qui dat solem in lumen diei, ordinationem lunæ & stellarum in lumen noctis, qui conturbat mare & intumescunt fluctus eius, dominus exercituum nomen eius. Si defecerint leges istæ coram me, dicit dominus, semen quoq; Israel deficiet ut non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit dominus: Si mensurari possint desuper cæli & exquisitiones fundamentorum terræ deorsum, & ego proiciam uniuersum semen Israel in omnibus quæ fecerunt, dicit dominus. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & ædificabitur ciuitas domino a turre Hananeel usq; ad portam anguli. Et egredietur ultra funiculus mensurans contra collem Gareb & circuibit Goatha. Omnis conualles cadaverum & cinerum & omnes agri usq; ad torrentem Cedron, usq; ad angulum portæ equorum contra orientem, sanctificatum domino, non euelletur & non destruetur amplius in æternum.

A Anagoge 3. Reg. 18. d Esa. 9. d

gogen intelligi potest, q̃ qui prius erant cæci perfidia, postea crediderũt saluatori, & qui claudi, quibus quondam loquebat Helias: Vsq; quo claudicatis utroq; pede, postea ambulauerint: & populus qui sedebat in tenebris & umbra mortis, magnũ lumẽ aspexerint, claudiq; cucurrerint, & prægnãs pepererit filios, ecclesiam magnã reuertentiũ ad fidem. Iudæi putant hoc esse cõpletũ, qñ sub Esdra post diẽ phasæ egressi sunt de Babylone ut reuerterent Hierusalem, in quo typus fuit & non ueritas. Neq; enim in illo tempore uniuersa quæ legimus & lecturi sumus, fuisse completa poterunt approbare. *a* ¶ *In flẽtu uenient, etc.*] Si iuxta Hebraicũ legerimus, in flẽtu uenient, hoc enim indicat בבכי Dicemus q̃ interdũ & nimij gaudij fletus indiciũ sit. iuxta illud: lacrymor gaudio. Sin aũt iuxta Lxx. qui dixerunt: In flẽtu egrediẽtur & in misericordia siue in cõsolatione reducam eos, illũ sensum ponemus, qui & in psalmis dicit: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: Venientes autẽ uenient cũ exultatione, portantes manipulos suos. Fleuerunt enim, quando captiui ducti sunt, & consolationem maximã receperunt, quando misericordia domini sunt reducti. Et adduxit eos dñs per apostolos & apostolicos uiros, plenos aquarũ & largissimi fluminis, in uia recta, uidelicet fidei, non in perũdia Iudæorum. Et non, inquit, impingent in ea, quia cæci esse cessarunt, quibus quondã dictũ est: Si cæci essetis, non haberetis percatũ: Nunc uerò quia dicitis uidemus, peccatũ uestrũ manet. Possumus uiã rectã & Christũ intelligere, in qua quicũq; ambulauerit, non impinget. Factus sum, ait, Israel pater, qui reductus est, & Ephraim primogenitus meus est. Vbi eũ quondã abũdauit peccatũ, superabundauit gratia. Ephraim aũt in typo esse populi de gentib. cõgregati, scriptura testat. Fuit eñ posterior filius Ioseph, & surripuit primogenita Manasse, qui natura primitiuus erat: sed in mysterio crucis decussatis manibus, q̃ stabat ad sinistrã Iacob, dextræ manus eius suscepit benedictionẽ. Et q̃ steterat ad dextrã, sinistra benedictus, in secundũ redactus est gradum. Et quõ Iacob Esau, sic Ephraim Manasse rapuit primogenita. Omnisq; populus decẽ tribuũ uocatus est Ephraim, quia Hieroboã filius Nabath, ex hac tribu regnũ primus obtinuit in Samaria. *b* ¶ *Audite uerbũ, etc.*] Perspicue uocatio gentiũ demonstrat, scriptura dicẽte: Audite uerbũ dñi gẽtes, & annũciate in insulis quæ p̃cul sunt & dicite: Quid annunciant insulis quæ procul sitæ sunt? Quod dñs qui dispersit Israel ipse cõgregabit eũ. Nequaq; ergo ut dispergerent potẽtiæ fuit aduersariorũ, sed dñi nolũtatis. Et custodiet eum ficut pastor gregẽ suũ. Pastor enim bonus ponit animã suã pro ouibus suis. Quia redemit dominus Iacob, precio sanguiniz sui, & liberauit eum de manu potẽtioris siue fortioris. Per quæ ostendunt fortiores aduersariæ potestates natura fragilitatis humanæ. Et quantũ in utriq; uirtũ est, illas fortiores esse natura, sed nos fortiores fide, si tamen mereamur liberari ab eo qui potest alligare fortẽ & domũ eius diripere. Et uenient, inquit, haud dubium quin liberati de manu potentiũ, & laudabũt liberatorẽ suum in monte Sion, hoc est, in ecclesia, & confluent ad bona domini, rerũ omniũ abundantiam, quæ non in frugibus & cibis carnis istius, sed in uirtutum uarietate sentiũt. Super frumento, inquit, & uino & oleo, de quo conficitur panis dñi, & sanguinis eius impletur typus, & benedictio sanctificationis ostenditur, dicente scriptura: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et fortu pecorũ, qui in ecclesia simplices sunt, & armentorũ, quæ cornuta sunt, & aduersarios uentilant. Vt aũt sciamus benedictiones has nequaquã ad animã ptinere, sequit. Eritq; anima eorũ quasi hortus irriguus, siue quasi lignũ fructiferũ, quod plantatũ est secus decursus aquarũ & paradisus dñi in delicijs. Et ultra, ait, non esuriẽt. Nequaq; ea esuria, de qua scriptũ est: Beati qui esuriũt & sitiũt iusticiã, sed ea quæ saturitate mutat, & rerũ omniũ excludit penuriã. Tũc lætabitur uirgo in choro, de qua scribit Apostolus: Despondi enim uos uni uiro uirginẽ castã exhibere Christo. Et iuuenes, ad quos loquit Ioannes: Scribo uobis iuuenes, qñ uicistis malignũ. Et senes, ad quos idẽ mystico sermone testat: Scribo uobis patres, qñ cognouistis eum qui ab initio est. Et cõuertã, inquit, luctũ eorum in gaudiũ, ut quos terruerat crux, lætificet resurrectio. Et consolabor eos & lætificabo à dolore suo, iuxta illud quod dñs loquit: Beati lugentes qñ ipsi consolabunt. Et inebriabo animã sacerdotũ qui habẽt scientiã dei, de quorũ ore interrogãt legẽ dñi qui credunt in eũ, ad quẽ, p̃pheta canit: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech. Quod aũt sequit iuxta Lxx. Filiorũ Leui, in Hebraico non habet. Et perspicuum est, nequaq; id dici de his sacerdotibus qui sunt filij Leui, sed de his in quorũ typũ præcesserit Melchisedech. Ebrietas autẽ sacerdotũ & in apostolis cõprobatur, quando feruebant fide, & musto pleni dicebant. Vnde & locus in quo cõprehẽsus dñs est, uocatur Gethsemani, quod in lingua nostra uallẽ pinguedinis sonat. Cumq; sacerdotes pinguescere fuerint doctrina dñi, & inebriati in cõuiuio Ioseph dixerint: Calix tuus inebrians q̃ p̃claris est, tũc erit & hoc quod nunc dominus pollicet: Et populus meus bonis meis adimplebitur. Quæ omnia nunc ex parte tribuuntur: tunc autem dabuntur in pleno, quando uiderimus facie ad faciẽ, & corpus humilitatis nostræ fuerit resurrectionis gloria cõmutatũ. *c* ¶ *Hæc dicit dominus. Vox est in excelso audita est, etc.*] Nec iuxta Hebraicũ, nec iuxta Lxx. Matthæus sumpsit testimoniũ. Legimus eñ

B Psal. 125. b

C

D

Rom. 9. f Esa. 1. c

Rom. 5. d

Gen. 48. b

Ibid. 27. b

Esa. 40. c Ioan. 10. b

Ioan. 8. c

2. Cor. 10

Ioan. 19. c Mar. 12. a

Ioan. 12. f

Act. 2. g & 4. d

Psal. 30. d

שובבת

אפרים

Psal. 44

Matt. 5

2. Cor. 11. d

1. Ioan. 2. b

Psal. 108

Act. 2. b

Matt. 26. d

Gen. 43 44

Psal. 22. b

A In eo post descriptionē infantiū necis. Tunc impletum
Matt.2.c est quod dictū est per Hieremiā prophetā dicentē: Vox
in Rhama audita est, ploratus & ululatus multus: Ra-
chel flentis filios suos, & noluit cōsolari quia non sunt.
Ex quo perspicuū est, euangelistas & apostolos, nequa
quā ex Hebræo inter
pretationem alicuius
secutos, sed quasi He
bræos ex Hebræis
quod legebant He
braice, suis sermoni
bus expressisse. Ra-
Gene.35.c chel mater Ioseph cū
ueniret Bethlehē, subi
to partus dolore cor
repta, peperit filium,
quem obstetrix quia
moriebat pariēs, uo-
cauit Benoni, hoc est בְּנֹאנִי
filius doloris mei. Pa
ter autē Iacob muta-
uit uocabuiū, appel-
lauit eum Beniamin, בִּנְיָמִין
hoc est filius dextræ.
Quærit itaq; quomo
do Matthæus euange
lista testimoniū pro
phetæ ad interfectio-
nē transtulerit paruu
lorū, cum perspicue
de decē tribubus scri
ptū sit, quarum prin
ceps fuit Ephrata, &
nequaq; sit in tribu Ephraim, sed in tribu Iuda, ipsa est
B enim & Bethlehem ἀνωνύμως. Vnde & nomina utri- בֵּית לֶחֶם
usq; cōcordant. Bethlehē uocat domus panis. Ephrata אֶפְרָתָה
κατὰ προφορὰν, quā nos ubertatē possumus dicere. Quia
igit Rachel in Ephrata, hoc est, in Bethlehē cōdita est, si
cut & scriptura sancta & titulus sepulchri eius hodieq;
testant: flere dicit pueros qui iuxta se & in suis regioni
bus interfecti sunt. Quidā Iudæorū hūc locū sic inter-
pretant, q; capta Hierusalē sub Vespasiano, per hāc uiā
Gazā & Alexandriā infinita milia captiuorū Romā di-
recta sint. Alij uerò, q; ultima captiuitate sub Hadria-
no, quando & urbs Hierusalē subuersa est, innumera-
bilis populus diuersæ ætatis & utriusq; sexus, in merca
to terebinthi uenundatus sit. Et idcirco execrabile esse
Iudæis mercatū celeberrimū uisere. Dicāt illi quod uo-
luunt, nos recte testimoniū sumpsisse dicemus euāgeli-
stā Matthæū, p loco in quo Rachel cōdita est, & uicina
rū in circuitu uillarū filios, quasi suos fleuerit. a ¶ Hæc
dicit dominus, etc.] Hoc iuxta literā necdū factū est: Neq;
enim decē tribus quæ in ciuitatibus Medorū exulant
atq; Persarū, reuersas in terrā Iudæā legimus, sed iuxta
spiritū & in passione domini cōplerum est, & hucusq;
cōpletur, quādo de toto orbe saluatur Israel, & Rachel
dicitur: Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lacry-
mis. Et est sensus: Plorare desiste, priora enī opera tua
respexit dominus: Et reuertentur filij tui de terra inimi
ci, ne præsenti dolore tenearis. Est enim spes nouissi-
mis tuis, ait dominus. Et reuertentur filij tui ad termi-
nos suos quos habuerūt patres eorum Abrahā, Isaac,
& Iacob. Melius autē de paruulis intelligimus q; mer-
cedem habeant effusi sanguinis pro Christo, & pro ter
ra Herodis inimici, teneant regna cœlorum, & reuersu
ri sint in sedem pristinam, quando pro corpore humi-
Sap.3.b litatis, corpus receperint gloriosum. Ista est spes nouis-
Ephe.4.c sima, qñ iusti fulgebūt sicut sol, & infantes quondā par
uuli atq; lactantes, absq; ætatum incremento & iniurijs
ac labore corporeo resurgent in uirū perfectū, in men- C
surā plenitudinis Christi. b ¶ *Audiens audiui Ephraim trāsmigrantē siue lamentantem, castigasti me, etc.*] Loquit deus q; Ephraim dicentē audierit & lamentantē. Nulli autē du biū quin decē tribus significet, quibus primus impera uit Hieroboam filius Nabath, q & uitulos aureos fecit in Dan & Bethel, ut hoc popu lus errore seductus, deum Israel colere & adorare desisteret. Ca stigasti me, inquit, & castigatus sum. Om nis correptio profi cit ad salutē, quæ ad præsens uidetur esse tristiciæ, & postea fru ctus affert pacificos. Quodq; ait: Quasi iu uencus indomitus si ue sicut uitulus, & nō didici: hoc significat, q; multo labore atq; uerberibus eruditus sit, ut ad pœnitētiam cōuerteretur, & non profecerit. Conuerte, inquit, me, & conuer tar. Ergo idipsum q; agimus pœnitētiam, nisi dei nitamur auxi lio, implere nō possu mus. Postq; enim cōuerteris me, & ad te cōuersus fue ro, tunc cognoscā quia tu dñs deus meus es, & nequa- D
quam errores mei atq; peccata interficiēt me. Et postq; conuertisti me, egi pœnitentiā. Vide quantū sit auxiliū dei & q; fragilis humana cōditio, ut hoc ipsum q; agi mus pœnitentiā, ni nos dñs ante conuerterit, nequaq; implere ualeamus. Et postquā, inquit, ostendisti mihi, uel ipsam pœnitentiā uel tui noticiam, siue cognoui te, percussi femur meum. Quod dolentis & plangentis & super errore pristino plorantis indiciū est, ut femur ma nu percutiat, & stultum se ante fuisse fateatur. Cōfusus, inquit, sum, & erubui, siue ex die cōfusionis. Quod eū tempus non est confusionis nostræ, si recordemur an tiqua peccata, & omnium quæ male egimus capiamus memoriā? Quodq; dixere Lxx. & ostendi te, significat q; postq; ingemuit & sua delicta cognouit, tunc in tan tum profectū uenerit, ut etiam alijs ignorātibus deum ostenderit, iuxta id quod Dauid pœnitens loquit: Do- Psal.50.c
cebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Et
quod dicit: Quoniam sustinui opprobrium adolescen Ibid.24.d
tiæ meæ, per ætatis ignorantiā peccasse se dicit, ut faci lius ueniam consequat, iuxta illud quod Dauid canit. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memi neris. Vnde & in consequentibus deus paruulum eum uocat & delicijs affluentē. Hoc autem dicit propter di uitiarū magnitudinem & terræ fertilitatē, qua Ephraim tribus usq; hodie luxuriat. c ¶ *Si filius honorabilis siue dile ctus, etc.*] Pœnitentiā agente Ephraim & dicēte: In prin cipio eruditus me, & eruditus sum quasi iuuencus in domitus. Et in fine: Quoniā sustinui opprobriū adole scentiæ meæ. Respōdit dñs, & plena ad se mente cōuer sum, tali sustētat oraculo. Filius dilectus mihi Ephraim, Gene.43.b
quē intantū dilexi ab initio, ut fratri præferrē Manasse.
Filius honorabilis, qui cōtra naturæ ordinē honorem primogeniti dñi dignatione susceptit. Puer delicatus, de quo scribitur: Filij Ephraim intendentes & mittentes Psal.77.b
arcum

A arcū, cōuersi sunt in die belli. Cōtra quē & ad quē totus
Osee liber est, pphetæ, cui benedixit Iacob. Delicias aūt
in hoc loco iuxta illud accipiamus, q̄ in psalmo dicit:
Delectare in dño, & dabit tibi petitiōes cordis tui. Pro
quo in Græco & in Hebraico habet, delicijs affluе. Vn-
de & paradisus in E-
den, deliciarū paradi
sus appellat. Quia, in
qt, fuerūt uerba mea
in eo, recordatiōe me
mor ero eius adhuc.
Ne putaretur gratuita
benedictio, & ex in
dulgentia potius lar-
gitoris q̄ merito eius
in quem cōferebatur
esse collata, ideo ait:
Recordabor eius, qa
uerba mea fuerunt in
eo. Nō in ore eius, nō
in labijs, sed in imo
cordis affectu. Pro-
pter quam causam &
conturbata sunt uisce
ra mea super eo. Cui
loquitur & per Osee:
Osee 6.b & 11.c Quid tibi faciā Ephra
im? quid tibi faciā Is-
rael? quasi Adamā po
nam te & quasi Sebo-
im. Conuersum est in
me cor meū, cōturba
ta sunt uiscera mea: nō
faciā furorē iræ meæ,
& nō disperdā Ephra
B im. Miserans miserebor eius, ait dominus. Fuerūt quidem sermones mei in eo: & omnia mandata mea auido suscepit animo, & in suo corde seruauit: sed tamē miserās miserebor eius, ait dñs, ut ostenderet omnē hominum iustitiā indigere misericordia dei. a ¶ *Statue tibi speculas, pone tibi, etc. Vsquequo delicijs dissolueris filia uaga, etc.*] Vbi nos dixerimus, usquequo delicijs dissolueris: Symmachus posuit, Vsquequo demergeris in profundū? Vtranq; aūt editionē ex toto posui, ut caput obscurissimum & ecclesiæ continens sacramenta: à Lxx. siue quis alius hunc prophetā interpretatus est, aut ignoratū aut obmissum ostenderem. Verbum Hebraicū צִיִּים uel in speculatores uel in speculas uertit, ut Aquila & Symmachus interpretati sunt. Vnde miror quid sibi uoluerit uulgata editio: ut pro צִיִּים hoc est, pro specu latoribus, Sion poneret: turbaretq; lectoris intelligentiam, quo putaret post Ephraim ad Sion, & ad tribum Iuda repente dei factum esse sermonem, cum perpetua oratio sit Ephraim, cui suprà locutus est: Audiens audiui Ephraim. Et: Filius honorabilis mihi Ephraim, siue puer delicatus, cui & nunc loquitur: Statue tibi speculas siue speculatores, q tibi prænunciēt aduenire tantam rerū omniū felicitatē. Quodq; sequitur, amaritudines, quæ Hebraice dicunt תמרורים pro quibus Symmachus interpretatus est transmutationes: hoc indicat, quod fiere debeat uel antiqua peccata, uel gaudij magnitudine, & tota ad dominū mente conuerti, & ponere siue dirigere cor suū in uiā per quā profecta est: inde enim illam esse reditura. Quodq; pro hoc dixere Lxx. Da cor tuū in humeros: illud significat, quod cogitationes debeat operibus iungere, siue humeros contēplari
Esaiæ 60.a portantiū se, de captiuitate reducentium. Quod Esaias plenius exequit in camelis & curribus ac basternis eos asserēs reducēdos. Reuertere, inquit, uirgo Israel, reuer
tere ad ciuitates tuas quas captiuas deseruisti: usq; quo C
negligentia dissolueris, & profundo errore uagaberis? Respice quid dicturus sum, & unde tibi tāta beatitudo expectanda sit diligēter attēde. Audi quod nunq; antè cognoueras. Nouā rē creauit dñs super terrā. Absq; uiri
HEB. Stātue tibi speculas: pone tibi amaritudines, dirige cor tuū in uiā directā, in qua ambulasti. Reuertere uirgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo delicijs dissolueris filia uaga? quia creauit dñs nouū super terrā, fœmina circūdabit uirū. Hæc dicit dominus exercituū deus Israel. Adhuc dicēt uerbū istud in terra Iuda, & in urbibus eius, cū cōuertero captiuitatē eorū: benedicat ti bi dominus pulchritudo iustitiæ mōs sanctus. Et habitabūt in eo Iudas & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & minātes greges. Quiā inebriaui animam lassam, (siue quia inebriaui om
nem
SEP. Statue tibi speculatores, fac pœnā: da cor tuū in humeros tuos, uiā in qua ambulasti. Reuertere uirgo Israel: reuertere in ciuitates tuas lugēs. Vsquequo conuerteris filia despecta? qm̄ creauit te dñs salute in plantationē nouā, in salute tua circuibūt homines, sic dixit dñs uirtutū deus Israel: Adhuc dicēt sermonem istū in terra Iuda & in urbibus eius, qm̄ reduxero trāsmigrationem eius: benedictus dñs super iustū montem sanctū eius, & qui habitant in terra Iudæa, & in omni ciuitate eius cū agricola, & eleuabit in grege. rali. Simulq; & hoc notandum, quod natiuitas saluatoris atq; conceptus dei, creatio nuncupetur. b ¶ *Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Adhuc, etc.*] Iuxtà Hebraicum manifestum est quod in reditu Israel, & in terram suam captiuitate conuersa habitent urbes Iuda, & dicatur eis per singula: Benedicat tibi dominus qui est uere pulchritudo iustitiæ & mons sanctus, in quo qui habitauerit, nullas timebit insidias: Et habitabit absque iniquitate Iudas in ciuitatibus suis: eruntq; agricolæ & pecorum multitudo: quod ex parte uidetur sub Zoroba bel & Esdra esse completum. Plenitudo autem uaticinij ad Christi tempora referatur, uel in primo aduentu, quando spiritualiter hæc facta sunt: uel in secundo uniuersa complentur: Iuxta nos spiritualiter, iuxta Iudæos & nostros Iudaizātes carnaliter. Porrò iuxta Lxx hic sensus est: Adhuc sermo iste dicetur in terra Iuda & in ciuitatibus eius, quando cōuertero captiuitatē eius. Quid dicetur? benedictus dominus super iustum montem sanctum eius. Mōs qui iustitiæ & sanctitatis meretur significationem accipere: nullus est alius nisi saluator. Cæterum stultum est, irrationalem & insensibilem montem, errore Iudaico iustum & sanctum credere. Ipse est de quo & in consequentibus scribitur: Et in omni ciuitate eius, subauditur saluatoris: cum agricola, non dubium quin dñm significet, de quo in euangelio scriptum est: Ego sum uitis, uos palmites, pater meus agri- Ioan.15.a
cola. Vnde & Apostolus loquit: Dei agricultura estis, 1.Cor.3.b
dei ædificatio estis. Quodq; sequit: Et eleuabit in grege, hoc ostendit, quod in singulis gregib. iustus & sanctus & agricola ipse dominus eleuetur, in seruis suis atq; credentibus ad excelsa conscendat. c ¶ *Quia inebriaui animā lassam, siue quia inebriaui, etc.*] Mutatio personarum facit obscuram intelligentiam prophetarum. Dixerat dominus: Adhuc dicent uerbum istud in terra Iuda, & in

A urbibus eius, cum cõuertero captiuitatẽ eorum. Quid aũt dicent? Haud dubium quin hoc quod sequit: Bene dicat tibi dñs pulchritudo iustitiæ mons sanctus, &c. Rursumq; illis ista dicentibus, respondit dñs: Quia inebriaui animam lassam siue sitientẽ, & omnem animam esurientẽ saturaui. Illoq; ista dicẽte, respõdit populus, qui de captiuitate uenerat: Ideo expergefactus sum & uidi, & somnus meus dulcis fuit mihi. Quia dñs inebriat animam lassam, siue sitientẽ, & dicit in
Ioan. 7.f euãgelio: Qui sitit ueniat ad me & bibat. Et qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ. Et omnẽ animam esurientẽ saturat atq; sitientem. De qua siti & esurie idem in euangelio testatur:
Matt. 5.d Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabunt. Notandumq; quod ebrietas in hoc loco in bonam partem po-
Cant. 5.a natur, de qua & in Cãtico dicitur: Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi.
B Gen. 43.g Qua ebrietate & Ioseph inebriatus est cũ fratribus suis in meridie. Inebriati autem atq; saturati hi qui lassi fuerant atq; esurierant, agunt gratias respondentes: Expergefactus sum, & uidi dominum scilicet suscitantẽ atq; dicentem: Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Christus. Et somnus, inquit, meus dulcis fuit mihi, ut
Psal. 3.b imitarer domini mei uerba, dicentis: Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quoniam dominus suscepit me. a ¶ *Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & seminabo, etc.*] Domum & domum, id est, domum Israel & domum Iuda, in Lxx. non habetur: sed tantum Israel & Iudam, ut sit, & seminabo Israel et Iudam. Quodq; intulit: Semine iumentorũ ad rationales & simplices referre debemus. Et sicut in principio Hieremiæ dictum est ad eum: Ecce constitui te hodie super gẽtes & super regna: ut euellas & destruas & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes: & uigilaui super eos ut facerem quod minatus sum: sic, inquit, uigilabo nunc super eos ut ædificem & plan-
1 Cor. 3.b tem. Dei enim agricultura, dei ædificatio estis. Omnes huiusce modi repromissiones iuxta Iudæos & nostros Iudaizantes, in mille annorum regno putantur esse
Ibid. 3.b complendæ. Nos autem dicente Apostolo: Ego plan-
Esaiæ 58.d taui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Et Esaia propheta, quod saluator ædificator sepium & domorum esse memoretur, in primo aduentu Christi spi-
1 Cor. 13.d ritaliter impleta defendimus, & impleta ex parte, non ex toto: quia nunc in speculo uidemus & in ænigmate, & nescimus sicut oportet nos scire. Cum aũt quod perfectum est uenerit: tunc quod ex parte est destruetur. Aut certe in secundo complenda credimus, quando in sua maiestate dñs apparebit, & subintrauerit ple- C
nitudo gentium, ut omnis Israel saluus fiat: & nequaq; Rom. 11.d
ex parte per singulos, sed sit deus omnia in omnibus. Quodq; infertur: In diebus illis nõ dicent ultra, patres 1 Cor. 15.d
comederunt uuam acerbam, & dentes filiorũ obstupescent, & reliqua: in ex-
planationibus Eze-
chielis plenius disse-
ruimus: quando in-
terpretati sumus illũ
locum: Filij hominis Ezec. 18.d
quid uobis et parabolæ istæ inter filios Israel dicẽtium: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerũt: Viuo ego, dicit dominus: si fuerit ultra hæc parabola in Israel: quia omnes animæ meæ sunt, sicut anima patris, sic & anima filij. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Per quæ discimus mortem non facere dominum, sed peccatum. Anima enim quę peccauerit, ipsa morietur. Hocq; in præsenti loco dicitur, quod nequaq; peccatis patrũ in æternũ offenderit Israel, sed proprijs me- D
ritis, & fide in Christum post tẽpora multa saluet. Et obseruandum q; uitia atq; pec-
cata uua acerba dica-
tur, ut comedentium
dentes obstupescant, & non possint eius suauitatẽ sen-
tire, de quo dicitur: Gustate & uidete quoniã suauis est Psal. 33.b
dominus. Quicunq; scripturas non ita intelligit ut rei ueritas habet, uuã acerbam comedit. Vnde omnes hæretici peruersa credentes, panẽ de cœlo descendentẽ comedere non possunt, sed obstupescunt dentes eorum, non ciborum austeritate, sed uitio dentiũ. b ¶ *Ecce dies ueniunt, dicit dominus: & feriam siue disponam domui Israel & domui Iuda, siue, etc.*] Hoc testimonio apostolus Paulus, siue Heb. 8.d
quis alius scripsit epistolam, usus est ad Hebræos: omnesq; deinceps ecclesiastici uiri, in primo saluatoris ad uentu dicunt uniuersa completa: & nouum testamentum, hoc est euangelium, succesisse ueteri testamento: à quo legem literæ, lege spiritus commutatam, ut omnia quoq; sacrificia & circuncisio & sabbatum spiritualiter complerentur. Quod aũtẽ pactum pro testamento ponimus, Hebraicæ ueritatis est: licet testamentũ recte pactum appelletur: quia uoluntas in eo atq; testatio eorũ qui pactum ineunt continetur. Quando eductus est Israel de terra Aegypti, tanta dei in illo populo familiaritas fuit, ut manum eorum apprehendisse dicatur, & dedisse pactum, quod illi fecerunt irritũ: & propterea dominus neglexit eos. Nunc autem in euangelio post crucem, resurrectionem & ascensionem dare se pactum nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus pollicetur. Cumq; scriptum fuerit domini testamentum in mente credentium: ipsum esse eis in deum & illos esse in populum: ut nequaquam Iudaicos quærant magistros

A magistros & traditiones & mandata hominũ, sed do-
1 Cor. 6.d ceantur à spiritu sancto: si tamen audire mereant templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis. Spiritus aũt spirat ubi uult, & diuersas habet gratias. Notitiaq; unius dei, omniũ uirtutũ possessio est. Et hoc, inq;, fiet quia ꝓpitius ero iniquitati eorũ, & peccati eorũ non recordabor amplius. Ex quo perspicuũ est, secundũ huius προσκοπὴν intelligentiã, superiora in primo intelligẽda saluatoris aduẽtu: quando uterq; populus sibi Israel & Iuda copulatus est. Si cui aũt scrupulũ facit quare dixerit: Disponam domui Israel & domui Iuda pactũ siue testamentũ nouũ, nõ secundũ pactũ quod pepigi cum patribus uestris: intelligat primum ecclesiam Christi ex Iudæis: & ad illos uenisse dñm saluatorẽ, atq; dixisse: Non
Matt. 15.c ueni nisi ad oues perditas domus Israel, & idipsum Apostolos
Act. 13.g confirmasse: Vobis quidem primũ oportebat loqui uerbum
B dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Non enim oportebat panẽ filiorũ dare canibus: sed quia filij patrẽ in sua uenientẽ susc ipere noluerunt, dedit omnibus potestatem, ut qui receperint eum, fiant filij dei. a ¶ *Hæc*
Gen. 11.b *dicit dominus qui dat solem in, etc.*] Et in Genesis principio legimus solem in cœlo positũ in lumine diei: lunã quoq;
Psal. 18.a & stellas in lumine noctis. Et in psalmo: Dies diei annunciat uerbum, & nox nocti indicat scientiam: quod inuicem sibi nox dieiq; succedant. Quomodo, inquit, rerum, & maxime cœlestium astrorum non potest ordo mutari, & sonantis maris fluctus uoluuntur ad litto-
Ibid. 103.b ra: fragorq; gurgitum & undarum intumescentium terribilis auditur, nec potest ultra præcedere, quàm dei iussione præceptum est, iuxta illud: Terminũ posuisti, quem non transibunt: neq; conuertent operire terrã: Sic, inquit, semen & genus Israel, dñi erit uoluntate perpetuum, nec aliquando deficiet. Leges aũt hic nõ Mosaicæ sunt intelligendæ, sed constitutio & ordo naturæ. Interrogemus Iudæos, si cœli peribunt, & omnes quasi uestimentũ ueterascent, & ad dñm dicitur: Tu aũt idem ipse es, & anni tui non deficient: quomodo semen Israel potest esse perpetuũ? Aut enim pereuntibus cœlis, peribit & semen Israel: aut si fuerit perpetuum, ergo nec cœli peribunt. Quod si scriptura mentiri non potest, & pe-
Gen. 49.c rituri sunt cœli: peribit igitur & semen Israel, maxime cum & Iacob loquatur ad filios: Venite & annunciabo uobis quid futurũ sit in nouissimis diebus: ergo mundus esse cessabit, & alia fiet rerum dispositio. Hoc aduer-
Matt. 24.c sum illos. Cæterũ nostris mundum istum non esse perpetuum, etiam euangelium demonstrat, dicẽs: Cœlum & terra transibunt. Et: Ecce ego uobiscũ sum omnibus C
diebus usq; ad consummationẽ seculi. Dicamus & alter: Quamdiu mundus iste fuerit, semẽ Israel & gentem Iudaicam permansuram: non in his qui nunc increduli sunt, sed in illis qui cũ apostolis & per apostolos crediderunt, ut reliquiæ saluæ fierẽt. b ¶ *Hæc dicit dominus, si mensurari, etc.*] Multũ in hoc loco distat Hebraicũ ab editione uulgata. Dicamus primũ iuxta Hebraicũ: Si mensurari potuerint cœli sursum, & eorum altitudo cognosci, uel inuestigari fundamẽta terræ & extrema eorum, ratione comprehendi: & ego, inquit, abijciam uniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt, dicit dominus. Quomodo autẽ illud impossibile est, ut cœlorum summitatem & terræ fundamenta noscamus: sic & hoc impossibile erit, ut abijciam uniuersum semen Israel. Si autem abiecero uniuersum semẽ Israel, ergo mensurabit cœlorũ sum- D
mitas, & extrema terrarũ. Hic syllogismus & in Euangelio texit: Matt. 19.e
quando impossibile impossibili comparatur: Facilius camelus intrabit per foramen acus, quàm diues intrare possit in regna cœlorum. Quomodo enim illud fieri non potest, sic nec hoc fieri poterit: quod si hoc factum fuerit, ergo fiet illud quod impossibile putabatur. Errant ergo qui hunc locum aliter edisserunt, ponentes & illud testimonium, quod potuerit petere patrem filius, & duodecim legiones angelorum adducere in suum auxilium. Huic sensui Septuaginta contrarium transtulerunt, dicentes: Si exaltatum fuerit cœlum sublimius, & humiliatum pauimentum terræ deorsum: & ego, inquit, non reprobabo semen Israel, dicit dominus, propter omnia quæ fecerunt. Quod si ita est, reprobabitur genus Israel. Quomodo enim cœlum non potest eo quod est, esse sublimius: nec terra humilior esse eo quod est: sic & genus Israel nequaquam poterit reprobari. Si uiderimus Hebræos iuxta Hebraicum hoc testimonio gloriari, assentiamur eis quod non sit abiectum uniuersum semẽ Israel. Non enim omnes abiecti sunt: sed hi tantum qui fuerunt increduli. c ¶ *Ecce dies ueniunt, dicit dominus: & ædificabitur ciuitas domino à turre Hananeel usq; ad portam anguli, & exibit ultra norma, etc.*] Qui mille annorum in terra Iudæa regnum Christi recipiunt, Iudæi uidelicet & nostri Iudaizantes: conãtur ostendere turrẽ Hananeel & portam anguli, & collem Gareb & Goatha & uallem Phalarim & omnem Assademoth, & torrentem Cedron & locum anguli portæ equorũ orientalis: & ibi dicunt sanctuariũ dominii: id est, templum esse condendum, manurumq; in perpetuum. Quod quia post captiuitatem temporibus Zorobabel & Esdræ nõ possunt mõstrare completum

HEB. Hæc dicit dñs: Si mẽ-
surari potuerint cœli sursum, & inuestigari fundamẽta terræ deorsum, & ego abijciam uniuersum semen Israel: propter omnia quæ fecerunt, dicit dñs.

SEP. Hæc dicit dñs: Si eleuatũ fuerit cœlũ sublimiꝰ, & si humiliatum pauimentum terrę deorsum, et ego non reprobabo genus Israel, dicit dominus, pro omnibus quæ fecerunt.

Hæc dicit dñs qui dat solẽ in lumine diei, ordinẽ lunæ & stellarũ in lumine noctis, q turbat mare & sonãt fluctus eius, dñs exercituũ nomẽ illi. Si cessauerint leges istę (siue statuta hæc) coram me, dicit dominus: & tunc semen Israel deficiet: ut non sit gens coram me cunctis diebus.

Verbum

A compleţ, trauſeunt ad Chriſti tẽpora, quẽ in conſummatione mũdi dicũt eſſe uenturũ, ut aurea atq; gẽmata
Apoc. 21.c iuxta Apocalypſin Ioãnis deſcẽdat Hieruſalẽ: & hoc terræ ſpacio, id eſt, ab illo loco uſq; ad illũ locũ ædificetur
per circuitũ: Suſpicionisq; ſuæ hanc aurulã capiũt, q̃ à
turre Anathot, quæ hodie appellat Hieremiæ, tribus à Hieruſalem milibus ſeparata,
uſq; ad torrentẽ Cedron, qui ſcribitur in
Ioan. 18.a euãgelio, & eſt in ualle Ioſaphat, ubi hortus erat, in quo & Iudas proditor tradidit ſaluatorẽ, ciuitatis ſundamẽta iaciant. Lectum, inquiũt, ſumus in conſequẽtibus Hanameel filiũ Sallũ patruelem fuiſſe Hieremiæ: cuius emit agrum, & hæc eſt turris Hanameel, ignorantes Hebraicã ueritatem. Hic enim iuxta Hebraicũ
ſcribit à turre Hananeel חנאל per ח uidelicet mediam
literã: ibi aũt: Ecce חנאל Hanameel filius Sallũ patruelis tuus ueniet ad te, per mediã ב literã. Inuocãtes igit̃
Eſaiæ 22.f dñm ſaluatorẽ q̃ habet clauẽ Dauid, qui aperit & nemo
Apoc. 3.b claudit, q̃ claudit & nemo aperit: q̃ ſignatũ quoq; Eſaiæ librũ & omniũ ꝓphetarũ aperuit, & adorauerũt uiginti
quatuor ſeniores tenẽtes citharas, q̃ ſolus potuit diuina reſerare myſteria: aggrediamur ædificiũ ciuitatis ad
B quã ꝓpheticus ſermo dirigit: Gloriosa dicta ſunt de te
Pſal. 68.ba ciuitas dei. Et: Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ dei. Ae-
Ibid. 45.a dificatur itaq; eccleſia à turre obedientiæ, ſiue gratiæ & donorũ dei, hoc enim interpretatur Hananeel, uſq; ad
portã anguli: quæ licet uideatur initiũ habere ſublime, quãdiu in iſta carne ſubſiſtimus, rectam ueritatis lineã non poſſumus poſsidere: ſed in angulo ſtamus & fractis lineis, exitq; ultra funiculus menſuræ contra eã, id
גרב eſt portã anguli, ſuper collem Gareb, qui in lingua noſtra uertit̃ aut incolatus, aut ſcabies: ut doceat nos aduenas eſſe atq; peregrinos, & non auribus pruriẽtes, & ad
נושתה nouitatẽ dogmatũ peſsimorũ facile non præbere conſenſum. Et circuibit, inquit, Goatha, pro quo interpretati ſunt Lxx. per gyrum, electis lapidibus, qui uoluuntur ſuper faciẽ terræ: & angulari lapide conſtringũtur,
1 Pet. 2.a dicente apoſtolo Petro: Et ipſi tanq̃ lapides uiui ſuperq; ędificamini domos ſpirituales, ſacerdotiũ ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias & acceptabiles deo per Ieſum
מצרים Chriſtum. Et omnẽ, inquit, uallem Phagarim, quod in
Pſal. 101.b interpretatur ruinarũ: & cineres, ſubauditur circuibit: ut
Eſaiæ 24.d quanquã nobis uideamur in collibus, tamẽ ſemper timeamus ruinas & conſideremus cineres, & pœnitẽtes dicamus cum Dauid: Quia cinerẽ quaſi panẽ manducaui, & poculum meũ cum fletu miſcebã. Vnde & iacentibus dicit̃: Nunquid qui cadet non reſurgit, dicit dñs? Et uniuerſam, inquit, Sademoth שדמות quod nos uertimus in regionẽ mortis: unũ nomẽ in duo uerba diuidentes, ſade שד quod dicit̃ regio, & moth מות quod interpretatur mortis: pro quo Aquila uertit ſuburbana ſiue arua & rura. Regio aũt mortis, regio peccatorũ eſt, & ſuburbana regio uoluptatum, quæ pergit uſq; ad
Ioan. 18.a torrentẽ Cedrũ, ubi traditus eſt dñs, qui interpretatur
סדרון tenebræ. Vide quanta habeat loca eccleſia: & quõ illud apoſtolicum: Vt ſit ſine macula & ruga, in futuro & in cœleſtibus ſeruẽtur. Audis angulos, audis ſcabiẽ, audis minas & cineres, & regionem mortis & tenebras, & de C
tua uirtute & impeccãtia gloriaris? Denicq; ſequitur: Et uſq; ad angulũ portæ. Et hic angulus ne ulla uera iuſtitia, ne certa uictoria in iſto ſeculo demõſtret̃: Ipſe quoq;
angulus portę quanq̃ ſit orientalis unde lumẽ egredit̃, tñ equorũ appellat̃: ut indigere nos doceat curſu atq; certamine: & tandẽ cũ dño audire mereamur: Aſcẽdiſti equos tuos, & equi
Abacuc 3.b tatio tua ſalus. In porta orientali, in porta quadrigarum ſanctuſi catio dñi eſt. Et tunc nos perfectos arbitremur, q̃n dixerimus
Pſal. 67.d ad dñm: Currus dei decẽ miliũ multiplex milia lætantiũ, dñs in eis in Sina in ſancto. Iſtiuſmodi ædificatio quæ ſup fundamentũ Chriſti poſita eſt, de
1 Cor. 3.b qua loquit̃ & Apoſtolus: Vt ſapiẽs architectus fundamentũ poſui: nunq̃ deſtruet̃, ſed permanebit in perpetuũ. Obſcura & difficilia latius diſſerẽda ſunt, ut manifeſta breuius percurramus. Cap. XXXII

CAP. XXXII.

VErbũm quod factum eſt ad Hieremiã à dño in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipſe eſt annꝰ octauus decimus Nabuchodonoſor: Tunc exercitus regis Babylonis obſidebat Hieruſalẽ, & Hieremias propheta clauſus erat in atrio carceris qui erat in domo regis Iuda. Clauſerat eñ eũ Sedechias rex Iudæ, dicẽs: Quare uaticinaris dicẽs, Hæc dicit dñs? Eccẽ ego dabo ciuitatẽ iſtam in manu regis Babylonis, & capiet eam. Et Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorũ, ſed tradetur in manu regis Babylonis, & loquet̃ os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius uidebunt. Et in Babylonem ducet Sedechiam, & ibi erit donec uiſitẽ eũ, dicit dominus. Quod ſi pugnaueritis cõtra Chaldæos: nihil proſperum habebitis. Et dixit Hieremias: factum eſt uerbum dñi ad me

Verbum quod factum eſt ad Hieremiã à domino, etc.] Non ſolum uerba, ſed & opera prophetarum nobis exemplo ſunt ad uirtutem. Poterat Hieremias proſpera nunciare, & regis Sedechiæ frui amicitia, ſed malebat deo Matt. 10.c
magis obedire quàm hominibus: & ei qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennã, quàm illi qui tantum in corpus habere poterat poteſtatem. Et hoc conſiderandum quod decimus annus erat regni Sedechiæ, obſeſſa iam Hieruſalem, & gladio, fame & peſte cõſumpta, & captiuitate uicina, & tamen Sedechias perſtat in ſententia, & ex parte aliqua illius clementia demonſtratur: quod nequaq̃ eum in carcere, ſed in ueſtibulo recludi iuſſerit carceris, libera uideliçet cuſtodia, ne poſſet effugere, quaſi nõ omnis Hieruſalem clauſa munitionibus cõmunis carcer fuerit habitantiũ. Ipſe annus eſt duodeuigeſimus regni Nabuchodonoſor, qui quarto anno regis Ioakim cepit imperium. Omnis autem cauſa iræ regis iſta eſt, cur loquatur ex dei nomine quæ ei fuerãt imperata. *b* ¶ *Ecce ego dabo ciuit. etc.*] Hæc erat cauſa iræ regiæ, quare præferret mẽdacio ueritatem: & tam urbem Hieruſalem quàm Sedechiam regem diceret eſſe capiendum: quodq; grauius eſt, uiſurum eum ora regis Babylonij, & locuturum humilem atque captiuum cum potentiſſimi regis inſania. Grauior enim terror eſt, uidere quem timeas, & antè increpationem uerborum, quàm pœnarum ſuſtinere cruciatum. Et Babylonem, inquit, ducet Sedechiam, & ibi erit: Pro quo Septuaginta tranſtulerunt, & Babylonẽ ingredietur: quorũ alterum inuitũ trahi, alterũ uoluntate pergere ſignificat. Et ibi, inquit, erit. Verbũ ponit ambiguũ: ne uideatur cruciatus & miſerias prophetare. Quodq; ſequitur: Donec uiſitem eum, ait dominus: & ſi pugnaueritis aduerſus Chaldæos, nihil proſperũ habebitis: in Septuaginta non habetur. Prudenterq; ſententiã temperauit, quæ ad bonam & ad malam partem referri poteſt. Viſitatio enim, ut ſæpe dixi, & conſolationẽ ſignificat & ſupplicium. *c* ¶ *Et dixit Hieremias, factum eſt uerbum domini ad, etc.*] Occultum ad Hieremiam dei factum eſſe ſermonem, nemo ſcire poterat, niſi ipſo indicante ad quem factus fuerat: & prædicitur ei quod uenturus ſit ad eum

A Hanameel patruelis ſuus, & poſſeſſionẽ agri qui ſuus fuerat delaturus: eſſe aũt ipſum locũ in Anathot, de ſub urbanis quæ ſacerdotibus per ſingulas tribus & ciuitates dabant ex lege: nec licitũ erat poſſeſſionem de tribu
Num. 27.b tranſire ad tribũ, nec de familia ad aliam familiã. Vnde & filiæ Salphaad accipiũt ſortẽ inter fratres ſuos, præcipueq; ſuburbana ſacerdotũ nulli aliſ poterãt uenũdari, uſq; ad annũ remiſſionis: niſi ei quẽ propinquitas ſanguinis
Lev. 25.e expetebat. Venit ergo ad eũ patruelis frater ſuus, & offert emptionẽ quæ illi ex propinquitate debeb̃at. Helchias & Sellũ fratres fuere germani. Helchiæ
חלקיהו filius Hieremias, Sellum, Hanameel. Helchias interpretat̃ pars
ירמיהו dñi: Hieremias, ſublimitas dñi. Recteq; aliquid tudo dñi de parte dñi
שלום naſcit̃. Sellum uero in linguã noſtrã uertit̃
חנמאל pax ſiue pacificus. Hanameel donũ uel gratia dei. Nec mirabimur q̃ ſibi pax iungant̃ & gratia, cũ etiã
Rom. 1.a epiſtolarũ apoſtolicarum hoc principiũ ſit: Gratia uobis & pax. Primum ergo pacem mereamur dei, & poſt
B pacem nobis gratia naſcitur, quæ non in poſſidentis, ſed in arbitrio donantis eſt. Defert autem emptionẽ gratia dei, illi qui in ſublimibus collocatus eſt, ut quamuis
Cant. 5.c uideatur excelſus, tamen gratia indigeat. Illud quod in Cantico ſæpe cantatur à ſponſa: Fratruelis meus, id eſt, ὁ ἀδελφιδοῦς μου, in Hebraico דודי dicit̃: ergo non fratruelis, ſed πατρἀδελφος, id eſt, patruelis dicẽdus eſt. Fuiſſe autem Hieremiã filium Helchiæ de ſacerdotibus qui erant in Anathot in terra Beniamin, & uoluminis huius teſtatur exordium. *a* ¶ *Et uenit ad me, etc.*] Quod futurum prophetæ uerbum domini nunciarat, ſtatim opere completum eſt. Venit, inquit, ad me Hanameel gratia dei, filius patrui mei, hoc eſt filius pacis. Venit autem in ueſtibulo carceris, dixitq; ad me ea quæ dño ab eo dicenda prædixerat. Ager aũt iſte ſacerdotalis, cuius emptio atq; poſſeſsio Hieremiæ deferebat̃, in Anathot eſt, in terra Beniamin, quorũ prius obedientiam, ſecundum filium dexteræ ſonat. Et conſequẽter eius appetit emptionẽ, in quo obedientia & uirtus domini uerſabantur. Pro quo Lxx. πρεσβυτερου, id eſt ſeniorem interpretati ſunt, quod loco huic non conuenit. *b* ¶ *Intellexi aũt quod uerbum, etc.*] Durum quidem erat & propè inconſequens riſuq; dignũ, cum qui iam iamq; capiendam prophetabat Hieruſalem, & omnes ducendos eſſe captiuos, uel gladio, fame, & peſte perituros: agrum in Anathot emere quem non erat poſſeſſurus. Sed intellexi, inquit, uerbum dñi eſſe, & emptionẽ meã argumento & uaticinio domini coaptandã: & ideo acquieui præcepto eius ut emerem, nec fruſtra ad me ſuper huiuſcemodi re dei factum eſſe ſermonẽ: & appendi argenti de
Ezech. 45.a cem & ſeptem ſiclos, quos nos in ſtatheres uertimus. Si cius autem uiginti habet obolos, ut in Ezechielis extremo uolumine ſcribitur. Emitq; propheta decem & ſeptem ſiclis, in quo numero cantauit puer dñi Dauid, in die qua eruit eum dñs de manu omniũ inimicorum C
eius, & de manu Saul, & dixit: Diligam te dñe fortitudo Pſal. 17.a
mea, dñs firmamentũ meũ & refugiũ meũ, & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & ſperabo in eũ: & protector meus, & cornu ſalutis meæ. Denariũ eſſe myſticũ Exo. 31.d
numerũ, oſtendit decalogus qui ſcriptus fuit in tabulis lapideis digito dei, & dies ie
iunij & propiciatiõis menſis ſeptimi. Septẽ quoq; in quo uerus eſt ſabbatiſmus & requies, eſſe ſanctũ, multis ſcripturarum teſtimonijs cõprobamus, de quibus ſatis pauca poſuiſſem, niſi otioſum eſſet docere quæ nota ſunt. In hoc igit̃ numero à propheta & ſacerdote emit̃ poſſeſsio: ſcribiturq; in libro atq; ſignat̃, & adhibent teſtes, argentumq; diligẽter appẽdit̃, ut omnia uẽditionis & emptionis iura ſeruentur, & ſit certa poſſeſsio, ſtipulationibus & ſponſionib. roborata. Vel hoc audiant, q̃ falſa teſtamẽta,
& interdũ ne teſtamẽta quidẽ ſibi adhibitis teſtibus uindicare conant̃. *c* ¶ *Et dedi, etc.*] Quanq̃ ſtatim eſſet poſ- D
ſeſsio relinquenda, imò emẽda poſteris, & ab eo emenda qui filios nõ habebat: neq; enim uxorẽ acceperat: tamẽ inobediẽs imperio dñi, omnia rite celebrat. Signatumq; librũ poſſeſtionis dat Baruch filio Neri filij Maaſiæ. Baruch in lingua noſtra benedictus dicit̃, qui erat filius Neri, qui interpretat̃ lucerna mea, dicente prophe-
ברוך ta: Lucerna pedib. meis uerbũ tuũ, & lumẽ ſemitis meis Pſal. 118.c
ardẽs. Neri quoq; pater Baruch filius Maaſiæ. i. factura & operis dñi. Animaduertamus ergo, quantis uirtutũ priuilegijs diſcipulus Baruch Hieremiæ miniſtrauerit, dicente Dauid: Ambulans in uia immaculata hic mihi Pſal. 100.b
miniſtrabat. Vnde & Heliſæus miniſter Heliæ intãtum 4 Reg. 2.b
placuit deo, ut poſt translationẽ magiſtri etiã duplicẽ ſpiritũ mereret̃ accipere. Hoc dico ad cõmonitionẽ eorum qui malorum hominũ abutunt̃ miniſterijs: & non audent abijcere eos quos malæ conſcientiæ norunt ſibi glutino copulatos. Tradit̃ aũt liber Baruch tanto & tali uiro uidente Hanameel, qui uendiderat & teſtibus qui ſubſcripſerant, & quorum nomina in emptionis uolumine tenebantur. Et in conſpectu, inquit, omniũ Iudæorum q̃ ſedebãt in atrio carceris: qui uidelicet uel ad prophetam uenerãt conſolandũ, uel ſtudio timoris dei dñi uerba audire cupiebant. *d* ¶ *Et præcepi, etc.*] Cunctis quos præteritus ſermo narrauit preſentib. & uidẽtibus, Baruch miniſtro præcipit̃ & diſcipulo: nõ ſermonibus præceptoris, ſed dei iubẽtis imperio, ut aſſumat libros, unũ ſignatũ, alterũ apertũ, quæ emptionũ conſuetudo hucuſq; ſeruat̃: ut quod intrinſecus clauſum ſignacula continẽt: hoc legere cupientibus apertũ uolumẽ exhibeat utrunq; in uaſe fictili, ut permanere poſsint diebus multis. Firma igitur erat & longo poſt tempore futura poſſeſsio, quæ tanta cuſtodia ſeruabatur: ne uel foris emptionis libri poſiti, paterent rapinæ, uel humore conditi, humore terræ ſolueret̃ur. Hoc autem totum fit,

A ut intelligant qui uidebant rursum habitandā Hierusalem, & possidēdos agros: quod hæc absq; sermone Hieremiæ debuerūt per se intelligere: tamē dñi sermonibus cōmonentur, & dicit ad eos: Hæc dicit dñs exercituum deus Israel: adhuc possidebunt domus & agri & uineæ in terra ista. Hoc est illud quod Hieremias dudū dixerat: Intellexi uerbum esse dñi: & idcirco emit agrū quē possessurus non erat. *a* ¶ *Et oraui ad dominum, etc.*] Post emptionem agri iure celebratam, & post sententiam domini qua pollicitus est domos, agros, & uineas deinceps possidēdas, orat propheta ad dñm, & dolorē cordis gemitibus exprimit, dicens: Heu, heu, heu, domine deus: pro quo Lxx. transtulerunt ὁ ὤψ, id est, qui es dñe deus, iuxta illud quod Moysi dicitur: Vade dic populo Israel: qui est, misit me ad uos. Nō quo non sint alij, sed aliud est creatoris esse beneficio quod subsistat: aliud æternitate naturæ. Laudat dominum & ex creaturis prædicat creatorem: Primumq; potentiam eius & misericordiam, atq; iustitiam in omne hominum genus eleuat uocibus: deinde transit ad Israel, & quāta ei præstiterit, celebri sermone describit. Et post tanta beneficia dicit eos immemores bonorum illius, clementiam in amaritudinem prouocasse: ita ut obsideatur ciuitas, & antequam hostium in eam fiat irruptio, fame & gladio & peste consumpta sit. Hæc aūt uniuersa præmisit, ut consequenter illud inferret quod in reprehensionem diuinæ sententiæ facere uidebatur. Et tu dicis mihi domine deus: Eme agrum argento, & adhibe testes: cum urbs data sit in manus Chaldæorum? Hæc interim tota loci istius continet pericope. Nunc ad singula reuertamur. Tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna. Et Ioannes dicit de filio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Hæc est enim domini fortitudo Apostolo comprobante: Christus dei uirtus & dei sapientia. Et in brachio tuo extento siue excelso: quorum utrunq; percutientis indicium est. Hoc est autem brachium de quo Esaias loquitur: Et brachium domini cui reuelatū est? Non erit tibi difficile omne uerbum: Quæ enim apud homines impossibilia, apud deum possibilia sunt: siue cui nihil est absconditum, iuxta illud Psalmographi dicentis: Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Qui facis misericordiam in milibus, & reddis iniquitatem patrum in sinu filiorū eorum post eos. Grandis clementia creatoris, misericordiam suam in mille generationes extēdere, & iustitiam statim in altera generatione monstrare: quæ tamē & ipsa est mixta misericordiæ. Non enim statim punit delinquentem, sed expectat pœnitudinem, ut si liberi imitati fuerint parentū uitia, diu dilata pœna reddatur. Fortissime, magne, potens, domine exercituum siue uirtutum nomen tibi. Ista nomina potentiam indicant creatoris. Cæterū proprie nomē dei pater est, quod in euangelio per dominū reuelatur dicentē: Pater, manifestaui

Exo. 3.d

Ioan. 1

1 Cor. 1.d

Esaiæ 53.a

Mich. 19.c

Psal. 138.b

Ioan. 17.a

signatū: & librū hunc qui apertus est, & pone illos in uase fictili ut permanere possint dieb. multis. Hæc enim dicit dñs exercituū deus Israel: Adhuc possidebunt domus & agri & uineæ in terra ista. Et oraui ad dñm postquam tradidi librū possessionis Baruch filio Neriæ dicēs: Heu, heu, heu, dñe deus (siue qui es dñe deus.) Ecce tu fecisti cœlū & terrā in fortitudine tua magna: et in brachio tuo extēto (siue excelso,) nō erit tibi difficile (siue impossibile) omne uerbū, (uel iuxta Lxx. Nihil apud te est absconditū.) Qui facis misericordiā in milibus, & reddis iniquitatē patrū in sinu filiorū eorū post eos fortissime, magne potēs (quod Hebraice dicit גִּבּוֹר) dñs exercituū (siue uirtutū) nomē tibi. Magnus cōsilio & incōprehensibilis cogitatu. Cuius oculi aperti sunt sup oēs uias filiorū Adā (siue hominū:) ut reddas unicuiq; secundū uias suas, & secundum fructum adinuentionū suarum. Qui posuisti signa & portenta in terra Aegypti usq; ad diem hanc, & in Israel & in hominib. (siue terrigenis:) & fecisti tibi nomen sicut est dies hæc, & eduxisti populum tuum Israel de terra Aegypti, in signis & portentis & in manu robusta & brachio extento & in terrore magno. Et dedisti eis terrā hanc quā iurasti patribus eorū, ut dares eis terram fluentē lacte & melle. Et ingressi sunt, & possederunt eā, & non obedierūt uoci tuæ, & in lege tua nō ambulauerunt, omnia quæ mandasti eis ut facerēt, nō fecerunt, & euenerūt eis uniuersa mala hæc. Eccē munitiones extructæ sunt aduersus ciuitatē, ut capiatur, & urbs data est in manus Chaldæorū, qui præliant aduersus eam à facie gladij, & famis & pestilentiæ. Et quæcunq; locutus es, accidunt, ut ipse tu cernis: Et tu dicis mihi domine deus, eme agrum argento, & adhibe testes, cum urbs data sit in manus Chaldæorū? Et factum est uerbum domini ad Hieremiā, dicens: Ecce ego dominus deus uniuersæ carnis. Nunquid mihi difficile (siue impossibile) erit: ut abscondatur à me omne uerbū? Præterea hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem istam in manum Chaldæorū, & in manu regis Babylonis, & capiet eam. Et uenient Chaldæi, & ingredientur præliantes (siue uenient Chaldæi aduersus urbem hanc,) & succēdent eam igni, & comburent eam, & domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irritādum me. Erānt enim filij Iuda, & filij Israel iugiter (siue soli) facientes mala in oculis meis ab adolescentia sua, Filij Israel enim uallatur exercitu, & absente capit̄ Nabuchodonosor, Sedechiasq; ducit̄ in Reblatha, & ibi regi tradit̄. Et ueniēt, inquit, Chaldæi præliātes aduersum urbē hanc. Melius Aquila qui pro eo quod scriptū est, ueniēt, transtulit εἰσπολεύονται, hoc est ingredientur ciuitatē. Neq; enim absentes erāt ut uenirēt: quippe q circundederant Hierusalem, sicut scriptura testat: Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Hierusalē. Ac deinde: Ecce mūnitiones extructæ sunt aduersum ciuitatē ut capiatur: & urbs data est in manus Chaldæorū. Quomodo igitur ueniēt q̄ præsentes erāt? Sed hi qui obsidebāt urbē, ingredient̄, inquit, & capiēt eā, & succendēt, & ad solū usq; comburent: Verbum enim Hebraicum בוא ambiguitate sui, & uenient, & ingredientur sonat. Et domus in quarū domatibus sacrificabant Baal idolo Sidoniorū, & libabant dijs alienis libamina ad irritandum me, ut non errore religionis, sed contentio quadā & in creatorem cōtumelia facere uiderent̄. Quomodo autē periturus scribit̄ mundus, iuxta illud quod scriptū est: Cœlum & terra pertransibunt, eo q̄ in maligno positus sit: sic & domus ipsæ & loca in quibus flagitia perpetrata sunt, iræ dei subiacēt. Sunt qui contentiose illud q̄d scriptū est: Locus in quo crucifixus est dñs atq; saluator, spiritualiter Gomorra & Aegyptus uocat̄, ad ipsa loca referant. Alij uero uniuersum mundū sub nomine Aegypti & Gomorræ significare putant. Vt enim Gomorra diuino igne deleta est: ita & mundū iudicio dei concremandū. *c* ¶ *Erant enim filij Iuda & filij Israel, etc.*] Verbum Hebraicū רַק Aquila interpretatus est πλήν, quod coniunctionē significat, ueruntamen. Symmachi prima editio, & Lxx. & Theodotio, solos interpretati sunt. Secunda quippe Symmachi uertit πλόλα, quem & nos in præsentiarum sequuti sumus, ut diceremus iugiter. Dicamus igitur primum iuxta Hebraicum: filij Israel & filij Iuda facientes iugiter malum. Et decem, inquit, & duæ tribus malū sine cessatione fecerunt, & iugis fuit eis in pessimis operib. perseuerantia. Si autem iugis & semper in toto populo, ubi est iustitia sempiterna? Porrò iuxta Lxx. qui dixerunt, Soli facientes malum, oritur quæstio: Num & aliæ gentes eo tēpore quo Israel & Iudas peccabant, malum non fecerunt? Quod sic soluitur: Qui habet notitiā dei, & recedit ab eo, solus peccat in oculis dei: qui uero incredituli permanserint, quasi illo nō uidente & negligente delinquūt. Vnde & Dauid uir sanctus quia corruerat in peccatū uxoris Uriæ, Bethsabeæ, agens postea pœnitentiā, loquitur: Tibi soli peccaui, & malum corā te feci,

Exo. 4.f

Exo. 19.b

Rom. 2.d

Exo. 14

B reprehendit, sed interrogat, nec tam sibi q̄m alijs utile discere, qui sedebant in atrio carceris: & forsan taciti reprehēdebant, quomodo idem prophetā quem uerum nunciare credebant, & urbem dicat esse capiendā, & agrum emat quasi possessurus. *b* ¶ *Et factum est uerbum do. etc.*] Tristibus læta subiūgit, & post euersionem Hierusalem captiuo populo reditum pollicetur. Primumq; causas exponit offensæ & iusti furoris dei, ut quanto maior culpa peccantium, tanto amplior in peccatores clementia creatoris. Ego, inquit, dominus deus uniuersæ carnis. Nequaquam cunctarū gentium, nec populi Israel, aut certe, ut de sanctis crebro dicere solet: Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob: sed deus, dixit, uniuersæ carnis, ut & rationalia & bruta animātia ipse fecisse credatur. Sunt enim qui prouidentiam creatoris usq; ad rationalia confiteantur, bruta autē fortuitis casibus asserant uel perire uel uiuere. Propheticusq; sermo declarat nihil esse quod fugiat prouidentiam & scientiam dei: quia aliæ propter se, alia in usum hominū sunt creata. Nunquid mihi difficile aut impossibile, aut certe absconderet à me omne uerbū? & suprà diximus: Quæ apud homines impossibilia sunt, apud deū possibilia sunt. Verbum aūt hic, & in multis alijs locis, pro rebus debemus accipere. Quid est, ait, quod factū est uerbū? Propterea hæc dicit dominus: Quid enim præcesserat, ut causalem coniunctionē poneret, dicens: Propterea hæc dicit dñs? Quia, inquit, curæ meæ est omnia regere, uniuersa disponere, & reddere singulis iuxta uias suas: idcirco ego tradam ciuitatem istam in manu Chaldæorum, & in manu regis Babylonis, & capiēt eam. Primū

2 Reg. 12

Matt. 24.c

A se facturū esse pollicitus est. Omnia quæ mandasti eis ut facerēt, nō fecerūt, & certe facturos se promiserāt. Et euenerunt eis uniuersa mala hæc. Mala patientibus: cæterū iuxta dñi sententiā bona quæ reddit unicuiq; secundū uias suas. *a* ¶ *Ecce munitiones extructæ, etc.*] Decimus annus erat regis Sedechiæ, ita enim scriptū est: Verbum quod factum est ad Hieremiā à domino anno decimo Sedechiæ regis Iuda: tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Hierusalē: & Hieremias propheta clausus erat in atrio carceris. Recteq; nunc dicitur: Ecce munitiones sunt extructæ aduersus ciuitatē, ut capiatur, & urbs tradita est in manus Chaldæorum, nec habēt quos uincant, aut quos capiant. Iam enim gladio, fame, peste consumpti sunt: & quæcūq; dixisti, uidemus esse cōpleta: quomō ergo mihi dices dñe: eme agrum argēto, & adhibe testes: cū urbs data sit in manu Chaldæorum? Igitur non

C

D

Filij

id est, in conspectu tuo. Deniq; iungit: Soli faciētes ma-
A lum in oculis, & in conspectu meo ab adolescentia sua.
Quodq; sequitur. a ¶ *Filij Israel qui, etc.*] In Lxx. non ha-
betur, & de Hebraico additū est. Qui aūt ab adolescen-
tia sua usq; ad præsentē diē iugiter deliquerūt: ideo iu-
sta sententia dei est, & merito scriptura con-
texit. b ¶ *In furore, etc.*] Si ex eo tempore quo
ciuitatis iacta sunt fun-
damēta usq; ad hanc
diē, qñ capta est atq;
succensa & sublata de
cōspectu dñi, fuit sem
per in uitio, & indi-
gnationē cōtra se dñi
puocauit: Vbi est (ut
sæpe iā diximus) pec-
catorū quies? c ¶ *Pro-
pter malitiā, etc.*] Quia
suprà dixerat: In furo
re & in indignatione
mea facta est mihi ciui
tas hæc, à die qua ædi
ficauerūt eam usq; ad
diē istam, qua auferē
de conspectu meo: &
nullum gñaliter absq;
peccato fuisse mōstra
uerat: nūc per partes
enumerat & reges &
principes & sacerdo-
tes & prophetas eo-
rum, & cūcta uno ser-
B mone cōprehendēs:
Viri, inquit, Iuda &
habitatores Hieruſa-
lem. Pulchreq; nō di-
xit: Reges mei, & prin
cipes mei, & sacerdo-
tes mei, & prophetæ
mei, sed quia peccaue
runt reges eorum, &
sacerdotes eorū, & p-
phetæ eorum. d ¶ *Et
uerterūt ad me, etc.*] Iux-
ta illud qđ alibi scri-
Zach. 7.c ptum est: Et uerterunt cōtra me scapulam recedentem.
Qui enim precatur, inclinata ceruice in terram pronus
funditur: qui uero in tergum uertit, ipso gestu corpo-
ris indicat negligere se comminantem. Et hoc, ait, facie
bant. e ¶ *Cum docerem, etc.*] Fugatis erroris tenebris, &
omni idolorum cultu, mea sententia confutata, quoti-
die corda eorum illuminare cupiēbam, & docere quæ
recta sunt. Et ut liberum seruaret arbitrium, iungit & di
cit: Et nollent audire ut acciperent disciplinam. Sequi-
tur. f ¶ *Et posuerunt idola, etc.*] Non solum eo tempore
Ezec. 8.b Iudas posuit in templo dei statuam idoli, quam in Eze
chielis principio legimus, sed usq; hodie in templo dei,
quæ interpretatur ecclesia, siue in corde animaq; cre-
dentium ponitur idolum, quando nouū dogma con-
Deut. 4.c stituitur, & iuxta Deuteronomium adoratur in absco
1 Cor. 3.d dito. Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spiritus
dei habitat in uobis? g ¶ *Et ædificauerunt excelsa, etc.*] Pro
initiarent, in Hebraico scriptum est תעברו quod Aqui
la & Symmachus transducerent, Lxx. & Theodotio in
terpretati sunt offerrent. De ualle filiorum Ennom, quę
Hebraice dicit גיא חנם suprà plenius diximus: quod
subiaceat Siloe fontib, & amœnitate sui, quia locus irri-

guus est, populū prouocauerit ad luxuriā quā idolorū
cultus sequit: Notandū quoq;, q̄ araę & excelsa, Hebrai
co sermone appellant̄ במות propter eos qui in Samue
lis & Regū uolumine quid significet hoc uerbum dubi
tant. Moloch idolū Ammonitarū est, quod in regē uer-
tit. Significat aūt scri-
ptura diuina q̄ nō so
lum Baal idolo, sed &
Moloch cunctisq; dæ
monibus in ipso loco
populus seruierit. h :
¶ *Quod non, etc.*] Pro
prie tribus Iuda & Be
niamin in phano Baa
lis & Moloch dæmo-
num simulachra ue-
neratæ sunt. Vitulos 3 Reg. 12.f
aūtē aureos in Bethel
& Dan decem tribus,
quæ appellantur Sa-
maria & Ioseph & E-
phraim coluisse per-
spicuū est. Tantumq;
mali fuit quod à po-
pulo factū est, ut testet
deus se nunq; cogitas-
se, nec ascēdisse in cor
suū quæ illi facturi fue
rint. Omnia autē hæc
ἀνθρωποπαθῶς. i ¶ *Et
nunc propter, etc.*] Sicut
sperantib. auxiliū, &
in murorū firmitate
fidentibus, propheta
tur q̄ subuertenda sit D
Hieruſalē, & populus
iamiamq; capiēdus,
& ante captiuitatē gla
dio, fame, & peste pe-
riturus: sic desperāti-
bus, & post subuersio-
nem urbis nullā salu-
tem expectātibus, suū
auxiliū pollicet, ut &
confidētia, atq; super
bia, iustā sententiā, &
desperatio atq; humi
litas dei mereatur auxiliū. k ¶ *Ecce ego cōgregabo uos, etc.*]
Multi hoc putant tempore Zorobabel filij Salathiel, &
Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, quando Aggeus &
Zacharias prophetauerūt sub Ezra sacerdote comple-
tum, quando ædificatum est templum, & sub Neemia
extructi muri per circuitum, ut quos antè deiecerat in
furore, & ira, & in indignatione grandi de Hieruſalem,
& in toto orbe dispersérat: postea reductos habitare fe-
cerit confidenter, & fuisse eos in populum dei: & domi
num fuisse in deum eorum, & cætera quæ scriptura con
texit. Sed quomodo hoc possit illi tempori coaptari,
Habitare eos faciam confidenter, & feriam eis pactum
sempiternum, siue disponam illis testamentum æternū,
penitus non potest approbari: quippe quos legerimus
& sacra narrat historia, nō solum à uicinis gentibus, sed
à Persis quoq; & Macedonib. & Aegyptijs Romanisq;
sæpe captos, & hucusq; seruire. Omnia igitur ad aduen
tum referenda sunt saluatoris: quæ nostro & fidei tem-
pore uidemus expleta, et electio iuxta apostolū reliquia Rom. 9.f
rum salua facta est. Et qui in Christo habitant confiden
ter, datū est illis cor unū, iuxta illud quod scriptum est: Act. 4.f
Multitudinis aūt credentiū erat cor unū & anima una.

Et

A Et uiam, inquit, unam illum qui dicit: Ego sum uia, ue-
Ioan. 14.d ritas & uita. Et timeāt me uniuersis diebus. Principium
Prou. 9.c enim sapiētiæ timor dñi. Vniuersis, ait, diebus: Quod si
Iudæis nō cōpetit, de nostro populo accipiendum est,
cui & bene fuit, & est, & erit, nō solū ipsis, sed & filijs eo-
rum post eos. Nobis-
cum enim pactū pepi
git sempiternum: nec
desinet nobis ultra be
nefacere. Quodq; se-
quit: Et timorē meum
dabo in corde eorū,
ut nō recedant à me.
Sic liberū donat arbi
trium, ut tamē ipse ti-
mor qui tribuit, gra-
tia permaneat largito
ris. Cumq;, inquit, eis
benefecero, lætabor.
Gaudet quippe quia
uidet creaturā suā esse
Luc. 15.b saluatā. Vnde & gau-
dium angelorū est in
cœlis super uno peccatore pœnitentiā agente. Et plan-
tabo, inquit, eos in terra ista in ueritate: siue (ut Lxx.
transtulerunt) in fide, ut proprie significet populū Chri
stianum, cuius religio fides est. In toto corde meo, & in
Ioan. 10.d tota anima mea: Si domini uerba sunt saluatoris, recte
cor & anima eius creditur, qui dicit in Euangelio: Pote
statem habeo ponendi animam meam, & potestatē ha-
beo iterum sumendi illam. Sin aūt ex persona dei pa-
Esaie 1.d tris accipimus, secundum illud intelligendum est: Neo
menias uestras & sabbata & dies festos odit anima mea
a ¶ *Quia hæc dicit dominus, etc.*] Hæc iuxta literā, licet in ty-
po præcesserint post reditū de Chaldæis, qñ ad Cyri re-
gis imperiū reuersus est populus in Iudæā: tamen spiri
B tualiter in Christo & apostolis uerius pleniusq; cōplen
tur. Tunc & homines & iumēta reducti sunt in ecclesiā,
iuxta illud quod scriptū est: Homines & iumēta saluos Psal. 35.b
facies domine, rationales quoq; & simplices. Tunc agri
empti sunt pecunia, ut faceremus nobis amicos de ini- Luc. 16.c
quo māmona, q̄ nos
reciperēt in æterna ta
bernacula. Et scripti
in libro, haud dubiū
quin uiuentiū. Et im-
pressum est signū ue-
xilli dominicæ crucis
atq; uictoriæ, & testes
adhibiti sunt marty-
res, & omnis sancto-
rum chorus. In terra
Beniamin, ubi est dñi
fortitudo, & in circui-
tu Hieruſalem, in qua
est uisio pacis, & æter
na securitas, in ciuita-
tibus Iuda, in quibus
est Christi uera con-
fessio. Et in ciuitatibus montanis, de quibus una est de
qua dicitur: Non potest ciuitas abscondi in monte posi Matth. 5.b
ta. Et in ciuitatibus campestribus, quæ Hebraice appel-
lantur שפלה ut de profundis atq; depressis, per cam-
porum æqualitatē ad summa gradiamur. Et ciuitatibus
quæ ad austrum sunt: quod nageb Lxx. transtulerunt, נגב
ubi est meridies, & plena lux ueritatis. Cum aūt hęc om
nia facta fuerint, implebit̄ quod scriptū est: Conuertam Psal. 67.d
captiuitatē eorum, ait dñs, de quo scriptum est: Ascen- Eph. 4.b
dens in altum captiuam duxit captiuitatē. Accepit, siue
(ut Apostolus ait) dedit dona hominibus.

Commentarij sexti in Hieremiam
prophetam finis. D

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN LAMENTATIONES HIEREMIAE
ad Eusebium prooemium.

HABES in Lamentationibus Hieremiæ quatuor alphabeta: è quibus duo pri-
ma quasi Sapphico metro scripta sunt: quia tres uersiculos qui sibi cōnexi sunt,
& ab una tantum litera incipiūt, heroici cōma concludit. Tertium uero alpha-
betum trimetro scriptum est, & à ternis literis, sed eisdem, trini uersus incipiūt.
Quartum alphabetum simile est primo & secundo. Prouerbia quoq; Salomo
nis extremum concludit alphabetum, quod tetrametro iambico supputatur,
ab eo loco ubi ait: Mulierem fortem quis inueniet? Quomodo autem in his no
stris literis non potest quis ad legenda uerba texendaq; procedere, nisi prius ab elementis cœperit:
ita in scripturis diuinis non ualemus ea quæ maiora sunt nosse, nisi ab ethica in ipsas habuerimus
exordium, secundum illud quod propheta dicit: A mādatis tuis intellexi. Quod uidelicet post ope-
ra cœperit habere scientiam secretorum. Verum iam complendum est quod petisti, ut sensum u-
niuscuiusq; elementi interpretatio annexa significet, אלף Aleph, doctrina interpretatur: בית
Beth, domus: גימל Gimel, plenitudo: דלת Daleth, tabularum: הא He, ista: ויו Vau, &: זין
Zain, hæc: חית Heth, uita: טית Teth, bonum: יוד Iod, principium: כף Caph, manus: למד
Lamed, disciplinæ, siue cordis: מם Mem, ex ipsis: נון Nun, sempiternum: סמך Samech, adiu
torium: עין Ain, fons: siue oculus: פא Phe, os, ab ore, non ab osse: צדיק Zadik, iustitiæ: קוף
Coph, uocatio: ריש Res, capitis: שין Sin, dentium: תיו Thau, signa. Ecce intellige, ne literarum
ambiguitate fallaris. Post interpretationē elementorum, intelligentiæ ordo dicēdus est. א Aleph,
ב Beth, ג Gimel, ד Daleth, prima connexio est: doctrina domus, plenitudo tabularum: quod ui-
delicet doctrina ecclesiæ, quæ domus dei est, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum. Se-

A cunda connexio est, ח He, ו Vau, ז Zain, ח Heth, ista & hæc uita. Quæ enim alia potest esse uita, sine scientia scripturarum: per quam etiam ipse Christus cognoscitur, qui est uita credentium? Tertia connexio habet ט Theth, י Iod, bonum principium: quia quamuis nūc sciamus uniuersa quæ scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum uidemus in ænigmate. Cum autem meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus, tunc librorum doctrina cessabit. Quarta connexio est, כ Caph, ל Lamed, manus cordis, siue disciplinæ. Manus intelliguntur in opere: cor & disciplina interpretantur in sensu: quia nihil facere possumus, nisi quæ prius facienda sint fecerimus. Quinta connexio est, מ Mem, נ Nun, ס Samech, exiptis sempiternum adiutorium. Hoc explanatione nō indiget, sed omni luce manifestius est, scripturis æterna subsidia ministrari. Sexta connexio habet, ע Ain, פ Phe, צ Zade, fons siue oculus oris iustitiæ, secundum illud quod in tertio numero exposuimus. Septima connexio est quæ & extrema, quo & in ipso quoq; septenario numero sit mysticus intellectus, ק Coph, ר Res, ש Sin, ת Thau, uocatio capitis dentium signa. Per dentes articulata uox promitur, & his signis ad caput omnium, qui est Christus, itur: per quem uenitur ad regnum sempiternum. Verum hæc idcirco inseruimus, ut instruant lectorem: quo sciat non frustra iuxta seriem literarum à propheta hęc esse edita, sed uniuersa quæ scripta sunt, ad Christi & ecclesiæ pertinere sacramenta. Quod enim lamentationes prædictæ, non solum super urbis Hierusalem uastatione & Iudaici populi captiuitate: sed etiam super Iosiæ regis occasum conscriptæ sint, liber uerborum dierum demonstrat, ubi ita legitur: Mortuus est rex Iosias, & sepultus in Mausoleo patrum suorum, & uniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum, Hieremias maxime, cuius omnes cantores atq; cātatrices usq; in præsentē diem, lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. Vnde primum iuxta historiam in explanatione retexemus. Deinde allegoriam per congrua loca: siue ad Iosiam, qui interpretatur salus domini, uel fortitudo domini, siue ad Iudæos, hoc est confitentes pertinēt, inseremus. Opportunius ergo multo nunc à nobis, quàm tunc à propheta dei lamentatur: licet nō urbes multæ, non gens integra, sed anima hominis Christiani multis gētibus nobilior, multisq; urbibus preciosior.

B Nam seruus qui facit uoluntatem dei, melior est quàm multitudo iniquorum. Melior erat anima D quondam fidelis, in qua deus inhabitabat, quàm multitudines Iudæorū: qui ingrati beneficijs dei, semper contraria agebant. Vnde legislator eorum perfidiam exprobrando, taliter ad eos loquitur dicens: Ego enim scio contentionem uestram contra dominum. Et Stephanus: Dura, inquit, cerui ce, & incircuncisi cordibus uestris. Si quis templum corporis, hominis dei contemplatus est tunc, cum castitatis splendore refulgeret: paruam profecto & ualde inferiorē illam propheticam lamentationem putabit: in qua barbaricæ manus sancta sanctorum polluisse deflentur, & sacras ædes ignem populasse hostilem: ubi contaminata Cherubim, & arca ac propiciatorium, tabulæq; duæ lapideæ, & urna aurea lamentantur. Hæc lamentatio quam nos deflemus, tanto illa durior & amarior esse probatur: quanto uerius cuncta hæc & euidentius in fideli anima quàm intra illius templi parietes erant. Hoc sanctius multo fuit, quod in ea erat templum. Non enim auri & argenti metallo, sed uirtutibus animi radiabat: habebat enim arcā intra se, & duo Cherubim, id est fidem patris, & filij, & spiritus sancti sitam. Sed nunc nihil eorū apparet. Ablata sunt hæc cuncta, nudata est domus dei omnibus ornamentis suis, cunctisq; quæ diuinitus consecuta fuerat spoliata muneribus, remansit deformis ac turpis, perijt ab ea omne munimen, omnisq; custodia. Et iam non clauditur ostium in ea, non seruatur, sed patet ingressus omnibus malis spiritibus ad corruptelam animæ festinantibus: nulla inde turpis cogitatio, nulla cupiditas fœda repellitur. Sed si uenerit fornicationis spiritus, ingreditur: si iactantiæ, si auaritiæ, & si horū nequiores & impuriores uenerint: nemo prohibet, nemo propellit: nullus enim custos, nullus remansit æduituus. Nam prius sicut ad cœli secreta nullus huiuscemodi malis indulgebatur accessus: ita nec purissimam mentem huiuscemodi penetrare poterat ulla cogitatio. Sed iam nunc quomodo textus ipsius historiæ incipiat, uideamus.

A COMMENTARIORVM Hieronymi in Lamentationes Hieremiæ Liber primus.

Vomodo sedet sola ciuitas, etc.] Deplorat prophe ta ruinam pfidæ ciui tatis: quæ semper cōtraria dño suo sentiebat, & pręce ptis suis aduersabat: ingrata beneficiorū dei, prophetas eius: ipsumq; hæredem no uissime trucidabat. Vnde in manus hostium tradita, deuasta ta est, ita ut quæ prius diuersis gentib. & pro uincijs impabat, post modū dura seruitute premeret. quod tamē ante aduentū dñi sub Chaldaica captiuita te ex parte gerebatur: nūc aūt post incarna tionē dñicam, passionem, resurrectionē, & ascensionē Christi ad cœlos, plenius factū est: cū per Vespasianū & Titū Romāos prin cipes in ultionē dñici sanguinis urbe succē sa, tota gēs simul, partim occisa, partim in captiuitatem ducta est, iuxta illud quod in Danielis uisione scriptum est, ubi angelus ad prophetam ita loquitur, dicens: Post hebdomadas sexagintaquatuor occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctua rium dissipabit populus cum duce uenturo: & finis e ius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et pau lo post: Vsq; ad consummationem, inquit, & finem per seuerabit desolatio. Mystice autem plangitur anima fi delis hominis, quæ quondam plena fuit numerositate uirtutum: & imperabat diuersis affectibus, dominans concupiscentijs carnis: postea autem à malignis spiri tibus flammis libidinis succensa, destituta angelorum solatio, & carens diuino consortio: tot seruis sceptris, dedita quot uitijs. b ¶ *Plorans plorauit in nocte, etc.*] Ad ueniēte tribulatione captiuitatis propter idololatriam & enormitatem scelerum, plebs Iudaica sero doluit: cum sæpius prophetarum attestationibus conuenta, sa tius illi esset præuaricationis noxam cauere, quàm post commissa pœnaliter lugere. Falsa ergo numina, quæ diuersæ gentes in simulachris colebant, causæ fuerunt illi scandali & deceptionis, cum relicto uero deo, falsis dijs in idolorum cultura seruierint, qui eis nihil in tem pore uindictæ profuerunt, imò plurimum nocuerunt: in tantum ut eos ludibrio & confusione dignos, inter hostes constituerent. Hinc quoque per Ezechielem pec canti Iudææ dicitur: Ecce ego suscitabo omnes amato res tuos contra te, de quibus satiata est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu, & agent te cum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittēt te nudam & ignominia plenam. Iuxta allegoriam uero decepta anima diabolica suggestione, in noctem ueniet futuræ perditionis, ubi gemitum dabit perpetuum sine ulla cōsolatione. Ipsi enim spiritus maligni qui eā ante per illecebras uoluptatū in diuersa trahebant: tandem in tenebris exteriorib. constitutā, perpetuis cruciatib. punire nō cessant. Vt ergo hunc dolorē maximū deuitet, necesse est q̄ in præsenti salubriter doleat: quatenus immēsa bonitas dei pro fletu præsentis tēporis, consolationē illi præbeat sempiternā. Beati qui lugēt, qm̄ ipsi consolabunt. Maxilla quippe sancti prædicatores sunt, de qua nunc dicitur: Plorans plorauit in nocte, & lachrymę eius in maxillis eius: quia in aduersitate ecclesiæ illi amplius plangūt, qui uitam carnalium con fringere prædicando nouerunt. Per ipsos quippe sancta ecclesia iniquos à uitijs conte rit, & quasi glutiēs in sua membra conuer tit. Vñ ipsi quoq; primo prædicatori uelut maxillæ ecclesiæ dicitur: Occide, & mādu ca. c ¶ *Migrauit Iudas, etc.*] Migrauit ergo Iu dæorum populus in dispersionē gentium propter afflictionē captiuitatis, & q̄ ante regni principatu multis nationibus præ rat: postea inter diuer sas gentes seruitio laborabat: quia scelerū suorum meri ta uindicta eos inueniebat. Spiritualis autē Iuda ideo de terra sua migrauit, quia peccando dñm irritauit, & iniquitatibus suis eum ad uindictam prouocauit. De quo ipse per Esaiam prophetā locutus est: Seruire me fecisti in peccatis tuis: prębuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vnde inter gentes deputata, & sordibus eorum polluta, libertatē perdidit, & in hostium suorū manus incidit, qui eam per diuersos errores ducentes, ne quaquam requiescere, uel paululum respirare concedebant. d ¶ *Viæ Sion lugent, etc.*] Vias Sion dicit lugere, hoc est, lugubres existere, eo quod non sint qui ueniant ad solennitatē, ut festiua gaudia celebrent, & sacerdotum officia in templo expleant: quia templo succēso, muri ciuitatis funditus diruti, & portæ destructæ sunt. Vnde omnis decor eius squalescit, & ipsa oppressa amaritudine in filijs suis fortiter gemit. Mystice autem uiæ Sion lugent, quando animæ quondam in arce mentis deum speculantis actiones exteriores, post lapsum peccati, turpes atq; lugubres apparent: eo quod non pristino more affectus eius ad interna gaudia celebrāda concurrant. Sed quinq; sensibus corporeis, qui portarum nomine hic notantur, per desidiam destructis, pateſcat aditus uarijs delictis: ecclesiasticum quoq; officium uilescat, & continētiæ uirtus mollescat. Vnde spiritus sancti suauitate priuata, tota in amaritudine uitiorum uersatur. e ¶ *Facti sunt hostes in capite, etc.*] Facti sunt hostes Hierusalem in capite, quando inimici illius superiores effecti, uniuersam gentem diuitijs spoliando, uinculis captiuitatis subiecerūt, & in alienam terram simul cum mulieribus & paruulis ire compulerūt, dño cui peccauerunt iustum iudiciū eis retribuente. Animæ uero deceptæ, hostes fiunt in capite: quando maligni spiritus eius gaudēt dominatione: qui spoliantes eā uirtutibus, paruulos cogitatus eius per uaria desideria huc illucq; trahendo

LAMENTATIONES HIEREMIAE

Caput I

ℵ Aleph.

Vômodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi uidua domina gentiū, princeps prouinciarū facta est sub tributo. ב Beth. Plorāns plorauit nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui cōsoletur eam ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerūt eam, & facti sunt ei inimici. ג Gimel. Migrāuit Iudas propter afflictionem & multitudinē seruitutis. Habitauit inter gētes, nec inuenit requiē. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. ד Daleth. Viæ Sion lugēnt, eo quod non sint qui ueniāt ad solennitatem. Omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes, uirgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. ה He. Facti sunt hostes eius in capite, inimici illius locupletati sunt: quia dominus locutus est super eam, propter multitudinē iniquitatū eius, paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

B ו Vau Dan. 9. g

ſas gentes seruitio laborabat: quia scelerū suorum meri ta uindicta eos inueniebat. Spiritualis autē Iuda ideo de terra sua migrauit, quia peccando dñm irritauit, & iniquitatibus suis eum ad uindictam prouocauit. De quo ipse per Esaiam prophetā locutus est: Seruire me fecisti in peccatis tuis: prębuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vnde inter gentes deputata, & sordibus eorum polluta, libertatē perdidit, & in hostium suorū manus incidit, qui eam per diuersos errores ducentes, ne quaquam requiescere, uel paululum respirare concedebant. d ¶ *Viæ Sion lugent, etc.*] Vias Sion dicit lugere, hoc est, lugubres existere, eo quod non sint qui ueniant ad solennitatē, ut festiua gaudia celebrent, & sacerdotum officia in templo expleant: quia templo succēso, muri ciuitatis funditus diruti, & portæ destructæ sunt. Vnde omnis decor eius squalescit, & ipsa oppressa amaritudine in filijs suis fortiter gemit. Mystice autem uiæ Sion lugent, quando animæ quondam in arce mentis deum speculantis actiones exteriores, post lapsum peccati, turpes atq; lugubres apparent: eo quod non pristino more affectus eius ad interna gaudia celebrāda concurrant. Sed quinq; sensibus corporeis, qui portarum nomine hic notantur, per desidiam destructis, pateſcat aditus uarijs delictis: ecclesiasticum quoq; officium uilescat, & continētiæ uirtus mollescat. Vnde spiritus sancti suauitate priuata, tota in amaritudine uitiorum uersatur. e ¶ *Facti sunt hostes in capite, etc.*] Facti sunt hostes Hierusalem in capite, quando inimici illius superiores effecti, uniuersam gentem diuitijs spoliando, uinculis captiuitatis subiecerūt, & in alienam terram simul cum mulieribus & paruulis ire compulerūt, dño cui peccauerunt iustum iudiciū eis retribuente. Animæ uero deceptæ, hostes fiunt in capite: quando maligni spiritus eius gaudēt dominatione: qui spoliantes eā uirtutibus, paruulos cogitatus eius per uaria desideria huc illucq; trahendo

Act. 10. b

Esaiæ 43. d

Mystice

Mystice

Ezec. 23. c

Allego.

A rahendo, nullã quietẽ eã in animo habere permittunt.
a ¶ *Et egressus est à filia Sion omnis, etc.*] Obsessa Hierusalem ab hoste extrinsecus, omnẽ decorẽ iocunditatis suæ perdidit intrinsecus: maxime cũ fame, & pestilẽtia laborãs, nullius ope sustentabat: qm̃ principes & rectores illius dissolutis uitiis, panido corde, nõ defensionẽ ciuiũ, sed fugã inertẽ meditabantur.

Mystice Mystice aũt filia Sion reliquię decorẽ suum, qm̃ per incuriã cogitationũ, uirtutũ perdidit ornamentũ, nec ei subueniebant principes sui, hoc est, rationabiles tractatus: cũ quib. resistere debuit inimicis persequentibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequẽte, propulsa est in foueã deceptionis. Hac etiã sententia arguunt negligentes rectores ecclesiæ dei, ob quorũ incuriã perit omnis decor populi Christiani, cũ nec in meditatione legis diuinæ, nec in cultu pietatis, neq; in sacrarũ uirtutũ exercitio laborare conant: sed in luxu uoluptatũ per uaria scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis abducunt. Cuius periculi malum illos maxime respicit, qui in loco regiminis constituti,
B potius secularia desideria, q̃ mandatorum dei sequi uestigia elegerunt. Vnde cœlestis regni gloriam cum sanctis doctoribus non merentur accipere, sed cum diabolo & angelis eius pœnam gehennæ cogẽtur recipere, de qua & subditur. *b* ¶ *Recordata est Hierusalem afflictionis suæ, etc.*] Non solum enim Hierusalem illa terrena doluit se perdere iocunditatẽ suam, & deliciarũ affluentiam inter hostes constituta, sed etiam hæc mystica: & maximo dolore torquet, cum in pœnis constituta, iam sero dolet, se tunc negligentẽ fuisse, quando per bona opera & rectã conuersationẽ potuit sibimetipsi subuenire. Non enim cũ sanctis angelis non exultat, sed in inferno cum dæmonibus cruciata infructuose præterita peccata deplorat, iuxta illud quod scriptura teste, impij in infer-
Sap. 5.a no dicturi sunt: Ergo errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumẽ non luxit nobis: & sol nõ est ortus nobis, lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles: Viam aũt dñi ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut qd diuitiarũ opulẽtia contulit nobis? Transierũt omnia illa tanq̃ umbra mortis, in malignitate aũt nostra cõsumpti sumus. Tunc & ipsũ spiritus maligni deridẽt otiũ, quod negligentes inutiliter duxerũt per præsentis uitæ spaciũ. Vnde & nunc per prophetã dicitur: Viderũt eam hostes, & deriserũt sabbata eius. Præcepto etenim legis, ab exteriori opere in sabbato cessat. Hostes enim sabbata uidentes irrident. Cum maligni spiritus uacationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahũt: unaquæq; anima quę remota ab externis actionib. seruire deo credit: eo magis eorũ tyrannidi illicita cogitando famulat. Sancti aũt uiri qui mundi operibus nõ corpore, sed uirtute sopiuntur, laborio sius dormiũt, q̃s uigilare potuerũt: qa in eo quod actiones huius seculi deserentes superant, robusto conflictu quotidie cõtra semetipsos pugnãt: ne mẽs per negligẽtiã torpeat: ne subacto ocio ad desideria immũda frigescat: ne ipsis desiderijs bonis plus iusto inseruiat: ne sub
C districtionis specie sibimet parcẽdo, à perfectione lãgue scat. Agit hæc, & à mũdi huius inquieta concupiscentia se penitus subtrahit: ac terrenarũ actionũ strepitũ deserit, & per quietis studiũ, uirtutibus intẽta uigilans dormit. Neq; cm̃ ad contẽplanda interna perducit: nisi ab his quæ exterius explicãt, studiose subtrahat. Hinc est em̃ q̃ per semetipsam ueritas dicit: Nemo potest duob. dñis seruire. Hinc Paulus ait: Nemo militãs deo implicat se secularib. desiderijs. *c* ¶ *Peccatũ peccauit, etc.*] Causam uindictæ expressit in principio huius sentẽtiæ: quia ob magnitudinẽ scelerũ, Hierusalẽ promeruit transmigrationis excidiũ: ipsiq; q eã deridebant, nec cõdolentes illi, ge mitui eius ullã cõsolationẽ præbebãt. Hinc est q̃ per Esaiã plebi Iudaicæ dñs dicit: Populę meus q beatũ te dicũt, ipsi te decipiũt, & uiã gressuũ tuorũ dissipant siue cõturbant. Scribæ & pharisæi, quos antẽ idem propheta exactores appellauerat, nõ magistros, & suprà illusores: qui propter munera quæ excæcãt oculos etiã sapientiũ, nõ solũ
D peccatores in populo nõ corripiebant, sed pro diuitijs atq; cõpendijs efferebãt laudibus: & ipsi ecõtrario beatos uocabant eos, & colũnas domus dei, & cætera quæ solent adulatores dicere. Sed tales fautores, nullã in die tribulationis laborantib. consolationẽ præbebãt, imò confusionẽ scelerũ eorũ denudabant, & cordis ignominiã manifestabãt. Ille est ergo doctor ecclesiasticus, qui lachrymas, nõ risum mouet, qui corripit peccatores, q̃ nullum beatũ, nullum dicit esse felicẽ, nec præuenit sententiã iudicis sui, dicẽte scriptura sancta: Ne beatũ iudices quenq̃ hominẽ ante mortẽ. Sed & in alio loco legimus: Qui benedicit amico mane grandi uoce, à maledicente nihil differt. Vnde spernẽtes hominũ iudicia, nec laudibus eorũ extollamur: nec obtrectationibus cõtristemur, sed ingrediamur rectam uiam, & tritas à sanctis prophetis semitas. Audiamus hunc prophetã alio loco dicentem: State in uijs, & uidete, & interrogate semitas dñi sempiternas, quæ sit uia bona, & ambulate in ea.

d ¶ *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est, etc.*] Sordes gestat in pedibus, qui gressum conuersationis suæ malis polluit operibus, nec recordat finis sui, & temporis iusti iudicij dei. Vnde depositа uehementer & hostiũ manibus tradita, nullum consolatorẽ habet: quia tempore opportuno, cultu pietatis honorare noluit suum autorem. Solus in ea dominatur inimicus: quoniã deus uerus eam deseruit amicus. Vnde maximo dolore contrita, miserabiliter ad dominũ clamat: Vide domine afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus. Nullo enim sibi resistente, hostis de uictoria gaudet iniquus, & de potentia sua contra dñm erigit̃ superbus: proprijs hoc deputans uiribus, non iusto iudicio dei, quoniam iuxta Psalmistam: Non est deus in conspectu eius, polluuntur uiæ eius in omni tempore, auferuntur iudicia dei à facie eius. *e* ¶ *Manum suam misit hostis, etc.*] Propter peccata populi, hostilis exercitus deuastat templum dominı

Ecclı. 11.d

Prou. 27.b

Supra 6.b

Psal. 9.c

A mini, & omnẽ ornatum eius deiecit, quod nec ingredi, nec in aliquo cõtingere debuit. Repulit enim dñs tabernaculũ suũ in quo habitauit inter homines, & tradi
Infrà 2.c dit in captiuitatẽ uirtutes eorũ, & pulchritudines spreuit. Sed & nos si non obseruauerimus diligenter claustra cordis nostri, & pẽr aliquẽ sensuũ nostrorum hostis antiquus patentẽ inuenerit introitũ, ingredit per suggestiones prauas & illicitas cõcupiscẽtias in sacrariũ animę nostræ, ubi sancta trinitas per fidẽ uerã habitare cõsueuit, & spoliat illud decore sapientiæ, & ornatu uirtutũ: erimusq; miserabiles, & omni confusione dignissimi. *a* ¶ *Omnis populus, etc.*] Quãta mala passa sit gẽs Iudæorũ in fame, pestilentia, & clade: diuini exponunt libri, & Iosephi non tacet historia. Spiritualiter uerò pro pane iocunditas humanæ delectationis recipitur. Vnde & nunc propheta, cum synagogæ perditos mores deflere t dixit: Omnis populus eius gemens & quærẽs panẽ. Praua quippe hominũ multitudo affligit̃, quia non ad uotum de præsentis uitæ iocunditate satiatur. Sed & preciosa quæq; pro cibo dat: quia uirtutes mẽtis in appetitu trãsitoriæ delectationis inclinat, & refocillari ani
B mam nitit̃: quia peruersis suis desiderijs satisfacere conatur. Vnde bene mox ex uoce illius electæ multitudinis subditur: Vide dñe & cõsidera, quoniã facta sum uilis. Vilis quippe plebs dei efficit̃, quando prauorũ numero crescente in eis: non summa cœlestia, sed abiecta & terrena sectat. *b* ¶ *O uos omnes, etc.*] Propriũ hoc est dolentiũ, ut laborẽ suũ eo maiorẽ cæteris æstimẽt, quo aliorũ passionẽ non cognoscũt, quia quanto plus dolorẽ suũ sentiũt, tãto minus aliorũ huic adæquari non sentiũt. Vindemiare in die iræ furoris sui illos dñs dicit, quia iusticiæ norma dictante laboris sui fructũ iam eos metere decreuit. Sed hoc cõsiderãdũ est, quare eos tantũ qui transeunt uiã ad aspiciendũ dolorẽ suũ inuitet. Qui enim præsentẽ uitã non quasi uiã transeunt, sed quasi ad patriã tendunt, lucũ cordis electorũ cõsiderare nesciunt. Illos enim ut dolorẽ suũ cõsiderent exquirit: quos in hoc mundo cõtigit animã non fixisse. Hinc
Prou. 31.d per Salomonẽ dicit: Aperi os tuũ muto, & causis omniũ filiorũ qui pertranseũt. Multi enim dicunt, qui præ dicatorũ uerbis contradicendo minime resistunt. Qui etiã pertranseuntes sunt, quia intentionẽ mẽtis in amore uitæ præsentis dedignantur figere. *c* ¶ *De excelso misit ignem, etc.*] Quod de cœlo mississe ignẽ in ossibus eius ait: superną uindictã esse insinuat, quæ eos interius cruciando castigauit, quatenus agnoscerent cui omni modo subijci deberent. Rete pedibus suis expandit, quia eos uoluptatẽ suã usq; ad finẽ uitæ sequi non permisit. Cõuertit eos retrorsum, ut dolorẽ pro luxuria sentirẽt, & desolati amicorũ solatio, malum quod fecerãt omni tempore uitæ inter hostes plangerent. Mystice aũt anima peccatis obnoxia: dum pro iniquitatib. suis à dño corripit̃, si introrsus rediẽs salubri dolore cõpungitur abstinendo se à peccatis, omnẽ luxum pristinũ in lacrymas uertit, & tãto fortius cõstringẽdo semetipsam plangit: quanto laxius per uaria desideria se diutius errasse recolit. *d* ¶ *Vigilauit iugum, etc.*] Vigilare iugũ iniquitatum suarum in manu dñi dicit: quia tempus diu dilatæ uindictæ tandẽ in eam aduenit. Quasi dormire em̃ est, in corpore nequitiæ secure & impunite quiescere: & quasi uigilare est, pro cõmisso piaculo pœnas ultionis sentiendo sustinere. Vnde conuolutas & impositas collo suo iniquitates suas asserit: pro quo uigor uirtutis eius defecerit: quia cumulũ peccatorũ quem diuturno tempore uarijs trãsgressiõibus collegit, opprimere se & infirmũ facere sentit. Vnde scriptum est: Funibus peccatorũ suorũ unusquisq; tenetur, quia districtus iudex facinus quod per pœnitentiã non corrigitur, inultũ esse nequaquam patit̃. De quo etiã in Iob legit̃: Nul-
Prou. 5.d lum peccatũ deus impunitũ dimittit. Quod aũt sequit̃: Dedit me deus in manu de qua non potero surgere: hoc siue ualidã captiuitatẽ Chaldæorũ, siue Romanorũ nimis Iudæos opprimentẽ ostẽdit. Spiritualiter aũt indicat, q̃ extrema ultio omnibus impijs & peccatoribus infinitæ calamitatis sit: nec aliq̃n à cruciandi molestia cessẽt, quia in exteriorib. tenebris uermis impiorũ non moritur, & ignis nõ extinguit̃. ubi qui semel ingredit̃, ulterius iam egredi non permittit̃. Quod ipsa ueritas in
D euangelio ostẽdit, dicẽs: Esto cõsentiens cũ aduersario. Matt. 5.d & reliqua. usq; ad nouissimũ quadrantẽ. Quẽadmodũ ibi intelligit̃, ubi dictũ est: Oportet eum regnare donec
1.Cor. 15.d ponat oẽs inimicos suos sub pedibus suis, semper illũ regnaturũ, qm̃ semper illi erunt inimici sub pedibus: ita & hic accipi potest dictũ: Non exies inde donec solueris nouissimũ quadrantẽ: semp non exiturũ esse, quia semper soluat nouissimũ quadrantẽ, dum sempiternas pœnas terrenorũ peccatorũ luit. *e* ¶ *Abstulit omnes magnificos, etc.*] Abstulit dñs magnificos plebis Iudaicæ in tempore captiuitatis suæ, qũ prophetas & sacerdotes, quorũ ope & doctrina maxime sustentati sunt, propter malitiã eorũ & scelerũ multitudinẽ apud illos habitare non permisit, sicut propheta Daniel in oratione sua testatur, dicens: Domine non est in tẽpore hoc princeps, Dan. 3.d nec propheta & dux, neq; holocaustũ, neq; sacrificiũ, neq; incensum, neq; locus primitiarũ coram te, ut possimus inuenire misericordiam. Sic & ab anima diabolica fraude decepta: positq̃ eam inimicus intus captiuã à statu rectæ fidei & bonæ cõuersationis in cõfusionem erroris abduxerit, sanctorum prædicatorũ doctrinã & exempla ab aspectu cordis eius per obliuionẽ aufert, quatenus eam spoliatam uirtutibus, facilius in terra aliena possideat, ne per recordationẽ sani dogmatis & meliorationẽ uitæ ad statũ pristinũ reuertatur. *f* ¶ *Torcular calcauit, etc.*] Dicendũ est itaq; de torculari, quod iuxta scripturæ sanctæ consuetudinem: interdum pro ultione atq; supplicijs ponitur peccatorum: Interdum in congregatione nouorum fructuum, pro pœnis ponitur atq; tormentis, ut Hieremias in præsenti lamentatione plangens euersionem Hierusalem loquitur: Torcular calcauit dominus uirgini filiæ Iuda: idcirco ego ploro. In bonã partẽ scribuntur psalmi pro torcularibus, octauus, octogesimus tertius. In quo torculari, &

A malis supplicia, & bonis præmia à dño saluatore calcã
tur. Solus ipse calcauit nullũq; habuit adiutorẽ. Neq;
ẽm angeli, aut archãgeli, throni, dominationes, aut ul-
la cœlestiũ potestatũ humanũ corpus assumpsit, & pro
nobis passa est, & calcauit aduersarias potestates atq;
cõtriuit, sed ille solus
qui loquitur in psal-
Psal. 11.a mo: Saluũ me fac dñe
qm̃ defecit sanctus, in
tantũ quod etiã cõfi-
dentissimus & in fide
firmissimus aposto-
lus Petrus timore per
territus fugeret, imò
Matt. 26.f dñm negaret. Torcu-
lar ergo calcauit dñs
uirgini filiæ Iuda, qñ
uiti infructuosæ Iu-
dæorum & diu sterili
permanenti, cui per
Esa. 5.b Esaiã dicit: Expectaui
ut faceret uuas & fe-
cit labruscas, captiui-
tatis oppressionẽ præ-
parauit. Mysticè autẽ
animæ uirtutib. insoe
cundæ, & bonis operibus uacuæ, nec fidei fructum gig
nẽti, dñs torcular calcat, qñ eã pro sterilitate sua & ocio
sitate inimica, pœnas cõdignæ uindictæ luere fecit. Vn
de sequitur. a ¶ *Idcirco ego, etc.*] Ideo quoq; fletus ingẽs
animæ dolentis describit: quia post uanã lætitiã huius
mundi, omnis cõsolatio præsentis uitæ illi auferẽ, fru-
ctus malorũ operũ dissipat, & solus inimicus in tormẽ
ta uaria illius dominatur. b ¶ *Expandit Sion manus, etc.*]
B Circũdata Sion captiuitate Chaldæorũ, quæsiuit se cõ-
solantẽ, & non inuenit: eo q; dñm peccatis exigentibus
uerũ non meruit habere consolatorẽ, qui eam tradidit
hostibus suis ad puniendũ. Ita & anima hominis cre-
dentis quę quondam erat speculũ dei & supplantatrix
uitiorum cum pro malis meritis traditur spiritualibus
nequitijs, frustra forinsecus quærit cõsolatorẽ, quæ spi
ritualẽ intertus perdidit consolationẽ. Facta est, inquit,
Hierusalẽ quasi polluta mẽstruis inter eos. Polluta Hie
rusalem dicitur menstrua fœditate, quia sanguinolen-
ta opera & carnalia desideria noluit uitare in praua cõ
uersatione. Menstrua enim fœditas est, cum per singu-
los menses grauia atq; torpentia mulierũ corpora im-
mundi sanguinis effusione releuant. Quo tẽpore si uir
coierit cũ muliere, dicunt concepti fœtus uitiũ seminis
trahere: ita ut lepr̃osi, & elephantiaci ex hac cõceptione
nascantur, & fœda in utroq; sexu corpora paruitate uel
enormitate membrorũ sanies corrupta degeneret. Præ
cipit ergo in lege dñi uiris, ut nõ solũ in alienis mulieri
bus sed in suis quoq;, quibus uident legaliter cõiungi,
Leuit. 15.c scriptura dicente: Crescite & multiplicamini & replete
terrã, certa cõcubitus nouerint tẽpora, qũ coeundum,
quãdoue ab uxoribus abstinendũ sit. Quod quidẽ &
1. Cor. 7.c Apls & Ecclesiastes sonant, tẽpus amplexandi, & tẽpus
Eccl. 3.d lõge fieri ab amplexibus. Caueat ergo & uxor ne fortè
uicta desiderio coeundi, alliciat uirũ, & maritus ne uim
faciat uxori, putãs omni tẽpore subiectã sibi esse debe-
1. Thes. 4.d re cõiugis uoluptatẽ. Vnde & Paulus ait: Vt nouerit u-
nusquisq; suũ uas possidere. c ¶ *Iustus est, etc.*] Queri-
monia flebilis producit ad agnitionẽ sententię iusti iu-
dicis. Postq; ẽm lamẽtatrix calumniã enumerauit, me-
rito se hãc pati cõmemorauit, quia iustus iudex nõ aliã
ferre potest q; iustã sententiã. Iustus est, inquit, dñs: quia
os eius ad iracundiã prouocauit, hoc est iustũ iudicẽ &
natura clementẽ, meis prauis meritis cõpuli durã con-
tra me ferre sententiã. Mẽbra ẽm hominis sicut & affe-
ctus humani, tropicè deo ascribunt non propriè, quia
incircũscriptũ lumẽ, & immẽsa maiestas, liniamẽtis cor
poris circũscribi non nouit. Audite, ait, uniuersi & ui-
dete dolorẽ meũ, qa uirgines meæ & iuuenes mei abie
runt in captiuitatem.
Plurimos ad uiden-
dum dolorẽ suũ inui
tat, quia calamitatem
suã ultra modũ gran
dem esse existimat, ut
aliorũ compassione,
anxietatẽ suam quo-
dãmodo leuiget, dũ
consolatores & suble
uatores angustiæ suæ
sibi adhibet. Talis est
enim humanus affe-
ctus, ut doloris sui si-
ue gaudij alios quæ-
rat esse ptícipes, qua-
tenus eorũ solatio, il-
latũ onus tristiciæ si-
ue læticiæ facilius por
ter. Vnde in euãgelio Luc. 15.b
ille qui ouẽ perditam
requisiuit, seu mulier quæ drachmã perditã inuenit, cõ
uocat amicas & uicinas, ut testes assistãt, & gaudij eorũ
participes fiãt. Quod ergo uirgines & iuuenes abire in
captiuitatẽ deplorat, ostẽdit se inde maxime dolere, q;
spẽ status sui uidit subito corruisse. Quando ẽm sobolẽ
suã subito interire cõspexit, spẽ futuræ generationis a-
misit. d ¶ *Vocaui amicos, etc.*] Quærendũ est quõ amici
dici possint, qui amatoribus suis decipulã parauerũt.
Verus ẽm amicus & fidelis, ut scriptura testat, ,precio D
est fortis, medicamentum uitæ & immortalitatis. Vnde
patet q; per antiphrasim iste amicus dicat, qui deceptor
esse probet. Sũt ẽm qui dicunt amici, sed magis osten-
dunt esse inimici, quia egrediunt ad inimicitiã, odiũ, &
rixã, & cõuitia denudant: cõuiuæ fiunt, & socij mensæ:
sed nõ permanẽt in die necessitatis. Tales sunt qui ho-
dietenus carnaliter uiuẽres, suis executoribus blãdiun
tur, ut uoluptatũ amatores magis sint q; dei. Et dũ hoc
cõsentiũt, in peccati uoraginẽ eos secũ trahũt, ita ut sce-
leris sui cõsortes, cruciatus æterni faciãt illos esse partici
pes. Quãta aũt uis uerę amicitiæ sit, ex hoc intelligi ma
xime potest, q; ex infinita societate generis humani,
quam cõciliauit ipsa natura, ita cõtracta res est & addu
cta in angustum, ut omnis charitas aut inter duos, aut
inter paucos iũgeret. Est ẽm amicitia, ut quidã ait, nihil
aliud nisi omniũ diuinarũ humanarũq; rerũ cũ bene- Eccl. 6.b
uolẽtia & charitate cõsensio. Vnde recte scriptũ est: Ami
co fideli nulla est cõparatio, & nõ est digna ponderatio
auri & argẽti cõtra bonitatẽ fidei illius. Quod aũt dicit:
Sacerdotes & senes in urbe cõsumptos: ostẽdit quia ob
tenuitatẽ uictus, fame & siti perierũt. Sicut in obsidione
hostiũ in Hierosolymis (ut historiæ tradunt) sæpius cõ
tigit. Mysticè aũt anima quæ uoluptatibus & desiderijs
innitit, sacerdotij dignitatẽ & maturitatẽ cõsilij propter
indigentiã sapientiæ & inopiã uirtutũ perdit. Mundus Ioan. 2.a
ẽm transit & cõcupiscentia eius. Aegyptus uane auxilia
bitur, & baculus arundineus atq; cõfractus innitentes
lacerat ac manũ eorũ perforat, nec unq; perfectã pro-
speritatẽ suis amatoribus cõferre potest. e ¶ *Vide domi-
ne, etc.*] Quid est quod propheta ex persona plebis lo-
quens, ad uidendũ tribulationẽ suam dñm inuitat, nisi
q; anxietatẽ suam nimiã & immensam agnoscẽs, ipsius
solũmodo opem & misericordiam subuenire exoptat.
Sciendum est quòd in sacro eloquio uentris uel uteri
nomine

A nomine, mẽs solet intelligi. Hinc est ẽm quod per Salo
Prou. 20.d monẽ dicit: Lucerna dñi spiraculũ hominis, quæ inue-
stigat omnia secreta uẽtris. Lux enim gratiæ quæ desu-
per uenit, spiraculũ hominis præstat ad uitã, quæ uide-
licet lux, omnia secreta uentris inuestigare dicit, quia
occulta mentis pene-
trat, ut eã quæ de ipsa
lædebant animã, ante
eius flendo oculos re
ducat. Hinc ipse Hie-
Hiere. 4.c remias in anteriori-
bus ait: Ventrẽ meũ
doleo, qui ut uentrẽ
suũ quid dixisset ostẽ
deret, adiunxit: Sen-
sus cordis mei turba
ti sunt. Vteri utiq; no
mine, mens recte acci
pit, qa sicut proles in
utero cõcipit, sic cogi
tatio in mẽte generat.
Et sicut in uẽtre cibi,
ita cõtinent in mente
cogitationes. Fidelis
enim anima tentatio
nibus uarijs fatigata: merito se intus foris q; morte simi
li attritã deplorat. Quia foris persecutionibus, & intus
angustijs lacerari se non ignorat. Sæpe enim foris fla-
gellis atterimur, & intus carnali suggestiõe fatigamur.
Vnde nũc Hieremias in præsenti lamentatione deplo-
rat, dicẽs: Foris interficit gladius, & domi mors similis
est. Foris enim gladius interficit, cum nos exterius fe-
riens uindicta conficit. Sed domi mors similis est, quia
& flagella quidẽ sustinet, & tamẽ intus cõscientia à ten-
B tationis sordibus cõsentiendo mũda non est. a ¶ *Au-
dierunt quia ingemisco, etc.*] Anxianti animæ & laboribus
afflictæ, hoc uideẽ esse augmentũ doloris, quod ille in
quo spem habuit cõsolationis, differt opem afferre so-
latij. Necnon & hoc maxime illi dolorẽ ingerit, quod
eam inimici deridենt, quasi spe frustrata, à dño suo hãc
Psal. 70.b haberet calumniã. Tale est illud psalmistæ: Qui custo-
diebant animã meã, cõsiliũ fecerũt in unũ. Et in euange
Matt. 27.c lio, Iudæi dñm in cruce suspensum irridebant, dicẽtes:
Alios saluos fecit. Sed talis loquela manifesta est blas-
phemia, quæ non lædit periclitantẽ, sed interficit blas-
phemantẽ. Non enim est in ullo reprehendendũ iudi-
ciũ dei, quod semper iustũ est, & iuste disponit omnia:
sed uenerandũ atq; timendũ: quia omnia quęcũq; uult
facit in cœlo, cum sit iustus in omnibus uijs ipsius, nec
derelinquat omnes sperantes in se, imò orationes eo-
rum exaudiat, & saluos faciat eos. Sed cũ iuste dñs uni
cuiq; secundũ opera sua retribuit, uidendũ est quid se-
quatur: Adduxisti, inquit, diẽ cõsolationis, & fient simi
les mei. Cõsolatio ergo quæ iniuste oppressis à dño cõ
fertur, & pœna quæ oppressoribus eorũ merito infligi
tur, ex iusto iudicio dei ,pcedũt, ut recipiat unusquisq;
propria corporis prout gessit, siue malum, siue bonũ:
pœna est reproborũ, qui aliena felicitate cruciãt. Addu
cit ergo diuina clementia post illatã seruis suis flagelli
correptionẽ piæ cõuersationis paternã cõsolationẽ, ut
post diuturnũ laborẽ, habeant respirandi potestatẽ: &
econtrario tortoribus eorum post uanam mundi læti
ciam, iustæ damnationis reddet diuturnæ calamitatis
mœsticiã, ut recipiant in semetipsis quod inique gesse-
rant in proximis. Sicq; fit ut patientia sanctorum coro
netur, & iniusticia iniquorum puniatur. b ¶ *Ingredia-
tur omne, etc.*] Hoc quippe orat fidelis turba, ut remoreẽ
in conspectu dei persecutorũ suorum plaga, quatenus
eos per condignam uindictam iustum iudicij dei cor-
ripiẽdo humiliet, qui superbiẽdo multiplici persecutio C
ne nõ timuerũt cõfessores dei fatigare. Vindemiare ẽm
est unũquenq; operũ suorũ fructũ metere. Vindemiat
ẽm dñs hostes suos q sanctos eius uindemiauerunt, qñ
pro cõtritione tẽporali, qua illos adprobationẽ oppri
mere pmisi sunt, in
futuro iudicio perpe
tuã faciet recipere ul-
tionẽ. Sed hoc intimã
dñ est, quod qñ sancti
uiri deprecatorio mo
re contra hostes suos
rogant, non uoto ma
liciæ, sed spiritu ,pphe
tiæ, hoc qđ præsciunt
futurũ prædicunt: uel
etiã cõtra spirituales ne
quitias orãt, quas in-
corrigibiles esse sciũt
ut iustã à dño recipiãt
sententiã. Hinc est illud
qđ in psalmo ,ppheta
dñm cõtra nocẽtes se
precat, dicens: Iudica Psal. 34.a
dñe nocẽtes me. As-
sumpta ,p nobis clamat infirmitas, ut damnẽt nocẽtes,
id est, diabolus cũ ministris suis, qđ nouerat esse uẽtu-
rũ. Malos ẽm iudicari dãnari est, qa nequeũt in discepta
tione liberari, q semp prauis actionib. ,pbanẽ impliciti.
Sed hoc ut dictũ est, ad diabolũ ptinet cũ sequacib. suis,
per quos ,puenit Iudaicæ uolũtatis iniqtas. Nã cũ ipse
præcipiat, pro inimicis uestris orate: hominib. hęc non
potest cõuenire sententia. Ipsos ergo debere petit dãnari,
quos utrute pręscięti æ suæ nouit ad pœnitudinis reme
dia nõ uenire. Nã & in subsequẽtib. ubi uenit ad homi D
nes, cõuerti eos desiderat, nõ perire, ut est illud: Cõfun Psal. 39.d
dant & reuereant q quęrũt mihi mala. Hic iã ubi uenit
ad homines corrigibiles, nõ maledictio fundit, sed cor
rectio postulat. Confundi, est facta sua erubescere, & in
meliorem sententiam cõmutari. Nam & illi confusi di-
cuntur, qui cõuincuntur ad pœnam. Sed ut hoc magis
ad cõuersionẽ intelligere debuisses, addidit: reuereant,
id est, emẽdati colant quẽ persequendũ esse putauerãt.

CAPVT II

Quomodo, etc.] Ventũ est ad secũdũ alphabetũ, ubi
sub primo obstupescẽdo Hierosolymitanę urbis
improuisam ruinã, & plebis Iudaicę insperatũ ca
sum ,ppheta deplorabat: sicut etiã nũc admirãdo queri
tat, quõ pulcherrima habitatio Sion & inclyta Israelita
rũ gens, quæ angelico ministerio suffulta, p ipsius dñi
ducatũ de terra Aegypti per mare rubrũ trãslata est, &
in deserto multis miraculis ac diuinis solatijs diutissi-
me per Moysen & Aarõ educata, ita ut uocabulo scabel
li pedũ dñi, propter statũ diuini cultus, q in ipsa plebe
tunc præcipuus erat, merito nũcuparet: nũc de summa
felicitate in maximã miseriã in die furoris dñi & uindi
ctæ in eã ,platæ quasi de cœlo in terrã proiecta & cõcul-
cata sit. Mysticè aũt anima peccatrix quæ quõdã habuit
lumẽ sciẽtiæ, & speculũ diuinæ cõtẽplationis, qñ pedes
dñi, hoc est, uestigia præceptorũ eius in cordis illius se
creta cõsistebãt, nũc propter cæcitatẽ cordis & nequitiã
prauæ actionis de culmine uirtutũ in fœditatẽ terreno
rũ desideriorũ prolapsa, iusto iudicio dei spreta atq; de
relicta ab hostib. cõculcat. Vnde propheta merito eius
defler ruinã, quia à summo honore ad maximã deuo-
luta est miseriã, per quã omniũ iam despectui patet &
irrisioni. d ¶ *Præcipitauit, etc.*] Propter peccata enim Iu
dæorũ & transgressiones quibus trãsgredientes legẽ dei
testimonia eius nõ custodierũt seruiẽdo dijs alienis, &
adoran-

A adorantes idola & simulachra eorũ uenerãtes,ad simi-
litudinẽ gẽtiũ quæ circa eos erant: iritatus dñs tradi-
dit ipsum populũ suum in manus gentiũ, & dominati
sunt eorũ qui oderũt eos: omniaq; speciosa Iacob quæ
habebat in ornatu famosissimi templi, & cultu celeber
rimo, quo se nobilio
res cæteris gentibus
esse credebant, dñs
præcipitauit & destru
xit in furore suo, mu
nitiones urbiũ Iuda,
statũ murorũ ac tur-
riũ in terrã deijciens,
polluitq; honorẽ reg
ni & principatũ eius,
ita ut nobiliores eo-
rum, hostes captiuos
ducentes in seruitutẽ
sui redigerẽt, & eunu
chos facerẽt atq; de-
formes, sicut liber E-
Esa.39.c saiæ testat, ubi ipse, p-
phera ad regem Eze-
chiã loquutus est, di-
cens: Ecce dies ueni-
unt & auferentur om
nia quæ in domo tua
sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui usq; ad diem
hãc in Babylonẽ, nõ derelinquet quicq̃, dicit dñs, & de
filijs tuis qui exibũt de te quos genueris, tollẽt, & erũt
eunuchi in palatio regis Babylõis. Mystice aũt destruit
dñs speciosa Iacob, cũ decorẽ animę diabolica arte de-
ceptæ spernit, & munitionẽ doctrinæ, seculari sapientia
cõditæ, in qua maxime cõfidebat diruit, & polluit ho-
B norẽ regni & principatũ eius quẽ habuit in perceptiõe
baptismatis & sacri unctione chrismatis, ita ut iam non
1.Pet.2.b mercaẽ cũ cæteris fidelibus ab apõlo Petro audire: Vos
estis genus electũ, quando diuersis seruit uitijs, & obẽ
perat hostis antiqui suasionib. malignis, de quo & sub-
ditur: a ¶ *Confregit in ira, etc.*] Non solũ em uniuersum
regnũ Iudæorũ dñs destruxit, & defensionẽ dextræ suę
ab eis auferẽs, terrã eorũ in manus hostiũ ad deuastan
dũ tradidit: sed & Hierusalẽ mysticã, qñ à dño recesse-
rit, & dijs alienis in diuersis scelerib. seruierit, defensiõe
cœlestis auxilij priuatã, flãmæ libidinis, & furori ho-
stiũ ad succẽdendũ tradidit. Dextera em dei patris uni
genitus filius est, per quẽ & solatiũ & defensionẽ fideli-
bus suis præstat. Sed qñ offenso illo nõ meremur ab ini
micis liberari, quasi traditi uidemur, cum defensorem
nullũ habemus. Vnde & propheta quasi desertũ à dño
Psal.73.c populũ Iudæorũ cõquestus, in psalmis ait: Vt quid a-
uertis faciem tuam de medio sinu tuo? Quasi offenso,
quasi irato dño dicit, qui nolit peccatores populos in-
tueri: ut adhuc in sua uideantur permanere nequitia.
Ille enim quos dispensatione mirabili placatus attende
rit, corrigit: quos propicius intuetur, emendat. Quod
aũt dicit, dexterã tuã de medio sinu tuo in finẽ: signifi-
cat q̃ sicut Moysi manus dextra dñi iussu de sinu ,plata
leprosa cõspecta est, iterumq; in sinũ retracta curata: ita
populus Iudæorũ exiens à dño Christo immũdus fiat:
ad eũ uerõ cõuersus, ad pristinã redeat sanitatẽ. b ¶ *Te
tendit, etc.*] Tetendit dñs arcũ suũ quasi inimicus, & dex
terã suã quasi hostis firmauit, cũ dimicantes cõtra Hie-
rusalem Chaldæos siue Romanos superiores fecit, data
illis potestate ut incenderent templum, & destruerent
muros ciuitatis, eo q̃ ipse iratus non parceret illis, qui
aliquando patribus eorũ placatus, terrã diuersarum
gentium ad possidendum distribuit, sicut psalmista te-
statur ad dñm, dicẽs: Manus tua gẽtes disperdidit. Ne
pepercit, omnia speciosa Iacob. Destruxit in furore suo
munitiones uirginis Iudæ, & deiecit in terrã, polluit regnũ & principes eius. ג Gimel. Cõfrẽgit in ira furoris om
ne cornu Israel. Auertit retrorsum dexterã suã à facie ini-
mici, & succẽdit Iacob quasi ignẽ flãmæ deuorãtis in gy-
ro. ד Daleth. Tetẽdit dñs arcũ suũ quasi inimicus, firma
uit dexterã suã quasi hostis, & occidit omne quod pul-
chrũ erat uisu in tabernaculo filię Siõ: effudit quasi ignẽ
indignationẽ suam. ה He. Factus est dñs uelut inimicus:
præcipitauit Israel: præcipitauit omnia mœnia eius, dissi-
pauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatũ
& humiliatã. ו Vau. Et dissipauit quasi hortũ tentorium
suum, demolitus est tabernaculũ suum. Obliuioni tradi-
dit dominus in Sion festiuitatẽ & sabbatũ, & in oppro-
briũ & indignationẽ furoris sui regem & sacerdotem.
ז Zain
enim putarent Hebræi se triumphatores suis urbibus C
extitisse: profitẽt illos non in suo gladio fuisse uictores,
nec terrã gentiũ sibi propria fortitudine uẽdicasse. Bra
chiũ pro robore dicimus: qm̃ ipso dimicante pugnat.
Sed illud brachiũ non eos ab inimicis suis liberare pr̃
ualuit, quos spiritua
liter uirtus diuina sal
uauit: sic dũ Hebræo-
rũ actus exponit, hu-
mano generi ,pficua
doctrina præstat. De-
xtera enim significat
prosperã partẽ, bra-
chiũ fortitudinẽ, illu-
minatio cõsiliũ, quæ
dñs præliantibus cõ-
fert, quando uictoriã
donare dignat. Sed
ne dicerẽt, patres no
stri suo merito placue
runt, ideo tanta sunt
à dño cõsecuti, intulit
non meritis datũ, sed
quia ita sit deo placi-
tum, cuius est gratui-
tum omne quod præ
stat. Cõplaceat etiam
illis quãdo de toto mundo sola gens electa est, de qua
saluator dñs aduenire, qui brachiũ uictoria & fortitu
do est nostra. Cui si peccauerimus & diutius per patiẽ
tiã eius expectati, ad cũ per pœnitentiã reuerti nolueri
mus, tendit arcũ iudicij sui cõtra nos, & dextera poten
tiæ suæ quicquid ornatus scientiæ uel uirtutum uisi su-
mus habere, totũ dissipat: & exercet in nobis uindictã
D indignationis suæ: eo q̃ noluerimus intelligere miseri-
cordiã & beneficentiã immensæ clementiæ suæ. c ¶ *Fa-
ctus est, etc.*] Factus est dñs uelut inimicus synagogæ Iu-
dæorũ quãdo eam hostili gladio deuastari fecit. Deiecit
mœnia & destruxit munitiones eius: & repleuit in ipso
populo humiliatũ & humiliatã: hoc est, utrunq; sexum
multiplici cõfusione despicabilẽ reddidit: Iuxta allego-
riã uerõ, sicut mœnia in urbibus pro ornamento sunt,
munitiones uerõ in defensionẽ: ita alia sunt dona quæ
nos muniunt, alia quæ ornant. Prophetiæ quippe do-
ctrina, genera linguarũ, curationũ uirtus, quasi quædã
mœnia mẽtis sunt: quæ etsi quisq̃ nõ habeat, stare mu-
nitus per fidẽ & iusticiã potest: quãuis ornatus uirtutũ
altitudine minime esse uideat: fides uerõ spes & chari-
tas, nõ nostra mœnia, sed munitiones sunt, quę si habe
re negligimus, hostiũ insidijs patemus. De Iudæa ergo
quia prophetiã atq; doctrinã uel miraculorũ signa ab-
stulit, mœnia præcipitauit. Quia uerõ fidẽ, spẽ, atq; cha
ritatẽ propter eius duritiã auferre permisit, munitiões
eius dissipare studuit. Rectus uerõ ordo seruatus est,
ut prius mœnia & post munitiones dissipare diceren-
tur: quia cũ peccatrix anima relinquit, prius ab ea uir-
tutũ dona (quæ ad manifestationẽ spiritus data fuerũt)
& post fidei, spei atq; charitatis fundamẽta destruunt.
Quæ cũcta dñs à perfidis ablata, gentilitati tribuit: atq;
ex his quæ infidelib. abstulit, mẽtes fideliũ ornauit. Vn
dé & scriptũ est: Speciei domus diuidere spolia. Cũ em
uirtutũ spolia à Iudæis abstulit, domui cordis gentiliũ:
quam per fidẽ inhabitare dignarus est, speciẽ donorũ
dedit. Quod uidelicet gestũ est, cum uerba dei & Iudæo
rum populus ad solã literã quæ occidit acciperet: & cõ
uersa gentilitas per spiritum qui uiuificat penetraret.
d ¶ *Et dissipauit quasi hortum, etc.*] Propter peccata enim
Israelitarũ dissipauit tentoriũ suũ quasi hortũ: demoli-
tus est tabernaculũ, in obliuionem tradidit festiuitates
&

A & sabbata, & totã gentẽ spernẽs simul cũ regibus & sa-
cerdotibus in opprobriũ captiuitatis dedit. In tentorij
enim nomine & tabernaculi, quãuis unũ uideat sona-
re, eo q̃ tabernacula Iudæ sint dicta, q̃ cortinæ distentæ
funibus tabernaculis intra stantibus appẽderenẽ, quæ
tentoria sustinerẽt: ta
mẽ in tẽtorio illud ta
bernaculũ qd̃ Moy-
ses in deserto fabrica
uit, & in tabernaculo
hoc templũ quod Sa
lomon in terra repro
missionis ædificauit,
possumus accipere,
quæ utraq; propter
scelera habitatorũ do
minus in manus ho-
stiũ tradidit, sicut in
Psal.77.g psalterio legit: Repu-
lit tabernaculũ Silo,
tabernaculũ suũ, ubi
habitauit in homini-
bus, & tradidit in captiuitatẽ uirtutẽ eorũ & pulchritu-
Hiere.26.b dinẽ eorũ in manus inimici. Rursumq; p̃ præsentẽ pro
phetã dñs in superiorib. dicit: Faciã domui huic in qua
inuocatũ est nomẽ meũ, & in qua uos habetis fiduciã,
& loco quẽ dedi uobis & patrib. uestris, sicut feci Silo:
& ,pjcta uos à facie mea, sicut ,pieci oẽs fratres uestros,
uniuersum semẽ Ephraim. Vnde uidendũ nobis est, ne
,ppter iniq̃tates nostras habitaculũ pectoris nostri dese
rat inhabitator spiritus sanctus, respuat sacerdotiũ, &
despiciat ordinẽ regiminis nostri, siamusq; sicut hor-
tus dissipatus, ubi nullus uirtutũ gignit fructus. Me-
B tuendũ igit̃ ne tanta suauitate & iocunditate priuati, in
2.Cor.3.d amaritudinẽ & fœditatẽ pueniamus sempiternã. Dicit
em Corinthijs manifeste Paulus apõs: Nescitis quia tẽ-
plũ dei estis? Si quis aũt tẽplũ dei uiolauerit, disperdet
illũ deus. Templũ em dei sanctũ est quod estis uos. Et
1.Cor.6.d idẽ: An nescitis quia mẽbra uestra tẽplũ sunt spũs san-
cti, quẽ habetis, & non estis uestri? Empti em estis pre-
cio magno: glorificate ergo & portate deũ in corpore
uestro. a ¶ *Repulit, etc.*] Altare suũ repulisse & sanctifi-
cationi suæ maledixisse dñs dicit: quia hostias secundũ
legẽ oblatas quas salutares ibidem appellat, & altare in
quo eædẽ hostiæ offerebanẽ, spreuit: diripiendaq; ho-
stiũ manibus tradidit, simul cũ urbe atq; ,ppugnaculis
eius, clamorẽq; blasphemiæ, id est, hostes in domo dñi
dederũt, ubi quondã laudes in solennitatib. uarijs per
diuersa organa, sacerdotes & leuitæ tẽplo & ritu inuio-
Esa.64.c lato canebant. Quod olim Esaias ,ppheta deplorat, di-
cẽs: Ecce respice, populus tuus oẽs nos, & ciuitas sancti
tui facta est deserta Sion. Deserta facta est Hierusalẽ, dis-
soluta est domus sanctificatiõis nostrę & glorię nostrę,
ubi laudauerũt te patres nostri, facta est in exustionẽ ig
nis, & omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas.
Mystice aũt repulit dñs altare suũ, qñ peccatis nostris
exigentib. quasi ingratã despicit arã cordis nostri, & a-
uertit faciẽ suã à nobis, unde salui fieri debeuramus, si-
Psal.79.b cut scriptũ est: Ostende nobis faciẽ tuã & salui erimus,
nec preces nostras attẽdit, neq; oblationes recipit. Ma-
ledicit sanctificationi suæ, qñ Christianũ nomẽ in quo
gloriabamur, & q̃ in sacro baptismate p̃ sancti chris-
matis unctionẽ suscepimus pollutũ duxerit, quia faci-
nora nostra & praui actus nostri hoc promeruerunt.
Tradidit in manus inimicorũ nostrorũ omnia arma
nostra & munitiões in quib. cõfidebamus, qm̃ in om-
ni cõuersatiõe nostra ad nihilũ redacti sumus, nec præ-
positos, neq; defensores iam utiles habere meremur,
quia in domo dñi, ubi laus, honor & gloria cõfessiõis

ז Zain. Rẽpulit dñs altare suũ, maledixit sanctificationi,
tradidit in manus inimici muros turriũ eius. Vocẽ dede
rũt in domo dñi sicut in die solenni. ח Heth. Cõgitauit
dñs dissipare murũ filiæ Siõ: tetẽdit funiculũ suũ, & non
auertit manũ suã à perditione, luxitq; antemurale, & mu
rus pariter dissipatus est. ט Thet. Dẽfixæ sunt in terra
portæ eius, perdidit & contriuit uectes eius, regẽ eius, &
principes eius in gẽtibus. Nõ est lex, & prophetæ eius nõ
inuenerunt uisionẽ à domino. י Iod. Sẽderunt in terra,

sonare debuit, ibi clamor & blasphemiæ resultant, & ne C
gociatio terrena exerceꝫ: pro quo iritatus dñs flagellũ
de funiculis faciens, oẽs eiecit de tẽplo, & nũmulariorũ Ioan.2.c
effudit æs. b ¶ *Cogitauit, etc.*] Vrbs ista cuius dñs cogi-
tauit dissipare murũ, tetẽditq; funiculũ, hoc est, rectam
& condignã mercedẽ
nequitiæ suæ reddere
ei dispositi, synago-
ga est Iudæorũ, quæ
semper superbe & cõ
tentiose agebat cõtra
dñm, prophetas eius
& nuncios ad se mis-
sos persequẽs: nouis-
sime uerõ ipsum hæ-
redẽ, hoc est, unicũ fi
liũ eius interfecit. Vn
de & ipse dñs iustus
iudex & iusticiã dili-
gens, non auertit ma
num suam à perditio
ne eius, sed terrã illius
funiculo metiens hostibus partiendã diuidit. Murũ &
antemurale dissipauit, cũ angelorũ custodiã & defen-
sionẽ quã dñi pietate & patrũ suorũ merito olim habue
rant ab ipsa secedere fecit. Ecõtrario uerõ alibi est urbs
illa, de qua in Esaia scriptum est: post cõtritionẽ Moab
cãticũ celebre cõpositũ esse, ubi ita legit: In illa die can
tabit̃ canticũ istud in terra Iuda: Vrbs fortitudinis no- Esa.26.d
stræ, saluator ponet̃ in ea, bonorũ operũ murus & ante
murale. Aperite portas & ingrediat gẽs iusta custodiẽs
ueritatẽ. c ¶ *Defixæ sunt, etc.*] Hoc describit sermo ,pphẽ
ticus, q̃ destructa Hierusalẽ terrena imò synagoga Iu-
dæorũ, doctores eius & defensores, quos portarũ & ue
ctiũ nomina denotant, cõtriti sunt atq; dissipati, reges D
eius, & principes, atq; prophetæ iam non sint in illa, sed
nec legẽ inuiolatã habeant, neq; uisionẽ & prophetiam
à dño mereanẽ habere, qui ipsum uerum legislatorẽ, &
dñm prophetarũ præsentialiter ad se uenientẽ recipere
dedignabanẽ. Ipse em finis est legis ad iusticiã omni cre
denti, uerusq; propheta paternã & suã credentibus an
nuncians uoluntatẽ. De quo Moyses olim Israelitis ait: Deut.18.d
Prophetã uobis suscitabit dñs de fratribus uestris, tan
quam meipsum audietis. Et erit omnis quicunq; non
audierit prophetam illum, exterminabitur anima eius
de populo suo. d ¶ *Sederunt in terra, etc.*] Sederũt in ter
ra, qui terrena non cœlestia sequuti sunt desideria. Cõ-
ticuerunt senes etiam, quia non habuerunt spiritualem
scientiã legis dei, unde nec iam deserta ueritate consi-
lium utile auditorib. suis præbere ualebant. Filiæ Sion
conspersserunt cinere capita sua, accinctæq; cilicijs, lugu
bri indutæ sunt tegumẽto, quoniam ornatũ uirtutũ &
sapientiæ spiritualis quo ad cœlestis regni thalamum
sẽ pręcingere debuerant, non seruauerũt: idcirco abie-
cerunt in terra capita sua uirgines Hierusalẽ, cum men
tes tristitia terrena grauatas in ima depresserunt, nec
iam ad cœleste gaudium ullo modo aspirare præsum-
pserunt. Hæc ergo omnia admonent nos, ne simus seg-
nes & tepidi ad discendam diuinam sapientiam, & uir
tutum opera exercenda: ne fortẽ propter inertiam no-
strã spernẽdo deserat nos autor noster, destituamurq;
omni solatio, nec habeamus iã portis & uectib. destru-
ctis reges & principes q̃ nos ducant in uiã iusticiæ, nec
iam lex dei, & prophetarũ oracula illuminẽt corda no
stra: sedeamusq; in terra carnis nostræ desiderijs quasi
cinere polluti, & uitiorum setis amicti, totam gloriam
quã in cœlesti regno habere potueramus, perdamus: i-
aceamusq; in terra donec caro nostra in puluerẽ unde
sumpta est reuertat̃, & finis fiat interitus sempiternus.

Defece-

A a ¶ *Defecerunt præ lacrymis, etc.*] Videns propheta nimiã cõtritionẽ gentis suæ, templũq; incẽsum, & ciuitatẽ deuastatam, nullũq; sexui uel ætati hostes in nece parcere: ingenti dolore turbatus, fletu maximo deplorat: ita ut oculi præ lacrymis deficiant, & omnis iocunditas deseri uertat in anxietatẽ cordis. Quid enim magis dolendũ fuit, quam q̃ natio antiqua & semen patriarcharũq; amicorum dei diuinis legib. erudita, & prophetarum oraculis sæpius confortata, in tantã apostasiam uenerit, ut dei sui oblita, propter immanitatẽ scelerũ traderetur in manus hostiũ, dei nomen blasphemãtiũ? sed & nũc pari modo deflenda est ruina animarum quondam fidelium, quæ precioso sanguine Christi redemptæ, & unda baptismatis à sorde peccatorũ ablutę, mysticaq; unctione consecratæ, iterum nunc in cœnũ & sordes uitiorũ deuolutæ sunt: ita ut hi qui innocentiã & simplicitatem paruulorũ uidebant imitari, in plateis mũdi & seculi desiderijs ab hostibus spiritualibus enecentur. b ¶ *Matribus suis dixerunt, etc.*] Frustra tunc auditores negligentes quærũt à doctoribus suis triticũ & uinũ uerbi gratiæ spiritualis, cum in terrenis negocijs & uoluptatibus seculi ad effectũ peruenerint præsentis uitæ, & sub ipso magistrorũ nutrimine, tempus indultũ perdiderunt in praua conuersatione. Non enim tũc tempus est remedij, sed ultionis, quando districtus iudex uenit singulorũ actus & uitã discutere, per discretionem iusti examinis. c ¶ *Cui comparabo te, etc.*] Magna enim dignitate synagoga Iudæorũ, temporibus legis & prophetarũ sub regibus & sacerdotibus multis gẽtibus & nationibus excellebat, cui lex diuina, regni ducatus, & cultus pietatis erat, cuicę per angelicã ostẽsionẽ & propheticã uisionẽ secreta sua ipse dñs reuelauit, & quæ uel tanda quæue agenda erant suo oraculo demonstrauit. At postq̃ deseruit deũ, & uano errore delusa ad idololatriã declinauit, ualida collisione contrita est, & fluctibus persecutionũ quasi maris tempestatibus cõquassata atq; submersa est. Similiter & animæ Christianæ, cuius à statu rectæ fidei & celsitudine uirtutũ immẽsa ruina fuit, nullius est miseriæ coæquanda, quæ ex cõsortio diuino & societate sanctorũ angelorũ in malignorũ spirituũ decidit dominiũ, qui eã uarijs uitijs atq; scelerib. captiuatã, huc illucq; per seculi undantes luxus ac casus uertendo, in foueã perditionis propellunt, in barathrũq; gehẽnæ perpetualiter puniendã præcipitare cõtendũt. Hinc ergo unde tãta mala superuenerint, pphetã subiungendo ostẽdit, dicens: d ¶ *Prophetæ, etc.*] Sicut enim quondã pseudoprophetæ falsis uaticinijs & mendacibus promissis gentẽ Iudæorũ seducebãt: ita & nũc hæretici atq; schismatici fictis opinionibus & dolosis argumentationibus corda simpliciũ à ueritate rectæ fidei & statu bonorum operum subuertere certant. Hoc attestãte Petro apostolo, qui in epistola sua ita ait: C
Fuerũt uerò pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui inducent sectas perditionis, & eũ qui emit eos dñm negãt, superducentes sibi celerẽ perditionẽ, & multi sequẽtur eorũ luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabit̃, & in auaricia fictis uerbis de uobis negocia buntur, quibus iudiciũ iam olim nõ cessat, & pditio non dormitat. Hinc & per Esaiã dicit̃: Væ qui dicitis malum bonũ, & bonũ malũ, ponẽtes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras: ponẽtes amarũ in dulce, & dulce in amarũ. Qui enim peccãti & iniquis operibus attẽdenti, p̃mittit impunitatis securitatẽ, propheticæ maledictioni subiacebit. Similiter & ille, q̃ bonũ actũ per inuidiam detrahit, & benefacienti contradicendo aduersatur, uæ sempiternũ si non se correxerit habebit. Vnde cauendũ est ne p̃ ueritate sequamur mendacium, ne pro lumine tenebras. Multæ enim sunt uiæ quæ uident̃ hominibus rectæ, & nouissima eorum peruenĩũt in profundũ inferni. Est quoq; periens in iustitia sua, cui dicit̃: Ne sis iustus multũ. Quas ob causas Israel promittit se uias ambulaturũ regias, nec ad dexteram nec ad sinistrã declinaturũ. Et ut loquar quod sentio, difficile hoc maledicto quis carere potest, cũ & malis frequẽter adulemur propter potentiã, & bonos despiciamus propter inopiam. e ¶ *Plauserunt super te, etc.*] Gaudiũ exprimit inimicorũ, quo lætati sunt de casu Israelitarũ, qui plaudentes manibus, ore sibilantes, caputq; mouentes, in manus inimicorũ de summa felicitate eos decidisse cum irrisione insultabant. Motus aũt capitis ad cõsuetudinẽ pertinet nimis irascentiũ, & inuidia æstuantiũ. Nam quotiẽs furore succendimur, turbulenta cõmotione capitis cõminamur. Vnde est illud q̃ Iudæi dñm Christũ in cruce pendentẽ prætereuntes blasphemabant. Ad eundem sensum respicit hoc quod subiungitur: f ¶ *Aperuerunt super te os suum, etc.*] Illam enim diem hostes semper desiderabãt inuenire, qua liceret eis totã simul gentẽ Iudæorũ gladio occisionis & uastationis deuorare. Sed quia hoc minime euenire ita potuisset, nisi pro multitudine impietatũ suarũ dominus hoc iusto iudicio fieri permisisset: cõtinuo prophetã subiungit. g ¶ *Fecit dominus, etc.*] Sæpius ergo synagoga Iudæorũ dñm irritans iamdudũ iustam pœnã promeruisset, nisi eam cõditoris sui bonitas diu tolerasset, ac pie & patienter sufferret. Sed quoniã cõuerti noluit, & cessare à cœpta nequitia renuit: tandẽ secundũ merita sua, cõdignã ultionẽ recepit, sicut olim ad Moysen famulũ suũ, quando populo ad idololatriã cõuerso orabat, dñs respondit dicens: Dimittã iuxta uerbũ tuũ: neruntamẽ in die ultionis uisitabo & hoc peccatũ eorũ. Vnde nunc dicit. Fecit dñs quæ cogitauit, cõpleuit sermonẽ suũ, quẽ præceperat à diebus antiquis, destruxit &non

A & non pepercit. Quoniam plagas quas in prophetis & lege frequenter cõminando prædixerat, tandem ad iracundiam prouocatus super eos inducebat. Igitur si hęc corporales inimici contra Hierusalem terrenam tũc fecerunt: quid spirituales nequitiæ & ministri antiqui hostis facturi sunt erga spiritualem Hierusalem: hoc est, animam Christianam: quãdo eam pro suis iniquitatibus sibi à domino traditam, undiq; pœnis, undiq; doloribus circundant: nec eam quicquam tũc iuuat quod in præterita ætate aliquid de terrena felicitate habuerat? Vnde eam dominus sub typo peritiæ ciuitatis defleuit, Luc. 19.g dicens: Si cognouisses & tu. a ¶ *Clamauit cor, etc.*] Clamor hic intentionem mentis, nõ exaltationem uocis significat. Clãmãt enim peruersi homines, siue nequitiæ spirituales coram domino super muros filiæ Sion: cum protestatem quando minantur plebi uel animæ peccatrici suæ adscribunt potentiæ, nõ iudicio permissionis diuinæ: quorum blasphemia qua contra dominum clamant, condigna nõ euadet tormenta. Cum enim expleuerint superni arbitri in aduersarijs suis secreta iudicia, tunc & ipsi reatus sui iusta recipient præmia. Nulli em̃ personæ parcunt: quia omnibus quibus possunt & quantũ permittuntur, nocere cupiunt, eosq; perditionis suæ consortes habere quærunt. b ¶ *Deduc quasi, etc.*] Omni tempore lachrymas per compunctionem cordis effundere debemus, qui autorem nostrum nostris offensum iniquitatib. nõ ignoramus. Nõ dissoluamur pigra inertia, nec per desidiam & uanam securitatẽ cesset à lachrymis oculi nostri pupilla: præoccupemus faciem eius: lauemus per singulas noctes lectũ nostrum, lachrymis stratum nostrum rigemus: misericordię operib. insistamus, & eleemosynam pauperib. largiter tribuamus: & tam pro nobis quãm pro p̃ximis nostris, & nobis commissis, misericordiam dñi deprecemur. Vnde sequitur, c ¶ *Consurge, etc.*] Consurgit in nocte, qui in tribulatione præsentis uitæ torporem à se excutit negligentiæ. Laudat in principio uigiliarum, qui in omni conuersatione sua strenuum se adhibet & cautum: & quicquid aduersitatis patitur, totum ad cõfessionẽ laudis dei cõuertere nititur. Sed effundit sicut aquam cor suum ante conspectum dñi: qui ex intimo affectu cordis producit lachrymas compunctionis. Sacrificium enim deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatum deus non spernit. Leuat ad dñm manus suas pro animabus paruulorum suorum, qui defecerunt fame in capite omnium compitorum: qui operationem misericordiæ pro humilibus & paruulis Christi mẽbris, fame & siti usquequaq; in terminis mũdi laborantibus, curam adhibet ex syncera dilectione. Nullũ em̃ munus deo acceptabilius est, quãm compunctio cordis prolata ex radice uerę dilectionis. Hinc est illud quod in Euangelio dñs cum ingressus domum pharisæi ad prandium discubuit, magis lachrymas mulieris peccatricis quãm delicias epularũ pharisæi probauit, C
ubi ita legit̃: Ingressus domũ pharisæi discubuit, & ecce Luc. 7.f
mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod recubuisset in domo pharisæi attulit alabastrũ unguenti, & stans retro secus pedes dñi, unguento ungebat: uidẽs autem pharisæus &c. Igitur postq̃ propheta ciuitatem misertam ad pœnitentię & orationis lachrymas p̃uocauit: ad ipsum dominum, si quomodo à uindicta eũ placaret, uerba deprecationis cõuertit, dicẽs:
d ¶ *Vide, etc.*] Inter cętera quoq; mala quæ miseræ genti Iudæorũ accidere, illud quoque contigit qđ mulieres eorũ paruulos infantes & fructũ uteri sui p̃pter famis inopiã comederint. Vnde est illud qđ in obsidione Samariæ mulier ad Ioram regẽ clamauit p̃ occisione filij sui: quem cũ uicina sua comedit, expetẽs ut ipsius filius simili- 4.Reg. 6.f
ter ad comestionem ambabus daretur. Sic quoq; & in captiuitate ultima Romanorũ sub Tito & Vespasiano principibus mulier quædam ex plebe trans Iordanem D
habitantiũ incolarum, Maria nomine, Eleazari filia, genere ac diuitijs nobilis, cũ alia multitudine fugiens Hierosolymam recepta cum cęteris obsidebatur: ubi cũ à raptoribus rebus omnibus & uictualib. expoliata fuerat: ad extremum necessitate famis cogente propriũ filium lactentem interfecit, partemq; eius coquens comedit: partem uero in futurum ad comedendũ reseruauit: unde & nidore assatæ carnis ipsi raptores excitati, cum factum reperissent, nimis exhorrescentes recesserunt. Quod autem in sanctuario dñi sacerdotes & prophetę, pueri & senes, iuuenes & uirgines, gladio ceciderunt: historiæ diuinæ, necnon & libri Iosephi historiographi de excidio urbis Hierosolymæ manifeste docent. Mystice autem mulieres fructum suũ comedent, quando animæ peccatrices iusto iudice deo retribuente, operũ suorum condignam mercedẽ recipient. Occidit̃ sacerdos & propheta in sanctuario dñi, cum ipsi ministri altaris & prædicatores uerbi dei, propter negligentiam suam atq; desidiã, de suo officio unde coronari debuerãt meritam pœnam ultionis sortiuntur. e ¶ *Iacuerunt, etc.*] Iacent in terra foris puer & senex, cum illi qui innocentiam puerilem simulabant, ut illi qui uidebant̃ consilio plebem regere, terrenis desiderijs incumbẽtes, propter facinorosam uitam de ciuitate dñi ejecti, terræ cui animo inhæserant coæquabuntur, puluisq; puluerì redditur. Similiter & qui continentiã uirgineam uidebantur habere, & robur iuuẽtutis in operatione bona exercere: propter hypocrisim quã coram oculis hominũ gesserant, gladio futurę damnationis occidenẽ. Interficit em̃ uindicta cœlestis in die furoris dñi fictos simulatores, non ueros executores sacrarum uirtutũ. Vnde in Euã- Mat. 2.d
gelio, uirgines stultæ in aduentu sponsi leguntur mẽdicantes extra ianuã nuptiarũ foris remansisse: & in Psalmis scriptũ est, iuuenes ignem comedisse, & uirgines ea Psal. 77.g
rum lamentatas non esse. f ¶ *Vocasti, etc.*] Quasi ad

A diem ſolennẽ hoſtes uocati ſunt ad ſubuerſionem perfidæ ciuitatis: quia id quod deſiderabant, dño permittente euenichat. Interitũ em̃ ludæorũ qui appetebant, conſpicere meruerunt. Aliter: Hoſtes quaſi uocati ad ſolennitatẽ ueniunt, cũ maligni ſpiritus in die iudicij ad puniendos peccatores exultantes conueniũt. Gaudent illi de ruina animarũ: quia non ignorant ad ſuppletionẽ ſupernæ ciuitatis, unde illi corruerãt, creatũ eſſe humanũ genus: & ob hoc ſe priuatos æterna felicitate conſpiciẽtes, homines ne paradiſum habeãt, toto niſu per C
inuidiã præcipitare feſtinant. Hoc tamen non ſine grãdi dolore ſanctæ eccleſiæ ſuſtinet: cũ filios ſuos quos baptiſmate genuit, & ſacramentis diuinis imbuit, ſub inimicorum manu per diuerſa ſcelera quotidie cadere uidet. Quod in ſequentis libri initio ſatis lucide demonſtrabitur, qm̃ præſentem librum hic finire cenſemus.

¶ Commentarij primi in Lamentationes Hieremiæ finis.

IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM
Lamentationum Hieremiæ Prooemium.

PRimam partem lamentationis Hieremiæ, quæ duobus alphabetis quaſi ſapphico metro ſcripta conſtat: quia tres uerſiculos, qui ſibi cõnexi ſunt, & ab una litera tantũ incipiũt, heroici comma concludit: ſicut iam ſupra oſtenſum eſt, exponendo tranſcurrimus. Recte ergo ad ſecundam partem, ubi tertium alphabetum, quod trimetro ſcriptum eſt: & à ternis literis, ſed eiſdem terni uerſus incipiunt, explanandam ueniamus. Hoc in primis uolentes ſciri, quod hæc pars primum calamitatem gentis ludææ, ſeu potius humani generis deflendo pronunciat: deinde ſacramentum dominicæ incarnationis ac paſſionis manifeſte exprimit: ubi ludæorum perſequutio, & innocentis Chriſti pœna ac mors deſcribitur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Lamentationes Hieremiæ Liber ſecundus.

CAP. III

Aleph

Go uir uidens paupertatem meam, etc.] Conqueritur ergo populus fidelis paupertatẽ ſuam in correptione in dignationis domini: quia plurimos à ſtatu rectę fidei & ſtudio
B bonorũ operũ in tenebras erroris, & uitiorum barathrũ cernit deuolui. Multi em̃ ſunt uocati, pauci uero electi. *b* ¶ *Me minauit & adduxit in tenebras erroris, etc.*] Hoc eſt, in tribulationem cadere permiſit, & non in proſperitatem ſeruauit. *c* ¶ *Tantum in me uertit, etc.*] Hoc enim ſentit iuſti iudicis ſententia decernente ſibi iuxta merita ſua euenire, quod ſe recolit proprijs actionibus promereri. Illud tamen conſiderandum eſt quod dicit: Tantum in me uertit & conuer-
Pſal. 89.c tit manum ſuam. Conuertere em̃ ſæpe in ſcripturis ponitur pro placare: ut eſt illud, Conuertere dñe aliquantulum, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Vertit em̃ dñs manũ ſuam, quando iuſte in reos debitam ultionẽ immittit. Et conuertit manũ ſuam, quando miſericordi-
ter à uindicta ſententiam ſuſpendit. Scriptum eſt enim
1. Reg. 2. b de illo, Dñs mortificat & uiuificat, humiliat & ſublimat.
Deut. 32. f Et in Deuteronomio dicit: Ego occidã, & ego uiuere faciam. *d* ¶ *Vetuſtam, etc.*] In pelle & carne, exteriora & mollia quæq; exprimit: in oſſibus, robur internum. Vetuſtam ergo fecit dominus pellem ludæorum & carnem, quãdo in exterioribus rebus per indigentiã fecit deformẽ. Contriuit oſſa eorum, quando duritiam mentis eorum comminuit. Hinc quoq; per beatum Iob dicitur: Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate. *e* ¶ *Aedificauit, etc.*] Quid eſt ædificare in gyro, niſi undiq; preſſuris coartare? Et quid eſt circundare felle & labore, niſi amaritudine & labore repletum coangustare? Vnde & ſubdit: *f* ¶ *In tenebroſis collocauit me, etc.*] In tenebroſis collocat quaſi mortuos ſempiternos, quãdo omni ſolatio deſtituros, nullã ſinit de præſenti uita conſolationẽ ſperare afflictos. De quo adhuc ſubiungit: *g* ¶ *Circumædificauit, etc.*] Cum aduerſum ſe obſidionem uallo & aggeribus circũædificatam conſpicit, compedem ſuum aggrauatũ aſſerit: quia eius exitum quomodo calamitatẽ euadat, nõ inuenit. Quod ſanctus Iob ſimilib. uerbis expreſſit, dicens: Semitam meam circũſepſit, ita ut trãſire nõ poſsim, & in calle meo tenebras poſuit. Quod ad infirma quoq; membra ſanctæ eccleſię nõ incõgrue inferẽ, quãdo per hoc quod praue ſeſe egiſſe memineD Iob 19.d

Gimel.

Gõ uir uidẽs paupertatẽ meã in uirga indignationis eius. ℵ Aleph. Me minãuit et adduxit in tenebras & non in lucẽ. ℵ Aleph. Tãntũ in me uertit & cõuertit manũ ſuã tota die. ב Beth. Vetuſtã fecit pellẽ meã, cõtriuit oſſa mea. ב Beth. Aedificãuit in gyro meo, & circũdedit me felle et labore. ב Beth. In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos ג Gimel. Circunędificãuit aduerſum me, ut non egrediar, aggrauauit cõpedẽ meũ. ג Gimel. Sed & cũ clamauero et rogauero, excluſit orationẽ meã.

runt, à bono opere retardantur: & ex infirmitate propria timidi, bona contra hæc fortia aggredi non præſumunt. Timent enim magna bona incipere, qui ſe in ſuis actibus infirmos eſſe meminerũt. Et cũ plerunq; etiam bonũ quod eligant, neſciunt: quaſi in calle ſuo poſitas tenebras perhorreſcunt. Nam ſæpe ita de ſuo opere ſit animus incertus, ut ignoret omnino quid uirtus, quid culpa ſit. In calle ergo ſuo tenebras inuenit, qui in his quæ agere appetit, quid eligere debeat, neſcit. Quia igit̃ ſæpe infirmitate, nonnunquam uero ignorantia peccatur, ex infirmantib. membris dicit, Semitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum. Ex eis uero quæ ad ipſum opus bonũ quod eligunt, caligant, ſubdit: Et in calle meo tenebras poſuit. Ea pœna etenim culpæ eſt, uidere bonũ quod agere debeat, & tamẽ implere nõ poſſe, & rurſum ex grauiore pœna culpa eſt quod agere debeat, nec uidere. Vnde & contra hæc utraq; , pſalmiſtæ uoce dicit: Dñs illuminatio mea, &c. Contra ignorãtiæ em̃ tenebras illuminatio, cõtra infirmitatem uero ſalus eſt dñs: quando & oſtendit quid debeat ad agendũ appeti, & uires prębet: ut quod oſtenderat, poſsit implere. *h* ¶ *Sed & cum clamauero, etc.*] Omnipotens deus quid nobis profuturum eſſe ualeat, ſciens, diſsimulat exaudire

Iob 19.b

Pſal. 21.d

A re dolentiũ uocẽ, ut augeat utilitatẽ, ut purgẽt uita per pœnã: & quietis tranquillitas, quia hic inueniri nõ ualet, alibi quæratur. Sed hanc diſpenſationis gratiã non nulli etiã fideliũ ignorant. Ex quorũ etiam perſona ad beatũ Iob alibi dicit: Ecce clamabo uim patiẽs, & nemo audiet: uociferabor, et non eſt qui iudicet. Nõ eſt em̃ qui iudicare dicit, quando iudicare diſſimulat ipſe q eſt: quia cauſam noſtrã cõtra aduerſariũ præter eũ qui iudicet non eſt: nec tm̃ hoc ſine iudicio nõ eſt, qđ iudiciũ differũt: quia & cũ hæc beatus Iob diceret: & ſancti uiri merita, & aduerſarij pœna creſcebat. Hoc ipſo ergo iudicũ iudicis differre fuit, ut ſinguli iuxta merita ſua cõdignã mercedẽ reciperent. *a* ¶ *Concluſit uias meas, etc.*] Vt oſtenderet ſe ualidis tribulationib. coartatã, lapidibus quadris ſe clauſam dicit: & ſemitã greſſuũ ſuorum ſubuerſam: quia petrę ſolidã formã quadratã habentes ubicunq; poſitæ fuerint, fixæ iacẽt: nec alibi relabi poſſunt. Myſtice autẽ electorũ populus lapidibus quadris apud iniquũ concluditur: cum eius caro antiqui hoſtis perſecutionibus temporaliter datur. Cuius ſemitã ſubuertit: quia tormẽta ſua eũ euadere nõ permittit: nec cõtẽtus eſt ſolũmodo carnẽ cruciatib. affligere: imò etiam
B dolo & inſidijs eius animã funditus quærit ſubuertere. Vnde ſubiungitur: *b* ¶ *Vrſus inſidians, etc.*] Per duas beſtias ferociſsimas, nimis doloſam & crudelẽ perſecutionẽ antiqui hoſtis exprimit: qui per miniſtros ſuos, aliũ blandimẽtis, aliũ minis, aliũ uero ſupplicijs à ſemita rectæ fidei ſubuertit: & à ſpe cœleſtis auxilij quaſi deſolatos atterere cupit. Vnde ſequitur: *c* ¶ *Semitas meas ſubuertit, etc.*] De huius leonis inſidijs propheta in pſalmis teſtatur, dicens: Sedet in inſidijs cũ diuitibus in occultis. Actus antichriſti, latronũ cõſuetudini cõparauit, qui occultas uias inſidẽt, ut interficiãt innocẽtes. *d* ¶ *Tetendit arcũ ſuũ, etc.*] Hoc eſt, ſententiã iudicij ſui in me derexit: & certo ictu caſtigationis corripuit. Arcus autẽ nomine in ſacro eloquio aliquãdo malorũ inſidiæ, aliquãdo dies iudicij, aliquãdo uero ipſa cadẽ ſacra eloquia deſignantur. Per arcũ quippe, inſidiæ figurant̃: ſicut per pſalmiſtã dicit̃: Intẽderũt arcũ, rem amarã. Per arcũ quoq;, iudicij dies deſignat̃: ſicut per eundẽ turſum pſalmiſtã dicit̃: Oſtẽdiſti populo tuo, potaſti nos uino cõpunctionis. Dediſti metuentib. te ſignificationẽ, ut fugiant à facie arcus. In arcu em̃ quanto longius trahit̃ chorda, tanto de eo diſtrictior exit ſagitta. Sed nimirũ ſic extremi iudicij dies, quãto longe differt̃ ut ueniat, tãto cũ uenerit de illo diſtrictior ſentẽtia procedit. Idcirco autẽ diuerſis nũc cladibus percutimur: ut his correcti, paratiores tũc inueniri ualeamus. Vnde illic prę miſſum eſt: Oſtendiſti populo tuo dura: flagella uidelicet ſeculi, quæ ſecuturũ grauius iudicij diẽ præcurrũt. Potaſti nos uino cõpunctionis, ut terrena gaudia in lachrymas uertertur. Dediſti metuẽtib. te ſignificationẽ, ut fugiant à facie arcus: ac ſi diceret: hoc tẽpus miſericordię eſt, illud iudicij erit. Per iſta ergo huius tẽporis flagella ſignificãs, quomodo tũc perſecuturus es, quãdo nõ parcens iudicas: qui ſic diſtricte modo percutis, qm̃ parcis? Aliquãdo autẽ per arcũ etiã ſacra ſcriptura deſignat̃. Ipſa quippe arcus eccleſiæ, ipſa arcus dñi: de quo ad corda hominũ ſicut feriẽtes ſagittæ, ſic terrẽtes ſentẽtiæ ueniũt. Vnde reẽte per pſalmiſtã dicitur: Arcũ ſuum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit uaſa mortis: ſagittas ſuas ardẽti-

Pſal. 9.c

Pſal. 7.d

ג Gimel. Cõcluſit uias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit. ר Daleth. Vrſus inſidiãns factus eſt mihi, leo in abſcõditis. ר Daleth. Sẽmitas meas ſubuertit & cõfregit: poſuit me deſolatã. ר Daleth. Tẽtendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. ת He. Miſit in rẽnibus meis filias pharetræ ſuæ. ת He. Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die. ת He. Rẽpleuit me amaritudinibus: & inebriationib. affligit. Qui em̃ in hac uita aſsidue mala tolerat, uelut in ſigno poſitus, ictus ſuſcipit feriẽtis. Vnde & prædicator egregius, cũ perſecutionum mala toleraret, atq; ſub perſecutione aduerſariorũ gemeret: tenerã diſcipulorũ mẽtẽ de ſuis afflictionib. cõſolãs ait: Ipſi em̃ ſcitis qđ in hoc poſiti ſumus: ac ſi eis aperte dicat: Quid in 1. Theſ. 3. a hoc tẽpore uulnera noſtra miramini: qui ſi æterna gaudia quęrimus, huc ad hoc uenimus ut feriamur? *e* ¶ *Miſit in, etc.*] Filias pharetræ, ſagittas dicit. Miſit ergo in rẽnib. filias pharetræ, cũ carnalia deſideria in hominib. iuxta modũ diſpẽſationis ſuæ cõgrua caſtigatione corripuit. De hac quippe pharetra in Iob ita ſcriptũ eſt: Pharetrã em̃ ſuã aperuit & afflixit me. Quid per pharetram Iob 30. b dei, niſi occultũ iudiciũ, uel cõſiliũ deſignat̃? Sagittã uero de pharetra dñs eiecit, qñ de occulto iudicij conſilio apertã ſentẽtiã emittit. Quia em̃ flagellat̃ quiſq; agnoſcimus: ſed ex qua cauſa flagellũ ueniat ignoramus. Cum uero poſt flagella uitæ correctio ſequit̃, & ipſa cõſilij uitus aperit̃. Pharetra igitur clauſa, eſt cõſiliũ occultũ. Sed aperta pharetra affligimur, qñ per id quod poſt flagellũ ſequit̃: quo cõſilio flagellamur, uidemus. Cũ peccata dñs uidet, & tamẽ manũ ad uindictã nõ cõmouet, quaſi clauſam pharetrã tenet: ſed feriẽdo indicat: quantũ ei in nobis diſplicuit, hoc quod diu uidẽdo tolerauit. *f* ¶ *Factus ſum in, etc.*] Deriſionẽ populi ſui propheta paſſus eſt, quãdo uerbis eius nõ crediderũt: imò repugnabãt dicẽtes ad eũ: Mẽdaciũ tu loqueris: non miſit te dñs deus noſter. Aut his uerbis illud ſanctæ eccleſiæ tẽpus exprimit̃, quo publice reprobis irridet̃, qñ iniquis creſcẽtib. in opprobriũ fides & ueritas erit in crimine. Tãto quippe unuſquiſq; deſpectior erit, quãto iuſtior eſſe potuerit: tãto abominabilis, quãto laudabilis. Sancta quippe electorũ eccleſia afflictionis tempore prouerbiũ prauis efficitur: quia cũ bonos mori per tormẽta cõſpiciũt, ab eis ſimilitudinẽ maledictionis ſumũt. Quo em̃ tranſiro riã mortẽ uident, ſed permanẽtẽ uitã nõ uidẽt: tãto magis deridẽdo mala præſentia fugiunt, quanto per intellectũ intrinſecus ad bona permanentia nõ pertingunt. Sed ſancta eccleſia ſcit in paſsionib. creſcere: atq; inter opprobria honorabilẽ uitã tenere. Scit nec de aduerſis deiſci, nec de proſperis gloriari. Nouit circa proſpera mentẽ ſuã in deiectione ſternere: nouit contra aduerſa, animũ ad ſpẽ ſuperni culminis exaltare. Scit bona ſua miſericordiæ redẽptoris, ſcit mala ſua iuſtitiæ retribuere iudicis: qđ & bona illo largiente habeat, & mala illo permittẽte patiat̃. *g* ¶ *Repleuit me, etc.*] Amaritudine repletũ ſe propheta aſſerit: quia non tam de ſua calamitate quãm de contritione populi ſui dolore anxiatus eſt. Vnde trahit ad ſimilitudinẽ potionis amariſsimæ herbæ: quia ualde afflictũ ſe uidet inimicorũ deuaſtatione. Myſtice autẽ Hieremias totius in ſe humanæ cõuerſatio-

C

D

A nis ſpeciē tenens, per lamentū queritur, dicens: Inebriauit me absinthio. Ebrius quisq; quod patit, nescit. Qui uero absinthio inebriat, & hoc quod sumpsit, amarum est: & tamen nō intelligit eandē amaritudinē qua repletur. Humanū quoq; genus recto dei iudicio in calamitatib. suis sibi dimissum: atq; per easdem uoluptates spōtaneis tribulationib. traditum, absinthio est ebrium: quia & amara sunt, quæ pro huius uitæ amore tolerat: & tamen eandē amaritudinē cæcitate cupiditatis quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriā sitiens, dū multas pro ea tribulationes reperit, amarū est quod bibit: sed quia hoc nimis inaniter sumpsit, eiusdē amaritudinis malū discernere iā præ ipsa ebrietate non sufficit. Amant em̄ peruersi homines pro huius mundi gloria & tribulationes, cūctisq; pro ea sudorib. libenter seruiunt: & grauiū laborum iugo, deuotissime colla submittunt: de quo adhuc subdit: *a Cōfregit, etc.*] Hoc est, abstulit mihi usum edendi, & pauit pastu inutili. Mystice aūt in scriptura sacra, dentes aliquando prædicatores, aliquando uero interni accipi sensus solent: *Cant. 4.d* de sanctis em̄ prædicatoribus, sponsæ dictū est: Dentes tui sicut greges tonsarū, quæ ascenderūt de lauacro. Vnde & uni eorū ostensis in figura gentib. dicit: Macta & *Act. 10.b* manduca, id est uetustatē earū contere: & in corpus ecB clesiæ uidelicet & tua membra conuerte. Rursum quia dentes, interiores sensus accipi solent, Hieremias propheta nunc testat, dicēs: Fregit ad numerū dētes meos. Per dentes etem̄ cibus frangitur ut glutiat. Vnde nō immerito dentib. internos sensus accipimus: qui singula quæ cogitant quasi mandunt & comminuunt: atq; ad uentrem memoriæ transmittūt. Quos propheta ad numerum fractos dicit: quia iuxta mensurā uniuscuiusq; peccati, intelligentiæ cæcitas generat in sensibus: & secū dum quod quisq; egit exterius, in eo obstupescit quod interius atq; in inuisibilib. intelligere potuit. Vnde re- *Hier. 31.c* cte & scriptū est: Omnis homo qui comederit uuā acerba, obstupescunt dentes eius. Quid nanq; uua acerba, nisi peccatū est? Vua quippe acerba, est fructus ante tempus. Quisquis ergo præsentis uitę delectationib. satiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat, Qui igitur uuam acerbam comedit, dentes eius obstupescunt: quia qui præsentis mundi delectatione pascitur, interni eius sensus ligant: ut iam spiritualia mandere, id est intelligere nequeat: quia unde in exteriorib. delectati sunt, inde in intimis obstupescūt. Et dū peccato anima pascit, panem iustitiæ edere non ualet: qm̄ ligati dentes ex peccati cōsuetudine, iustū quod intus sapit, edere nequaq; possunt. Hoc igit loco, dentes (ut diximus) internos sensus accipimus. Cōsiderare magnopere quid agere iusti soleant, debemus: qui plerunq; si qua in se quomodolibet carnalia esse deprehendūt, hęc internis sensib. retractantes, uehementer in semetipsis insequunt. Afflictione se cōterūt magnisq; cruciatibus, uel minima in se praua dijudicant, atq; hæc per pœnitētiā damnant: quod idcirco agunt, ut in conspectu æterni iudicis & ipsi inueniri inquantū est possibile, irreprehēsibiles debeāt: & hi qui eos sic se iudicare cōspiciūt, emendare semetipsos à culpis grauioribus inardescāt. Cibauit, inquit, me cinere, hoc est fragili & minus utili substētabat me ciborū adminiculo. *b* ¶ *Et repulsa est, etc.*] Si hæc iuxta historiam considerentur, magna angustia Iudaici populi exprimitur: qui se repulsum ab omni felicitate terrena: & oblitum bonorū præteritorū propter imminentem captiuitatis tribulationē asserit: nec iam finem præsentis tribulationis ullū, uel consolationis spē habere se dicit. Iuxta mysticos uero intellectus, electorū cœtus repulsum se à seculi prosperitate fatetur: & oblitū bonorū præsentiū, nec pro præsenti labore transitoriū præmiū à dño, sed futurā cœlestis regni gloriā ostendit se quęsiturū. Mūdus enim perit & concupiscentia eius: qui aūt facit uoluntatē dñi, manet in æternū. Hinc p *1. Ioan. 2.c* beatum Iob dicitur. Elegit suspendium anima mea, & *Iob 7.c* mortem ossa mea: desperaui nequaquam ultra iam uiuam. Quid per animam, nisi mentis intentio: quid per ossa, nisi carnis fortitudo designatur? Omne aūt quod suspenditur, proculdubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendiū elegit, ut ossa moriantur: quia dum mentis intentio ad alta se subleuat, omnē in se fortitudinem uitæ exterioris necat. Sancti enim uiri certissime sciunt, quia habere in hac uita requiem nequaquam possunt: & idcirco suspendium eligūt, quia nimirum desideria terrena deserentes, ad alta animum tollunt. Suspensi autem mortem suis ossibus inferunt, qui amore supernæ patriæ in uirtutū studijs accincti, hoc quo fortes prius in mundo fuerant uinculo humilitatis insequuntur. c D ¶ *Recordare domine, etc.*] Mutata locutione ad ipsum dominū pro populi calamitate propheta orationis uerba conuertit: ut ipse qui flagella peccātib. iuste intorsit, afflictis opem misericorditer impendat. Propter transgressionem ergo ad paupertatē uenerunt: & amaritudinem uastationis & captiuitatis, quæ absinthij & fellis nomina exprimūt, pati meruerunt. Sed quia diuinitatis natura clemens est & pia, magisq; ad indulgētiam quàm ad uindictam prona: quia non uult mortem peccatoris, sed ut conuertat & uiuat, si quis post lapsum peccatorū ad ueram pœnitentiam se cōuertit, cito à misericorde iudice uenią impetrauit: quod & propheta in sequētib. ostendit, cū dicit: *d* ¶ *Memoria memor ero, etc.*] Qui enim semetipsum diligenter inspicit: & pro peccatis suis carnem macerare, & desideria mortificare nō despicit: non solū uenia delictorū, sed & supernum præmiū à uero saluatore & clementissimo iudice sperare debebit: qui oēs homines uult saluos facere. Misericors & mi- *Exod. 34.c* serator dñs, patiens & multum misericors. Ideo & propheta hāc inuestigabilem profunditatem bonitatis dei considerans, & populi sui reatum, & proterua nō ignorans uitia, subdidit dicens: *e* ¶ *Misericordiæ, etc.*] Totiēs enim gens praua & peruersa Iudæorum, dominum ad iracundiam prouocādo irritauit: ut si eam secundum iudicium uellet iudicare: & non per misericordiam eligeret patiēter sufferre: iamdudum pœnis deficeret: nec restaurationis spem ullam haberet: quod Esaias ostendit, dicēs: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, *Esa. 1.d* semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt deum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percuniam uos ultra, addentes præuaricationem. Omne caput languidum, & omne cor mœrens à planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Et post paulum: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.

Noui

A *a* ¶ *Noui diluculo, etc.*] Loquitur ergo propheta ad primitiuam in Hierusalem ecclesiam, laudans speciem eius: quæ post diluculum resurrectionis Christi, ueterem hominem exuēs, noui hominis pulchritudinem ortu suo declarabat: cuius etiam multa est fides: quia per gratiā sancti spiritus cōforta ta uerbo prædicationis, & uirtutū signis plurimos ad societatē fidei, & religionem Christianā conuocabat. Vnde in Actibus *Act. 6.b* apostolorū scriptum est: Verbū dñi crescebat, & multiplicabat numerus discipulorū in Hierusalē ualde, & *Ibid. 4.f* multa turba sacerdotū obediebat fidei. Et rursum: Multitudinis aūt credentiū erat cor unū: nec quisquā eorū quæ possidebat aliquid suū esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi dñi nostri, & gratia magna erat in omnib. illis. Vnde ipse consequenter dicit: *b* ¶ *Pars mea dominus, etc.*] Nam portio dñi, ecclesiasticus est populus sanguine Christi redemptus: de *Deut. 32.b* quo in cantico Deuteronomij Moyses ait: Pars dñi, populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Israel. Vel potius ipse dñs pars eius est, cuius amore omnia terrena despicit: & ipsum solum præ omnibus habere elegit: ad cuius aspectum futurū & se peruenturum sperat. Ex *Psal. 72.c* cuius persona propheta in psalmis ait: Defecit cor meū & caro mea: deus cordis mei, & pars mea deus in secuB la. Defectus dictus est, qm̄ deest illi effectus & iure cogitatio carnalis defecerat, quæ se erraſſe nosebat. Sed illi confitetur, cui culpam reuelare remedium est, delicta confiteri securitas. Et notādum quod in uno uersu, cor & in bono ponitur & in malo. Defecit cor utiq; mala cogitatio: deus aūt cordis, hoc est auror boni intellectus: quia eum sine eius gratia nemo habet. Illius uero hominis deus est pars, qui se maiestati ipsius & credulitati cō sociat, & probabili actione commendat. In secula uero quod addidit, semper se ipsi adhærere promisit: qđ re- uera perfectorum est nunquam ab illo uelle discedere, sine quo contingit semp errasse. *c Bonus est dominus, etc.*] Bonus est itaq; dñs sperantib. in eum: quia beneplacitū est dño super timētes eum. Quem qui quęrit, inueniet, *Psal. 68.d* & ad beatam uitā perueniet. Vnde dicit psalmista: Quæ *Esa. 40.g* rite dñm, & uiuet anima uestra. De quo & Esaias ait: Sāncti qui sperant in dño, mutabunt fortitudinem: assumēt pennas ut aquilæ uolabunt, & non deficient. Sed quia bonum est illi qui sperat in dño, & ad futuram uisionē peruenire certat: ut patienter omnia aduersa sustineat: *Esa. 42.a* ut sine molestia aliorum præsentem uitam ducat, imitans illum de quo scriptum est: Ecce seruus meus susciam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neq; accipiet personam, neq; audietur foris uox eius. Calamum quassatum nō conteret: & linum fumigans non extinguet. Propterea dicit: *d* ¶ *Bonum est præstolari, etc.*] Omnis em̄ bonorum uita trāquilla est & placida: inter superbos uero semper *1. Thes. 4.a* iurgia sunt. Idcirco Paulus Thessalonicensibus ait: Rogamus aūt uos fratres, ut abundetis magis & operā detis, ut quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis: & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis: & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. Quod quia nemo perfecte agere ualet, nisi qui se à mundi concupiscentijs & seculi negocijs sequestrat, subsequitur dicere. *e* ¶ *Bonum est uiro cū, etc.*] Militum ergo Christi perfectio, est exutam mentem habere à cunctis terrenis negocijs, & tumultu seculi: iuxta illud Apostoli: Nemo militans deo implicat se negocijs C *2. Tim. 3.a* secularibus, &c. eamq; quantum humana imbecillitas sinit, festinat unire cū Christo. Quā quidē speciē cōuersationis boni eremitę & monachi, qui uoto monasticæ disciplinæ obligati sunt, imitari contendunt: sed rara est, & paucissimis dono dei hæc perfectio concessa. Is enim uere & nō ex parte perfectus est: qui & in eremo squalorem solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrū æquali magnanimitate sustentat. Et ideo in utraq; professione per omnia consummationē inuenire difficile est, quia nec Anachorita cōtemptum ac priuationē materialiū rerū: nec cœnobita Theoricā ad integrū potest assequi puritatē. Sed quantū superexcellat serenitas tranquillæ uitę turbulentiā secularis cōuersationis, nouit qui hanc expertus est: & dominicum iudiciū, in euangelio dñs inter duas mulieres cernit, ad Martham dicens: Martha Martha solicita es, & turbaris *Luc. 10.g* circa plurima: Maria optimā partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. Et beatus Dauid solū hoc necessariū hominī esse definiens, deo iugiter adhærere desiderat, dicēs: Mihi aūt adhærere deo bonū est: ponere in dño deo spē *Psal. 72.d* meam. Et alibi: Vnam petij à dño, etc. Vna ergo & sola *Ibid. 26.b* est Theorica, id est, contemplatio dei: cui merito omnia iustificationum merita uniuersa uirtutum studia postponuntur. Actiua etenim uita cū corpore deficit: contemplatiua aūt uita hic incipit, ut in cœlesti patria perficiat: quia amoris ignis qui hic ardere inchoat, cū ipsum quem amat uiderit, in amore eius amplius igneſcit. Cōtemplatiua ergo uita minime auferē: quia subtracta præsentis seculi luce perficit: sed ante oīa, humilitas & patientiæ custodia seruis dei necessaria est: quia qui se exaltat humiliabit: qui aūt in patiētiæ uirtute perseuerauerit, hic saluus erit. Vnde subiungit. *f* ¶ *Ponet, etc.*] Ille quippe in puluere ponit os suū, qui humiliter sentiens, fragilē se cognoscit: & de puluere se factū, iterū in puluerē reuersurū fatetur: dicens cū patriarcha Abrahā: Lo- *Gen. 18.c* quar ad dñm meū, cū sim puluis & cinis: cui & spes erit futuræ resurrectionis: qui cū semper pœnitentia castigando carnē macerat, spiritū remissionis & futuræ gloriæ per dñi misericordiā habere debebit. Hinc est quod beatus Iob sapientes dñi audiens, se cognoscendo non esse sapientem, semetipsum reprehendit, dicens: Ideo iņ *Iob 42.a* sipienter loquutus sum: & quæ ultra modū excederent scientiam meā. Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequitur & lamētatio pœnitudinis eorū quæ fecit, post reprehensionem subditur: Et ago pœnitentiā in fauilla & cinere. In fauilla enim & cinere pœnitentiā agere, est cōtemplata summa essentia nihil aliud quàm faullam cineremq; se cognoscere. Vnde & ciuitati reprobæ in euangelio dñs dicit: Si in Tyro & Sidone fa- *Matth. 11.a* ctæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. In cilicio quippe asperitas & compunctio peccatorum: in cinere aūt puluis ostenditur mortuorum. Et idcirco utrunq; hoc adhiberi ad pœnitentiā solet: ut in cōpunctione cilicij, cognoscamus quid per culpam fecimus: & in faulla cineris perpēdamus, quod per uitiū facti sumus. Cōsiderentur ergo in cilicio pungentia uitia, considereē in cinere per mortis sentētiam subsequens iusta pœna uitiorum. Quia enim post peccatū carnis cōtumeliæ surrexerunt,

A uideat homo in asperitate ciliciꝰ superbiẽdo quid fecit: uideat in cinere usq; quo peccãdo peruenit. Potest quoque cilicio ipsa in reprehensione atq; pœnitentia dolorum cõpunctio designari. Nã hoc quod ait beatus Iob: Iob 42.a ipse me reprehendo, quasi quodã cilicio pungit, dum in mente sua asperis redargutionũ stimulis confricat. In cinere autẽ agit pœnitentiam: quia ex primo peccato quid per iustũ iudiciũ factus sit, solerter attẽdit, dicẽs: Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Ac si aperte dicat, de nullo autoris dono superbio: quia sumptus ex puluere, p illatæ mortis sententiam ad pulueꝛem me redire cognosco. Et quia necessarium est ut humilitatem comitetur patientia, ostendit præsens propheta, dicens: a ¶ *Dabit percutienti, etc.*] Vt impleat euangelicũ Mat. 5.a uirum cui dicitur: Qui te percusserit in unam maxillã præbe ei & alterã. Quod illi quoq; in culpa sint qui reddunt malum pro malo, & dentem pro dente, oculum Psal. 7.b pro oculo, ostendit Dauid dicens: Si reddidi retribuentibꝰ mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. Quapropter illa apostolica sententia magis tenẽda est, Rom. 12.d quæ dicit: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Et quoB niam post calamitatem huius mundi, misericordia dñi, electos suos de præsenti tribulatione subleuabit: sequitꝰ b ¶ *Quia non, etc.*] Non enim in sempiternum dñs repellet eos qui se corrigere uolunt, & cohibere à peccatis: quia si abiecit ad tempus, & digne corripi ab hostib. reos permisit: iterum conuersis secundum multitudinẽ misericordiarum suarum beneficia præstat. Huic simile est illud quod in psalmis Dauid ait: Non in finem ira- Psal. 102.b scetur dñs: neq; in æternum indignabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, etc. c ¶ *Non enim, etc.*] Non enim ita despexit deus ex corde suo genus humanum, & abiecit à procuratione solatij sui, ut ultra propter transgressiones nolit eorum curam habere, & opes suæ pietatis sustentare, sed propter bonitatem suam sustinet eos in multa patientia sua: ut de uasis iræ efficiat Psal. 44.d uasa misericordiæ. Quia misericors & miserator dñs, patiens & multũ misericors. De qua alia scriptura ait: Mi- Sap. 11.d sereris omnium dñe, quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam: diligis oĩa quæ sunt, & nihil odisti horum quæ fecisti: nec odiens aliquid constituisti. Quomodo eñ posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses: aut quod à te uocatũ nõ esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine: qui animas amas. Bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus: propter quod hos qui exerrant paruꝫ corripis, & de quibus peccant, admonens alloqueris, ut relicta malicia credant in te domine. Proinde nullo modo existimandum est, quod creator clementissimus, causã sit perditionis hominum inimicorum: qui ad eum per pœnitentiam nolunt conuerti, sed unusquisq; in peccato suo interibit. Funiculis eñ Prou. 5.d peccatorum suorum unusquisq; constringitur. Et aniEzech. 18.d ma quæ peccauerit, morietur. d ¶ *Vt contereret sub pedibus suis omnes, etc.*] Nec plangit eos qui peccare cœperãt, Eccl. 7.c statimq; desierant. Non est eñ iustus super terram qui faciat bonum, & aliquando non peccet, sed qui longo funiculo peccata protraxerant. Vnde & in Numeris legimus uaccam rufam, cuius cinis expiatio est populi, C non aliter immolari & offerri ad altare dñi, nisi quæ terrena opera nõ fecerit: iugumq; nõ traxerit: nec uinculis iugi Nabuchodonosor fuerit alligata. Et in Esaia ꝓphe- Esa. 3.d. 5.f ta pro cingulo ueritatis filiæ Sion cinguntur funiculo. 2. Reg. 17.f

Achitofel quoq; & Iu- Matt. 27.d

ו Iod. Dãbit percutienti se maxillã, saturabit̃ opp̃brijs. ב Caph. Quia nõ repellet dñs in sempiternum. ב Caph. Quia si abiecit, & miserebit̃ secũdũ multitudinem miseri cordiarũ suarum. ב Caph. Nõ eñ hũmiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominũ. ל Lamed. Vt conterꝛeret sub pedibus suis omnes uinctos terræ. ל Lamed. Vt dẽ clinaret iudiciũ uiri in conspectu uultus altissimi. ל Lamed. Vt peruerteret hominẽ in iudicio suo dñs ignorauit. מ Mẽ. Quis est iste q dixit, ut fieret dño nõ iubente? מ Mẽ. Ex ore altissimi nõ egredient nec bona nec mala. מ Mẽ. Quid murmurauit homo nõ uiuẽs, uir p̃ peccatis suis. נ Nũ. Scrũtemur uias nr̃as, & quæramus: & reuertamur ad dñm נ Leuemus corda nostra cũ manib. ad dñm in cœlos. נ Nos inique egimus, & ad iracũdiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. ס Samech. Operuisti in furore, & p̃cussisti nos: occidisti, nec pepercisti. ס Samech. Oppõsuisti nubẽ tibi, ne trãseat oratio. ס Samech. Eradicationẽ & abiectionẽ posuisti me in medio populorũ. פ Phe. Apẽruerunt super nos os suũ oẽs inimici nr̃i. פ Phe. Formido & laqueus factus est nobis uaticinatio & cõtritio. פ Phe. Diuisiones aquarũ deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei. ע Ain. Oculus meus afflictus est, nec tacuit: eo q̃d non esset requies ע Ain. Donec respiceret & uideret dñs de cœlis. ע Ain. Oculus meus deprædatus est animã meã in cunctis

pondere disponit, ordinat, atq; gubernat. Nec ullo modo credendũ est, quod aliquid per ignorantiã autoris sui cõtingat in rebus humanis, quod sequẽs sententia sonare uideꝛ. e ¶ *Vt declinar. etc.*] Huic quoq; simile est quod in libro Iob in Eliphaz uerbis legitur, ubi ita scriIob. 22.b ptum est: An cogitas quod deus excelsior cœlo & superstellarũ uertices sublimet? et dicis: Quid eñ nouit deus: & quasi per caliginẽ iudicat, nubes latibulũ eius: nec nostra cõsideꝛat, & circa cardines cœli perambulat. Sunt plericq; ita hebetes, ut formidare nesciãt, nisi quod corD poraliter uident, unde fit ut deũ nõ metuãt quẽ uidere nõ possunt. f ¶ *Quis est, etc.*] Fuerũt eñ hæretici qui dixerũt deũ nõ facere mala: contra illud quod scriptũ est: Esa. 45.b Ego dñs formans lucẽ, & creans tenebras: faciens pacẽ, & creans malũ. Ecõtrario fuerũt alij qui dixerũt deum Gen. 1.d creasse mala: cõtra id quod scriptũ est: Fecit deus omnia Eccl. 3.b bona. Fuere item alij qui dixerũt duas naturas, & duas subsẽtias ab initio fuisse, id est bonã & malã: cũ omnis creatura aut creator sit, aut creatura. Vnde falsum est quod natura ulla mala sit, cum creator summus & optiGen. 1.d mus, creauerit bonã creaturã. Quia uidit deus cuncta quæ fecit, & erãt ualde bona. Tropice igit̃ deus dicit̃ faEsa. 45.b cere mala, hoc est aduersa merẽtib. infligere. Iuxta illud quod in Esaia scriptũ est: Ego dñs, & nõ est alter, formãs lucẽ, etc. Mala quæ nulla sua natura subsistunt, à dño nõ creanꝛ: sed creante se mala dñs iudicaꝛ: cũ res bene conditas, nobis male agentibus, in flagellũ format: ut ea ipsa & per dolores quo feriunt, delinquentib. mala sint, & per naturam qua existũt bona. Venenũ quidẽ mors scilicet est homini, sed uita serpenti. Amore eñ præsentiũ ab autoris nostri dilectione recessimus: & peruersa mens, dum delectatione creaturæ se subdidit, à creatoris se societate disiunxit. Ex his ergo ab autore ferienda erat, quæ errans autori præpositꝰ erat: ut unde homo cul pã non timuit superbus admittere, inde pœnam corrigendus inueniret: ut tanto ocius respiceret ad illa quæ perdidit, quanto doloris pœnam esse conspiceret quæ quæsiuit. g ¶ *Scrutemur, etc.*] Sciendum uero est, quod quisquis à præceptis dominicis discordat opere: quoPsal. 118.d tiens ea uidet corde suo reprehendit̃, atq; confunditur: qui id quod fecerit, memoraꝛ. Nam in quo se erraſſe cõfiderat, ipsa se conscientia latenter accusat. Vnde Dauid propheta depreeaꝛ dicens: Tunc non confundar, dum perspexero in omnib. mandatis. Grauiter nanq; unusquisq; cõfundit̃, quando mãdata dei uel legẽdo, uel audiẽdo respicit quæ uiuendo contẽpsit. Hinc enim Ioannis

A nis uoce dicitur: Si cor nostrum non reprehẽderit nos, 1. Ioan. 3.d fiduciam habemus ad dñm: & quicquid petierimus abeo, accipiemus. Ac si diceret: Si id quod præcipit, facimus: id quod petimus, obtinemus. Valde namq; apud dñm utraq; hæc sibi necessario congruunt, & ut orationis operatio: & operatiõe fulciatur oratio. Hinc & modo Hieremias ait: Scrutemur, & reliqua. Vias etẽm nostras scrutari, est cogitationũ interna discutere. Cor uero cum manib. leuat, qui orationẽ suam operibus roborat. Nã quisquis orat, sed operari dissimulat: cor leuat, & manus non leuat. Quisquis uero operatur & nõ orat, manus leuat & cor nõ leuat. Iuxta ergo Ioannis uocem, tunc cor fiduciã in oratione accipit, cũ sibi uitæ prauitas nulla cõtradicit, & bonorũ operum ratio orationi cõcinit. a ¶ *Nos inique, etc.*] Propter peccata enim populi & transgressiones plurimas, quas ab initio fecerũt dñm ad iracundiã prouocãtes, simul cũ ciuitate disperdi meruerũt: nec iam digni fuerũt uenia, qui filiũ dei ad se uenientẽ spernentes, tanta afficiũt cõtumelia, sicut alius propheta ostendit dicẽs: Propter peccata eñ nostra & iniquitates patrũ nostrorũ, Hierusalẽ & popuB lus tuus in opprobriũ sunt omnib. per circuitũ nostrũ. Vnde etiam nobis timendũ est, ne & ipsi si contempserimus præcepta dñi: & inobedientes fuerimus euangelio Christi, duram gehennæ sentiamus uindictam: qui Heb. 10.e corrigi nolumus de peccatis ad iustitiam. Dicit eñ Apostolus: Voluntarie eñ nobis peccantib. post acceptam notitiam ueritatis, iam nõ derelinquit̃ pro peccatis hostia: terribilis aũt quædã expectatio iudicij, & ignis cumulatio: quæ consumptura est aduersarios. Et item: Irritam, inquit, quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus uel tribus testibus moriebatur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiũ dei conculcauerit: & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? b ¶ *Operuisti in, etc.*] Vbicunq; eñ furor, uel ira dei in scripturis legit̃: non perturbatio mentis, sed illa uindicta in pœna patientis exprimit̃: Deus eñ naturaSap. 12.c liter pius semper bonus & placidus est: & semper idem ipse est, & anni eius nõ deficient. De quo alibi legit̃: Tu aũt dñe uniuersorũ, cum tranquillitate iudicas & disponis oĩa. Ideo dum percutit quemlibet uel occidit, nec parcit, non perturbationem ullam in semetipso sentit: sed quietus & placidus, reos debitas pœnas soluere cogit, de quo adhuc subditur. c ¶ *Oppositisti, etc.*] Nubem sibi opponere deus dicitur, cum ingratas preces peteñ tiũ exaudire dedignatur. Item nubes opposita orationi uidetur, cum caligine quadam & nubilo cæcitatis mẽs obuoluitur, ne radio diuinæ contemplationis illustrari mereatur. d ¶ *Eradicationẽ &c., etc.*] Eradicatam se assiC riæ & abiectam plebs Iudaica, quæ in Chaldaica captiuitate sæpe pro sceleribus suis contrita est: primũ sub Ioakim: deinde sub Iekonia: tertio sub Sedechia: quando urbs uastata tẽplumq; incensum est, & muri destructi. Postremo reliquiæ quæ sub Godolia ad habitandã terram à Nabuzardan principe militiæ relictæ sunt cõtra præceptum dñi, quod eis per prophetam mandauerat, in Aegyptũ pergentes ibi disperierunt. In Romana C uero captiuitate ita urbs tota & terra deuastata est, & plebs dissipata: ut nullam ultra spem restaurationis haberet: sed usq; in finẽ perseuerauerit eius desolatio. Mystice autem eradicationem & abiectionem à dño patitur anima peccatrix in medio populorũ constituta, quando à malignis spiritib. ita uirtutib. spoliatur, & radice fidei tenuatur: ut iam nõ honori, sed pateat omniũ irrisioni: & ipsi inimici dominentur illius, & de ceptæ insultent: quia iuxta merita sua pœnas quas ei scriptura sacra prædixit, & laqueũ perditionis sustinere cogatur. Vnde sequitur: e ¶ *Apeꝛ ruerunt, etc.*] Aperuerunt eñ tunc inimici os suũ super peccatores, quando eos diuersis laniatib. & cruciatib. deuorare festinant debitores. Nec eis in aliquo miserantes parcunt, sed in formidinem pœnarũ, & laqueum perditionis, iuxta id quod propheticus sermo peccantib. prędixit, præcipitare studeñt. Vnde nũc propheta interitum populi sui multipliciter plorauit, & nunc sanctam ecclesiam animarũ peccantium ruinam incessabiliter plangit: sicut in sequenti sententia demonstratur. f ¶ *Diuisiones aquarum, etc.*] Diuisiones ergo aquarum deducere se ab D oculis perhibet propheta in cõtritione filiæ populi sui, qui & peruersitatem cordis illius defleuit & ruinam in peccatis, & contritionem in deuastatione. Sic & nũc electorum turba pro anima in peccatis perdita, multiplices gemitus fundit: qui in diuersis facinorib. eam errasse conspicit, & si quo modo eam à cœpta nequitia reuocare possit, toto nisu & labore contendit. g ¶ *Oculus meus afflictus, etc.*] Instantiam orationis & perseuerantiã nos habere propheta docet. Qui ad cupita peruenire uoluerit, reflectere mentem à studio orationis non debet: sed magis perseuerare in intentione cœpta illũ oportet. Hinc est quod in libro Regum de Anna scriptũ 1. Reg. 1.c est, quod postq; orauerat, uultus eius nõ sunt amplius in diuersa mutati. Hinc & in euangelio: cæcus ille qui in Hiericho transeuntẽ Iesum audierat, misereri sibi ab eo Luc. 18.f petebat, sed cum à prætereuntibus sibi iuberetur ut taceret, ipse multo magis clamabat dicens: Miserere mei fili Dauid: unde & lumen q̃d expetit, nullo modo eius fructu carebit. Respicit enim dñs de cœlis: & fidelis sui oratoris preces suscipiens, saluum fecit eum, quoniam sperauit in ipsum: Dicit enim ipsa ueritas: Amen dico Mar. 11.c uobis: quicquid orantes petitis, fiet uobis. Et quia per oculorum aspectum, sæpe noxia concupiscentia intrat. Sequitur. h ¶ *Oculus meus deprædatus est, etc.*] Nunc reddit causam quare prædixerit oculum suum afflictũ esse, eo quod nõ esset requies: quoniam cum per incuriam aspectus patefactus fuerit tentationi aditus, uix tranquillitatem inueniet animus turbatus, nisi illi subueneIob 31.d rit diuinæ pietatis intuitus. Hinc est quod beatus Iob ait: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem qui dẽ de uirgine. Vt eñ cogitationes cordis caste seruare potuisset, fœdus cũ oculis pepigit: ne prius incaute aspiceret, quod postmodum inuitus amaret. Valde namq; est q̃d caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi per oculos alligata, uix magnitudinis manu soluit:

A Ne ergo quædam lubrica in cogitatione uersemus, prouidendum nobis est: quia intueri non debet, quod nō licet concupisci. Vt em̄ munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia uoluptatis suæ, deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neq; enim Eua lignū uetitū cōtigisset, nisi hoc prius incaute respiceret. Scriptū Gen. 3.b quippe est: Vidit mulier quod bonū esset lignū ad uescendū: & pulchrū oculis, aspectuq; delectabile: et tulit de fructu illius, & comedit. Hinc ergo pensandū est quanto debemus moderamine erga illicita uisum restringere, nos qui mortaliter uiuimus: si & mater uiuentium per oculos ad mortē uenit. Hinc etiam modo sub Iudææ uoce, quæ exteriora uidendo concupiscens, bona interiora perdiderat, propheta dicit: Oculus meus deprædatus est animam meam. Concupiscendo enim uisibilia, inuisibiles uirtutes amisit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriorē uisum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad custodiendam cordis mundiciam, exteriorum quoq; sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet grauitate mens uigeat: carnales tamen sensus pueriliter exterius perstrepunt, & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodam uigore refrenentur: ad fluxa quæq; & leuia mentem enerB uem trahunt. d ¶ *Venatione ceperunt me, etc.*] Auis enim nomine ipse dominus significatur: qui licet in terra de uirgine matre sit æditus: tamen cœlestia, doctrina sua & exemplo semper petit: membraq; sua fide & spe quasi duabus alis ad superna semper subleuat, dicens in euā Ioan. 18.b gelio: Regnum meum non est de hoc mundo. Et item: Ibid. 7.f exiui, inquit, à patre, etc. Et rursum: Qui uult uenire Matt. 16. d post me. De hac aue in Iob scriptum est: Semitam igno Iob 28.b rauit auis: nec intuitus est oculus uulturis. b *Lapsa est in lacum, etc.*] Cum superius dixisset uenatione se quasi auem captum, nūc addit uitam suam lapsam in lacum & lapidem superpositum. Quid est ergo uitam labi in lacum, nisi corporalem uitam uenire usq; defectum? Lapsa est ergo uita Christi in lacum, quando eius caro peruenit usq; ad mortis occubitum. Cui superposue- Matt. 27.g runt lapidem: quando eo sepulto, petierunt à Pilato ut iuberet custodiri sepulchrum: ne forte uenirent discipuli & furarentur eum: quibus cum ipse responderet: Habetis custodiam, ite custodite sicut scitis: illi abeuntes, munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus. Potest & in laci nomine, uel infernus designatus accipi, uel calamitas profunda istius mundi. Lacus dicitur, cuius fundus latet, dum in unam foueam circundatus includitur. Hic plano tergo intuentium oculis, falsa tranquillitate blanditur: sed quantum sit pro- Psal. 87.b fundus, absconditur. Hinc & in psalmo scriptum est: Posuerunt me in lacu inferiori, etc. c ¶ *Inundauerunt, etc.*] Aquæ in scriptura sacra, aliquando spiritū sanctū, aliquando scientiā sacram, aliquando scientiā prauā, aliquando tribulationem, aliquando defluētes populos, aliquando mentes fidē sequentiū demonstrare solent. Per aquam quippe sancti spiritus infusio designat, sicut Ioan. 7.f in euangelio dicit: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, etc. Rursum per aquam, sancta scientia designatur, sicut dicit:

ctis filiabus urbis meæ. ץ Zadik. Vēnatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. ץ Zadik. Lapsa est in lacū uita mea, & posuerūt lapidē super me. ץ Zadik. Inundauerunt aquæ super caput meū, dixi perij. ק Coph. Inuocaui nomen tuū dne de lacu nouissimo. ק Coph. Vocē meā audisti: ne auertas aurē tuā à singultu meo & clamoribus. ק Coph. Approp̄inquasti in die qn̄ inuocaui te, dixisti: ne timeas. ר Res. Iudicasti dne causam aiæ meæ, redemptor uitæ meæ. ר Res. Vidisti dñe iniquitatē illorū aduersum me, iudica iudiciū meū. ר Res. Vidisti omnem furorem, aduersas cogitationes eorum aduersum me. ש Sin. Audisti opprobriū eorum dñe, omnes cogitationes eorū aduersum me. ש Sin. Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tōta die. ש Sin. Sessionem eorum & resurrectionem eorum uide: ego sum psalmus eorum. ת Thau. Rēdde eis dne uicem iuxta opera manuum suarum. ת Thau. Dabis eis scutum cordis laborem tuū. ת Thau. Persequeris in furore: & conteres eos sub cœlis dñe.

Aqua sapientię salutaris potauit eos. Per aquam quoq; praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonē: mulier quæ typum hæreseos tenet, callidis suasionib. blanditur, dicens: Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Aquarū ergo nomine nonnunq; solēt tribulationes intelligi, sicut per psalmistam dicit: Psal. 68.a Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aquæ usq; ad animā meam. Per aquā, populi designantur, sicut per Ioannem dicitur: Aquæ uero populi sunt. Per aquā quoque nō solum fluxus decurrentiū populorum, sed etiam bonorum mentes fidei prędicamenta sequentiū designant, sicut propheta ait: Beati qui seminatis super omnes aquas: & per psalmistam dicitur: Vox domini super aquas. Aquæ uero super caput redemptoris inundauerunt, quando seditiosi populi Iudæorum persecutionē mouentes, diuinitati redemptoris detraxerunt. Caput uero Christi, deus est, ut Apostolus testatur: eum uidētes Iudæi, dixerunt ad Pilatum: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit, d ¶ *Inuocaui nomen tuum, etc.*] Quid enim lacum nouissimum, nisi infernum inferiorem intelligere debemus, de quo in psalmo scriptum est: Eruisti animam meam ex inferno inferiori? Inuocauit ergo redemptor noster nomen domini de lacu nouissimo, cum in uirtute diuinitatis descendit ad inferos, & destructis clausuris tartari, suos quos ibi reperit eruens, uictor ad superos ascēdit. e ¶ *Vocem meam audisti, etc.*] Vocem enim dominicæ incarnationis diuinitas ipsius audiuit: qui salutem humani generis quam secundum humanitatem postulauit, secundū diuinitatem tribuit. Proinde ipse ad patrem dicit in euāgelio: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autē sciebam, quoniam semper me audis. f ¶ *Appropinquasti in die, etc.*] Appropinquauit diuinitas saluatoris humanitati ipsius, quando eam subita resurrectione iuxta uotum suum de morte triumphare fecit. Aliter: Appropinquauit dominus seruis suis cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos: quoniam à timore inimici, animas eorum eripuit, sic enim ipsi orabant in psalmo: Exaudi deus orationem cum precor: à timore inimici eripe animam meam. g Psal. 63.a ¶ *Iudicasti domine causam animæ meæ redemptor, etc.*] Iudicauit ergo dominus causam animæ Christi, quando innocentis mortem peruenire fecit ad salutem generis humani, & triumpho suæ resurrectionis confudit autores eius interemptionis. Aliter: Iudicauit dominus causam fidelium suorum, quando redemit animas eorum: & non dereliquit omnes qui in se sperauerunt: confessores suos ad cœlestem transtulit gloriam, & persecutores eorum in pœnam demersit perpetuam. Iniquitas enim illorum hoc promeruit: quia timere & honorare autorem suum, temeritas mentis eorum eos non permisit. Insurrexerunt em̄ primum cum furoris sui insania in ipsum pastorem dicentes: Hic est hæres, etc. Ex seruis uero eius alium ceciderunt: alium occiderūt, alium uero lapidauerunt, & sic dissipatæ sunt oues gregis. Quapropter nunc dicit. h ¶ *Vidisti domine iniquitatem illorum, etc.*] Cogitatio enim illorum maligna erat, & sermones pleni insania, autorem uitę interficere cogitantes, & sermonib. ueritatis exprobrare nitētes. De quo sequitur.

¶ Audi-

A d ¶ *Audisti opprobrium eorum, etc.*] Hinc & in euangelio Matt. 26.d scriptum est: Principes autem & seniores populi consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Et iterum: Principes sacerdotum & omne consilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, &c. Vnde eo crucifixo, prætereuntes blasphemabant: Ibid. 27.c Vah qui destruis templum dei, dicentes. Si militer & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant: Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce. Talis em̄ fuit meditatio eorum, ut contra ueritatem instituerent testes falsos, & Psal. 34.a malum pro bono redderent gratis. Quæ psalmista dudum prænebat, dicens: Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. Gratis reuera, quibus mali nihil fecerat. Illud enim gratuitum dicimus, quod non alicuius rei compensatione tribuitur. Absconderunt mihi, ut illi putabant, qui diuinitatis eius potentiam non credebant. Nam quid potest abscondi, cui nihil occultum est? c b ¶ *Sessionem eorum & resurrectionem eorum, etc.*] In sessione exprimit habitum iudicantis: in resurrectione uero studium id quod moliebantur perficiendi. Sed quia in cathedra pestilentiæ pontifices & principes Iudæorum sederunt insidiantes ut interficerent innocentem: ad hoc surrexerunt, ut quod nequiter tractarent, opere nefario consummarent. Infelicitas fuit in uiis eorum & uiam pacis non cognouerunt. Sed B quicquid ipse coram eis ueracibus uerbis proferebat, Matth. 26 totum in calumniam & in opprobrium uertere studebant. Vnde cum diceret. Amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli: tunc expuerunt in faciem eius, & acceperunt arundinem, & percusserunt caput eius, dicentes: Prophetiza nobis, quis est qui te percusit? Quod Psal. 68.c etiam propheta dudum in spiritu prænuidens, ostendit dicens: Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant uinum. Dicit enim passionem suam genti Iudaicæ fuisse fabulam: qui quasi impleta cogitatione sua, de nece domini temulentissime garriebant. Sed his qui incorrigibiles erant: & magis perseuerare in malo, quàm inde recedere eligebant: superba se intentione defendentes, quasi iustitiæ executores, per Hieremiam dicitur. c ¶ *Redde eis domine uicem, etc.*] Moxq; eandem uicem expressius subdidit, dicens: d ¶ *Dabo eis scutum cordis laborem tuum.*] Labor quippe domini apparens inter homines, passibilis eius humanitas fuit: quam Iudæi superbe sapientes, dum discernerēt despexerunt: eumq; immortalem credere dedignati sunt, quem natura passibili mortalē uiderunt. Cumq; eius humilitatem conspicerent, superbiæ fastu indurati, summa cura moliti sunt: ne eorum mentes sancta prædicantium uerba penetrarent. Dum ergo eis dominus uicem malorum operū redderet, dedit illis scutum cordis laborem suum: quia recto iudicio inde illos contra se superbe obstinatos exhibuit: unde ipse, p nobis in infirmitate laborauit. Repulerunt quippe à se uerba prædicātium, qui dedignati sunt in domino infirma passionum. Laborem igitur domini contra eundem dominum scutum cordis habuerunt: qui superbe sapientibus eo despectius apparuit, quo propter eos humilis fuit. Hoc sicut iam superius diximus, prius ille peccator tenuit: qui requirenti domino, cur lignum uetitum contigisset, non ad se culpam reddidit: sed à muliere quam ei dederat se accepisse respondit: ut quasi reatum suū oblique in autorem rediderit: qui ei mulierem dederat quæ talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit: quando neq; ipsa ad se culpam retulit, sed serpentis illud persuasionibus replicauit dicens: Serpens decepit me, & comedi: ut ipsa Gen. 3.c quoq; reatum suum oblique in creatorem duceret: qui illic intrare serpentem persuasurū talia permisisset. Serpens uero iam non requiritur, quia nec eius pœnitentia quærebatur. Hi autem quorum pœnitentia quæsita est, scutum nequissimæ defensionis contra iustissimæ correptionis uerba protulerunt. Vnde nunc usq; in u- D sum peccantium trahitur: ut culpa cum arguitur, defendatur: & unde finiri reatus debuit, inde cumuletur. e ¶ *Persequeris in, etc.*] His tribus sentētijs quas modo enumerauimus, quæ sub Thau litera prænotatæ sunt: respondet ad superiores: quibus iniquitatem Iudæorū, & dolosam meditationem expresserat: ostendens quoniam in furore, diuino iudicio disponente, hostes eorum illos persecuti sunt, & in præsenti uita fortiter contriuerunt, ita ut hactenus per totū orbem dispersi, malum exilij patiantur, sedentes sine rege ac sacerdotio regali, & sine templo, & sine cultu pietatis. Qui autem ad Christum conuertuntur, promissionem illam quæ ad patres eorum facta est, spiritualiter hæreditabunt. Denicq; tribus alphabetis quibus anteriorem partem lamentationis propheta explicauit enarratis, iam quid quartum insinuat, considerandum est.

¶ Commentarij secundi in Lamentationes Hieremiæ finis.

IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM Lamentationum Hieremiæ Prooemium.

EXtremus liber tractatus Hieremiæ inchoandus est à quarto alphabeto, quod sicut primum & secundum sapphico metro decurrit: in quo simili modo, ut in cæteris casum populi Iudaici, atq; uastationem urbis, lamentabili uoce propheta historialiter deplorat. Spiritualiter autem lapsum animæ fidelis, atq; ruinam in peccatis miserabiliter plangit: subnectens orationem quam fudit lachrymosa uoce propter interitum suorum ad pias aures domini: quatenus ipse benignus miseris manus solatij porrigendo, in statum pristinum erigat, atq; perfectæ sanitati restituat.

COMMEN-

A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Lamentationes Hieremiæ Liber tertius.

Quomodo obscuratũ est aurũ, etc.] Nam licet hæc historialiter urbis Hierosolymitanæ destructionẽ & templi concremationẽ uideãtur sonare: ubi totus ille ornatus ueterũ dissipatus est, & ad nihilũ redactus: tamen altiori sensu templi mystici deiectionem significat, quod quotidie in reproborũ uita et moribus obfuscatur atq; destruit. Quid nanq; auro, qđ metallis cæteris præminet, nisi excellẽtia sanctitatis: quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur: quid per sanctuarij lapides, nisi sanctorum ordinum personæ signantur: quid platearum nomine, nisi præsentis uitæ latitudo dicitur: profecto à latitudine plateæ sunt uocatæ. Per semetipsam uero dicit ueritas: Lata & spaciosa uia est quę ducit ad perditionem. Aurum igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis uita polluit. Color optimus commutat: cum quorundam qui agere religiose credebant: existimatio ante acta minuit. Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actib. inserit: quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerẽtia despecta pallescit. Sanctuarij quoq; lapides in plateas disperguntur, cum causa seculariũ foras lata itinera expetunt: hi qui ad ornamẽta ecclesiæ internis mysterijs quasi in secretis sanctuarij uacare debuerant. Ad hoc quippe sanctuarij lapides fiebant, ut intra sancta sanctorũ in uestimẽto summi sacerdotis apparerẽt. Cum uero ministri religionis à subditis honorẽ redẽptoris sui, ex merito uitæ nõ exigũt: sanctuarij lapides in ornamẽto pontificis nõ sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas iacent, cum personę sacrorum ordinum uoluptatum suarum latitudini deditæ, terrenis negocijs inhærẽt. Et notandũ quod non hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit: quia cũ terrena agũt, summi uideri appetunt, ut & lata itinera teneant ex uoluptate delectationis, & tamen in platearũ sint capite ex honore sanctitatis. Nihil quoq; obstat, si sanctuarij lapides, eosdẽ ipsos quibus cõstructum sanctuarium existebat, accipimus: qui dispersi in capite platearum iacent, quando sacrorum ordinum uiri terrenis actibus ex desiderio inseruiunt: ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare uidebatur. Secularia itaq; negocia aliquando ex compassione toleranda sunt: nunquam uero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentius aggrauant, hãc suo uictam pondere ad ima de cœlestibus mergant. *b* ¶ *Filij Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in uasa, etc.*] Ad eundem sensum hæc sententia pertinet, ad quem superior: quod filij ecclesiæ qui inclyti fuerunt Christiana religione & ornati sapientiæ fulgore, & decore uirtutum, nunc emolliti carnalibus desideriis, & terrenis cupiditatibus tabefacti, uasis testeis comparentur, quæ dominicæ correptionis uirga in futuro examine conterens franget, & ad nihilum rediget: taliter ut non inueniri possit fragmen testæ, quo igniculus ferri possit de incendio. *c* ¶ *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei, etc.*] In lamia quippe duplicitas Iudæorum, & fictio hypocritarum exprimitur. Lamia enim humanã faciem habet, sed corpus bestiale: sic & populus Iudæorũ specie tenus culturam dei simulabat, sed feroci animo semper illi cõtrarius existebat. Quod bene per Esaiã ostendit cũ dicitur: Populus hic labijs me honorat: cor aũt eorũ longe est à me. Similiter omnes hypocritæ in prima facie qđ ostendũt, quasi ex ratiõe sanctitatis est: bestiale est quod sequit corpus: quia ualde iniqua sunt quæ sub boni specie moliunt. Possunt & in lamia, hæretici accipi: qui humanã quidẽ faciem, sed beluina per impietatem corda gestant. Hi tunc mammã nudant, quando errorẽ suũ libere prædicant. In croceis Tunc catulos lactant, quando male sequaces paruulorum animas, dum peruersa insinuant, ad impietatẽ nutriendo cõfirmant. Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Sicut in lamia, sic & in struthione fictio & immanitas historialiter Iudæorum: & secundũ mysticum sensum, simulatio & immanitas hypocritarũ designatur: qui fingere sciũt uirtutũ opera nõ ueraciter agere. De hoc struthione inter alia & in libro Iob legitur, Induratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laborauit nullo timore cogente. Indurata est ergo crudelis synagoga Iudæorũ contra apostolos & prædicatores noui testamenti, qui de ipsa gente nati fuerant, quasi non essent sui filij: odio eos habẽs, & externos deputãs: crudeliter illos ubiq; in deserto gentiũ persequebatur propter euangelium Christi, quod & ipsa ueritas uidetur eis prænunciare, cum ait: Hęc locutus sum uobis, ut nõ scandalizemini: absq; synagogis facient uos: sed uenit hora, ut omnis qui interfecit uos arbitret obsequium se præstare: Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Frustra ergo laborat nullo timore cogente: quia cum Christum persecuta est quasi euersorẽ gentis, & destructorem regni: nec statum regni, nec salutem gentis seruauit, sed magis perdidit. *d* ¶ *Adhæsit lingua, etc.*] Hoc notat iuxta historiã, quod lactantes atq; paruuli infantes Iudæorum destituti matrum atq; nutricũ solatio, fame & siti laborauerunt. Iuxta allegoriam uero significat, quod hi qui infirmi adhuc sunt intellectu, & minus ualidi ad percipiendũ fortiorem cibum, quibus ait apostolus: Lac uobis potũ dedi: propter inertiam & desidiam doctorũ, spiritualis intelligentiæ carẽt alimonia. Paruuli, inquit, petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: id est infirmi quiq; scripturæ sacræ fortiores sententias petierũt sibi exponẽdo comminui: sed qui exponere studeat, non ualet inueniri. Potum uidit scripturam sacram prophęta cum diceret: Omnes sitiẽtes uenite ad aquas. Si potus aperta mandata non essent, per semetipsam ueritas non clamaret: Si quis sitit, ueniat & bibat. Quasi cibum & potũ intellexit prophęta Iudææ defuisse cum diceret: Nobiles eius interierunt fame & multitudo siti exaruit. Paucorũ quippe est fortia & occulta cognoscere, multorum uero historiæ aperta sentire. Idcirco Iudææ nobiles non siti, sed fame interijsse asserit: quia hi qui præesse uidebantur, dum totos se exteriori intelligentiæ dederãt, quod de minimis discutiendo mandarent non habebant. *e* ¶ *Qui uescebantur uoluptuose, interierunt in uijs, qui nutriebantur in, etc.*] Qui sunt illi qui uescebantur uoluptuose, nisi illi Iudæi qui semper terrenis concupiscentijs, & seculi uoluptatibus dediti

ℵ Aleph. CAP. IIII

Quomodo obscuratũ est aurũ: mutatus est color optim⁹. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniũ platearũ. ב Beth. Filij Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati sunt uasa testea, opus manuum figuli? ג Gimel. Sed & lamię nudauerũt mammã, lactauerũt catulos suos: filia populi mei crudelis quasi struthio ī deserto. ד Daleth. Adhęsit lingua lactãtis ad palatũ eius in siti: paruuli petierũt panẽ, & nõ erat qui frãgeret eis. ה He. Qũi uescebant uoluptuose, interierũt in uijs: qui nutriebant in croceis

dediti etãt, & pro cibo & potu sæpius murmurabãt, dicentes ad Moysen: Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & uinearum. Et iterum: Quis dabit nobis ad uescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis. In mẽtẽ nobis ueniũt cucumeres & pepones porriq; & cepe & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Ipsi interierunt in uijs, qa in lata & spaciosa uia quæ ducit ad mortẽ, exterminati sunt. Et q nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora: cum uanam istius mũdi pompam appetentes, & historicam traditionem legis sequentes, spiritualem intelligentiam spernebant. Quod eñ uetus obseruantia ceremoniarũ legis stercoribus comparet, ostendit Paulus, dicens: Quæ ergo mihi fuerunt lucra, propter Christũ arbitratus sum ut stercora. Tropologice uero quicunq; auaritiã terrenam & delicias uoluptatũ sequutus, uiam istius uitæ incorrectus expleuerit: non ad æternæ uitæ gaudia, sed ad fœditatem pœnarũ peruenturus erit. *a* ¶ *Et maior, etc.*] Maior ergo effecta est iniquitas populi Iudæorũ peccato Sodomorũ, quia illi tantũmodo legẽ naturalẽ, isti aũt & naturalẽ & scriptam transgressi sunt. *b* Videres mirabilia dei, & cibo cœlesti pasti, ingrati semper eius beneficijs extiterũt. Vnde & doctores non ceperũt in eis manus, qui condignos laboris sui in ipsis nõ inuenerunt fructus. Nam ipsum legislatorem suum Moysen plurimis conuitijs iritauerũt, & prophetas dei ad se missos persequuti sunt: nouissime uero ipsum hęredẽ, hoc est unigenitũ filiũ patris ad se uenientẽ ut eos saluaret, & ab errore cortigeret, spernebant, & diuersis calumnijs insequentes ad extremũ per inuidiã occiderunt. Qualiter aũt iniquitas Iudæorũ maior sit peccato Sodomorũ, ostendit euangeliũ, ubi ita legit: Tunc cœpit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia nõ egissent pœnitentiã: Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Veruntamẽ dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm uobis. Et tu Capharnaũ nunquid usq; in cœlum exaltaberis? usq; in infernũ descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, forte mãsissent usq; in hunc diẽ. Veruntamẽ dico, quia terræ Sodomorũ remissius erit in die iudicij quàm tibi. *b* ¶ *Candidiores, etc.*] His duabus sententijs ostendit, quomodo omnis decor prioris populi, quẽ habebãt in ornatu tẽpli & cultu diuino, propter peccata eorũ emarcuerit, & destruentib. hostibus, ad nihilũ redactus sit. Mystice autẽ casus animarũ quorundã fidelium à prophęta deplorat. Quid eñ Nazaræorũ nomine, nisi abstinẽtiũ & cõtinentiũ uita signat: quæ niue & lacte nitidior dicit? Nix eñ ex aqua congelascit, quæ desuper uenit. Lac autẽ ex carne exprimit, quæ de inferiorib. nutrit. Quid eñ per niuẽ, nisi candor uitæ cœlestis? quid per lac, nisi temporalis dispensationis administratio demonstrat? Et quia plerũq; cõtinẽtes uiri in ecclesia tã mira opera faciũt: ut multi qui cœlestẽ uitam tenuerũt, multi qui terrena bene dispensarunt, superari uideant, & candidiores niue & nitidiores lacte referũtur: qui etiã quia per feruorem spiritus, antiquorum ac fortium patrũ nonnunq; uincere uitam uideant, recte adiũgit: Rubicũdiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomẽ imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur uero esse os magnorũ animaliũ non ignoramus. Ebore utiq; antiquo rubicundiores sunt: quia sæpe ante humanos oculos nõ nullis præcedentibus patribus studij seruẽtioris existũt. De quibus ut totũ simul ostẽdatur, adiungit: Sapphiro pulchriores. Et aerei quippe coloris est Sapphirus. Et qa præcedentes multos atq; ad superna tendentes, per cœlestẽ cõuersationem uidẽtur uincere, narrant sapphiro pulchriores extitisse. Sed plerunq; dum uirtutũ copia, etiã plus quàm expedit prosperat, in quandam sui fiduciam mens adducitur, & decepta præsumptione propria, repente peccato surripiẽte infuscatur: unde recte subiungit: Denigrata est super carbones facies eorũ. Nigri enim post candorem fiunt, quia amissa dei iustitia cum de se præsumũt, in ea etiam quæ non intelligunt, dilabunt peccata. Et qui post amoris ignem ad frigus corporis ueniunt, extinctis carbonibus ex comparatione præferunt: nonnunquam eñ dum timorem dei per sui fiduciam deserunt, etiam frigidis mentibus frigidiores fiunt. De quibus recte subiungitur: Non sunt cogniti in plateis. Platea quippe sermonis Græci ratione pro latitudine dicitur. Quid uero est humanæ mẽti angustius, quàm uoluptates proprias frangere? De qua fractione ueritas dicit, Intrate per angustam portam. Quid aũt latius, quàm nullis propriis uoluntatibus reluctari, & quaq; uersum impulsus arbitrij duxerit, se sine retractione diffunderet? Qui ergo per fiduciam sanctitatis positio meliorum iudicio se sequunt, quasi per plateas pergunt: sed non sunt cogniti in plateis, quia de uita sua aliud ostenderunt, quando frangendo uoluntates proprias in angusto se calle reti nebãt. Et bene addit: Adhæsit cutis eorũ ossibus. Quid in cute, nisi mollities exprimit infirmitatis? Cutis ergo eorũ adhærere ossibus dicit: quia ab eis praua sentientibus, infirmitas uitij, duritia uirtutis putat. Infirma eñ sunt quæ faciunt: sed elationis fiducia decepti, fortibus ea suspicientibus iungunt, & quo de se magna existimari cupiunt, eo de sua nequitia emendari contemnunt. Vnde recte adiungit: Aruit & facta est quasi lignũ. Cũlpa quippe eorũ tanto insensibilior reddit, quãto apud eos etiam laudabilis habet. Quam recte aridam asserit, quia nulla sui cogitatione uiridescit. *c* ¶ *Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame, etc.*] Quantũ ad compendiũ mortis respicit, breuior fuit pœna subito gladio occisorũ, quàm fame & siti diu excruciatorũ. Quantum uero ad spiritualem sensum pertinet, melius fuit apostolis & prædicatoribus euãgelij, breuiori pœna corporis, pro Christi nomine ad tempus plecti, & postea in æterna lætitia coronari: quàm persequutorib. eorũ, longa inedia uerbi dei tabefieri, & propter sterilitatem & infœcunditatem bonorum operũ, ad extremum æterno incendio concremari. *d* ¶ *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.*] Hoc historialiter recapitulat, quod superius iã dixerat: quia in captiuitate Chaldaica, necnon & in Romana,

ad

A ad talem necessitatē propter inopiam cibi, plebs ludęorum peruenit: ut aliquæ ex mulieribus eorū, filios suos trucidarent, & carnes eorum coctas comederent. Iuxta spiritualem uerō intellectum, nō parui est delicti, quod doctores mali auditores suos, rebus terrenis & substantijs suis propter uoracitatem suam spoliāt: nec eis pabulum uerbi tribuūt, quo illi ad uitam nutriant æternam: cum dominus per Ezechielē dicat,

Ezec. 34.a Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, nonne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis & lanis operiebamini: & quæ crassum erat, occidebatis, gregem autē non pascebatis: quod infirmū fuit, nō consolidastis: & quod ægrotū, non sanastis: & quod fractum est, non alligastis: & quod abierat, nō reduxistis: quod perierat, non quæsistis: sed cū austeritate imperabatis eis & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod nō esset pastor: factę sunt in deuorationē omniū bestiarū agri, & reliqua. Sed quia talis actio irā dñi meretur, sequitur:

Cōpleuit dñs furorē suū, effudit irā indignationis suæ, & succēdit ignē in Siō, & deuorauit fundamenta eius. ל Lamed. Nōn crediderūt reges terræ, & uniuersi habitatores orbis, qm̄ ingrederet hostis per portas Hierusalē. מ Mem. Prōpter peccata, ꝓphetarū eius, & iniquitates sacerdotū eius, q̄ effuderūt in medio ei⁹ sanguinē iustorū. נ Nun. Errauērūt cæci in plateis, polluti sunt sanguine: cūq; nō possēt, tenuerunt lacinias suas. ס Samech. Rēcedite polluti, clamauerunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt & commoti dixerunt inter gentes: non addet ultra ut habitet in eis. פ Phe. Facies domini diuisit eos, non addet ut respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neq; senum miserti sunt. ע Ain

a ¶ *Compleuit, etc.*] Compleuit dñs furorem suū, & effudit iram indignationis suæ in gentē peccatricem: quando non solū populū exterminauit, sed etiam habitacula per hostes eorū usq; ad fundamenta

B destruxit, & templū atq; urbem incendio consumpsit. Complet etiam & in malis doctoribus furorem suum, quando pro negligentia & desidia suā, incēdio eos tradet perpetuo, & non solū pro operibus malis eos punit, sed usq; ad fundamēta peruersarū cogitationū, eius uindicta peruenit.

Tren. 2.b

b ¶ *Non crediderunt reges terræ, etc.*] Quando ergo status regni Iudaici mansit incolumis, & cultus dei ibi erat celeberrimus, difficile fuit nationib. gentiū circūquaq; positarum credere, quod externus hostis dominaturus esset urbi insignissimæ & templo famosissimo, maxime cū uiderent & audirent ab initio gentem illam signis clarescentibus diuina ope sustenta tam atq; protectam. Mystice aūt cum animā cuiuslibet fidelis uiderimus spirituali scientia, atq; omniū uirtutū decore adornatā: uix credere possumus tam subitaneo casu eam corruere: quæ ut quondā imperabat spiritualibus inimicis, eos ab obsessis corporibus uerbo orationis eijciebat: nunc eorundē hostiū præda fiat, & tota illorū nequissimæ subdita uoluntati. Sed unde hæc ruina maxime proueniat, sequēs sermo prophetæ demonstrat.

c ¶ *Propter peccata prophetarū eius, etc.*] Propter peccata enim scribarū & pharisæorū, necnon & pontificū Iudæorū, qui sanguinem redemptoris & prophetarū atq; apostolorū eius effuderunt, captiuitas Hierusalem atq; deuastatio maxime euenit. Similiter & nunc in ecclesia propter peccata prophetarū & iniquitates sacerdotū eius, portarū spiritualis Hierusalem patet introitus, quando propter ignauiam prædicatorū, & negligentiam sacerdotū dei: qui non curant populo annunciare uiam dñi, & compescere eū à peccatis: hostis malignus per sensus exteriores aditū intrandi in animā inuenit, & occasionē habet per diuersas fraudes eā seducendi. Vnde scriptū est: Causa ruinæ populi, sacerdotes mali. Qui merito dicunt effundere sanguinem iustorū, quia dū simplicib. qui forte per innocētiā iusti esse pos-

C sent, si rectitudinem uiarum dñi scirent, subtrahunt uerbum solatij, rei dicuntur esse sanguinis effusi. Quod sermo diuinus ad Ezechielem prophetam liquido demōstrat, dicens:

Ezech. 3.d Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo uerba & annunciabis eis dem. Si dicēte me ad impiū, morte moreris: non annunciaueris ei, neq; loquutus fueris, ut auertatur à uia sua impia, & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autē eius de manu tua requirā, Si autē annunciaueris impio, & ille non fuerit cōuersus ab impietate sua, & uia sua impia: ipse quidē in iniquitate sua morietur, tu autē animam tuam liberasti. Sed & si conuersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē, ponam offendiculū coram eo: ipse morietur: quia non annunciasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit: sanguinem uero eius de manu tua requirā. Si aūt tu annūciaueris iusto, ut nō peccet, & ille non peccauerit, uiuēs uiuet: quia tu annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti.

d ¶ *Errauerunt cæci in plateis, etc.*] Per inertiam ergo doctorū, tenebris ignorantiæ ex cæcitate errauerūt in plateis turmæ plebiū: quia dū se ad illecebras tradunt uoluptatū, rectū callem non tenent diuinorū præceptorū. Et be- D ne dicitur, Polluti sunt sanguine, quia sanguinolentorū operū contaminati sunt commixtione. Cumq; non possent, inquit, subauditur, recto tramite incedere: tenuerunt lacinias suas, hoc est, aliorū ducatū expetebāt, ut eorū actuū exemplis, quasi quibusdā lacinijs tracti, gressum imitent præcedentiū. Sed quia frequenter illi qui præeunt, & sequētes se uerbo doctrinæ & bonis exemplis docere debuerant, ipsos sequutores suos per fastū superbiæ spernentes, in desperationē mittunt: Sequitur,

e ¶ *Recedite polluti, clamauerunt eis, etc.*] Talis est uox superborū magistrorū: qui pecus quod crassum est, de grege assumunt: & quod debile proijciunt: quod infirmū, non consolidant: & quod ęgrotū, non sanant. Recedite (inquiunt) polluti: recedite, abite, nolite nos tangere, nolite in aliquo nobis cōmunicare: insanabilia sunt uulnera uestra, & incurabiles plagæ, non estis digni cōmunione Christiana, ut ultra in uobis inhabitet spiritus sanctus. Facies dñi diuidit eos ac respuit: nec addet ultra ut recipiat, quia facies sacerdotū uestrorū nō erubuistis, nec seniorū uestrorū admonitionem mansuete suscepistis. Talis loquela enim non illuminat cæcū, non sanat ægrotū, non curat infirmū: sed magis occidit, atq; in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorū infirmitates pensantes, magis per humilitatis & mansuetudinis lenimentū, student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde & doctor gentiū qualiter subditis suis præfuerit, ostendit, dicens: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnia omnib. factus sum, ut omnes facerem saluos. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizat, & ego nō uror? Debet rector esse bene agentib. per humilitatem socius: contra delinquētiū uitia, per zelū iustitię erectus: ut & bonis in nullo se præ-

1. Cor. 9.d

2. Cor. 11.d

ferat

A ferat, & cū prauorū culpa exigit, potestatē protinus sui prioratus agnoscat: quatenus & honore suppresso, æqualē se subditis bene uiuentibus deputet, & erga peruersos iura rectitudinis non exercere formidet. Nā liquet ꝙ oēs homines natura æquales sunt geniti, sed uarianē meritorū ordine, alios alijs culpa postponit. Ipsa aūt diuersitas accessit ex uitio, diuino iudicio dispensante: ut quia omnis homo æque stare non ualet, alter regat ab altero. Vnde cuncti qui præsunt, non in se potestatē debent ordinis pensare, sed æqualitatē cōditiōis: nec præesse hominibus se gaudeant, sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri, nō reges hominū, sed pastores pecorum fuisse memoranē. Et cū Noe dñs & filijs eius dicerēt: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, protinus adiunxit: Et terror uester, ac tremor sit super cūcta animalia terræ. Quorū uidelicet terror ac tremor esse super animalia terræ præcipitur, profecto esse super homines prohibet. Homo quippe brutis animalibus, non aūt hominibus cæteris natura prælatus est. Et idcirco ei dicit ut ab animalibus, & non ab hominibus timeat: quia contra naturā

B superbire est ab æquali uelle timeri, & tñ necesse est, ut rectores à subditis timeant, & qñ ab eis minime se timeri deprehēdūt, in humana saltē formidine peccare metuāt, q̄ iudicia diuina nō formidāt. Possunt & superiores sentētiæ, quæ clamādo recedere pollutos iubent, & iurgātes illis denūciāt, ꝙ ultra dñs eos nō recipiat, neq; in eis habitet, ex persona hostiū Iudæorū accipi, qui insultabāt captiuis, qñ ꝑ uiolentiā, aut à terra sua eos ejecerāt, & in terrā alienā adduxerāt, ꝙ deserti & derelicti sint à deo, & diuino auxilio destituti, nec spē reuersiōis ullā eis remanere, sed in perpetuū damnatos fore. Quare aūt deserti à dño sint, sequēs sentētia prophetæ manifestat.

a ¶ *Cum adhuc, etc.*] Hoc narrat ꝙ qñ à dño argue banē pro scelerib. suis, nō ad ipsum cōuersi sunt per pœnitentiā, neq; ad eius misericordiā cōfugierunt quatenus eius ope ab hostibus eriperent, sed forinsecus ab alijs gentibus auxiliū quærebāt: ab Aegyptijs uidelicet uel Assyrijs, quæ nullo modo eos liberare poterāt. Vnde dicit: Defecerūt oculi nostri ad auxiliū nostrū uanū, cū respiceremus attēti ad gentē quæ saluare non poterat. Frustra em̄ ab illis solatia quærebāt, qui semetipsos

4 Reg. 25.f defendere non poterant. Hinc quoq; factū est, ꝙ reliquiæ Iudæorū, quæ post uastationē urbis Hierusalem,

Hiere. 40.c derelictæ sunt à Nabuzardan principe militiæ ad colendam terrā, interfecto ab Ismahele Godolia, quē præfecit memoratus Nabuzardan terræ & ipsis reliquijs quæ ibi remanserant, metu exterritæ cōtra uerbū dñi, quod eis per Hieremiā mandauerat, in Aegyptū trāsierūt, quasi ab Aegyptijs cōtra Chaldæorū arma possint tueri. Sed uana fuit hæc spes eorū: Quinto siquidē anno captiuitatis Hierosolymorū, ut Iosephus refert, qui est tertius & uicesimus regni Nabuchodonosor, inferiora Syriæ castrametatus est idem Nabuchodonosor, eamq; deriuans, expugnauit & Ammonitas & Moabitas. Cumq; subdidisset has gentes, perrexit ad Aegy-

Hier. 10. 5

ptū eamq; subuertit. & regē quidē qui tūc ibi erat, occidit, aliūq; ei in ea cōstituēs, denuo Iudæos captiuos duxit in Babyloniam, & Hebræorū genus huiusmodi habuit terminū. Vnde sequitur.

b ¶ *Lubricauerunt, etc.*] Mystice aūt quisquis deserto uno uero deo, adiutoriū quęrit à spirituali Aegypto, hoc est, ab hoc mundo, & lubrica seculi huius pergit uestigia, uana spe delusus, hostiū spiritualiū fit præda. Vnde scriptū est: Aegyptus uana auxiliabitur. Et iterū: Maledictus homo qui confidit in homine, & cætera.

Esa. 30.b

Hier. 17.a

c ¶ *Velociores, etc.*] Per rapidum uolatū auiū, uelocē significat persecutionē hostiū, qui intra patriā cōstitutos, & deserta patria fugitiuos, nimia crudelitate insecuti sunt.

d ¶ *Spiritus etc.*] Hanc sentētiam diuersi autores, diuersis modis exposuerūt. Nā alij super reges Iudæorū qui Christi, hoc est, uncti dicebanē, sub quorū ꝓtectiōe gēs Iudæorū uidebaē degere, interpretati sunt: quasi ꝓpter peccata populi ipsi interierint, ut Iosias q̄ iustus esse legit, & cæteri huiusmodi. Alij aūt super Iesu Christo uero uniuersorū dño ac uita animarū fidelitū, dictū intelligūt, sub cuius tutela in uniuersis gē- Act. 17.f

D tibus uersaē ecclesia. Ipse aūt spūs oris nostri est, in quo uiuimus, mouemur, & sumus, ex cuius sapore quicqd recte sentimus, sapimus: q̄ traditus est ꝓpter delicta nostra: & resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā: Scripsit enim hoc plenissimē ꝓpheta Esaias, ita dicēs: Verē languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eū quasi leprosum & percussum à deo & humiliatū: ipse aūt uulneratus est ꝓpter iniquitates nostras, attritus est ꝓpter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

Esa. 53.b

c ¶ *Gaude, etc.*] Edom idē fuit qui Esau frater Iacob, à quo Idumæi hostes Israel orti sunt. huic ergo fuit filius Chore, Trachonitidis & Damasci cōditor, inter Palæstinam & Cœlesyriā tenens principatū. Quod autē dicit filiam Edom gaudere & lætari, eo ꝙ peruenerit ad eam calix dñi: per Ironiā legendū est, ut est illud in epistola Iacobi apostoli: Glorietur aūt frater humilis in exaltatione

Gen. 25.c

Iacobi 1.b

sua, diues aūt in humilitate sua: subauditur à superiore glorietur, quod non tamen ad gloriam, sed ad humilitatē eius & damnationē pertinet. Venit aūt calix domini, hoc est, uindicta ad Idumæos, quando Nabuchodonosor uastata Iudæa, cæteras gentes simili modo deuastauit: & dignū fuit, ꝙ hostes populi dei qui eius subuersione gauisi sunt, ipsi quoq; meritam pro eo ab hostibus reciperēt uindictā. Mystice aūt in filia Edom, qui sanguineus uel terrenus interpretat, synagoga Iudæorum uel etiam generaliter turba omnium persecutorū ecclesiæ exprimitur, qui acerbissimis persecutionibus fidelium turbam in toto corde insectantur, quibus tamen certa in gehēna ignis æterni remanebit uindicta. De hac etiā Edom filia, Dauid propheta in psalmis meminit, dicēs: Memēto domine filiorū Edom in die Hierusalem, qui dicunt exinanite usq; ad fundamentū in ea.

Psal. 136.b

f ¶ *Completa est, etc.*] Completa ergo persecutione qua hostes in hoc seculo permittuntur persequi electos

A eos dei, ad probationem scilicet eorum, non ad dam-
nationem, iam ultra non addent ut transmigrent per
Apoc. 21.b eos. Quoniam absterget deus omnem lacrymam ab
oculis sanctorum suorum, & neq; luctus, neq; clamor,
neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt: Sed exul-
tent iusti in iusticia, impij autem & peccatores cum dia-
bolo mittantur in stagnum ignis & sulphuris, ubi est C
bestia & pseudoprophetæ, & cruciabuntur die ac no-
cte in secula seculorum.

Commentarij tertij in Lamentationes
Hieremiæ finis.

IN ORATIONEM HIEREMIAE

PROOEMIVM.

POst lamentationem ergo (quæ literis Hebraicis secundum seriem earundem literarum quadruplicem, opportunis locis ut diximus, prænotata est) sequitur oratio prophetæ, quæ uastationem urbis Hierusalem, & casum populi Iudæorum, historialiter deplorat. Et spiritualiter ruinam animarum fidelium, & uastationem quam passę sunt à nequitijs spiritualibus flebiliter cõmemorat. Ad extremum uerò ipsius domini opem & misericordiam subuenire afflictis humiliter deprecatur.

COMMENTARIA IN ORATIONEM Hieremiæ.

Recordare domine quid acciderit nobis, etc.] Vsus prophetarum est, frequenter per humanas consuetudines dominũ supplicare: recordare eũ uel memento illi dicitur, qui nullius aliquãdo potuit obliuisci. Non enim ut ad memoriã redeat diuinitas commonetur, coram qua B omne præteritũ & futurũ semper præsens est. Non est dignũ in illa maiestate ponere obliuionis iniuriam, sed ideo recordari ut meminisse postulat, ut cito auxilium indi gentibus conferat, & palàm faciat quod antea fuit occultũ. Has enim Tropologias frequenter in scripturis
Gen. 9.c diuinis inuenies, ut est illud in Genesi: Recordabor fœ-
Exod. 6.a deris mei. Vel in Exodo: Recordatus est dñs pacti qd'
Ibid. 32.c pepigerat cum Abrahã, Isaac, & Iacob. Recordare, inquit, domine quid acciderit nobis in calumnia uastationis, intuere & respice opprobrium nostrum, quod passi sumus ab his qui duxerunt nos quasi seruos captiuos in terram alienam, & abusi sunt nostri ad seruitium suum. *b* ¶ *Hæreditas nostra uersa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos.*] Cum diuersæ gentes undiq; congregatæ, possident terram inclytam, quam promisisti patribus nostris dare in possessionem. *c* ¶ *Pupilli facti sumus absq; patre, matres nostræ quasi uiduæ.*] Quia defensore destituti sumus quasi pupilli: nec personas habemus, quæ nobis nutriminis solatia solebant conferre: sed quasi uiduæ omni prouisione ac consolatione priuati sumus. *d* ¶ *Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra precio comparauimus.*] Duo elementa in quibus maxime nutritur uita humana, & quorum usus omnibus communis est, sibi dicit propter captiuitatis penuriam difficilem esse adempta, ita ut nec aquam ad bibendum, nec ligna ad focum sine precij redemptione habere possent. *e* ¶ *Cernicibus minabamur: lassis non dabatur requies.*] More iumentorum ceruicibus ligatis se minari dicit: quia hostis eorũ, nullam dominationem sui habere permittit: sed trahuntur quocunq; impetus dirigentis uoluerit, nec lassis ad refrigerandum, ulla datur facultas, & unde solatium quæsierunt, mox subdit dicens: *f* ¶ *Aegypto dedimus manum & Assyrijs, ut saturaremur pane, etc.*] Semper enim Israelitæ auersi sunt cordibus in Aegyptum, & ab Assyrijs sæpius auxilia petebant. Vnde merito ab eis sunt flagellati: quibus deserto deo propter cupiditatem terrenam, elegerũt esse subiecti. Iuxta Allegoriã uerò hæc querimonia conuenit his qui propter D peccata sua uirtutib. spoliati, traditi sunt in manus hostiũ spiritualiũ: & maxime Iudæis, qui post Christi aduentum innitentes ueteri traditioni, ipsam legem Moysi & benedictionem paternam quam hæreditario iure uidebantur possidere, perdiderunt, & data est gentibus, quia in Christo crediderunt: quia in semine Abrahæ benedicentur omnes cognationes terræ. Vnde repugnantibus illis & contradicentibus prædicationi Pauli & Barnabæ, responsum est: Vobis *Act. 13.f* oportebat primum prædicare uerbũ dei, sed quia repulistis illud: ecce cõuertimur ad gentes. Isti ergo quasi pupilli facti sunt absq; patre, quoniam deum uerum patrem habere renuerunt, & alium patrem elegerunt. *Ioan. 8.f* De quo ad illos dictum est: Vos ex patre diabolo estis. Horum matres nimirum synagogæ, factæ sunt quasi uiduæ, quia priorem uirum, hoc est deum, propter fornicationem idololatriæ habere non meruerunt. Hi aquam scientiæ uoto discendi, quasi pecunia ad bibendum redimunt: sed quia Christum in ea non inueniunt, æterna siti dispereunt, semper quidem discentes, sed nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Similiter etiam ligna precio comparant, cum exercendis uirtutibus operam dant. Sed quia ardorem charitatis in eo habere despiciunt, in uacuum totum laborem expendunt. Hos quidem scribæ eorum & Pharisæi per uarias sectas & traditiones inutiles, ceu ceruicibus iunctis minabant, nec lassis in eo dabant requiem. Et quoniam Aegypto spirituali & Assyrijs propter gulam seruire magis quàm deo eligunt, æterna egestate peribunt. Sic enim patres eorum terrenis

ORATIO HIEREMIAE.

RECordare domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum. Hæreditas nostra uersa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi uiduæ. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra precio comparauimus. Cernicibus minabamur: lassis nõ dabatur requies. Aegyptó dedimus manum & Assyrijs, ut saturaremur pane

negocijs

A negocijs atq; uoluptatibus dediti fecerũt, & filij eorum adhuc facere non desinunt. Ideo sequitur. *a* ¶ *Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eorũ portauimus.*] Ideo iniquitates eorum portauerunt, quia imitatores eorum in nequitia extiterunt, iuxta illud quod scriptũ
Hier. 31.c est: Patres nostri comederũt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerũt. Et
Exod. 20.a in Exodo: Ego sum, ait, dominus deus tuus æmulator, qui reddo peccata patrũ super filios usque ad tertiam generationẽ, his qui oderunt me: & faciam misericordiam in milia his qui diligũt & custodiunt præcepta mea. Nec cõtrarius est iste locus
Ezech. 18.a illi testimonio Ezechielis, ubi dicitur: Filius autem non portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij, quia mox sequitur: Iusticia iusti erit super eum. *b* ¶ *Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.*] Seruos appellat gentiles, qui idolis seruiebant, & dæmonibus immolabant, in quorum dominium propter peccata sua traditi sunt Israelitæ, qui quondam fuerunt in loco filiorum deputati.
Osee 11.a Vnde scriptum est: Ex Aegypto uocaui filium meum
B primogenitũ Israel. Nec fuit qui redimeret illos de manibus eorum. Quoniam defensorem & liberatorem deum habere non meruerunt. *c* ¶ *In animabus nostris afferebamus panem nobis à facie gladij in deserto.*] Hoc est cum animarum nostrarum periculo quæsiuimus nobis uictum in deserto gentium constituti. Merito ergo seruis subijcitur qui libertatem sponte perdit. Si enim in Christum Iudæi crederent, uere liberi essẽt, & pane uitæ pasti, periculum animarum suarum ueraciter deuitarent. Nunc autem quia uerum liberatorem spreuerunt, imò crucifixerunt, de terra sua electi, uagi & profugi in toto uersantur orbe, & sedibus incertis discurrentes, uictum cum periculo uitæ acquirunt. Quod bene
Gen. 4.b Cain parricida præfigurabat, cui data est sententia, ut uagus & profugus, pauens & tremens, per loca uaria discurreret: nec usquam tutus & securus maneret. *d* ¶ *Pellis nostra quasi clibanus exusta est à facie tempestatũ famis.*] In pelle exusta deformitatem obscœnam ostendit, quam fame & siti & nuditate inter hostes positi passi sunt. Clibanus est coquendis panibus ænei uasculi deducta rotunditas, quæ sub urentibus flammis ardet intrinsecus. In qua similitudine merito peccatores Iudæi ponuntur, qui in futuro iudicio, & mœrore animi & pœnali excruciatione torquendi sunt, quia contra
Psal. 20.b regulas domini obstinata mente uixerunt. Vnde scriptum est in Psalmis: Pones eos ut clibanũ ignis in tempore uultus tui. Tempus uerò uultus domini, dies iudicij est, quando filius hominis uidebitur ab hominibus, sed solum eum iusti etiam diuinitatis suæ contemplatione respiciunt. Veraciter enim fame conficitur, quisquis cœlesti pane satiari non meretur. *e* ¶ *Mulieres in Sion humiliauerunt, uirgines in ciuitatibus, etc.*] Diuersas species calamitatis enumerat, quas gens nefanda in deuastatione Chaldæorum siue Romanorum perpessa est. Ibi enim mulieres eorum constupratę sunt, uirgines in ciuitatibus oppressæ, principes manibus uincti: senes C sine honore, adolescentes & pueri in turpis officij abusione. Hoc enim ideo eis contingit, quia creatorẽ suum honorare noluerunt, sed falsis dijs atq; simulacris humana arte confictis, diuinum honorem impartierunt ut qui propter libidinem suam in cultura falsorum deorum impudice uixerunt, hostiũ manibus traditi, omni turpitudine & confusione afficerentur. Sed iuxta allegoriam, quisquis sæuitiam spiritualium hostium intelligit ueraciter, ingentem confusionem quam in animalib. sua fraude deceptis gerunt agnoscit, ubi omnis impudicitia atq; immunditia, insolentia & inhonestas regnat: ubi tot apparent cõfusiones, quot sunt uitiorũ facies. *f* ¶ *Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentiũ.*] Nec enim ibi potest maturitas esse consilij, ubi nullus est ordo iudicij, nec psallentium chorus ibi consistere potest, ubi dolor & gemitus præsens est. Musica enim in luctu, ut quidam ait, importuna narratio. Vnde & sequitur. *g* ¶ *Defecit gaudiũ cordis nostri, etc.*] Bene ergo ibi dicitur chorũ in luctũ cõuersum esse, ubi constat gaudiũ cordis defecisse, & honorẽ ueræ religio D nis periisse: quia ubi non est lætitia mentis, frustra sonat melodia carminis. Vnde propheta ex persona captiuorũ in psalmis: Super flumina Babylonis illic sedi- *Psal. 136* mus & fleuimus, dum recordaremur Sion, in salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra. Et quia propheta luctũ sibi inditũ, & gloriã depositam conquestus est, causam addit afflictionis suæ & doloris: Væ, inquit, nobis quia peccauimus. Peccato enim cõmisso & non per condignam pœnitentiã & correctionẽ uitæ emendato: merita uindicta succesit, quia quod homo pœnitendo non corrigit, diuinæ ultionis sententiã expecta-
bit, attestante Apostolo qui ait: Existimas ô homo qui *Rom. 2.a* iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas dei te ad pœnitentiam adducit? *h* ¶ *Propterea mœstum factũ est in dolore cor nostrũ, ideo cõtenebrati sunt oculi, etc.*] Recte ergo propter peccatum, mœstum cor factum esse dicitur, quia ubi iniquitas premendo insidet cordi, ibi non est habitatio spiritus sancti: sed animus totus caligine obscuratur peccati: cum in eo dedignatur splendorem suum infundere gratia summi paracleti. Spiri- *Sap. 1.b* tus enim sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & in maliuolam animam non introibit sapiẽtia. Nam aliam adhuc subiungendo pandit mœroris causam. *i* ¶ *Propter montem, etc.*] Iuxta historiam ergo digna fuit doloris mœsticia, quod in loco ubi sanctuariũ domini cõstitutum erat, & cultura dei celeberrima, bestiarum ibi fuerunt latibula. Secundũ Allegoriã autẽ non minus imò magis dolendũ est, cp in anima Christiana ubi contemplatio fuit diuina, erroris regnet insipientia. Vulpes enim non alios cp̃ hæreticos, ppter dolũ & calliditatẽ intelligere debemus, qui ubicũq; cum dogmate suo intrauerint totũ animũ turbant, & tenebris erroris obcæcant.

Tu autem domine in æternum permanebis, & solium tuum in generatione & generationem. Quare in perpetuum obliuiscéris nostri? ne derelinquas nos in longitudine dierum. Cõuerte nos domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros sicut à principio. Sed proijciens repulisti nos: iratus es contra nos uehementer.

a ¶ *Tu autem domine in æternum permanebis, etc.*] Enumerata multitudine tribulationum, quas supra retulit propheta, æternam domini potentiam & maiestatem & solium eius, uerbis simplicibus cõmemorando prædicat: quatenus eum humili petitione ad miserandum prouocet ad acceleratione opportuni auxilij, ne diu sub hostiũ dominatione cõstituti, penitus desperatiõe deficiãt. Quod autẽ dicit: Quare in perpetuum obliuisceris nostri? more humano loquit, quod quasi oblitus omnino spernere uideat, qui eis cito non
Psal. 102.b auxiliatur: cum alibi de eo scriptum sit: Non in finem
ibid. 94.a irascetur. Et iterũ: Non repellit dominus plebem suam.
B Non enim Iudaicam plebẽ dominus ita repulit, ut ultra eis misereri nolit, sed cæcitas ex parte cõtingit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret. Nũc quoq; quotidie, sicut dudum fecerat, aliquos ad fidem Christi, & ecclesiasticã unitatẽ conuertit, ut electio salua fiat: nam & ex ipsa plebe quam sibi dominus in patribus cognoscitur elegisse, extiterunt prophetæ: inde sunt & apostoli multi fideles, qui domino syncera mente cre-
Rom. 11.a diderunt, sicut doctor gentium testatur, dicens: Nunquid repulit dominus plebem suam quam præsciuit? Absit: nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin, & reliqua. Sed unde eis uera salus prouenire possit, subiungendo manifestat. b ¶ *Cõuerte nos domine ad te & cõuertemur: innoua dies nostros sicut à principio.*] Quem enim dominus conuerterit, ille ueraciter saluus erit: quem autem ipse despexerit, nemo corrigere potC erit. Quod autem dicit: Innoua dies nostros sicut â principio, hoc postulare uidet: ut sicut à principio primos patriarchas eorum Abraham, Isaac, & Iacob plena fide & dilectione sibi esse fecit deuotos: ita & ipsos eodẽ munere sibi fideles ac deuotos facere dignet. Quod in aduẽtu Heliæ per Malachiã prophetam illis promissum esse plerique arbitrantur, ubi dicitur: Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam, antequã ueniat *Mala. 4.b*
dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorũ ad patres eorum, ne forte ueniam & percutiam terram anathemate. c ¶ *Sed proijciens repulisti nos, iratus es contra nos uehementer.*] Non enim D hæc quasi desperando de salute populi sui locutus est, sed ut dolorem suum nimiũ de contritione & abiectione diutina gentis suæ manifestaret. Vidit enim prophetico spiritu quod ipsi Iudæi in aduentu Christi non essent crediturí, sed euangelio contradicturi, & ipsum hæredem morti tradituri, sicut in plerisq; locis istius libri ante declarauit. Cæterum de conuerlione eius ultima nullo modo dubitauit, sed plenissime credidit: quod in semine Abrahæ benedicentur omnes cognationes terræ, in qua uniuerlitate nimirum, & ipsi Iudæi comprehenduntur.

Commentariorum in Lamentationes Hieremiæ prophetæ, finis.

A

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN PRIMVM
COMMENTARIORVM EZECHIELIS
ad Eustochium Prooemium.

C

INITIS in Esaiam decem & octo explanationũ uoluminibus, ad Ezechiel, quod tibi & sanctæ memoriæ matri tuæ Paulæ ô uirgo Christi Eustochium sæpe pollicitus sum, transire cupiebã: & extremã, ut dicitur, manum operi imponere prophetali: & ecce subito mors mihi Pammachij atq; Marcellæ, Romanæ urbis obsidio, multorũq; fratrũ & sororũ dormitio nunciata est. Atq; ita cõsternatus obstupui: ut nihil aliud diebus ac noctibus nisi de salute omniũ cogitarẽ: meq; in captiuitate sanctorũ putarẽ esse captiuũ, nec possem prius ora reserare, nisi aliquid certius discerem, dum inter spem & desperationẽ sollicitus pendeo, aliorũq; malis me crucio. Postquã uerò clarissimũ terrarũ omniũ lumẽ extinctũ est: imò Romani imperij truncatũ caput, & ut uerius dicã, in una urbe totus orbis interijt: obmutui & humiliatus sum, & silui de bonis, & dolor meus renouatus est: cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exarsit ignis: nec putaui illã sentẽtiã negligendam: musica in luctu importuna narratio. Verũ quia & tu indesinẽter hoc flagitas, & magno uulneri cicatrix paulatim obducit, scorpiusq; inter Enceladũ & Porphyriũ Trinacriæ humo premit, & Hydra multorũ capitũ cõtra nos aliquãdo sibilare cessauit: datũq; tẽpus quo nõ hæreticorũ respõdere insidijs, sed scripturarũ expositioni incũbere debeamus: aggrediar Ezechiel prophetã, cuius difficultatẽ Hebræorũ probat traditio. Nã nisi quis apud eos ætatẽ sacerdotalis ministerij, id est, tricesimũ annũ impleuerit: nec principia geneseos, nec canticũ canticorũ, nec huius uoluminis exordiũ, & finẽ legere permittit: ut ad perfectã scientiã & mysticos intellectus, plenũ humanæ naturæ
B tẽpus accedat. Quod opus si per dñi misericordiã ad calcẽ usq; perduxero, transibo ad Hieremiã q, in lamentationibus suis sub typo Hierusalẽ quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto. D

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam,
Liber primus.

T *factũ est, etc.*] Tricesimus annus nõ ut plerique existimãt ætatis prophetæ dicitur, nec iubilei q
4 Reg. 22.b est annus remissionis, sed à duodeuicesimo anno Iosię regis
2 Par. 34.c Iuda: qñ inuẽtus est liber Deuteronomij in templo dei, usque ad
4 Re. 24.d quintum captiuitatis annũ Ioachin cognomento Iechoniæ, qui cum matre ductus est in Babylonẽ, & cum Daniele tribusq; pueris, & Ezechiel, quæ
Luc. 3.c est tribus Iudæ prima captiuitas, quãdo stillauit ira dei super Hierusalẽ. Secundũ Anagogen uerò præfiguratẽ dñs atq; saluator, qui triginta annos natus uenit ad baptismũ, quæ in homine perfecta ætas est. Vnde & in nu-
Num. 4 merorũ uolumine iuxta Hebræos, non ut in Lxx. cõtinẽt, à uicesimo quinto ætatis anno, sed à tricesimo incipiũt sacerdotes in tabernaculo ministrare. In quod signũ præcessit & Ioseph qñ in Aegypto esurienti populo
Gen. 41.f frumẽta largitus est, & Ioannes baptista uenit ad fluenta Iordanis, prędicauitq; baptismũ pœnitẽtiæ. Quodq;
Luc. 3.c scriptum est, in quarto, pendente scientia subauditur, mense. statim enim sequitur, in quinta mẽsis. Quod ut manifestius fieret: supra addidere Lxx. b ¶ *Cum essem, etc.*] Captiuũ sedisse populũ super flumina Babylonis: Dauid prophetat in spiritu: Super flumina Babylonis *Psal. 136.a*
ibi sedimus & fleuimus. Chobar aũt, aut nomẽ est fluminis: aut certe iuxta interpretationẽ suã, qua in grauem uertitur: Tygrim significat & Euphratem, & omnia magna & grauissima flumina quæ in terra Chaldæorũ esse perhibent. Apertosq; cœlos non diuisione firmamenti, sed fide credentis intelligę, eo q cœlestia sint illi reserata mysteria. Vnde & in baptismate saluatoris, qñ spiritus sanctus in specie *Matt. 3.d*
columbę descẽdit super eum: apertos cœlos legimus, quibus reseratis pandunt uisiones dei, non una uisio sed plures: dicẽte dño per ꝓphetã: Ego uisiones multiplicabo, & in manibus *Osee 12.c*
ꝓphetarũ assimilatus sum. Istæ sunt uisiones quas omnis Ezechielis ꝓphetia cõtexuit. Significantiusq; iuxta Hebræos & cæteros interpretes transmigratio dicit Ioachin, & non captiuitas: quod Lxx. transtulerunt. Non eñ captus urbe superata, sed uolũtate se tradẽs, ductus est in Babylonẽ. Igitur Ioachin, id est, Iechoniæ dicatur prima transmigratio: Sedechiæ aũt secũda, uel extrema captiuitas. c *Factum est, etc.*] Et Danieli & Ezechieli qui in Babylone erant, iuxta flumina futurorũ sacramenta

EZECHIEL ▸

T factum est in tricesimo anno, in quarto in quinta mẽsis: Cũ èssem in medio captiuorũ iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cœli, & uidi uisiones dei in quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin. Fãctũ est uerbum domini ad Ezechiel filiũ Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar. Et saper eum: apertos cœlos legimus, quibus reseratis pandunt uisiones dei, non una uisio sed plures: dicẽte dño per ꝓphetã: Ego uisiones multiplicabo, & in manibus ꝓphetarũ assimilatus sum. Istæ sunt uisiones quas omnis Ezechielis ꝓphetia cõtexuit. Significantiusq; iuxta Hebræos & cæteros interpretes transmigratio dicit Ioachin, & non captiuitas: quod Lxx. transtulerunt. Non eñ captus urbe superata, sed uolũtate se tradẽs, ductus est in Babylonẽ. Igitur Ioachin, id est, Iechoniæ dicatur prima transmigratio: Sedechiæ aũt secũda, uel extrema captiuitas. c *Factum est, etc.*] Et Danieli & Ezechieli qui in Babylone erant, iuxta flumina futurorũ sacramenta

A pandant ſuper aquas, imò in aquis puriſſimis: ut baptiſmatis potẽtia monſtraret. Alioquin & apl's Paulus
Act. 9.c qñ ab Ananía lotus in dño eſt, tegẽtibus prius oculos eius ſquamis, caruit cęcitate. Et in Geneſi, prima quę uiderẽt, de aquis egreſſa ſunt. Illud quoq; intelligendum,

HEBR. Et factâ eſt ſuper eum ibi manus domini. Et uidi, & ẽcce uentus turbinis ueniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius. Et de medio eius quaſi ſpecies electri: id eſt, de medio ignis.

SEP. Et facta eſt ſuper me manus dñi. Et uidi, & ecce ſpũs auferẽs (ſiue attollẽs) ueniebat ab aqlone, & nubes magna in eo, & ignis micãs, & ſplẽdor ĩ circuitu eius. Et in mẽdio eius quaſi uiſio electri in medio ignis ÷ & ſplendor in eo ..

Et in mẽdio eius ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis.

quę ſancti ſuæ ætatis anno dñs ad baptiſma uenerit: in quarto menſe, qui apud nos uocat Ianuarius, & eſt in anni primus exordio, præterniſam menſem nouorũ, in quo paſcha celebrat. Apud oriẽtales enim populos, poſt collectionẽ frugũ & torcularia: qñ decimę deferebant in templũ, October erat primus mẽſis, & Ianuarius quartus. Quintâ aũt diẽ mẽſis adiungit, ut ſignificet baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cœli, & epiphaniorũ dies hucuſq; uenerabilis eſt, nõ ut quidã putãt natalis in carne, tũc em̃ abſcõditus eſt & nõ apparuit: Qđ huic tẽpori cõgruit,
Matt. 3.d qñ dictũ eſt hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Porrõ Buzi in linguã noſtrã uerũ ſpretus atq; contemptus: Ezechiel roboratus à deo. Quod ſic dño coaptabit: ut dicamus creatorẽ mũdi qui pater eſt ſaluatoris, ab omnib. hæreticis ſperni atq; cõtemni, q uetus
1.Cor. 1.d nõ recipiũt teſtamentũ. Nec mirũ robuſtũ dei eſſe dñm, cũ ipſe dei ſit uirtus, deiq; ſapiẽtia. a ¶ *Et facta eſt, etc.*] Vt cernere uiſiones dei & intelligere poſſimus: manu
B & fortitudine dei ſup nos opus eſt. In qua manu & brachio, eductus eſt populus Iſrael de Aegypto, cuius for-
Exod. 8.e titudinis partẽ etiã magi intellexerũt, dicentes: Digitus
Luc. 11.c dei eſt. Et ſaluator in euangelio: Si ego in digito dei eij-
Matt. 12.c cio dæmonia. Pro quo in altero euãgelio ſcriptũ eſt: Si ego in ſpiritu dei eijcio dæmonia. *b* ¶ *Et uidi, etc.*] In cõſolationẽ populi tranſmigrãtis & reuelationẽ ſententiæ dei: propheta uidet maximã uiſionẽ. In cuius interpretatione omnes ſynagogæ Iudæorũ mutæ ſunt, ultra hominẽ eſſe dicentiũ, & de hac & de ædificatione tẽpli quod in ultimo huius prophetiæ ſcribit, aliquid uelle conari. Nos autẽ quæ à maioribus accepimus, & iuxta modum ingenioli noſtri, ſpiritualibus ſpiritualia cõparãtes, ſuſpicari magis poſſumus q̃m explanare: Beniuolis credimus fidiſq; lectoribus ueniam deprecantes: ut temeritati imò fidei neſcienti menſurã ſuã, faueant magis q̃m iraſcant. At primũ ſciendũ, ſpiritũ auferentẽ ſiue attollentẽ, quem nos iuxta Aquilã interpretati ſumus, uentũ turbinis, & iuxta Symmachũ & Theodotionem flatũ ac ſpiritũ tẽpeſtatis, ab alijs in bonã, ab alijs in cõtrariã partẽ accipi. Verbũ enim Hebraicũ רוח pro lorũ qualitate: uel ſpiritus, uel anima, uel uentus acci-
Pſal. 103.d pitur. Spiritus, ut ibi: Emitte ſpiritũ tuũ & creabuntur. Anima: Egredieẽ ſpiritus eius & reuertẽ in terrã ſuam. Ventus: In ſpiritu uiolento cõteres naues Tharſis. Et alibi: Ignis & ſulphur & ſpiritus procellarũ, pars calicis corũ. Qui uentũ & flatũ tempeſtatis legunt, hoc ſentiũt, iram & furorẽ dei uenire ab aquilone, hoc eſt, Nabuchodonoſor, & Hieruſalẽ poſt ſex annos huius uiſionis eſſe capiendam. Cernitur enim uiſio quinto anno trãſmigrationis regis Ioachin, qui & Sedechiæ regnanti in Hieruſalẽ quintus erat, quẽ legimus poſt ſex ſimiliter annos, id eſt, anno undecimo imperij ſui: urbe capta ductum in Babylonem. His ergo qui habitabant iuxta flumen Chobar, & ſponte ſe regi tradiderant, reuelatur quod beneſecerint obedire ſentẽtiæ dei. In breC uiem̃ & Iudææ prouinciã, & urbẽ Hieruſalẽ eſſe capiendã. Quodq; nubes magna deſcribit, intelligimus eam imbres euerſionũ ſuper Iudæã pluuiasq; alliſionũ portare. Et inuolutus ignis, mõſtrat uẽtura ſupplicia, & captiuitatis mala. Splendorq; in circuitu eius: ſignificat dei aperta iudicia. Qui aũt in contrariã partem ſentiũt, hoc eſt, bonã: ſpiritũ auferentẽ ſiue exrollentẽ, ſpiritum ſanctũ intelligũt: qui auferat ab hominib. uitia atq; peccata, ſiue iacẽtes attollat ad ſublimia, faciat recedere ab aquilone uento frigidriſſimo, à quo exardeſcunt mala ſuper
Eccl. 43.b omnẽ terrã: Et in Hie-
Hier. 1.c remia, olla illa terribilis à facie aquilonis accenditur. Nubem quoq; magnã ad perſonã Chriſti referunt, qui uenit in Aegyptũ huius ſeculi ſuper nubẽ leuem, magnamq; proprie dici ad cõparationẽ minorũ, prophetarũ uidelicet & apoſtolorũ omniũq; ſanctorũ, de quibus ſcriptũ eſt: Et ueritas tua uſq; ad nubes. Et: Manda
Eſa. 5.b bo nubibus ne pluant ſuper Iſrael imbrẽ. Et alibi: Nu-
Naum 1.a bes puluis pedũ eius. Et iterũ: Nubes & caligo in circui-
Pſal. 96.a tu illius. Ignem quoq; micantẽ & ſplendorẽ in circuitu eius: iuxta illud accipi quod ſcriptũ eſt: Deus ignis con-
Deut. 4.d ſumens eſt. Ad quẽ mittendum ſuper terrã ſaluator ue-
Luc. 12.f niſſe ſe dicit, & in nobis omnibusq; credentibus ardere deſiderat, qui cum terrorẽ peccatoribus inferat atq; D
ſupplicia, tamen ſplendore rutilet, & lumine ac fulgore ſit plenus. Idcirco nos excoquens, ut puris atq; purgatis tribuat lætiora. *c* ¶ *Et in medio eius quaſi uiſio electri in medio ignis.*] Quodq; ſequitur: Et ſplendor in eo, obelo prænotandũ eſt. Niſi addidiſſet ſcriptura dicens, id eſt, de medio ignis: propter ambiguitatẽ uerbi errare poteramus: ut putaremus ſpeciem uel uiſionẽ electri eſſe in medio uenti uel ſpiritus. Ergo hoc ſentiendum, quod in medio ignis & tormentorũ dei, electri ſimilitudo ſit, quod eſt auro argentoq; precioſius: ut poſt iudicium atq; tormenta, quæ patientibus triſtia uidentur & dura, precioſius electri fulgor appareat, dum prouidẽtia dei omnia gubernant, & quæ putatur pœna medicina eſt. *d* ¶ *Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium, etc.*] In medio eius ſubauditur quidem, electri: Sed melius, ut ignem intelligamus, qui credentibus lumen, increduli ſupplicium eſt. In huius ergo ignis medio erat ſimilitudo quatuor animaliũ, ſimilitudo non natura, quatuorq; animaliũ, quæ poſtea dicuntur quadriformia, una ſimilitudo eſt hominis, ut omnia in mundo rationabilia demonſtrentur. Faciamus enim, inquit, hominem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Imago autem & ſimilitudo dei, non eſt corporis forma ſed mẽtis, deſcripta ad ſimilitudinem ueræ imaginis Chriſti qui eſt imago dei inuiſibilis. Hæ rationales creaturæ in quatuor uerſantur locis: ſiue propter quatuor cardines mundi quibus orbis includitur, ſiue propter quatuor loca, cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ, & ſupercœleſtiũ: de quibus & Paulus apoſtolus loquitur: Vt in nomine
Philip. 2.b Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & in-
Pſal. 148.a fernorum. De tribus Pauli teſtimonium eſt. Videamus & quartum. Laudate dominũ cœli cœlorum, & aqua
1.Cor. 15.f quæ ſuper cœlos eſt, lauder nomen domini. Rurſumq; ab Apoſtolo dicuntur cœleſtia, & alia ſupercœleſtia.

Quatuor

A 4 ¶ *Quatuor facies, etc.*] De quatuor animalibus, quorum aſpectus erat ſimilitudo hominis: ita duntaxat ut ſingula haberẽt quaternas facies, & quaternas alas, pedesq; rectos, & plantã pedis, quaſi ueſtigiũ pedis uituli: ſiue, ut interpretatus eſt Aquila, rotundã, quod Lxx. penitus omiſerũt: de ſcintillis quoq; æris ſplendore rutilãtibus: & de leuibus pennis eorũ, quod in Hebraico nõ habeẽt, de manu quoque hominis ſub alis eorũ in quatuor partes: & reliquis quæ Apheticus ſermo deſcribit, conabimur quid nobis uideat dicere, cum opiniones ſingulorũ breuiter ſtrinxerimus. Quidã quatuor euangelia, quos nos quoq; in prooemio Cõmentariorũ Matthæi ſecuti ſumus, horũ animaliũ nominib. putãt deſignari: Matthæi, q̃ quaſi hominẽ deſcripſerit: Liber gẽnationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abrahã. Leonis, ad Marcũ
Iſaie 40.a referunt: Initiũ euãgelij Ieſu Chriſti filij dei, ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia ꝓpheta: Vox clamãtis in deſerto, parate uiã dñi, rectas facite ſemitas eius. Vituli, ad Lucæ euãgeliũ, quod à Zachariæ incipit ſacerdotio. Aquilæ, ad Ioãnis exordiũ, q ad excelſum euolãs cœpit: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: Su-
Apoc. 4 per quo quid nobis uideret, in ſupradicto opere dixi-
mus: pleniusq; in Apocalypſi Ioãnis horũ animãtium ſpecies ac nomina referunt ad quatuor euãgelia. Quibus quomodo poſsit omniũ animaliũ deſcriptio coaptari, tentabimus ſuo loco dicere. Alij uero qui philoſo-
B phorum ſtultã ſequunt ſapientiã, duo hemiſphæria in duobus templi Cherubim, nos & Antipodas quaſi ſupinos & cadentes homines ſuſpicant. Plericq; iuxta Platonẽ, rationale animæ & iraſcitiuũ & concupiſcitiuum: quod ille λογικὸν & θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν uocat, ad hominẽ & leonẽ ac uitulum referũt: rationẽ & cognitionem & mentẽ, & conſilium, eandemq; uirtutem atq; ſapientiã in cerebri arce ponentes: feritatẽ uero & iracundiam atq; uiolentiã in leone, quæ conſtat in felle. Porrò libidinẽ, luxuriã & omniũ uoluptatum cupidinẽ in ieCore: id eſt, in uitulo qui terræ operibus hæreat. Quartamq; ponũt quæ ſuper hæc & extra hæc tria eſt, quam Græci uocãt συντήρησιν, quę ſcintilla cõſcientiæ in Cain quoq; pectore, poſtquam ejectus eſt de paradiſo, non extinguitur: & qua uicti uoluptatibus uel furore ipſaq; interdũ rationis decepti ſimilitudine, nos peccare ſentimus. Quam proprie aquilæ deputãt, non ſe miſcentem
1 Theſſ. 5.d tribus, ſed tria errãtia corrigentem, quam in ſcripturis interdum uocari legimus ſpiritum, qui interpellat pro nobis gentibus inenarrabilibus. Nemo em̃ ſcit ea quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus qui in eo eſt. quem & Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribens, cũ anima & corpore ſeruari integrum deprecatur. Et tamen hanc quoq; ipſam
Prou. 18.d conſcientiam, iuxta illud quod in Prouerbijs ſcriptum eſt: Impius cum uenerit in profundum peccatorũ contemnit, cernimus præcipitari apud quoſdam & ſuũ lo-
Hier. 3.b cum amittere: qui ne pudorem quidem & uerecũdiam habent in delictis, & merẽtur audire: Facies meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Hanc igitur quadrigã in aurigæ modum deus regit, & incõpoſitis currentem gradibus refrenat, docilẽq; facit, & ſuo parere cogit imperio. Quam diſputationem partium animæ, id eſt, hominis, qui minor mũdus ab eiſdem philoſophis appellatur, etiã nos attingemus. Sunt qui ſimpliciter in quatuor animalibus iuxta Hippocratis ſententiã, quatuor arbitrant̃ elementa mundi monſtrari, de quibus conC ſtant omnia: ignẽ, aerẽ, aquã, terrã. Quæ quomodo ſibi miſceant̃, & cum ſingula ſint, ſibi tũcta uideant̃ inuicẽq; ſe tangãt, & in una perſona animantiũ quatuor ſpecies habeant ac figuras, non eſt propoſiti operis. Quatuor

SEP. Et quatuor facies uni, & quatuor alæ uni, & crura eorũ recta, & pẽnati pedes eorũ. Et ſcintillæ quaſi fulgurãtes æramentũ: & leues pennæ eorũ: & manus hominis ſub pẽnis eorum in quatuor partibus eorũ.

HEB. Quatuor facies uni, & quatuor pẽnæ uni, & pedes eorũ pedes recti, & plãta pedis eorũ quaſi planta pedis uituli: & ſcintillæ quaſi aſpectus æris cãdentis. Et manus hominis ſub pẽnis eorũ in quatuor partibus. Et

quoq; rotas de terrenis ad ſublimia cõſurgẽtes, ſingulis & quadriformibus iunctas animalib. uel eorundem elementorũ commixtionẽ æſtimãt, uel quatuor temporũ circulũ, q ternis conficit mẽſibus, annũq; uertentẽ, q ab eo q̃ ſemp uertat̃ in ſe & redeat, nomen acceperit. De quib. pulchre uno uerſiculo dictũ eſt: Ver, æſtas, autumnus, hyẽs, & mẽſis & annus. Quodq; dicit, erat rota in rota, annũ in anno ſignificari putãt. De quo alius Poeta: Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluit annus. Firmamenti etiã ſimilitudinẽ cryſtallo comparatã, cœlum hoc quod ſuſpicimus intelligi uolũt, ſub quo uoluunt̃ & tranſeũt quatuor animãtia. Thronumq; coloris ſapphiri, & ſedentẽ deſuper hominẽ ſub humana ſimilitudine: imperiũ cuncta regẽtis, omniaq; habentis ſub pedibus ſuis, omnipotentiæ dei deſcribi autumant, dicitq; ad extremum: Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ dei, per quæ quaſi per picturã quandã & imaginẽ, prouidentiã demõſtrari. Quodq; pedes animantiũ recti eſſe dicant̃, & planta uituli, ſeu rotunda: terrena quæq; ad cœleſtia ſubuolare, & omnibus angulis amputatis, rotunditatẽ ſequi, quæ omniũ figurarum pulcherrima eſt. Scintillas rutilantes, cuncta plena luminis indicare, & manus homi- D
nis ſub pennis tam ipſius hominis q̃m leonis & uituli & aquilæ: ut ratio cuncta ſuſtentet, ac de humilitate terrena ad cœleſtia ſubleuet. Hæc & ad euangelia & ad cuncta quæ ſuprà poſuimus referre poſſumus. Audiſſe mẽ memini quatuor perturbationes, de quib. pleniſſime Cicero in Tuſculanis diſputat, gaudij, ægritudinis, cupidinis, & timoris: quorum duo præſentia, duo futura ſunt, per quatuor ſignificari animalia: de quib. & Vergilius breuiter: Hinc metuũt cupiũtq; dolent gaudẽtq;: quæ regi debeant ratione & potentia dei: quibusq; op poſitæ ſint, imò impoſitæ uirtutes quatuor: prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperãtia: ut harũ gubernent̃ arbitrio. Quæ quomodo uultibus hominis, leonis, uituliq; & aquilæ coaptent̃, omnino tacuerunt. Super quibus idem philoſophus & orator in tribus ad filium Officiorum libris diſputat. Legi & cuiuſdam Catinæ, quẽ Syrij λεπτὸν, id eſt acutum & ingenioſum uocãt, breuem diſputatiunculam, putantis caſtrorum ordinẽ duodecim tribuum deſcribi in ſolitudine, ad orientem & occidentem, ſeptentrionẽ & meridiem, quaſi ſibi inuicẽ & charitate & conſanguinitate ſocient̃: & hoc eſſe rotã in rota, quæ ducãtur à ſpiritu, & nube protegantur in ere
mo, & columna ignis illuminentur in nocte, nec reuertantur in Aegyptum, ſed ſemper ad terrã repromiſſionis ire feſtinent. Electri autem in medio ſimilitudinem, interpretatur ſancta ſanctorum, faciemq; hominis refert ad totum Iſrael, leonis ad regale ſceptrum Iudæ, uituli ad ſacerdotalem & leuiticã tribum: extra quæ ſit facies aquilæ, uindicta & ultio dei de cœlo cuncta proſpiciens: & quæ parata ſit laniare peccantem, de qua & in
Oſee 8.d Oſee dicatur: Sicut aquila ſuper domum dei, id eſt, tem-
Infrà 17.d plum. Et in hoc eodem propheta: Aquilam magnam magnarum alarum & unguiũ, quæ habeat ductum intrandi in Libanũ: Nabuchodonoſor intelligi, quem &

A nunc significet esse uenturũ, ac super huiuscemodi quadrigam insidere aurigæ sedere deum, & facienda uel non faciẽda præscisse. Hoc aũt, inquit, populo dicitur, qui in Babylone uersatur: quod si deo colla subiecerit, ipsi⁊ suscẽ paruerit retinaculis: rursum eius mereatur auxilium, & terram quam amiserat recipiat. 4

¶ *Et facies & pennæ eorũ per, etc.*] Iuncta sibi sunt euangelia, hærentq; mutuo? & in toto orbe uolutantia huc illucq; discurrunt, nec habent finẽ uolatus: nec aliquando superantur & recedũt, sed semper ad ulteriora procedunt. Vnde & Philip. 3.c Paulus dicit: Præteritorũ obliuiscens, & in futurũ me extẽdens. Hoc idem & de uirtutib. animi possumus dicere, & de uolatu temporum cõmixtione⁊ elementorum: ⁊ præterita relinquentes, semper ad priora festinẽt. Quod autem tempora labant & fugiant, breui uersiculo demonstrat: Sed fugit interea, fugit irreparabile tẽpus. Et in carmine lyrico: Heu heu fugaces posthume post

B hume labuntur anni. *b* ¶ *Similitudo aũt, etc.*] Facies principia dicit euangeliorũ, è quibus homo & leo: hoc est, natiuitas Christi & prophetę uox tonãtis in eremo dextras partes tenent. Vituli autem, id est uictimarum & sacerdotij Iudæorum, in sinistris est: quod abolitũ transiuit ad sacerdotium spirituale, de quo dictum est: Tu es Psal. 109 sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: ita duntaxat, ut omnia sibi hæreant uno quoq; corpore censeantur. Aquila aũt, quę & super natiuitatem & super prophetiam est, quæ domini expletur aduentu, & super sacerdotium quod præterijt, & extra hæc omnia est, de natiuitate referens spirituali: quomodo pater in Esaiæ 53.c filio, & filius in patre sit. Et de qua rectissime dicitur: Generationem eius quis enarrabit? Ista sunt iuxta Apoca Apoc. 4.c lypsim, ut antè iam diximus, quatuor animalia plena oculis antè & retrò: quorum unum animal simile leoni, & secundum simile uitulo, & tertium habere faciem quasi hominis, & quartum simile aquilę uolantis. Ibiq; dicũtur in modũ Seraphim senas habere alas: duabus faciem, & duabus pedes operientia: duabus aũt uolantia, & nec in die nec in nocte cessantia atq; dicẽtia: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotẽs, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. *c* ¶ *Et facies eorũ pennæ, etc.*] Et suprà diximus iuncta sibi esse euangelia & tempora, & omnes rationales esse creaturas, quatuorq; uirtutes: ita ut qui una caruerit, omnibus careat. Quodq; duæ extentæ sunt, & in altum se eleuant, prædicationem cœlestem significat, & omnia ad dei tendere maiestatem. Duæ autem quibus teguntur corpora, humana excluditur scientia, nec perfectus præbetur intuitus, dicente 1 Cor. 13.c Apostolo: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum aũt uenerit quod perfectum est, destruentur ea quæ ex parte sunt. *d* ¶ *Et ũnumquodq; coram facie, etc.*]

Et faciẽs & pennas per quatuor partes habebant: iunctæq; erant pennæ eius alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent: sed unumquodq; ante faciem suam gradiebat. Similitũdo autem uultus eorũ, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et faciẽs eorum & pennæ eorum extentæ desuper, duæ pennæ singulorũ iungebantur, & duæ tegebant corpora eorũ. Et ũnumquodq; coram facie sua gradiebatur. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.

HEB. Et similitudo animaliũ, & aspectus eorũ quasi carbonũ ignis ardentiũ, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat uisio discurrens in medio animalium: splẽdor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibãt & reuertebantĩ similitudinẽ fulguris coruscãtis.

Cumq;

SEPTVAGINTA. Et in mediõ animalium uisio, sicut carbonum ignis ardentium, sicut facies lampadarum discurrẽtium in medio animaliũ: & splendor ignis, & ex igne egrediebatur, quasi fulgur, & animalia currebant & reuertebantur quasi species ζεβέϊ.

Et uidi

Qui aratri stiuam tenet, non debet respicere post tergũ, nec imitari uxorem Lot: ne incidat in plagam Deutero nomij: & pereat ὀπισθότονῳ insanabili, quo cecidit & Heli, quia uitio filiorum offenderat deum: quanto magis quatuor animalia quæ plena erant lumine atq; pennata: quæ sequuntur spiritum sanctum præcedentem: quæ ita per orbem uolitant, & se ad excelsa sustollunt, ut corpora sua protegant pennis historiæ, nec nobis aspectum tribuant pleniorem? Quod autem secundo dicitur: Non reuertebantur cum incederent, utriusque instrumenti indicat sacramentũ, quod in quatuor istis animãtibus & lex & euangelium ad futura festinent: & nunquam retro motum accipiant. *e* ¶ *Et in medio animalium uisio sicut carbonum ignis ardens, etc. & splendor ignis & ex igne egredieb, etc.*] Quodq; sequitur: Et animalia currebant, & reuertebantur quasi species zebek: de editione Theodotionis in Septuaginta ad ditum est. Qui ne cõtra priores duas sententias propheta dicere uideretur: hoc quod putabant esse contrarium, id est, & animalia currebant & reuertebantur, silendum putauerunt, ne legenti scandalum facerent. Melius autem in diuinis libris transferre quod dictum est: licet nõ intelligas quare dictum sit, quàm auferre quod nescias. Alioquin & multa alia quæ ineffabilia sunt, & humanus animus capere non potest, hac licentia delebuntur. Nos autem hoc dicimus, quod quomodo in Prouerbijs in eodem Prou. 26.a loco scriptum est: Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam, ne similis ei fias. Et rursum ponitur quod nobis uidetur esse contrarium: Respondе stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur: & utrumq; pro temporum & personarũ diuersitate concordat, dum & stultus contemnitur, quia non recipit sapientiam, & stulta superbia alia decutitur stultitia, iuxta quod & Apostolus dicit: Factus sum insipiens, uos 2 Cor. 12.d me coegistis: Ita & in hoc loco debere nos quærere, quare suprà secundo dictum sit: Non reuertebantur animalia cum incederent: & nunc semel, animalia currebant & reuertebantur. Esset⁊ quæstio, nisi sequeretur, in similitudinem fulguris coruscantis, quod Hebraico sermone dicitur בָּזָק & interpretatus est Symmachus, quasi species radij fulguris. Quomodo igitur crebris micat ignibus æther, & in ictu oculi atque momento discurrunt fulgura & reuertuntur, non amittentia matricem: & ut ita dicam, fontem ignis atq; materiã: ita & hæc animalia cum inoffenso pergãt pede ad priora festinant. Sin autem conatui suo aliquid obstitum uiderint, non tam reuertuntur quàm contrahunt se: extendenda rursum & præbitura lumen quod parumper absconderãt, ut dent seruis cibaria in tempore suo, nec tribuant sanctum canibus, nec mittãt margaritas ante porcos

A poreos. Vnde & Paulus dicit: Lac uobis potũ dedi non esc̃ã, necdũ enim capere poteratis. Electio⁊ Iudę & Saulis unctio nõ arguũt deũ ignorãtiæ futurorũ, sed præsentiũ monstrant esse iudicẽ. Vnde & apostolis præcipit, ut Matt. 10.b si indignã domũ salutatione pspexerint, excutiãt prius pedes, & pax quã domui dederant reuertatur ad eos. Carbones autẽ ignis ardentis & lampades in medio animaliũ discurrẽtes, de illo loco interpretãdę sunt Esaię: Esaiæ 5.f Et comedet ignis sicut fœnum materiam, & sanctificabo eos in igne ardẽte. De quibus Psal. 139.c & alibi scriptũ est: Cadent super eos carbones ignis. Et contra labia dolosa in alio psalmo dicit: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cũ carbonibus desolatorijs. Et in Esaiæ 47.d alio loco: Habes carbones ignis, sedebis supra eos: hi erunt tibi in adiutoriũ. Quãcunq; creaturam aspexerimus, fulgurat dei notitiã, dum ex creaturis creator agnoscitur. De mediog; animantiũ splẽdor ignis

B & fulgur egreditur. Si enim euangelia sibi colliseris, in medio literæ uilisq; historiæ spiritus sancti sacramẽta reperies. *a* ¶ *Cumq; aspicerẽ animalia, etc.*] Hucusq; quatuor animantiũ quæ quaternas habebant facies, pictura describit̃, sequentiũ spiritũ & nubẽ quæ erat in medio spiritus: nũc per singula animalia singulæ ponunt̃ rotæ, quę nõ erant iunctæ animantibus, sed sequebant̃ ea. Siue una rota apparuit super terram, quæ diuisa per quatuor, tot habebat facies, quot animalia sequebatur. Tantaq; similitudo erat rotarũ quatuor sequentiũ animalia quatuor, ut una rota uerissime crederet̃. Opusq; earũ erat atq; factura, quasi uisio Tharsis, quam nos in mare uertimus. Aquila hyacinthum posuit, qui lapis cœli habet similitudinẽ. Aspectusq; earum erat quasi rota in rota: ut non unã rotam crederes, sed alteram alteri copulatã. Per quatuor partes ibant, & nõ trahebantur, nec reuertebantur retrorsum. Quî enim fieri poterat ut reuerterẽtur, cum sequerentur animalia quę semper ad priora se tenderẽt? Statura quoq; rotarum & altitudo tãta erat, ut miraculum uidentibus faceret. Totumq; corpus & dorsa erant plena lucis in circuitu: ut nullũ mẽbrorũ aspiceres quod oculos luminis nõ haberet: qualemq; describunt fabulæ poetarũ Argum fuisse centoculũ, siue multorũ oculorum, quem Iuno in pauum uertit ob negligentẽ custodiã: ut quod miraculũ est cõditoris dei, hoc cõdẽnatio esset inulti adulterij. Omnia cœlestia & terrestria, & quic quid sub humanã cadit intelligentiã, solis rotis uoluit̃. Solis annuũ circulũ per singulos mẽses luna decurrit. Lucifer qui ipse uesper est, dũ ad orientẽ & ad occidentem rutilus micat, & noctis tenebras paruo tẽperat lumine: duobus annis eundẽ cõficit cursum, aliaq; astra quatuor quæ uocant̃ errãtia: & quicquid fulget in cœlo, segetũ quoq; & arborũ herbarũq; uarietates p quatuor tẽpora suis currũt rotis: nihilq; aspicimus qđ antè nõ fuerit. Gyrãs gyrando uadit spũs, & in circulos suos reuertit̃. Omnes torrẽtes uadũt in mare, & mare nõ adimplet. Quare? qa ad fontes suos de matrice abysso reuertũtur. Euãgeliorũ aũt, id est, quatuor animalium quę spirãt, uiuũt, intelligũt: si quis rotã cursumq; consideret: in breui tpe uidebit mũdũ esse cõpletũ sermone apico. rota quoq; in rota, uel duorũ iũctura testamẽtorũ est, quod indicat scala Iacob & forceps Esaiæ, & gladius bis acutus: uel euãgelia sibi cohærẽtia, quorũ cursus & statura tẽdit ad cœlũ: paululũq; qd attingit in terra, & semp ꝓperãs ad excelsa festinat. De quib. & alibi dicit̃: Lapides sancti uoluũtur sup terrã: ex quib. ædificat̃ cœlestis Hierusalẽ. Hoc ipsũ puto significare et illud qđ in psalmo canit̃: Vox tonitrui tui in rota. Et alibi: Quæ inflammat rotã natiuitatis. Quæ testimonia, quę sensũ

SEPT. Et uidi, & ecce rota una super terram sequens animalia quatuor. Et aspectus rotarum & factura earum quasi species Tharsis. Et similitudo in quatuor, & opus earũ erat sicut solet esse rota in rota. In quatuor partes earum ambulabant, & non reuertebantur cum ambularent. Et dorsa earum & altitudo erat eis. Et uidi eas, & dorsa earum plena oculis, in circuitu ipsarum quatuor. Cumq; ambularẽnt animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur, sequentes eum: spiritus enim uitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ sequentes ea: quia spiritus uitæ erat in rotis. Et similitudò super caput animalium firmamenti quasi

in suis locis habeãt: nõ huius est temporis. Totũ aũt corpus & dorsa plena oculis approbabit, qui uiderit nihil esse in euangelijs quod nõ luceat, & splendore suo mundũ illuminet: ut etiã quæ parua putant̃ & uilia, spũs sancti fulgeãt maiestate. *b* ¶ *Cumq; ambularent, etc.*] Quatuor animalia spiritũ sequebant̃, & nubẽ quæ erat in spiritu. Rursumq; rotæ cum animalia sequerent̃ eleuantia se de terra: nequaq; animalia, sed spiritũ sequebant̃: ut ostenderent propriã uoluntatẽ: quia spiritus uitæ erat in rotis. Tria aũt & in animalibus & in rotis pariter indicantur: cũ starent, cũ ambularent, cũ eleuarent̃, quæ & animalia & rotæ in cõmune faciebãt. Necq; enim stantibus animalibus rotæ poterãt ambulare, nec ambulantibus super terrã animalibus, eleuare se rotæ, sed quorũ una erat actio, una erat & reqes, & cursus, & eleuatio. Secundoq; dicit quia spũs uitæ erat in rotis: ut nequaq; uas aliquod arbitremur rotarũ quasi in carpẽtis plaustrorũ, rhedarũq; & curruũ aspicimus, sed animãtia imò super animãtia. Animalis eñ homo nõ percipit ea quæ spũs 1 Cor. 2.d sunt. Istæ ergo rotæ in quib. erat spũs uitæ, omnia ordine faciũt atq; mẽsura: habẽtq; cũ animalib. cõcordiã sequẽtes ea, & per ea spiritũ sanctũ, imò medijs prætermissis sancti spũs societate gaudentes. Quæ omnia iuxta priorẽ intelligentiã, uariæ interpretatiõi prudẽs lector poterit coaptare. *c* ¶ *Et similitudo, etc.*] Vbi nos posuimus, pẽnę eorum rectæ: & quasi sonum uel uocem sublimis dei, Lxx. transtulerunt, alæ eorum extentæ & uolantes, & quasi uocem fortis: quod in Hebraico dicitur שׁדּי Multaq; & in hoc & in alijs capitulis ab eis prætermissa sunt, quæ ob longitudinem ponere supersedi. Quod autem nos manifestius interpretati sumus, alterius ad

alterum

A alterũ, unumquodq; duabus alis uelabat corpus suũ, & alterũ similiter uelabat: pro quo in Hebraico scriptũ est, mulieris ad sororẽ suã, uir duabus alis uelabat corpus suũ, & uir uelabat similiter: Ideo post mulierẽ uirũ posuit in persona eadẽ: ne sexũ in cœlestib. putaremus: cum in uno atq; eodẽ iuxta proprietatẽ Hebraicã, idem & uir & mulier appellat. Videtur aũt super quatuor animalia & rotas totidẽ, similitudo firmamenti, quod nos appellamus cœlum: habens speciẽ crystalli, quod est purissimũ, & ex aquis mũdis atq; lucẽtibus, nimio frigore cõcrescere dicit: intantũ ut etiã gelu cõstricta aqua, Greco sermõe κρύσταλλος nominetur. Decebat autẽ in superioribus esse eximiã puritatẽ, quæ cuncta protegat, id est rationales sapiẽtesq; uirtutes & quatuor tẽporũ cursum, & mũdi plagas, & rerum omniũ ordinẽ, & euangelicã prædicationẽ, quæ ex parte intelligit, & ex parte reuelat. Voxq; auditur alarũ uolantiũ, quasi uox aquarum multarũ,
B quæ iuxta Apocalypsim Ioãnis populos significat: pau
Apoc. 7.d latimq; proficiẽs dicit quasi uox castrorũ, & quasi uox sublimis dei: qd Hebraice appellat שדי & iuxta Lxx. φωνὴ τοῦ λόγου, id est, uox uerbi: ut uniuersa quæ prædicantur in mũdo, uocẽ filij dei esse credamus. Stantibus aũt animalibus, demittebantur alæ eorum. Vocẽ enim dei omnipotentis resonantẽ in cœlestibus ferre non poterant, sed stabant & mirabantur: & silentio suo dei potentiam demonstrabant, qui sedebat super firmamentum. Quod firmamentũ his qui deorsum erant, habebat similitudinem crystalli: his aũt qui suprã, instar lapidis sapphiri uidebatur. Quæ similitudo sapphiri, thronus erat eius qui sedebat in similitudinem hominis. Ex quo intelligimus, & firmamentũ, & crystallũ, & sapphirũ, & hominẽ in similitudine, nõ in ueritate monstrari. Hominẽ aũt deum patrẽ debere intelligi, multa docent
Matth. 21.d testimonia. E quibus illud est in euangelio: Homo quidam plantauit uineã, & locauit eã agricolis. Et post pau
Ibid. 22.d lulum: Misit seruos, & super oẽs filiũ suum. Rursumq;: Homo quidam fecit nuptias filio suo. Non quod filius
Esaiæ 6.a excludatur à regno, de quo scripsit Esaias: Vidi dñm sedentem super thronũ excelsum & eleuatum. Et Ioãnes:
Ioan. 12.f Hæc aũt, inquit, dixit Esaias, quando uidit gloriam filij dei: sed quod in patre regnet & filius. Omnia enim filij
Coloss. 1.b patris sunt, qui est imago dei patris inuisibilis. Nam &
Dan. 7 in Daniele deus pater sedens inducitur, & offertur ei fi
Apoc. 3.d lius hominis, ut accipiat regnũ. Et in Apocalypsi Ioannis eadem de filio scribuntur. Et ad pugnã primi mar
Act. 7.g tyris Stephani stans ad dexterã patris. De quo canitur
Psal. 109 in psalmo: Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sicut autem crystallo purissima quæq; atq; lucentia in cœlestibus demonstrant, quæ nostrum oculorũ corpus illuminãt: sic in sapphiro, id est in throno dei, & super firmamẽtum quod cœlum accipimus: quasi aspectus crystalli horribilis & extenti super capita eorũ desuper. Sub firmamẽto aũt pennæ eorũ rectæ alterius ad alterũ. Vnumquodq; duabus alis uelabat corpus suum, & alterũ similiter uelabat. Et audiebam sonũ alarũ, quasi sonum aquarũ multarũ, quasi sonũ sublimis dei. Cum ambularẽt, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum: cumq; starent, demittebantur pẽnæ eorum. Nam cum fieret uox supra firmamentũ quod erat super caput eorum, stabant & submittebant alas suas. Et super firmamentũ quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni, & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et uidi quãsi speciem electri, uelut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius & desuper. Et à lumbis eius usq; deorsum, uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: uelut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hæc uisio similitudinis glorię domini.

C abscondita atq; secreta & incomprehensibilia dei sacramenta monstrant: Qui posuit tenebras latibulũ suum,
Exo. 24.c & in nube uidet, & in caligine. Vnde & in Exodo scribitur: Et sub pedibus dei erat quasi opus lateris sapphiri, & sicut species firmamẽti cœli mũdissimi. Vnde & sponsa pulchritudinẽ spõsi describit in Cãtico:
Cant. 5.d Venter eius quasi tabula eburnea super lapidem sapphirũ. Et in Ioãnis Apocalypsi primum fundamentum
Apoc. 21 iaspidis, secundũ sapphiri scribit. Et in rationali pontificis, in uersu & ordine lapidum singulorũ: secun
Exo. 28.c dus ordo carbunculum habet, & sapphirũ, & iaspidẽ. De quibus ex parte lapidibus, in Esaiæ explanationibus diximus.

a ¶ Et uidi quasi speciẽ electri, etc.] Similitudo hominis qui sedebat super similitudinem throni, q thronus habebat similitudinẽ lapidis sapphiri à lumbis & desuper, electro comparat. Quod electrum & intrinsecus & extrinsecus habebat quasi ignis aspectũ. A lumbis uero & deorsum ignis erat resplendens in circuitu: ut ostenderet ea quæ supra lumbos D
sunt, ubi sensus uersat & ratio, nõ indigere igne nec flãmis, sed preciosissimo metallo & purissimo. Ea uero quæ à lumbis deorsum, ubi coitus, ubi generatio, ubi incentiua uitiorũ, purgatione indigere flammarum: ut cum purgata fuerint, habeant sicut arcus similitudinẽ, quæ uulgo iris dicit: cum fuerit in nube in die pluuiæ.
Apoc. 4.d Iris enim quæ in sancta scriptura uocat arcus: & in Apocalypsi Ioannis eodem nomine iris dicit: nisi in pluuia & in aquosa nube non potest apparere, diuersorũ colorum & pulcherrimorũ & sensim in alios transeuntium. Vnde & Poeta: Mille rapit uarios aduersa luce colores.
Gen. 9.b Sed & morẽ uulgi sequens idem Poeta: Cum bibit, inquit, arcus. Ex quo significat nunq; arcũ apparere, nisi in nube & in aquis. Hic arcus signũ est clementiæ & testamenti dei quod fecit cum hominibus: ut quando apparuerit in nube, sciamus nos secundum antiquitatis exemplũ nequaq; perituros esse diluuio. Ex quo ostenditur post pœnas atq; supplicia, & purgationem peccatorum futuram misericordiã: duntaxat in his qui deũ meruerint uidere regnantem. Vnde dicitur: Hic erat aspectus splendoris per gyrum: Per gyrum dei, uel throni, uel omnium quæ perspecta sunt. Et hæc uisio gloriæ similitudinis dei: non quo gloriam domini uiderit, sed similitudinem gloriæ eius. Visio autem omnis hæc est: Spiritus eleuans & nubes magna: & quatuor animalia, & rotæ totidem sequentes animalia & spiritũ, quæ sub firmamento dei esse meruerunt. Quæ postquam eleuata sunt, & audierũt uocem quasi aquarum multarum, & quasi uerbi sublimis dei, uocemq; castrorum & exercitus, demiserunt alas, & stuporem silentio demonstrarunt: apparuitq; sedens super similitudinem sapphiri quasi similitudo hominis, qui à lumbis supra habebat speciem electri: & à lumbis deorsum speciem ignis in circuitu. Post quem terrorem datur signum

A signum misericordiæ: uelut aspectus arcus cũ fuerit in nube in die pluuiæ. De hac uisione prolixius diximus: quia et obscura est, & à multis uarie exponit. In reliquis quantũ fieri potest absq; dãno sensuũ, propter magnitudinẽ uoluminis breuitati studebimus. *Cap.* II illud significat, quod deus benignus & dulcis natura, nostris uitijs mutet in amaritudinẽ. Sicut enim sanctis dicitur: Gustate & uidete, quoniã suauis est dñs, sic peC
catores eum amarũ sentiunt. Vnde & Apostolus bonitatem et seueritatẽ dei super sanctos & peccatores refert. *Rom. 11.c*

CAP. II.

ET uidi, & cecidi in faciẽ meã, etc.] Non est elatus uisionũ magnitudine, sed cõsciẽtia fragilitatis humanæ procidit in faciem suã. Vnde & apostolus Paulus post ascensionẽ cœli & paradisi, & auditionẽ uerborũ ineffabiliũ, datũ sibi dicit angelum satanæ, q se colaphizaret, ne
Gen. 17 extolleret. Et Abrahã cecidit in faciẽ, postq; audiuit sermones dei. Et tamẽ quia non peccato, sed humilitate corruerat à dño subleuat, & uerba eius iubetur audire. Sciendum quoq; q aliud sit in faciẽ cadere, aliud retrorsum. Abraham postq; audiuit de
1 Reg. 4.c natiuitate Isaac, cecidit in faciẽ & risit. Heli aũt qui peccauerat, retrorsum cecidit. Et de
Gen. 49.c Dan in Genesi scriptũ est: Fiat Dan coluber in semita, mordens
B plantam equi, & cadet eques retrorsum, salutem expectans dei. Quia enim ad morsum colubri ceciderat ex equo, propterea saluatoris expectat aduentum. Et in
Ioan. 18.b euangelio secundum Ioannem, qui ad comprehendendum uenerant dominum, postquam ille respõdit: Ego
Exo. 3.d sum, ceciderunt retrorsum in terram. Sermonem eius qui Moysi dixerat: Vade die filijs Israel, qui est, misit me ad uos, minime sustinentes. Et dixit ad me. *b ¶ Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tibi.*] Iacens sermonem dei audire non poterat, sed audit cum Moyse: Tu uero hic sta mecum. Quod & Daniel accidisse sibi commemorat. *c ¶ Et ingressus est in me spiritus postquam loquutus est mihi, & statuit me supra, etc.*] Præceperat prophe-
Ibid. 3.4.a tæ sermo diuinus & iusserat: Sta supra pedes tuos, sed
Dan. 10 sine auxilio dei, & aduentu spiritus sancti stare nõ poterat: propterea ingreditur in eum, siue assumit & suscitat, ut firmo sit gradu, & possit dicere: Statuit supra
Psal. 39.a petram pedes meos. Nullumq; peccatorem stantem legimus, sed ad sanctos dicitur: State ergo succincti lum-
Soph. 6.c bos uestros. Peccator autem illud Deuteronomij mere
Deut. 28. tur audire: Nõ erit stabile uestigium pedis tui. Crebro ad Ezechiel dicit: Fili hominis, & ad Daniel raro: Quo-
Matth. 8.c rum uterque in persona eius qui dixerat: Filius autem hominis non habet ubi caput suum recliner, captiuum populum consolatur, & retrahit ad pœnitentiam.

d ¶ Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me, etc.] Nequaquam populum dei Israel, sed gentes apostatrices uocat eos qui à domino recesserunt: non solum patres, sed & filij. Ne peccato patrum filij uiderentur obnoxij, sed ut par & patrum & filiorum esset impietas. Porrò quod Septuaginta transtulerunt, irritantes me, siue in amaritudinem conuertẽtes:

ET uidi, & cecidi in faciem meam, & audiui uocem loquentis, & dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tibi.

HEB. Et ingressus est in me spiritus postquam loquutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, dicentem: Fili hominis,

SEP. Et uenit ad me spiritus, & assumpsit me: & eleuauit, & statuit me super pedes meos: et audiui eum loquentem ad me, & dixit mihi: Fili hominis,

Mittõ ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices quæ recesserunt à me. Ipsi & patres eorum præuaricati sunt pactum meum, usq; ad diem hanc. Et filij durã facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Si fortè uel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

HEB. Tũ ergo fili hoĩs nõ timeas eos, neq; sermones eorũ metuas: qm̃ increduli et subuersores sunt tecum. Et cũm scorpionibus habitas. Verba eorũ ne timeas, & uultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.

SE. Et tu fili hoĩs nõ timeas eos: nec à facie eorũ formides, qm̃ insanient & cõgrabunt cõtra te ĩ circuitu. Et cũm scorpionibus habitas. Verba eorũ ne timeas, & uultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.

Et

dices ad eos, hæc dicit dominus deus: Si fortè uel ipsi audiant, & si etc.] Simile quid & in Hieremia scriptum est: Si fortè au- *Hier. 26.c*
diant & agant pœnitentiam. Et in Euangelio: Forsitan *Matt. 21.d*
filium meum reuerebuntur. Loquitur autem hæc deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monstret arbitrium: ne præsentia futurorum mali uel boni, immutabile faciat quod deus futurũ nouerit. Non enim quia ille nẽtura cognoscit, necesse est nos facere quod ille prescisit: sed quod nos propria uoluntate sumus facturi, ille nouit futurũ quasi deus. *g ¶ Tu ergo fili hominis non timeas eos, neq; sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum.*] Licet dura ceruice sint & corde indomabili: tamen mea sunt fortiora præcepta. Nec te putes esse deceptũ, si mittaris ad eos qui te loquentẽ nõ audiant. Ecce prædico tibi quod insaniant & congregent aduersum te, & circundent te, nullum tibi effugiũ relinquentes. Hoc aũt facient, quia increduli sunt, & dei imperia contemnentes. *h ¶ Et cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & uultus, etc.*] Qui possint ferire, q arcuato percutere uulnere, & aculeo fistulato: ut eadẽ plaga & curẽ aperiat, & uenena diffundat. Vnusquisq; pro moribus suis sortitur uocabulũ. Scribis & pharisæis dicit: Gene- *Matt. 23.d*
ratio uiperarũ. Et de Herode qui uersipellis erat: Ite & *Luc. 13.g*
dicite uulpi huic. Et pseudoprophetæ in hoc eodẽ propheta uulpibus comparant: Et nunc corde indomabili, scorpiones esse dicunt. Vnde & in euãgelio legimus: Omnes qui ante me uenerũt, fuerunt fures & latrones, *Ioan. 10.b*
& non audierunt eos oues. Et quomodo oues perditæ domus Israel audierunt aduersarios? Ex quo ostenditur, eos qui audierint fures & latrones, ouium uocabulum perdidisse & alia assumpsisse nomina: ut non quasi oues perierint, sed quasi uiperæ, uulpes & scorpiones.

¶ Et

Universidad de Navarra Biblioteca

A Ca. ¶ *Et loqueris uerba mea, etc.*] Non est ergo cessandū licet mali sint, quibus loquimur, quin secundū Apostolum: 2 Tim. 4.a Opportune importune uerbum dei prædicemus: quia potest fieri ut & durus corrigat ad molliciē, & qui obediens est, mutata uoluntate nō audiat. *b* ¶ *Noli esse exasperans, sicut domus, etc.*] Semel diximus exasperationē siue irritationē, Lxx. amaritudinē ponere. Quod ergo dicit, hoc est: Non debes eos imitari, ad quos corrigēdos mitteris: ne peccatū simile simile mereat & pœnam. *c* ¶ *Aperi os tuū, et comede, etc.*] Dignū te, inqt, præbe sermonib. meis, & cibū suscipe spiritualē: ut quomodo in euāgelio dicit: Luc. 8.a Qui habet aures audiēdi, audiat, & hic dicat: Qui habet apertū os ad comedendū, comedat. unde & psalmista: Psal. 8.b Aperi os tuū, & implebo illud. Et ille respōdit: Os meū aperui, & attraxi spiritum. Et apostolus Paulus, qui habebat in se thesauros B sapientiæ & scientiæ, & in quo Christus dominus loquebatur, 2 Cor. 6.c scribit Corinthijs: Os meum apertū est ad uos, ô Matt. 5.a Corinthij. Et de saluatore Matthæus refert: Aperiens os suum, docebat discipulos. *d* ¶ *Et uidi & ecce manus missa ad me, etc.*] Pro manu missa, extentā Lxx. transtulerunt. Quæ mittitur & extendit ad eos qui dñi beneficia consequuntur. Contrahitur aūt ab his quibus loquit per Esaiæ 50.a prophetam: Nunquid abbreuiata & contracta est manus dñi? Et in psalmo: Psal. 73.c Vt quid auertis manum tuam & dexterā tuam de medio sinu tuo in finē. Deniq; extēdit in passione pēnas suas, suscepitq; discipulos, & portauit illos in humeris suis, & locutus est: Esaiæ 65.a Tota die expādi manus meas ad populum nō credentē, ut congregaret filios Israel, sicut gallina congregat pullos sub alas suas: & extensione manuum Moysi Israel superarat Amalec. *e* ¶ *In qua erat inuolutus, etc.*] Pro inuoluto libro, Lxx. capitulum libri transtulerūt: in manu dñi sedētis super thronum, Psal. 39.b quæ missa est & extēta. De quo & in psalmis dicit: In capitulo libri scriptū est de me. Capitulum intelligamus exordium. Iste liber inuolutus atq; signatus, scriptusq; intus & foris, uel ante & post, tantæ difficultatis fuit, ut nullus potuerit neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subtus terrā aperire illum & legere, nisi solus leo de tribu Iuda, radix Dauid & Iesse, quē Ioānes in Apocalypsi Apoc. 5 deuorasse se dixit: nō totū, sed in capitulo, id est, in principio. Neq; enim fieri potest, ut humana natura toros libri huius thesauros deuoret. Et expandit illum coram propheta, & legendum cognoscendumq; præbuit: qui Esaiæ 29.d in Esaia populo non credenti dicitur esse signatus. Vtq; hodie eū uelamē Iudæis in ueteri positū est testamēto. Scriptusq; erat ante & retro, de futuris & de præteritis. Vel certe foris in historiæ litera, intus intelligētia spūa-Psal. 44.c li: de qua & psalmista: Omnis, inqt, gloria filiæ regis ab intus. Scriptiq; erāt in eo tā intus q̄ foris lamētationes, & carmē, & uæ. Lamētationes, de his q ad pœnitentiā puocant, sicut Samuel & apūs Paulus plangebāt atq; luge-

Et loquēris uerba mea ad eos: si fortè audiant et timeant uel quiescāt, quoniā irritatores sunt. Tu aūt fili hominis audi quod ego loquor ad te: Noli esse exasperans, sicut dom⁹ exasperatrix est. Aperi ōs tuū, & comede quæ ego do tibi. Et uidi, & ecce manus missa est ad me. In qua erat inuolutus liber: & expādit illum corā me: & erat scriptus intus & foris, scriptæq; erant in eo lamentationes, & carmen, & uæ. Et dixit ad me: Fili hominis quodcunq; inueneris comede.

Cap. III

COmede uolumē istud, & uade loquere filijs Israel. Et apērui os meum, & cibauit me uolumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis.

HEB. Vētèr tuus comedet, & uiscera tua cōplebūt uolumine illo quod ego do tibi

SEP. Os tuum comedet, & uenter tuus implebitur capitulo isto tibi dato.

Et cōmedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ād me: Fili hominis, uade & ingredere ad domum Israel, & loqueris uerba mea ad eos. Nō enim ad populum profundi sermonis & difficilis linguæ aperuit os propheræ, & cibauit eū. *b* ¶ *Venter tuus, etc.*] D Principia lectionis & simplicis historiæ, esus uoluminis est. Qñ uero assidua meditatione in memoriæ thesauro librū dñi cōdiderimus, implet spiritualiter uēter noster Col. 3.b & saturant uiscera: ut habeamus cū apō Paulo uiscera Hier. 4.c misericordiæ: & impleat ille uēter, de quo Hieremias loquit: Ventrē meū, uentrē meū ego doleo, & sensus cordis mei cōturbant me. *i* ¶ *Et comedi, etc.*] Loquit & Dauid: Quām dulcia gutturi meo eloquia tua, sup mel ori meo. Et alibi: Iudicia dñi uera, desiderabilia super aurū & lapidē preciosum multū: & dulciora super mel & fauū. Et Samson fauū mellis in ore leonis inuenit: & dñs post resurrectionē, partē assi piscis comedit & fauū. Et Prou. 6.d in Prouerbijs de ape dicit, quanq̄ hoc Hebræa nō habeant exēplaria: Vade ad apē, & disce quomodo operatrix sit, & opus suū castū faciat: cuius laborib. reges & imperiti pro sanitate abutunt, quod operati sunt Moyses & prophetæ & euāgelistæ & apostoli: ut quicūq; rex fieret, cuius cor in manu dei est, dulcibus fruatur cibis. Qui uero simplex & absq; serpentis astutia habet innocentiam columbarū, simplici fide credat atq; saluetur: quia ubiq; insidiæ sunt: & sæpe diabolus transfigurat se 2 Cor. 11.c in angelum lucis: melq; distillat in labijs mulieris meretricis, dulcia repromittens, ut uenena interserat. *k* ¶ *Et dixit ad me, etc.*] Cui dicitur: Vade & ingredere ad domū Israel, ostenditur non fuisse cum populo peccatore: licet in eisdem uideretur super flumen Chobar finibus commorari. Scriptum est enim: Ego eram in medio transmigrationis iuxta flumen Chobar. Separata enim erat prophetæ conuersatio, & iniquorum offendebatur aspectu. Hocidcirco faciebat & Moyses, procul à castris multitudinis figens tabernaculum. Quod cum fuisset ingressus, descēdebat columna nubis, & stabat ante ostium tabernaculi. *l* ¶ *Non enim ad populum profundi sermonis, etc.*] Quoniam illi ad te nolunt uenire, tu perge ad eos. Non enim habent sani opus medico, sed male

A male habētes. Neq; potes dicere: Non possum loqui ad eos quia linguę alterius sunt: & inuicē nobis barbari sumus, nec mutuum possumus audire sermonē. Quid loquar denuo populo? Si ad diuersas te mitterem nationes, tamē autoritas & potentia mea omnē difficultatem uinceret. Atq; utinam tēpus instaret quo ad oēs missurus sum nationes, quo & linguarum daturus sum gratias, ut prędicent apūi mei: & totū mundū à diuersitate linguarū, una fide meo subdāt iugo, facilius illi audirēt, q̄ profundi sunt alticq; sermonis, & nihil habent de leuitate Iudaica, sed graui & soli do ingrediunt pede: & cum ignotæ sint linguæ, notæ fidei sunt. Act. 13.g Vnde sequit: Et si ad illos mitterē te, ipsi audirēt te. Deniq; postea misit, & omes pariter crediderūt. Vnde Paulus & Barnabas loquunt ad Iudæos: Vobis quidē oportuerat prædicari uerbū dei: sed quia noluistis suscipere sermonē, ecce B cōuertimur ad gētes. Et de Centurione dicitur: Matt. 8.b Neque in Israel tantam fidem inueni.

a ¶ *Domus aūt Israel, etc.*] Ne cōtristeris, ait, si te audire noluerint. Idcirco te nō audient, quia me audire contemnunt, iuxta quod & saluator ait: Qui uos nō recipit, Ibid. 10.d me non recipit. In quo aperte liberum monstratur arbitrium. Et duæ reddunt causæ quare non audiant. Quia peruersæ, inquit, sunt uoluntatis, & attritæ frōtis, siue ut Lxx. uertērūt, contentiosi sunt: & subauditur, quod sæpe ad salutē prouocati, noluerunt audire. *b* ¶ *Ecce dedi faciē tuā ualentiorē, etc.*] Domus Israel attritæ frontis est, & procacis audaciæ, & duro sic corde, ut scorpionib. comparetur. Ideo dedi tibi uultum durissimū, & frontē quę nullo pudore superet. Ex quo discimus interdū gratiæ esse dei impudētiæ resistere, & cum res poposcerit, frontem fronte concutere. Hoc aūt tribuitur, ne nostra uerecundia & humanus pudor pertimescat insidias æmulorū. *c* ¶ *Fili hominis, etc.*] Iste est cibus uoluminis: & hęc sunt uerba quib. pro diuersitate audientiū, uel lamenta, uel carmē, uel uæ hominibus loquimur. Et tamē notandum q̄ ante sermones dei in nostro corde condendi sunt, audiendiq; & intelligēdi diligētius, & sic ad populum proferendi. *d* ¶ *Vade ingredere, etc.*] Et dñs noster uenit ad populum Iudæorū mittente patre, ut prædicaret captiuis remissionē, & impleretur in eo quod scriptum est: Ascendens in altū, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominib. *e* ¶ *Et assumpsit me, etc.*] Deus Psal. 67.d de quo scriptum est: Assumens mansuetos dñs, ipse assumpsit & prophetam, qui non erat in carne, sed in spiritu, & ambulans in spiritu, carnis opera non implebat: spiritus enim dei erat in eo. Quamobrē & terrena contemnens, rapitur à spiritu: & audit post se uocē commotionis magnæ, præteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens, ut inimicorū insidias post tergum re-

linqueret. Tale quid & in Exodo legimus, quando Pharao & omnis exercitus eius persequebat Israel: & angelus in columna nubis deseruit priora castrorū: uenitq; post tergū, & tota nocte stetit inter Israel & Aegyptios, ut perterritis aduersarijs, audiret Israel: Benedicta gloria domini de loco suo. Locus autē domini est omis in quibus hospitiū inuenit. Aut certe filius locus est patris, sicut & pater locus est filij, dicēte dño saluatore: Ego in patre, & pater in me. hoc idē significat & Micheas: Ecce dñs egredietur de loco suo, & descendet super excelsa terræ, & cōmouebuntur montes super eum, & ualles tabescent sicut cera à facie ignis, & sicut aqua quæ defert in præceps. Descēdēte em dño saluatore & proficiscēte de patre, excelsa terræ mōtesq; cōmoti sunt, et inferiora uallium liquefacta. Potest locus esse gloriæ dñi, & lux inaccessibilis, de qua & Apūs loquit: Qui solus habet immortalitatē, & lucē habitat inaccessibilem. Quando prætérita iudicia domini animo reuoluimus, audimus uocem post tergum commotionis magnæ. Quando futura corde meditamur, auditur uox de prioribus, & de his quæ ante sunt.

Exo. 14.c

Ioan. 14.b

Mich. 1.a

1 Tim. 6.a

D

f ¶ *Et uocem, etc.*] Pro eo quod subauditur: קוֹל יְהוָה iuxta Hebraicum: audiui post me uocem commotionis magnæ, & audiui uocem alarum animātium & uocem rotarum, addidere Septuaginta: Et uidi uocem alarum animalium percutientium altera ad alteram, & reliqua: iuxta illud quod in Exodo legitur: Et uidebat omnis populus uocem dei, ut uocem quæ ueniebat post tergum, audierit propheta: quæ autem ante se erat, uiderit. Sed melius & uerius est, auditam uocem intellexisse, quàm uisam, tam alarum percutientium se mutuo quàm rotarum, de quibus suprà diximus: Et commotionis magnæ, quæ dei iram super Israel populum esse monstrabat. *g* ¶ *Spiritus quoq;, etc.*] Postquam eleuatus à spiritu est, & assumptus ab eo, tunc in indignatione & in amaritudine spiritus sui abijt quò ferebatur, intelligens indignationem dei, & quid significaret mente pertractans. Siue sublimis ipso spiritus sui impetu ferebatur: cupiens ire quò dominus imperabat. Spiritum autem eius, non spiritum sanctum, sed spiritum hominis intelligamus: de quo in multis locis dicitur, ut in Esaia: De nocte consurgit spiritus meus ad Esaiæ 26.b te deus. Transferturq; propheta, non (ut quidam æstimant) in spiritu, sed in ipso corpore: quod & de Habacuc iuxta Theodotionem legimus. Dan. 14.f *h* ¶ *Manus enim domini erat mecū confortans me. Et ueni, etc.*] Pro eo quod nos uertimus, aceruum nouarum frugum, Aquila, Symmachus & Theodotio ipsa uerba posuere Hebraica, הַל אַבְרִיךְ quod Septuaginta transtulerunt, μετέωρος ἡγοῦμενος, id est, sublimis & circuitu: melius esse creden-

A tes aliquid dicere, ꝙ imponere qđ lectori faceret quæ-
stionē. Nos aũt ab Hebræis didicimus, תֵּל עָבִיב signifi
care, quãdo notũ frumẽta uel hordea cõgregãt, & post
famem & penuriã antecẽ teranẽ in area spem ciborũ ali
quam repromittũt. Ita & Israel paruus & tenuis qui ha-
bitabat in ripis Cho
bar fluminis, quasi re
uiuiscens, ortusq; de
terra, sementẽ Iudaici
populi promittebat.
Manus aũt dñi fit su-
per prophetã, confor
tans eũ, ut posit no-
men speculatoris acci
pere, & docere quod
didicit: Septẽq; prius
diebus uersatur inter
eos, uidens cũcta quę
gererent, ut postea sci
ret quæ corriperet.
Mœret aũt siue cõuer
satur in medio eorũ:
uidens scelera & iusti
dei pro peccatorũ ini
quitate sententiã. Pro
eo qđ nos diximus,
mœrẽs, & in Hebræo
scriptum est מְשׁוֹמֵם
Theodotio transtulit,
admirans, ut stuporẽ
prophetæ iniquitates
eorũ cernentis expri-
meret. Aquilæ uero se
cunda editio, quã He
B bræi ἀπὸ ἀκολάβου no
minant, transtulit: ἀφ᾽ ἡσυχάζων, id est quiescẽs,
& ideorsum positus, ut
fuisse quidẽ se in me-
dio captiuorum, sed
ab eis separatũ men-
te monstraret. a ¶ *Cum aũt pertransissent septem dies, etc.*]
Qui speculator futurus est, & dei uerba populo narra-
turus, multo tempore debet quiescere, & dolere ad ea
quæ uideat: nihilq; habere eorum in conscientia, quæ
in alijs correpturus est. b ¶ *Si dicente me ad impiũ, morte
morieris, etc.*] Duo sunt impij siue iniqui, ut Septuagin-
ta transtulerunt. Vnus qui nihil audit à speculatore, &
in sua impietate morietur: cuius sanguis de speculato-
ris quæritur manibus. Alter, cui speculator annunciat,
& ille audire contemnens, suo uitio moritur: ita dun-
taxat, ut speculator à culpa alienus sit. Ex quo intelligi-
mus ideo dominum impio comminari & dicere: Mor-
te morieris, ut auertatur à uia sua impia & uiuat. Com
minatio enim non in homines, sed in peccata est, nec
in eos qui conuertuntur à uitijs, sed qui in peccato per
manent. Magnumq; discrimen est, dei tacere sermones
ob triplicem causam. Vel propter timorem, uel pro-
pter pigritiam, uel propter adulationẽ. Vnde & Esaias:
Esaiæ 6.b Væ, inquit, mihi misero, quia tacui. Quodq; sequitur:
Tu autem animam tuam liberasti, illud apostolicum
sonat: Si cuius opus arserit, damnum patietur, ipse au
tem saluus erit: sic tamen quasi per ignem, ut probet u-
trum speculator externus à causa sit mortis eius qui pe
riit, an reus. Opus enim magistri, salus discipuli est.
c ¶ *Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquita. etc.*]
Sicut impios uel iniquos duos legimus: Vnũ, qui non
audiuit & perijt: alterum, qui audiuit, & perseuerauit in
nequitia: sic duo iusti sunt, unus q nõ audiuit & perijt,
alter qui audiuit, & cõuersus ad pœnitẽtiã, saluauit ani- C
mã suã. Notãdumq; ꝙ posit iustus cadere, & si habue-
rit magistrum, ad meliora cõuerti. Et bona igitur opera
indigẽt assiduo præceptore, ne lapsus ab optimo cur-
su, retrahat pedẽ. Et impius quidẽ uel iniquus si cõuer-
sus nõ fuerit, in impie
tate & iniquitate sua
morietur. Iustus aũt si se
cerit impietatem atq;
peccatũ, nõ statim mo
ritur, sed ponit offen-
diculum corã eo siue
tormentũ, & ut Theo-
dotio dixit, infirmi-
tas: ut torqueat, & pla
nã uiã nõ inueniat, &
intelligat se languidũ:
de quibus & Apostо-
lus dicit: Ideo infirmã 1 Cor. 11.b
tur multi apud uos,
& dormiũt multi. Pro
dest enim iusto intelli
gere delictũ suũ, con-
scientiæq; tormentũ, &
dicere cum psalmista: Psal. 31.a
Conuersus sum in ær-
umna mea dũ mihi
infigit spina. Et quo-
modo impio nõ sunt
obuiæ iniquitates, si
auertat à uia sua im-
pia & uiuat: sic iusto
non prosunt antiquæ
iustitiæ, si nouis faci-
noribus opprimat. D
Quod aũt intulit: Ipse
morietur, quia nõ an
nunciasti ei, subaudi-
tur, potuisse eum ui-
uere, si speculator ma
gisterq; docuisset.

HEB. ueni ad transmigratio-
nẽ ad aceruũ nouarũ frugũ,
ad eos qui habitabant iuxta
flumen Chobar. Et sedi ubi il
li sedebant, & mansi ibi septẽ
dieb. mœrẽs in medio eorũ.
Cũm aũt pertransissent septẽ dies, factũ est uerbũ dñi ad
me dicẽs: Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israel:
& audies de ore meo uerbũ, & annunciabis eis ex me. Si
dicẽte me ad impiũ, morte morieris, nõ annũciaueris ei,
neq; locutus fueris ut auertat à uia sua impia & uiuat: ipse
impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ aũt eius de ma
nu tua requirã. Si aũt annũciaueris impio, et ille nõ fuerit
cõuersus ab iniquitate, & à uia sua impia: ipse quidem in
iniquitate sua morietur: tu aũt animã tuam liberasti. Sed
& si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, po
nam offendiculum coram eo. Ipse morietur, quia non
annunciasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in
memoria iustitiæ eius quas fecit, sanguinem uero eius
de manu tua requirã. Sin aũt tu annũciaueris iusto ut nõ
peccet iustus, & ille non peccauerit: uiuens uiuet, quia an
nunciasti ei: & tu animam tuam liberasti. Et facta est ibi
super me manus domini, & dixit ad me. Surgens egre-
dere in campũ, & ibi loquar tecũ. Et surrexi, & egressus
sum in campum, & ecce ibi gloria domini stabat, quasi
gloria

SEP. intraui ad captiuita
tem sublimis. Et circuiui
habitãtes super fluuium
Chobar, qui erant ibi. Et
sedi ibi septẽ diebus con
uersans in medio eorũ.
Cũm aũt pertransissent septẽ dies, factũ est uerbũ dñi ad
me dicẽs: Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israel:
& audies de ore meo uerbũ, & annunciabis eis ex me. Si
dicẽte me ad impiũ, morte morieris, nõ annũciaueris ei,
neq; locutus fueris ut auertat à uia sua impia & uiuat: ipse
impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ aũt eius de ma
nu tua requirã. Si aũt annũciaueris impio, et ille nõ fuerit
cõuersus ab iniquitate, & à uia sua impia: ipse quidem in
iniquitate sua morietur: tu aũt animã tuam liberasti. Sed
& si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, po
nam offendiculum coram eo. Ipse morietur, quia non
annunciasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in
memoria iustitiæ eius quas fecit, sanguinem uero eius
de manu tua requirã. Sin aũt tu annũciaueris iusto ut nõ
peccet iustus, & ille non peccauerit: uiuens uiuet, quia an
nunciasti ei: & tu animam tuam liberasti. Et facta est ibi
super me manus domini, & dixit ad me. Surgens egre-
dere in campũ, & ibi loquar tecũ. Et surrexi, & egressus
sum in campum, & ecce ibi gloria domini stabat, quasi
gloria

d ¶ *Et facta est ibi super me, etc.*] Quod ex Hebræo transtu
limus, ibi, & in Septuaginta non habetur, significanter
positum est: nec dubium quem locum significet. Suprà
enim legimus: Et ueni ad transmigrationẽ ad aceruum
nouarum frugum, ad eos qui habitabãt iuxta fluuium Supra 3.c
Chobar. Recteq; ei qui dixerat, sedi, iubetur ut surgat.
Et qui ingressus fuerat ad transmigrationem, audit, e-
gredere: non in confragosas ualles, non in præruptas
rupes, sed in campi latitudinem, quæ posit capere glo-
riam domini. Vnde & Corinthijs dicitur: Dilatamini. 2 Cor. 6.c
Quãdo ingreditur ad captiuos, de quibus dictum est,
quod insaniant & persequantur eum, forti manu indi
get, ut possit resistere, & furorem persequentiũ sustine-
re. quando aũt egreditur in campum, fit quidem super
eum manus domini, quia absq; illius adiutorio exire
non poterat, sed non additur fortis. Ad uidendã enim
gloriam dei, non ad pugnandum egreditur. Et hoc ant
maduertendum, ꝙ in medio captiuorum sedentiũ ipse
sedens propheta gloriã domini nõ uiderit. e ¶ *Et surre
xi, etc.*] Iubente dño ingreditur, & iubente egreditur, se
detq; cum sedentibus: quia stantẽ illum numerus capti
uorum audire nõ poterat. Egressusq; in campi latitudi
nem, uidit stantẽ gloriam domini, quam prius uiderat
ambulantẽ & eleuantẽ se, & interdum stantẽ. Quia iux-
ta fluuium seculi huius Chobar, qui interpretari potest
grauissimus, gloria cernebat: quod significat omnem
mũdi huius gloriã prætерfluere, & gradũ stabilem non
habere. Gloria aũt dñi stans & perseuerans, cum stante
propheta

A propheta uidetur in campo, quæ in medio captiuorũ,
nec stare poterat, nec uideri. a ¶ *Et cecidi in facie meã, etc.*]
Stantẽ gloriã dñi ferre nõ sustinẽs, cecidit in faciẽ suam,
ut ab ingrediẽte in eũ spiritu leuaret. qui spiritus statuit
eũ super pedes suos, & locutus est ei dicẽs: Intra & inclu
derein medio domus
tuæ. Et est sensus: quia
corroboratus es aspe
ctu dominicæ maie-
Esaiæ 20.a statis, nullum timeas,
nec aliquem pertime
scas, sed reuertere in
domũ tuã, uel ad ne-
cessitates corporis, ut
quidã putãt, uel in si-
Esaiæ 20.a gnum futuræ obsidio
nis. Et quomõ Esaias
discalciatus & nudus
triũ annorũ captiuita
tem & nuditatẽ popu
li nunciauit, ita & tu
clausus domo, opere
ipso propheta uicinã
obsidionẽ urbis Hie-
rusalem. b ¶ *Et tu fili
hominis, etc.*] Quod in
domo claudit, quod
uinculis alligat, quod
nõ egredit ad eos, in-
ter quos habitat: sed
inter multitudinẽ ca-
ptiuorũ, solitudinem
carceris patitur (ut suprà dixi) obsidionis indicium est,
clausa Hierusalẽ atq; circundata ab exercitu Chaldæo-
B rum, nullum habitantiũ foras exire permittet. Hæc est
Hier. 3.c olla de qua Hieremias loquit, & ipse hic propheta in cõ
sequentibus, in qua carnes populi consumunt. Quod
aũt lingua prophetæ palato uel gutturi cohæret, & mu-
tus effectus, autoritatẽ nõ habet increpantis, causa per-
spicua est, quia, inquit, domus exasperans est. Et est sen
sus: Tantæ sunt amaritudines, & tantæ aduersus deum
contentiones, ut obiurgantẽ non mereantur audire. Ex
quo perspicuũ est, ubi multitudo fuerit peccatorũ, indi
gnos esse peccantes qui à dño corrigant. c ¶ *Cum aũt*
Eccles. 3.a *locutus, etc.*] Illud quod in Ecclesiaste legimus: Tempus
tacendi, & tempus loquendi, etiam in sermone prophe
tico comprobatur, quod eiusdem sit sapiẽtiæ, & tacere,
Esaiæ 65.a & loqui pro tempore, & dare conseruis in tempore suo
cibaria. Vnde & Esaias ad populum non credentẽ: Ta-
cui, nunquid semper tacebo, dicit dñs? Qui igitur ob
multitudinẽ peccatorũ diu clausum os tenuit, quia ui-
dit aliquos posse cõuerti, de quibus dictum est: Qui au
dit audiat, & qui à malis quiescit, quiescat & desinat: id
circo aperto ore & nõ propria uoluntate, sed dñi iussio
ne loquit ad populũ. Id aũt quod nos posuimus: Qui
audit audiat, & qui quiescit quiescat: pro quo Lxx. in-
terpretati sunt: Qui audit audiat, & qui incredulus est,
incredulus sit: Secũda Aquilæ editio ita transtulit: Qui
audit, audiet, & qui relinquit relinquetur. Et est sensus:
Mat. 13.c Qui habet, dabitur ei: qui aũt non habet, etiã id quod
uidetur habere auferetur ab eo. Cap. IIII

ET *tu fili hominis sume, etc.*] Sicut prius diximus: Intra
& includere in medio domus tuæ, & ecce data sunt
super te uincula, & ligabũt te, & nõ egredieris, typũ esse
prophetam futuræ obsidionis urbis Hierusalẽ: ita nũc
Geometrica iubetur in latere arte describere: ipsumq; la
terem poni in conspectu prophetæ, ut postquam descri
pserit in puluere Hierusalem, omnẽ aduersum eam pin
gat obsidionẽ: adumbrãs munitiones & comportatos

gloria quã uidi iuxta fluuiũ Chobar. Et cecidi in faciem
meã, & ingressus est in me spiritus, & statuit me super pe
des meos: & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere &
includere in medio domus tuæ. Et tũ fili hoís, ecce data
sunt super te uincula, & ligabunt te eis, & nõ egredieris
de medio eorũ, & linguã tuã adhærere faciã palato (uel
gutturi) tuo: & eris mutus, nec ut uir obiurgãs eos: quia
domus exasperãs est. Cũm aũt locutus fuero tibi, aperiã
os tuũ, & dices ad eos: Hæc dicit dñs deus: Qui audit, au-
diat, & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

CAP. IIII

ET tũ fili hoís sume tibi laterẽ, & pones eũ corã te, &
describes in eo ciuitatẽ Hierusalẽ, & ordinabis ad-
uersus eã obsidionẽ, & ædificabis munitiones, & cõpor-
tabis aggerẽ, & dabis contra eã castra, & pones arietes in
gyro. Et tũ sume tibi sartaginẽ ferreã, & pones eam mu-
rum ferreũ inter te & ciuitatẽ, & obfirmabis faciẽ tuam
ad eam, & erit in obsidionẽ, & circũdabis eam. Signum
domui Israel est. Et tũ dormies super latus tuũ sinistrum,
& pones

scriberent, quæ proprie uocatur Geometria: & angelus Zach. 2.a
in Zacharia habuerit funiculum geometricũ ad Hieru-
salem metiendã. Et quod nunc iubet propheta Hierũ- D
salem in puluere describere, quæ apud eos proprie ap-
pellatur σκιογραφία. Possumus laterẽ & in suggillatio-
nem Israelis accipere: ꝙ in luto & latere seruierit Pha-
raoni: Siue ut urbs quã putabant esse firmã & inexpu-
gnabilem, fragilissimo lateri comparet, qui ad tactum
aquæ ilico soluit, ut de qua prius dictũ est: nunquid pe-
tra durissima uel deserti mons est filię Sion, uertatur in
laterem, qui inundatione Babylonia corrũpatur, iuxta
illud quod scriptum est: Propterea adducet dñs super Esaiæ 8.b
uos aquas multas & fortes, regem Assyriorũ. e ¶ *Et su-
me tibi sartaginẽ, etc.*] Quod suprà diximus, & ipsum pro
phetam, & descriptionem lateris, munitionibus, agge-
re, arietibusq; circundantẽ, in signum præcedere obsi-
dendæ Hierusalem, hoc nunc manifestius dicitur, post
multa quæ media sunt. Signũ est domui Israel. Sartago
ferrea, quæ instar muri inter prophetã & urbem ponit,
grandem iram demonstrat dei, quæ nullis precibus fa
tigetur, nec flectat ad misericordiã. Sicut enim omnia
metalla ferrum domat, nihilq; eo durius est, sic incredi
bilia scelera Hierusalẽ, deum natura mollem, suo uitio
fecerũt esse durissimũ. Sartago quoq; dicit medius in-
ter populum & deũ murus oppositus, ut ostẽdat omnẽ
multitudinẽ in breui esse frangendã, redigendamq; ad
nihilum. Obfirmatio aũt uultus contra urbẽ, seueritа-
tis indiciũ est, iuxta illud quod alibi scriptum legimus:
Facies domini super facientes mala, ut disperdat de ter
ra memoriã eorũ. f ¶ *Et tu dormies super latus tuum sini-
strum, etc.*] Quæramus qui sint anni trecenti nonaginta,
qui pro diebus totidem supputẽtur, quibus in sinistro
latere propheta dormierit uinctus atq; constrictus: ita
ut in latus sealterũ non moueret, captiuitatem & misе-
rias decem tribuum, id est, Israelis ostendens: Et qui alij
quadraginta anni, quibus pro Iuda & iniquitatib. eius
in dextro iacuerit latere: siue ut narrat sancta scriptura,

A dormierit. De Israel hoc dicendū est, q̄ sub rege Phaceæ filio Romeliæ, qui undecimus regnauit in Israel annis uiginti, uenit Teglathphalasar rex Assur, & cœpit Aion & Abel, domū Machaam, & Ianoe & Cedes, Hazor & Galaad & Galilæā, & uniuersam terram Neptalim, & 4 Reg. 15.f
transtulit eos in Assyrios. Post quē regnauit in Israel Osee filius Hela annis nouē, captusq̄ est eū omni Samaria à Salmanasar rege Assyriorū, & trās latus in Elam & Abor fluuios Gozam in ciuitatib. Medorū. Sexto autē Ezechiæ regis
4 Reg. 17 anno, ut sancta Regū narrat historia, captꝰ est Osee. A quo si per ordinē supputemus, quot annis Israel fuerit in angustia & iugo pressus captiuitatis: sic inuenire poterimus. A sexto anno usq̄ ad uicesimū annū: tot enim Ezechias regnauit annis, supputant anni uiginti quatuor: cui succesit Manasses, regnauitq̄ annis quinquaginta quinque. Post hunc Amon regnauit annis duobus: post quē Iosias annis triginta & duob. Cui succesit Ioakim, q̄ & Eliakim cognominatus est, & regnauit ānis undecim. Post quē Ioachin cognomēto Iechonias, q̄ statim ductus est in captiuitatē: regnauitq̄ pro eo Sedechias annis undecim, sub quo capta est Hierusalem, tēplumq̄ destructū. Fiūt itaque à prima captiuitate Israel, quæ facta est sub rege Phaceæ usq̄ ad undecimū annum Sedechiæ, quo tem-
B plum desolatum est, anni centum sexaginta quatuor. A secunda, quando captus est Osee, & omnis subuersa Samaria, anni centū triginta quinq̄. Fueruntq̄ desolationis templi, anni septuaginta: qui additi primæ captiuitati, faciūt annos ducentos triginta quatuor. In secundo enim Darij regis Persarum anno, templum extructum est à Zorobabel filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech, prophetantibus Aggeo & Zacharia, qui regnauit annis triginta sex: unoq̄ sublato, addunt anni eius triginta quinque. Post quē regnauit Xerses filius Darij annis uiginti. Post quē Artabanus mensibus septem. Et Xerses qui cognominabat μακροχέρ, annis quadraginta. Post quē Xerses mensib. duobus, & Sogdianus mensib. septem. Cui succesit Darius cognomento νόθος, qui regnauit annis decem & nouem. Post quem Artaxerses cognomēto μνήμων, Darij & Parisatidis filius, regnauit annis quadraginta, qui ab Hebræis Asuerus appellatur: sub
Hester 8.b quo Mardochei & Hester narratur historia, quādo omnis populus Iudæorū de mortis periculo liberatus, recepit pristinam libertatem. Fiuntq̄ à secundo anno Darij usq̄ ad extremum annum Asueri, anni centū quinquaginta quinq̄, menses quatuor. Qui additi superioribus annis ducentis triginta quatuor, faciūt annos trecentos octogintanouem, & menses quatuor. Dextri autem lateris dormitio, id est annorū quadraginta, facile supputatur. Post Eliakim enim qui cognominatus est Ioakim, regnauit filius eius Ioachin cognomēto Iechonias, mensibus tribus. Quo regnante ascenderūt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Hierusalē: & circundata est munitionibus: uenitq̄ Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatē, cū serui eius oppugnarēt eā. Et egressus est Ioachin rex Iuda ad regē Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui, & protulit inde oēs thesauros domus domini, & thesauros domus regiæ. Et post paululū transtulit oēm C
Hierusalem, & uniuersos principes, & oēs fortes exercitus, decē milia in captiuitatē, & omnem artificē & inclusorē, nihilq̄ relictū est, exceptis pauperibus populi terræ. Quo capto cum infinita populi multitudine, & cunctis opibus Hierusalē, regnauit Sedechias annis undecim, sub quo capta urbs, templumq̄ destructū est. Cuius solitudo usque ad secundū Darij annum permānsit annis septuaginta. Tricesimo autē desolationis templi anno, Cyrus regnauit in Persis: sub uerso Astyage rege Medorū, q̄ iuxta prophetiā Esaiæ, quinquaginta fermē hominū milia de tribu Iuda re- Esaiæ 45
misit in Hierusalem, & uasa templi quæ Nabuchodonosor asportauerat, & cætera quæ Esdræ narrat historia. Si 3 Esdræ 1
cut igitur in Israel, hoc est decem tribubus à Phaceæ rege Israel, sub quo Salmanasar Israelitici populi multa uastauit, usq̄ ad quadragesimū annum Asueri supputamus annos trecentos nonaginta, quando uniuersū Iudaici populi persecutio mitigata est: sic à primo anno Iechoniæ quādo magna pars Hierusalem translata est in Babylonē, usq̄ ad primū Cyri regis Persarū annū, qui desolationis templi erat annus tricesimus, supputantur anni quadraginta, sub quo Iudæorū laxata captiuitas est, & libertas populo reddita. Quidā trecētos nonagin-
ta annos Israelis, & quadraginta Iudæ iungentes, faciūt D
annos quadringētos triginta, & uolūt eos impleri à baptismate saluatoris usq̄ ad consummationē mūdi. Alij uero & maxime Iudæi à secūdo anno Vespasiani, quando Hierusalem à Romanis capta, tēplumq̄ subuersum est: supputari uolūt in tribulatione & angustia, & captiuitatis iugo populi cōstituti, annos quadringētos triginta, & sic redire populū ad pristinū statū: ut quomodo filij Israel quadringētis triginta annis fuerūt in Aegypto: sic & in eodē numero finiat extrema captiuitas. Scriptumq̄ est in Exodo: Habitatio autē filiorum Israel, qua habitauerunt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta. Et iterū factum est post annos quadringentos triginta, egressus est omnis exercitus dñi nocte. Satisq̄ miror cur uulgata exemplaria centū nonaginta annos habeāt, & in quibusdā scriptū sit, centū quinquaginta. cum perspicue & Hebraicū & Aquila Symmachusq̄ & Theodotio, trecentos nonaginta annos teneāt, & apud ipsos Lxx. qui tamē nō sunt scriptorū uitio deprauati, idem numerus reperiatur. Difficillimā quæstionē, & nedicam superbe, à nullo explanatā, non tam nostri scientia q̄ domini gratia exposuisse nos credimus: impleto
illo quod ipse pollicitus est: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Qui autē uoluerit supputare à prima captiuitate quæ facta est sub Manehem filio Gaddi rege Israel, q̄ regnauit in Samaria annis decē: quando uenit Phul rex Assyriorū in terram Israel, & mille talenta accepit argenti, & post eum alios duos annos Phaceæ quos regnauit in Israel, inueniet uicesimooctauo anno regis Assueri cōpleri trecentos nonaginta annos, quādo Hester scrt historia: quod & credibilius est. Neq̄ enim finito imperio Assueri, sed adhuc regnāte eo Israel iugū grauissimæ seruitutis abiecit. a ¶ Et ad obsidionē, etc.] Præparatione uultus opus est ac robore & confirmatione exerti brachij atq̄ nudati, ut
Matt. 7.b
4 Reg. 15

& pones iniquitates domus Israel sup eo, numero dierū, quib. dormies sup illud, & assumes iniquitatē eorū. Ego aūt dedi tibi annos iniqtatis eorū, numero dierū trecentos & nonaginta dies, & portabis iniqtatē domus Israel. Et cū cōpleueris hæc, dormies sup latꝰ tuū dextrū secundo, & assumes iniquitatē domus Iuda quadraginta diebus. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi.
HEB. Et ad obsidionē Hierusalē cōuertes faciē tuā, & brachiū tuū erit exertū, & prophetabis aduersus eā.
SEP. Et ad cōclusionē Hierusalem parabis faciē tuā, et brachiū tuum roborabis, & prophetabis super eam.

A ut nō solū uoce, sed & gestu & habitu prophetātis urbis obsidio demonstret. a ¶ Ecce circundedi te, etc.] Sinistræ partes, quia sine tēplo & notitia dei fuerāt in Samaria, delegant Israeli: dextræ, Iudæ: in qua dei cultus & religio. Et notandū q̄ in altero sit pœna peccantiū, in altero uirtutis exercitatio.

Nec cōuenit se de altero in alterum latus, ut nulla cruciatuū reqes indicet: donec impleatur supradictorū dierum perfecta conclusio. Quod dies prophetæ, hoc annus est patientibus. Et quos annos putabat Labā, Iacob erāt quasi pauci dies. Nō solum aūt in supplicijs uarietas est pro diuersitate meritorū: sed in bonorū quoq̄ retributione, agni in dextra, & hædi stant in sinistra. Vn-
Eccle. 10.a de & in alio loco scriptū est: Cor sapientis in dextera, cor autem stulti in sinistra eius. Alia sunt dñi uincula, quibus in salutē ligamur: alia diaboli, quibus decem & octo annis ligauerat
Luc. 13.b mulierem in euangelio. Vnde & funibus peccatorum
Prou. 5.d suorū unusquisq̄ constringitur. Quæ soluit dñs per ty-
Ioan. 11.f pum Lazari suscitati, qui fasciolis & institis uinctus iacuerat in sepulchro. b ¶ Et tu sume tibi frumentū et hor. etc.]
B Quam nos uiciam interpretati sumus, pro quo in Hebræo dicitur כְּסֻמִים Lxx. Theodotioq̄ posuerūt ὄλυραν, quam alij auenam, alij sigalam putant. Aquilæ autem prima editio, & Symmachus ζέας, siue ζέαις interpretati sunt: quas nos uel far, uel gentili Italiæ Pannonicæq̄ sermone, spicā speltamq̄ dicimus. In uase quoq̄ Lxx. addidere ὀσράκινον, id est fictili. Iubetur autem propheta famem futurā & inopiam populi Israel opere demōstrare. Sicut enim in rerum omnium penuria non quæruntur ciborū diuersitates & deliciæ, sed quomodo uenter impleatur: sic nunc propheta frumētum hordeum, fabam, lentem & milium auenamq̄ mittit in unum uas: facitq̄ trecentos nonaginta panes, quos per singulos dies comedat: qui panes habēt uicenos siclos, id est, stateres. Siclus autem, id est stater, habet drachmas quatuor. Drachmæ autem octo Latinam unciam faciunt: ita ut unus panis decem uncias habere dicatur: quo trahitur magis anima quàm sustentatur. Sterilitatem cibi aquæ auget sterilitas. Sextā enim partem mensuræ Hebraicæ quæ appellatur hin, iubet per singulos dies bibere. Porrò hin duos χόας Atticos facit: quos nos appellare possumus duos sextarios Italicos: ita ut hin mensura sit Iudaici sextarij nostrīq̄ castrēsis, cuius sexta pars facit tertiā partem sextarij Italici. Qui cibus & potus iuxta inclytum oratorē, non uires tribuit, sed mortem prohibet. Quod autē dicit: A tempore usq̄ ad tempus comedes uel bibes illud, à uespere usq̄ ad uesperā significat: licet quidam male ab anno usq̄ ad annum intelligi putēt. Ipsiq̄ panes instar hordeacij panis subcinericij fiunt. Diciturq̄ ei ut humano stercore operiat eos, non ignorantibus his qui comessuri sunt: solet quippe insciti miserias temperare, sed uidēntibus & in oculis eorum, ut antè aspectus horrorē, q̄ gustus nauseam sustineat. Notandum quoq̄, q̄ iuxta numerum dierū sinistri lateris, trecēti nonaginta subcinericij panes iubeant fieri, & per singulos dies comedi, & de quadraginta dierū dextri lateris panib. omnino taceat: ut occulte sancta scriptura insinuet, nō eandē pœnā populi esse peccatoris, si tamē notitiā habeat dei, & eius q̄ à religione ueri dei omnino discesserit. Possumus aūt & hoc dicere iuxta intelligentiā spiritualē, q̄ Iudaicus populus post offensam dei usq̄ hodie subcinericios panes comedat, mixtos frumēto, hordeo, faba, lēte, milio, & auena: quorum alter hominum, alter iumentorū cibus est. In eo enī quod uidentur in unū deū credere, habēt aliqd & frumenti. Quod aūt filiū negāt, hordeo iumentorum pascunt & fabis, quibus comedentium uenter inflatur, & mēs opprimi dicitur intantū ut Pythagoreis quoq̄ cibus detestabilis sit. Propter lē- Gen. 25
tem Esau primogenita perdidit. Miliū rusticorū & agrestium & altiliū cibus est. Auena siue uicia & olyra, bruta pascūtur animalia. Quod aūt scribit iuxta Lxx. Helias 3 Reg. 19.a
fugiens Hiezabel inuenisse panē ὀλυρίτην subcinericiū, persecutionis & penuriæ signū est. Vnde & à coruis pascit, ut quia cibū nō inuenerat in Israel, nationū quæ D
immundę erant pascerēt alimentis. Lex quoq̄ ipsa quā legūt & nō intelligūt, subcinericius panis est & opertus
humano stercore. Quamobrē & Paulus apostolus lu- Philip. 3.b
cra legis & pristinarū ceremoniarū obseruantiā dicit se habuisse, sicut stercora, ut Christū lucrifaceret. c ¶ Et dixit dominus: Sic comedent, etc.] Prophetas iuxta Zachariam Zach. 3.c
uiros esse portētosos, qui suis operibus futura portendant, & de quibus loquitur deus: In manibus prophetarum assimilatus sum, in multis locis creberrime legimus. Sicut igitur Ezechiel panē comedit in stercore, sic Osee 13.c
& filij Israel uel omnis populus Iudæorū, siue ut alij putant decem tribus, comedent panem pollutū in nationibus: licet ad eos non sit cōminatio, qui iam electi sunt: sed ad eos qui ejiciendi sunt de terra repromissionis. Quod cū propheta didicisset, iuxta Aquilā tertio detestatus est ah, ah, ah, iuxta Symmachum uero & Lxx. respondit μυσλαμῶς, quod Latine dicit nequaq̄. Pro quo Theodotio transtulit: O dñe deus. Ne putemus eū contradicere dñi imperio, sed causas reddere imò deprecari, cur hoc facere nō possit. Denicq̄ impetrat quod rogauit, & sententiæ austeritas mitiori imperio temperata est. Quæritur cur Ezechiel faciliora renuerit: & Osee scor- Osee 1.b
to statim fuerit copulatus, nec contradixerit, imò responderit, castum habere se corpus, neq̄ commixtione meretricis debere maculari, dicente Apostolo: Qui 1 Cor. 6.d
adhæret meretrici, unū cum ea corpus efficitur. Ex quo ostenditur figurā fuisse synagogæ uel ecclesiæ, non uero iuxta literam perpetratū, quod ipsum exponētes prophetam plenius disseruimus. Morticinū dicitur quod absq̄ effusione sanguinis amittit uitam, & in quo moritur anima, laceratum à bestijs, quod Græce appellatur θηριάλωτον. Quod aūt pro humano stercore, boū concedit simus, leuiora significant mala: dum iubētur

A quidem coctum in bubulo stercore comedere panem: sed ab humani stercoris longe esse immundicia: & usq; hodie in populo Iudæorũ seruat ista sententia: ut nõ comedãt panẽ suũ in humano stercore: neq; enim idolis seruiunt, nec uaria dæmonũ portenta ueneranter: sed in simo bubulo, dũ omnia propter carnẽ & uentrẽ, & terræ huius bona operantur, secũdum quod dicit: Qui fecerit ea, uiuet in eis. Nos aũt terrena cõtemnimus, & nõ solũ humani stercoris calcamus cibos, ac terrenas delicias putamus esse pro nihilo, sed comedimus panẽ qui de cœlo descẽdit, & fruimur illo cibo, de quo psalmista decãtat: Panẽ angelorũ comedit homo: nequaq; Aegyptijs carnibus, sed mãnæ tenuitate uiuentes. a ¶ *Et dixit, etc.*] Verbum Hebraicũ מְעָה prima Aquilæ editio baculum, secunda & Symmachus Theodotioq; στρῶμα, id est firmamentũ, interpretati sunt. Quod aũt opere futurũ esse mõstrauerat, & sermone demõstrat, omnisq; sinistri & dextri lateris dormitio, & subcinericij panis, sexq; specierũ uarietate cõmixti, mundi mala significãs, illo tendit ut inediã ciborũ in Hierusalẽ, & aquæ penuriã incredibilẽ protestet: ita ut unusquisq; corruat ad fratrẽ suũ, ab alio auxiliũ sperãs: quod in se esse non peruidet. Natura enim hominũ est, ut prementibus malis & angustiarum pondere, in proximo magis cũ in se habeãt fiduciã: cõtabescunt & in iniquitatibus suis, dum pro iniquitatibus cuncta patiuntur. Vereorq; ne ista panis contritio etiã in nostra inueniat. Hierusalẽ, in qua uisio pacis cernit, quẽ conterit dñs qũ irascit, & indignos nos suo iudicat pane. Atq; utinã sattẽ in põdere eũ & sollicitudine mereamur accipere, & arentẽ linguã nimia siccitate, extremus Lazari digitus irroret. Deficiente aũt pane & aqua ecclesiæ, corruet uir contra fratrẽ suũ, & ubiq; discordia est, & scindentib. nobis Christi tunicã, quã nec milites in passione saluatoris scindere ausi sunt, & cõtabescentib. in iniquitatib. nostris, dũ dei iustitiã nõ habemus. Scriptũ est in Hieremia, & paruuli, id est, uulgus ecclesiæ petierint panẽ, & nõ fuerit qui eis frãgeret. Paulus uero qui uir ecclesiæ erat, & sciebat Christum panes fregisse legales, ac dedisse discipulis erogãdos, loquitur confidenter: Panem quem frangimus nonne cõmunicatio est corporis Christi? Baculumq; uel fortitudinem panis comedere nõ possunt qui lacte infantiæ indigẽt, nec ualent accipere solidũ cibum. Nihilq; ita uescentis animũ roborat, quomodo panis uitæ, de quo scriptum est: Et panis confirmat cor hominis.

Et dixit ad mẽ: Fili hominis, ecce ego cõteram baculum panis in Hierusalem, & comedent panem in pondere & sollicitudine, & aquam in mensura et angustia bibent, ut deficientibus pane & aqua, corruat unusquisq; ad fratrẽ suum, & contabescant in iniquitatibus suis.

Luc. 16.f *Ioan. 19.d* *Thren. 4.d* *1 Cor. 10.d* *Psal. 103.b*

Commentarij primi in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM Commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

B SEcundi Explanationum in Ezechiel uoluminis, ô uirgo Christi Eustochium, istud est exordium. D

Psal. 77.e

Tu fili hominis, etc.] Pro tribus partib. capillorũ & pilorũ: quarũ una cõburitur in medio ciuitatis, alia concidit gladio in circuitu eius: tertia uẽto huc illucq; rapiẽda dispergitur, de qua parũ assumit & ligat in ora pallij, & rursum modicũ quid partis tertiæ emittit in ignẽ, de quo egredit flãma in omnẽ domũ Israel: Lxx. quatuor partes interpretati sũt. Cũq; dixissent: Quartã partẽ igni cõbures in medio ciuitatis, & quartam cõcides gladio in circuitu eius, & quartã disperges in uentũ: quia remanebat eis quarta pars alia: addiderũt de suo: Et quartã partẽ assumes; & combures eã in medio ciuitatis: quasi nõ sit ipsa quæ prima, & aliud quid in prima dixerit: aliud in ista quæ addita est. Denicq; & in cõsequentib. ænigma capillorũ in tres partes diuisorũ, ipse dominus edisserit per prophetã, dicẽs: Tertia tui pars peste morietur, & fame consumet in medio tui, famem & pestilentiã ignem esse significãs: & tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo, foris cædes ac bella describens. Tertiã uero, inquit, partem tuam in omnem uentum dispergã, eos esse demonstrans qui ducendi sunt in captiuitatem. Post quos dicit se nudare uel effundere gladium suum, ut nec captiuitas nouissimũ fit malorum: sumereq; de ipsis dispersis atq; captiuis, & ligare in summitate pallij sui eos qui de captiuitate redituri sunt in Hierusalem, & ex ipsis quoq; tollere aliquã partẽ, & igni flãmaq; consumere: significãs Macedonas, sub quibus habitatores Iudææ, & præcipue Hierusalẽ dura perpessi sunt. Quod aũt dicit ex eo, id est ppter Iudæorũ, siue iuxta Lxx. ex ea: ut subaudiat urbe Hierusalẽ, egredietur ignis in oẽm domũ Israel: Machabæorum narrat historia, quę dã pars Iudæorum se tradiderit Antiocho Epiphani, & eũ ad persecutionẽ ppter cõcitauerit, & multa alia quæ in eadẽ scribunt historia, & in Iosephi uoluminib. præcipueq; dissensione Hyrcani & Alexãdri, quorũ occasionẽ Cn. Põpeius cepit Hierusalẽ, & Romanæ ditioni subdidit: posteaq; sub Tito & Vespasiano urbs capta est, tẽplumq; subuersum. Et post quinquaginta annos sub Aelio Hadriano usq; ad solũ incensa ciuitas atq; deleta est, ita ut pristinũ quoq; nomen amiserit. Quomodo autem in cæsarie & barba, pulchritudinis ac uirilitatis indicium est: quæ si radantur, fœda nuditas apparet, & uniuersi corporis pars extrema, atq; ut dicam emortua, in capillis atque pilis est: ita Hierusalem & populus eius emortuus, & à uiuo dei corpore separatus: fami, ac pestilentiæ, ac cædi, & gladio, captiuitati ac dispersioni traditur. De qua dispersione, sub figura capillorum aliqua pars ligatur in summitate pallij, ut modicum quid rursum tradatur incendio, de quo infinita flamma, ac penè uniuersa deuastans, egreditur in omnem domum Israel.

CAP. V

Psal. 84.b *Ibid. 73.c*

Ibid. 75.a

Lxx. 12.f *Sap. 6.d*

¶ Hæc

A d ¶ *Hæc dicit dominus deus: ista est Hierusalem, etc.*] Hierusalẽ in medio mundi sitã, hic idẽ propheta testat, umbilicũ terræ eam esse demonstrans. Et psalmista natiuitatẽ exprimens dñi: Veritas, inquit, de terra orta est. Ac deinceps passionẽ: Operatus est, inquit, salutẽ in medio terræ. A partibus enim orientis cingit plaga quæ appellatur Asia. A partibus occidentis, eius quæ uocatur Europa. A meridie & austro: Libya & Aphrica. A Septentrione, Scythis, Armenia atq; Perside, & cũctis Ponti nationibus. In medio igitur gẽtium posita est, ut quia erat notus in Iudæa deus, & in Israel magnum nomẽ eius, omnes in circuitu nationes illius sequerentur exempla, quæ gentiũ circa se positarũ impietatẽ secuta, uicit etiã ipsas in scelere suo. Quod pulchre interpretatus est Symmachus. Hæc, inquiens, Hierusalẽ quam in medio nationũ posui, & circa eam regiones: cõmutauit iudicia mea impietatibus quas didicit à gentibus, & iustificationes meas à regionibus quæ sunt in circuitu eius, quia legitima mea reprobauerunt, & in iudicijs meis non ambulauerũt. Illud autẽ quod dixere Lxx. Iustificationes meas inique ex gẽtibus, & legitima mea de regionibus quæ sunt in circuitu eius, non habere consequentiã, etiã me tacẽte perspicuũ est. b ¶ *Idcirco hæc dicit dominus deus: Quia superastis gentes, etc.*] Pro eo qd nos interpretati sumus: Quia superastis gentes quæ in circuitu uestro sunt: Symmachus transtulit: Quia multitudo uestra fuit ex gẽtibus, quæ in circuitu uestro sunt. Aquilæ secũda editio: Eo q numerati estis in gentibus quæ in circuitu uestro sunt. Porrò Lxx. Quia occasio uestra de gentibus quæ in circuitu uestro sunt. Et est sensus, uel superasse Hierusalem sceleribus suis cunctas in circuitu nationes, uel multitudinẽ eius, non populũ Israel, sed turbã cæterarũ gentiũ esse dicendã. Aut certe in numerũ cęterarũ gentium quæ in circuitu eius sunt eos esse conuersos, siue omnẽ occasionẽ habuisse de gentibus, quas magis in bonam partẽ docere debuerint. Quid, inquit, causer quod in præceptis meis non ambulaueritis, & iudicia mea non feceritis, cum etiam omnes in circuitu nationes uiceritis scelere uestro, & non feceritis quæ illi naturali lege scripta in cordibus suis sæpe fecerunt? Idcirco non per angelos neq; per aliquos ministros, sed ipse ego faciã in te iudicia mea uidentibus cunctis quæ ante non feci, & ultra non faciã. Dicens aũt iudicia: ostendit sententiæ ueritatẽ: ne ira mensurã pœnarũ uideat excedere. Nec fecit in ulla natione talia qualia fecit in Hierusalẽ: Quia seruus qui nouit uoluntatẽ dñi sui & non facit eam, uapulabit multis. Potentesq; potenter tormenta patient. Et similia, inquit, ultra non faciam. Pulchre dixit, similia non faciã. Multo enim post interfectionẽ Christi duriora facturus est. Aliud est enim coluisse interdũ idola propter quæ ante puniti sunt, & aliud dei filium trucidasse. c ¶ *Idcirco patres, etc.*] Ad id quod supra dixerat, quia superastis gentes quæ in circuitu uestro sunt, siue pro eo q occasio uestra est ex gentibus quæ in circuitu uestro sunt, in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, tertio retulit ideo. Primũ ita: Ideo hæc dicit dñs deus, ecce ego ad te, & ipse ego faciã in medio tui iudicia. Secundo: Ideo patres comedẽt filios in medio tui. Tertio: Ideo uiuo ego, dicit dominus deus, nisi pro eo quod sanctũ meũ uiolastis in omnib. offensionibus tuis, & reliqua. Attamen notandum, quod ubi decora sunt & honesta ac pro merito eorũ qui ea sustinent, seipsum deus facere profitet. Vbi aũt tristia & non digna deo, dicit quidem fieri, sed nõ à se, ut in præsenti. Ideo patres comedẽt filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Non enim dixit, ego faciã ut patres comedant filios suos in medio tui, & filij comedant patres suos. Qđ autẽ decorũ erat, nec dei maiestati uidebatur indignũ, ipsum se dicit facere. Sequitur enim. Et faciam in te iudicia, & uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentũ. Tale quid & in maledictis Deuteronomij inueniemus, & præcipue in loco illo: Glorificãtes me glorificabo, qui aũt me despiciunt, ad nihilũ deducentur. Eos enim qui se glorificant, ipse glorificat. Qui aũt eum despiciunt, non à dño despicientur, uel deducentur ad nihilũ, hoc enim sequebatur ut diceret, sed absolute, deducentur ad nihilũ, non à deo, sed pro meritis suis atq; peccatis. Legimus in Regum uolumine, famis necessitate cogente, à matre filium deuoratũ. Iosephus quoq; in obsidione Hierusalem, multa huiusce modi facta cõmemorat. Quando autem patres filios comederint, uel filij patres, nulla narrat historia, nisi forte in multis necessitatis malis, etiam hæc facta esse, credendũ sit. Potest hoc ipsum referri & ad nostram Hierusalem, quando magistri contra discipulos, id est, patres cõtra filios, & discipuli cõtra magistros, id est, filij aduersum patres, seditione mutua concitantur, & impletur illud quod per Apostolũ dicitur: Si aũt inuicem mordetis & accusatis, uidete ne ab inuicem consumamini. Vnde & propheta mystico sermone cantabat: Cum appropinquarent aduersum me qui affligunt me, ut comederẽt carnes meas. Et Iob simile quid loquitur: Si autem dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis de carnibus eius ut comedamus? Et super magistris qui lucra sectantur de discipulis, salutisq; eorum nullam curam gerunt, dicitur: Qui deuorant populum meum sicut cibũ panis. De quibus & Apostolus: Et comedunt, inquit, domos uiduarum. Possumus patres qui comederint filios, & filios qui comederint patres, non solum in Babylonia, sed & in Romana obsidione intelligere. Illud autem quod dicitur: Et uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentum: magis ad Romanã pertinet captiuitatem, quando in toto orbe terrarũ dispersi sunt. Et hæc est in omnem uentum capillorum barbæq; dispersio.

Deut. 28.f *4. Reg. 6.f* *Gal. 5.c* *Psal. 26.a* *Iob 31.d* *Psal. 52.a* *Matt. 23.b*

A a ¶ *Idcirco uiuo ego, etc.*] Proprie hoc ad Hierusalem dicitur, quia sancta mea uiolasti me deserens, & in templo meo idola coluisti: ego quoq; cõfringam omnia idola tua, & cõteram atq; cõcidam siue abiecta te, quia prius abiecisti me, & non parcet oculus meus cum te uidero, fami, gladio, seruituti colla submittere, nec miserebor, quia misericordiã meã nõ mereris. Scriptum est enim: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Hoc idẽ & in ecclesia intelligendũ est, quod magistris & sacerdotib. qui egerint negligẽter, posit deus quotidie dicere: quia sancta mea uiolastis in cunctis offensionibus uestris, & in uniuersis abominationibus quæ egistis: ego quoq; uos cõteram atq; cõfringam, reddamq; per me qđ in meum populũ peccastis. De quo contra pastores hic idem propheta plenius loquitur, q̃ lanis ouiũ operiant, & lacte uescantur & caseo, & fractũ pecus ac morbidum non requirant. *b* ¶ *Tertia tui pars, etc.*] Lxx. quia supra quatuor partes posuerant, quas in descriptione incendij, gladij & dispersionis: tres tantũ esse sermo propheticus approbauit, ut superfluo una pars incẽdij in duas partes diuideret: In hoc quoq; loco eandẽ primã partẽ diuiserunt in duas, ut dicerẽt: Quarta pars tui morte atteretur, & quarta pars tui fame cõsumetur in medio tui, & quarta pars tui cadet in circuitu tuo, & quartã partẽ tui in omnẽ uentũ dispergã: Licet hoc quod posuimus: Et quarta pars tui in gladio cadet: de Theodotionis editione sub asteriscis additũ sit. Perspicuũ est autẽ, ut Hebræa ueritas cõtinet, tres esse partes: de quarũ prima dicatur: Et tertia tui pars peste morietur, & fame consumet in medio tui. Multoq; melius fuerat trãsferre quod scriptum est, q̃ rei male translatæ patrociniũ quærere. Nec hoc dicimus ab illis factũ quibus uetustas autoritatem dedit, sed per multa secula, scriptorũ atq; lectorũ uitio depraua tum. Quanq; & Aristeus & Iosephus & omnis schola Iudæorum, quinq; tantum libros Moysi à Lxx. translatos asserant. De quo capitulo quia supra diximus, nunc omittendum uidetur: Hoc tantum addam, quod necessarium est in eo quod ait: Et implebo furorem meũ, & requiescere faciam indignationẽ meam in eis, & cõsolabor, & scient quia ego dñs locutus sum in zelo meo, cum impleuero indignationẽ meam in eis, Quomodo sentiendus sit furor & indignatio & zelus dei, sæpe exposuimus, quod humanis deus loquat affectibus, non quo ipse iracsat, sed quo nos per pœnas atq; cruciatus deum sentiamus iratum. Zelus autẽ sub metaphora uiri & uxoris accipiẽdus, qui quãdiu uxorem diligit, zelotypus est: si neglexerit, dicit illud quod in consequentibus dicturi sumus: Zelus meus recedet

Matt. 5.d

Infra 34.d

B

à te, & ultra non irascar tibi. Quodq; iungitur: Et scient quia ego dñs locutus sum in zelo meo, non illi qui cõsumpti sunt fame & pestilentia, nec qui gladio ceciderunt in circuitu ciuitatis, sed illi qui dispergent in omnem uentũ, aliorũ mortibus suisq; miserijs sentient iratum deum, quem clementẽ sentire nolue rũt. *c* ¶ *Et dabo te, etc.*] Quodq; sequitur, & in opprobriũ gentibus quæ in circuitu tuo sunt: In Lxx. non habet, pro quo addiderũt de suo, & filias tuas in circuitu tuo. Rursumq; iuxta utranq; editionẽ, in cõspectu omnis prætereuntis. Prodest autẽ Hierusalem omnia in ea uitia desolari & ad desertũ redigi, & sua eam peccata cognoscere, ut quæ cæteris gentibus in exẽplum uirtutum esse debuerat, sit exemplũ miseriarũ. Filias aũt eius, urbes uel uiculos intelligere possumus, si ue ecclesias in toto orbe dispersas, ut quicunq; huius peregrinus est seculi, & dicit cum psalmista: Aduena sum & peregrinus sicut oẽs patres mei, & de quo dicit: Non dixerunt qui præteribant: benedictio dñi super uos, uideat opprobriũ eius & doleat. *d* ¶ *Et eris opprobrium & blasphemia, etc.*] Pro quo in Lxx. legit: Et erit σφακτή, id est, gemibilis. Et de Theodotione additũ est καὶ ἀλαλάσει, cuius uerbi noticiã non habemus. Pro quo tres alij interpretes, blasphemiã transtulerunt, quæ in Hebraico dicitur תהפה Sequitur. *e* ¶ *Cum fecero in te iudicia in furore & indignatione, etc.*] Gemitu autẽ dignã Hierusalem cum offenderet deum, ut faceret in ea iudicia in furore & indignatione, testatur & Paulus, qui dicit: Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri, & iterum: Qui fumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus aggrauati. Loquimurq; cum Hierusalẽ, iram domini sustinebo, quoniam peccaui ei. Ἀναλάσσω uel Ἀναλάω, quidam infelicem & miserã, alij perspicuam & expositam ad miserias intelligi uolũt. *f* ¶ *Quando misero sagittas famis, etc.*] Famem & pestilentiam & bestias pessimas, & quicquid aliud malorũ sustinemus in seculo, propter nostra uenire peccata manifestum est. Vnde & fames illa quæ facta memoratur in Ruth, & in Regũ uolumine sub Helia, quando tribus annis & sex mensibus cœlum clausum est, & sub Heliseo, cuius incredibilem inopiam repentina abundantia cõpensauit, dei iudicio missa est. Quod non solum tunc in Hierusalem factum est, sed & in nostra sit Hierusalem, in qua propter magnitudinẽ peccatorũ, primũ famis mittitur audiendi sermonem dei. Deinde famẽ mors sequit, ut qui non audiuimus, gustate & uidete quoniã suauis est dñs: postea sentiamus, mors peccatorũ pessima est. De firmamento & baculo panis, supra diximus. *g* ¶ *Et immittam, etc.*] Bestias pessimas induci super terram solitudinis, quæ fame & gladio

Ephe. 2.d
2.Cor. 5.b

Ruth 1.d
3.Reg. 17.d
4.Reg. 6.f

Supra 4.d

A gladio & peste uastata est, præsentia quoq; ostendunt tempora, quando familiaria animalia, canes, in domorũ carnes rabie concitant, & ursis ac lupis cunctisq; alijs generibus bestiarũ terra cõplet, pestilentiãq; & sanguinẽ transire per eam, morbũ gladiũq; significat. Sed & in nostrã Hierusalẽ mittuntur bestiæ pessimæ quando traditur in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum, & conscietiam peccatorum quæ excruciãt atq; dilacerant animum nostrũ. Dissensiones, hæreses, schismata, æmulationes, inuidiæ, tristitiæ, detractiones, desideria mala, auaricia quæ est radix omniũ malorum, bestiæ pessimæ sunt. quæ cũ fuerint in nobis, meremur audire: Corripiet te præuaricatio tua. Precamurq; & dicimus: Ne tradas bestijs animã confitentem tibi. Cap. VI

Rom. 1.d
2.Cor. 12.g

Hiere. 2.d

Psal. 73.d

CAPVT VI

ET factus est sermõ dñi ad me dicẽs: Fili hominis pone faciẽ tuã ad montes Israel, & prophetabis ad eos. Et dices: Montes Israel, audite uerbum dñi dei. Hæc dicit dñs deus montibus & collibus, rupibus & uallibus: Ecce ego indũcã super uos gladiũ, & disperdã excelsa uestra. & demoliar aras uestras, & cõfringent simulacra uestra, & deijciã interfectos uestros ante idola uestra. Et dabo cadauera filiorũ Israel ante faciẽ simulacrorũ uestrorũ, & dispergã ossa uestra circa aras uestras in omnibus habitationibus uestris. Vrbes desertæ erũt, & excelsa demolientur, & disipabuntur & interibunt aræ uestræ, & cõfringentur & cessabunt idola uestra, & cõterentur delubra uestra, & delebuntur opera uestra. Et cadet interfectus in medio uestri, & scietis quia ego dominus. Et relinquam in uobis eos qui fugerint gladiũ in gentibus cũ dispersero uos in terras, & recordabuntur mei liberati uestri

Pſal. 73.d

ET *factus est sermo domini, etc.*] Quod sæpe in hoc propheta dicitur adonai dñs, propter Græcos & latinos qui Hebrææ linguæ non habent scientiam, breuiter exponendũ uidet. Adonai unũ nomen est de decẽ uocabulis dei, & significat dñm, quo sæpe & in hominibus utimur. Denicq; & Sara uocans Abrahã dñm suum, hoc uocabat nomine. & ubi dicitur: domine mi rex, adonai scriptũ est. Quando igitur duo, dñi & dñi, iuncta sunt nomina: prius nomen cõmune est, secundum proprie dei, quod appellatur ἄῤῥητον, id est, ineffabile, & quod scriptũ fuit in lamina aurea, quæ erat in fronte pontificis. Montes autẽ Israel, qui simulacris dæmonũ fuerãt occupati, non auribus, sed imperio ac potentia conditoris, suum audiunt & intelligunt creatorẽ: Quomodo mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum, non utiq; carnis oculis quibus carebat. Et ad mare dicitur: Tace, obmutesce: Et uentorũ flatibus imperat: Iubeturq; uermi, qui Ionæ percussit umbraculũ. Et de eadẽ terra scriptũ est: Qui respicit terram & facit eam tremere. Ad quos propheta loquitur, indicans idola destruenda & aras, uniuersasq; ceremonias quibus prius idolis seruierant conterendas. Possumus montes Israel, & principes accipere eos qui potentia, sapientiaq; & scientia ac diuitijs præcellebant. Et hoc animaduertendũ, quod obfirmatur quidem facies & ponitur cõtra montes: sed nequaq; solis montibus, sed & collibus loquitur, & rupibus & uallibus: in quibus inferior dignitas, & gradus prudentiæ scientiæq; cognoscitur. Videntur mihi Tropologicẽ montes esse, qui ad perfectã scientiã peruenerunt. Colles, qui paulo inferiores sunt. Rupes, qui nullam habentes scientiam & tantũ in conuersatione fidentes, aliqua sibi de scripturarũ interpretatione præsumunt, habentes iuxta Apostolum zelum dei, sed non secundum scientiam. Valles aũt appellari nouissimos in ecclesia, qui & uita & scientia inferiores, tamẽ de cõuentu familiæ dominicæ non recedunt. Qui omnes uerbum dei iubentur audire, ut unusquisq; pro suo modulo & sensu intelligat quid dominus præcipiat. *b* ¶ *Ecce ego inducam super uos gladium, & disperdam, etc.*] Montibus dicit Israel q̃ disperdat deus excelsa eorũ, in quibus adorabãt homines fictos deos, & aras simulacraq; cõfringat, & cultores eorũ in cõspectu phanorũ interfici faciat, ut iaceant cadauera mortuorũ ubi prius iacebant hostiæ, & dispergantur ossa, non montiũ, sed eorũ qui iacebant in montibus in circuitu ararũ, & in cunctis urbib. uiculisq; Israel. Hoc iuxta literã. Alioquin & super eos qui eriguntur in superbiã, & de quib. Apostolus loquitur: Scientia inflat, charitas aũt ædificat, inducitur gladius, ut omnia eorum simulacra quæ de suo finxerunt animo cõterantur, & interfecti iaceant, & mortuos se esse sentiant, nihil sibi simulacra sua atq; figmenta prodesse cernentes. Quodq; dispergere se dicit ossa montiũ circa aras, fortissimos quosq; eorũ à se mutuo indicat separãdos. Prodest enim peruersæ scientiæ malos à malis diuidi. Et ut illi qui cõsensu pessimo ædificabãt turrem, pro utilitate propria dissipati sunt, diuisæq; linguæ eorũ, ne cõsensus pessimus peiores eos faceret, ita ossa montiũ dispergentur, ut uanos conatus suos intelligant. Hoc quod nos posuimus: Et dabo cadauera filiorũ Israel ante faciẽ simulacrorũ uestrorũ, in Lxx. non habetur. *c* ¶ *Vrbes desertæ erũt, etc.*] Causa perspicua cur urbes montiũ deseren dæ sint, scilicet ut demoliãtur excelsa araq; & idola destruant, & delubra pereant, & omnis simulacrorũ cultura desistat, cadantq; interfecti in medio montium, & sciant quoniã ipse sit dñs. Per quæ occasio nobis datur, spiritualẽ magis intelligentiã sequi, ut urbes hæreticorum quæ interpretant ecclesiæ, & excelsa superbiæ eorum, & aras peruersorũ dogmatũ confringant, & idola pereant quæ de suo sibi corde simularant, & conterantur delubra non templa quæ contra templũ dñi surrexerant, Græcoq; sermone appellantur τεμένη, id est, phana atq; delubra, & omnia opera montiũ conterantur quæ non opera dei sunt, sed magistrorũ falsæ scientiæ. Cumq; ceciderint interfecti in medio montium, uel quos ipsi montes interfecerant, uel ecclesiastici uiri qui eos male uiuentes in salutẽ suã occiderant: tũc finis erit montiũ superborũ, ut cognoscant q̃ ipse sit dñs. Potest autẽ fieri ut de uno populo montiũ Israel, alijs interfectis cognoscant alij. Pestilente enim flagellato, stultus astutior erit. *d* ¶ *Et relinquam in uobis eos qui, etc.*] Illud qđ dñs loquitur ad Heliam: Reliqui mihi septẽ milia uirorum qui non curuauerũt genu Baal, & Paulus apostolus scribit: Et nunc in hoc tẽpore reliquiæ secundũ electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt: potest huic capitulo cõuenire. Et Apostoli enim qui erant de semine Israel & gladiũ fugerant: ideirco sunt reseruati, ut dispergerentur in terris, & in gentibus euangeliũ prædicarẽt, ac recordarent in gentibus dei, in quibus captiuitatis tempore uersabant. Potest autẽ & hoc dici, quod ideo aliqui de captiuitate Iudaica reseruati sint, ut in gẽtibus recordarent nominis eius, illiusq; potentiã prædicarent. De hæreticorum quoq; populis, qui euadere potuerint gladium perditionis eorum & pessimam factionem, quæ con-

Tropol.

Iacobi 3.d

B *Gen. 18.b*
Exod. 28

Pſal. 113.a
Nah. 4.d
Ionæ 4.c
Pſal. 103.d

3.Reg. 19.d

Rom. 11.d

A contra deum fuerat cõcitata, huc illucq; dispersi, recordabunt nominis dei: agentes pœnitentiã, & captos se à uitijs ecclesiasticis exultabũt. *a* ¶ *Quia cõtriui cor eorum, etc.*] Multa de hoc capitulo à Lxx. prætermissa sunt, illudq; mutatũ: Iurauit cordi eorum fornicanti. Pro quo nos posuimus: cõtriui cor eorũ fornicãs. Iurauit aũt atq; decreuit se facturũ esse quæ opere mõstrauit, siue cõtriuit fornicãs cor, & recedens à deo, eorũ de quib. per Osee dñs loquitur: Spiritu fornicationis seducti sunt. Et oculos fornicantes post idola, per quorũ fenestras mors intrasse phibeb. Quã ob causam & in Daniele duo presbyteri præceperunt reuelari Susannam, ut nudati corporis decore fruerentur. Nec frustra locutus est dñs ut faceret malũ uel mala, qñ ad cõminationẽ eius agũt pœnitentiã qui sententiæ subiacebant. Sin aũt cor durũ sit & indomabile, ne p pœnas quidẽ sentiens beneficia corrigentis, di

B citur ad eos: Sine causa percussi filios uestros, disciplinam non recepistis. Prodest aũt & hæreticis ut conteratur cor eorũ, thesaurus pessimus dogmatũ peruersorum, quia recessit à dño, & fornicantes oculi post adiuentiones suas. Qui cum dñi fuerint recordati, displicebunt sibi in uniuersis abominationibus suis, & intelligentes ueræ fidei ueritatẽ, scient quia ipse sit dominus. Qui idcirco sæpe infert tribulationẽ, quæ patientibus pernicioſa uidetur & pessima, ut ad pœnitudinẽ conuertantur. *b* ¶ *Hæc dicit dominus deus, etc.*] Magnitudinẽ peccatorũ, iubetur propheta manibus pedibusq; ac sermone monstrare, ut gestu corporis ac indignatione uocis, habitum stupentis mirantisq; & plorantis ostendat. Quomodo enim si quando nouũ aliquid mirandumq; cõspicimus, tam corpore q̃ animo perhorrescimus, ita ut complodamus manus, & pedes allidamus ad terrã, & uocẽ inclinemus ad fletũ, sic nunc oculis animi propheta cernens uentura supplicia, ad uniuersas abominationes malorũ domus Israel loquitur quæ sequuntur. Percutimus spiritualiter manu, quando à malis nos operibus separamus. Allidimus pedẽ: quando non gradimur itinere peccatorũ. Plangimus atq; ploramus, quando nobis displicẽt quæ geruntur. Quod ostendit uerbo, heu. Pro quo Aquila interpretatus est, ἃ ἃ, Symmachus χιτλίασον, quod significat lamentare uel plange. Lxx. & Theodotio οὐαὶ, qd magis insultantis est q̃ plangentis. *c* ¶ *Qui gladio, fame & peste ruituri sunt.*] Hæc est autem causa plangendi, q̃ habitatores montium & ararum idolorumq; cultores gladio, fame, & peste ruituri sunt. Qui uarijs ducuntur erroribus, & quotidie mutant fidem: circũferunturq; omni uento doctrinæ, isti cæduntur gladio, & diuidun tur in partes, unitatem ecclesiasticæ fidei relinquentes. Qui uerò spirituales non habet cibos, fame morietur, neſciens eũ qui dixit: Ego sum uita. Porrò qui uel singulis uel pluribus deditus uitijs, ab eis non potest separari, quasi quodã ueterno pestilentiæ corruit. *d* ¶ *Qui longe est, etc.*] Qui obsidionẽ urbis effugerit, & ad deserta migrauerit, peste morietur: qui prope fuerit, cadet hostium gladio. Quẽ autẽ circũdederit hostilis exercitus, fame interibit & penuria, in hisq; omnibus implebitur indignatio dei, ut cognoscãt qui remanserint, quia ipse sit dñs. Qui ab ecclesia quoq; recesserit, statim peste morietur. Qui sciolus sibi uidet & diligens, nisi cauerit, gladio feriet inimici. Qui simplici cõtẽtus fide, instar brutorũ animantiũ uersatur quidẽ in ecclesia, sed tamen in nullo bono opere p̃ficit: nec imitator est formicæ, quæ in messe præparat sibi cibos atq; cõportat: iste fame morietur, & in his omnibus implebitur ira dñi. *e* ¶ *Et scietis, etc.*] Perspicuũ est iuxta literã, & interpretatione non indiget, quod in mõtibus Israel & in excelsis colibus inter ipsa idolorum altaria lucosq; qui appellantur ligna nemorosa, Israeliticus sit cæsus exercitus, ut ubi peccauerant, ibi punirentur. Iuxta Anagogen sequamur ordinem propositũ. Quando magistri hæretici corũ ab ecclesiasticis uiris qui instructi sunt scientia scripturarũ, contriti fuerint atq; superati, uidemus interfectos peruersorum dogmatũ iacere inter simulacra quę finxerant, & eos qui se eleuabant contra scientiam dei stratos in montibus collibusq; subtus omne lignũ nemorosum: qui habebant uerba pompatica, umbramq; foliorũ, & poma bonorũ operũ non habebãt, qui erãt sub omni quercu frondosa, quæ non affert fructus hominum sed porcorũ: ubi accenderũt thura redolentia non deo sed idolis suis. Nec dicere poterant quod de Noe scriptũ est: Odoratus est dominus odorem bonæ fragrantiæ, & id qd Paulus loquit: Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Quomodo aũt sanctus odore suo delectat deũ, sic peccator ex cuius persona psalmus ille cantatur: Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipietiæ meæ, accendit idolis suis thura fœtentia. Id quod nos interpretati sumus, in cunctis summitatibus montium. Et post paululum: Et subter uniuersam quercum frondosam, Lxx. reliquerunt. *f* ¶ *Et extendam manum meam super eos, etc.*] O montes Israel, cum interfecti uestri ceciderint in medio ararum idolorumq; uestrorum in omni colle excelso, in cunctis montium summitatibus, cumq; compleuero lucos uestros cadaueribus mortuorũ, in quibus quondam accenderunt thura idolis suis redolentia: tunc extendam manum meam ad ultionem quæ fuerat hucusq; contracta, & redigam uniuersam terram Israel in solitudinẽ, à deserto Deblata quæ est in terra Emath, quæ hodie uocatur Epiphania Syriæ, in cunctis habitationibus eorũ: ut omnibus pateat nihil esse inter solitudinem & mare magnum, quod non hostis mucro cõsumpserit.

Multi

Hiere. 2.f *Osee 4.c* *Dan. 13.d* *Ioan. 14.d* *Anagoge* *Gen. 8.d* *2.Cor. 2.d* *Psal. 37.b*

A Multi putant eundẽ esse locũ, de quo in Hieremia scriptũ est: Et apprehenderũt Sedechiã in deserto quod est iuxta Hiericho, & omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cũq; cõprehendissent regẽ, adduxerunt eũ ad regẽ Babylonis in Reblata, quæ est in terra Emath. Potest & obuicinã similitudinẽ ר & ד Hebraicarũ literarũ quæ paruo apice distinguuntur, uel deblata uel reblata appellari. Iuxta mysticos aũt intellectus, extẽdit dñs manũ suã super oẽs qui hæretico fuerant errore decepti, ut terrã eorũ quæ interpretat ecclesia faciat desolatã à deserto deblata, quod in lingua nostra σπαλλάθλω, hoc est massam ficorũ sonat, carycarũq; inter se cõpactarũ, ut postq; in simulata dulcedine quæ non erat terræ cultæ, sed solitudinis, amaritudinẽ repererint, tũc cognoscãt, quia ipse sit dñs. Mel enim distillat de labijs mulieris meretricis, quæ ad tẽpus impinguat uescẽtiũ fauces, & postea amarius felle reperit. Hoc significant & duo calathi ficorũ q̃ positi sunt in Hieremia cõtra faciẽ templi: unus ficorũ optimarũ, & unus pessimarũ, quorũ alter ad ecclesiam Christi refertur, alter ad cõgregationẽ malignantium.

Hier. 39.b *Prou. 5.a* *Hier. 24.a*

CAPVT VII

ET factus est sermo dñi ad me, dicẽs: Et tu fili hoĩs, hæc dicit dñs deus terræ Israel: Finis, uenit finis sup quatuor alas terræ. Nunc finis sup̃r te, & mittã furorem meũ in te, & iudicabo te iuxta uias tuas, & ponã cõtra te oẽs abominationes tuas. Et non parcet oculus meus sup̃ te, & non miserebor: sed uias tuas ponã super te, & abominationes tuæ in medio tui erũt: & scietis quia ego dominus. Hæc dicit dominus dẽus: Afflictio una, afflictio ecce uenit, finis uenit, uenit finis. Euigilauit aduersum te, ecce uenit. Venit contractio super te qui habitas in terra. Venit tur ut magis misereatur, ne quid putridũ uiuasq; carnes sui uicinia corrupturũ, remaneat in corpore. Percutit aũt dñs quẽ diligit, & castigat omnẽ filiũ quẽ recipit. Cuius intelligentiæ est: Ego percutiã, & ego sanabo. Omnis enim medicina ad tempus habet amaritudinẽ, sed postea fructus doloris, sanitate monstrat. Tale quid & per Amos loquit deus: Quoniã uos cognoui de uniuersis tribubus terræ: idcirco ulciscar super uos omnia peccata uestra. Nouit em̃ dñs eos qui eius sunt. Et uias, inquit, illius totiusq; uitæ egressum, abominationesq; & maculas ponã in medio eius: ut ante oculos peccatricis quæ pro sanitate punitur, pristina peccata ponant. Cumq; hoc fecerit dñs, scient qui cruciati sunt, q̃ ipse sit dñs. Hoc ipsum sonat & illud testimoniũ: Ulciscar Iacob secundũ uias suas, & iuxta adinuentiones eius reddam illi. *c* ¶ *Hæc dicit dominus deus: Afflictio, etc.*] Hæc in Lxx. non habentur, sed in editione eorũ de translatione Theodotionis sub asteriscis addita sunt. Nos aũt sequamur Hebraicũ. Pro afflictione quam iuxta Symmachũ qui interpretatus est κάκωσιν, perspicuitatis causa posuimus, & in Hebraico & in Græco κακίαι uel πονηρίαι scribitur, id est, malicia. Dicit aũt q̃ extremũ peccatorũ terræ Israel tempus aduenerit: ut iam non effugiat sententiã dei quam longo tempore merebatur. Et quia necdum cõpleuerat peccata sua, propterea differebatur supplicium, secundum illud quod scriptũ est: Necdum enim cõpleta sunt peccata Amorræorũ. Vnde & dominus ad Iudæos: Et uos, ait, implete mensuram patrũ uestrorũ. Venit tibi ergo miseria, uenit afflictio, uenitq; captiuitas. Et ne putes me rursum futura minitari, ostendo digito atq; demonstro. Ecce uenit, finis uenit, uenit finis. Qui hucusq; dormitare tibi uidebatur & quiescere, euigilauit contra te repente atq; surrexit. Venit contractio, quæ in Hebraico dicitur הַמְּצִיאָה & quam Aquila interpretatus est πθοσκόπησιν, id est, cõtemplationẽ & profectionẽ, quã semper pauida tibi uenire metuebas, & quam interpretatus est Theodotio πλοκήν, id est, ordinẽ contextũq; malorũ omniũ. Porrò quod dicitur: Super te qui habitas in terra: iuxta illud Apocalypseos Ioannis debemus accipere: Væ super omnes qui habitant in terra. Sanctus enim non est habitator terræ, sed aduena atq; peregrinus: dicitq;: Aduena sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Quamobrẽ & Abraham Hebræus, id est, περάτης & peregrinus transitorq; memoratur: de præsenti seculo ad futurum transire festinans. Possumus hunc locum & spiritualiter interpretari contra populum Iudæorũ, super quem uenit finis & consummatio à sanguine

Deut. 32.f *Heb. 12.b* *Amos 3.a* *2.Tim. 2.c* *Apoc. 8.d* *1.Cor. 38.e*

Abel

Esa. 24.c *Psal. 67.c* *Matt. 23.d* *Deut. 32.b* *Psal. 134.d* *Osee 12.d* *Gen. 15.d* *Matt. 23.d*

A Abel iusti usq; ad sanguinē Zacharię filij Barachiæ, quē
Matt. 23.d interfecerūt inter templū & altare. Quandiu enim non
miserunt manus in filiū dei, dormitauit sententia eius
dñi, & dilata est: Quando uerò interfecerunt hæredē, ut
periret hæreditas: tūc euigilauit aduersum eos, atq; sur
rexit omnis ordo mi
serarum atq; perple
xio, quia non quæsie
runt cœlestia, sed ter
ræ hærere cupierunt.
a ¶ *Venit tempus, etc.*]
Verbum Hebraicum
חד חרים quod nos in
duo uerba diuisum,
primū, חד secundum
חרים iuxta Theodo
tionē gloriā montiū
interpretati sumus,
Symmachus uertit in
recrastinationem, di
xitq;: Et tempus pro
pe est: dies festinatio
nis, & non recrastina
tionis. Porrò Lxx. ita
transtulerunt: Venit
tēpus, appropinqua
uit dies non cum per
turbatione, neq; cum
doloribus. Theodo
tio: Venit tempus, prope est dies famis & non gloriæ
montiū. Occisionis aūt tēpus & famis nūc quoq; in Iu
daico populo cōprobat, non habente prophetas nec
uerbū dei, quo anima credentiū pascitur. Montes autē
magistros intellige, & qui habeant noticiā scripturarū.
B De quibus & in alio loco dicitur: Illuminans tu mirabi
Psal. 75.a liter à montibus æternis. Porrò Lxx. qui dixerūt, non
cum perturbatione & non cum doloribus, illud signi
ficant, quod tantā habeant ignorantiæ dei & animi cæ
citatē, ut nec turbentur in sceleribus suis, nec pœnitentiæ
doloribus crucientur. *b* ¶ *Nunc de propinquo, etc.*] Si à
quinto anno transmigrationis regis Iechoniæ usq; ad
nonū annū regni Sedechiæ, quādo uenit Nabuchodo
nosor & obsedit Hierusalē, supputare uoluerimus, tres
anni erunt medij. Vnde recte dicit: Nūc de propinquo
effundā irā meā super te. Nequaq; tibi uentura prædi
cam, nec cōminabor quæ longe post futura sunt, nunc
in te cōplebo furorē meum. Qui furor & ira nequaq;
absq; iudicio est, sed ut reddat uias tuas in caput tuū, &
omnes abominationes tuas sentire te faciat. Possumus
aūt & de extrema captiuitate dicere, q; post interfectio
nem Christi, quādo uenit eis finis, & euigilauit aduer
sum eos peccatū, impletum est illud quod scriptum est:
1. Thess. 2.b Nūc peruenit in eis ira dei in finē. Quādo à Tito & Ve
spasiano Hierusalē circumdata est, & aduenit desolatio
Matt. 23.d eius, & implerū est: Ecce relinquet uobis domus uestra
deserta: tunc iudicati sunt iuxta uias suas & blasphe
mias, quibus dñm negauerūt, & senserūt furorē dei, &
omnis indignatio eius super illos effusa est, receperūtq;
scelera sua, ut permaneat deletio tēpli usq; ad cōsumma
tionē. *c* ¶ *Et non parcet, etc.*] Causas seueritatis & auste
ritatis siue ut hæretici putāt crudelitatis dei quod non
parcat oculus eius nec misereat, subiecit dicens: Vias
tuas dabo tibi, & abominatiōes tuæ in medio tui erūt,
ut sentias quæ feciſti, & uidēs abominationes tuas uel
in cōspectu tuo, uel in medio omniū positas, emendes
errorem pœnitudine, & recedens à pristinis operibus
cum oderis quæ feciſti: tunc sentias quod ipse sit domi
Heb. 12.b nus. Qui ideo percutit ut emendet, & castigat omnem
filium quem recipit. *d* ¶ *Ecce dies, etc.*] Contracta est,
inq;t, dies & abbreuiata, instatq; ultima captiuitas. Flo
C ruit uirga quæ multo uobis tempore minabat, & de flo
re fructū plagarū parturit. Superbia uestra germinauit
quod merebamini: ut super uirgam impietatis uestræ,
quia subiectos uobis impie cædebatis cōsurgat iniqui
tas, quæ nō est ex mi
serabili populo, neq;
ex eis quæ instar bru
torum animantiū du
cunt à magistris, neq;
ex clamore eorum &
sonitu, quo frustra
uociferantur: à sacer
dotib. pharisæisq; se
ducti, ut consona uo
ce clamarent & dice
rēt: Crucifige, crucifi
ge talem. Vnde non
erit eis requies, sed æ
terna captiuitas. Por
rò Lxx. iuxta illū sen
sum in quo scribitur:
neq; enim scitis quid
uētura pariat dies, di
xerunt: Ecce dies pa
rit, quod multo ante
cōceperat, uenitq; fi
nis, & egressa est com
plexio, quæ mala ue
stra omnia cōplectat & teneat: siue ut Symmachus in
terpretatus est, inspectio, ut omnia uideat deus quæ feci
stis, & cōsideret opera uestra, & reddat unicuiq; quod
mereē. In eo aūt quod ipsi similiter transtulerūt, floruit
uirga, illo testimonio uti possumus: Ne auferas uirgā à
filio tuo. Et apīs: Quid uultis? In uirga ueniā ad uos, an
in charitate & spiritu mansuetudinis? Sed & deus ore
psalmistæ resonat: Uisitabo in uirga iniquitates eorū,
& in flagellis peccata eorū: misericordiā aūt meā nō au
ferā ab eis. Ideo ergo dñs uisitat & percutit, ut oriat &
pateat omnis superbia quæ diu latebat inclusa, & susci
reē iniuria cōtra ortā & germinantē superbiā, cōteratq;
fortitudo iniqui, non cum perturbatione, neq; cū festi
natione. Finis enim florētis uirgæ, sanitas est atq; corre
ctio, quæ non eorū merito uenit qui corripiuntur, nec
pulchritudine quam in se non habēt, sed misericordia
dñi. Locus difficilis, & inter Hebraicū & Lxx. multum
discrepans, quibus pleraq; de Theodotionis editione
addita sunt, ut aliquā habere consequentiā uiderentur.
e ¶ *Venit tempus, appropinquauit dies.*] Non solū ad Hieru
salē dicit, q; uenerit ei tempus captiuitatis, & appropin
quauerit dies quo Babylonio sit uallanda exercitu, sed
& ei qui extructis & dilatatis horreis exultabat, domi
nus loquit: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te,
quæ autē præparasti, cuius erunt? Vnde & Apostolus:
Tempus, ait, abbreuiatū est. Et in alio loco: Præterit e
nim figura huius mundi. Notandū q; non in futurum
distulerit, sed de præsenti dixerit, præterit, & quotidie
labitur figura mundi. Nunq; enim in eodem statu per
manet, sed semper crescentiū & decrescentiū figura præ
teruolat & mutatur. Vnde & dñs: Cœlū, inquit, & terra
præteribit. Sin autē hæc quibus omnia quæ in mundo
sunt cōtinentur, prætereunt atq; pertranseunt: quid po
test in humanis rebus esse perpetuum? *f* ¶ *Qui emit non
lætetur, & qui uendit non lugeat.*] Naturale est in possessio
num emptione lætari, in uenditione lugere. Cum au
tem inter seruitus atq; captiuitas, & gaudium & tristi
cia in utroq; sunt uana. Vnde & Apostolus: Tēpus ab
breuiatum est: de cætero qui habent uxores sint quasi
non habeant, & qui flent, quasi non fleant, & qui gau
dent

Vēnit tempus, prope est dies occisionis, & non gloriæ montiū. Nunc de propinquo effundā irā meā super te, & replicabo furorē meum in te, & iudicabo te iuxta uias tuas, & imponā (siue dabo) tibi oēs abominatiōes tuas. Et nō pārcet oculus meus, neq; miserebor: sed uias tuas imponā (siue dabo) tibi, & abominationes tuæ in medio tui erūt, & scietis quia ego sum dominus percutiens.

HEB. Eccē dies ecce ue
nit: egressa est cōtractio,
floruit uirga, germina
uit superbia. Iniqtas sur
rexit in uirga impietatis,
nō ex eis, & nō ex popu
lo, neq; ex sonitu eorū,
& non erit requies eis.
Vēnit tempus, appropinquauit dies. Qui ēmit non læ
tetur

SEP. Ecce dies parit, ecce finis
uenit: egressa est cōplexio, &
floruit uirga, germinauit su
perbia, suscitata est iniuria, &
cōteret fortitudinē iniqui, &
nō cum perturbatione neq;
cū festinatione, & nō ex ipsis
sunt, neq; pulchritudo in eis.
Ioan. 9.d

Prou. 27.d

Prou. 13.d
& 23.b

D

1. Cor. 4.d
Psal. 88.c

1. Cor. 7.c

1. Cor. 7.c

A dent, quasi non gaudeant: & qui emunt, quasi nō possi
deant: & qui utunt mundo isto, quasi nō utantur. Nam
Matt. 24.d & diluuium ementes oppressit atq; uendentes: ut dñs
loquitur in euangelio. *a* ¶ *Quia ira super, etc.*] Hoc in
Lxx. non habetur. Pro populo, potest multitudo & tur
ba iuxta Hebraicum
accipi: hoc ēm signifi
cat המונה Causatq; p
spicua est quod idcir
co qui emit, gaudere
non debeat: & qui uē
dit lugere desistat: qa
ira dei in breui uētu
ra sit super omnē mul
titudinē terræ Iudææ
siue Hierusalē. Ex su
perioribus enim in
telligitur, in quibus
scriptum est: Hæc di
cit dñs deus terræ Is
rael, etc. *b* ¶ *Quia qui uendit, ad id quod uendidit
non re, etc.*] Iuxta He
braicū morem loqui
tur. Oīnis ēm emptio
ad uenditorem reuertebatur quinquagesimo anno re
missionis: qui apud illos uocatur iubileus. Ante igitur
quàm annus remissionis adueniat, quando possessio
nes ad priores dominos reuertunt, ingruet captiuitas
quæ omnem urbis auferet cōsuetudinem. Porrò quod
Lxx. transtulerunt: Quia qui emet, ad uenditorem nō
B reuertetur: cum iuxta historiam penitus non cohęreat:
iuxta Anagogen hūc sensum habere potest: ut dicamus
eum qui hæretico fuerat errore deceptus, cum intellexe
rit magistri fraudulentiam, nequaquā reuerti ad uendi
torem: id est, ad magistrū: sed eū despicere atq; contem
nere. *c* ¶ *Et adhuc in, etc.*] Quomodo possessio non re
uertet ad priorem dñm euersione urbis instante: sic ui
sio & comminatio prophetalis quæ ad oēm multitudi
nem urbis dirigit, nequaquam regredietur & irrita fiet,
sed rebus explebitur, uiuentib. adhuc his ad quos pro
phetalis sermo dirigit. Hoc aūt ait, ut ostendat imminē
tem captiuitatem: ne secundū consuetudinem dicerent:
Visio hæc in longos dies erit, & post tempora multa cō
plebitur. Possumus & hoc dicere, quod postq; recesserit
Matth. 11.b à Iudæis uisio prophetalis: Lex ēm & prophetæ usq; ad
Ioannem baptistam: post interfectionem saluatoris ne
quaquam regrediatur ad eos: nec ultra mereant habe
re prophetas. Significanterq; ad oēm, inquit, multitudi
nem uisio non regredietur. Ergo regredietur ad eos qui
ex Iudæis dño crediderunt, apostolos uidelicet & reli
quias populi Iudaici, quæ ex Israel saluæ factę sunt. Sed
nec isti duo uersus habentur in Lxx. æditione. *d* ¶ *Et
uir in iniquitate uitæ suæ non confortabitur.*] Et est sensus iuxta
Hebraicum: Non proderit homini iniquitas sua: nec ei
præbebit aliquam fortitudinem. Iuxta Septuaginta: Et
homo quod desiderauit quod in mundo putauit esse
pretiosum non obtinebit: sed libertate pereunte, amit
tetur omne quod pulchrum est: Ambiguitas autem he
braicarum literarum ו & י quæ tantum magnitudi
nē discernuntur, fecit alios iniquitatem, alios oculos in
terpretari. *e* ¶ *Canite tuba, præparentur, etc.*] De tubarum
clangore & sonitu in multis locis legimus: ut ibi: Sicut
Esa. 58.d Psal. 80.d tuba exalta uocem tuam. Et alibi: Clangite in neome
Num. 10.a nia tuba, in insigni die solennitatis nostræ. Et in Apo
stolo: Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce arch
angeli & in tuba dei descendet de cœlo. Et in Euāgelio:
Nolite tuba clangere ante uos. Et tubas ductiles atq; ar
genteas, Numerorū narrat historia, quæ sermoni pro

phetico comparat, & doctrinę apostolicæ. Præcipitur q; C
nunc, ut omnes ad signū clangoris & buccinæ præpa
rent ad bella. Porrò quod dixere Lxx. & iudicate om
nia: nulli dubiū est quin apostolorū conueniat potesta
ti. Qui postquā cecinerit angelorū tuba, iudicaturi sunt
in duodecim thronis
duodecim tribus Isra
el. Quorū Paulus lo
quebat: Angelos iudi
cabimus. Et alibi: In
uobis iudicabit mun
dus. Iuxta præsentem
aūt sensum iubentur
per Ironiā hi q huic
officio mācipati sunt
tuba clangere: ut om
nes cōtra Babyloniū
parentur exercitum.
f ¶ *Et non est, etc.*] Et
hæc in Lxx. non ha
bentur. Præceperat
deus ut tuba caneret
ad exercitum præpā
randum qui Babylo
niorū posset resistere
fortitudini: sed nihil profuit imperasse, cū non sit in po
pulo qui audeat ad bella procedere. Idcirco aūt enerua
tus est populus & caret uiribus præliandi, Quia omnis
ira dei super omnem multitudinem eius, subaudit ur
bis Hierusalem, siue terræ Iudææ. Sed & in nostra terra
& Hierusalem, quando nos uel persecutio publica, uel
uariorum incentiua uitiorum superare nituntur: fru D
stra magistri canunt tuba, & præparare nos ad bella se
stinant: cum nulla sit in populo fortitudo: quæ idcirco
subtracta est, quia iram dei præsentia meruere peccata.
g ¶ *Gladius foris, etc, quasi columbæ conuallium.*] Lxx. colum
bas conuallium: siue ut Theodotio transtulit, meditan
tes: omnino tacuerunt. Hoc q; quod nos interpretati su
mus, omnes trepidi: unusquisq; in iniquitate sua: Theo
dotio transtulit ita: oēs mussitantes, unaquæq; in ini
quitate sua: ut sub metaphora columbarum meditan
tium, significet unumquemq; de populo suū flere pec
catum: & intelligere atq; sentire cur ista patiat. Tres autē
partes aliorum qui in urbe pestilentia & fame morian
tur: & aliorum quos gladius foris interficiet: & eorum
qui in captiuitatem fuga euaserint, supra legimus: quo
rum qui saluus fuerit, transibit ad mōtes: & instar mus
sitantium columbarum, sua trepidus peccata deflebit.
Tropologice uero sic accipiendum: quod qui in agro Tropol.
& campo est extra fines dīcæ ciuitatis, quæ interpretat
ecclesia, aduersarij mucrone feriat: qui autem in ciuitate
egerit negligenter, nec præparauerit sibi cibos: de qui
bus in Prouerbijs scriptū est: Qui operatur terram suā, Prou. 12.b
replebitur panibus: iste fame morietur & pestilentia. Pau
ci aūt, qui uel hæreticorum gladium, uel desidiæ suæ fa
mem, mortemq; uitauerint: non saluabunt nisi in mon
tibus, & nisi assumpserint alas columbæ, & auolauerint
& requieuerint. Quæ columbę quamdiu in uallib. sunt
trepidant, & ad singula reformidāt: quarū præcipimur
imitari innocentiam: & de quibus in psalmo scriptum
est. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ Psal. 37.e
deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. In
cuius specie descendit spiritus sanctus, & mansit super Mat. 3.d
dñm saluatorem. Pulchreq; iuxta Theodotionem uoca
bimus columbam meditantem, eum qui in lege domi
ni die ac nocte meditatur: & de quo scriptum est: Os iu Psal. 36.f
sti meditabitur sapientiam. *b* ¶ *Omnes manus dissoluentur,
etc.*] Pro genibus, aquis fluentibus, Septuaginta tran
stulerunt: fœmora polluētur humore. Cum aūt omnes

trepidauerint, & ad montana confugerint, manus omnium dissoluentur: & nullus contra hostes poterit resistere, pauoris & magnitudine urina polluet genua: nec ualebit profluentes aquas uesica cohibere. Accingent se cilicijs, & tremor omnia possidebit. Hoc in illo populo factū est, nō solum sub Babylonijs, sed & sub Romanis, quādo peruenit in eos iusq; ad finem ira dei. Cæterū & in nostra Iudæa in qua est dñi cōfessio, quando multiplicatæ fuerint iniqtates, & refriguerit multorū charitas: omnes manus bonorū operū dissoluent, & cūcta genua siue semora fluent aquis, eorum qui illicitos quæsierūt cōcubitus: & quos in lege τὰς γονορῤῥοίας, id est fluxū seminis sustinētes, & immundos scriptura cognominat. Vnde qui tales sunt, debent se accingere cilicijs pœnitentiæ: & uenturum iudicū formidare. Quod

B qui fecerit, merebitur Esaiam audire dicentē: Conforta
Esa. 35.a mini manus dissolutæ, & genua debilia roboramini. a ¶ *In omni facie confusio, & in uniuersis, etc.*] Rubor uultus, pudoris indiciū est: & conscientia peccatorū lucet in facie: spesq; salutis est, quando delictum sequit uerecundia. Vnde ad eam quæ corde duro in suis peccatis gloriabatur, dictum est: Facies meretricis facta est tibi, ne-
Hier. 3.b scis erubescere. Caluitium quoq; capitis, luctus est signum, quādo perdit decorē cæsaries: & pulchritudinē comarum amittimus. Denicq; & ad Hierusalem dicitur:
Esa. 3.d Pro ornamēto capitis tui habebis caluitiū, propter opera tua. Et alius prophera: Omnia, inquit, capita in om-
Hiere. 49.f ni loco attondentur: & omnis barba radetur. Micheas
Mich. 11.d quoq; ad eandem Hierusalē: Decaluare, ait, & tondere super filios deliciarum tuarū: dilata caluitium tuū sicut aquila. Et super mortuis iubetur fieri caluitiū. Soli autē sanctū, hoc est Nazarai & qui ad pontificatū dñi meruerunt peruenire, non radunt capita sua. Neq; enim ha-
Num. 6.d bent mortis opera nec immundi sunt: quia Nazaræi: id est, sancti dñi sunt. Quod si iuxta eos quispiam mortuus fuerit, omnes dies pristini non reputabuntur sanctificationis eorum. Samuel dei sanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta possedit: audiuitq; illud
Cant. 5.c de Cantico canticorū: Cincinni tui nigri sicut coruus.
Iudic. 16.e Porrò Samson quia perdidit comam, perdidit fortitudinem: paulatimq; renascētib. capillis, uires rediere pristinæ: ut multo plures moriens quàm uiuēs occideret. Helisæus uero licet corporis haberet caluicium: tamen
4.Reg. 2.d quia Nazaræus dñi erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli quia paruuli erant, & nec dum ad ætatem uiri peruenerunt, illudentes caluitio eius atq; dicentes: Ascende calue, ascende calue: ferarū laniati sunt morsibus: quarum saltus ac syluæ sunt habitaculum. b ¶ *Argentum, etc.*] Fuga & captiuitate cogente, diuitias & auri argentiq; pondera proijcient in plateis: suas tantū animas seruare cupiētes, ne sint pōderi quæ prius fuere
Anogoge luxuriæ. Alioquin & iuxta Anagogen captiuorū atq; fugentiū de Hierusalem omne argentū proijciet in plateis, in lata & spacioſa uia quæ ducit ad mortē: quia angustā salutis semitam reliquerūt. Sed & omne aurū contemptui, uel in sterquilinio atq; immundiciā reputabitur. Non eñ potest habere mundiciam, qui extra dñi ecclesiam est. c ¶ *Argentū eorū & au. etc.*] Et hoc in Lxx. nō habetur. Nulli autem dubiū, quin obsidionis & famis tempore, aurum argentumq; esurientes non liberet: & illisi pretiosissimo metallo dentes, instar durissimi lapidis retūdant. Denicq; sequit. d ¶ *Animā suā nō saturabūt etc.*] Præsentib. malis didicimus multos diutes inter Sericū, gemmas, & auri argentiq; pondera egestate cōfectos, habuisse extum mendicantium. Argentum autem & aurum eorum qui extra ecclesiā sunt, non liberare animas possidentium in die furoris dñi: sed æternam eos habere famem, & inani uentre cruciari:

fluent aquis. Et accingent se cilicijs & operiet eos formido. In ōmi facie confusio: & in uniuersis capitib. caluitiū.

HEB. Argēntum eorum foris proijcietur: & aurum eorū in sterquilinium erit. Argēntū eorū et aurū eorū nō ualebit liberare eos in die furoris dñi. Animām suā nō saturabūt: & uētres eorū nō implebuntur. Quiā scandalū iniquitatis eorū factum est.

SEPT. Argentum eorum in plateis proijcietur: & aurum eorū erit cōtemptui.

HEB. Et ornāmētū moniliū suorū in superbiam posuerūt: & imagines abominationū suarum & simulacrorum fecerūt ex eo. Propter hoc dedi eis illud ī immundiciā: & dabo illud in manus alienorū ad diripiē dū: & impijs terræ in prædā, & cōtaminabunt illud.

SEP. Electa mundi in superbiam posuerunt: & imagines abominationum sua rum, & offendicula sua posuerunt ex eis. Propter hoc dedi ea illis in immundiciam: & tradam ea in manus alienorum ut diripiāt ea: & pestilentibus terræ in prædam, & polluent ea.

D Et auer-
Pro. 13.b ostendit illud testimonium, in quo dicitur: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Propriæ diuitiæ sunt, quas nos Christi ueritas docuit: qui præcepit ut faciamus nobis amicos de iniquo mammona, qui nos recipiant in
Luc. 16.b æterna tabernacula. e ¶ *Quia scandalum iniquitatis, etc.*] Ideo, inquit, possidentium aurum & argentum nec anima saturabitur, nec uenter implebitur: quia hoc ipsum aurum & argentum, scandalum scelerum eorū factum est. Significat autem idola, quæ auro argentoq; fabricata, suos condemnant artifices. Pro quo Lxx. transtulerunt: quia cruciatus iniquitatum eorum fuit, ut in suo iniqui errore crucientur: & se intelligant male dei mūnera in blasphemiam conuertisse. f ¶ *Et ornamentū monilium suorum in superbiam posuerunt, etc.*] Quæ ego, inquit, dederam in ornamentum possidentium atq; diuitias, illi uerterunt in superbiam: ut de quibus poterant per eleemosynas & bona opera suam animam liberare, ex illis haberent materiam arrogantiæ. Denicq; ex auro & argento fecerunt idola: & mea munera in dæmonum simulachra uerterunt. Porrò quod dixere Septuaginta: Electa mundi in superbiam posuerunt: ad aurum argentumq; referendum est: quibus in mundo nihil putatur esse pretiosius. Illudq; quod sequitur: Offendicula eorum: sciamus de Theodotione additum. Facilis autem sensus est iuxta Tropologiam: quod aurum & ar-
Tropol. gentum, sensus & eloquia scripturarum quæ electa sunt mundi: & quæ nobis in ornamentum data sunt, hæreti ci posuerūt in fomentum & materiam superbiæ: & imagines diuersorum dogmatum & abominationum atq; offendiculorum suorum fecerunt ex eis: ut per quæ poterant colere & adorare deū, ex his deum offenderint. g ¶ *Propter hoc dedi eis, etc.*] Quia ex auro & argento & ornamentis monilium quæ dederam eis, imagines sibi abominationum suarum simulacrorumq; fecerunt: propterea dedi eis illa in immundiciam & in stercora. Pro quibus Symmachus interpretatus est, nauseam: uolens idolorum sordes exprimere. Et tradam, inquit, ea in manus hostiū, ut diripiant omnia: & nō tam contaminem

A taminē quàm contaminata esse demonstrē: quæ prius uidebant esse sanctissima. Nos quoq; tradimur in manus inimicorū & alienorū à deo, quādo facimus ornamenta nostra simulacra dæmonū, & omnis gloria nostra possidetur ab impijs siue pestilētibus terræ, ut nos suæ subijciāt potestati. a ¶ *Et auertā faciem meā ab eis, etc. & introibūt in illud emissarij.*] Siue ut Lxx. transtulerūt ἀφυλάκτως, id est temere: uel ut Symmach. & Theodotio, irrūpentes & pestilentes. Et cōtaminabunt illud. Cū, inquit, propter superiores causas abominationū populi auertero faciem meā ab eis: & nequaquā eos dignos meis oculis iudicauero: tūc uiolabūt arcanū meum: quod significat sanctasanctorū: pro quo Lxx. uisitationē transtulerūt: ut in sanctis dei fuisse præsentiā demonstrarent: & irrumperent in ea impij & pestilentes terræ: quæ exceptis sacerdotib. soloq; pontifice nullus alius audebat intrare. Quod scimus & à Babylonijs & à rege Antiocho
B Cneoq; Pompeio & ad extremū factū esse sub Vespasiano & Tito, quando templū captū atq; subuersum est, & omnia perpetrata quæ sequens prophetæ sermo cōplectit. Ad nostra quoq; mala opera auerut deus faciē suā: & quia auersa est facies, ideo dei uiolat arcanū, ut profacerdotib. & sanctis dei pestilēres ingrediant, & uniuersa contaminent: ut qui locus esse debuit sanctitatis, fiat
Matt. 22.b locus immundiciæ: iuxta illud Euangelicū: Domus patris mei domus orationis uocabit: uos aūt fecistis illam speluncam latronū. b ¶ *Fac conclusionem, etc.*] Verbum Hebraicū תרתיך Aquila, conclusionē: Symmachus & Theodotio ἀκίνλωσιν, id est confixionem interpretati sunt. Pro quo Lxx. posuere φυγμόν, quod nos in perturbationem uertimus. Igit ô propheta, iram meam super terram Iudæam & super urbem Hierusalē breui sermone cōclude: ut quomodo terra plena est iudicio sanguinum: Omnes enim in sanguine iudicantur, fundentes innoxium sanguinē: quod & in Nabuthe persona fecisse Iudæos scriptura cōmemorat: Sic ipsorum quoq;
4.Re. 21.c fundatur cruor & plena iniquitatis ciuitas demonstretur. Nam & sub Manasse repleta est urbs Hierusalem à porta usq; ad portam sanguine prophetarū. Veniet q; eis conclusio & perturbatio atq; confixio, ut nullus de imminentibus miserijs possit euadere. c ¶ *Et adducam pessimos de gentibus, etc.*] Et hæc in Lxx. non habent. Pro sacerdotibus & prophetis, pessimos cunctarum gentium adducam Babylonios, ut domos uestras possideant, uosq; subsiciant seruituti. Sed & nostras domos,
1.Cor. 6.d id est animas: templum enim sumus dei, & spiritus sanctus habitat in nobis: possidebunt pessimi dæmones, si fuerit terra nostra plena sanguinibus, & habitatio plena iniquitatis. d ¶ *Et quiescere faciam superbiam, etc.*] Omnis superbia offendit deum. Propterea pessimi gētium possidebunt domos potentium & superborum, & obtinebunt sanctuaria eorum: quia locum sanctimoniæ spurcus ingreditur: & sua eum contaminat immunditia. Significanter autem quia polluta fuerant sanctua-

Et åuertam faciem meā ab eis: & uiolabunt arcanū meū: & introibunt in illud emissarij: & contaminabunt illud.

HEBR. Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum: & ciuitas plena iniquitate. Et ådducā pessimos de gētib.

HEB. Et quiescere faciam superbiā potētium: & possidebūt sanctuaria eorum

Aquila. Angustia adest.

Angustia superueniente, requirent pacem & non erit.

HEB. Cōturbatio sup cōturbationē ueniet: & auditus super auditū. Et quærent uisionē de propheta: & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit: & princeps induetur

SEPT. Et adducam perturbationem: quia terra plena iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitatum.

SEP. Et auertam fremitum fortitudinis eorum, & polluentur sancta eorum.

Propiciatio ueniet.

SEP. Væ sup uæ erit. & nūcius sup nūciū.

eam, nec fecit in sua mente requiescere, sed malis fugatam operib. non potest inuenire. Ipsa est autē pax quæ Phil. 4.b exuperat omnem sensum: & quam ad patrem uictor Ioan. 14.d ascendens saluator, apostolis dereliquit. g ¶ *Conturbatio super conturbationem ueniet, etc.*] Quomodo sanctis dici D
Phil. 4.a tur: Gaudete, iterū dico gaudete: & de ipsis scriptū est: Psal. 83.b Ibunt de uirtute in uirtutem: ut præsentia bona, futuris bonis cumulent: sic & his super quos uenit angustia: & qui quæsierunt pacem & non inuenerunt eam: ueniet conturbatio super conturbationem, siue uæ super uæ: iuxta quod & in Apocalypsi scriptū est: Væ unū abiit: & Apoc. 11.c uæ alterum uenit ecce cito. Et auditus ueniet super auditū: nunciusq; super nunciū: iuxta illud beati Iob: Cum ad Iob 1.d huc unus loqueret: uenit alius nuncius, mala augens malis: & appropinquantis Babylonij fremitū turbāq; describens. b ¶ *Et quærent uisionem, etc.*] Proprie singula quæruntur à singulis. Vaticinū futurorū quæritur à propheta. Legis interpretatio, sacerdotis officium est. Prudens consiliū, ætas matura perquirit: iuxta illud qđ scriptum est: In consilio sanctorum & cōgregatione, ma- Psal. 110.d gna opera dñi. Hæc autem non solum eo tempore, quādo Babylonius contra Hierusalem ueniebat exercitus à prophetis, sacerdotibus & senioribus, quærebantur, sed quotidie in ecclesijs requiruntur. Quæ si uisionem, legem, consiliumq; perdiderint, frustra prophetas & sacerdotes & seniores habere se iactant. i ¶ *Rex lugebit, & princeps induetur mœ. etc.*] Siue iuxta Lxx. interitu. Qui nescio quid uolentes, hoc quod de Hebraico sermone expressimus, rex lugebit, omnino tacuerunt. Luxisse autem Sedechiam, & omnes principes populi Iudæorum fuisse mœrore confectos, sancta scriptura commemorat. Possumus autem, quanquam hoc prima fronte uideat esse blasphemum, regem lugentem nostra uitia atq; peccata Christum dicere qui loquitur in psalmis: Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corru Psal. 29.c ptionem? Et appropinquās Hierusalem fleuit super eā Matth. 23.d & dixit: Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te, quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina cōgregat sub alas pullos suos, & noluisti? Principes quoq; uel in bonam partē apostoli

A erunt, qui lugent peccatores: uel in contrariam illi quibus dicitur: Audite uerbum dñi principes Sodomorum. Inducunt̃q; iuxta Lxx. interitu, qui non habet armaturam dei, nec indutus est Christo. Quotquot enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt. *a* ¶ *Et manus populi terræ, etc.*] Siue iuxta Lxx. dissoluent. Quando uisio non fuerit in propheta, & legis scientia in sacerdote, & consilium in senibus: rexq; luxerit, & princeps fuerit in mœrore siue in interitu: consequenter & populi manus cõturbabunt̃, suum perdentes ordinem: siue dissoluẽtur, antiquam fortitudinem non habentes. Pulchreq; non populus dei dicitur, cuius turbabantur manus & cuius non est municipatus in cœlo: sed populus terræ: de quo scriptum est: Recedentes à te super terram scribentur. *b* ¶ *Secundum uiam eorum faciam eis: & secundum iudicia, etc.*] Siue ut Lxx. transtulerũt, ulciscar eos. Peccatorib. reddit deus iuxta uias suas, ut teneat iudicij ueritatem.

Gal. 3.d

Hiere. 37.b

Cæterum in sanctis excedit modũ clementiæ. Neq; enim condignæ sunt passiones temporis huius ad futurã gloriã quæ reuelabit̃ in nobis. Stipendia enim peccati mors: quam recipit peccator iuxta uias suas & opera sua. Cæterũ iustorũ uirtus fruitur largitate: de qua Paulus loquitur: Donũ dei uita æterna. Quodq; addit: & secundũ iudicia eorũ iudicabo eos: illud euangelicũ sonat: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Et apostolicum: In quo enim iudicio iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim operaris quæ iudicas. *c* ¶ *Et scient quia ego dominus, etc.*] Iste uersiculus frequenter in hoc propheta ponitur, quod supplicia atq; cruciatus sequatur scientia dei: ut quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoscant.

C *Rom. 8.d* *Ibid. 6.d*

Mat. 7.d

Rom. 2.d

¶ Commentarij secundi in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM Commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

NIhil longum est quod finem habet: & omnis retro temporum series transacta non prodest: nisi forte bonorum operum sibi uiaticum præparauerit: quæ semper ad futura, imò ad æterna respiciunt, & nullis terminis coartantur. Vera sententia est: Omnia orta occidunt, & aucta senescunt. Et alibi: Nihil est enim opere & manu factum, quod non conficiat & consumat uetustas. Quis crederet ut totius orbis extructa uictorijs Roma corrueret, ut ipsa suis populis & mater fieret & sepulchrum: ut tota Orientis, Aegypti, Aphricæ littora olim dominatricis urbis, seruorum & ancillarum numero complerentur, ut quotidie sancta Bethlehem, nobiles quondam utriusq; sexus atq; omnibus diuitijs affluentes, susciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre non possumus, cõdolemus: & lachrymas lachrymis iungimus: occupatiq; sancti operis sarcina, dum sine gemitu confluentes uidere non patimur, explanationes in Ezechiel & penè omne studium omisimus: scripturarumq; cupimus uerba in opera uertere: & non dicere sancta, sed facere. Vnde rursus à te commoniti ò uirgo Christi Eustochiũ: intermissum laborem repetimus: & tertium uolumen aggressi, tuo desiderio satisfacere desideramus: illud & te & cæteros qui lecturi sunt deprecantes: ut non uires nostras, sed uotum considerent: quorum alterum fragilitatis humanæ, alterum sanctæ est in domino uoluntatis.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Ezechielem prophetam Liber III

CAP. VIII

IN *factum est in anno sexto, etc.*] Quinto anno transmigrationis Iechoniæ, quarto mense, quinta mẽsis, superiorem uisionem factam ad prophetã legimus: Hæc autẽ quã nunc exponere uolumus: sexto anno eiusdem regis, sexto mense, quinta mẽsis facta memoratur. Ex quo perspicuũ est, post annum & duos mẽses hæc facta quæ scripta sunt: & uel intermissam per annum & duos menses prophetiam: uel per totos quatuordecim menses gesta quæ superior sermo cõtexuit. Sexto autẽ anno, & sexto mense, & quinta die mensis: qui numeri ad fabricam mundi referuntur, & carneos sensus qui terrena conspiciunt, & necdum cœlestia contemplantur, factam prophetiam non mirabitur, qui ad presbyteros Iuda sermonẽ dirigi intellexerit. E quibus septuaginta tenebant turibula, & uigintiquinq; in templo adorabant solẽ: sedebatq; propheta in domo sua fugiens frequentiam multitudinis: & senes Iuda sedebãt coram eo, uel prophetæ uerba audire cupientes, uel infidiantes sermonibus eius. Significanterq; dicuntur senes Iuda, ut nihil ad Israel: hoc est, ad decẽ tribus quæ prius capere fuerãt, sed ad eos qui de tribu Iuda cũ Iechonia ducti erãt in captiuitatem, dici intelligamus. *d* ¶ *Et cecidit super me ibi manus domini, etc.*] Virum, Hebræus sermo non continet. Visionem autem auræ, quæ in Lxx. non habetur, de Theodotione addidimus. Et pro eo quod nos diximus, cecidit super me manus dñi: Symmachus transtulit, incidit mihi manus dñi, quod in Hebraico dicit̃ יחז Manus autem ἐνέργειαν, id est opera significat: ut uisionis possit sacramenta cognoscere. Et hoc considerandum, quod non ipsas uideat ueritates, sed similitudinem ignis: qui à lũbis usq; deorsum ignis apparuit: & à lumbis

CAP. VIII

IN factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me.

HEB. Et cecidit super me ibi manꝰ dñi dei

SEP. Et facta est super me manus Adonai domini: & uidi

A bis sursum quasi aspectus splẽdoris, ut uisio electri. Pro splẽdore, qui in Hebraico dicitur חשמל auram Theodotio trãstulit: ut in supernis dei refrigeria demõstret. Denicq; & in regũ uolumine beatus Helias aduentũ dñi nõ in tẽpestate contẽplat̃ & turbine: non in ignis ardoribus sed in aspectu auræ tenuis atq; lenissimæ: ut dei omnipotentis mansuetudinẽ comprobaret. Opera aũt coitus, quæ significãtur in lũbis, usq; deorsum igne purgantur. Et opera uirtutũ quę à lumbis ad superiora cõsurgũt, splendorẽ habent atq; fulgorẽ: & tamen nec ignis usq; ad pedes dicitur: nec splẽdor electri usq; ad caput, sed deorsum & sursum: ut tam in peccatorib. quàm in sanctis, pro diuersitate meritorũ, alius usq; ad illud & illud membrũ: alius usq; ad illa & illa perueniat. Et quomodo qui sanctitudinis perfectionẽ tenẽt, ad uerticẽ usq; perueniunt:

B sic qui in peccatorũ profundo sunt, plantas igneorũ pedũ tenere credẽdi sunt. *a* ¶ *Et emissa similitudo manus, etc.*] Et hic similitudo manus, nõ ipsa manus extendit̃: neq; enim in deo aliquid corporale est, uideãq; manus, ut membrũ humani corporis atq; cõsueti: nequaquã terreat eũ qui assumit̃ atq; cõprehendit̃. Si eñ in colubri uel in qualibet alia bestiarũ similitudine tetigisset prophetã, ipsa dissimilitudo membrorũ terruisset assumptũ. Pars comprehendit̃ capillorum: quia totius apprehensionẽ capitis, humana natura non sustinet. Pro cincinno, Lxx. transtulerũt κράσπεδον, id est fimbriam: quorũ alterũ in capillis, alterũ in uestib. accipi solet. *b* ¶ *Et eleuauit me spiritus inter, etc.*] Primum similitudine apprehenditur: postea eleuatur à spiritu: qui spiritus non eũ statim ad cœlũ leuat, sed inter terram & cœlum: ut terrena interim derelinquens, festinet ad cœlũ. Possumus aũt & hoc dicere, quod propter bona opera, propheta similitudine manus dei apprehẽsus sit, & propter scientiam rerũ spiritualiũ eleuetur à spiritu. *c* *Et adduxit, etc. ubi erat statua possidentis.*] Hoc autẽ quod in quibusdam codicibus reperitur: Et in statua imaginem zeli, de Theodotione additum est. Reliqua similiter. Quando dicit: adduxit me in Hierusalem in uisione dei: ostendit se non in corpore, sed in spiritu esse trãslatum. Iuxta quam uisionẽ possumus & cœlos & profunda maris & inferna conspicere: dum rationes singulorum cogitatione complectimur. Primum autem uenit ad uestibulum, quod respicit ad Aquilonem: ut ibi uideat statuam idoli zeli ad prouocandam æmulationem: ut de illo loco possit ad interiora penetrare: & cernere reliqua, quæ postea describuntur. Statuam autem idoli Baal in tẽplo dei positã, narrat historia. Pulchreq; appellat̃ idolũ zeli: quia ad æmulationẽ & zelum dñm prouocat: iuxta illud quod in Deuteronomio dicit̃: Ipsi me prouocauerunt ad zelũ in eo qui nõ erat deus: & ego prouocabo eos ad zelũ in gente quæ non est. Porrò quia zelus & possessio, qđ Hebraice dicitur קנאה eodem appellãtur nomine: prohibetur statua zeli, Lxx. statuam possidentis, interpretati sunt. Deniq; quãdo natus est Cain, Possẽdi, inquit parens, hominẽ per deũ: possessione hominis ad Cain nomẽ alludẽs. Ibiq; erat gloria dei Israel: non qđ delectaretur tali uicinia, sed ut sui præsentia idolũ zeli tẽplũq; deleret. Vnde & subuersio urbis templiq; post breue tempus sequitur. Et in Esaia scriptum est, quod lectus angustus nequaquã duos capiat & palliũ breue utrũq; operire nõ possit: significante scriptura illud apostoli: Qui cõsensus Christo & Beliał? Templo dei & idolo. *d* ¶ *Et dixit ad me, etc. & ecce ab Aquilone, etc.*] Pro eo quod nos posuimus: Ab Aquilone portæ altaris idolũ zeli in ipso introitu, Septuaginta trãstulerũt: Ab Aquilone ad portam Orientalem: quod in Hebraico non habetur: cætera quæ ibi scripta sunt relinquentes. Dixit, inquit, ad me: uel gloria dei, quam in campo uideram: uel spiritus qui me inter cœlum leuauit ac terram. Loquutusq; est mihi, postquàm me transtulit in Hierusalem, & fecit uel urbem uel templum uidere: & imperauit ut leuarem oculos ad uiam Aquilonis. Ibi enim statua Baal posita erat, quam uocat idolum zeli, in ipso portæ introitu. Qui autem idolum zeli siue possidentis, ad gloriam dei uel ad spiritum referunt, impie faciunt: personam idoli, dei maiestate mutantes. *e* ¶ *Et dixit ad me: Fili hominis putás ne uides tu quid isti faciant, etc.*] Nq; me, inquit, putes iniuste templum deserere, & subuertendam relinquere ciuitatem: aspice quæ in templo faciant. Cumq; illa conspexeris, non putes finem esse scelerum, adhuc maiora conspicies. Quod quidem potest & de nostra Hierusalem, nostroq; templo intelligi: quando in exemplum Ophni & Phinees idolorum sceleta operamur in tabernaculo dei & fornicamur cũ his quæ se militiæ & ministerio dei uouerint: & sacrificiorum eius primitiua decerpimus: dantes in usum clientum atq; famulorum, & omnia lucri causa facimus. Sin autem hæc tam magna sunt quæ uidemus, quanto maiora existimanda sunt, quæ humanam effugiunt conscientiam? *f* ¶ *Et introduxit me ad ostium, etc.*] Hoc quod transtuli. Et uidi, & ecce foramen tuũ in pariete: in Lxx. non habetur. Et quia omnia quasi in imagine

C *Rom. 8.d* *Ibid. 6.d*

Deut. 32.c

Gen. 4.a

Esa. 28.c

D

2.Cor. 7.c

1.Reg. 2.c

A gine picturaq; monstrantur: unum in pariete foramen uidisse se dicit: tuberiq; sibi ut illud perfodiat, & amplius faciat: quo uidelicet aperto foramine, latius posit intrare & uidere, quæ foris positus uidere non poterat. Per quod ostenditur tam in ecclesijs quàm in singulis nobis p parua uitia maiora mõstrari: & quasi per quædã foramina, ad abominatiões maximas peruenirι. Exfructib. em arbor cognoscitur: & ex abundantia cordis, os loquitur. Pro signo sunt interioris hominis uerba erumpẽtia. Quomodo libidinosum, qui sua calliditate cælat uitia interdũ turpis sermo demõstret: & auaritiã latentẽ intrinsecus, paruulæ rei cupido significat. Minorib. enim maiora mõstrant: uultuq; & oculis dissimulari nõ potest cõscientia, dũ luxuriosa et lasciua mẽs lucet in facie: & secreta cordis, motu corporis & gestib. indicantur. a ¶ *Et ingressus uidi, etc.*] Non solũ idolum zeli stabat in introitu portæ Aquilonis, sed & omnes templi parietes diuersis B idolorũ imaginib. pingebãtur: ut nulla esset bestia quã non parietis pictura monstraret. Hoc in delubris idolorũ phariseq; gentiliũ hucusq; perspicimus, quod omnia genera bestiarũ adoret stulta religio. Vnde & Vergilius ait: Omnigenumq; deum mõstra & latrator Anubis. Quasi non & illa sint mõstra quæ laudat contra Neptunũ & Venerẽ, contraq; Mineruã. Possumus & in nostri templi parietibus, idola mõstrare depicta quando omnib. uitijs subiacemus: & pingimus in corde nostro peccatorũ conscientiã, imaginesq; diuersas. De quibus *Psal. 72.c* & in psalmo dicit: Dñe in ciuitate tua imaginẽ ipsorum *Psal. 38.b* dissipabis. Et in alio loco: Verumtamẽ in imagine perambulat homo. Quod scilicet nullus hominũ sit qui asi quã imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. *Psal. 57.d* Quãobrẽ furtosis dicit & iracundis: Furor illis secũdũ similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ nõ exaudiet uocẽ incantantiũ. Et de ho- *Matth. 3.b* minib. nequam: Generatio uiperarũ, quis ostendit uo- *Luc. 13.g* bis fugere à uentura ira? Et de uersipellib. ac fraudulen- *Hiere. 5.b* tis: Ite, dicite uulpi huic. Ac de amatorib. fœminarũ: Et qui insanientes in fœminas facti sunt mihi: unusquisq; ad uxorẽ proximi sui hinniebat. De brutis quoq; ac uecordibus: Nolite fieri sicut equus & mulus, quib. non *Psal. 31.b* est intelligentia. Et iterũ: In camo & freno maxillas corũ cõstringe, qui non appropinquant ad te. Et multa huiusmodi. Hocaũt quod posuimus: Et ecce omnis similitudo reptilium & animantiũ, in Lxx. non habetur. *b* ¶ *Et septuaginta uiri, etc.*] Quando dicit septuaginta uiros fuisse de seniorib. domus Israel, qui tenebant thuribula manibus, ostendit multos alios fuisse presbyteros qui hoc non faciebant, sed forsitan peccatis alijs tenebant: unũq; nomine Iezoniã filiũ Saphã stetisse in medio eorũ, quasi principẽ sceleris eorũ, atq; sacrilegij: qui omissa religione dei, colebãt idola: & in tẽplo nõ adorabãt deũ, cuius erat tẽplũ, sed picturas parietũ. Pulchreq; dicit: Stabat Iezonias filius Saphã, hoc est iudicij & cõdemnationis suæ in medio stantiũ presbyterorũ: quia

pariete. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietẽ: et cũ perfodissem parietẽ, apparuit ostium unũ. Et dixit ad me: Ingredere & uide abominationes pessimas quas isti faciũt hic. Et ingressus uidi: & ecce omnis similitudo reptiliũ & animaliũ abominatio: & uniuersa idola domus Israel depicta erãt in pariete in circuitu per totũ. Et septuaginta uiri de seniorib. domus Israel: & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorũ stãtiũ ante picturas: & unusquisq; habebat thuribulũ in manu sua: & uapor nebulæ de thure consurgebat. Et dixit ad me: Certe uides fili hois, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisq; in abscondito cubiculi sui. Dicũt em: Non uidet dñs nos, dereliquit dñs terram. Et dixit ad me: Adhuc conuersus uidebis abominationes maiores quas illi faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce mulieres sedentes plangentes

Psal. 25.b

C

proptias sententias adorantes: & nequaquã odorẽ bonæ fragrantiæ ad deũ, sed fœtorẽ ad idola peruenire. c ¶ *Et dixit ad me, etc.*] Ex eo, inquit, quod in tẽplo faciunt pariter congregati, ostendit quid unusquisq; in cubiculo suo facit: sed secundũ Anagogen melius intelligi potest, quod nonnulli principes ecclesiarũ faciant in tenebris, quæ dictu quoq; turpia sunt. Iste est absconditus cordis homo: de quo dicit: Ingredere in cubiculũ tuũ. Et rursum: Qui uidet in abscõdito, reddet tibi. Recolat unusquisq; conscientiã suã: & opera tenebrarũ recordet in tenebris, sciatq; scriptũ: Omnis qui mala operat, odit lucẽ: & non uenit ad lucẽ, ne arguat à luce. Et in se illud intelliget esse completũ: Qui inebriat, nocte inebriatur. Quod iuxta literã stare non potest. Quanti em in prandijs conuiuijsq; dierũ inebriant? Sed quia ebrietas cordis offendens deũ tenebrarũ est, & nõ lucis: propterea quicunq; inebriat, nocte inebriat. Cũ aũt seniores domus Israel fecerint mala in tenebris & in abscondito cubiculorũ suorũ: & putauerint se deũ posse cælare, tunc consequenter dicent: Nõ uidet nos dñs, dereliquit dñs terram. Multiq; sunt peccatores & ambulãtes iuxta cogitationes suas, qui deũ non existimãt curare mortalia: nec ad illum nostra uitia pertinere. Certe quãdo peccamus, si cogitaremus deũ uidere & esse præsentẽ: nunq; quod ei displicet, faceremus. Porrõ quod sequitur: Dereliquit dñs terram quorundam etiã philosophorũ sententia est: qui ex syderum cursu atq; constantia, suspicãtur esse in cœlestib. prouidentiam: & terrena contemni, dum nihil recti nec iuxta ordinem in terris geritur. d ¶ *Et dixit ad me: Adhuc conuersus, etc. plangentes Adonidem.*] Quem nos Adonidẽ interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo תמוז uocat: unde quia iuxta gentilem fabulam, in mense Iunio amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur: eũ dem Iunium mensem, eodem appellant nomine: & anniuersariam ei celebrant solennitatẽ, in qua plangitur à mulierib. quasi mortuus: & postea reuiuiscens canitur atq; laudat. Consequenterq; postq; principes & seniores domus Israel quid fecerint in tẽplo ac tenebris cubiculisq; monstratũ est: etiam mulierum uitia describuntur

Mat. 6.d

Ioan. 3.c

Pro. 11.d

A buntur, quę plangunt amatorũ societate priuatę: & exultant, si eos potuerint obtinere. Et quia eadẽ gentilitas huiusmodi fabulas poetarũ, quæ habent turpitudinẽ interpretat̃ subtiliter, interfectionẽ & resurrectionẽ Adonidis, planctu & gaudio prosequens: quorũ alterum in seminib. quæ moriũtur in terra: alterũ in segetibus, quibus mortua semina renascunt, ostendi putat. Nos quoq; eos q ad seculi mala & bona, uel contristantur, uel exultãt, mulieres appellemus, molli & effœminato animo, dicamusq; plãgere eos Thammuz: ea uidelicet quæ in rebus mũdi putantur esse pulcherrima. a ¶ *Et dixit etc. inter uestibulũ, etc.*] Quod nos uestibulũ iuxta Symmachũ interpretati sumus, qui προπύλαιον posuit: pro eo quod Lxx. & Theodotio, ipsum uerbũ Hebraicũ transtulerũt אולם Aquilæ prima æditio, πρόσταλμ: secũda, ἄιλαμ templi interpretata est: quã nos porticũ templi exprimere possumus: siue intectũ atriũ quod inter templũ & altare erat. Et quia supra legimus, post idolũ zeli, quod ad portã Aquilonis apparuit. Adhuc conB uersus uidebis abominationes maiores: ostensq; per parietẽ picturis omniũ bestiarũ, quas adorabãt septuaginta presbyteri, & Iezonias filius Saphan, tenẽtes thuribula in manibus: secundo dicit: Adhuc cõuersus uidebis abominationes maiores quas isti faciunt, eo qđ sederent mulieres plangentes Adonidem. Post tertium quoq; peccatũ dicit. Adhuc conuersus uidebis abominationes maiores his. Quæ est autẽ maior abominatio superiorũ triũ sceleruṁ? Videlicet quarta quæ sequit: Ecce in ostio templi dñi inter uestibulũ & altare quasi uiginti quinq; uiri dorsa habentes contra templũ dñi: & facies ad orientẽ: & adorabãt ortũ solis: eo quod contẽpto dño, id est creatore, adorarent solẽ: id est dñi creaturã, præcipiẽte ipso dño per Moysen: qđ nequaquam in morẽ gentiliũ contra orientẽ deũ adorare deberent: sed in quacunq; fuissent orbis parte, siue ad orientẽ, siue ad occidentẽ, siue ad meridiem, siue ad septentrionẽ, adorarent contra templũ: ubi in sancta sanctorũ habitare dñs credebatur. Quod quidẽ & Danielem in Babylone fecisse legimus: qui apertis fenestris cœnaculi sui, adorabat dñm contra templũ quod erat in Hierusalẽ. Hoc iuxta literam fuisse sacrilegij, nemo dubitat. Secundum Anagogen, omnes hæreticos peiores esse priorib: id est, idolo zeli pictisq; in pariete figuris animantium, & planctu Adonidis, per quæ idololatria uoluptasq; monstrat, ille scire poterit: qui intellexerit prophetã dicentẽ: Tu aũt odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos post te. Et in alio loco: Verterunt cõtra me scapulam recedentẽ. An ignoramus Marcionẽ & cæteros hæreticos, qui uetus laniant testamentũ, cõtempto creatore, id est iusto deo: alium quendam bonũ deũ colere & adorare, quẽ de suo corde finxerũt? Omnesq; nostri temporis hæretici qui dei filium prædicant creaturam: & tamen adorant eum, relicto diuinitatis templo & post tergũ habito, ipsi confessione sua creaturã adorare se dicunt. Nos autem sic adoramus solem iustitiæ: ut deũ adoremus in templo ueteris testamenti, ubi lex

Deut. 12

Dan. 6.c

Anagoge

Psal. 49.c
Hier. 2.f

& prophetæ, ubi cherubim & propiciatoriũ est. Quos C nos uiginti quinq; uiros transtulimus, Lxx. posuerũt, uiginti: & in quibusdam exẽplaribus, quinq; de Theodotione additi sunt. *b* ¶ *Et dixit ad me, etc. Et ecce applicant ramũ ad nares suas.*] Pro eo quod nos diximus: Et ecce applicant ramum ad nares suas: Lxx. transtulerũt: Et ecce ipsi sicuti subsannãtes: quibus de Theodotione additũ est: Extendũt ramũ: ut sit totũ pariter: Et ecce ipsi extendũt ramũ quasi subsannãtes. Pro quo interpretatus ẽ Symmachus: quasi emittentes sonitũ in similitudinẽ cantici per nares suas. Significat autẽ uiginti quinq; uiros, qui in quadrũ solida statione fundati sunt: & à quinq; sensibus per qnquies quinq;, qua dranguli figuram effi-

ciunt, non solũ templum habere post tergum, sed instar idolorũ applicare ramũ ad nares suas: haud dubium quin palmarũ, quas Græco sermone τὰ βαΐα uocant, ut per hoc eos idola adorare significet. Deniq; & Iob in *Iob 31.c* ter cæteras uirtutes etiã hoc habuisse se dicit: quod nunquam aspiciens cœlũ, & solem, & lunã, & astra fulgẽtia, D osculatus sit manum suam, id est adorauerit creaturas. Symmachi aũt interpretatio, fœdũ raucumq; sonitum de naribus procedentem, in dei contemptũ significat. Omnesq; hæretici qui repleuerunt terram iniquitate, & conuersi sunt ad falsi nominis scientiam, ut dñm ad iracundiam prouocarent, æstimandi sunt quando laudare uoluerint deum, magis turpi sonitu blasphemare, uel testamenti ueteris deũ parui ducere, irridere, contemnere. c ¶ *Ergo & ego faciam in furore: non parcet, etc.*] Quodq; sequitur: Et cũ clamauerint ad aures meas uoce magna, nõ exaudiã eos. In Lxx. nõ habetur. Pro his, ait, omnibus quæ fecerunt, & ego faciã in furore, & nõ parcet oculus meus, nec miserebor. Quod audiẽtes ueteres hæretici, creatorẽ calumniãtur quasi crudelem & sanguinariũ: nec cogitant apostolũ Paulũ, qui certe boni dei (ut ipsi uolunt) apostolus est, scribere ad Corin- *2.Cor. 13.a* thios: Si uenero rursum, non parcã: ut uirga corripiat delinquentes, & errantes retrahat ad salutem. Qui em non intelligunt quid sibi prosit, & orant frequenter cõtraria, expedit eis ut non exaudiantur à dño. Vnde & in oratione dñica dicimus: Fiat uoluntas tua. Non uo- *Mat. 6.b* lũtas nostra quæ errare cõsueuit: sed uoluntas tua, quæ futura cognoscit. Magnæq; interdũ felicitatis est, ad præsens misericordiã non mereri. Et istis igitur qui sunt de domo Iuda, & à confessione ecclesiæ recesserũt, nõ parcet dñs. Cumq; clamauerint uoce magna, de qua dñs dixit: Clamor eorum peruenit ad me, tamen dñs non exaudiet eos: ut malis coacti intelligant quid fecerint.

CAP. IX

ET clamauit in auribus meis uoce magna, dicens, Appropinquauerunt uisitationes urbis. Et unusquisq; uasa interfectionis suæ in manu sua. Et ecce sex uiri uenerunt de uia portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & unusquisq; uas dissipationis in manu sua: & unus uir in medio eorum uestitus linea, & atramentarium scribæ in lumbis suis: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. Et gloria dei Israel ascendit de cherub, super quem erat, ad limen domus: & uocauit uirum uestitum linea, qui atramentarium scribæ habebat in lumbis suis. Et dixit dñs ad eum: Transi per medium ciuitatis in medio Hierusalem, & signa thau super frontes uirorum gemẽtium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatem post eum, & percutite: non parcat oculus uester, & nolite misereri. Senem, adolescentem & uirginem, paruulos & mulieres interficite usq; ad consumptionem: omnem autem uirum, super quem uidetis thau, ne occidatis. Et à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à uiris senioribus qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Polluite domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi percutiebant in ciuitate. Factum est autem cum percuterent, & remansissem ego, cecidi super faciem meam, & clamans dixi: A a a, dñe deus, numquid disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Hierusalem? Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda nimis grandis est nimis, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est prauitate: dixerunt enim: Dereliquit dñs terram, & dñs non uidet. Et ego quidem non parcet oculus meus, nec miserebor: uiam eorum in capite eorum reddam. Et ecce uir qui habebat atramentarium scribæ in lumbis suis, nuntiauit sermonem, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. IX

ET *clamauit, etc. uisitationes urbis.*] Pro uisitationib. ul- tionẽ Lxx. transtulerũt. Mihi em uindictã, & ego retribuã dicit dñs. Omnisq; ultio uisitatio est quasi ęgrotãtis, quasi habẽtis uulnera, quasi medicas expectãtis manus: iuxta illđ qđ alibi scriptũ est: Visitabo in uir- *Psal. 88.c* ga iniquitates eorũ & in flagellis pcãta eorũ: misericordiã aũt meã nõ auferã ab eis. Rectęq; (ut supra diximus) uisitatio uel ultio appropinquare dicit captiuitate uicina.

Deut. 32.c

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A a ¶ *Et unusquisq; uas interfectionis, etc.*] Non dixit habebat: ut Lxx. transtulerunt. Neq; enim narrat præterita, sed præsentia, futuraq; demonstrat. Qui igitur malos percutit in eo quod mali sunt: & habet uasa interfectionis ut occidat pessimos, minister est dñi. b ¶ *Et ecce, etc. uestitus lineis, etc.*] Pro lineis, quod nos iuxta Symmachũ interpretati sumus: Lxx. ποδήρει. Theodo. ipsum uerbum Hebraicum בַּדִּים Aquila, præcipua, interpretati sũt. Rursum ubi nos diximus: Et atramentariũ scriptoris ad renes eius: Lxx. posuerũt: Et zona sapphirina super renes eius: Theodotio κάλαμον scribæ in manu eius: Aquila μετὰ λαιροδόχου, id est atramẽtariũ scribæ ad lũbos eius: Symmachus: tabulas scriptoris habebat in renib. suis. Et ubi nos transtulimus, limen domus: Lxx. & Theodotio εἰς τὸ ἀδύτιον, id est sub diuo posuere uestibulũ. Prouase quoq; interitus: quod singuli uiri habebãt in manibus: soli Lxx. securim interpretati sunt. Ad hominũ igit̃ peccata delẽda, qui in sexta die fabricationis mũdi facti sunt ueniũt sex uiri & descẽdũt de porta superiori: siue ut Lxx. trãstulerunt, excelsa ad Aquilonẽ. Et habebat unusquisq; securim in manibus de qua loannes loquit̃: Iam em̃ securis ad radices arborũ posita est. Omis arbor quæ fructũ non facit, excidet̃ & in ignẽ mittet̃. Eratq; in medio sex uirorũ unus, id est Septimus, in habitu põtificis uestitus lineis indumẽtis: & habebat atramẽtariũ scriptoris ad renes suos: quo omnium peccata describeret: & sanctorũ à peccatorib. numerũ segregaret: siue zonã sapphirinam coloris lapidis sapphiri, qui in ornamẽtis est principis sacerdotũ. Egrediq; sunt sex uiri, & steterunt iuxta altare æneũ. Duo em̃ erãt altaria: unũ thymiamatis, aureũ intrinsecus: & alterũ ante templũ æneũ holocaustorũ. Iuxta altare aũt stare dicunt̃ parati ad iubentis imperiũ: ut cuiuscunq; uiderint ibi nõ esse peccata dimissa, sentẽtiæ dñi & interfectioni eũ subiacere cognoscãt. Gloria quoq; dei Israel ascẽdit, siue assumpta est de uno cherub: & iuit ad limẽ, siue ad subdiũ atrij domus atq; uestibuli: quod nequaq̃ tecto premit̃, sed aeris fruit̃ libertate. Quæ ipsa gloria dñi uirum qui erat in habitu põtificis, habebatq; atramentariũ in lũbis suis, uocauit: & dixit quæ scriptura testat̃. Quidã sex uiros, sex interpretant̃ angelos: qui dei pareãt uolũtati. Ipsumq; unũ qui habebat indumẽta pontificis, salutatorẽ intelligũt: iuxta id, quod sacerdos est & magni cõsilij angelus: illudq; quod dicit̃: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. ποδήρη aũt quod Lxx. transtulerũt: una ex octo uestiũ est pontificis: quæ Latine dicit̃ talaris: & ex eo quod ad pedes usq; descendat, hoc sortita uocabulũ est. De ueste põtificis ante annos plurimos scio ædidisse me librũ, ad cuius explanationẽ mitto lectorẽ. Neq; em̃ possum omia in omib. locis dicere. Quodq; Aquilæ prima æditio & Theodotio dixerãt κάλαμον: pro quo in Hebræo legit̃ סֵפֶת cũ ab Hebræo quærerẽ q̃d significaret: rndit mihi Græco sermone appellari καλαμάριον, ab eo q̃ in illo calami recõdãtur. Nos atramentariũ, ex eo quod atramentũ habeat dicimus. Multi significantius thecas uocãt, ab eo quod thecæ sint scribentiũ calamorũ. De quatuor cherubim, unus cherub mittit̃ à gloria dñicæ maiestatis, locuturus ad eũ qui pontificis indumentis indutus erat. Et quãquã plerisq; τὸ χερουβὶμ neutrali genere, numeroq; plurali dici putent: nos scire debemus singulari numero esse cherub generis masculini, & plurali eiusdem generis cherubim: nõ quo sexus in ministris dei sit, sed quo unũquodque iuxta linguæ suæ ꝓprietatẽ diuersis appellet̃ generib. Angeli uocãt numero plurali Malachim, & cherubim, & seraphim eiusdẽ generis & numeri. Porrò sabaoth, quod interpretat̃ militiarũ, siue exercituũ atq; uirtutũ, dicũtur genere fœminino, numero plurali: & desinũt in extremã syllabã oth תֹ. Qui aũt uolunt sub figura pontificis intelligi saluatorẽ, de Apocalypsi Ioannis utuntur exemplo: in qua scriptũ est: Et conuerti me, & uidi uocẽ quæ loquebat̃ mecũ. Et conuersus aspexi septem candelabra aurea: & in medio candelabrorũ simlem filio hominis, &c. c ¶ *Et dixit dominus ad eum, Transi, etc.*] Præcipitur ei qui indutus erat uestẽ talari siue linea, & sacerdotalẽ habitũ præferebat: ut ponat signũ super frontes uirorũ gementiũ & dolentiũ, super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio Hierusalẽ. Pro signo, quod Lxx. Aquila, & Symmachus transtulerunt. Theodotio ipsum uerbum Hebraicum posuit תָּו quæ extrema est apud Hebræos uiginti & duarum literarũ, ut perfectam in uiris gementibus & dolentibus, scientiam demonstraret. Siue ut Hebræi autumant, quia lex apud eos appellatur תּוֹרָה quæ hac in principio nominis sui litera scribitur: illi hoc accepere signaculũ, qui legis præcepta compleuerant. Et ut ad nostra ueniamus, antiquis Hebræorũ literis quibus usq; hodie utuntur Samaritani extrema thau litera, crucis habet similitudinem: quæ in Christianorũ frontib. pingitur, & frequenti manus inscriptione signat̃. Sunt qui putẽt, ex eo q̃ secundũ Hebraicũ alphabetũ, ista extrema sit litera, demonstrari in multitudine peccantiũ, reliquias superesse sanctorũ. Gementes igit̃ dolentesq; saluantur: qui nõ solũ malis non consenserunt operibus, sed & aliena plãxere peccatã, secundum quod & Samuel planxit super Saul, & apostolus Paulus super his qui post peccatum non egerunt pœnitentiã. Vnde & ipse dicebat: Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus. Et alibi: Tristitia mihi est magna, & incessabilis dolor cordis mei. Præcipiturq; sex uiris, ut præter eos qui possunt dicere: Signatũ est super nos lumen uultus tui dñe, cunctos interficiant: non seni parcant, non iuueni, non uirgini, non paruulo, non mulieri. Secundũ mysticos intellectus: senes sunt in ecclesia, de quibus dicit̃: Cani hominis prudentia eius. Iuuenes, qui sunt ad fidei bella prõptissimi. Virgines, qui pudicitiã tota mente cõseruant, Paruuli, qui lacte potantur infantiæ, & necdum percipiunt solidum cibum. Mulieres, quæ fragilitate sexus animæ

A animæ imbecillitatẽ testant̃. Quibus uniuersis nõ parcitur, si absq; Christi signaculo aliquid esse se credunt. Quãq; sequit: Et à sanctuario meo incipite: siue ut Lxx. trãstulerũt ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἐξέλεσθε, id est & à sanctis meis incipite: Vel sacerdotes significat, qui uersabãt in tẽplo & adorabant idola: uel eos qui pro sacerdotij merito sancti uocabant̃ in populo, & qui fuerãt in populis causa peccati, primi meruere supplicia. Tempus enim est, ut iudiciũ incipiat à domo dei. d ¶ *Cœperunt ergo, etc.*] Pro atrijs quæ Hebraice dicunt̃ הֶחָרוּץ Lxx. posuere uias. Occidunt̃ aũt uiri seniores, de quib. supra legimus, quod haberent thuribula & adolerent idolis incensum. Nec est ulla tẽpli religio: quia offenso religiõis deo, cõtaminata sunt omnia, ut unde peccatũ, inde iudiciũ sit. Atria quæ cadauerib. complent̃ in tẽplo, & non uiæ, quæ utiq; foris erant. Nisi forsitã uias intelligere possimus

1. Cor. 6. a

B plateas ciuitatis: nec audere poterant angeli contaminare templũ sanguine mortuorũ: in quo prius habitabat gloria dei: nisi hoc recedẽtis gloriæ dñs præcepisset. Omnis qui peccato mortuus est, cõtaminat atria tẽpli, & uias urbis dñi, in quibus uiuit: qui cũ Christo resurgens, mortuus esse desistit. b ¶ *Et egressi, etc.*] Siue ut alij transtulerũt: percutiebant ciuitatẽ: pro his qui erant in urbe, ipsam urbẽ appellantes. c ¶ *Et cæde cõ. etc.*] Cũctis qui signaculũ non habebant cædæ prostratis, corruit propheta in faciẽ suam, pro interfectorũ multitudine, nullũ præter se arbitrans remansisse. Quod quia uidebat̃ esse contrariũ ei sententiæ qua iusserat dñs signatarũ frontiũ uiros non esse cædendos, propterea in uulgata æditione subtractũ est. Nos aũt sequentes Hebraicam ueritatẽ, posuimus, remansi ego. Notandũq; quod non dixerit, solus: quod si dixisset, uidebat̃ esse contrariũ: sed remansi ego, ut subaudiatur cũ cæteris qui frontes habuere signatas. Vt autẽ sciamus signanter hoc dictũ, remansi ego: in Regũ uolumine, quando Helias loquitur ad deum: Altaria tua demoliti sunt, & ego relictus sum solus, & quærũt animam meam auferre, solũ, posuit: quia remansisse alios nesciebat. Quidam putant ex persona dñi, in cuius typũ præcesit Ezechiel, posse hoc intelligi de populo Iudæorum: quando omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et propheta testatur: Saluũ me fac dñe: quoniam defecit sanctus. Solus enim inuentus est dñs: qui peccatum non fecit: neq; inuentus est dolus in ore eius. Quod autem intulit: Effundens furorem tuum super Hierusalem: uerbũ effusionis, pœnarũ ostendit magnitudinem, ut alibi legimus: Effusa est despectio super principes. Et iterũ, Penè effusi sunt gressus mei. Et in bonam partem: Charitas dei effusa est in cordibus nostris. Et effusa est gratia in labijs tuis. Et in contrariũ: Effunde furorem tuũ super gentes quæ te nõ intellexerũt, & super regna quæ nomẽ tuum non inuocauerunt. Et: Effunde frameã & cõclude ex aduerso eorũ qui persequunt̃ me. d ¶ *Et dixit ad me: Iniquitas, etc.*] Videns dñs prophetã suũ flere pro populo, & admirari indignationis magnitudinẽ: reddit causas: nõ ut ille putabat iniusti uel excedentis modũ supplicij, sed meritæ iustæq; sententiæ. Iniquitas, inquit, decẽ tribuũ Israel, & duarũ tribuum Iuda magna est, & nõ solũ magna, sed magna nimis. Nec hoc dixisse sufficit, sed repetit uade: ut pro magnitudine iniquitatis, magnitudo supplicij sit. ex quo discimus, nõ ut plerisq; æstimãt & maxime Stoici, paria esse peccata, sed uel magna uel parua, & pro qualitate mensuraq; peccantiũ, diuersitatem esse iudicij punitis. Replera est, inquit terra sanguinibus: siue ut Lxx. transtulerunt, populis & ciuitas est repleta auersione: aut ut uulgata habet æditio, iniquitate & immundicia: non modicus sanguis effusus est, sed de porta

1. Reg. 19. b

usq; ad portam, & omnis ciuitas declinauit à cultu dei, & pro eo plena est immũditia, idololatriæ uidelicet sordibus. Causa aũt tantorum scelerũ illa est, quod putauerunt prouidentiam nõ esse super terrã, nec deũ curare mortalia, iuxta illud quod alibi legimus. Scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat. Quia igit̃ illi uel putauerunt nõ esse prouidẽtiã, uel quæ ante fuerat in populis, hoc tẽpore suũ populũ reliquisse, propterea & dei nõ parcet oculus, nec miserebit̃: ut cõtra uitia fæuiens, placabilis sit uirtutibus: uias q; eorũ atq; peccata reddat super capita eorum: uel super principale cordis: uel super principes populi, iuxta Numerorũ librũ, in quo capita populorũ principes esse dicunt̃. e ¶ *Et ecce uir, etc.*] Ipse est uir, cui iussum est trãsire per mediã Hierusalẽ, & ponere signũ in frontib. uirorũ gemẽtiũ & dolentiũ super cũctis iniquitatib. eorum. Dicit ergo se dñi præcepta cõplesse, & signaculo Thau ת literæ frontes signasse lugentiũ. Sex aũt uiri quibus præceperat dñs, dicens: Trãsite per ciuitatẽ sequentes eũ: & percutite, nulliusq; misereamini usq; ad internicionẽ, nihil tale renũciant. Neq; enim lætitiæ, sed mœroris impleuere sententiam: quæ nõ sermone, sed opere probatur. Et in hoc loco pro ποδήρη, id est ueste talari quã interpretati sunt Lxx. Theodotio ipsum uerbum Hebraicũ posuit בַּדִּים Symmachus, lineã: Aquila, præcipuã siue stolã. Pro zona quoq; Symmachus tabulas, Aquila, atramentariũ: Theodotio κάλαμον posuerunt. CAP. X

Psal. 13. a
Ibid. 11. a
1. Pet. 2. d

Psal. 4. b

Psal. 105. d
Ibid. 72. a
Rom. 5. a
Psal. 44. a
Ibid. 78. b

ET *uidi & ecce, etc.*] De firmamento quod erat super cherubim, & de lapide sapphiro qui habebat similitudinem throni: & de rotis quæ animalia sequebantur, supra dixisse sufficiat, & illorũ lector explanatione contentus sit. Nunc autem quod iubet̃ ille qui indutus erat lineis, pro quo Lxx. in hoc loco stolam interpretati sunt: ut tollat prunas ignis de medio cherubim, & effundat siue spargat super ciuitatem: illud mihi

uidetur

A uiderur ostendere, quod post interfectionem cædemq; multorũ, & in unis cadauera mortuorũ, prunarũ ignis assumitur, ut purget siue mundet Hierusalẽ, iuxta illud
Esa. 10.d quod in Esaia scriptum est: Sanctificauit eum in igne ardente: & deuorabit sicut fœnum materiã. Isti sunt carbones, quos in remediũ linguæ atq; mendacij desolantes uitia atq; peccata, propheta interrogatus exoptat: Quid det tibi & quid
Psal. 119.d apponatur tibi ad linguã dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cũ carbonibus desolatorijs. Multaq; istiusmodi in scripturis sanctis inuenire poterimus: de quibus crebro diximus. Hoc tm̃ notãdũ est, qđ in Esaia qui tm̃ in sermone peccauerat, & immũda labia se habere dixerat,
Esa. 6.b ad purgãdũ unus forcipe carbo comprehẽditur. Hic uero quia erat ciuitas plena iniquitate, & post suppliciа cadaueribus mortuorum, plures assumũt carbones ignis: & non una manu, sed ambabus: ut omnis purget Hierusalem.
B Quanquã & hoc intelligẽdum sit, quod nõ ad purgationem, sed ad pœnas atq; cruciatus, prunæ ignis assumẽdæ sint, quæ effundant super Hierusalem. a ¶ *Ingressusq; est, etc.*] Vidente propheta, ingreditur uir qui indutus erat talari uestе uel linea, & ut Lxx. nunc interpretatione commutant stola sancta, cum apud Hebræos, unus sermo habeat בַּדִּים & cæteri interpretes in cœpta trãslatione persistant. Ingreditur autem ut secundo dicitur in medio rotarum, quæ sunt subter cherubim: ut impleat manus suas igneis carbonibus. Qui cum esset ingressus, stetit tantum iuxta rotam, & uel ob tristitiam puniendæ Hierusalem: uel ob gloriæ magnitudinẽ stupens, manum ad ignem ipse non misit, sed unus de cherubim, id est cherub misit manum: & tulit ignem qui erat in medio cherubim, & dedit in manum eius qui indutus erat uestibus lineis. Qui accipiens egressus est, et tamen scriptura non dicit, egressus quid fecerit: ut tristis rei narrationem, intelligentiæ potius nostræ relinqueret, quàm oculis subiiceret. Introcunte aũt uiro qui indutus erat uestib. lineis, cherubim stabant à dextris domus, ut sanctæ supernæq; uirtutes dexteram domus dei partem tenere uiderentur, & illæ quæ mittuntur ad supplicia, de quibus scriptum est: Immissionem per an-
Psal. 77.e gelos pessimos, sinistras partes possidere credantur. Cumq; eleuata esset gloria domini de cherub qui carbones ignis uiro traditurus erat: & transisset ad limen domus, statim nube tenebris & caligine atrium implẽtur interius. Neq; enim præsente domini maiestate exercentur supplicia, & gloria domini uidetur in atrio, de quo scriptum est: Sonitus alarum cherubim audiebat̃ C
usq; ad atrium exterius. Pro sonitu in Hebræo uox ponit: quæ uox habebat similitudinẽ uocis dei omnipotẽtis loquentis. Pro quo Lxx. transtulerũt: Sicut uox dei שַׁדַּי quod Aquila, Symmach. & Theodotio ἱκανόν: qđ fortẽ potẽtemq; significat, trãstulerũt. Nota lector in quibus superior & hæc uisio cõcordẽt siue discordẽt, ut ex collatione utriusq; absq; nostro admonitu, diuina intelligas sacramẽta, & illud qđ ante cõmonui, qm̃ & in firmamento & in throno et in manu hominis nõ ueritas, sed similitudo dicat̃. Neq; em̃ facie ad faciem reuelato uultu, gloriam dñi cõtẽplamur: sed in similitudine oĩa uidemus & imagine: quã diu fragili & corruptibili & mortali circumdamur corpore. b ¶ *Et uidi etc.*] Obserua quæ prius fuerit uel quot species rotarũ, iuxta Lxx. quasi uisio tharsis: nũc aũt iuxta eosdẽ ἐκ ὁράσεως λίθου ἀνθράκων, id est quasi uisio carbũculi: ut pẽnarũ per ignem qui à cherub tradit̃, similitudo mõstret̃: licet in Hebraico, & supra, & hic, tharsis scriptũ sit: quod Aquila, chrysolithũ: Symmachus, hyacintũ trãstulerunt. Rursumq; ubi nos uertimus: Et omne corpus earũ, quod subauditur rotarũ, in Hebræo scriptũ est: Et omnes carnes earũ, & colla, & manus, & pennæ, & circuli. Nota carnes appellari in supernis uirtutibus, ut quando legimus: Caro & sanguis
1. Cor. 15.f regnum dei non possidebunt: neq; corruptio, incorruptionem: sciamus non substantiã carnis, sed opera condemnari, בְּשָׂר enim quod in hoc loco scribitur: non corpus, sed carnem significat. Circulos aũt rotarũ, cantos ferreos appellauit: quibus lignorum rotunditas artatur & stringitur. Rotæ aũt istæ non solum carnes habent uel corpus, aut membra: sed & colla, & manus, & pennas: ut efficientias rerũ in singulis, non membrorũ imagines sentiamus. Rotæ quoq; ipsæ appellatæ sunt lingua Hebraica גַּלְגַּל quod Symmachus, uolubiles: Aquila, rotam interpretatus est. Porrò quod sequit̃. Audiente me: usq; ad eum locũ ubi scriptũ est: Eleuati sunt cherubim: in Lxx. non habetur, sed de Hebraico additum est. In quo obseruandũ, quod nequaquam, ut supra dicit̃: Facies hominis, & facies leonis quatuor: & facies uituli à sinistris quatuor: & facies aquilæ quatuor à dextris: ut uidelicet alia à sinistris, alia à dextris esse credantur. Sed omniũ æqualis ordo describit̃, dicente scriptura: Quatuor autem facies habebat unum: Facies una, facies cherub: & facies secũda, facies hominis, & in tertio facies leonis: & in quarto, facies aquilæ: ut prima & secunda, & tertia, & quarta facies, non locorũ diuersitate dextri & sinistri sed uno per gradus ordine describat̃. Vnam aũt faciem, id est primã appellauit cherub. pro qua supra dixerat, facies uituli. Ex quo intelligitur faciem cherub esse faciẽ uituli. Quorũ omniũ sensum, præteritæ uisionis explanatio continet. c ¶ *Ipsum est animal, etc.*] Omnia uiuunt deo, & suũ sentiunt creatorẽ.
Mat. 22.d Non est enim deus mortuorũ, sed uiuentiũ. Vnde & omnia corpora rotarum plena
Supr. 1.e sunt oculis. Et in psalmo dicit̃: Cœli enarrant gloriã dei, & opera manuũ eius annũciat firmamẽtũ. Dies
Psal. 18.a diei eructat uerbũ, & nox nocti indicat sciẽtiã. Sol quoq; & luna, mare & flumina, mõtes & colles laudant deũ, & in suũ circulũ p̃ annos singulos elemẽta uoluunt̃: cœlorumq; rationẽ in terris deprehẽdimus: ut antiquæ legis ordinẽ conseruantes uoluãtur & currant: & nihil
B nouum cernamus sub
Sap. 1.b per terrã. Quod autẽ dicitur: ipsum est animal qđ uiderã iuxta fluuiũ Chobar, scriptura demõstrat eadẽ nos debere intelligere in expositione animalis quæ supra intelleximus. b ¶ *Et egressa, etc.*] Gloria dñi siue maiestas quæ steterat in templi limine, stetit super cherubim. Qui eleuãtes alas suas propheta cernente, exaltati sunt, rotis pariter sequentibus: & stetit in introitu portæ domus dñi orietalis, paulatimq; protectio dei reliquit Israel. Primũ fuit in tẽplo, deinde stetit in atrio tẽpli siue limine: qua recedente de tẽplo, nubes & caligo impleuit templi penetralia. Rursumq; ipsa gloria iedit super cherubim, & illis statim auolantibus, & ad exteriora abeuntibus, secutæ sunt rotæ. Et gloria steit in porta domus dñi orietalis nõ in ianua tẽpli, sed post atriũ & limẽ in introitu portę domus dñi orientalis. Quod cũ propheta uidisset, ipsum est, inquit, animal quod uidi subter deũ Israel, iuxta fluuium Chobar, & intellexi, quia cherubim essent. Quid enim noui uiderat: qđ intelligeret esse cherubim, quæ prius non intellexerat? Cherubim in lingua nostra scientiæ
Psal. 79.b multitudo est: noticia sacramẽtorũ dei, & thronus eius ac requies. Vnde & in psalmo dicit̃: Qui sedes super cherubim manifestare. Semper em̃ gloria dñi sedet in scientiæ multitudine: & tunc manifestatur, quãdo cuncta regi prouidentia demonstrantur. Nec fortuitu quid fieri,
Supra 9.d nec dicere quempiã: Dereliquit dñs terram, & dñs non uidet: Vnde & intuitus cherubim & appetitus eorũ, est obliuisci præteritorum, & in futura se extendere.

CAP. XI

ET *eleuauit me spiritus, etc.*] Quia egressa est gloria dñi à limine tẽpli, & stetit super cherubim: posteaq; auolãtibus cherubim, stetit ipsa gloria in introitu portæ domus dñi orietalis: & ppheta qa per se ad eã ire nõ poterat, eleuatus à spũ est, & ductus ad candẽ portã domus dñi orietalẽ: quæ respicit solẽ iustitiæ de quo scriZach. 6.c ptũ est: Ecce uir oriẽs nomẽ eius, ut nequaq; remaneret in tẽplo, quod erat ignorantiæ nube cõfusum, sed stans C
in porta domus dñi orientalis, quæ sequunt̃ sacramenta cognosceret. d ¶ *Et ecce in introitu, etc.*] Quod sequit̃, in Lxx. non habet̃, sed de Hebræo additũ est: Quia in præceptis meis nõ ambulastis, et iudicia mea nõ fecistis: sed iuxta iudicia gentiũ, quę in circuitu uestro sunt estis operati. Assumit̃ propheta iuxta illud qđ scriptũ
Psal. 146.d est. Assumẽs mansuetos dñs: siue eleuatur è terra, & introducit̃ ad portã domus dñi orientalẽ, ut posset uiginti quinq; uirorum qui erant in introitu portæ & Iezoniæ filij Azur, atq; Phaltiæ filij Banaię, principum populi sacramẽta cognoscere. Hi igit̃ qui erant in introitu portæ domus dñi orietalis: desperãtes salutẽ, & scelerũ conscientia parati ad interitũ: nec uolentes per pœnitudinẽ peccata corrigere dicunt: licet nuper post primã captiuitatem ædificatæ sint do- D
mus quæ ante corruerant: tamen scimus hãc ciuitatẽ esse instar lebetis: nosq; pro carnib. ut in ea cõsumamur & cõrememur, iuxta illud quod in Esaia scriptũ est: Tẽpestas si transierit, nõ assumet nos. Illis ista
Esa. 28.d dicẽtibus, irruit in prophetã spiritus dñi: & secũdo præcipit ut uaticinetur, & dicat: Qm̃ ista dixistis, & cordiũ uestrorũ me secreta nõ fallunt: ego uobis interpretabor quomodo ciuitas in lebetẽ, & uos in carnes reputemini: nõ iuxta illũ sensum quẽ locuti estis, sed iuxta alterũ quẽ non timetis. Est quidẽ ciuitas in lebetis similitudinẽ, sed non uestris implebit̃ carnibus: uerũ eorũ quos interfecistis. Vos autẽ qui arbitramini uos in hac urbe morituros, educã de medio ciuitatis, & tradã hostium manibus: faciãq; in uobis iudicia, ut cũ ceciderit is gladio nequaquã in urbe, nec extra terminos Israel, sed in finib. uestræ prouinciæ, tũc cognoscatis quod ego sim dñs. Secũdoq; dicit̃: In finib. Israel iudicabo uos, & scietis quia ego sum dñs. Hæc aũt uniuersa patiemini quia in præceptis meis nõ ambulastis: & iudicia mea nõ fecistis, sed cæterarũ in circuitu gentiũ scelera estis operati. Cũq; secundũ literã manifestũ sit quod dicit̃: omisis parũper Iezoniæ & Azur, Phaltiæ & Banaiæ nominibus, quæ in tempus aliud reseruamus: hoc dicẽdũ est, quod usq; hodie in ecclesia quæ est domus dñi: & ante portã, & in introitu siue in uia portæ, quæ significat saluatorẽ, per quem ingredimur ad patrem, sunt uiginti quinq; uiri, ad sensus cuncta referentes. Et quantum non subterfugit memoriam meam, nunquàm in bonam partẽ, hunc numerũ potui reperire: licet in Leuitico ad sacerdotale ministeriũ à uiginti quinq; annis eligant̃. In Hebræo enim non habet hunc numerũ qui in Lxx. dici-
Luc. 3.e tur, sed tricenariũ: qui in exordio huius prophetæ, & dñi continet̃ ætate: quando uenit ad fluenta Iordanis, & à Ioanne baptizatus est. Sin aũt in euangelio quinq; uirgines prudẽtes, & quinq; stultæ reperiunt̃: sciamus
Mat. 25.a hũc numerũ in medio positũ: & pro qualitate utentium uel

A uel ad bonam uel ad malam partem posse conferri. Hi igitur uiri qui cuncta ad sensus referūt, & habent duos principes de quibus supra diximus, duali numero cōtinentur: qui scindit unitatem, & in secundæ diei numero non uidetur à dño, iuxta Hebraicam ueritatem. Vn-

Gen. 6.d de & in arca Noe, bina & bina introducū tur immūda. Dñs autem scissionem in unum coartans, fecit utrumq; unū, & soluit

Ephe. 2.c mediū parietem, inimicitias in sua carne cōdemnans. Vnde & augustius q̄d loquitur atq; sublimius: E-

Ioan. 10.f go & pater unum sumus, ut à Iudaica dualitate in unionē nos reuocet fidei Christianæ. Deniq; pontificatu perdito Iudæorū, dñs patitur nequaq̄ sub uno principe, sed sub duobus, Anna & Caypha: ut religionis eorum scissum monstraret errorem. Sunt multi in huius portæ introitu ante domū dñi orientalem, qui uitijs suis nationibus

B comparantur, & peccatorū conscientia desperant salutē, & dicunt: Ciuitas in qua uersamur, lebes est, & nos omnes carnes: & Babylonio consumemur ardore cuius iacula ignita sunt: nolētes agere pœnitentiā, & desperantes salutē: ꝓpterea audiunt, q̄d non ipsi sint carnes præteritę et pditę ciuitatis, sed hi quos scandalizauerint & quos interfecerint. Idcirco q̄; super eos gladius inducitur, ut postquam in finib. Israel nequaquā inter gentes, sed inter Christianos fuerint iudicati: tunc cognoscant, q̄d ipse sit dominus, se-

Psal. 77.d cundum illud quod in psalmis legitur: Cum interficeret eos, requirebant illum: ut quem per beneficia non senserant, per tormenta cognoscant. a ¶ *Et factum est cū, etc.*] Vaticinante propheta, unus è duobus principibus Phaltias filius Banaiæ moritur: qui interpretatur

פלטיהו פדיה ruina declinans, & est filius structoris siue cementarij: οἰκοδομὸς enim aliud in linguam nostram uerti non potest. Alter principum seruatur incolumis, Iezonias

יאזניה עזור filius Azur. Iezonias aures eius sonat, quod subauditur animæ. Azur uero fulcrum siue adiutorium. Qui igitur cadendo à domino declinarat, & erat ædificationis pessimæ, recte cadit prophetante eo quem confortauit deus. Qui aūt præceptis obediebat dei, & illius sustentabatur auxilio, recte in imperio populi permanet. Legimus in Exodo, mortuo Pharaone rege Aegypti ingemuisse filios Israel ab operib. luti, palearū ac laterū: & clamasse ad dñm: quem illo uiuēte, inclamare non poterāt. Esaias quoq; mortuo Ozia rege lepro-

Esa. 6.a so, uidit dñm sedentem super thronū excelsum & eleuatū, & seraphim stantia circa eum: intelligensq; immūda habere se labia, & habitare in populo immunda labia habente: meretur ut de altari carbo mittatur, & labia eius purget immunda. Hic autem prophetante fortitudine dei, princeps qui à dñi declinauerat seruitute, cadit ut eleuetur à Christo, Si em resurrectio dñs, ruina diabolus est. In quo quæritur, quomodo de saluatore dicatur: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem mul-

Luc. 2.c torum in Israel. In ruinam eorum qui stabant pessime: & resurrectionē eorū qui ceciderant. Quod cum propheta uidisset, cecidit in faciem suam: nō peccantis merito, sed plangētis affectu: & uoce magna, quæ de magno fidei ardore ueniebat, tertio clamauit, & dixit: Heu, heu, heu, domine deus, cōsummationem tu facis reliquiarum Israel: Et est sensus: Etiā ipsæ reliquiæ quæ esse uidebantur in populo, te indignante delentur. b ¶ *Et factū est uerbum domini ad me dicens: Fili, etc.*] Primū de interpretatiōis uarietate dicendum est.

Pro eo quod in Hebræo habetur, uiri propinqui tui hoc enim significat גאולתך Septuaginta transtulerunt, uiri captiuitatis tuæ. Deinde ubi sequitur: uniuersi quibus dixerunt habitatores Hierusalem: pro uniuersis, illi posuerunt consummata est propter literarum & uerbi ambiguitatem גלה enim quod Aquila & Symmachus & Theodotio uniuersos interpretati sunt: illi uerterunt, consummata est, quod iuxta sensum omnino non resonat. Factus est igitur sermo domini ad Ezechielem, qui dixerat: Heu, heu, heu, domine deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel, in Phaltię uidelicet morte, et eorum qui cum eo interfecti sunt, quod

filiū Banaiæ principes populi. Dixitq; ad me: Fili hominis, hi uiri qui cogitāt iniquitatem, & tractāt cōsiliū pessimū in urbe, ista dicentes: Nónne dudū ædificatę sunt domus? Hæc est lebes, nos aūt carnes. Idcirco uaticinare de eis, uaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus dñi, & dixit ad me loquere. Hęc dicit dñs: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis uestri ego noui. Plurimos occidistis in urbe hac, & implestis uias eius interfectis. Propterea hæc dicit dñs deus: Interfecti uestri quos posuistis in medio eius: hi sunt carnes, & hæc est lebes, & educā uos de medio eius. Gladiū metuistis, & gladiū inducā super uos, ait dñs deus: & ejciā uos de medio eius: daboq; uos in manu hostiū, et faciā in uobis iudicia. Gladio cadetis: in finib. Israel iudicabo uos, & scietis quia ego dñs. Quia in præceptis meis nō ambulastis: & iudicia mea nō fecistis: sed iuxta iudicia gentiū quæ in circuitu uestro sunt estis operati. Et factū est cū propheta rē, Phaltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meā, clamans uoce magna, & dixi: Heu, heu, heu domine deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel?

HEB. Et factum est uerbū domini ad me dicens: Fili hominis, fratres tui, fratres tui: uiri propinqui tui & omnis domus Israel uniuersi quibus dixerunt habitatores Hierusalem: Longe recedite à domino: nobis data est terra in possessionem. Propterea hæc dicit dñs deus: quia lōge feci eos in gentibus, & quia dissipaui eos in terra, ero eis in sanctificatiōem modicam in terris ad quas uenerint.

SEP. Et factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hoīs fratres tui & uiri captiuitatis tuæ, & oīs domus Israel cōsummata est qbus dixerūt habitatores Hierusalē: Longe recessistis à dño: nobis data est terra in hæreditatem. Propterea dic: Hæc dicit adonai dñs, qa repellā eos in gentes: & disseminābo eos in omnē terrā, & ero eis in sanctificationem paruulam in regionib. ad quas ingressi fuerint illuc.

A quod nequaq̄ illæ sint reliquiæ quas in Hierusalē putabat ꝓpheta, sed hi qui in Babylone uidebanť esse captiui. Et est sensus: O fili hominis, fratres tui de eadē tecū stirpe generati: fratres, inquā tui, quibus dixerūt habitatores Hierusalē, uos recessistis à dño, qa captiui estis, & cum Iechonia uos tradidistis, nobis aūtē terra Israel data est in æternam possessionem. Dic ergo eis q̄ longe quidē eos fecerim à terra Israel, & dispersserim in nationes, & in alienis terris esse præceperim, sed quia meæ obedierint iussiōi, sim in eis futurus etiam in peregrinis & hostilib. locis in paruā sanctificationē, dum plerique inueniātur ex eis qui idololatriæ nequaq̄ colla submittant, sed memores sint mandatorū dei, sicut fuerūt

Dan. 3.b Daniel & tres pueri, & cæteros fuisse credendū est, in similitudinē tantorū principum, quos scriptura nunc cōmemorat. Ex quib. uniuersis discimus, nō esse insultādū his q̄ dei iudicio pœnis traditi sūt, nec exprobrādū homini cōuerso à peccatis suis, nec pœnitentib. & egressis de ecclesia aliqñ dicēdū: Lōge recessistis à dño, nobis data est terra in possessionē. Quia hæc dicit dñs: Licet eos parūper à mea ecclesia separauerim, & inter gētes dispersserim, tñ ero eis in sanctificationē modicā, dū meminerint peccatorū suorū, ut q̄ ꝓpter uitia recesserūt de loco suo, ꝓpter pœnitētiā ad sedes pristinas redire festinēt. a ¶ *Propterea, etc.*] Loquit̄ sermo diuinus ad eos q captiui erāt in terra Babylonis ad fratres Ezechielis ꝓphetæ, & ad ꝓpinquos, quib. dixerūt habitatores Hierusalē: Longe recessistis à dño: nobis data est terra in possessionē. Loquit̄ aūt hæc quæ sequunť: Cōgregabo uos de populis, & reddā uobis terrā Israel. Cūq; ingressi fueritis, auferētis cūcta idola, ꝓpter quæ offenderatis deū, & dabo uobis cor unū timoris, & seruitutis dei, ut nequaq̄ diuersis idolis seruiatis, siue alterū q̄; prius habuistis. Et spiritum nouū tribuam in uisceribus uestris, iuxta illud q̄d

Psal. 50.c scriptū est: Cor mūdū crea in me deus, & spiritū rectum innoua in uisceribus meis. Et auferā à uobis cor lapideū, id est cor durū, secundū illud q̄d loquit̄ Stephanus pri

Act. 7.f mus martyr in Christo: Dura ceruice, & incircūcisi cor de. Et indurať cor Pharaōis, ne dimittat populū Israel.

Exod. 7.a Et, dabo, inqt, uobis cor carneū, molle & tenerū & q̄d possit dei mādata suscipere, ut scribāť in tabulis cordis carnalib. Idcirco autē dať cor molle, & auferť cor durū, ut in præceptis meis ambulēt, iudiciaq̄ custodiant, & sint in populo dei, dñsq̄ qui prius fuerat aduersarius, sit eis in deū. Qui aūt nequaq̄ pœnitētia priora peccata correxerint, sed ambulauerint post abominatiōes suas, retribuā ait eis, q̄d merēť: ut uiæ eorū ponāť in capitib. eorū. Hæc sub Zorobabel filio Salathiel, & sub Iesu filio Iosedek sacerdote magno, & sub Esdra ac Neemia accidisse tribui Iudæ, & his q̄ cū eis reuersi sūt, plerique existimāt. Habitatores quoq; Hierm q̄ sub Sedechia rege Iudæ capti sunt: uel q̄ fugerūt cū Hieremia in Aegyptū, in

Prōptere a loquere. Hæc dicit dñs deus: Cōgregabo uos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis, daboq; uobis huimū Israel. Et ingredientur illuc, & auferent oēs offensiones, cūctasq; abominationes de illa. Et dabo eis cor unū (siue alterū) & spiritū nouū tribuā in uisceribus eorū. Et auferam cor lapideū de carne eorū, & dabo eis cor carneū, ut in pręceptis meis ambulent & iudicia mea custodiant, faciantq; ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in deum. Quorū autē cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum uiam in capite suo ponam, dicit dominus deus. Et eleūauerunt Cherubim alas suas & rotæ cum eis, & gloria dei Israel erat super eos. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitq; super montē qui est ad orientē urbis. Et spiritūs leuauit me, adduxitq; in Chaldæam ad transmigrationem in uisione in spiritu dei, & sublata est à me uisio quam uideram. Et locutus sum ad transmigrationē omnia uerba domini quæ ostenderat mihi.

Et factus in limine domus, & postea in introitu portæ orietalis, nouissime sublatis pēnis rotisq; sequētibus, stat super montē qui est ad orientē urbis, haud dubiū quin mon D tem significet oliueti, unde saluator ascēdit ad patrē. Stabatq; gloria dñi quæ de Hierusalem urbe discesserat super montē oliueti, in signū resurrectionis & luminis, ut inde peritura arsuraq; cerneret Hierusalē. Quodq; dicit: Ascendit gloria de medio ciuitatis, alijs uerbis loquit̄ dñs ad discipulos: Surgite, abeamus hinc. Et ad Iu- *Ioan. 14.d*
dæos: Relinquet̄ domus uestra deserta. Iosephus quoq; *Luc. 13.g*
refert auditā uocē in tēplo angelorū & fortitudinū cōlestiū, quæ prius in urbis præsidio erant, abeamus ex his sedibus. Mirūq; in modū usq; in præsentē diem gloria dñi quæ deseruit templū, stat super montē oliueti, & in crucis signo rutilans, spectat templū quondā Iudaicum, in fauillas & cineres dissolutū. c ¶ *Et spiritus leuauit me, etc. Et sublata est à me uisio, etc.*] Pro eo q̄ nos ex Hebraica ueritate transtulimus, & sublata est à me uisio quam uiderā: Lxx. transtulerunt, & ascendi à uisione quā uiderā: Quod utrūq; significat non in corpore prophetā in Hierusalē de Babylone translatū, sed in spiritu. Sublataq; uisione quæ eum in spiritu duxerat Hierusalem, & uniuersa monstrauerat, quæ superior sermo narrauit, reuersus est in semetipsum, & locutus est ad transmigrationē omnia quæ ei fuerant demonstrata, ad eos uidelicet, de quibus supra scriptū est: Ego sedebā in domo *Supra 8.a*
mea, & senes Iuda sedebāt iuxta me, & cecidit super me ibi manus dñi dei, & uidi. Mirūq; in modū sedentibus his qui ad se uenerant uisitandū, uisiones mysticas ꝓpheta cernebat, & ābsens erat ab his qui corā se sedebant, absens spiritu præsens corpore. Omniaq; fiunt, ut cōsolationē recipiant qui captiui erant, quod reducendi sint in terram Israel, & ambulaturi in præceptis dñi futuriq; ei in populū, & ille futurus sit eis in deū. Qui aūt nō fuerint cōuersi ad pœnitentiā, sed ambulauerint post abominationes suas, recipiūt quæ fecerūt. Verba aūt in scripturis sanctis ꝓ reb. dici, sæpe admonuimus.

A *a* ¶ *Et factus est, etc.*] Pro eo quod nos uertimus: In medio domus exasperatis tu habitas: Lxx. posuerūt: In medio iniquitatū eorum tu habitas. Sed ex eo quod sequit: Quia domus exasperans est, intelligimus priorem quoq; sententiā huic uersiculo cōuenire. Pro exasperatione quoq; dici amaritudinem, crebro docuimus, ut sit sensus: In medio domus ad amaritudinē cōuertentis tu habitas, quę deum naturā dulcē atq; clemētem, uitiorū suorū amaritudine, amarum facit atq; crudelem. Alioquin de deo legimus:
Psal. 33.a Gustate & uidete, qm̄ suauis siue dulcis est dñs. Habitat aūt prophēta in medio populi deum ad amaritudinē prouocātis, qui habet oculos, & non uidet, aures & nō audit, non uitio sensuū, sed pertinacia prauitatis. Vnde & dñs ad
Ioan. 9.g Iudæos: Si cæci, inqt, essetis, peccatū nō haberetis, uoluntariam cæcitatē in illis arguens atq; cōdemnans. Quia ergo oculos habent ad uidendū, & non uident, aures ad audiendū & non audiūt, & tua uerba cōtemnūt: docet eos per imaginem atq; picturam, & schematibus ostende corporeis ut uenturā captiuitatem non solū auditu, sed et oculis recognoscāt.

b ¶ *Tu ergo, etc.*] Nulli dubium quin uniuersa loci huius continentia, futuram captiuitatem indicet regis Sedechiæ tribus Iudæ, qui captus est cum Hierusalem. Sed quoniam quidam uolunt captiuitatem Sedechiæ, qui interpretatur iustus dominus, in typū præcedere saluatoris, qui de cœlestib. ad terrena descēdens, humanum corpus assumpserit, & hæc esse uasa captiuitatis: Ideo præmonendum puto prudentem cautumq; lectorem, & hæc quidem nos ponere, ne quid præterire uideamur, sed non probare. Neq; enim rex impius in figurā potest præcedere illius, qui totius pietatis exemplum est. Captum aūt esse Sedechiam à Babylonijs
Hiere. 39. et 4. Reg. 25 atq; Chaldæis, & Hieremias propheta & regum narrat historia, & ductum de loco in locū, hoc est, de Hierusalem in Babylonē, & cætera quæ Ezechiel in consequentibus loquitur. Qui autem referunt ad dominum Iesum Christum captiuitatem eius, & transmigrationem de loco ad locum, descensionem ex cœlestibus ad terrena significari putant.

c ¶ *Et efferres foras uasa, etc.*] Facere iubet propheta in figura, quæ Sedechias facturus est in ueritate. Collige, inquit, sarcinas tuas, hæc cū uasa sunt transmigrantis, uidentibus eis. Et postq̄ uiderint quæ facturus es, egredieris uespere in similitudinē trāsmigrantis. Legimus Sedechiā nocte muro suffosso fugisse ad deserta Iordanis, ibiq; à Babylonijs esse comprehensum, & hoc significare perfossum parietē. Quod autem dicit: In humeris portabis, subaudi tur, sarcinas tuas, & quicquid ad uiæ solatium fugientes portare cōsueuerunt. In caligine effugies, ne uidearis à quoq̄. Faciē tuam uelabis, uel cæcitate quæ ei accidit, erutis oculis à Nabuchodonosor: uel ne cognoscatur quod ipse sit rex, & maior fiat cura seruantiū. Quę q̄ sequitur: Et non uidebis terrā: illud significat, quod cæcus ductus sit in Babylonē, eamq; non uiderit. Quia portentū dedi te, inquit, domui Israel: In signum enim & figuram prophetarū tam dicta q̄ facta sunt. Vnde & in Zacharia, uiri portētosi uocantur, quod futura portendant. Et in
Zach. 3.c Osee loquit deus: In manibus prophetarū assimilatus sum. Qui autem uoluntin Ezechielis persona Christū intelligi, uasa captiuitatis, humanū corpus accipiunt, & perfossum parietem, quo infernorū claustra perfregit, & resurgens à solis credentibus uisus est, portatusq; in humeris q̄ cū angelicis potestatibus ad cœlū uictor ascendit. Et quod absconditus egredit̄, & uelat faciē suā ne in carne mortali uideat̄ diuina maiestas, & non uidet terrā, ne oculis illius illustret̄, quæ eius non meretur aspectū. Oculi enim dñi super iustos, & auertit faciē
Psal. 33.c suam ab impijs. Hæc aūt, inquiunt, omnia fecisse narratur, ut per similitudinē hominis, dura ad fidem Israelitici populi corda cōuerteret. Et in portentū datur domui Israel, iuxta illud quod scriptū est: Ecce hic positus
Luc. 2.c est in ruinā & resurrectionē multorū & in signū cui cōtradicet̄.

d ¶ *Feci ergo, etc.*] Quæ supra iussus est facere, opere se cōplesse testatur, nec interpretatione indiget iuxta utranq; sententiā, quod supra expositum est. Illud autē notandum, quod uno atq; eodem tempore Hieremias prophetabāt in Hierusalem & Ezechiel in Babylone, & illius prophetia mittebatur ad captiuos, & huius ad eos qui habitabāt in Hierusalē: ut unius in diuersis regionibus dei prouidētia probaretur, & intelligerent audientes, quæcūq; accidebant populo, neq; idolorū potestate, sed domini iussione cōsistere.

¶ Et fa-

CAPVT XII

ET factus est sermō domini ad me, dicens: Fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad uidendū, & non uident, & aures ad audiendum, & non audiunt, quia domus exasperans est.

HEB. Tu ergō fili hominis fac tibi uasa transmigrationis, & migrabis per diem coram eis. Migrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum: si forte aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes foràs uasa tua quasi uasa transmigrantis per diem in conspectu eorū. Tu autem egredieris uespere coram eis sicut egreditur migrans ante oculos eorum. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum in conspectu eorum. In humeris portabis, in caligine effugies. Faciē tuā uelabis, & nō uidebis terrā, quia portentū dedi te domui Israel. Feci ergō sicut præceperat mihi: uasa mea protuli quasi uasa migrantis per diem, & uespere perfodi mihi parietem manu. In caligine egressus sum, & humeris portaui in cōspectu eorū.

SEPT. Et tu fili hominis, fac tibi uasa captiuitatis, & captiuare per diem coram eis, & captiuare de loco tuo in locum alterum in conspectu eorum, ut uideant quia domus exasperās est. Et proferes uasa tua, uasa captiuitatis per diem in oculis eorum. Et tu egredieris uespere in conspectu eorum, sicut egreditur captiuus. Perfode tibi parietē, & transibis per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis et absconditus egredieris. Faciem tuam operies, & non uidebis terram, quia portentū dedi te domui Israel. Et feci sic iuxta omnia quæ mandauerat mihi, uasaq; protuli sicut uasa captiuitatis per diem, & ad uesperū perfodi mihi parietem manu: & absconditus egressus sum, super humeros assumptus sum in conspectu eorum.

Et fa-

A *a* ¶ *Et factus est, etc.*] Si te (inquit) interrogauerit domus exasperans: Quare ista facis? Vel secundum Lxx. etiam si non interrogauerint, tu ingredere, ut sciant cur ista feceris. Dic ad eos: Hæc dicit dñs deus. *b* ¶ *Super principem, etc.*] Primum exponamus historiam. Dic, inquit, ad eos, ô fili hominis, qui uel interrogant uel non interrogant: Quid tu facis hæc, quod super ducem onus istud & uisio sit, qui est in Hierusalem, ducem significans Sedechiam. Et dic: Ego portentū uestrū: siue ut Lxx. trāstulerūt: Ego qui portenta facio, ut ex præsentib. futura cognoscantur, quō feci, sic fiet illis, duci & cunctis qui in comitatu ducis sunt. In transmigrationē Babyloniā captiui ducentur, & dux qui est in medio eorū in humeris portabitur uel iumentorū, uel eorū qui cum eo fugerant. In caligine, & in noctis tenebris egredietur, murumq; suffodient ocij eius ut educāt eū.

B Facies illius uelabit, uel timore fugientis, uel cæcitatis iniuria, ut cæcus terram non uideat Babylonis. Et ego extendā rete meū super illum, & capietur in sagena mea. Cōcedente quippe dño à Babylonijs captus est, & hęc quæ ab hostibus passus est fieri, se fecisse testatur. Ductusq; in Babylonē, terram Chaldæorū non uidebit, ibiq; captiuus morietur. Omnes autē socios eius & adiutores & comites fugæ, cum ille fuerit cōprehensus, huc illucq; dispergam: nec securos abire permittā: sed in manibus hostiū euaginabo gladium meum: ut quando dispersi fuerint in gentibus, intelligant quod ego sum dominus, & mea cuncta uoluntate sint facta. Et relinquam, inquit, ex sociis eius qui cum eo fugerint, & qui euadere potuerint paucos qui gladiū, & famem, & pestilentiā euaserint: ut cum uel fuga, uel captiuitate ad diuersas peruenerint regiones, narrēt omnia scelera sua uel sermone, uel exemplo, propter quæ tanta meruerint mala, & intelligāt q̄ ipse sit dñs. Qui aūt Tropologiā & cœptā explanationem super saluatore conatur exponere, ducem, qui est in medio Hierusalem, ipsum interpretatur qui in portentum signumq; præcesserit, quod & ipse & socij eius captiui istius mundi sint, & ab inferis uictor ascēdens, in humeris portatus sit angelorū: in caligine egressus, ignotus incredulis, destructo medio pariete, fecerit utrunq; unū: facies illius operta, ut terrā non respiciat Iudæorū. Nec mirum si dñs cælauerit faciem suam: cum

Tropol.

Et factus est sermo domini mane ad me dicens: Fili hominis: nunquid non dixerūt ad te domus Israel, domus exasperans, quid tu facis? Dic ad eos: Hæc dicit dñs deus: Super principē onus istud, qui est in Hierusalē, & super omnē domū Israel, quæ est in medio eorū. Dic: Ego portentū uestrū, quomodo feci, sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatē ibūt. Princeps aūt qui est in medio eorū, in humeris portabitur, in caligine egredietur, parietem persodient, ut educant eum, facies eius operietur, ut non uideat oculis terrā. Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem in terrā Chaldæorū, & ipsam non uidebit, ibi morietur. Et omnes qui circa eum sunt, præsidium eius & agmina illius dispergam in omnem uentum, & gladium euaginabo post eos: & scient quia ego dominus, quando dispersero illos in gentibus, & disseminauero eos in terras. Et relinquam ex eis uiros paucos à gladio, & fame, & pestilētia, ut narrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredient̄, & sciēt quia ego dominus.

HEB. Et factūs est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis panem tuum in conturbatione comede, & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. Et dic ad populū terræ: Hæc dicit dominus deus ad eos qui habitant Hierusalem in terra Israel: Panem suum in solicitudine comedent, & aquam

SEPT. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, panem tuum cum dolore comedes, & aquam tuam cum tormento & angustia bibes. Et dices ad populum terræ: hæc dicit Adonai dominus habitatoribus Hierusalem super terram Israel: Panes suos cum egestate comedēt & aquam

C

Cant. 2.c *Tren. 4.d*

2. Cor. 5.d

D

A uniuersa terræ cultura dispereat, ut cognoscant deū sæ-
uientem, quem miserantē cognoscere noluerunt. Possu-
Anagoge mus iuxta Anagogen habitatores Hierusalem creden-
tes Christo dicere, qui habitāt in ecclesia. Et si per pec-
cata illius offensam meruerint, comedant panem cum
Amos 8.d angustia: Non cibum
panis, nec potū aquæ
sed famem sermonis
& doctrinæ dei sustinentes. Quādo enim
uel uitio principum,
qui capiendi sunt &
tradendi Babylonijs,
uel nostra duricia per
diderimus sermonē
dei, aquasq; nō me-
ruerimus habere uti
les: tunc in dolore &
penuria, nostrum su
memus cibum, & ter
ra perdet multitudi-
nē credentiū, & ciui-
tates quæ in toto or-
be intelliguntur eccle
siæ, desolabuntur, &
terra deserta erit, ut
omnes sciāt, quia of-
fensa sit dñi. Quod
quidem & in persecu
tionis tempore intel-
ligere possumus. a

B ¶ Et factus est sermo do-
mini, etc.] Quod nos
diximus, prouerbiū,
iuxta Symmachum:
omnes alij interpre-
tes parabolam trans-
tulerunt, quæ Hebrai
ce appellat׳ משל Rur
sum ubi à nobis edi-
tum est: Neq; erit diuinatio ambigua, uertere Lxx. nec
diuinans iuxta gratiam, pro quo omnes lubricum in-
terpretati sunt, quod nos ambiguum diximus ut de-
cipientia audientes suos prophetarū uerba noscamus.
Est autem sensus omnis capituli hic: Supra propheta-
uerat contra principem qui erat in Hierusalem, deinde
populo famem & ardorem sitis nunciauerat esse uentu
rum. Quod multitudo non credens, uetus assumebat C.
tritumq; prouerbium: in longum tempus differtur cō
minatio prophetarū, & omnis uisio peribit, dum fru-
stra cernitur, uel iuxta Symmachum ὅρασις ψευδὴς, id est,
in uentum & auram tenuem dissoluetur. Dic ergo (in-
quit) eis, q nequaq̄ mea cōminatio differatur, nec diuinatio
falsa atq; ambigua proferat׳ in populos, quæ
finem habeat incer-
tum: ut alio dicat׳ tem
pore, alio impleatur:
sed nūc uiuēte te qui
loqueris, & his q au-
diunt, uerbum quod
locutus sum, cōplea-
tur. Significat autem
uicinā captiuitatē ur
bis Hierusalem, & Se
dechiam cum popu-
lo Iuda iamiam capi-
endum. Non solū au
tem illo tempore, sed
usq; hodie uulgus in
credulū & dura cor-
da mortaliū prophe-
tiam dei non recipit,
sed omnia quæ pro-
phetæ cōminant, quę
prædicat euāgelium,
in aliud tempus exi-
stimāt differendum.
Sciamusq; hic para-
bolā, quæ à Septua- D
ginta ponitur accipi
pro prouerbio: iuxta
illud qđ in psalmo le
gimus: Et factus sum Psal. 68.c
eis in parabolam. Et
in hoc eodē prophe-
ta: Quid est uobis pa Infra 18.d
rabola ista in populo Israel, dicentiū: Patres comede-
rūt uuam acerbā: & dentes filiorū obstupuerūt? Mani-
festa perstringimus, ut in obscurioribus immoremur.

HEBRAEI. & aquam suam in desolatione bibēt, ut desoletur terra à multi-
tudine sua propter iniquitatem omnium qui habi-
tant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitantur, desola-
tæ erunt, terraq; deserta, & scietis quia ego dominus.

SEP. & aquā suā cū dissipa tione bibent, ut dissipetur terra & plenitudo eius. In impietate enim oēs qui ha-
bitant in ea: & ciuitates eo-
rum quę habitantur in de-
solationem erunt, & terra
dissipabitur, & cognosce-
tis quia ego sum dominus.

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quod est prouerbiū istud uobis in terra Israel dicētium: In longū differētur dies, & peribit omnis uisio? Ideo dic ad eos: hæc dicit dominus deus: Quiescere faciā prouer-
bium istud, neq; uulgo dicetur ultra in Israel. Et loquere ad eos, q appropinquauerint dies & sermo omnis uisio-
nis. Non enim erit ultra omnis uisio cassa, neq; diuina-
tio ambigua in medio filiorū Israel. Quia ego dominus loquar, quodcunq; locutus fuero uerbum, & fiet. Non prolongabitur amplius, sed in diebus uestris domus ex-
asperans loquar uerbum, & faciam illud, dicit dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili ho-
minis, ecce domus Israel dicentium: Visio quam hic ui-
det in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos, hæc dicit dominus deus: Non pro
longabitur ultra omnis sermo meus: uerbum quod lo-
cutus fuero, complebitur: dicit dominus deus.

Commentarij tertij in Ezechielem
prophetam finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTA-
riorum Ezechielis ad Eustochium Proœmium.

VEllem, si fieri posset Eustochiū, explanationes in Ezechielem per singulos libros pro-
prijs texere prophetijs, & quod uaticinatione coniunctum est, nequaquam expositio
ne diuidere, ut facilior esset cursus dictantis pariter & legentis: longumq; & immen-
sum interpretationis iter, certis spacijs separare, ut quasi titulis & indicibus, & ut pro-
prius loquar, argumentis ostenderē, quid libri singuli continerent. Sed quid faciam, cum alię pro-
phetiæ breues sint, aliæ longæ, ut sæpe necessitate cogamur, & plures in unum librum coartare, &
unam in multos diuidere? Vnde & nunc contra prophetas & prophetias ad seniores quoq; po-
puli Israel, & ad terram super quam inducunt quatuor plagæ pessimæ, & de ligno uitis, quod cum
fuerit abscisum, inutile est inter omnia ligna syluarum, catalogum etiam uitiorum Hierusalem uo-
lumus quarto libro comprehendere. Quem quia unius uoluminis non patitur angustia, alteram
partem eius quinto uolumini reseruamus, prudentissimi lectoris solicitudinem præmonentes, ut
sciat quid nobis in hoc explanandum, & quid sibi legendum sit.

Commen-

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam,
Liber quartus.

ET factus est, etc. qui prophetant, etc.] Hoc quod nos posuimus: Qui prophetant, & dices prophe-
tantibus de corde suo: omisere Lxx. & pro eo quod non ha
betur in Hebræo, ad-
diderunt, & prophe-
tabis & dices ad eos.
Est autē sermo contra
pseudoprophetas, q
decipiebant populū,
& cōtra dei mandata,
aliud prophetabant.
Nec quempiam mo-
ueat, q prophetæ ap-
pellantur: hanc enim
habet sancta scriptu-
ra consuetudinem, ut
unūquenq; uaticina-
tiōis suæ & sermonis
prophetā nuncupet,
sicut prophetæ appel
lant Baal, & prophe-
tæ idolorū, & prophe
tæ confusionis. Vnde
& apostolus Paulus
poetam Græcū, pro-
Tit. 1.c phetam uocat: Dixit
quidam proprius eo
B rum propheta: Cre-
Osee 9.b tenses semper menda
ces, malæ bestiæ, uen
tres pigri. Et in Osee legimus: Sicut propheta insaniens
homo portans spiritū. Quicquid aūt eo tēpore Israeliti
co populo dicebat׳, hoc nunc refert׳ ad ecclesiā, ut, pphe
tæ sancti sint apostoli & apostolici uiri. Prophetę autem
mendaces atq; furiosi, oēs hæretici, quorū principes ex
suo corde cōfingant: qui aūt ab eis seducti sunt, aliorū
mēdacijs acquiescāt. b ¶ Væ prophetis, etc.] Lxx. Væ his
qui prophetant de corde suo, & omnino non uident,
relinquētes illud qđ à nobis propositū est, qui sequun
tur spiritū suū. Cum prophetarū nomen secundum re-
gulā scripturarū bonis malisq; cōmune sit, in eo diffe-
rūt, quod boni prophetæ esse dicunt׳ sapiētes, mali aūt
stulti & insipientes, quorū alterū refert׳ ad ecclesiasticos
uiros, alterū ad oēs hęreticos, qui dei spiritū relinquen
tes, sequunt׳ spiritū suum, quia nequaq̄ diuino instin-
ctu, sed proprio corde uaticinant׳, unde & nihil uident.
Qui aūt sapiens est, non cordis sui cogitationes, sed dei
spiritū sequitur, iuxta illud quod in superioribus ani-
malia & rotę spiritū dei sequebantur. Et propheta dicit,
Supra 1.e Post dīm deum tuum ambulabis. Et in alio loco: De-
Psal. 118.e duc me in semitā rectam. Et iterū: Spiritus tuus bonus
Psal. 142.e ipse deducet me in terrā. Et populo dei, columna ignis
Exod. 13.e & nubes erat dux in solitudine. Et Hieremias loquitur:
Non laborauī sequens te. Quis autē hæreticorū qui se-
quit׳ spiritū suū, non impingat in tenebris, & cæcus cæ-
cos ducat in foueā? Vnde licet sibi in mysterijs, imò or
gijs suis plura ecclesiasticis doctoribus uidere uideant׳,
tamē nihil omnino uidēt, quia solē iusticiæ perdiderūt
frustraq; imitant׳ eos qui prius uocabant׳ uidentes, &
Amos 7.c quibus dicitur: Qui uides, uade: recede in terrā Iuda, &
in Bethel non prophetabis. Quamobrem uisio Esaiæ
& Abdiæ ponuntur in titulis. Et dñs apostolis præce-

CAPVT XIII

ET factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili ho-
minis, uaticinare ad pphetas Israel qui pro-
phetant, & dices prophetantibus de corde
suo: Audite uerbū dñi: Hæc dicit dñs deus.

HEB. Vę prophetis insipiē tibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil uident.
Quasi uulpes in desertis, pphetæ tui Israel erunt. Non
ascendistis ex aduerso neq; opposuistis murū pro do-
mo Israel, ut staretis in prælio in die dñi. Vident uana,
& diuinant mendaciū, di-
cētes, ait dominus, cum do
minus non miserit eos, &
perseuerauerūt cōfirmare
sermonē. Nunquid non ui
sionē cassam uidistis, & di-
uinationē mendacē locu-
ti estis? & dicitis, ait dñs,
cum ego non sim locutus.

SEP. Væ his qui prophetant de corde suo, & omni no nō uident. Sicut uulpes in desertis prophetæ tui Is-
rael. Non steterūt in firmamento & cōgregauerūt re
ges super domū Israel. Nō resurrexerūt qui dicunt in die domini, uidentes men-
dacia, diuinantes uana, qui dicunt dicit dominus, & dominus non misit eos, & cœperunt suscitare sermo-
nem. Nónne uisionem fal-
sam uidistis, & diuinatio-
nes uanas locuti estis? Et
dicebatis, dicit dominus,
& ego non sum locutus.

Pro-

Ideo possunt in prælio in die domini, ut pro populo preci-
bus dimicent & resistant obsecrationibus sentētiæ dei. D
Quia igitur uana cōspiciunt & diuinant mendacium,
& à domino missos esse se dicūt, cum non sint missi ab
eo, & perseuerant in erroribus, & suum cupiūt firmare
sermonem: arguuntur q omnia sint cassa quæ prædi-
cant, suum mendaciū dñi sermonē esse dicentes. Porrò
iuxta Lxx. hic sensus est: Omnes hæretici propter frau-
dulentiam ac nequitiam uulpiū similes sunt, de quibus
saluator loquit׳: Vulpes foueas habent, & uolucres cœ Matt. 8.c
li nidos. Et de Herode scriptū est: Dicite uulpi huic, & Luc. 13.g
eisdem uulpibus quæ paruulos simplicesq; decipiunt,
& populantur uineam Christi, Salomon loquit׳: Capi- Cant. 2.d
te nobis uulpes paruulas dissipātes uineas. Et in psal-
mo super his qui corū fraudulentia supplantantur ca-
nitur: Introibūt in inferiora terræ, tradentur in manus Psal. 62.c
gladij, patres uulpiū erunt. Hi prophetæ qui uulpiū si-
miles sunt, non steterunt in firmamēto, nec cum Petro
audire meruerūt: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædi Matt. 16.c
ficabo ecclesiā meam. Nec Moysi similes sunt, cui dictū Deut. 5.d
est: Tu uerò hic sta mecū. Nec illius qui dicit: Statuit su
pra petram pedes meos, sed fluctuauerūt omni uento
doctrinæ: Nec steterunt in firmamento: De quo in octa
uodecimo psalmo legimus: Cœli enarrāt gloriam dei,
& opera manuū eius annunciat firmamentū. Isti con-
gregauerūt irrationabiles quosq;, & propter nimiā in-
nocentiam pecudum similes, contra domū dei. Vnde
nunc dicitur: Et cōgregauerunt greges super domum
Israel: nec surrexerunt ipsi, nec alios suscitare potuerūt,
sed quæcunq; egerunt & agunt, plena mendaciis sunt.
Quodq; sequitur: Et cœperunt suscitare sermonē: illud
significat, quod uelint quidē cōsurgere & se ad excelsa

A fustollere, sed quod cupiant, implere non possint. Dicitq; eis: Nonne uisionem falsam uidistis, & diuinationes uanas locuti estis? Quodq; sequitur: Et dicebatis, dicit dominus, & ego non sum locutus: in Lxx. non habetur.

a ¶ *Propterea, etc.*] Sub prophetarum persona, sermo contra hæreticos est, qui loquũtur uana & uidẽt mẽdaciũ, & perseuerant suam firmare doctrinam, quod ipse dñs cõtra eos ueniat atq; cõsurgat, & extendat manũ suam super illos ad percutiẽdum, & non contrahat ad parcendum, & cõminatur q̃ nõ sint in cõcilio populi dñi futuri, nec in ecclesia eius sed in synagoga diaboli, nec scribãtur in domo Israel. De quibus in alio loco dicitur: Super terrã scribãtur non in terram

Hiere. 17.b

B Israel, quę terra uiuẽtiũ est, & de qua nũc dicitur, nec in terram Israel ingredient, sed in terrã mortuorum & umbrã mortis: ut postquã ista perpessi fuerint, separati à cœtu populi dei, intelligant quod ipse sit dominus. Pro eo quod nos uertimus, in concilio populi mei non erunt: Lxx. transtulerunt, in disciplina siue in correptione populi mei non erunt. Alia enim aduersariorũ, alia filiorũ correptio est. Vnde & Hieremias: Corripe, inquit, nos dñe, uerum tamẽ in iudicio & nõ in furore, ut nequaq̃ nos paucos facias. Effunde furorẽ tuum super gentes quæ te ignorauerũt, & super regna quæ nomẽ tuũ non inuocauerũt. b

Ibid. 10.d

¶ *Eo quod deceperit, etc.*] Prophetæ Israel qui non erunt in concilio populi dei, nec scribentur in scriptura domus Israel, nec terram repromissionis intrabunt: ideo ista patientur, quia decepe-

C rũt populũ meũ: pro rigore pœnitentiæ & conuersationis iniuria, pacẽ eis & prospera nunciantes, secundum illud quod alibi dicitur: Pax pax, ubi est pax? Deus itaque metaphoricẽ ædificabat eis per legis mandata sanctorũq; prophetarũ eloquia & cõminationes macerią. Hoc enim uerbũ Hebraicũ significat חֵץ ut omnẽ ab illis incursionẽ bestiarũ & hostilem impetũ sub moueret: dum cõuersi ad deum, hoc quasi muro & pariete firmissimo cingerẽtur. Pseudo uerò prophetæ non semel, sed frequenter pollicebantur eis pacẽ, hoc ẽm repetitus pacis sermo significat. Ipsũq; parietẽ qui in sequentibus קִיר appellatur linebant pseudoprophetæ absq; temperamento, ut interpretatus est Symmachus,

Hiere. 10.d

D hoc est puro luto, & quod paleas non haberet, ut nec præbere posset aliquam fortitudinẽ. Vt uerò Lxx. & Theodotio, linunt eum stultitia: Aquila autẽ uerbũ Hebraicũ תָּפַל interpretatus est ἀνάλωμα, quod significat absq; sale, de trãslatione transiens ad aliã translationẽ, ut quõ cibus absq; sale nullũ habet saporem, ita & lutũ absq; palèis quibus firmat et stringit, nil roboris possit præbere parieti. Dic, inquit, ad eos qui illis uana promittunt, & cassum pollicentur auxilium, q̃ casurus sit iste paries & hæc macerią, & immittã imbrẽ uehementissimũ, hostes uidelicet sæuissimos. Babylonios aũt Chaldæosq; significat, & eosdẽ lapides grandinis desuper irruentes, omnia per metaphorã: quo instabilem maceriam subitus turbo subuertat & subruat, & postea dicatur eis, id est, pseudo-

A pseudoprophetis: ubi est litura quam leuistis, & ubi est quod polliciti estis auxiliũ? Quicquid autem de pseudoprophetis diximus, & ad hæreticos referri potest: qđ omnia eorum dei ira figmenta soluantur, & ædificatio pessimorum dogmatum, quę spiritus sancti non habet condimentũ corruat: & usque ad fundamenta et puluerem dilabatur: & adæquetur ipsa macerią terræ, & cadat & consumãtur prophetæ qui promittebant: & populus cui promitteba tur in medio eius: ut postquam compleuerit indignationẽ suã, & dixerit eis: non est iste paries: hoc est, nõ est uestra defensio, & nõ sunt qui linunt eũ: sed omnia uana sunt, & in nihilum proficientia: tunc opere cognoscatis quod ego sim dñs. Vt autẽ scia-

B mus qui sint isti qui linũt parietem, Sequitur: Prophetæ Israel, hoc est, pseudoprophetæ qui prophetãt ad Hierusalẽ, & uidẽt ei uisionem pacis: isti sunt causa peccati & ruinæ, & stultæ securitatis. Non enim erit pax, dicit dñs: quia dñs nõ misit eos: nec est loquutus ad eos. Hoc quod Lxx. transtulerũt, & super iuncturas eorũ, in Hebraico nõ habetur. Significat autem iuncturas lapidum in pariete, uel adminicula lignorum, quibus parietes roborantur. Necnõ illud quod suprà legimus: ipse ædificabat parietẽ, pleriq; ad populum referũt Israel, qui uanũ sibi uel Aegyptiorum uel pacis promittebat auxiliũ.

a ¶ *Et tu fili, etc.*] Suprà ad prophetas dictus sermo directus est, qui luto linebant parietem, quod paleas nõ haberet, nec ullum posset pa rieti siue maceriæ robur tribuere: Nunc aduersus filias

HEB. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia locuti estis uana & uidistis mendacium, ideo ecce ego ad uos, ait dominus deus. Et erit manus mea super prophetas qui uident uana & diuinant mendaciũ. In concilio populi mei non erũt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: Et scietis quia ego dominus deus. Eò quod deceperint populũ meum dicentes: pax, & non est pax. Et ipse ædificabat parietem, illi autem linebant illum luto absq; paleis. Dic ad eos qui linunt absq; temperatura quod casurus sit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & uentum procellæ dissipantẽ. Siquidem & ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur uobis, ubi est litura quam liuistis? Propterea hæc dicit dominus deus: Et faciã erumpere spiritum tempestatũ in indignatione mea, & imber inũdans in furore meo erit, & lapides grandes iræ in consummationẽ. Et destruam parietẽ quem liuistis absq; temperamento, & æquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet & consumetur in medio eius, & scietis quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui linunt eum absq; temperamento, dicamq; uobis non est paries, & non sunt qui linunt eum. Prophetæ Israel qui prophetant

SEP. Ideo dic: Hæc dicit adonai dominus. Quoniam uerba uestra mendacia & diuinationes uestræ uanæ: idcirco ecce ego super uos, dicit dominus deus, & extendam manum meam super prophetas qui uidẽt mendaciũ, & qui loquuntur uana. In disciplina populi mei non erunt, nec in scriptura domus Israel scribentur, & in terram Israel non intrabũt, & sciẽt quia ego adonai dominus. Quoniam deceperũt populum meum dicentes: pax pax: & non erat pax, & iste ædificabat parietem, & isti linũt eũ flulticia. Dic ad eos qui linunt flulticia, cadet. Erit pluuia inundans, & dabo lapides magnos in iuncturas eorum, & cadent. Et spiritus auferens, & disrumpetur. Et ecce cecidit paries, & non dicent ad uos, ubi est litura uestra quam liuistis? Propterea hæc dicit adonai dominus. Et disrumpam spiritum auferentem in furore meo, & pluuia inundans in ira mea erit, & lapides magnos in furore in ducam in consummationem, & suffodiã parietem quẽ liuistis & cadet. Et ponam eum super terram, & reuelabuntur fundamenta eius, & cadet, & consumemini cum increpationibus, & cognoscetis quia ego dominus. Et complebo furorem meum super parietem, & super eos qui linunt eum, cadet: dixiq; ad uos: Non est paries, neque qui linunt eum prophetæ Israel, qui prophetant

HEB. tant ad Hierusalem, & uidẽt ei uisionem pacis, & non est pax, dicit dominus deus. Et tũ fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui quæ prophetãt de corde suo, & uaticinare sup eas, & dic: Hæc dicit dominus deus: Vę his quæ consuũt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorum. Et uiolabunt me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur: & uiuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos uestros, quibus uos capitis animas uolantes, & disrumpam eos de brachijs uestris, & dimittam animas quas uos capitis, animas ad uolandum. Et disrumpam ceruicalia uestra, & liberabo populum meum de manu uestra, ne que erunt ultra in manibus uestris ad prædam: & scietis quia ego dominus. Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui, & confortastis manus impij, ut non reuerteretur à uia sua mala, & uiueret: Propterea uana non uidebitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meũ de manu

SEP. tant super Hierusalẽ, & qui uidẽt illi pacẽ, nõ est pax eis, dicit dñs deus. Et tu fili hominis, obfirma faciẽ tuam super filias populi tui quæ prophetant de corde suo, & propheta super eas, & dices: Hæc dicit adonai dominus: Vę his quæ consuunt ceruicalia sub omni cubito manus: & faciũt uelamina super omne caput uniuersæ ætatis, ut peruertant animas. Animę subuersæ sunt populi mei. Et animas saluabant, & contaminabant me ad populum meũ propter pugillũ hordei & fragmentũ panis: ut occiderẽt animas quas nõ oportuit mori, & saluarent animas quas non oportuit uiuere: dum loquuntur populo audiẽti uanos sermones. Propterea hęc dicit dominus deus: Ecce ego super ceruicalia uestra, super quæ uos colligitis animas, & disrumpã ea de brachijs uestris. Et dimittã animas quas uos peruertitis, animas eorum in dispersionẽ: & disrumpã uelamina uestra, & liberabo populum meum de manibus uestris, & non erunt ultra in manibus uestris in congregationẽ, & cognoscetis quia ego dominꝰ. Pro eo quod peruertebatis animam iusti iniquè, & ego nõ peruertebam eũ, & cõfortabatis manus iniqui: ut penitus conuerteret à uia sua pessima, & uiueret, Propterea mendacia uestra ultra nõ uidebitis & diuinatiões nequaq̃ diuinabitis adhuc: & libera bo populum meũ de manu

populi prophetissas, iubetur faciẽ suam ponere siue dirigere: & ut Lxx. transtulerũt, obfirmare. Quomodo aũt aduersum prophetas alij pseudoprophetæ inspirabantur diabolico spiritu, ut dei mãdata subuerterent, ita aduersum ppheticas: qualis fuit Debora & Olda: & in Actib. apostolorũ Philippi euangelistæ quatuor filiæ prophetantes, inspirabantur dæmoniaco spiritu aliæ eiusdẽ sexus, quarum fuit Prisca & Maximilla, quæ uaticinatione mendacij fidem subuerterunt ueritatis.

Iud. 5.a
4 Reg. 22.c
Act. 21.b

Has autem dicũt Hebræi maleficis artibus eruditas, per necromãtias & pythicũ spiritum: qualis fuit illa quæ uisa est suscitasse animam Samuelis. Et in Actibus apostolorum, cuius diuinatio multos dominis reditus acqrebat, de qua ad apostoli Pauli imperiũ immundus ejectus est spiritus. Nos autem ita dicemus, alios hæreticos falsitate dogmatũ suorũ prædicare uirtutem. Quorum fuit Pythagoras et Zeno, à quo Stoici, Indorum Brachmanes & Aethiopum gymnosophistæ, qui ob uictus continentiam, miraculum sui, genti bus tribuunt. Rectèq; dicuntur parietem linire: & aliquam fortitudinem polliceri: sed quia Christi non habent condimentum, uanus est eorum labor, & peritura ædificatio. Nisi enim dominus ædificauerit domum, in uanum laborant qui ædificant eam. Alij autem uoluptatum libidinisq; doctores, dicuntur consuere puluillos, & ponere sub omni cubito manus, Epicurei, & Pyrrhonij, & apud nos Iouinianus & Eunomius, qui dicunt: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur.

1 Reg. 28.c
Act. 16.d

Psal. 126.d

A Iubetur ergo prophe
ta ponere iuxta obsir-
mare faciē suam con-
tra filias populi sui.
Primumq; dicēdum,
quid sibi uelit posita
facies siue directa &
obfirmata. Nempe il-
lud quod de dño scri
ptum est: Facies dñi
super facientes mala,
ut disperdat de terra
memoriā eorū. Sicut
enim liquescit cera à
facie ignis: sic pereunt
peccatores à facie dei.
Secundū quē sensum
in hoc eodē propheta
Infrà 20.g dicit: Fili hominis ob
firma faciē tuā super
Theman & Darom &
Infrà 21.d Nageb. Et iterum: Fa-
ctus est sermo dñi ad
me, dicens: Fili homi
nis, obfirma faciē tuā
super filios Hieruśa-
lem. Et post paululū:
Factus est sermo dñi
Infrà 25.d ad me, dicens: Fili ho
minis, obfirma faciē
tuam super filios A-
Infrà 29.d mon. Et rursum: Ob-
firma uultū tuum su-
per Pharaonē regem
B Aegypti. Et iterū: Fili
Infrà 38.d hominis, obfirma fa-
ciē tuā super Gog &
Magog. Et in alio lo-
Infrà 14.c co: Firmabo faciē me-
am super hominem il
lum, & ponā illum in
desertū, & in dissipa-
tionē, & auferā eū de
medio populi, & scie-
tis quia ego dñs. Væ
igitur his hæresibus
hisq; doctrinis, quæ
requiē pollicētes, om
nem ætatem sexumq;
decipiunt, ut capiant
animas miserorum &
contaminēt me ad po
pulum meū, dum cre
dor diligere uoluptā-
tem: & hoc non ꝓpter
chorū & hemichorū
Osee 5.a hordei: ut in Osee legi
mus: sed propter pu-
gillū hordei quo bru
ta uescunt animantia:
& fragmētum panis.
Non panē integrum,
nec solida testimonia
scripturarū, sed quæ
hæretica prauitate fra
cta & decurtata atque
imminuta sunt: ut san
ctos quosq; decipiāt & ad mortem trahāt, & peccatores
uanis promissionib. uiuificare contendant. Propterea

HEB. nu uestra, & scietis qa
ego dñs. Cap. XIIII

ET uenerūnt ad me ui
ri seniores Israel, & se-
derūt coram me. Et factus
est sermo dñi ad me, dicēs:
Fili hominis, uiri isti posue-
runt immundicias suas in
cordibus suis, & scādalum
iniquitatis suæ statuerūt cō
tra faciē suam: nunquid in-
terrogatus respōdebo eis?
Propter hoc loquere eis &
dices ad eos: Hæc dicit dñs
deus, Homo homo de do-
mo Israel qui posuerit im-
mundicias suas in corde
suo, & scandalum iniquita-
tis suæ statuerit ei contra
faciem suam, & uenerit ad
prophetam, interrogans
eum per me, ego dominus
respondebo ei in multitu-
dine immundiciarum sua
rum: ut capiatur domus
Israel in corde suo, quo re-
cesserunt à me in cunctis
idolis suis. Propterea dic
ad domum Israel: Hæc di-
cit dominus deus, Conuer
timini & recedite ab idolis
uestris, & ab uniuersis con
taminationib. uestris auer-
tite facies uestras. Quia ho-
mo homo de domo Israel
& de proselytis quicunque
aduena fuerit in Israel, si
alienatus fuerit in Israel à
me, & posuerit idola sua
in corde suo, & scanda-
lum iniquitatis suæ statue-
rit contra faciem suam, &
uenerit ad prophetam, ut
interroget per eum me:
ego dominus responde-
bo ei per me. Et ponam fa-
ciem meam super homi-
nem illum, & faciam illum
in exemplum & in prouer
bium

SEP. nu uestra, & scietis qa
ego dñs. Cap. XIIII

ET uenerunt ad me uiri de senioribus Israel,
& sederūt ante faciē meam.
Et factus est sermo dñi ad
me, dicēs: Fili hominis, uiri
isti posuerunt cogitationes
suas in cordibus suis, & tor
mentū iniquitatū suarū po
suerunt ante faciē suā: si re-
spondens respondebo eis?
Propterea loqueris eis, &
dic ad eos: Hæc dicit ado-
nai dñs: Homo homo de
domo Israel q; posuerit co-
gitatiōes suas in corde suo,
& tormentū iniquitatis suę
posuerit ante faciē suam, &
uenerit ad prophetā ut in-
terroget eū in me: ego dñs
respondebo ei in his quib.
tenetur mens eius: ut auer-
teret domum Israel secun-
dum corda eorū quæ aba-
lienata sunt à me in cogita-
tionibus eorū. Propterea
dic ad domum Israel: Hæc
dicit dominus deus: Con-
uertimini & recedite ab in-
uentionibus uestris, & ab
omnibus impietatibus ue-
stris, & conuertite facies ue
stras ad me: Quia homo
homo de domo Israel, &
de aduenis qui peregrinan
tur in terra Israel, qui abalie
natus fuerit à me, & posue-
rit cogitationes suas in cor-
de suo, & tormentum ini-
quitatis suæ posuerit ante
faciem suam: & uenerit ad
prophetam, ut interroget
eum in me, ego dominus
respondebo ei in eo quo
tenetur, & obfirmabo fa-
ciem meam super homi-
nem illum: & ponam eum
in desertum & in exter-
minium

clemens & misericors C
deus nō ipsas prophe
tissas interficit, sed dis
rumpit puluillos ea-
rum, qui instar retiū
uolantes animas ca-
piūt: ut postquā rupti
fuerint, liberā uolan-
di habeāt facultatem.
Et scindet uelamina,
siue ceruicalia, in qui
bus principale animę
recumbebat, & qui-
bus deceptorū capita
operiebantur. Cum 2 Cor. 3.d
Apostolus doceat ui-
rorū capita nō uelan-
da, sed reuelata facie
dñi gloriā contēplan-
dam: Vos em̄, inquit,
fallis terroribus ser-
uiētium deo animos
frāgebatis, & promis-
sionibus fraudulētis,
impios tenebatis in-
clusos: ne agentes pœ
nitentiā, uitam recipe
rent quam perdide-
rāt. Propterea uanas
nequaq; uidebitis uis-
siones, nec uocabo ue
stra mēdacia prophe-
tias, sed diuinationes:
de quibus scriptū est:
Non est augurium in D
Iacob, neq; diuinatio Num. 23.d
in Israel: ut eruam po-
pulum meum de ma-
nibus uestris, & ope-
re cognoscatis me esse
dominum, qui perdi
tos liberaui.

CAP. XIIII

ET uenerūt ad me ui
ri seniores, etc.] Post-
quam locu
tus est ad prophetas
qui prophetabant in
corde suo, & linebant
parietem absque tem
peramento: & ad pro
phetissas quæ consue
bant ceruicalia, & po
nebant sub omni cu-
bito manus: facie-
bantq; uelamina, &
operiebant capita u-
niuersæ ætatis, per
quæ peruersorū dog-
matum doctrina mō-
stratur: uenerunt ad
prophetam, non om
nes senes, ne cuncti
uiderentur errare: sed
quidam seniorum Is-
rael: & sederunt co-
ram propheta: quam
ob causam uenissent interim silentio differentes: sta-
timque dei sermo factus est ad prophetam, indicans
cur

A cur adessent. Neq; enim naturæ hominis est quāuis san
cti cordis arcana cognoscere. Vnde de toto dicit salua-
Matt.9.a tore: Videns aūt Iesus cogitationes eorū, dixit: Vt qd co-
gitatis mala in cordib. uestris? Et est sensus: Fili homi
nis, isti uiri q; corā te sedēt, posuerūt immundicias suas
in cordibus suis siue
cogitationes: & iuxta
Symmachū & Theo-
dotionē idola & scan
dalū: id est, ruinā atq;
tormentū iniquitatis
suæ posuerūt cōtra fa
ciē suā, & sic ad sciscī
tandū dñi uenere ser-
monē. Nunqd huiusce-
modi hominib. de-
beo respōdere: qui cū
cogitationibus pristi-
nis ad me ueniunt: ne
hoc quidē tēpore im-
pietatis suę scelera re-
linquētes, sed creden
tes idolis & diuinatio
nib. fraudulētis & ha-
bentes ruinā iniquita
tis cōtra faciem suam
atq; tormentū, dū me
liora desperant: & pa-
rati sunt ad suppliciū,
& sic mea per te cupi-
unt uerba cognosce-
re? Quia igit̄ peruer-
so ad te corde uene-
rūt, respōde eis non
B ex persona tua, ne leuis sit autoritas respondentis, sed
ex meo imperio, & dices ad eos: Hæc dicit dñs deus. Est
aūt totius loci, ut latā explanationē breui sermone com
prehendā, ista sententia: Homo homo nō aliarū gentiū,
quarū error potest habere ueniā, sed domus Israel: qui
eū pristinis uitijs, de quib. suprà diximus, ad prophe-
tam uenerit scisitandum: ego respondebo ei iuxta cor
& immundicias suas: ut iuxta quod uult & credit, ita &
audiat. Non enim meretur correctionē, qui nō discēdi,
sed tentandi animo interrogat. Recesserūt enim à me, &
idola sunt secuti. Breuisq; ista est cōminatio, ut recedāt
ab idolis cogitationibusq; peruersis, & conuertātur ad
me, priora scelera relinquentes. Non enim meretur au-
dire ueritatē, qui fraudulenter interrogat: sed suo corde
capiendus est: secundum quod pharisæi interrogantes
Matt.21.c dominū, imò tentantes, audiunt: Quid me tentatis? Et
rursum: Nec ego dicam uobis, in qua uirtute hæc faciā.
Qui autem homo talis est & sic interrogat: ponit deus
faciem suam super illum, siue confirmat: ut austeritate
ultus, frontis duritia molliatur, & sit in exemplum &
in prouerbium, siue in solitudinem & in interitum: ut
illo perdito de populo dei, cognoscant cæteri quod ip-
se sit dñs qui cordis arcana cognoscit, & peruersitatem
mentis intelligit: nec cōsiderāt uerba loquentiū, sed cor
da. Quodq; sequitur, & uidetur facere quæstionē: Pro-
pheta cum errauerit & locutus fuerit uerbum, ego do-
minus decepi prophetam illum: non putemus de uero
propheta dici, sed de pseudopropheta, q; σωωνυμῶς ꝓ-
pheta appellatur. Et de illo scripturarum loco solui po-
3 Reg.22 test: quando Achab rex Israel uadens ad prælium, non
uult audire Micheam prophetā: sed pseudoprophetarū
consiliis acquiescit. Dicitq; Micheas, quod uiderit dñm
sedentem in solio, & erroris spiritū ultro se obtulisse ad
Iob 1.2 decipiendū regē. Diabolus quoq; in uolumine Iob cir
cuiens terrā, stare dicitur in conspectu dei, & in substan

HEB. bium, & disperdā eū
de medio populi mei, & sci
etis quia ego dñs. Et ꝓpheta cum errauerit, & locutus
fuerit uerbū: ego dñs decepi prophetā illum: & exten
dam manū meā super eū: & delebo eum de medio
populi mei Israel. Et portabunt iniquitatē suam: iuxta
iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit,
ut non erret domus Israel à me, neq; polluatur in uni
uersis præuaricationibus
suis, sed sit mihi in populū,
& ego sim eis in deum: ait
dominus exercituum.
Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis,
terra cum peccauerit mihi ut præuaricetur præuaricās,
extendam

SEP. miniū, & auferā eum
de medio populi mei, et co
gnoscetis quia ego dñs. Et
propheta si errauerit, & lo-
cutus fuerit uerbū: ego dñs
errare feci prophetā illum.
Et extendam manū meā su
per eū, & exterminabo illū
de medio populi mei Israel.
Et accipiēt iniquitatē suā se-
cundū iniquitatē interro-
gantis, & iniquitas similiter
prophetæ erit: ut nequaq̄
erret domus Israel à me, &
nō polluant̄ adhuc in cun-
ctis delictis suis. Et erūt mi-
hi in populū: & ego ero eis
in deum, dicit adonai dñs.

dare, sed quo dei iræ C.
sit, ut peruersus popu Num. 22.b
lus & incredulus ma-
gis pseudoprophetas
audiat quàm prophe
tas. Denique extendit
manum suam super
eum: subauditur pro-
phetam: & deletur de
medio populi eius, ut
portet iniquitatē suā:
quia similis erroris, et
pœna consimilis sit:
ut tam ille qui interro
gat, quàm ille qui in-
terrogatur, portēt ini
quitatem suam: & ne-
quaquam domus Is-
rael eorū qui dei uer-
ba audire uoluerint,
peruersis uaticinatio-
nibus illudatur: sed sit
populus dei: & ipse
dominum habere me
reatur. In eo quod di-
xit: Ego dominus de-
cepi illum: Salomo-
nis uerba consentiūt,
qui de deo disputans D
ait: Et illusoribus illudet, illudq; testimonium: Si ambu Prou. 3.d
lauerint ad mē peruersi, & ego ambulauero contra eos Leui. 26.c
in furore peruerso. Quodq; secundo dicitur, homo, ho
mo filiorū Israel & aduenarū qui iuncti sunt eis: dupli-
cem in nobis iuxta Apostolum ostendit hominē, exte- 1 Cor. 12.f
riorem & interiorē. Multi enim habentes hominis faciē
corporalē, diuersarū bestiarū assumunt imagines: quas
dissipari propheta cupiēs, deprecat̄: Domine, in ciuita Psal. 72.c
te tua imaginē eorū dissipabis. Illi de quibus scriptum Ibid. 48.d
est: Homo cum in honore esset, non intellexit: compara
tus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis:
non sunt homines homines, sed homines sunt iumēta.
Rursum qui in euangelio audiūt: Serpētes genimina ui
perarū, quis ostendit uobis fugere à uētura ira? nō sunt
homines homines, sed homines atq; serpētes. Et de qui
bus scriptū est: Vulpes foueas habēt, & uolucres cęli ni Matt.23.g
dos. Ac de Herode: Dicite uulpi huic: nō sunt homines Luc.13.g
homines, sed homines uulpes. Qui uero utrūq; homi-
nis uocabulū possidēt: si errauerint, ideo per supplicia
corrigunt̄, ut intelligant quod ipse sit dñs. Necnō quod
iuxta Lxx. posuimus: Homo qui abalienatus fuerit à
me, & posuerit cogitationes suas in corde suo, & tor-
mentum siue supplicium iniquitatis suæ ante faciem
suam, illi testimonio conuenit quod in Esaia scriptum
est: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flāma quam Esaiæ 50.d
succendistis. Vnusquisq; enim sibi flammarum succen
dit ardores, paratq; supplicia, dum non uult pœnitudi
ne errata corrigere, sed permanet in errorib. qui flam-
marum meretur incendium. a ¶ Et factus est sermo, etc.]
Quatuor plagæ inducuntur super terram præuarica-
tricem: siue ut Septuaginta transtulerunt peccatricem:
fames, bestia, gladius, pestilentia: quarum si singulę per
partes inductæ fuerint singulis regionibus, & tres uiri
isti Noe & Daniel & Iob: quorū iustitia scripturarū uo-
cibus prædicat̄, pro terra peccatrice fuerint deprecati:

non

A non solũ illam saluare nõ poterũt: sed nec filios quidẽ & filias suas si terræ peccatricis opera perpetrarint: sed ſe ipſos tantũmodo poterũt liberare. Quærit cũ & Abraham & Isaac & Iacob, Moyses quoq; & cęteri patriarchę & prophetæ iusti fuerint: cur horũ tantũmodo fiat mentio quod facile soluit.

Gen. 6.7 Noe enim imminens orbi terrarũ diluuiũ, quia omnis terra polluerat uitas dñi, prohibere non potuit: sed filios qui forsitan eiusdem uirtutis erant, & ob seminariũ humani generis habuit reſeruatos. Daniel quoque imminentẽ captiuitatẽ populi Iudæorum nullis fletib. mitiDan. 1.b gauit. Sed & Iob non ob peccata, sed ob ꝓbationem, nec domũ nec filios liberauit. Alij autem dicunt, quia hi tantum tres uiri & prospera & aduersa, & rursum prospera conspexerunt: idcirco pariter nominatos, & hoc latenter significari: ut quomodo illi & bona & mala, & rursum læta uiderunt: sic & populũ
B Israel qui prius bonis fruitus fuerat: & postea captiuitatis sustinuit iugum: si egerit pœnitentiã, redire ad pristinam felicitatem. Quod si Noe & Daniel & Iob pariter congregati, & in uno loco positi, peccatricem terrã: hoc est eos qui in terra habitãt, nõ possunt iræ del subtrahere: quid dicendum est de his qui putãt merito parentum atq; uirtutibus posse filios peccatores de gehennæ ignibus liberari? Vnde nec peccatorẽ filium iustus pater poterit liberare, nec sanctæ cõuersationis mater impudicæ filiæ dabit præmia pudicitiæ. Et ecõtrario Infrà 18.a parentũ uitia filijs nõ nocebũt, sed anima quæ peccaue
Gen. 19.d rit, ipsa morietur. Lot in Sodomis habitans, sed & spiritu & carne peregrinus, uxorem quia post tergum respexerat, non liberauit, sed tantum filias, quæ forsitan non
4 Reg. 13.f peccauerant. Et Iosias uir sanctus, non solum peccatorem populũ suis uirtutibus non saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est. Quod si aliquãdo propter Abraham & Dauid in posteros eorum misericordiam suam dominus pollicetur: notandũ quod non his parcat qui in sceleribus perseuerent: sed qui agunt pœnitudinem, ut merita patrum filiorum adiuuet conuersio. Cum, inquit, hæc se ita habeant, & terram peccatricem à singulis plagis tantorũ uirorum non saluet deprecatio, sic dicit dñs deus: quia Hierusalem nefanda peccauit, quatuor simul plagas inducã super eam: gladium, quo ab hostibus trucidatur: & famẽ, quã in obsidione sustinet: & bestias, quib. fugientes in desertis & saltibus deuorantur: & pestilentiã, quæ semper famem ac penuriam sequitur: pro qua uulgata editio mortẽ transtulit.

Hæc autẽ, inquit, inducã super eã, ut nec homines in ea C remaneãt, nec iumẽta. Et tamẽ pro mea clementia quatuor simul imminentibus plagis & cuncta uastantibus: relinquã in ea aliquos qui educãt filios suos & filias, & captiui huc ueniãt: hoc est, in Babylonẽ & in Chaldæã: ut cum uideritis eos, & opera ipsorũ perspexeritis, tunc intelligatis iuste eos captos, & meam iustam fuisse sententiam, & habeat consolationem uestra captiuitas: dum intelligitis idcirco me eos de gladio, fame, bestijs, & pestilentia liberasse: ut eorũ peruersitate discatis, merito eorũ subuersam Hierusalẽ templumq; succensum, & populum ductum esse captiuũ, præter eos quos gladius, fames, bestiæ, pestilentiaq; consumpserint. Hæc dicta sint de illa Hierusalẽ, cui prophetante Ezechiele apud Chaldæos, appropinquabat captiuitas. Cæterũ & super nostram terrã cui dicitur: Terra es & in terram ibis, & super nostram Hierusalẽ singulosq; credentiũ: si deD mãdata contẽpserint, & præuaricatores meruerint appellari: inducetur fames, non fames panis neque sitis aquæ, sed fames audiendi uerbum dei. Inducetur & gladius, de quo legimus: Tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt. Et ad Mariam: Tuam quoq; animam pertransibit gladius. Inducentur & bestiæ: quibus ne tradatur iustus, postulat: Ne tradas bestijs animã confitentẽ tibi. Inducetur & pestilentia: pro qua Lxx. mortẽ interpretati sunt. De qua scriptum est: Mors peccatorũ pessima est. Et: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et, si sic separat amara mors. De quibus cunctis, nec spiritualiũ parentum quos magistros intelligimus doctrina: nec principes eorum poterunt liberare, nisi filiorum fuerit assensus, & illorum obsecrationes suis conatibus iuuerint. Iustitia enim iusti erit super eum, & iniquitas iniqui in ipso cõmorabitur. Vnusquisq; peccato proprio morietur, & iustitia sua saluabitur. Frustraq; dicunt Iudæi: Abraham pater noster, cum opera Abraham non habeãt. Quod si in aliquo fiducia est, in solo dño confidamus. Maledictus enim omnis homo qui spem habet in homine: quamuis sancti sint, quamuis prophetæ. Legimus: Nolite confidere in hominibus. Et iterum: Bonum est confidere in domino, quàm confidere in principibus. Non in principibus tantum seculi, sed & in principibus ecclesiarum: qui suas tantum animas si iusti fuerint, liberabunt. Filios autem ac filias, quos in ecclesia genuerint, si fuerint negligentes, saluare non poterunt: & tamen Apostolus loquitur: Si cuius opus arserit

Psal. 67.c Luc. 2.c Psal. 73.d Psal. 33.d Deut. 24.c Ioan. 8.c Hier. 17.d Psal. 145.c Ibid. 117.b

A serit, ipse saluus erit: sic tamẽ quasi per ignẽ. Manus aũt
1 Cor. 3.c super terrã præuaricatricẽ extendit, ut uirga siue fortitudo panis conterat. Quæ extenta, minat plagas, nolente qui eam extendit & subleuat peccãtes percutere, sed extensione terrere, & territos conseruare. Cap. XV.

Et factus est, etc.] Pro eo qđ nos interpretati sumus: utramq; partem eius cõsumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillã, Lxx. transtulerunt, Annuã purgationẽ eius consumit ignis & dimittit in finem. Rursum ubi nos diximus: Cum posuero faciẽ meam in eos, illi uerterunt, cũ obfirmauero. Prę uaricationem quoq;, delictum interpretati sunt. Varijs aũt similitudinibus, quas Græci parabolas uocant, prænunciatur subuersio urbis Hierusalem.
Supra 4.d Et quomodo supra in sartagine in qua carnes populi frigebantur, & in latere in quo inunimẽta & aggeres arietum ac uinearum
B machinæ pingebant, eiusdem urbis obsessio famesq; descripta est: & postea
Hier. 1.c in hoc eodem lecturi sumus: In Hieremia quoq; scriptũ est, ollam quæ à facie Aquilonis accenditur, significare urbem Hierusalem: saltusq; Nageb, & Theman, & Darom, succisus, hoc ipsum prænunciat: sic in præsenti loco eadem Hierusalem uineæ & uiti fructiferę comparatur. De qua & in alio loco scriptum est: Ego te plantaui uineam frugiferam, omnem ueram: quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Et in Esaia: Plantaui, inquit, uineam sorek, quod electam & pulchram
Esaiæ 5.a Psal. 79.b sonat. Et in psalmis legimus: Vineam ex Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius. Et manifestius discimus scriptura dicente: Vinea autem domini sabaoth domus est Israel. Hæc uinea quamdiu affert fructus, in omnibus lignis saltuum nihil ea preciosius est. Sin autem uuas habere desierit: in nullo utilis erit, nisi ut cum radice & propaginibus suis tradatur incendio. Cętera ligna syluarum, ut de pomiferis arboribus taceam: quorum & scriptura modo nullam facit mentionem, cum poma non habeant, succisa plurimã præbent utilitatem: & in omnem agriculturã & in usum armorum proficiunt: dum attenuantur in scuta, raduntur in hastilia, cludunt foribus, continent armarijs, risco, loculis, omnemq; domus tribuunt supellectilem. Vitis autem si semel uuas afferre cessauerit: intantũ inutilis est, ut ne paxillus quidem ex ea possit fieri, de quo aliquid pẽdeat. Cumq; malleolos excideris, utramq; partẽ eorũ primũ ignis arripit: deinde flamma consumit, tantumq; nihil prodest cum redacta fuerit in fauillam: ut etiam cum integra sit, absq; frugibus nullam præbeat utilitatem. Ambiguitas aũt uerbi Hebraici שבי quod tribus literis scribitur, ש & ב & י. Si legatur שני duo significat: si שני annos. Vnde factum est, ut pro duabus summitatib. eius, quod nos interpretati sumus utramque partem eius, Lxx. interpretarent, annuã purgationẽ eius, cum Aquila dixerit, C duo nouissima eius: Symmachus & Theodotio, duas summitates eius. Et est ordo: Sicut uitis infructuosa incendio tradit in nullã utilitatẽ: sic & Hierusalẽ, imò habitatores eius tradent ardoribus: ut egrediant de igne, & ignis cõsumat eos: id est, etiã si de urbe euaserint, foris hostili gladio consument: & qui remãserint, ipso miseriarũ pressi pondere, me esse dñm recognoscent: cũ posuero siuè obfirmauero faciem meã super eos, & dedero illos in æternã sõlitudinẽ. Non emẽ peccatores sicut cæteræ gentes, sed præuaricatores extiterũt. Aliud est enim negligere qđ ignores, aliud cõtemnere qđ colueris. Possumus uineã & Hierusalẽ iuxta intelligentiã spiritualẽ, intelligere credentiũ multitudinem. Quæ si negligẽs fuerit, & cultură pristinæ religiõis amiserit, nec attulerit fruges uirtutũ: nec uinũ fecerit quod lætificat cor hominis, æternis tra-
b dẽt ardoribus, & in nihilũ reputabit. Seruus enim qui
Luc. 12.f scit uoluntatem domini sui, & non facit eam, uapulabit multis. Tale quid & dominus loquitur in euangelio secundum Ioannem: Ego sum uitis uera, & pater meus
Ioan. 15.a agricola. Omnis palmes qui manet in me, & non facit fructum, tollet illum pater. Et omnis qui affert fructũ, purgabit eum ut fructum plus afferat. Sin autem saluator uitis est, & nos palmites, & deus pater agricola: cp̃ diu dei præcepta seruamus, semper excolimur: & cultura nostra purgatio est. Non emẽ est uolentis neq; cur-
Rom. 9.d rentis, sed miserentis dei. Quod si afferentes fructum, purgamur à patre, ut fructus ampliores afferamus: ostenditur omnem nostrum conatum adiutorio dei peruenire ad finem, & fructum facere plenitudinis. qui autem palmes fruges non fecerit, tolletur à patre. Et cum sublatus fuerit, quid de eo pater faciat, scriptura non dicit: nisi forte separatio à Christi corpore, pœna perpetua est & interitus. Quod in uinea & uite intelleximus, sub alia figura saluator docet in euangelio: Bonum est
Mar. 9.g sal: si autem sal infatuatum fuerit, ad nihil est utile: nisi ut foris proijciatur, & ab hominibus conculcetur. Et oculus qui totum corpus illuminat, si fuerit excæcatus, audit à domino: Si lumen quod in te est tenebræ sunt: ipMatt. 9.d sæ tenebræ quantæ erunt? Comparatione quippe præuaricatoris & eius qui confessum prius negauerit deũ, leuior pœna est eorũ qui nunquã dei habuere notitiã. Ligna autem saltuum siue syluarum, secundum uarietatem credentium, habent in magna domo aliquã utilitatem: in qua non solum uasa aurea & argentea sunt, sed lignea & fictilia: alia in honorẽ, alia in contumeliã.

CAPVT XVI

Et factus est, etc.] In quib. breuis erat singularũ, pphetiarũ circũscriptio, tota capitula posuimus, qđ nobis uideret ilico subiũgẽtes. Hic aũt quia lõgus ad Hierusalẽ sermo dirigit testificãtis & docentis eam peccata

quæ

A quæ fecerit, & penè usq; ad ducentorũ uersuũ numerũ extendit uaticiniũ, usq; ad eum uidelicet locum in quo scriptũ est: Cum placatus fuero tibi in omnib. quæ fecisti, dicit dñs deus, necesse habemus omnẽ prophetiam per partes ponere: & his quæ proposuerimus, explanationes debitas coaptare. Sub persona mulieris meretricis quæ primũ uiri fuerit cõsortio copulata: Hierusalem & orius, & educatio, & pubertas, & nuptiæ, & adulteriũ, & repudiũ, & rursum reuocatio cõtexit: ut & clemẽtia uiri atq; iudicium, & adulteræ atq; meretricis scelera cognoscant: dũ post uniuersa supplicia suscitat ei pactũ sempiternũ, ut recordent̃ iniquitatis suæ & cõfundant̃: & nõ sit ei ultra aperire os præ confusione sua, cũ placatus fuerit illi in omnib. quæ fecerat. Multũ nameq; prodest peccatorib. scire quid fecerint. Vnde & pœnitẽs loquit:

Psal. 50 Quoniã iniquitatẽ meã ego cognosco, & peccatũ meũ corã me est semper. Quatuor aũt modis intelligi potest Hierusalẽ: uel hæc quæ Babylonio & Romano igne succensa est, uel cœlestis primitiuorũ, uel ecclesia quæ interpretatur uisio pacis, uel animæ singulorũ quæ fide cernunt deũ. Illudq; quod plerisq; de cœlesti Hierusalem in

B terpretandũ putãt, ecclesia nõ recipit: ne omnia quæ in præsenti prophetia contexũtur, ad cœlestium fortitudinum ruinas atq; cruciatus, & restitutionẽ in pristinum statum suscipere compellamur. a ¶ *Radix tua & generatio, etc.*] Magna fides & grandis audacia prophetarum, unum hominem, totam urbem ignobilitatis arguere.

Dan. 13.f Mirabilis Daniel, qui ad presbyterum delinquentem & adulterio iungentem homicidium, puer ausus est dicere: Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te. Magnus & Esaias, qui clamat ad principes & ad popu-

Esaiæ 1.c lum Iudæorum: Audite uerbum domini principes Sodomorum: auribus percipite uerba domini populus Gomorræ. Sed non minor Ezechiel, qui ad totam urbem loquitur confidenter: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Quanquã & Stephanus primus martyr euan-

Act. 7.f gelij, ad insanientem populum sit locutus. Dura ceruice & incircuncisi corde, uos semper sancto spiritui restitistis. Et licet possimus radicem Hierusalem & generationem eius terrã Chanaan, secundũ illud accipere quod in Aegypto uocatus sit populus, & ibi multo tempore habitauerit: Cham quippe pater Chanaã princeps fuit gentis Aegyptiæ: tamen iuxta scelerum similitudinem, radicem Hierusalem terram Aegypti esse dicemus. Vn-

אמורי de & pater illius appellatur Amorræus, qui interpreta-
חתית tur λαλημένος, id est multo sermone celebratus: & ma-
χετθαίαε ter tua Cethæa, id est ἐξισῶσαι, quæ uel ipsa insanit, uel
Ioan. 8.d alios mittit in amentiã. Omnis enim qui facit peccatũ, de diabolo natus est. Vnde & in toto orbe huius antiqui patris famosum uocabulũ est: & multos uertens in amentiã. Præcipitatq; Hierusalẽ uel iuxta literã uel iuxta spiritum, ut relinquat antiquũ patrem, & dicitur ad

Psal. 44.c eam: Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui, & concupiscet rex decorem tuũ. Et promittitur ei si post peccatũ ad uerum uoluerit patrẽ reuerti: Restituã te sicut fuisti quãdo nata es. Cuius tãta nobilitas, ut urbs Hierusalẽ quæ de Abraham, Isaac & Iacob surpe descendens deũ habuit patrẽ: & tamẽ quia peccauit & uerũ reliquit parentẽ, merẽt audire: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorræus, et mater tua Cethæa. Si illa hoc audiuit, quid de nobis fiet qui uocati ex gentium sordibus, omnẽ maculam in lauacro saluatoris amisimus: si polluerimus indumẽtũ Christi, & nõ habuerimus in conuiuio uestẽ nuptialẽ? Vtq; illud: ut Matt. 22.b uinctis manibus pedibusq; æternis tradamur ardorib. in quibus est fletus oculorũ & stridor dentiũ. b ¶ *Et quando nata es, etc.*] Iuxta ordinẽ lectionis de singulis disseramus. Qũ nata est Hierusalẽ de patre Amorræo & matre Cethæa, & effusa ex utero: nõ est præcisus umbilicus eius quo fœtus alunt̃ in uentre instar arborũ & uirgultorũ quæ per radices humore terræ nutriunt̃ occulto. Et quomodo uirorũ semina-

Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.

HEB. Et quandõ nata es, in die ort' tui nõ est præcisus umbilicus tu', & in aqua nõ es lota in salutẽ: nec sale salita, nec inuoluta pannis. Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi unum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ, in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es.

SEP. Et generatio tua in die qua nata es: non ligauerunt mamillas tuas, & umbilicus tuus non est præcisus, & in aqua nõ es lota in salutẽ, nec sale salita: & pãnis nõ es inuoluta: nec pepercit sup te oculus tuus ut facerẽ tibi unũ ex omnibus istis, & pateretur quippiam super te: & proiecta es super faciem campi prauitate animæ tuę, in die qua nata es.

Et Transiens

riũ significat in lumbis: ita genitalia fœminarũ honesto sermone iuxta consuetudinẽ scripturarũ umbilicus uocantur, testimonio Iob, q sub figura draconis loquit de Iob 40.b diabolo: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico uentris. Iste enim draco coluber antiquus, D qui uocatur diabolus & satanas: & decepit orbẽ terrarum: aduersus uiros uirtutẽ habet in lumbis, aduersus fœminas in umbilico. Hoc aũt significat de Hierusalẽ, q̃ non statim legẽ acceperit, nec ei pudendæ natiuitatis exordia sint abscissa: sed gentilẽ primũ uixerit uitã, pro quo Lxx. interpretati sunt: In die qua nata es, nõ alliga uerũt mamillas tuas: hanc habente scriptura sancta consuetudinẽ, ut pro corde pectusculum siue pectus, & mamillas nominet: ut unicuiq; loco congruũ uiderit. Sacerdotes in quibus debet esse doctrina, & legẽ requirũt ex ore eorũ, accipiũt pectusculum. Ioãnes super pectus Ioan. 13.c recumbit dñi, ut de fonte uberrimo hauriret fluenta sapientiæ. Virginis in Cantico canticorum duæ mamillæ Cant. 4.b sunt, quasi duo hinnuli gemini capreæ, qui pascũtur in liliis, donec respiret dies & amoueant̃ umbræ. Mater diligẽs statim ut nata fuerit infantula, ligat mamillas eius, ut à tenero tumore desistãt, & pulchritudinẽ custodiãt uirginalem. Cum aũt ad ætatem uenerit pubertatis, dicetur de ea: Nunquid obliuiscet̃ sponsa ornatus sui, aut Hier. 2.f uirgo fasciæ pectoralis suæ? Sequit: Et in aqua nõ es lota in salutẽ. Cruẽta infantiũ corpora, statim ut emittuntur ex utero, lauari solent: ita & generatio spiritualis, lauacro indiget salutari. Nullus enim mundus à sorde, nec Iob 15.a si unius quidem diei fuerit uita eius. Et in psalmis legimus: In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Secunda natiuitas soluit primã natiuitatem. Scriptũ est enim: Nisi quis renatus fuerit ex Ioan. 3.b aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnũ dei. Multaq; sunt lauacra quę ethnici in mysterijs suis & hæretici pollicent̃: qui omnes lauãt, sed non lauant in salutem. Propterea additũ est, & in aqua non es lota in salutem. Quod quidẽ non solũ de hæreticis, sed de ecclesiasticis intelligi potest: qui nõ plena fide accipiũt baptismũ salutare. De quibus dicendũ est, quod acceperint aquam

A aquam, sed nõ acceperit spiritũ, sicut & Simon ille magus, qui pecunia uolebat redimere gratiã dei: baptizatus quidẽ est in aqua, sed nequaq; baptizatus est in salutem. Tertio dicit, nec sale salita. Teneta infantiũ corpora dũ adhuc uteri calorẽ tenẽt, & primo uagitu laboriosæ uitæ testãtur exordia, solẽt ab obstetricib. sale contingi, ut sicciora sint et restringant̃. Porrò Hierusalẽ, quæ de malis parẽtibus nata est, nihil saporis, nihil diligẽtiæ cõsecuta est. Qui aũt renascunt̃ in Christo, dicit ad eos:

Matt. 5.b Vos estis sal terræ. Et præcipit̃ eis ab Apõ:

Coloss. 4.a Sermo uester semp in gratia sale sit cõditus. Vñ & uulgo sapientes salsi, & stulti uocantur insulsi. Et in Leuitico

Leuit. 2.d lege sancit̃: Oñe sacrificium uestrum sale saliet̃. Nõ cessabit sal testamẽti dñi de sacrificijs uestris: in cunctis muneribus uestris sal offeretis. Qui hoc sale cõditus fuerit, & omnẽ putorẽ humorẽq; noxiũ huius

Psal. 37.b admixtione siccauerit, ultra nõ dicet: Computruerũt & corrupt̃ sunt cicatrices meę à facie insipiẽtię meę. Scio me legisse in quodã uolumine de dño saluatore, q̃ ipse sit sal cœleste: & nõ solum terrena & inferna, sed cœlestia

B quoq; suo sapore condiuerit: ut impleat̃ illud quod scriLuc. 2.b ptum est: Gloria in excelsis deo, & super terram pax hominib. bonę uoluntatis. Quartũ est, nec inuoluta pannis. Et saluator pãnis est inuolutus infantiæ: & omnis q nascit̃ per inuolucra pannorũ protectione indiget dei. Naturale est, ubi tamẽ parentũ non deest diligentia, ortis infantib. primũ præcidi umbilicũ: deinde ad eluendum sanguinem lauari eos aqua. Tertio, humorẽ corporum paruulorũ salis adiectione siccari. Quarto, ut tenera infantiũ corpora pannis inuoluantur, duplicẽ ob causam: ut & sale siccet̃ corpus quod pannis ne defluat seruatur & stringitur: & membra tenerrima ne facile deprauentur. Vnde & corpora barbarorũ Romanis corporibus rectiora sunt. Vsq; ad secundũ enim & tertium annum, semper pannis inuoluunt̃. Sed non talis Hierusalem, cuius nec umbilicus abscisus, nec ligata sunt ubera, nec aqua lota est in salutem, nec sale salita, neq; inuoluta atq; constricta pãnis infantiæ. Cur aũt nihil horum meruit, sequẽs scriptura testatur. Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi unũ de his misertus tui. Pro quibus Lxx. posuerũt: Non pepercit super te oculus tuus, ut facerem tibi unum ex omnibus istis. Et necesse est, ut duplex editio duplicem habeat intelligentiã. Prior hoc significat: Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi unum de his misertus tui. Et est sensus: Nullus tui misertus est, offenso deo: nullius super te mota sunt uiscera, ut de quatuor superiorib. saltẽ unum tibi faceret: quia omnia simul non merebaris accipere. In altera dicitur: Non pepercit super te oculus tuus ut facerẽ tibi unum de his misertus tui. Et hũc habet sensum: Ita egisti, & sic in peccatis nata es, & in peccatis cõcepit te mater tua, ut ne ipsa quidẽ tui misereris. Cumq; sic gesseris ut aduersum te per mala opera crudelis existeres: ego quid tibi potui facere, quæ ne unum quidẽ superiorum accipere mereris? Quia igitur nihil horũ quæ fieri infantibus

SEP. Et transiui per te, & uidi te mixtã in sanguine tuo: & dixi tibi, de sanguine tuo uita multiplicare, sicut hortũ agri dedi te, & multiplicata es & magnificata es & ingressa es in ciuitates ciuitatũ. Vbera tua erecta sunt, et pilus tuus ortus est: tu aũt eras nuda, plena ignominiæ. Et transiui per te, & uidi te, et ecce tẽpus tuũ, tẽpus diuertentium: & expãdi alas meas super te, & operui ignominiam tuam. Et

HEB. Trãnsiens aũt per te, uidi te conculcatã in sanguine tuo: & dixi tibi cũ esses in sanguine tuo, uiue, dixi, inquã, tibi in sanguine tuo uiue. Multiplicatã quasi germẽ agri dedi te, & ingressa es & peruenisti ad mundũ muliebrẽ. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusionis plena. Et transiũi per te, & uidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et

Ezech. 16. 5

bi: Licet sis in sanguine, tamẽ uiue cõuersa: tantaq; fuit in te omniũ rerũ abundantia, ut agri ubertrimi haberes similitudinẽ & benedictionem Iacob, quia benedixit ei pater tuus, dicẽs: Ecce odor filij mei sicut odor agri plẽ- Gen. 27.d ni cui benedixit dñs. Et intrares penetralia domini, diceresq; cum sponsa: Introduxit me rex in cubiculum D suum. Et ad mundum muliebrem peruenires: pro quo Lxx. transtulerunt: & ingressa es in ciuitates ciuitatũ, ut Cant. 1.d & 3.b quomodo canticum canticorũ & seculum dicitur seculorum: ita ciuitates appellentur ciuitatũ. De quibus in euangelio dicitur: Habeto potestatẽ super decẽ siue su- Luc. 19.b per quinq; ciuitates: ut non solũ ciuitas, sed metropolis ciuitas appelleris, secundũ illud quod in Esaia legitur: Mater urbiũ fidelis Sion. Porrò quod interpretatus est Esaiæ 1.g Symmachus, & peruenisti ad ornatũ mulierum, siue ut Theodotio, & ingressa es ad ornatũ ornamentorũ, pro quo nos secuti sensum Hebraicũ diximus, & peruenisti ad mundũ muliebrẽ, tempus pubertatis ostẽdit, quando puellæ nubiles appellantur, & possunt maritorũ amplexib. copulari. Deniq; sequit: Vbera tua intumuerũt, & pilus tuus germinauit. Honeste adolescentularũ maturitas indicat, quãdo intumescunt ubera siue eriguntur, & germinat pilus. Cumq; parata esset ad nuptias, & haberet pulchritudinẽ corporis, uestimẽtorũ tegmina nõ habebat, nec dei protegebatur auxilio. Si quis Christi non habet indumentũ, nudus est. Si quis non est indutus uiscerib. misericordiæ, bonitatis, humilitatis, pudicitiæ, mansuetudinis, patientiæ: iacet super faciẽ terræ: & pulchritudo eius confusione & nuditate turbat̃. b ¶ *Et transiui per te, etc.*] Quanta clementia. Non sufficerat semel uidisse eam conculcatã in sanguine, & ad pœnitentiã prouocasse: sed peccantẽ rursum inuisit, & quia erat nuda & cõfusionis plena: rursum uenit & uisitat: & ecce tempus eius, tempus amantiũ: siue iuxta Lxx. diuertentiũ, & iuxta interpretationẽ Aquilæ secundã, σωαλλαγῆς, spõsaliũ uidelicet & tẽporis nuptiarũ. Iuxta primã uero eiusdẽ editionẽ & Theodotionis μαστῶν, quod interpretat̃ uberũ: pro quo Symmachus uertit ἀγαπῆς, quod dilectionem sonat. Illud igitur tempus erat, quando possunt mulieres uiris sociari, & coitũ sustinere ma-

A ritalē. Attamē misericors deus expādit alas suas, & suscepit eos, & in humeris suis portauit eos: iuxta illud qđ
Luc. 13.g in euāgelio scriptū est: Quoties uolui congregare filios tuos sicut gallina cōgregat pullos suos sub alas suas: & noluistis. Siue amictū expādit, p alis: hoc eñ interpretat̄ πτέρυγιον: quo operta est Ruth ad pedes
Ruth 3.c dormiēs Booz. Et in ora. i. πτέρυγίω uestimēti nostri, iubemur hyacinthinas fimbrias alligare. Hæc aūt fecit ut operiret ignominiā Hierusalē, genitalē fœminarū, sub hoc nomine corpus ostēdens. Et eñ iuxta apo-
1 Cor. 12.c stolū: Inhonesta corporis nostri maiore honore circun-
Psal. 31.a damus. Vñ & psalmista canit: Beati quorū remissæ sunt
Gen. 9.d iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Quæ Cham qa nō, ptexit in patre, æterna maledictione signat̄. Quod de Hierusalē diximus, referamus ad animā nostrā: quæ cū diu in infantia constituta est, peccato caret. Cum aūt ætatis eius tēpus aduenerit, multi sunt amatores dæmonū & hęreticorū, peruersorūq; dogmatū q ad eā cupiūt declinare. Qui, ptectione dei repellunt̄: ut non satellites diaboli, sed ministros saluatoris recipiat. Pro diuertētiū dilectione & uberū, in Hebraico habet̄ דודים quod secundū linguæ eorū proprietatē, oīa quæ suprā uersa sunt significat. Potest tēpus dilectiōis & uberū siue amatorū dei, intelligi Abrahā Isaac & Iacob: qñ eis pollicitus est dñs post Aegyptiā seruitutē suū populū liberandū.

a ¶ Et *iurauí,etc.*] Quia expādi amictū meū siue alas meas super te, & operui confusionē tuā: ꝓpterea iurauí tibi
B & ingressus sum pactū siue testamentū tecū: ut mihi potius cū cæteris q ad te uolebāt diuertere iūgereris, iuxta
Psal. 109 illud: Iurauit dñs, & nō pœnitebit eū: tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Oīnis enim conuersiæ finis est iuramentū. Et uiuo ego, dicit dñs: nisi malo pœnitentiā peccatoris qī mortē. Tempore igit̄ nuptiarū, Israel iuramētū accipit dei, ꝓ omni dotali mune-
Psal. 131 re. Et quia Dauid de se dixerat: Memento dñe Dauid, & omnis mānsuetudinis eius: Qui iurauit dño, uotū uouit deo Iacob: & ipse dñs iurat ei, scriptura dicente: Iurauit dñs Dauid ueritatē, & nō frustrabit̄ eū. b ¶ Et *facta es,etc.*] Quia expādi alas meas, & operui ignominiā tuā, & iurauí tibi & ingressus sum pactū tecū: ꝓpterea mea es facta possessio, ut quæ aliena eras, qī diu uidebaris immūda: mea esse cœperis qñ pactū meū tecū iuramēto firmauí. Siue iuxta cōsuetudinē prophetarū, facta es mihi ait, pro eo qđ est, meo cōiugio copulata es: & laui te, inqt,
Ioan. 3.a aqua baptismi salutaris. Nisi eñ quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnū dei. Et
Mar. 1.a alibi legimus: Ipse uos baptizabit in spū sancto & igni.
Esaiæ 4.b De quo baptismate & Esaias loquitur, dicens: Lauabit dñs sordes filiorū & filiarū Sion, & sanguinem mundabit de medio eorū, spiritu iudicij & spiritu cōbustionis.
Mar. 5.c Cum aūt lauerit & mundauerit sanguinē: quo & ἄγιαν αἱμορῥοῦσαν, quæ duodecim annis cruore manabat, fimbriæ sanauit attactu: nō sufficit ei lauare & mundare sanguine, nisi oleo quoq; unxerit: iuxta quod Sa-
Luc. 10.f maritanus, q interpretat̄ custos, seminecis uulnera, primū olei infusione liniuit, deinde uini austeritate cōpescuit. Dñs aūt noster alio unctus est oleo, quod nō dolorem uulnerū mitigaret, sed lætitiam tribueret, dicēte ad
Psal. 44.b eum spiritu sancto: Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Habent & contrariæ fortitudines simulati olei lenitatem dulcia per hæreticos pollicentes: quæ uertuntur in amaritudinem,

HEB. Et iūrauí tibi, & ingressus sum pactum tecū, ait dominus deus.

Et facta ēs mihi, & laui te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo.

HEB. Et uestiui te discolori bus. Et calciāui te ianthino.

Et cinxi tē byssō.

SEP. Et iurauí tibi, & ingressus sum in testamentū tecum, dicit adonai dñs.

SEP. Et indūi te uarijs. Et calciaui te hyacintho.

& quæ detestat̄ propheta cōmemorans. Oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Sin aūt ab unctione unctus, id est Christus appellatur: uide quantū profecerit Hierusalē, ut & ipsa uncta oleo spirituali, Christi nomē acceperit, iuxta quod & in psalmis de Abrahā legimus:

C Nolite tangere Christos meos, & in ꝓphetis meis nolite malignari. c ¶ Et *indui,etc.*] Legis cerimonijs, q̄rum occupata studio, idola derelinqueres. Ista sūt uaria uestimēta, quib. indutus est Ioseph: nec potuerūt
Gen. 37.c eū fratres uēdere, nisi prius eū tunicæ uariegate nudassent. Et de sponsa dicit̄ in xliij. psalmo: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarietate. Hoc est uestimētū de quo & Apls loquit̄: Induite
Eph. 4.f nouū hominē, q uī renouat̄ in cognitionē iuxta imaginem creatoris. Volumus scire quæ sint uaria uestimenta: Idem nos Apls doceat, credentib. scribēs: Induimini
Coloss. 3.b ergo uiscerib. misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientię. Quid hac uarietate pulchrius: De qua & Iob loquebat: Quis dedit mulierib. texturæ sapientiā, aut uarietatis disciplinā? Et pontifex semel in an-
Exo. 39.a no, quando pro populo adolebat incensum, ingrediēs
Hcb. 9.a in sancta sanctorū, uarijs uestibus utebat̄. Certe si diuitiæ, uarietatē uestitū & non sanctitas faceret diuersitatęq; uirtutū, Pharao & Nabuchodonosor hæc uestimēta habuisse scriberent̄, & nō Ioseph: q sub peregrino & pastorali patre uestes discolores & regias habere nō poterat.

d ¶ Et *calciaui te,etc.*] Aquila & Symmachus ianthina: D
Lxx. & Theodotio, hyacinthina transtulerūt. Pro quo in Hebræo scriptum est תחש Et pulchre quia ad Hierusalem sermo dirigit̄, & sub persona fœminæ omnis eius ornatus exprimitur, hyacinthina siue ianthina calciamenta narrant̄: quæ uirorū personæ nō conueniūt. Denicq; facturis pascha præcipitur absq; ulla coloris uarietate, ut accinctis lumbis, & pedib. calciatis sint. Ista sunt calciamenta, de quibus & Apostolus scribit: Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Philo uir disertissimus Iudæorum, hyacinthon in uestibus pontificis ari cōparat: per quē superna atq; cœlestia significari arbitrat̄. Nec prius Hierusalē calciatur hyacinthinis, nisi
Matt. 10.b lauetur aqua. Vnde & apostolorū, quibus prius præceperat dñs ut excuterent pedum suorū puluerē, lauātur à saluatore pedes. Et sponsa dicit in Cantico canticorū:
Cant. 5.b Laui pedes meos, quo inquinabo illos? Et Moysen &
Exo. 3.b Iesum diuinus sermo testat, ut soluant corrigiā calciamenti sui, quia locus in quo stent sanctus sit. Cum aūtē loti fuerint pedes & omni sorde purgati, calciant̄ hyacinthinis siue ianthinis: quod utrūq; aerij & ὑακινθε, coloris est, ut rapiant̄ in occursum dñi in aerem, & ad cœlestia regna festinent. e ¶ Et *cinxi,etc.*] Hierusalem non solum uestitur discolorib. & calciat̄ hyacinthinis, sed & byssō accingitur: de qua tenuissima in ueste pontificis
Prou. 31.a fila texuntur. Et uxor in Prouerbijs, quæ uiro suo duas texuit chlamydes, & præsētis seculi & futuri sibi de byssō & purpura fecisse dicit̄ uestimenta. Hac byssō accingunt̄ renes, quoties pinguia libidinis incētiua tenuanda sunt: nihilq; in eis crasi humoris relinquitur: & implemus præceptū Apostoli dicētis: State ergo succincti
Eph. 6. lūbos uestros in ueritate: quasi alijs uerbis diceret, byssō. Et dñs ad apłos loquit̄: Sint lumbi uestri præcincti,
Luc. 12.c & lucernæ ardentes in manib. uestris. Nisi enim astrinxerimus fluentia lumborū reumata, lucernas in manibus habere nō possumus. Vnde & ad Iob loquit̄ deus:
Iob 38.d

A Accinge sicut uir lumbos tuos. Et comessuri agnum, calciati pedes, tenētes baculū, stantes in euangelij ueritate: & ad Christi sanguinē præparati, lumbos accinctos ha-
4 Reg. 1.b bere dicuntur. Qua zona mortificante lumbos, Helias
Mar. 1.d quoq; & Ioānes Baptista accinguntur. De quibus & pœnitens flebiliter ingemiscit, dicēs: Qm̄ lumbi
Psal. 37.b mei impleti sunt illusionib. a ¶ Et *circunde di,etc.*] Pro quo Aqla florido siue palpabili: Symmachus indumēto, Theodotio ipsum uerbū Hebraicū posuit משי Cumq; diligēter inquirerē qd sibi uellet uocabulū trichapti, quod Lxx. trā stulerunt, & à nullo Græcorū nec usum nec etymologiam possem inuenire sermonis: tandē didici à Lxx. esse cōpositū. Rebus eñ nouis noua fingēda sunt nomina: q tātæ subtilitatis fuerit uestimentū, ut pilorū & capillorū tenuitatē habere credat̄. Vñ & ego uolēs tenuitatē exprimere uestimenti: ꝓ trichapto, subtilib. trāstuli: qđ tenui stamine atq; sub tegmine textū erat. Et cōgrue illis de quibus increpans
Deut. 32.b dixerat: Incrassatū est cor populi huius, & māducauit et bibit Iacob, & saturatus est & incrassatus & calcitrauit
Sap. 7.c dilectus, & dereliquit deū factorē suū, nūc tenuitas uestiū condonat̄. Nā & in libro Sapiētiæ, q à quibusdā Salomonis inscribit: Spiritus sapiēniæ unigenitus & multiplex, tenuis & mutabilis appellat̄. Et māna de quo scriptū est: Panē angelorū māducauit homo, tenuissimū in
Psal. 77.c Exo. 16.d similitudinē pruinæ, & semētis coriādri fuisse narratur.
B Possumus iuxta interpretationē secūdæ editionis Aqlæ q floridū interpretatus est, uestimentū ubertatē terræ Iudææ per metaphoram intelligere: uel diuini cultus pulchritudinē. b ¶ Et *ornauí te,etc.*] Generaliter ornamenta nunc ponit, de quib. in consequētibus per partes enumerat, armillas & torquē, inaures & coronā, & reliqua:
Esaiæ 3.c quæ ornamēta tribuit Hierusalem. Et in Esaia dicit̄: q ultio suo uniuersa perdiderit. Scriptū est eñ: Pro eo qđ eleuatæ sunt: hoc est, superbierūt filiæ Hierusalem & ambulauerūt excelsa ceruice, & reliqua: Pro zona accinctę sunt funibus, & pro ornatu capitis caluitio deturpatæ: & pro pulchris & mollibus indumentis, cilicij asperitate circūdatæ. c ¶ Et *dedi armillas,etc.*] Quando nobis bona opera dederit deus, circundat armillas manibus nostris. Vnde & in manibus prophetarum assimilatum
Osee 13.c Aggei 1 Iob 40.d esse se dicit: & crebro in manu Aggei siue Hieremiæ & reliquorū factum sermonē legimus. In Iob quoq; draconis labiū perforatur armilla, omnesq; eius uenenati sibili, qui in peruersis intelliguntur dogmatibus, bonorum operum circulo perforantur. d ¶ Et *torquem circa,etc.*] Pro torque, quam nos iuxta Aquilæ secundam editionem & Symmachum interpretati sumus: Lxx. &
Esaiæ 3.d Theodotio κάθεμα transtulerunt: quod nō solum hic, sed & in Esaia scriptum est: Auferet dñs gloriam uestimenti earum & murenulas, & corymbos & circulos & κάθεμα. Puto aūt κάθεμα ab eis dictum, ex uarijs gemmis in pectus mulierum monile descendens, qui & ipse ornatus pulcherrimus mulierum est. e ¶ Et *dedi inaurem,etc.*] Verbum Hebraicum נזם excepto Symmacho, qui interpretatus est ἐπῤῥίνιον, omnes inaurem transtulerunt: non quo inaures ponantur in naribus, quæ ex eo quod ex auribus pendeant inaures uocantur: sed quo circulus in similitudinem factus inaurium, eodem uocabulo nuncuparetur: & usq; hodie inter cætera ornamenta mulierum, solent aurei circuli in

os ex fronte pendere & imminere naribus. Quos tunc C
accipimus iuxta mysticos intellectus, qñ cū Apło possumus dicere: Christi bonus odor sumus in his qui saluí
2 Cor. 2.d fiunt, & in his q pereūt. Alijs quidē odor mortis in mortē: alijs aūt odor uitæ in uitā. Quando uiuimus & de nobis dici potest: Non
Psal. 113.d mortui laudabunt te dñe, sed nos uiuētes: tūc odorat̄ deus odorē sacrificij nostri bonæ fragrātiæ: & aureū circulū sensuū ac dogmatū diuinorū habemus in naribus. Qñ
Prou. 11.c uero mortui sumus, & uersamur in cœno atq; in sordib. turpitudinū: habemus illā in aurem in naribus, de qua scripsit Salomon: Sicut inauris aurea in narib. porcæ, sic mulieri male moratæ pulchritudo. f ¶ Et *circulos in,etc.*] Qui claudit aures suas ne audiat iudicium sanguinis: & sepit eas spinis, ne particeps fiat inuidis & detra-
Ibid. 24.b ctoribus, de quibus scriptū est: Cum detractoribus ne cōmiscearis: quoniā repēte ueniet interitus eorū, & ruinam utriusq; quis nouit? tā uidelicet eius qui detrahit q illius q libenter auscultat: Iste circulos habet & rotulas in auribus, non rotas quæ sequunt̄ Cherubim: illud enim angelicarū fortitudinū est, sed rotulas diminutiue, quæ humanæ conueniūt fragilitati. Quamobrem &
Psal. 76.d ad deū dicit̄: Vox tonitrui tui in rota. In his enim q terrena pertranseunt, & uix modicis uestigijs contingunt
Zach. 9.d terrā, de quibus scriptū est: Lapides sancti uoluunt̄ sup terrā: uox tonitrui dñi & excelsorū dogmatū personat. Qui aūt erroribus ducunt̄ humanis, & nō habent soli- D
da uestigia, sed circunferunt̄ omni uēto doctrinæ: & eiecti de paradiso firmitatis, habitāt in regione Naid, quæ interpretat̄ fluctuatio: merent̄ linguæ mēdacis ferre sententiā, quæ inflammat rotā natiuitatis nostræ. g ¶ Et *coronam decoris,etc.*] Decorem iuxta Symmachum ob sensus elegantiam interpretati sumus. Alioquin & in Hebræo תפארת & in reliquis translatorib. εὐώχησις gloriatio dicitur. Ornamenta cætera, membrorū sunt singulorum. Capitis ornatus, totius corporis dignitas est. Coronā aūt uocat diadema fœminarū, quo capillorū stringitur & ornatur ambitio. Volumus scire quæ sit corona decoris in capite Hierusalem? reuoluamus Exodum in quo scriptum est: Et fecit laminā auream, & scri-
Exo. 39.e pśit in ea literas deformatas sigillo sanctificationis dñi, & posuit super Aaron. Signū dominicæ sanctificationis nomen est omnipotentis dei, quod quatuor literis Hebraicis scribitur, & apud eos uocat̄ ineffabile, dum nomen eius non potest dici. Cuius maiestatē etiam gentilitas non ignorat, & Athenienśium testatur ara, ignoto deo. Vnde & Apostolus: Quem uos, inquit, ignotū co-
Act. 17.e litis, hunc nos annunciamus uobis. Istam puto coronā esse de qua & Psalmista dicit: Signatū est super nos lu-
Psal. 4.b men uultus tui dñe. Et Apostolus loquebatur: Cursum
2 Tim. 4.b consummaui, fidem seruaui, de cętero repośita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi iustus iudex. Et in alio
Philip. 4.a loco ad credentes: Gaudium meū & corona mea. Glo-
Prou. 17.a ria enim patrū filij. Et in Salomone scribit̄: Corona gloriæ senectus, eorum uidelicet qui destruxerunt ea quæ paruulorū sunt, & post ętatē perfectū uiri uenerūt ad senectutē & ad patrū nomina. Quibus scribit Ioānes post
1 Ioan. 2.b pueros & iuuenes qui possunt dicere: Quando erā par-
1 Cor. 13.c uulus, loquebar ut paruulus, sapiebā ut paruulus, cogitabam ut paruulus: qñ aūt factus sum uir, destruxi ea quæ paruuli sunt. h ¶ Et *ornata,etc.*] Crebro diximus

A aurū aĕ nientē,argēiū ad eloquiū pertinere. Tribuatq; nobis dñs ut diuinum sensum accipere mereamur atq; sapiētiā, & id q̄d mēte cōcipimus eloquij uenustate p/ferre,& nequaq̄ ex his facere idolū sicut faciūt hæretici, de quib.scriptū est:Dedi eis argentū & aurum:ipsi uero

Osee 2.b ex argēto & auro fece runt Baal.Et hoc ma/gis iuxta intelligentiā spiritualē, ornatui ap tū est fœminarū.Alio quin argēti uilior ma teria, rusticarū & pau perū ancillarumq; or natus est, q nō conue nit Hierusalē quæ in reginā dicitur profe/cisse. a ¶ *Et uestita es byssо,etc.*] Verbū He/braicum פשתים & hic Theodotio ipsum ut suprà posuit, Aquila ἄνθιμον, Symmachus polymitū.Nos autem quod suprà subtile, hic iuxta Symmachū polymitū di/ximus:Lxx.τοίχασπα transtulerūt,seruātes interpreta tionē præteritā,ut ad similitudinē capillorū tenuia uesti menta monstrarēt.Omnis aūt ornatus describit fœmi narū, ut laueť, ut mundeť, ut ungať oleo, & discolorib. uestiať,calcieť hyacintho,accingať byssо,induať trichap tis siue subtilibus,accipiat armillas & torquem aureā: circulos in ora pēdentes, & rotulas in auribus, diade/ma in capite,auro argēto q̄ decoreť:quāto q̄ argenti ui/lior sit materia,& post omnia inferať:Vestita es byssо &

B polymito & uersicoloribus : siue ut Lxx.transtulerunt, amictu & pallijs,hoc em̄ πόλλαιε significāt, ut nō so lū cultu corporis esset ornata , & omia haberet monilia fœminarū,sed strati quoq; eius & lectuli sollicita esset di ligētia maritalis, ut postq̄ ista cōplesset , ueniret ad cibo rū delicias , & ne in his quidē aliquid ei deesse pateret. Quæ omia iuxta superiorē explanationē aptabimus in telligētiæ spūali , ut byssinis operiať atq; subtilibus , ne delicata cōiugis mēbra graui palliorū onere prægraueť/tur,sed & usum pariter exhibeať & decorē. b ¶ *Similam & mel,etc.*] Post uestitū,ciborū curam gerit,ut comedat Hierusalē similā & mel & oleū: uel per partes, ut plericq̄ æstimāt, uel cōmixtione triū, dulcē panē, q panis de cœ

Ioan. 6.d lo descēdit:ac sub tribus nominibus , ut nōnulli putāt, sacramentū indicat trinitatis: nō quo alia atq; alia sub/stantia sit,sed quo diuersis similæ & mellis & olei nomi nibus,patris & filij & spiritus sancti una dulcedo mon streť.Et hoc animaduertendū,q̄ in multis sacrificijs of/ferat similа, medulla frumēti atq; purissima, de qua scri

Psal. 80.c ptū est:Et de adipe frumēti saturauit eos : nō de hordeo nec de farina,quæ tūc solū offerť, q̄n maritus zelotypiæ

Iudic. 4 spū cōmoueť . In Iudicum uolumine Deborā legimus, דבורה quæ interpretať apis:cuius prophetia mella dulcissima sunt,& refertur ad spiritū sanctum , qui apud Hebræos appellatur genere fœminino רוח In euangelio quoq; Hebræorū quod lectitāt Nazaræi,saluator inducitur lo quēs:Modo me arripuit mater mea,spūs sanctus. Por/rò similа quæ de frumēto conficitur , refertur ad dñm,

Ioan. 12.d qui de semetipso ait:Nisi granū tritici ceciderit, & in ter ra mortuū fuerit,ipsum solum manet . Sin autem mor tuum fuerit,multū fructū affert.Oleū uero quod lassо/rum mēbra sustentat & reficit,& est luminis nutrimen tum,& quo in tabernaculo dei iuge lucernæ lumē accē/ditur,patri diciť conuenire.Quæ omnia unā credenti/

1 Cor. 12.d bus tribuunt gratiā, dicente Apło:Diuisiones sunt gra tiarum,unus aūt spiritus:& diuisiones ministeriorum, unus aūt dñs:& diuisiones operationū, unus aūt & idē C deus.Qui talē comederit cibū, & hoc dulcissimo & sua uissimo pane oleiq; splēdore fulgēte pastus fuerit ac nu tritus,uertet in decorē & fiet pulcherrimus: non semel, sed repetito nimis nimis . Duplicatū enim aduerbium pōdus facit orationis: quo ad pulchritudi/nis magnitudinē ad/di ultra non possit.

HEB. Et ûestita es byssо & polymito & multicolorib. SEP. Et amictus tui byssini, & trichapta & uersicoloria

Similām & mel & oleum comedisti, & decora facta es uehementer nimis. Et prōfecisti in regnum.

HEB. Et egrēssum est nomē tuū in gētes ,ppter spe/ciē tuam,quia perfecta eras in decore meo quē posui super te, dicit dñs deus. SEP. Et exiuit nomē tuum in gentes in specie tua,quia completum erat in pulchri tudine quam posui super te,dicit dominus deus.

Et habēns fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti,ut eius fieres.

c ¶ *Et profecisti,etc.*] Hoc in Lxx. nō habe tur: q forsitan Alexan driæ in Græcū sermo nem scripturas ex He braica uertentes,timuerūt hoc dede re: ne regē Aegypti ui derent offendere, dū à deo Hierusalē debi tum regnū esse cōme morarēt:quanq̄ erū diti solos quinque li bros Moysi ab eis in/

Et terpretatos probent. Post ornatū ergo multiplicē, post coronā,post auri & argenti abundantiā,post indumen tā palliaq̄ pulchertima , post decorē incredibilē profi/cit in reginā , qa ciuitas est magni regis , de quo scriptū Psal. 71.a est:Deus iudiciū tuū regi da,& iustitiā tuā filio regis . Et Apoc. 21.d in Apocalypsi Ioānis Hierusalē quasi spōsa ornata atq; cōposita describit uiro suo.In psalmis quoq; de eadē di Psal. 44.c citur: Astitit regina à dextris suis in uestitu deaurato cir cundata uarietate.Omne aūt quod dicimus de Hieruſa lem,ne in singulis hæreamus,& librorū magnitudo tę/dium legētibus faciat,referamus ad ecclesiam . Si enim

D Hierusalē,iuxta Apostolū, mater nostra est, mater autē Gal. 4.d nostra ecclesia est,consequēter,Hierusalē ecclesia est,ma ter primitiuorū qui descripti sunt in cœlis. d ¶ *Et egreſ/sum est,etc.*] Hūc locū manifestius interpretatus est Sym machus:Et egressum nomen tuū in gentes quod perfe/ctum erat propter dignitatē meā quam posuerā super te,dicit dñs deus.Et est sensus: Meis beneficijs meaq̄ in credibili largitate ad reginæ uocabulū peruenisti: ita ut de te omniū gentiū sermo loqueret,& esses non tuis me ritis atq; uirtutibus , sed mea liberalitate perfecta . Nisi Psal. 126.d enim dñs ædificauerit domū , in uanū laborauerūt qui ædificant eam. Nisi dñs custodierit ciuitatē, frustra uigi labit qui custodit eam. Qui plantat enim & qui rigat, ni 1 Cor. 3.b hil est, nisi dñs dederit incrementū:quia nō est uolentis Rom. 9.c neq; currentis,sed miserentis dei:ut postq̄ omnia fece/rimus,dicamus:Serui inutiles sumus , quæ debuimus Luc. 17.c facere fecimus . Non quo ex beneficentia dei liberū ho mini tollatur arbitriū,sed quo ipsa libertas dīm habe re debeat adiutorem. e ¶ *Et habens fid.etc.*] Grande di/scremen,nō in dei clementia, sed in suo decore confide re.Quātoq̄ quis sublimior fuerit,debet timere ne cor/ruat,& fornicet in nomine suo.Aduersariæ siquidē po/testates solitos contemnūt cibos, & peregrina alimenta desiderāt.Vnde de diabolo dicit:Escæ eius electæ . Non Abacuc 1.d uult quēlibet decipere . Saul regē q electus à dño est,& Iudā apm supplantare festinat. Non ergo confidamus in propria pulchritudine:nec dei liberalitatē , nostram putemus esse uirtutē,sed potius audiamus:ne glorieris Prou. 27.d in crastinū:Nescis enim quid uentura pariat dies. Et in alio loco:Fratres si præuētus fuerit homo in aliquo pec Gal. 6.d cato,uos q spirituales estis perficite huiuscemodi in spi ritu mansuetudinis,considerans teipsum,ne fortè & tu tenteris. Neq; exponamus siue effundamus fornicatio nē nostrā omni trāseūti:ut nō dei in quē credimus , sed eius fiamus à quo polluimur, Qui cūcta recipit uitia,& diuersorum

A diuersorū peccatorū spiritū transeuntē suo suscipit gre/mio:& diuaricat pedes suos omni trāseūti: iste effundit fornicationē suā,& eius incipit sustinere dominatū,cu ius hospes extiterit. a ¶ *Et sumēs,etc.*] Symmachus hūc locū ita interpretatus est: Cumq̄ tulisses de uestib.tuis, fecisti tibi excelsa mul ticoloria , & fornicata es in eis, nō facta neq; futura . Pro cōsutis & uersicolorib.& excel/sis siue idolis : Aquila et Theodotio ἐμβολίσ ματα trāstulerūt : qđ significat diuersos pā nos hinc inde cōsutos & instar emplastri fa/ciū idolū,quasi πολυ/ῤῥάφου uestimentū.Ve stiui, inquit,te uersico loribus , & induta es byssо & polymito, & multarū uarietate for marū. Tu aūt uestimē ta tua quibus mea largitate donata es tulisti,& fecisti ti bi idola uel excelsa,quæ Hebraice dicunť במות quod nunc̄ ante factum est neq; fiet,ut quæ acceperis ad or natum,transtuleris ad iniuriā donatoris . Quod super Hierusalem iuxta literā intelligi potest : ut omnia præce pta legis & diuitias ac rerum omniū abundantiā idolis deputauerit,quod gens alia non fecerit neq; factura sit. Omnes em̄ nationes quæ à principio idolis seruierūt, non tanti criminis rei sunt. Nostra aūt Hierusalem quæ interpretať uisio pacis, ab hæreticis scindiť, quādo unū & alterū testimoniū scripturarū de proprijs carpentes

B locis,conanť assuere his quibus non queunt coaptare. Ad quos & suprà dictū in hoc eodē propheta legimus: Suprà 13.c Væ his qui consuūt ceruicalia sub omni cubito manus, & faciunt operimēta super caput uniuersæ ætatis: quod Matt. 9.b dñs fieri prohibens,loquitur in euangelio : Nemo assu mit cōmissūram panni rudis in ueteri uestimēto : alio/quin tollit de plenitudine eius & peior scissura fiet, nec mittunt uinū nouum in utres ueteres. Tales sunt Na zaræi , qui ueteris legis obseruantiā euangelicæ gratiæ aptare conanť. Et omnes hæretici qui testimoniū in suo loco alteri sensui congruēs, alteri nituntur assuere,cū dīca tunica desuper texta per totum , scindi omnino non possit,sed texta spiritu sancto nullā recipiat scissionem. Quod aūt diciť iuxta Lxx. non intrabis neq; erit , hoc significat: Cum tibi idola feceris peruersorū dogmatū quę arbitraris excelsa,& fornicata sis super eis, credens in his quę ipsa finxisti,templū dei intrare nō poteris,& C simulacra tua substantiā nō habebūt, neq; erūt in perpe tuū,dicēte Apło: Scimus enim quia nihil est idolum in mundo. b ¶ *Et tulisti,etc.*] Iuxta literā dīs lege præcipit 1 Cor. 8.a ut fierēt thuribula,phialæ,candelabrū,arca testamenti, cūctaq̄ uel aurea uel deaurata, & alia ex ar gēto:quę omnia cōfla uit Hierusalē,& uertit in idola Belis siue Baa lis , Chamos & Asta/roth,& Melchō. Iuxta intelligentiā spiritua/lē de auro & argento sanctarū scripturarū idola facimus, q̄n gra tiā sensus & eloquētiæ hęretica prauitate cor rūpimus,& ponimus in cœlo os nostrū , & lingua nostra perfran sit in terrā. Masculinæ aūt dicunť imagines, in quib . omnis hæresis fornicať, ex eo q̄ unusquisq̄ se putat robustissima colere,& habere quæ finxit:nec ulla posse oppugnatione subuerti . Hæ sunt imagines quas de nostro corde cōfinximus,& quæ in cœlesti Hieruſa/lem destruēdæ sunt,de quib. propheta pronūciat : Dñe Psal. 72.c in ciuitate tua imaginē ipsorū dissipabis.Quicunq̄ em̄ homo est & dei nomē amisit, diciť de eo : Veruntamē in Ibid. 38.b imagine perambulat homo, ueruntamē frustra contur bať.Nos aūt unū habemus uirū,& unā ueneramur ima ginē,quæ est inuisibilis & omnipotētis dei. c ¶ *Et fum/pſisti,etc.*] Subauditur imagines masculinas,ut omnem cultum quē acceperat ad utendum, uerteret in blasphe D miam.Hoc aūt facimus,quoties prudentia,temperan/tia,fortitudine,iustitia, cunctisq̄ uirtutibus hæreticam circundamus prauitatē,& sub occasione earum, simpli ces quosq̄ decipimus:ut uidentes mella uirtutū,uitio/rum uenena non caueant. d ¶ *Et oleū meū,etc.*] Oleū de quo suprà diximus, & rhymiama siue incēsum, de quo psalmista proclamat:Dirigatur oratio mea sicut incen/ Psal. 140.a sum in conspectu tuo:& panes propositionis quos deo iubemur offerre : similam quoq; sensum purissimū scri pturarū : & mel quod gustauit Ionathan, & aperti sunt Matt. 10.b oculi eius, & confortatus est, posuit misera Hierusalem in conspectu idolorum siue coram imaginibus masculinis , ut essent his in odorē suauitatis . Quæ natura sua dulcia sunt atq; suauissima : sed dum offeruntur idolis falsis doctrinis,uertuntur in amaritudinem.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM Commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

NE librorum numerus confundatur, & per longa temporum spacia, diuisorum inter se uoluminum ordo uitietur,præfatiunculas singulis libris prępositi,ut ex fronte tituli statim lector agnoscat,quotus sit liber legendus,& quæ nobis prophetia explananda sit. In præterito igitur uolumine,id est quarto,partem prophetiæ contra Hierusalem, cuius istud exordium est:Radix tua & generatio tua de terra Chanaan,usq; ad eum locum,ubi scri ptum est:Similam & oleum & mel quibus enutrisi te, posuisti in conspectu eorū in odorem sua uitatis,ut potui breui sermone differui. Nunc eiusdem prophetiæ pars reliqua cum cæteris quæ se quuntur,quinto uolumini,& tuo, Eustochium, nomini dedicatur . In quo nihil ex arte rhetorica, nihil ex compositione reperies,& uenustate uerborum : sed curam simplicis & solertis diligentiæ: ut ista & sola laus mea sit,si prophetæ per me dicta intelligas.

A COMMENTARIORVM
Hieronymi in Ezechielem prophetam
Liber quintus.

ET factum est,etc.] Quod filios suos & filias Hierusalē, de quib.scriptū est:Filios genui & exaltaui, ipsi aūt spreuerunt me,idolis immolauerit, sanctia scriptura commemorat:Immolauerunt filios suos & filias suas
Esaiæ 1.a dæmonibus. Et iterū:
Psal. 105.f Effuderūt sanguinem innocentem, sanguinem filiorū suorum, & filiarū suarū, quas immolauerunt sculptilib. Chanaā. Suos autem uocat iuxta Hebraicum:ipse enim de
Exo.4.f eis dixerat:Filius primogenitus meus Israel.Siue iuxta Lxx.tuos, quos de fornicatione genuisti. In eo autē loco in quo nos posuimus, Et dedisti illos cōsecrās eis: pro quo Lxx. transtulerunt, & dedisti eos ad placandū siue expiandum: Aquila, Symmachus & Theodotio posuerūt,transtulisti & trāsduxisti eos:
B quia ethnici per ignē filios suos uel transferunt paruulos, uel adultos transire compellunt.Cum hęc,ait, feceris, non es recordata infantiæ tuæ, qñ tuli te conspersam sanguine, & laui, & post multa quæ propheticus sermo narrauit, copulaui mihi. Nostra quoque Hierusalem si hæretica fraudulentia supplantata fuerit,tollit filios suos qui robustiores sunt in fide, & filias quæ non habent tantam fidei fortitudinem: Aut certe filios qui mystica quæque cognoscunt:filias quæ simplicem sequuntur historiam: & tradit dæmonibus deuorandos, & cum interficiat eos,uiuificare se credit & placare simulachra, quorum occisione saturāntur. Quodq; dicitur iuxta Septuaginta:hoc est super omnem fornicationem tuam,& abominationes tuas:illud significat, quod cunctis peccatis & fornicationibus peior sit doctrina hæreticorum, quæ dei filios facit filios dæmonum:imò interficit eos,quos uel multo labore genuerat deo, uel suos fecerat filios quos in fornicatione generauit. b ¶ *Et accidit post om.etc.*] Hoc quod secundo dicitur, Væ, uæ tibi: uulgata editio non habet: sed de Theodotionis editione additum est. Rursumq; ubi nos diximus: Et ædificasti tibi lupanar, pro quo Septuaginta transtulerunt: Et ædificasti tibi habitaculum fornicationis:Symmachus & Theodotio προνεῦον interpretati sunt: Aquila uolēs exprimere etymologiā sermonis Hebraici בָּז posuit βόθυνον: quod nos dicere possumus, foueam: ut significet gangam ac defossum specū atq; tenebrosum:in quo prostitutarum libido uersatur. Quodq; sequitur: Et fecisti tibi prostibulū in cūctis plateis:pro quo Lxx.trāstulerūt ὑπερῶα, C
in Hebraico habet רֹאשׁ & tam Aquila q̄ Symmachus & Theodotio, excelsum siue sublime interpretati sunt. Deniq; & in consequētibus,ubi scriptū est:Ad omne caput uiæ ædificasti signū prostitutionis tuæ: Pro signo & fornicatione, rursum in Hebręo habet רֹאשׁ quod nos uel prostibulum,uel signum interpretati sumus: cū apud Hebræos unū uocabulū sit: hoc autem ponitur, siue excelsius sit: ut uolentibus fornicari, procul appareat fornicationis locus, & non necesse sit quæri. Quod semel & iterum atque iterū diximus, in persona mulieris post multa mariti beneficia fornicātis describi fornicationem Hierusalem, quomodo à deo recesserit, & iūcta sit idolis, nec occulta fuerit fornicatione contenta, sed ædificauerit sibi lupanar, & in omni uia signum transeuntibus posuerit, ut uenirent ad scortum, D
& satiarēt libidinem, non tam suam quàm eius quæ diuaricauit crura suā omni transeunti:& pulchritudinis magnitudinē fornicationis magnitudine deturparit,& inter cætera etiam Aegyptijs uicinis suis amore magnarum carnium prostrata sit: Et ut omne genus turpitudinis demonstraret, multiplici spurcitiæ genere deformata sit. Nulli autem dubium,quod Aegypto uicina sit Palæstina,dicente domino ad Abraham: Dabo Gen.15.d
tibi omnem terram à fluuio Aegypti usque ad fluuium magnum Euphratem:ut ex una parte Aegyptios, & ex altera habeat Assyrios: cum quibus & in posterioribus dicitur fornicata. Fornicatio autem Hierusalem cum Aegyptijs, idololatriæ eorum imitatio est. Ad nostram autem Hierusalem, siue ecclesiam, siue credentium animas,si fuerint negligentes,& omnibus uitijs patuerint, duplex maledictionis sermo dirigitur,ut audiant: Væ, uæ tibi, ait dominus deus, iuxta illud quod in Apocalypsi Ioannis scriptum est: Væ super omnes habitato- Apoc.8.d
res terræ. Si enim sanctus dicit: Aduena sum & peregrinus sicut omnes patres mei, quare non peccator habitator terræ esse dicitur? Aedificat aūt sibi lupanar:qui tota frontis libertate delinquit, iuxta illud quod scriptum est:Peccator cum uenerit in profundum iniquita- Prou.18.d
tis,contemnit. Et extruit altissimū locū in cunctis plateis:Lata enim & spaciosa uia est quæ ducit ad mortē.Et in omni capite uiæ ædificat: ut nulla peccatorū genera derelinquat:sed imitans scortū prouerbiorū,manifeste in plateis & in angulis platearum, prætereuntes stultos

ET factum est post hęc dicit adonai dñs, & tulisti filios tuos, & filias tuas quas genuisti,& immolasti eis in consumptionē:quasi parū fornicata sis: & interfecisti filios tuos, & dedisti eos cū offerres illis: hoc est, super omnē fornicationē tuā & abominationes tuas: & nō es recordata dieī infantiæ tuæ quando eras nuda & ignominiosa: mixta in sanguine tuo uixisti.Et factum est post omnes malicias tuas:uæ,uæ tibi, dicit adonai dñs.Et ædificasti tibi habitaculū fornicationis:et fecisti tibi prostitutionem in omni platea.Et in principio oñis uiæ ædificasti fornicationes tuas:& corrupisti decorem tuum, & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et fornicata es cum filijs Aegypti uicinis tuis magnarum

A tos iuuenes ad suos inuitet amplexus,& polluat decorē animæ, quē pro beneficio à deo cōditore sortita est. Et omnia itinera eius plena sunt turpitudinis eunctisq; cogitationib. quæ uitiorū incentiua suppeditāt, aperit cor suū,& crura diuaricat, & fornicat cū Aegyptijs uicinis suis, quorū exempla sectat, ethnicis uidelicet qui in suis turpitudinib. gloriant, & tam nefaria est, ut ipsos quoq; superet in turpitudine.Et hęc omnia facit, ut deum ad iracundiā prouocet.Magnarū aūt carniū, Aegyptij esse dicuntur, siue ob turpitudinis magnitudinem, siue ob peccatorū deformitatē. Vnde sanctus, carniū dicit paruularū, quæ in eo decrescunt quotidie, & per uirtutes attenuant, ita ut nequaq; caro appellet,sed spiritus, & loquatur in
Psal.62.a psalmo: Sitiuit anima mea ad te deus q̄ multipliciter tibi caro mea:Siue (ut quædā habent exemplaria) quomodo consumpta est caro mea: In terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.
1.Cor.5.b Quamobrē & Corinthius fornicator traditur in interitū carnis,ut spiritus saluus fiat. De hac carne scriptū
Esa.40.b B est: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnū, & flos eius decidit:uerbū aūt dñi manet in æternū. De qua & apostolus loquebatur:Caro &
1.Cor.15.f sanguis regnū dei non possidebunt.Et in Genesi loquitur deus: Nō permanebit spiritus meus in hominibus
Gen.6.a istis,quia caro sunt.Et ad credentes dicitur: Qui in carne sunt,deo placere non possunt. Vos autem non estis
Rom.8.b in carne,sed in spiritu. Alia autem caro sanctorū est,de
Esa.40.b qua scriptū est:Omnis caro uidebit salutare dei. c ¶ *Si autem extendero manum meam,etc.*] Quodq; sequitur: ἀσεβήσας, hoc est:Impie egisti, iuxta Lxx. sequenti capitulo coaptatur: iuxta cæteros finis superioris est. Extēdit autē dominus super Hierusalē manū suam, ut corrigat delinquentē,& auferat legitima eius, quæ quandiu dei præcepta seruabat,legitima domini dicebantur. Quando uerò adorauit idola,& religionē in impietatem mu-
Exod.31.c tauit, legitima illius appellantur. Quod non solum in lege & ceremonijs,sed in sabbatis quoq; & diebus festis & neomenijs accipiendum est. Dans enim legem,
Deut.5.b ait: Sabbata mea & dies festos meos. Quando autem
Esa.1.d recesserūt à deo,dicitur eis:Neomenias uestras, & sabbata, & diem magnum non recipiam: Ieiunium & otium & solennitates uestras odit anima mea. Quod &
Deut.7.a de populo scriptū est. Qui enim prius populus dei uocabat: postq; recesit à domino,dicitur de eo ad Moysen:peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ae-
Exod.32.b gypti.Quæ hic extensio manus, alibi eleuatio siue uisitatio dicit. Quando enim peccantē non corripit deus, contrahit manum suam.Sin autem peccauerit,& in dei
Psal.88.c lege cœperit ægrotare, mittitur ad eum uisitatio, iuxta illud quod in psalmo canitur:Si dereliquerint filij eius legē meam,& in iudicijs meis non ambulauerint,uisitabo in uirga iniquitates eorū. Et in hoc prophetā scriptū est:Terra si peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam,& conterā firmamentum panis eius,& reliqua.In quo quærimus quid C
sit inter extensionē manus,& emissionē eius.Loquitur aūt diabolus ad dñm: Mitte manū tuā, & tange omnia Iob 2.b
quæ habet,nisi in facie benedixerit tibi. Videt̄q; mihi, mitti manus ad probationē eorū quibus mittit:Extēdi aūt ad pœnas eorum qui merentur supplicia. Nec solū extensio & immissio sed expā-
SEP. sio manus dei dicit, Esaia ex persona dñi proclamāte: Tota die Esa.65.a
expādi manus meas ad populū nō credentem & cōtradicentē. Sanctus quoq; leuare narrat manus, scriptura dicēte:Eleuatio Psal.140.a
manuū mearū sacrificium uespertinū.Sublatis aūt legitimis dei à populo Iudæorū:interrogemus eos quā habeant legis obseruantiā. Victimas sublato templo atq; subuerso offerre nō possunt, nec adulterarū lapidatio, cęterorūq;
criminū lege cōcessa exerceri potest,& uacatio terræ anno remissionis,& cętera huiuscemodi. Datur aūt in animas odientū se filiarū Palæstinarū, quādo traditur Palæstinis, quos indifferenter Lxx. alienigenas uocant, quas intelligere possumus urbes uel oppida Palęstinę. Nostra quoq; Hierusalē, si præterierimus cerimonias D
dei,& extēta fuerit manus eius super nos,& ablata cuncta legis obseruātia, tradetur filiabus Palæstinæ & non filijs. Nec enim primū fortiorib. supplicijs tradimur, sed iuxta peccatorū qualitatē inferioribus, ut correpti in minori, maiora cruciatuū tormenta uitemus. Philistim,hoc est,Palæstini,prima literarū parte mutata,interpretant cadentes poculo,siue fractura.Per quæ significatur tradendos nos aduersarijs potestatibus: quæ biberunt de calice Babylonis & corruerunt, & quarum opera peruersa sunt.Tantaq; erit miseræ Hierusalē correptio atq; ignominia,ut erubescant etiā ipsæ aduersariæ potestates super nostrorū magnitudine peccatorū. Quod nos interpretati sumus iuxta Symmachū,scelerata: Theodotio ipsum uerbū Hebraicum posuit דִּיחָה
Sublatis aūt ceremonijs dei à populo Iudæorū,ad nos
cum sacerdotio transit & legislatio dicēte scriptura:Cō Psal.9.d
stitue dñe legislatorē super eos. Et in alio loco:Legē pone mihi dñe in uia tua. b ¶ *Et fornicata,etc.*] Supra scri- ibid.26.d
ptum est,Hierusalē fornicatā cum filijs Aegypti uicinis suis,qui sunt magnarū carniū:hic altera Assyriorū uicinitas indicatur. Et propterea utrisq; tradunt gentibus: quia utrarūq; simulacra uenerati sunt: ingredientesq; Chaldæam,quæ est terra Chanaan, imitati sunt eorum errores,quorum imperio subiacebant. Secundū Tro- Tropol.
pologiā de alijs peccatis ad alia sæpe transimus.Cumq; non egerimus priorū scelerū pœnitētiā, augemus delicta delictis,& nullo errore satiamur, sed quasi sune lōgo & corrigia iugi uitulæ trahimus peccata,& testamentū nostrū siue fornicationē multiplicamus in terra Chanaan,quæ interpretat quasi fluctuatio, & cū Chaldæis, qui & ipsi nobiscū sonāt quasi dæmonia.Sempercq; uestigia habemus in salo,& nunq; possumus dicere: Stra- Psal.39.a
tuit supra petrā pedes meos. Hæreticorūq; prauitatib. subijcimur,qui habent similitudinē dæmonū siue ipsis

dæmonibus, de quibus Paulus scribit: Non est nobis
Ephe. 6.b pugna aduersus carnē & sanguinē, sed aduersum rectores tenebrarū huiꝰ aduersum spiritualia nequitiæ in cœlestibus. a ¶ *In quo mundabo cor tuū, ait dominus deus, cum facias hæc omnia, etc.*] Quodꝙ dixere Lxx. Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis, in Hebraico nō habetur, nec aliorum interpretū quispiam posuit. ἐπεκτατικῶς autem hæc omnia ad Hierusalem loquitur deus, ꝙ inuenire nō ualeat quo ægrotantem & semineceꝫ possit curare medicamine, iuxta illud quod
Esaiæ 5.b scribit Esaias: Quid est quod debui ultra facere uineæ meæ, & non fecerim ei? Et O-
Osee 6.b see: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciā tibi Iudaꝫ? Misericordia uestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Idololatria enim tua nō in occulto, sed tota libertate cōmissa est, ut in omnib. uiarum principijs & cōpitis poneres aras, &
B basim tuū, de quo supra diximus, faceres in omni platea. Nec imitata es callidas meretrices, quæ solent difficultate augere libidinis preciū, & ex hoc magis amatores ad

HEBR. In quò mundabo cor tuū, ait dominus deus, cum facias hæc omnia opera mulieris meretricis, & procacis? Quia fabricata es lupanar tuum in capite omnis uiæ, & excelsum tuū fecisti in omni platea, nec facta es quasi meretrix fasti dio augens precium. Sed quasi mulier adultera quæ super uirum suum inducit alienos: omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donabas eis ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumꝙ est in te cōtra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.

SEP. Quid faciā cordi tuo, dicit adonai dñs, cum feceris hęc omnia opera mulieris fornicariæ & impudentis? et fornicata es tripliciter in filiabus tuis, quando ædificasti lupanar tuū in principio omnis uiæ, & basim tuā fecisti in omni platea, et nō fuisti quasi meretrix cōgregans mercedes. Mulier adultera similis tui, à uiro suo accipiēs mercedes: omnibus qui fornicabātur cū ea, dabat mercedes, & tu dedisti mercedes cūctis amatoribus tuis, & onerabas illos ut uenirent ad te per circuitū in fornicatione tua. Et factū est in te peruersum contra mulieres in fornicatione tua, & post te nō sunt fornicatæ: in eo ꝙ dares mercedes, & mercedes non sunt datæ tibi, & factū est in te peruersum.

tens cōtemptui, quia facile præteritā fidei perdidit casti C
tatē. Hoc autem quod (ut supra diximus) in Hebraico non habetur: fornicata es tripliciter in filiabus tuis: sive ad Hierusalē iuxta literā dicitur, quod omni genere in suis oppidis & uiculis fornicata sit, & nullus reman serit angulus uel platea, ubi non idololatriæ signa condiderit: Siue ecclesiæ creden-
tibusꝙ deceptis, qui non audierunt illud
1.Thes.5.d Apostoli: Ipse autem deus pacis sanctificet uos ꝙ omnia, ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in die aduentus domini nostri Iesu Christi seruet: sed omni genere fornicati sunt, & corpore, & anima, & spiritu. Legimus in Prouerbijs:
Prou. 22.c Tu autē scribe ea tripliciter, ut respōdeas sermones ueritatis, ꝙ proponuntur tibi. Et iubetur nobis, ut eloquia ueritatis, id est, scripturas sanctas intelligamus tripliciter. Primū, iuxta literam, secundo medie per Tropologiam: tertio, D
sublimius, ut mystica quæꝙ noscamus. Secundum literā, illud est: Neꝙ fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria milia. Et: Noli-
1.Cor.10.b te murmurare, sicut quidam de eis murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Medie autē & iuxta Tropologiā, quando recedimus à litera, & paululū ad altiora cōscendimus, dicēte Apostolo: Scriptū est: Non alliga-
1.Cor.9.b bis os boui trituranti: Statimꝙ sequit: Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utiq; locutus est? Extrema autē, id est, tertia & sublimis sacraꝙ intelligentia, iuxta illud eiusdē Apostoli: Propterea relinquet homo
Ephe.5.b patrē & matrē, & adhęrebit uxori suæ. Sacramentū hoc magnū est. Ego autē dico in Christo & in ecclesia. Filiæ autē sunt ecclesiæ fornicantis, credentiū prius, & postea deceptorū in hæresi animæ, quarū culpa refert ad matrē. *b* ¶ *Sed quasi mulier, etc.*] Hoc qđ in Lxx. scriptū est: Similis tui, in Hebraico non habetur, & lectionis cōtur
Hiere.6.d bat ordinē, & facit non minimā quæstionē, quæ mulier cuius similis sit: cum Hierusalem ipsa, mulier adultera esse dicatur. Tulit igitur Hierusalē rerū omniū abūdantiam qua fuerat uiri liberalitate donata, & dedit eam alienis, dæmonibus uidelicet & idolis, iuxta illud quod
Osee 2.b scriptū est in Osee: Et hoc non cognouit, quia ego dedi ei triticum, & uinum, & oleum, & argentū multiplicaui ei, ipsa uerò argentea & aurea fecit Baalim. Vnde iratus statim infert: Propterea conuertā & auferā triticū meū in tempore suo, & uinū meū in tempore suo, & tollā uestimenta mea, & linteamina mea, ut non operiam ultra ignominiā eius: & nūc reuelabo immunditiam eius in conspectu amatorū illius, & nemo eruet eam de manu mea

A mea. Cumꝙ omnes mulieres fornicantes soleant accipere mercedes ab amatoribus suis: Hierusalem fecit cōtrarium, ut magis daret quàm acciperet. Et ut largitatē meretricis ostēderet: Onerabat, inquit, eos ut uenirent ad se per circuitum, ne quis esset uicinus q eius ignominiæ non miscereꝫ. Et quidem Hierusalē in hoc quoꝙ uicit alias meretrices, ut nō solum sua daret, quæ ꝓ ritu turpitudinis labore quæsiuerat, sed & munera maritalia amatoribus & stupratoribus, suis tribueret. Tātaꝙ fuit expositio adulteræ ad omnem turpitudinis magnitudinē, ut non solum præsentibus, sed etiā futuris meretricibus præferatur. Vnde & nos iuxta Symmachum interpretati sumus: Et post te non erit fornicatio. Collā
B tione enim tui, omnis deinceps fornicatio leuior existimabitur. Quicquid de Hierusalem diximus, refertur ad ecclesiam animasꝙ credentium, quæ munera maritalia, aurū uidelicet in sensu, & argentum in eloquio, & uestimenta quibus fœditas nostra ac turpitudo uelatur, dant amatoribus suis, uel cōtrarijs fortitudinib. uel magistris dogmatū peruersorū, quando asserunt nihil nocere luxuriam, & pasciuam libidinem, iuxta corporis genitalia, coitū naturali lege deposcere, cibis omnibus indifferēter utendum, qui ad hoc facti sunt, ut sumantur. Prudentiam in eo tantum necessariā, ut sibi prosit, nec iusticiam habere locum, quæ si ualeat, mendicandum sit, & cætera huiusce modi.

HEBR. Prôpterea meretrix audi uerbū dñi. Hæc dicit dñs deus: Quia effusum est æs tuū, & reuelata est ignominia tua in fornicatione tua super amatores tuos, & super idola abominationum tuarū in sanguine filiorū tuorum quos dedisti eis. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus cōmixta es, & omnes quos dilexisti cū uniuersis quos oderas, & congregabo eos super te undiq;, & nudabo ignominiā tuā coram eis, & uidebunt omnē turpitudinē tuam. Et iudicabo te iudicijs adulterarū, & effundentiū sanguinē, et dabo te in sanguine furoris & zeli, & dabo te in manus eorū, & destruēt lupanar tuum, & demolientur prostibulū tuū, & denudabunt te uestimentis tuis, & auferent uasa decoris tui, et derelinquent te nudam, plenamꝙ ignominia. Et adducent super te multitudinē, & lapidabunt te lapidibus, & truncabunt te gladijs suis. Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarū, & desines fornicari, & mercedes ultra nō dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescā, nec irascar amplius, eo ꝙ nō fueris recordata dierū adolescētiæ tuæ, & prouocasti me in omnib⁹ his. Quapropter & ego uias tuas in capite tuo dedi ait dominus deus, & nō feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

SEP. Propterea meretrix audi uerbū dñi. Hæc dicit adonai dñs: Quia effudisti æs tuū, & reuelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, & in omnes cognationes iniquitatū tuarū, & in sanguine filiorū tuorum, quos dedisti eis. Ideo ecce ego super te congregabo omnes amatores tuos, quibus cōmixta es, & omnes quos dilexisti cum uniuersis quos oderas, & congregabo eos super te per circuitū, & reuelabo malicias tuas ad eos, & uidebūt cunctā ignominiā tuā, & ulciscar te ultione adulterarū, & effundentiū sanguinē, & ponā te in sanguine furoris & zeli, & tradam te in manus eorū, & suffodient lupanar tuū, & destruent basim tuam, & nudabunt te uestimentis tuis, & tollent uasa gloriatiōis tuæ, & derelinquēt te nudam, & plenam ignominiæ, & adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & truncabūt te gladijs suis. Et succendent domos tuas igni, & facient in te ultiones coram mulieribus plurimis, & auertam te à fornicatione, & mercedes ultra non dabis: & immittā furorem meū super te, & auferetur zelus meus à te, & requiescam, & non erò ultra sollicitus, quia non es recordata diei infantię tuæ, & cōtristabas me in his omnibus. Et ecce ego uias tuas in caput tuū dabo, dicit adonai dñs, & sic fecisti iniquitatē super cūctis iniquitatib. tuis.

in turpitudinem. Et C
pro amatoribus suis aduersum maritū ornata processit, his ornamentis in quibus in boni abusionem à uiro fuerat ornata. Quodꝙ sequitur: Et donabis eis ut intrarent ad te undiq; ad fornicandum tecum, omne genus significat peccatorū, ut non uno sit contenta delicto, sed peccandi sustineat famem, & contra iura naturæ omnibus turpata membris usq; ad uerticem pol luatur. a ¶ *Propterea meretrix audi uerbum domini. Hæc dicit dominus deus: Quia effusum est æs tuum, etc.*] Primum historiæ fundamenta iacimus. Quia hæc & illa fecisti, quæ superior sermo comprehendit, idcirco audi meretrix quæ feceris, & quæ passura sis. Effudisti ęs tuum quod à me acceperas, & dedisti mercedem amatoribus tuis, quæ ac- D
cipere debueras, & interfecisti filios tuos dum eos offerres idolis, ut non solū adultera, sed & parricida extiteris. Idcirco congregabo super te omnes amatores tuos, cum quibus fornicata es, tam eos quos dilexisti, ꝙ illos quos oderas, & adulterarū te lege nudabo, ut omnes uideant turpitudinem tuam, & genitalia, propter quæ prius amoris amentia ferebātur. Hæc autem omnia per metaphorā mulieris adulterę et homicidę, quę non solū cōtra uirum suū fornicata sit, sed & filios interfecerit, dicuntur ad Hierusalem, & quòd congregandæ sint uniuersæ gētes aduersum eam quarum adorauerit idola, & omnia dei munera in cultum eorū conuerterit, & de-

Quæ accipiens misera Hierusalē, in qua uisio pacis esse deberet: acumen ingenij & eloquij uenustatem, uertit struatur templum Baal, & aræ omnis ciuitatis incendio subuertantur, nihilq; in ea remaneat. Et sicut solent

contra

A contra adulterã omnes lapides iacere & trucidare meretricẽ, ut singulorũ uulneribus occidat, ita ut oẽs mulieres pœnã uideant fornicariæ: sic in cõspectu aliarũ in circuitu ciuitatũ & omniũ nationũ deserendã Hierusalem. Et hoc fieri, ut desinat fornicari, & nõ det ultra mercedes amatorib. suis, & requiescat indignatio dei, nec irascãt ei quam amare desierit. Ex quo perspicimus grandẽ offensam esse nequaq̃ curæ haberi à deo, sed permitti hominẽ sceleribus suis atq; peccatis. Auferetur, inqt, zelus meus à te, & requiescã, nec irascar amplius, quasi alienæ, & quæ à me recesserit, & quã æternæ tradiderim nuditati. Si autẽ hoc passa est Hierusalem, quia cum idolis fornicata est, quid eam passurã putamus, quãdo dei filium trucidarit? Et hæc, ait, uniuersa feci sti oblita beneficiorũ pristinorũ, & me ad iracũdiã prouocasti, siue contristasti me, quẽ bonis operibus debueras ad gaudia

B prouocare. Propterea & ego tradidi tibi opera tua in caput tuum. Et cum te subuertero ỏ adultera, tamẽ minus in te iræ meæ exercebo, quàm meruisti: quo & in hoc diuina clementia demonstret, ut maiora sint peccata quàm pœnæ. Iuxta Tropol. Tropologiam, omnis anima accipit à deo pecuniã spiritualẽ, secundum illud euangelij quod dicitur in pa- Matt. 25.b rabolis quinq; & duũ, & unius talẽtorũ, & decẽ seruorũ singulas minas accipiẽtiũ: qui cũ egerint negligẽter, debitores fiũt quinquaginta denariorũ & quingẽtorũ: & ꝓpter hoc præsentibus amatoribus, quos dæmones cõtrariasq; uirtutes intelligimus, reuelatur ignominia Hierusalẽ: uel in die iudicij, uel in tẽpore pœnitẽtiæ qñ corripiunt. Et prius quidẽ solus omnipotẽs deus cer- Ibid. 6.d nit occulta, dicẽte sermone euãgelico: Et pater q uidet Psal. 7.c in abscõdito. Et in alio loco: Scrutãs corda & renes de- 3. Reg. 8.d us. Et in regũ uolumine: Tu solus nosti corda cunctorũ Luc. 12.d filiorũ hominũ. Quãdo uerò fuerit expletũ: Nõ est absẽditũ quod non manifestet, & opertũ qd' nõ reuelet. 1. Cor. 4.d Et in alio loco: Nolite ante tẽpus iudicare, donec ueniat dñs, q illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordiũ, & tũc laus unicuiq; erit à deo, & cũ cor- Osee 7.d reptionis tẽpus aduenerit, tũc implebit illud Osee: Nũc Rom. 2.c circũdederũt eos cogitationes suæ. Et in alio loco: Inter se cogitationibus accusantibus siue defendentibus in die, quando iudicabit deus abscõdita hominũ. Et rursum: Ecce homo, & opera eius ante faciẽ illius. Et uidebunt omnes turpitudinẽ eius qui prius cũ ea fuerãt fornicati, & dabit eã deus in sanguine furoris & zeli. Plenus est enim furor uiri cõtra uxorẽ adulterã, & nullo precio potest redimi. Sanguis aũt filiorũ sic intelligi potest, ut filios appellemus Hierusalẽ λογισμοὺς κακοὺς. i. cogitatiões bonas, quę à deo hominib. insitę sunt, quos interficit adultera, qñ ad mala opera declinauerit. Prodest quoq; Hierusalẽ, ut suffodiat lupanar eius, & omnis fornicationis eius seminariũ destruat. Cũ em̃ hoc factũ C fuerit, mercedes ultra nõ dabit, & requiescet dei indignatio, & nequaq̃ eã zelabit, de illius castitate securus, uidelicet iuxta eos qui in bonã partẽ accipiũt quæ dicunt. Alij uerò, ut supra diximus, ad cõtrariã partẽ referũt, ut magnæ iræ dei sit non irasci, cũ semel cõtempserit fornicantem, & de salute illius desperauerit. Sin aũt hæretici qui uetus nõ recipiũt instrumẽtũ, iuxta Lxx. editionẽ, in hoc loco reprehenderint illud quod dictũ est: & cõtristabas me in omnibus istis, eo ꝙ deus nõ solũ irã recipiat, sed & mœrori subiaceat atq; tristitię, interrogemus eos quõ illã suscipiãt, qñ certe boni dei mandatũ est: nolite cõtristare Ephe. 4.b spiritũ sanctum dei, in quo signati estis in die redẽptiõis. Quicquid em̃ dixerint in defensionẽ illius testimonij, hoc nos in satisfactionẽ præsentis sermonis aptabimus.

a ¶ Ecce, etc.] Post κατὰλογον uitiorum & correptionis Hierusa- D lẽ, per quã retrahit ad salutẽ: aptat ei tritũ uulgi sermõe puerbiũ, siue ut Lxx. transtulere, parabola: Qualis mater, talis & filia. Mater aũt Hier'm sicut & supra, & in cõ- תחת חתיה sequẽtib. scriptũ est, cethæa appellat, interpretatq; insaniẽs, siue in amẽtiã uertẽs: per quę seculi huius incẽtiua mõstrant, quæ captiuã animã ducũt ad interitũ, & à uiro suo separãt: haud dubiũ quin uerbũ dei doctrinaq; dicat. Et soror sororũ suarũ, ut post paululũ lecturi sumus Sodoma uocat & Samaria, quarũ altera gẽtilẽ uitã luxuriãq; significat: altera, hæreticorũ decipulas. Porrò qđ in Lxx. legit: Soror es sororũ tuarũ, quæ repulerũt uiros suos & filios suos, nõ habet sensum. Quas em̃ alias sorores habebãt Sodoma & Samaria, quæ sorores sunt Hier'm? & hoc quęrendũ quos uiros Sodoma Samariaq; dimiserint, & quos ꝓiecerint filios. Nisi fortè possimus hoc dicere, ꝙ semp errãtiũ fluctuẽt pedes, nec sint solida uestigia quę cõtra ueritatẽ fũt, sed huc illucq; discurrãt, & circũferant omni uẽto doctrinæ, dũ de fallitate transeũt ad aliã falsitatẽ. Et cũ in primis frustra se fudasse cognouerint, ad secũda tertiaq; trãscẽdãt. b ¶ Mater, etc.] Supra dixerat: Pater tuus amorræus, & mater Supra recti tua cethæa, hic ordine & numero cõmutato. Mater uestra cethæa, & pater uester amorræus. Cũ em̃ scelera ꝓcerint, scindũt in ptes, & unitõe deserta, in turbã ꝓficiũt ac multitudinẽ, quæ cũ Iesu nõ ualet ad mõtana cõscendere. Sorores aũt Hier'm Samariã & Sodomã, quarũ altera à sinistris, altera à dextris est, etiã secũdũ intelligẽtiã corporalẽ si de tẽplo Hier'm orientẽ aspicias, approbabis. Maiorq; dicit Samaria, qa prior peccauit, & ab Assyrijs ducta est in captiuitatẽ, & minor ac iunior Sodoma, quæ refert ad gentiũ turbã. Alioquin eo tẽpore Sodoma non erat quæ prius q̃ in scripturis legamus Hierusalem, cum Gomorra, Adama, & Seboim, diuino fuerat igne deleta. Media autem inter duas sorores

Hierusa-

A Hierusalẽ quæ alio nomine appellat Iuda, à Chaldæis ducta est in Babylonẽ. multoq; Hierusalem sceleratiora peccauit q̃ Samaria & Sodoma, in tẽplo adorãs idolũ zeli, & postea dei filiũ interficiens. Porrò secundũ Tro- Tropol. pologiã, Samaria & Sodoma, id est, hæretici & ethnici sæpe leuiora commit tunt, q̃ hi qui putantur Hierusalẽ, hoc est, ecclesiastici. Vnde ad Corinthios dicit, qui credebant quidem in Christũ, sed malis o- 1. Cor. 5.a peribus premebant: Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes quidem, ita ut uxorẽ patris quis habeat, & cætera. Solent hæretici, qui tamẽ uetus suscipiũt instrumẽtũ, tres naturas ex hoc loco intelligere, spiritualẽ, animalẽ, atq; terrenã. Et spiritualẽ referunt ad Hierusalẽ, animalem, ad Samariã: terrenã, ad Sodomam: quos breuiter interrogemus, quomodo tres naturæ, spiritualis, animalis, & terrena, quæ utiq; inter se

B diuersæ sunt, unã matrem & unũ patrẽ habere dicãt, q̃ figmen tuam to eorum non congruit. Et quomodo animalis & terrena natura, iuxta hunc eundẽ propheta restituant in antiquũ statũ, id est, in spiritualẽ, quod & ipsum eorũ rationibus contrariũ est. Quod aũt Samaria intelligat in hæresibus, & in Osee propheta & in multis alijs locis, Amos 6.a præcipueq; illo testimonio cõprobat: Væ qui despiciũt Sion, & qui cõfidunt in monte Samariæ, uindemiauerunt principia gentiũ. Omnes enim hæretici despiciũt Sion, quæ interpretat, specula, & refertur ad ecclesiã, & cõfidunt sibi in monte Samariæ: in superbia uidelicet dogmatũ peruersorũ, quæ putant esse sublimia, & per has prædicationes fraudulentas, uindemiant atq; populant principia gentiũ: ut miraculo doctrinarũ, potentes quoq; gentiliũ ad errorẽ hæreticũ pertrahant.

a ¶ Viuo ego, etc.] Quod posuere Lxx. Hoc habebat ipsa & filiæ eius, in Hebraico nõ habet. In ueteri testamento, dei iuramentũ est: Viuo ego dicit dñs. In nouo aũt: Amen amen dico uobis. Sin aũt hoc cõmune cum cæteris est: Deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob, nõ est deus mortuorũ, sed uiuentium. Et in alio loco: Placebo dño in regione uiuentiũ: quærimus, qua ratione commune uocabulũ proprie sibi uendicet deus. Sed quomodo dicit, arbor bona, & bonus homo, & bonus pastor, & bonus seruus, nemo aũt absolute bonus nisi solus deus: sic cum angeli cæteræq; uirtutes, patriarchæ quoq; & prophetæ, atq; apostoli sint uiuentes, cõparatione dei omnipotentis, mortui appellant. Quis est em̃ homo qui uiuit, & non uidebit mortẽ? Vnde & apostolus Paulus de deo: Qui solus, inquit, habet immortalitatẽ, & lucẽ habitat inaccessibilẽ. Et de fonte uiuentiũ: Vita, inquit, nostra abscondita est cum Christo in deo. Iste igit qui iurat & loquit: Viuo ego dicit dñs, descri- Num. 14.d Ioan. 13.b Matt. 22.c Psal. 114.b Luc. 18.d Psal. 88.g 1. Tim. 6.e

bẽs Sodomæ & filiarũ eius scelera, primã superbiã posuit: propriũ diaboli primũq; peccatũ. Vnde idẽ Apostolus: Ne inflatus ait superbia in iudicium incidat diaboli: propter quam de cœlo corruit. Dixerat enim: Fortitudine faciã, & sapientia intelligentię auferã terminos gentiũ, & robur earũ deuastabo, & cõmouebo ciuitates habitantas, & orbẽ terrarũ totum apprehendã manu sicuti nidũ, & sicut contracta oua auferã. Et superbis deus resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Legimus & in alio loco: Quid Iacobi 4.d Eccl. 10.b supbis terra & cinis? Et euangelium refert Luc. 18.b pharisæi superbiã, publicani humilitate superatã, cuius seminarium est saturitas panum, & rerũ omniũ abũdantia & ocium: Siue ut Lxx. transtulerunt, deliciarum luxurięq; opulentia. Dicit ille in euangelio Ibid. 18.a purpuratus, nihil aliud refertur habuisse criminis, nisi quod opibus & diuitijs affluens, in tantam eruperat superbiã, ut manum egeno & pauperi Lazaro non porrigeret, & sic oblitus sit conditionis suæ, ut ne hoc quidem misero daret, quod proijciendũ erat. Ob quam causam & in alio loco scribitur: Omnis qui se exaltat, humiliabit, & qui se humi- Ibid. 14.c liat exaltabitur. Superbia, saturitas panis, rerũ omniũ abundantia, ociũ & deliciæ, peccatũ Sodomiticũ est, & propter hoc sequitur dei obliuio, quæ præsentia bona putat esse perpetua, & nunq̃ sibi necessarijs indigendum. Quapropter & lege præcipit: Attende ne come- Deut. 8.b dens & bibens & saturatus, ædificatis domibus optimis, habensq; oues & boues, argentũ & aurum, obliui scaris dñi dei tui. Et in alio loco de Israel scriptũ est: Mãducauit & bibit, & saturatus est, & impinguatus, & calcitrauit dilectus. Quod sciens & sapientissimus omniũ Deut. 32.b Salomon in prouerbijs deprecat: Tribue mihi necessaria & quæ sufficiant, ne saturatus mendax fiam & dicã: Quis me uidebit? aut pauper effectus, furer, & peierem nomẽ dei mei. Quodq; sequitur, & iustificasti sorores Prou. 30.b tuas in cunctis abominationib. tuis, quas operata es, nõ simpliciter iustas Sodomã & Samariã esse decernit, sed cõparatione deteriorũ, quomodo & publicanus, de quo supra diximus, non absolute iustus dicitur, sed collatione peioris. Et tamẽ cũ tales sint Sodoma & Samaria, ne dimidiũ quidẽ peccauerũt cõparatione Hierusalẽ. Seruus em̃ qui scit uoluntatẽ dñi sui, & non facit Luc. 12.f eam uapulabit multis. Et: Potẽtes potẽter tormẽta patientur. Porrò ꝙ pro delicijs, ociũ in Hebraico cõtinetur: sciendũ ad illũ sensum pertinere. In desiderijs est omnis anima ociosi, ꝙ uidelicet semper aliquid agendũ sit, ne ager pectoris nostri cessante manu, malarũ cogitationũ sentibus occupet. b ¶ Ergo, etc.] Secũda post naufragiũ tabula est: cũ peccaueris, erubescere, & nõ illi subiacere increpationi, quæ cõtra Hierusalem dicitur: Facies

meretricis

A mereticis facta est tibi: nescis erubescere. Portat autem tormentū suū, qui propria torquetur conscientia, & in isto seculo sustinet propria uoluntate cruciatū, ne æterna tormēta sustineat. Corrumpimusq; fratres nostros uel sorores peccatis nostris, qñ per nostra peccata ad maiora scelera prouocant. Quod dico, ita fiet manifestius: Finge aliquē in sacerdotali culmine constitutum non bene uiuere, & deturpare operibus dignitatē: Nonne imitatione uitiorū eius, laicus frater cor-
Matt. 18.d rumpit? Nam & qui unū de minimis scandalizauerit, mola collo alligata, præcipitatur in profundū. Sorores quoq; Hierusalē Sodoma & Samaria iustificantur, non quo per se iustæ sint, Sed ut diximus cōparatione peioris. a

¶ *Ergo & tu confundere, etc.*] Confusionē sequitur ignominia, ignominiā correptio, correptionē consolatio, consolationem salus, iuxta illud Apo-
Rom. 5.a stoli: Tribulatio operatur patientiam: patientia probationem: probatio spem: spes autē non confundit.
B Haud dubiū quin in futurum, quia in præsentiarū, sua per cōfusionē peccata deleuit. Tale quid & illud euangelij sonat: Est cōfusio quæ ducit ad mortē, & est confusio quæ ducit ad uitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores
Psal. 39.c hortat in psalmis: Cōfundant & reuertant omnes inimici mei, conuertant retrorsum, & cōfundantur ualde
Esa. 43.d uelociter. Scriptū est & in alio loco: Dic tu primū pecca-
Prou. 18.c ta tua, ut iustificeris. Et rursum: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirū si prouocetur Hierusalē ad cōfusionē & ignominiā, quæ intantū peccauit, ut iustificaret sorores suas, cui deinceps dicit: Et tu & filiæ tuæ reuertimini in antiquū statū. b ¶ *Et conuertam, etc.*] Grandis profectus Hierusalē, ut post cōfusionem & ignominiā, quam illatā sibi dei iudicio liben ter excepit atq; portauit, dicēs: Iram dñi sustinebo, qm̄ peccaui ei, promittat ei restitutio in antiquū statū. Sed tamē quoniā cōparatione scelerū eius iustificata est Sodoma & Samaria, quarū altera à dextris, altera à sinistris est: Primū restituit cōuersio siue captiuitas Sodomæ, ut interpretatus est Aquila. Secundo captiuitas Samariæ, ut idem Aquila & Symmachus transtulerūt, & nouissima restituet Hierusalē, quæ maiore fuerat iniquitate depressa, & peccatrices sorores cōparatione sui iustas esse monstrauerat. Cui em̄ dubiū, quin inter tres peccatores, imò impios, gentilē, hæreticū, ecclesiasticū, multo maiorib. pœnis dignus sit, q maioris fuerit dignitatis? Potētes em̄, ut diximus, potēter tormēta patiēt. Qui aūt minimus fuerit, dignus est misericordia. Et ser
uus q scit uolūtatē dñi sui, & nō facit eā, uapulabit mul-
1. Pet. 4.d tis. Vnde & Petrus: Tēpus, inq̄t, est, ut incipiat iudiciū à domo dñi. Et in hoc eodē propheta præcipit secures ha

HEB. tuam, quæ uicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens illis: iustificatæ enim sunt à te. Ergo & tū confundere & porta ignominiam tuam, quæ iusti ficasti sorores tuas. Et cōuertam restituens eas conuersione Sodomorū cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius, & conuertam reuersionem tuam in medio earū, ut portes ignominiā tuam, & cōfunderis in omnibus quæ fecisti consolans eas. Et sorōr tua Sodoma & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. Et Samaria & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. Et tu & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem uestram. Non

SEP. tuū in eo q̄ corruperis sorores tuas in peccatis tuis q̄bus inique egisti sup eas, & iustificasti illas super te. Et tu cōfundere & suscipe ignominiā tuā: eo q̄ iustificaueris sorores tuas. Et cōuertā cōuersiones earū cōuersione Sodomorū & filiarū eius, & cōuertā cōuersionē tuā in medio earū, ut portes tormentū tuū & habeas ignominiā ex omnib. quæ fecisti, ut me ad iracundiā prouocares. Et soror tua Sodoma & filiæ eius restituent, sicut fuerūt à principio, & Samaria & filiæ eius restituēt sicut fuerūt à prīcipio. Et tu & filiæ tuæ restituemini, sicut fuistis ab initio. Nisi

Supra 9.c

Rom. 2.d

Exod. 15.d

D

Matt. 10.b

Tolerabilius fore terræ Sodomorum in die iudicij, q̄ et quæ apostolos non receperit. c ¶ *Et soror tua, etc.*] Iudæi inter cæteras fabulas & interminabiles genealogias, & delyramenta quæ fingunt, etiā hoc somniant, in aduentu Christi sui, quē nos antichristū scimus, & in mille annorū regno, Sodomā esse restituendā in antiquū statū, ita ut sit quasi paradisus dei & quasi terra Aegypti, & Samariā pristinā recipere felicitatē, ut de Assyrijs reuertant in terrā Iudææ. Legimus enim decē tribus captas à Phul, & Salmanassar, & Teglatphalassar regibus Assyriorū, & usq; hodie ibi esse captiuas. Hierusalē tūc quoq; fabricandā, & oēs filias eius, urbes uidelicet & uiculos & castella, quæ sub ipsius futura sint potestate, floriturās ut prius floruerunt: & ipsam Hierusalē auro & argento, & preciosis lapidibus extruendā, de qua & Esaias uaticinet: Constituam iudices tuos sicut prius, & cōsiliarios tuos sicut à principio, & post hæc uocaberis ciuitas iusticiæ, mater ciuitatū, fidelis Sion: & nostra loquatur Apocalypsis: Et Dauid cantat: Bene fac domine in bona uolūtate tua Sion, & ædificent muri Hierusalē. Et in alio loco: Aedificabunt ciuitates Iudæ, & habitabunt & cōmorabunt ibi, & semē eorū in æternū dirigēt. Nos autē horū perfectam scientiā, dei iudicio relinquentes, imò liquido cōfitētes, post secundū aduentū dñi saluatoris, nihil humile, nihil futurū terrenū, sed regna cœlestia quæ primū in euangelio promittuntur, hoc dicimus: quod in ecclesiæ statu, cuncta completa sint, & quotidie cōpleantur. Sodoma reuertitur in antiquū statū, quando natu
ræ suæ reddita gentilis prius & impia anima intelligit
creatorē. Samaria recipit antiquā beatitudinē, hæretico
rū errore contempto, & iuncta doctrinæ, & fidei Chri-
stianæ

Exod. 15.d

Esa. 1.b

Apoc. 21

Psal. 50

Psal. 68.b

A stianæ. Cumq; illæ reuertisse fuerint, & Hierusalē uisio pacis, quæ interpretat ecclesia reuertetur in pristinū statū.
Psal. 75.a De qua scriptū est: Factus est in pace locus eius. Et: Hie-
Ibid. 121.d rusalē quæ ædificatur ut ciuitas: cuius participatio eius
Gal. 4.d in idipsum. Et in Apostolo: Quæ aūt sursum est Hieru-
salē, libera est: quæ est
Hebr. 12.f mater nostra. Et in eodem: Accessistis ad Sion montem & ad ciuitatem dei uiuentis Hierusalē cœlestē, & milia angelorum frequentium. Et reuertetur cum filiabus suis, quæ in toto orbe dispersæ sunt. De quo plenius in Esaiæ explanationibus disseruimus. a ¶ *Non fuit autem Sodoma soror tua, etc.*] Symmach. hunc locum ita interpretatus est: Quia non fuit Sodoma soror tua in auditu per os tuum in die superbiæ tuæ, antequam reuelaretur ignominia tua, sicut in tempore opprobrij filiarum Syriæ, & omnium quæ in circuitu tuo sunt filiarū Palæstinarum, quæ te ambiunt per
B gyrum: Scelus tuum & nefas tuum tu portabis. Theodotio hoc modo. Et nō erat Sodoma soror tua in auditu oris tui, in die superbiæ tuæ, antequā reuelaret malitia tua: sicut tempus opprobrij filiarum Syriæ, & omnium per circuitum eius filiarum alienigenarum quę abominant te per gyrum. Fornicationem tuam & contaminationes tuas tu portasti, dicit adonai dñs. Aeditioni Aquilæ congruit nostra translatio, quas omnes posui, ut ex collatione cunctarum, alicuius sensus possimus reperire uestigium, & interim absq; aliorum præiudicio, sic nobis uidetur lectionis ordo reddendus. In diebus superbiæ tuæ quando peccabas, non es recordata euersionis Sodomæ sororis tuæ, antequam pateret malitia tua, quæ hoc tempore reuelata est intantum, ut cunctis urbibus Syriæ & Palestinæ quæ in circuitu tuo sunt, fieres opprobrium. Quia igitur uicisti in scelere sororem tuam: nec eius exemplo territa es, ne similia sustinēres & prohiberes pedem tuum: nunc autem reuelata est ignominia tua, dei ausculta sententiam. Vel porta iuxta Septuaginta, uel portasti, iuxta Aquilam & Theodotionem: uel portatura es, iuxta Symmachum, scelus & ignominiam tuam, ut postquam pœnas pro sacrilegio sustinueris: ueniam non ex pacto tuo, sed ex mea clementia consequaris. Syria Hebræo sermone dicitur אֲרָם quæ in-

HEB. Nōn fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo in die superbię tuæ antequàm reuelaretur malitia tua, sicut hoc tempore in opprobriū filiarū Syrię, & cunctarū in circuitu tuo filiarū Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuū, & ignominiam tuā tu portasti, ait dñs Deus. Quiā hęc dicit dñs deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, ut irritum faceres pactum. Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentię tuę: & suscitabo tibi pactū sempiternum. Et recordaberis uiarum tuarum, & confunderis cum receperis sorores tuas tecum maiores cū minoribus tuis: & dabo tibi eas in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo tibi pactum meum tecum: & scies quia ego dominus: ut recorderis & confundaris: & non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua, cū placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, ait dominus deus.

SEP. Nisi fuisset Sodoma soror tua ad audiēdū in ore tuo in dieb. superbię tuæ anteq̄ reuelarentur malitię tuæ, sicut nūc est filiarū Syriæ: & nisi hoc fuisset, quid factū esset tibi & omniū in circuitu tuo filiarū alienigenarū, quæ circundāt te per gyrū? Impietates tuas & iniquitates tuas tu porta. Hæc dicit Adonai dñs: Et faciā in te sicut fecisti: sicut despexisti hæc ut prēterires testamentū meū. Et recordabor ego testaméti mei, qđ feci tecū in diebus adolescētiæ tuæ: & suscitabo tibi testamentū sempiternū: & recordaberis uiæ tuæ: & despicieris cū receperis sorores tuas te maiores cum iunioribus tuis: & dabo eas tibi in probationem, & nō ex testamento tuo: & suscitabo ego testamētum meū tecū: & cognosces, quia ego dominus: ut recorderis & cōfundaris: & nō sit tibi ultra aperire os à facie ignominiæ tuæ: cum propicius fuero tibi iuxta omnia quæ fecisti, dicit dominus deus.

C

Deut. 32.f

D

1. Cor. 11.d

rum, & confundaris, & dicas iuxta Apostolū. Qui non sum dignus uocari apostolus: quia persequutus sum ecclesiam dei. Et non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua. Sanctorum enim est aperire os iuxta Apostolum qui ait: Os meum ad uos patet ô Corinthij: & domini saluatoris, qui aperiens os suum, docebat eos, dicens. & in psalmo: Aperiam, inquit, in parabolis os meum. Peccatori autem dicitur: Peccasti, quiēsce. Et: Vt quid tu assumis testamentum meum per os tuum? Et: Non est pulchra laudatio in ore peccatoris. Sanctusq; meretur audire: Aperi os tuum, & implebo illud. Ex quo intelligimus, etiam cum per misericordiam dei receperimus pristinam gloriam: imò acceperimus pactum euangelij sempiternum: postquam placatus fuerit nobis dominus in omnibus quæ fecimus, memoriam præteriti nos habere peccati, & semper os claudere: quia non ex operibus nostris, sed ex dei gratia saluati sumus.

1. Cor. 11.d

tibi eas in filias siue in probationem. Opor tet enim & hæreses esse, ut ꝓbati quiq; manifesti fiāt: nō ex tuo merito, sed ex mea misericordia: & tunc scias qđ ego sim dominus: & recorderis beneficiorum meorum, & confundaris, & dicas iuxta Apostolū. Qui non sum dignus uocari apostolus: quia persequutus sum ecclesiam dei. Et non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua. Sanctorum enim est aperire os iuxta Apostolum qui ait: Os meum ad uos patet ô Corinthij: & domini saluatoris, qui aperiens os suum, docebat eos, dicens. & in psalmo: Aperiam, inquit, in parabolis os meum. Peccatori autem dicitur: Peccasti, quiēsce. Et: Vt quid tu assumis testamentum meum per os tuum? Et: Non est pulchra laudatio in ore peccatoris. Sanctusq; meretur audire: Aperi os tuum, & implebo illud. Ex quo intelligimus, etiam cum per misericordiam dei receperimus pristinam gloriam: imò acceperimus pactum euangelij sempiternum: postquam placatus fuerit nobis dominus in omnibus quæ fecimus, memoriam præteriti nos habere peccati, & semper os claudere: quia non ex operibus nostris, sed ex dei gratia saluati sumus.

C

2. Cor. 6.c
Matth. 5.a
Psal. 77.a
Gen. 4.b
Psal. 49.c
Eccl. 15.b
Psal. 80.b

CAP. XVII

A ET *factum est, etc.*] Quando pphetę dicitur, Propone ænigma, narra parabolā: siue ut Lxx trāstulerūt: narra narrationē, & dic parabolā, ostendit obscurū esse quod dicitur. Nulli enim dubiū, & ænigma & parabolā aliud præferre in uerbis, aliud tenere in sēsibus. Et saluator eīm ad populū loquebat in parabolis, quas secreto apostolis dissērebat. Ergo ænigma & parabolā ita debemus intelligere quasi ænigma & parabolā. Duæ autē in præsenti Ezechielis prophetia aquilæ proponūtur. De prima nunc dicēdū est: de altera in cōsequentibus disseremus. Et interim simplicē carpamus historiam. Aquila grandis magnarum alarum,
B longo membrorum ductu, plena plumis & uarietate: siue ut uertere lxx. plena unguium, Nabuchodonosor rex Chaldæorum est: de quo &
Osee 8. a Osee loquitur: Quasi aquila super domum dei. Iste multis imperans nationib. & innumerabili uallatus exercitu, uenit super domū dei, haud dubium quin templū significet: siue ut nunc scriptura dicit ad Libanū: de quo loquitur Zacharias: Aperi
Zach. 11. a Libane portas tuas: & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, qa cecidit cedrus qm̄ magnifici uastati sunt. Et crebro templū quod erat inclytū atq; sublime, in scripturis sanctis Libanus appellat. Tulitq; medullā cedri, & summitatem frondiū eius euellit: & transportauit eam in terrā Chanaan: in urbe negociatorum posuit illā. Pro negociatoribus siue negociationibus, muratam Septuaginta transtulerunt. Indicat autem Iekoniā regē Iuda: quē cepit Nabuchodonosor cum matre sua & principibus populi, cunctisq; optibus Hierusalem & uasis templi: & transtulit in Babylonē, quæ est in terra Chanaan, ibiq; cōsenuit. De cuius postea genere, sicut Matthæi euangelistæ scriptura testat, dominus & saluator noster natus est per Salathiel & Zorobabel. Qui protulit de semente eiusdem terræ, id est de stirpe regia, Mathaniam patruum Iekoniæ: cuius uertit nomē, & uocauit eum Sedechiam: & posuit regē in Hierusalē, multisq; præfecit populis. Et tamen in superficie posuit illum: nec potestatem eius alta imperij radice firmauit: sed posuit eum ut respiceretur, & sub potestate esset Babylonia, siue humili statura, respicientibus ramis eius ad eā: ut præesset quidem populis Iudæorum: sed respiceret ad Babylonis iubētis imperium. Hoc est enim quod scriptura dicit: Humili statura, respicientibus ramis eius ad eam, subauditur aquilam. Quod apertius uertere Septuaginta, ortumq; est qđ plantatum fuerat: & factum est in uineam infirmam & paruulā: ut tantum apparerēt rami eius ut uidere tur quidē habere rēgnum: sed ipsum regnū eius humile atq; infirmum, Babyloniį principis regeret arbitrio. Hoc interim de præsenti capitulo, cui subnectamus & reliqua. b ¶ *Et facta est aquila, etc.*] Aquila secunda, id est altera, & ipsa magna, plena plumis, multorū unguium, propter rapacitatem & uastationē gētium plurimarum, rex Aegypti est Pharao. Et ecce uinea ista, subauditur rex Sedechias, qui à Nabuchodonosor in Hierusalem fuerat

CAP. XVII

ET factum est uerbū dñi ad me dicens: Fili hominis, propone ænigma, narra parabolā ad domū Israel, & dices: Hæc dicit dñs deus: Aquila grandis magnarū alarum, longo membrorū ductu, plena plumis & uarietate uenit ad Libanū, & tulit medullā cedri. Summitatē frō diū eius euellit: & transportauit eā in terram Chanaā: in urbe negociatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ: & posuit illud in terram pro semine, ut firmaret radices sup aquas multas: in superficie posuit illud. Cūq; germinasset, creuit in uineam latiorē humili statura: respicientibus ramis eius ad eā: & radices eius sub illa erāt. Facta est ergo uinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est aquila altera grādis, magnis alis, multisq; plumis. Et ecce uinea ista quasi mittens radices suas ad eā: palmites suos extendit ad illā, ut irrigaret eā de areolis germinis sui. In terrā bonam: super aquas multas plantauit eam: ut faciat frondes, & portet fructum: & sit in uineam grādem. Dic, Hæc dicit dominus deus: Ergó ne prosperabitur? Nónne radices eius euellet: & fructum eius distringet: & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet, & nō in brachio grādi, neq; in populis multis, ut euelleret eam radicitus? Ecce plantata est, ergó ne prosperabitur? Nónne cum

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis narra narrationē, & dic parabolam ad domū Israel, & dices: Hæc dicit Adonai dñs: Aquila magna, magnarū alarū, longo ductu plena unguiū: quæ habet ductū intrandi in Libanū, & tulit electa cedri. Summitates teneritudinis auellit: & attulit eas in terra Chanaan: in ciuitate murata posuit illud: & tulit de semine terræ & dedit illud in campo plantationē super aquas multas: ut respiceret, posuit illud: ortūq; est & factū in uineam infirmam et paruulam magnitudine: ut tantum apparerēt rami eius sub ea: & radices illius subter illā erant. Et facta est in uineam magnā: & fecit propagines, & extendit ramos suos. Et facta est aquila altera grandis magnarū alarū, plurimis unguibus: & ecce uinea hæc implicata erat ad eā, & radices eius ad illam: & ramos suos extendit ad illā ut irrigaret eā cū gleba plantationis suæ. In campo bono, super aquā multā ipsā impinguata est: ut faceret germina, & afferret fructū, & esset in uineam grādem. Propterea dic, Hæc dicit Adonai dñs: Si dirigetur? nónne radices teneritudinis eius, et fructus illius computrescet: & arescent oīa quæ ex ea orta sunt? Et nō in brachio magno, neq; in populo multo: ut euellat eam à radicib. suis, & ecce impinguatur. Nunquid diriget? Nónne statim

Matt. 1. b

C

D

A fuerat constitutus: cœpit, inquit, mittere ppagines suas ad eam, id est ad regem Aegyptiorū legatos dirigere: & ab eo contra regem cui subditus erat, auxiliū postulare. Hoc est eīm quod scriptura nunc dicit, ut irrigaret eā de areolis germinis sui. Quæ in terra bona à Nabuchodonosor plātata erat: ut faceret frondes, & afferret fructū & crescret in uineam latiorem: propterea iubet prophetæ, ut loquat ad uineā quæ à Nabuchodonosor plantata fuerat: & ramos suos ad aquilā Aegyptiam miserat: nūquid prosperabitur: quia hoc facere conata est: & nō statim omnes propagines eius & palmites siccabunt? Et nō, inq;, in brachio grandi, neq; in populo multo? Fugiēs enim Sedechias, & regis Aegyptij auxilio destitutus, à ducibus Nabuchodonosor in desertis Hierichontijs comprehēsus est: & cuncti
B eius socij huc illucq; dispersi sunt, sicut in
4. Reg. 25. b uolumine Regum & Paralipomenō &
Hier. 39. a Heremiæ scriptum est. a ¶ *Et factum est uerbum domini ad me, etc.*] Hoc est ænigma, hæc est parabola, quod sub duabus aquilis & uinea, duos reges Babylonis & Aegypti scriptura monstraret: & regē Sedechiam, qui contra iusiurandum, desērta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem Aegyptium transtulit. Feriet, inquit, cum eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurandum, ut custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui dissoluit, ait, pactum nunquid effugiet? Ex quo discimus, etiam inter hostes seruandam fidem: & non considerandum cui, sed per quem iuraueris. Multo enim fidelior inuentus est ille, qui propter nomen dei tibi credidit & deceptus est, te, qui per occasionem diuinæ maiestatis hosti tuo, imò iam amico es molitus insidias. Quoniam, inquit, in loco regis qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum: & soluit pactum quod habe-
4. Re. 25. b bat cum eo in medio Babylonis morietur. Legimus enim Sedechiam captum, ductum esse in Reblatha, ibiq; interfectis filijs excæcatum: & instar feræ clausum cauea, translatum in Babylonem. Vnde & scriptura cum
Hier. 34. a uideatur sibi esse contraria, tamen in utroq; ueritissima est. Dictum enim erat ad Sedechiam: Et intrabis Babylonem, & non uidebis eam. Intrauit enim, quia ductus est Babylonem: & non uidit, quia fuerat excæcatus. Hoc autem quod sequitur: Et non in exercitu grandi, neq; in populo multo, faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione uallorum, ut interficiat animas multas. Dupliciter intelligitur, siue rex Aegyptius contra Nabuchodonosor regē Babylonis ueniens, non poterit præliari: neq; cum paruo exercitu tantæ resistere multitudini: siue ipse Sedechias expugnabit à Pharaone, à quo sperauit auxilium: non quo Pharao eum expugnauerit, uel hoc alicubi scriptura testet: sed quo expugnatio Nabuchodonosor occasionē sit facta regis Aegyptij: nec istius sit expugnare Hierusalem qui obsidebat, sed ille in quo Sedechias frustra sperauerat. Ecce, inquit, dedit manū suam regi Aegypti & tradidit se: & periurij contra deum cōmisit sacrilegium: Nunquid, ait, proderit ei? Et cū omnia hæc fecerit, nō effugiet. b ¶ *Propterea hæc dicit dominus deus: Viuo, etc.*] Sententia secularis est: Dolus, an uirtus, quis in hoste requirat? Quam solent nobis opponere, qui dicunt hostes fraude decipiendos. Cui ut D acquiescamus, multo peius fecit Sedechias: non enim hostem decepit, sed amicum: cui fœdere dñi fuerat copulatus. Ergo quamdiu non iures, & pactum non ineas sub nomine domini, prudentiæ est & fortitudinis, uel decipere, uel superare aduersariū utcunq; potueris. Cū aūt te cōstrinxeris iuramēto, nequaquam aduersarius, sed amicus est qui tibi credidit: & sub occasione iusiurandi, id est, dei nuncupatione deceptus est. Propterea scriptura nunc dicit: Iuramentū quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Ac ne putaremus iuramentum, & fœdus, & pactum, regis esse Babylonij, uel Sedechiæ qui fecerat, sequitur. In præuaricatione qua despexit me. Ergo qui contemnit iuramentum, illum despicit per quem iurauit: illiq; facit iniuriam, cuius nomini credidit aduersarius. Propter quam causam expandam, inquit, super eum rete meum, & comprehendetur sagena mea, & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum illic. Quicquid igitur contra Sedechiam fecit Nabuchodonosor, non suis fecit uiribus, sed ira dei: in cuius nomine fuerat peieratum. Secundum Anagogen, licet uiolenta uideatur interpretatio, hoc sciendum, quod quomodo cætera animantia, & ad bonam, & ad malam partem referri solent: ita & de aquila, & de leone. In bonam partem dicitur: Catulus leonis Iuda. In contrariam: Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit. Et illud in psalmo: Insidiatur in abditis, sicut leo in cubili suo: insidiatur, ut rapiat pauperem. In bonam partem de aquila dicitur, quod iustus diues effectus faciat

HE. cū tetigerit eā uētus SEP. statim ut tetigerit eā uētus
urēs, siccabit: & ī areis urēs arescet ac siccabit ariditate:
germinis sui arescet? cū gleba germinis sui arescet?

Et factum est uerbū dñi ad me, dicens: Dic ad domū exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce uenit rex Babylonis Hierusalē, & assumet regē & principes eius & adducet eos ad semetipsum in Babylonē. Et tollet de semine regni, ferietq; cum eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurandū: sed & fortes terræ tollet, ut sit regnū humile, & non eleuetur: sed custodiat pactū eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuncios ad Aegyptū, ut daret sibi equos & populū multū. Nunquid prosperabit (uel consequet salutē) qui fecit hæc? Et qui soluit pactū, nunquid effugiet? Viuo ego dicit dñs deus: quoniā in loco regis qui constituit eū regem, cuius fecit irritū iuramentū, & soluit pactū quod habebat cū eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grādi, neq; in populo multo faciet contra eū Pharao prælium in iactu aggeris, & in extructione uallorū ut interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentū: ut solueret fœdus. Et ecce dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc dicit dominus deus: Viuo ego: quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Et extendam super eū rete meum, & comprehendetur sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo illum ibi in præuaricatione qua despexit me. Et omnes profugi eius cum uniuerso agmine in gladio cadent: residuiq; in omnem uentum dispergentur: & scietis quia ego dominus loquutus sum.

Hæc

Gen. 49
1. Pet. 5. c
Psal. 9. f

A sibi alas sicut aquilæ: ut possit reuerti in domum præ-
Esa. 40.g cessoris sui. Et in Esaia scriptum est, quod iusti pennas
afferant sicut aquilæ: currant, & non lassentur: ambulẽt,
Ibid, 10.e & non esuriant. Recte autem ille qui dixerat: Fortitudi-
ne faciam, & sapientia intelligentiæ auferã terminos gẽ-
tium: & uires earũ deprædabor: & cõmouebo ciuitates quæ habitant: & orbem terrarũ uniuersum apprehendam manu quasi nidũ, & sicut confracta oua: nunc sub persona aquilæ describitur: quod nequaquã uelit de libano, qui interpretatur cãdor, & refertur ad thymiama, paruula atq; humilia uirgulta pstringere, sed summitates cedrorũ & de principibus, ac de stirpe regia: iuxta illud Aba-
Abac. 1.d cuc: Escæ eius electæ. Ponitq; testamẽtum cum his quos ceperit, ut regi Babylonio colla submittãt: & impleant illud quod A-
B postolus loqt: Quos tradidi satanæ, ut discãt nõ blasphemare.
1. Tim. 1.d Et in alio loco: Quos tradidi, inquit, satanę in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat. Non debemus ergo si forsitã ob aliquod peccatum de congregatione fratrum, & de domo dei eiicimur reluctari: sed æquo animo latam in nos ferre sententiam: & dicere cum propheta: Iram dñi sustinebo: quoniam peccaui ei: donec iustificet causam meam, etc. Et frequenter euenit, ut alteri subditi ad alterum transeamus, qui nobis suum repromittat auxilium: nec faciat in pristina sententia permanere. Quod omni ratione uitandum est, ne siccẽtur palmites nostri & germina arescant, & contra pactũ dei facere credamur. a ¶ *Hæc dicit dominus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis: & ponam, etc.*] Hoc quod in Lxx. legitur: Et dabo de capite ramorum eius, de Theodotionis æditione additum est. Rursumq; quod sequitur: Et rami eius restituentur: obelo prænotandum est, quia in Hebraico non habetur. Verus Nabuchodonosor propterea sumit de medulla cedri sublimis, de uertice ramorum eius: ut sit regnum eius humile, & non eleuetur. Dominus autem deus pater omnipotens, qui loquutus est ad Ezechielem, tollit de stirpe regia, & de genere Dauid: & plantat super montẽ excelsum & emi-
C Psal. 2.b nẽtem, qui loquitur in psalmo: Ego autem constitutus
Gen. 49.b sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Desecerat enim princeps de Iuda, & dux de Israel, donec ueniret cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium.

HEB. Hæc dicit dõminus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponã de uertice ramorum eius: tenerũ distringam: & plantabo super montẽ excelsum & eminentẽ: in monte sublimi Israel plãtabo illud: Et erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub eo omnes uolucres: uniuersum uolatile sub umbra frondiũ eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis, quia ego dñs humiliaui lignũ sublime: et eleuaui lignũ humile: & siccaui lignũ uiride, & frõdere feci lignum aridum. ego dñs loquutus sum & feci.

SEP. Quia hæc dicit adonai dñs: Et auferam ego de electis cedri de uertice: & dabo de capite ramorũ eius: de corde eorũ auferã: & plãtabo super montẽ excelsum: & suspendã illud in mõte sublimi Israel: & plantabo & afferet germẽ & faciet fructũ: & erit in cedrũ magnã: et requiescet sub ea omnis auis, et omne uolatile sub umbra eius requiescet ÷ & rami eius restituentur .. & scient omnia ligna cãpi: quia ego dñs qui humilio lignũ excelsum, & exalto lignũ humile: & arefacio lignũ uiride: & germinare facio lignũ aridũ. Ego dñs loquutus sum & facio.

Ezech. 17.a

Abac. 3.d

D

gnum aridum nationũ: ut quod semper loquutus est, Luc. 3.c
opere compleret. Hoc idem significant Symeonis in e- Mat. 13.d
uangelio uerba dicentis: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorũ. Et granum synapis, quod cum minimum sit omnibus seminibus, postquàm creuerit, auium habitaculum est. Quidam aliter interpretantur, lignum sublime, humiliatum & humile exaltatum: referentes ad passionem domini saluatoris. Qui Philip. 2.d
cum in forma dei esset non est rapinã arbitratus æqualem se esse deo: sed exinaniuit se, formam serui accipiẽs: & post resurrectionem, ipsum lignum postea sublimatum est: quod prius uirens, morte siccatum est: & postea reuiuiscens, pristinum recepit uirorem. Alij Iudaice utrunq; referunt ad Israel: quod primo aduentu humiliatus sit & arefactus: & secundo restituatur in pristinum statum: impleto illo quod dicit apostolus Paulus: Rom. 11.d
Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.

¶ Commentarij quinti in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM
Commentariorum Ezechielis ad Eustochium prooemium.

PVtabam quod medio serpente confosso, non reuiuiscerent hydræ nouella plantaria: & iuxta fabulas poetarũ, Scylla mortua, nequaquam in me Scyllæi fæuirent canes, qui latrare nõ cessant: & hæreticis, dei percussis manu, ne tentarent si fieri potest, etiã electi dei, hæresis ipsa non moritur: hæreditarijs contra nos odiorum suorum catulis derelictis: qui nostra simulantes, genitricis antiquæ & pellacis Vlysis uenena non deserunt: labiaq; tantũ melle circũlinunt: & iuxta eloquia scripturarum, mollierunt uerba sua super oleum: ipsi autem sunt iacula, & iacula ignita, quæ scuto fidei repellenda simul & extinguenda sunt. Hæc dixi

A dixi filia Eustochium, ut laborantem me in opere prophetali, & hæreticis resistentem, orationibus C
iuues. Et sextum uolumen explanationum in Ezechiel, meo ore, suo sensu dominus explicet: eiusdemq; spiritus gratia quo prophetis reuelata sunt quæ scripta legimus, nobis quoq; differentibus reuelentur, ut possimus dicere: Os meum aperui, & attraxi spiritum.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN
Ezechielem prophetam Liber VI
CAP. XVIII

Factus est, etc.] Hoc quod Lxx. dixerũt, fili hominis, in Hebr. nõ habet. Monet aũt divina scriptura illã quæ in Exodo dictum
Exod. 20.d est: Ego sum dñs deus tuus, deus æmulator, qui reddo pctã patrũ sup filios, usq; ad tertiã & quartã generationẽ his qui oderũt me: & facio misericordiã in milia his qui diligũt me: & custodiũt præcepta mea. Et iterũ: Descendit dñs in
Exod. 34.d Viuo nube, & astitit iuxta Moysen, & inuocauit Moyses nomẽ dñi: et trãsijt dñs ante faciẽ eius, et inuocauit eũ dicẽs: Dñe deus miserator & misericors, patiẽs & multæ misericordiæ, & uerax, & iustitiã seruans, & misericordiã in milia: auferẽs iniquitates, & iniustitias, & peccata: & nõ
B emũdabit reũ: reddens iniquitates patrũ super filios, & super filios filiorũ in tertiã & quartã gñationẽ: sic accipi debere, quasi prouerbiũ & parabolã: ut aliud in uerbis sonet, aliud in sensu teneat: qđ in parabola quoq; duarũ aquilarũ supra diximus. Vnde et dñs in lxx. psalmo:
Matt. 13.d Aperiã, inquit in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio. Et in euãgelio, parabolã semẽtis, & lolij, & sinapis: quod cũ sit minimũ omniũ seminũ, in magnã cõsurgit arborẽ: ita proponit, ut aliud prætẽdat in uerbis, aliud in sensib. teneat. Et nos usq; in præsentẽ diem putabamus duo testimonia Exodi, quæ supra posuimus nõ esse parabolã, sed simplicẽ explicare sententiã.
Esa. 20.c Et quanq; nõ auderemus quippiã dicere, nec uas fictile loqui cõtra figulũ, quare ita uel ita me feciſti: tñ scãdalũ patiebamur occultũ, quod iniustitia uideretur dei, aliũ peccare, & alium luere peccata. Si enim reddit peccata patrũ super filios in tertiã & quartã generationẽ, iniustũ uidet ut alius peccet & alius puniat. Sed ex eo quod sequitur: His qui me oderũt, cõminationis siue præcepti scandalũ soluitur. Non em̃ ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione: quia deliquerũt patres eorũ: eum patres potius qui fuerũt peccatores, puniri debuerint: sed quia patrum extiterunt æmulatores & oderũt deũ, hæreditario malo & impietate in ramos quoq; de radice crescẽte. Solẽt in hoc loco hæretici qui uetus non recipiũt instrumẽtũ, contra creatorẽ dicere: Quàm bonus & iustus deus legis & ꝓphetarũ: qui quiescẽs & silẽs ad peccata patrũ, reddit his qui nõ peccauerũt: imò quãta in eo crudelitas, ut irã suam usq; ad tertiã & quartã extendat generationẽ. Quibus nos respõdebimus, & in hoc dei creatoris clementiã demonstrari. Non enim truculentiæ est & seueritatis, irã tenere usq; ad tertiam & quartã generationẽ: sed signũ misericordiæ, pœnam differre peccati. Quando em̃ dicit: dñe deus miserator & misericors, patiẽs & multæ miserationis: & infert: Reddens iniquitatẽ patrũ super filios & filios filiorũ: hoc in dicat, ꝙ tantæ misericordiæ sit, ut nõ statim puniat, sed sententiã differat puniendi. Sin aũt uindicta peccãtium differẽ in tertiã & in quartã generationẽ, cum iustus sanctusq; quid amplius facit? Sequit: Et seruãs iustitiã & misericordiã in multa milia, his q custodiũt mãdata eius, & faciũt præcepta illius. Scriptũ est in Prouerb. Sicut ua- Pro. 10.d
ua acerba dẽtib. noxia est, & fumus oculis: sic iniquitas his qui utunt̃ ea. Ex quo perspicuũ est nõ aliorũ dolere dentes & obstupescere, sed corũ qui uuã acerbã comederint. Est autẽ loci istius hic sensus: Quõ si quis uelit dicere: Patres uam acerbã comederũt, & dẽtes filiorum obstupuerũt: ridiculũ est, & nullã habens cõsequẽtiã: sic iniquũ est atq; puersum peccare patres, & filios nepotesq; cruciari.

CAP. XVIII

Factũ est sermo domini ad me, dicẽs: Fili hominis, quæ est parabola hæc inter filios Israel, dicentium: Patres comederũt uuam acerbam, & dẽtes filiorum obstupuerunt? Viuo

Sũt qui hoc qđ in Exodo scriptũ est: Reddẽs iniquitates patrũ super filios in tertiã & quartã gñationẽ, ita differrẽt, ut ad animã humanã sententiã referãt: patrem in nobis, leuẽ pũctũ sensuũ & incẽtiua uitiorũ esse dicẽtes: filiũ uero, si cogitatio peccatũ cõceperit: ne potes, si qđ
D cogitaueris atq; cõceperis, opere perpetraueris: pnepotẽ aũt, hoc est quartã gñationẽ: si nõ solũ feceris qđ malũ est & sceleſtũ, sed in tuis scelerib. gloriaris, secũdũ illđ qđ scriptũ est: Impius cũ in ꝓfundũ malorũ uenerit, cõtemnit. Deus igit primos & secũdos stimulos cogitationũ, quas Græci προπαθείας uocãt: sine quibus nullus hominũ esse potest, nequaq; punit, sed si cogitata quis facere decreuerit: aut ipsa quæ fecerit, noluerit corrigere pœnitẽtia. Vnde scriptũ est: Nullus hominũ sine pec- 1. Ioan. 1.c
cato, nec si unius quidẽ diei fuerit uita eius. Numerabiles aũt anni uitæ illius. Et in alio loco: Quis gloriabit̃ ca- Pro. 20.b
stũ se habere cor? Et rursum: Astra quoq; nõ sunt mũda in conspectu eius: & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit. Sin aũt sublimis illa natura pctõ non caret, quid dicẽdũ est de hominib. qui fragili carne circũdati, debẽt loqui cũ Apostolo: Miser ego homo, quis Rom. 7.d
me liberabit de corpore mortis huius? Et illud: Vt cum Luc. 17.c
omnia fecerimus, debeamus dicere: Serui inutiles sumus: qđ debuimus facere fecimus. Et: Nisi dñs ædificauerit domũ, in uanũ laborauerũt qui ædificãt eam: nisi Psal. 126.d
dñs custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eã? Ad ꝓbationẽ aũt huius rei, qđ nequaq; primus pulsus cogitationis, imò paruus mentis instinctus puniatur à deo: sed si qđ mẽte cõceperis, opere cõsumes: illđ de Ge- Gen. 9.d
nesi ꝓferẽdũ est: Chã peccauit irridẽs nuditatẽ patris: & sententiã nõ ipse qui risit, sed filius eius suscepit Chanaã. Maledictus, ait, Chanaan seruus erit frattrũ suorũ. Quæ em̃ iustitia est, ut pater peccauerit, & in filiũ sentẽtia proferat? Necnõ qđ in cõtrariã partẽ ponit Apostolus: fal- 1. Tim. 2.d
uã esse mulierẽ, si filij eius permãserint in fide, & sanctitate, & pudicitia: uidet sententia iustitiã nõ habere: ut si filij boni fuerint & nepotes, saluẽtur parentes. Quãti em̃ parẽtes sancti sunt, & malos habẽt filios: & ecõtrario quãti parẽtes peccatores, iustos & sanctos filios generãt. Ergo secundũ hunc sensum cũcta accipiẽda quæ supra diximus: peccata parentũ atq; generantiũ, in ramis, nõ in radice puniri. Hoc interim de ꝓuerbio siue parabola dixisse sufficiat: Quod lex & prophetæ, hoc est Exodus & Ezechiel, imò ipse deus qui & hic & ibi loquutus est, ne

A quaquã in sententijs discrepare uideat, aut hic corrigere quod ibi male dixerit. Si quis aũt uel melior uel alterũ sensum potuerit reperire, qui cõtrariorum inter se testimoniorũ scãdalũ tollat, illius magis acquiescẽdũ sententiæ est. a ¶ *Viuo ego, etc.*] Quid significet, Viuo ego dicit dñs, & parabola, uel prouerbium, supra plenius diximus: quæ nequaq̃ dicet in Israel, sed in his q dei notitiã nõ habẽt, nec possunt ꝓspicere ueritatẽ. Oẽs, inquit, animæ meæ sunt: iuxta creaturã, nõ iuxta meritũ: ut Moyses appellabatur homo dei, de quo scriptũ est: Oratio Moysi hominis dei. Et Helias qui ad quinquaginta militũ principẽ loquebat: Et si homo dei ego sum, descẽdat ignis de cœlo super te et sup quinquaginta uiros. Homo uero peccati & filius iniqtatis, non uocatur homo dei: sicut seruus et famulus dei, hi appellant: de quibus dici non potest: Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Et iterũ: A quo cũ quis uincit, eius & seruus est. Sicut peccata filiorũ nõ nocent patribus, sic peccata patrũ, ad filios nõ redũdant: sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nõ abolitãe substantiæ, sed ex eius cõsortio, qui dicit: Ego sum uita. Et alibi loquitur: Oẽis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Et: Amen amẽ dico uobis: qui sermonem meum custodierit, mortem non uidebit in sempiternum. Vita enim nostra abscondita est cum Christo in deo: quia uicturi sumus quãdo Christus apparuerit uita nostra in gloria: & implebitur illud quod scriptum est: Amen amẽ dico uobis: qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam: & in iudicium non uenit, sed transibit de morte in uitam. Illud autem quod à Balaã dicitur: Moriatur anima mea in animabus iustorum: hunc habet sensum, ut cupiat mori seculo atq; peccatis: ac uiuere cũ iustorum animabus, quorum uita Christus est, & possunt canere: Placebo dño in regione uiuentium. Nõ est enim deus mortuorum, sed uiuorum. Et si Balaam (ut uerisimile est in linguam nostram translatum) uanum populum sonat, perspicuum est quod uanus prius gẽtium populus desideret habere consortium cũ animabus iustorum, Abraham, Isaac & Iacob, qui ἀνθεῖς, id est recti & iusti nuncupantur. Vnde & Geneseos liber, ex eorum uocabulo nomen accepit. b ¶ *Et uir si fuerit iustus & fecerit iudicium & iustitiam, etc.*] Vultis, ait, scire hoc quod dictum est: Peccata patrũ reddam in tertiam & in quartã generationem, nõ id sonare quod plerique existimant: nec esse simile huic sententiæ: Patres comederunt uuã acerbã, & dẽtes filiorũ obstupuerũt? Audite quę illaturus sum: Si fuerit pater iustus: qui hæc fecerit, & illa nõ fecerit: & habuerit filium pessimũ, qui desertis uirtutib. patris, se flagitijs manciparit: nonne & iste uita uiuet, quia iustus est: & ille morte morietur: quia oẽia perpetrarit, quæ pater uitando iustus effectus est? Videamus catalogum uirtutum patris, quæ mihi uidentur in decem & septem partes diuidi. Quarũ primum est, fecisse iudicium. Secũdum huic simile, iudicio copulasse iustitiã. Tertium, non comedisse in mõtib. Quartum, oculos non leuasse ad idola: siue (ut Lxx. transtulerunt) ad cogitationes domus Israel. Quintum, uxorem proximi sui nõ uiolasse. Sextum, menstruatę uxoris uitasse complexus. Septimum, hominem non contristasse: siue ut Lxx. ediderũt, oppressisse per potentiam. Octauum, pignus debitori reddidisse. Nonũ per uim nihil rapuisse: uel iuxta Lxx. rapinam nõ rapuisse. Decimum, panem suum esurienti dedisse. Vndecimũ, nudum operuisse uestimento. Duodecimum, ad usuram pecuniam non dedisse. Tertiumdecimũ, nihil ex his quæ dederis amplius accepisse. Decimumquartum, ab iniquitate auertisse manum suam. Decimumquintum, qđ simile uidetur primo, sed in parte diuersum est: iudicium uerum fecisse inter uirum & uirum, siue proximũ suum. Decimumsextum, in præceptis domini ambulasse. Decimumseptimum, iudicia & iustificationes illius custodisse. Quorum singula quid uelint, dicemus in consequentibus. Si fuerit, ait, uir iustus & fecerit iudicium. Scriptum est in Prouerbijs: Cogitationes iustorum iudicia. Qui hanc uirtutem possederit, ut nihil sine ratione faciat & iudicio, potest illud propheticũ dicere: Iudicia domini uera iustificata in semetipsis: & cũ recte omnia iudicarit, ut non accipiat personam pauperis in iudicio, implebit præceptum domini: Sicut minorem, sic & maiorem iudicabis: audacter dicens: Desiderauit anima mea desiderare iudicia tua in oĩ tempore. Et iterum: Viam ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Et in eodem psalmo: Cognoui quia iustitia iudicia tua: & in tantam proficiet beatitudinem: ut intelligat iudicia domini, quæ sunt abyssus multa: & dicat cum Apostolo: O profundum diuitiarum sapientiæ

HEB. Viuõ ego dicit dñs. Si erit uobis ultra parabola hęc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt: ut anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et ũir si fuerit iustus, & fecerit iudiciũ & iustitiã, in montib. nõ comederit: & oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel: et uxorem proximi sui nõ uiolauerit: & ad mulierẽ menstruatã non accesserit: & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per uim nihil rapuerit: panẽ suum esuriẽti dederit: & nudum operuerit uestimento: & ad usurã non commodauerit: et amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: iudiciũ uerum fecerit inter uirũ & uirũ: in præceptis meis ambulauerit: et iudicia mea custodierit, ut faciat ueritatẽ: hic iustus est, uita uiuet, dicit dñs deus.

SEP. Viuo ego, dicit adonai dñs. Si fuerit ultra, ut dicat hæc parabola in Israel: quia oẽs animæ meæ sunt. Quõ aĩa patris, ita anima filij mea est. Aĩa quæ peccauerit, ipsa morietur. Homo aũt qui fuerit iustus: qui facit iudiciũ & iustitiã, super mõtes nõ comederit: & oculos suos nõ leuauerit ad cogitationes domus Israel: & uxorẽ proximi sui nõ cõtaminauerit: & ad mulierẽ fluẽtẽ sanguine nõ accesserit: & hominẽ nõ oppresserit: pignus debitori reddiderit: & rapinã non rapuerit: panẽ suũ esuriẽti dederit: & nudũ operuerit uestimẽto: et pecuniã suã ad usuram nõ dederit: & amplius nõ acceperit: ab iniqtate auerterit manũ suã: iustũ iudiciũ fecerit inter uirũ & uirũ: in præceptis meis ambulauerit: iustificationes meas custodierit, ut faciat eas: hic iustus est: uita uiuet, dicit adonai dñs.

A tiæ & scientiæ dei, q̃m inscrutabilia sunt iudicia eius, & inPsal. 118.c uestigabiles uiæ illius. Et in oratione cõmemoret: Q̃m iudicia tua iucũda. Post iudiciũ seqt̃ iustitia: quã qui ha1. Cor. 1.d buerit, Christũ liquido possidebit: q (iuxta Apostolũ) factus est nobis iustitia & sanctificatio & redẽptio, ut faciat iustitiã uerã: nec psonas respiciat in iudicio: sed de sua sciat in aliorũ iudicio iustitia iudicãdũ. Tertiũ est, in mõtib. nõ comedere: qđ Iudæi existimãt ad idololatrię ꝓnere pctũ. Crebro em̃ legimus in Reg. & Paralip. libris: Verũtñ ab excelsis nõ recesit. Adhuc populus immolabat in excelsis, & adolebat incẽsum in sublimib. hoc scriptura significãre, q in mõtib. lucisq;, idolis hoLuc. 18.b stias immolauerint, & thura succẽderint. Nos aũt dicemus comedere eũ in mõtib. qui dicit cũ pharisæo: Gratias ago tibi deus, q nõ sum huic similis publicano: ieiuno bis in sabbato: decimas do oĩs substãtiæ meæ, etc.Mat. 11.d Et ecõtrario publicanus audiẽs eũ qui dixerat: Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde, pcutiebat pectus suũ manu, hoc est pessimarũ cogitationũ thesaurũ: & oEccl. 3.c culos ad cœlũ nõ audebat extollere. Sed & illud qđ alibi dicit: Maiora te nõ requiras, & fortiora te nõ scrutaris: oẽs hæreticos arguit, in mõtib. comedere superbiæ: & ecclesiasticã despicere simplicitatẽ, & nescire de se scriLuc. 4.b ptũ: Deus superbis resistit, humilib. aũt dat gratiã. Quarto loco ponit: Et oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel: ꝓ quib. Lxx. cogitationes trãstulerũt. Idola aũt, id est simulacra quæ de suo corde finxerũt, oẽs hæretici faciũt: ad quæ leuãt cordis oculos, qui falsitatẽ eorũ atq; mẽdaciũ putauerint ueritatẽ. Domus aũt Israel simulacra dicũt, quæ reperiũt in ecclesia: & per occasiõnẽ falsi nominis scientiæ simplices quosq; seducũt: ut phiB losophorũ dogmata introducãt in domũ Israel: eorũ scilicet qui deũ mẽte cõspiciũt. Quinto loco ponit: Et uxorẽ ꝓximi sui nõ uiolauerit, siue cõtaminauerit: qđ apte adulteriũ quidẽ prohibet: sed ex eo quod addit, proximi sui: nisi omnis homo ꝓximus intelligat, uidet esse præceptũ, ut ab amicorũ nos abstineamus uxoribus: inimicorũ uero & ignotorũ cõiuges libere polluamus. Proximus ergo oĩs homo hominis accipiẽdus: iuxtaLuc. 10.c parabolã euãgelij, quæ à saluatore ꝓponit: cuiusdã hominis qui Hiericho descẽdẽs, à latronib. uulneratus est: qñ interrogat pharisæus, quis fuerit proximus eius: docẽs illũ esse proximũ, qui bene fecerit. Potest iuxta myPro. 4.b sticos intellectus uxor intelligi sancti uiri sapiẽtia: dicẽte Salomone: Ama illã, & amplexabit̃ te: dilige illã, & custodiet te. Quã cõtaminare desiderat, qui aliorũ bene dicta reprehẽdit: & facib. accẽsus inuidiæ, sancta uiolat, casta corrũpit, pura cõtaminat. Sextũ est: Et ad mulierẽ siue uxorẽ menstruatã nõ accesserit. Per singulos mẽses, grauia atq; torpentia mulierũ corpora, immũdi sangui nis effusione releuant̃. Quo tẽpore si uir coierit cũ muliere, dicunt̃ cõcepti fœtus uitiũ seminis trahere: ita ut leGen. 1.d proſi & elephantiaci ex hac cõceptione nascãtur: & fœda in utroq; sexu corpora prauitate uel enormitate mẽbrorũ sanies corrupta degeneret. Pręcipit ergo uiris, ut nõ solũ in alienis mulieribus, sed in suis quoq; quibus uident̃ lege cõiungi, scriptura dicente: Crescite & multiplicamini, & replete terrã: certa cõcubitus norint tẽpora, quãdo coeundũ, quando ab uxorib. abstinendũ sit.Eccl. 3.a Quod quidẽ & Apostolus & Ecclesiastes sonant: Tẽpus amplexandi, & tẽpus lõge fieri à cõplexib. Caueat ergo & uxor, ne forte uicta desiderio coeundi illiceat uirũ: &1. Thes. 4.a maritus, ne uim faciat uxori: putãs oĩ tẽpore subiectã sibi esse debere coniugij uoluptatẽ. Vnde & Paulus: Vt nouerit, inquit, unusquisq; possidere uas suũ in sanctitate & pudicitia. Pulchre in Xysti Pythagorici sentẽtiis dicit: Adulter est uxoris propriæ, amator ardentior. Quę librũ quidã in Latinã linguã transferens, martyris Xysti nomine uoluit illustrare: nõ cõsiderãs in toto uolumine quod in duas partes frustra diuisit, Christi nomẽ & apostolorũ omnino reticeri. Nec mirũ si gẽrilem philosophũ in martyrẽ & Romanæ urbis episcopũ trãstulerit: cũ Eusebij quoq; Cæsariensis primũ pro Origene librũ, Pãphili martyris uocabulo cõmutarit: ut faciC lius tali laudatore, libros impiissimos πρὸς ἀρχῶν Romanis cõciliaret aurib. Sequit̃ in loco septimo: Et hominẽ nõ cõtristauerit: siue ut Lxx. trãstulerũt: nõ oppresserit per potentiã. Quo uitio atq; peccato, nescio quis alienus sit. Et Aegyptij em̃ opprimebãt Hebræos per potẽtiã. Vnde & Abacuc queritAbac. 1 : quare impius opprimat iustũ. Atq; utinã de solis his diceret̃ qui foris sunt, & non de his qui intus. Solẽt em̃ & principes ecclesiarũ, oppriEccl. 32.a mere plebẽ per superbiã. De quibus scriptũ est: Principẽ te constituerũt, ne eleueris: esto inter eos quasi unus ex ipsis. Et saluator præcipit: Qui uult inter uos esse priMat. 20.d mus, sit oĩũ minimus. Qđ aũt iuxta Hebraicũ dicit: & hominẽ nõ cõtristauerit: apostolico cõgruit testimonio: Nolite cõtristare spiritũ sanctũ, q habitat in uobis. Et in euãgelio quod iuxta Hebræos Nazaræi legere cõsueuerũt, inter maxima ponit crimina, q fratris sui spiritũ contristauerit. Si aũt tristitia alterius interfecit cõtristãtẽ, quid de iniquitate & tyrãnica mẽte dicẽdũ est, cui illud cõuenit: Quid gloriat̃ terra & cinis? ut oblitus cõEccl. 10.b ditionis suæ: quõ plenus pituitis, felle, stercorib. & post paululũ uermib. exarãdus, ponat in cœlũ os suũ, & lingua eius perrãsat uscq; in terrã: & dicat cũ uero Nabuchodonosor: Ascẽdã in cœlũ, super sydera cœli ponamEsa. 41.d thronũ meũ, & ero similis altissimo. Octauũ est: Pignus debitori reddiderit. Nõ oĩ debitori, alioquin multis occasio recipiẽdorũ pignorũ, fiet diuitiarũ materia: sed D et debitori, de quo in lege scribit̃, quod pauper sit: & ꝓDeut. 24.c priũ opposuerit uestimentũ, & ante solis occasum opeExod. 2.d rimẽtũ recipere debeat: ne cruciatus frigore, clamet ad dñm: qui, ultor est eius iniuriæ. Sin aũt iuxta ea quæ sequunt̃, panẽ esuriẽti dare debemus: & nudũ operire uestimẽto: quãto magis suũ reddere: si tñ debitoris indubitata pauperras est? Possumus quoq; pignus reddere debitori, quãdo ei cui dilectione cõiũgimur: & qui nobis debet mutuã charitatẽ, reddimus pignus suũ, nihil debiti eius apud nos ultra retinẽtes. Nonũ possidet locũ: per uim nihil rapuerit: siue iuxta Lxx. rapinã nõ rapuerit. De raptorib. & Apostolus loquit̃, quod inter cæ1. Cor. 5.d teros peccatores ne uescẽdũ quidẽ cũ huiusce modi sit: oĩsq; rapina mixta uiolẽtiæ est. Nisi em̃ uis fuerit illata, rapina nõ proficit. Est aũt & sancta uiolẽtia rapinaq; optabilis: de qua scribit & euãgelij: A diebus Ioãnis baMatth. 11.b ptistæ regnũ cœlorũ uim patit̃, & uiolẽti diripiũt illud. De qua & Iudas frater Iacobi loquit̃: Et alios quidẽ de Iud.b igne rapite: aliorũ uero qui iudicant̃ miseremini. Et ecõtrario aduersariæ potestates, in pernitiẽ eorũ quos rapiũt, prædã rapere festinãt. Quod significat & Iacob dicens: Bestia mala comedit eũ: bestia mala rapuit Ioseph̃.Gen. 37.g Vnde & oues dñi quæ sequunt̃ eũ, nõ rapiunt̃ de manibus eius. Et ipse dicit: Pater quod dedit mihi, omnibus Ioan. 10.d maius est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ex quo perspicit̃, una patris filijq; potestas, uirtus atq; substãtia. Si em̃ de filij manu, quæ dedit pater, nemo potest rapere: & hæc eadẽ in patris manu sunt quæ nõ rapiũt ab eo: liquido cõ, pbat, oĩa patris & filij esse cõmunia, & in filij manu tenere patrẽ: sicut patris manu tenẽtur quæ filij sunt. Decimũ est: Panẽ suũ esuriẽti dederit. Per qđ docemur eleemosynã nõ saturis faciẽdã, sed esuriẽtibus: nec dãdũ panẽ his qui ructãt plenitudine, sed his qui inanitate cruciant̃. In pane aũt oĩs cõtinet̃ cibus. Et significãter dicit̃, suũ: ne de rapinis & usuris & alieno malo quæsitũ panẽ uertamus in misericordiã. RePro. 13.b dẽptio em̃ animæ uiri, ꝓprię diuitiæ. Qđ multos facere cõspicimus, clientes & pauperes & agricolas, ut taceam

A de militarib⁹ & iudicũ uiolẽtia: qui opprimũt per potentiã: uel furta cõmittũt, ut de multis parua pauperib. tribuãt, & in suos scelerib. glorientẽ. Publicęq; diaconus in ecclesijs recitet offerẽtiũ nomina: tm̃ offert illa, tantũ ille pollicitus est: placẽtq; sibi ad plausum populi, torquẽte eos conscientia. Damusq; materiã miseris, ut gaudeant ad ea quæ tribuũt, & nõ lugeãt ad ea quæ rapuerint. Melius aũt est ut intelligamus panẽ iu-
Ioan. 6.e sti eũ esse, qui dicit: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descẽdi: & quẽ in oratione nobis tribui deprecamur, Panẽ nostrũ substantiuũ, siue superuenturũ da nobis: ut quẽ postea semper accepturi sumus, in præsenti seculo quotidie mereamur accipere. Hũc panẽ iustus esurientib. tribuit: de quib. scri-
Matth. 5.a ptũ est: Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiã. Quia qui iustus est, cõmunẽ omniũ panẽ, suũ facit, ppriũ: qui defecerat in Iudæa, ppheta dicẽte: Auferã ab eis fortitudinẽ, siue baculũ panis. Hoc qđ loquimur, si tñ Christi sumus, imò qđ ppheta cõmemorat, panis credẽtiũ est & esurientiũ. Qui omino nõ dãdus est his, qui mãducauerũt & bibe-
Luc. 6.d rũt & saturati sunt, & incrassati calcitrauerũt: de quib. dicit: Væ qui saturati estis nũc: quia esurietis: ne euomant
Prou. 23.b illũ, dicẽte Salomone: Euomet eũ & contaminabit ser-
Mat. 7.a mones tuos bonos. Qđ alijs uerbis saluator loquit: Nedetis sanctũ canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos. Vndecimũ posidet locũ: Et nudũ operuit uestimẽto. Qui sermo iuxta superioris uersiculi explanationẽ, dupliciter disserẽdus est: ut et nudis tribuamus
B operimẽtũ, saluatore dicẽte: Nudus erã: & opuistis me: & nudis fide atq; uirtutib. tribuamus uestimẽtum Chri-
Gal. 3.d stũ: de quo scriptũ est: Quotquot eũ in Christo baptiza-
Mat. 22.b ti estis, Christũ induistis. Hoc uestimẽto nudus erat, qui uestẽ nõ habẽs nuptialẽ, „pectus est de cõuiuio. De hac
Sup. 16.d nuditate & ad Hierẽ dns loqt̃: Tu aũt eras nuda & cõfusione plena. Duodecimũ numerũ tenet: Et ad usurã nõ cõmodauerit: siue ut Lxx. trãstulerũt, pecuniã suã ad usurã nõ dederit. In Hebraico cũctarũ specierũ usura „phibẽ: in Lxx. tm̃ pecuniæ. Iuxta qđ & in xiiij. psalmo scriptũ est: Qui pecuniã suã nõ dedit ad usurã. Et quõ dicit:
Deut. 15. & 23.d Fratri tuo nõ fœnerabis, alieno aũt fœnerabis. Sed uide „pfectũ. In principio legis à fratrib. tm̃ fœnus tollit: in „pheta ab omnib. usura „phibẽt, dicẽte Ezechiele: Pecu-
Luc. 9.c niã suã nõ dedit ad usurã. Porrò in euãgelio uirtutis augmẽtũ est, præcipiẽte dño. Fœneramini his à quib. non speratis recipere. Sequitur in tertiodecimo loco: Et amplius nõ acceperit. Putãt quidã usurã tãtũ esse in pecunia. Qđ præuidẽs scriptura diuina, omi rei aufert superabũdantiã, ut plus nõ recipias cp̃ dediſti. Solẽt in agris frumẽti & milij, uini & olei, cæterarũq; specierũ usuræ exigi: siue ut appellat sermo diuinus abundãtiæ. Verbi gratia: ut hyemis tẽpore demus decẽ modios: & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partẽ mediã. Qui iustissimũ se putauerit, quartã plus accipiet portionẽ, & solẽt argumẽtari ac dicere: Dedi unũ modiũ: qui satus fecit decẽ modios. Nõne iustũ est, ut mediũ modiũ de meo plus accipiã, cũ ille mea liberalitate, nouẽ & semis de meo habeat? Nolite errare, inquit Apostolus,
Gal. 6.b deus nõ irridet̃. Respõdeat eũ nobis breuiter fœnerator misericors, utrũ habẽti dederit an nõ habẽti. Si habẽti, utiq; dare nõ debuerat, sed dedit quasi nõ habẽti. Ergo quare plus exigit quasi ab habẽte? Alij „p pecunia fœnerata solent munuscula accipere diuersi generis, & nõ intelligunt usurã appellari & superabũdãtiam, quic quid illud est, si ab eo quod dederint, plus acceperint. Quartusdecimus gradus: Ab iniqtate, ait, auerterit manũ suã, ut omi opere fugiat iniquitatẽ. Non eñ solũ ma- C
nu sed & alijs mẽbris cõmittit̃ iniquitas: dicẽte Salomone: Iniqua labia à te „peul remoue. Et in psalmis: Iniqtatẽ in excelso loquuti sunt. Pes quoq; currit ad iniqtatẽ: & oculus, si alienã mulierẽ cõcupiscat: nec sit eius i-
Prou. 4.d
Psal. 72.b
Esa. 53.c mitator, de quo dicit: Iniquitatẽ nõ fecit, & dolus nõ est inuẽtus in ore eius. Vnde & de iniquo mãmona iubemur facere nobis amicos, q nos in æterna recipiãt tabernacula. Quintũdecimũ est: Iudiciũ uerũ fecerit inter uirũ, siue proximũ suũ. Quod uidet̃ idẽ sonare quod primũ, ubi scriptũ est: Si fuerit iustus & fecerit iudiciũ: sed addita ueritate iudicij, quod facit inter uirũ & uirũ siue proximũ suũ, ἐπίτασιν cernit̃ habere uirtutũ. Vnde & in Prouerbiorũ exordio: post multa præcepta, correctio infert̃ iudicij. Scire, inquit, sapiẽtiã & disciplinã, & intelligere uerba prudentiæ, suscipere uersutias sermonũ, & nosse iustitiã uerã, & post omnia corrigere iudiciũ.
Prou. 1.a
1. Cor. 6.a Quãobrẽ & Apostolus reprehendit eos qui in ecclesia cõstituti sunt, qđ habeãt inter se iudicia, minimusq; eligit̃ atq; cõtẽptus: qui iuxta euãgeliũ primus est, ut iudicet inter uirũ & uirũ: qui destruxit ea quæ paruuli sunt, & peruenit usq; ad persecũ uirũ: & tamẽ maiori sententia indiget, ut posit ad ueritatẽ iudicij peruenire. Seqt̃ in sextodecimo loco: In præceptis meis ambulauerit. Et in decimoseptimo: Iudicia & iustificationes meas custodierit, ut faciat ea, factaq; custodiat. Quorũ utrũq; multiplicẽ habet intelligẽtiã, si uclimus omnia legis mãdata replicare: in quib. præcepta dñi & in quib. iustificationes esse dicunt̃. Plenus est præceptorũ & iustificationũ CXVIII psalmus: & ex parte XVIII. in quo scriptum est: Iustitiæ dñi rectæ lætificãtes corda: & præceptum dñi lucidũ, illuminãs oculos. In quo quærit̃, quõ in hoc eo
D dẽ propheta dixerit deus: Dedi eis iustificationes non bonas, in quibus nõ uiuãt in eis. Facilisq; respõsio est, & plenior in cõsequẽtibus: nõ uiuere Iudæos sequentes occidentẽ literã, & uiuere Christianos intelligẽtes spiritũ uiuificantẽ. Longũ est, si uoluerimus „pbare testimonijs: ubi præcepta dñi, & ubi iustificationes esse dicant̃: & quibus singula, uel diuersitatib. uel obscuritatib. inuoluãt̃. Vnde & in præsenti loco infert̃: Hic iustus est, uita uiuet, ait dns deus. Qui hæc fecerit, & illa non fecerit, nequaq; punit̃ delictis patris, sed suis uiuet uirtutib.
Infra 20.d
Pro. 28.d
a ¶ *Quod si genuerit filiũ latronẽ, etc.*] Pro latrone in Hebraico scriptũ habet פָּרִיץ quod Aquilæ secũda ẽditio, peccatorẽ, Symmachus, transgressorẽ: Lxx. & Theodotio pestilentẽ interpretati sunt. Quõ aũt pestilẽtia morbos creat: & passim regiones in quibus incubuerit uastare consueuit: sic pestilens homo uniuersa populat̃. Dicamusq; primũ iuxta historiã ut sciatis iniquitates patrũ nõ redũdare ad filios. Si iustus fecerit quæ superior sermo per ordinẽ texuit: uita uiuet. Quod si genuerit filiũ recedentẽ à dñi seruitute: & patris uirtutes uitijs cõmutantẽ, ut faciat quæ ille nõ fecit, & nõ faciat quæ ille operatus est: nũquid uiuere poterit? Certe nõ uiuet, sed erit reus sanguinis sui. Porrò iuxta intelligentiã spiritualẽ, iustus uir ecclesiasticus, si fidẽ euãgelicã prædicauerit, & filius eius atq; discipulus hæretico errore deceptus, uocabit̃ pestilẽs. De quo & in I. psalmo scribit̃: Et in cathedra pestilẽtiæ nõ sedit. Et in prouerbijs: Confidẽs & procax & superbus pestilens appellat̃. Iste effudit sanguinem deceptorũ, & omnia in se peccata congeminat: comedens in montibus superbię, & ecclesiam proximi sui polluens: egenos & pauperes in scientia scripturarum contristans, opprimens atq; supplantans: rapinã rapiens

A rapiens, eos quos de ecclesia seduxerit: pignus nõ reddens quod à magistro acceperat, ut impleret quod scriptum est, Gratis accepistis, gratis date. Et ad idola atq;
Matth. 10.a simulacra quæ de suo corde finxit leuans oculos suos, cũctasq; faciens abominationes, & dans ad usurã pecuniam: ut errorem magistri discipulorũ augeat diligentia: & repetens ab his quibus tribuit amplius cp̃ derat: certe uiuere nõ poterit, sed in suo sanguine morietur. a ¶ *Quod si genuerit filiũ, qui uidẽs omnia pec. etc.*] Nec, inquit, miremini, si iusti uiri filius declinãs ad uitia atq; peccata, morte moriatur: cum econtrario filius peccatoris & impij: si uiderit peruersitatem uiarum patris sui, & cõuerterit se ut mala non faciat, & faciat bona: reus paternorum scelerum non teneatur. Quod & in nobis accipi potest, quibus in psalmis dicitur: Audi filia, & uide, & inclina aurem
Psal. 44.c
B tuã, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui: & cõcupiscet rex decorem tuum. Et qui de gentium sumus stirpe generati, ut relinquamus parentum crimina, & faciamus iudicium atq; iustitiam, & uiuamus in ea. Repetit itaq; quæ supra latius „pequuti sumus. Et ideo breuiter cuncta percurrimus, ad illa quę obscuriora & noua sunt transire cupientes. b ¶ *Et dicitis, etc.*] Soluit quæstionem, quam econtrario poterat auditor opponere. Soletis, ait dicere: Quare filius iustus non portauit iniquitatẽ patris? Ad quæ ipse respondet: Videlicet, quia filius bene operatus est, & patris delicta non sentit. Iustũq; est, ut quomodo peccator in suo scelere moritur, sic iustus in suis uiuat uirtutibus: & moriatur anima quæ peccauerit, & uiuat quæ dei præcepta custodierit. c ¶ *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnib. etc.*] Intantum, ait, peccata patrum ad filios non redundãt: nec iustum filium sceleratus prægrauat pater: neq; alij pro aliorum sceleribus puniuntur, ut ipse unus atq; idem qui prius impius fuit atq; peccator: si postea egerit pœnitentiam: & ad meliora cõuersus, pristina pecca- C
ta deleuerit non iudicetur uetustate peccati, sed in meũ suscipiatur gregem, innouatione uirtutis. Simulq; considerandũ, qualem impium & peccatorẽ suscipiat pœnitentẽ. Si ab omnibus, inquit, peccatis suis quæ operatus est auerterit se, & custodierit uniuersa præcepta dñi: quo scilicet oĩa crimina derelinquat: & cunctas uirtutes sequatur: si omnia bona fecerit & cuncta deseruerit mala: & ego oĩũ iniquitatum eius quas operatus est obliuiscar.
d ¶ *In iustitia sua quam operatus, etc.*] Nõ tam mea quàm sua uiuet iustitia: licet iustitiæ meæ sit, bonis bona, & malis mala reddere. e ¶ *Nunquid, etc.*] Ergo dñi uoluntatis est, omnes saluos fieri: & ad noticiã ueritatis uenire. Vbicunq; aũt dei uidetur seuera & truculenta sententia, non homines, sed peccata condemnat. f ¶ *Si autem, etc.*] Sicut iustũ antea peccatorem non prægrauant antiqua delictа sic peccatorẽ q prius iustus fuerit, non iuuant ueteres iustitiæ. Vnusquisq; enim in quo inuenietur, in eo iudicabitur. g ¶ *Et dixistis, etc.*] Reddit causas quare domini iusta sentẽtia sit. Putatis
Deut. 24.c me, ait, iniquũ ut peccata patrum reddam filijs: & alijs comedentibus. uuam acerbam, aliorũ dentes obstupescant? Ecce unusquisq; in suo peccato
Hier. 31.c moritur, & in sua iustitia uiuificatur: in utroq; non præterita, sed præsentia. Quin potius uestra iniqua sentẽtia est, qui putatis parabolã non esse parabolã: sed sic eam accipitis, quasi historiæ ueritatẽ: ut aliorũ impie-
scelera in alijs puniant̃. h ¶ *Cũ enim, etc.*] Potest & hoc intelligi: Iustus prius populus Israel auertit se à iustitia sua: quia iustitiæ reliquit autorem, & fecit iniquitatem, dei filiũ denegãdo. In peccato atq; scelere qđ operatus est morietur: non in pluribus, sed in uno: heredẽ interficiens, ut perderet hæreditatem. i ¶ *Et cũ auerterit se impius, etc.*] Econtrario, ait, gentiũ populus nõ habẽs noticiã dei, & impius si se auerterit ab impietate sua quam prius

A prius operatus est in idololatria: & fecerit ea quę Israeli lege præcepta sunt, ipse prius morituus uiuificabit animā suam. Videsq; se interisse in iniquitatibus quas operatus est, credet in eū qui dicit: Ego sum uia, ueritas & uita: uita uiuet, & non morietur. a ¶ Et *dicunt filij Israel, etc.*] Vsq; hodie Israel blasphemat deū, cur populū suū reliquerit, & gentium assumpserit multitudinem. Quos arguit dns, quod uiæ eorū prauæ sint, dñi aūt iusta sententia: ut perditis colonis prioribus, alios in uineā suā mittat agricolas. Quod intelligētes in euāgelij parabola, dixere Iudæi: Non erit istud. b ¶ *Idcirco unūquemq; , etc.*] Siue de gentiū multitudine, siue de Israel populo B sint qui iudicant: nō est personarum acceptio apud deum, sed unusquisq; sua coronabit fide: & impietate atq; infidelitate damnabitur. c ¶ *Cōuertimini, etc.*] Proprie ad Israel iste sermo dirigitur: ut agant pœnitentiam et relinquant iniquitates siue præuaricatiōes suas, quibus in desū præuaricati sunt. Potest autē & ad utrunq; populum intelligi: ut & Israel & gētium turba, sua uitia derelinquēs, conuertatur ad eum qui possit sanare cōtritiones suas. d ¶ Et *facite uobis, etc.*] Vt uetusta tem literæ deserentes, uiuatis in nouitate spiritus. Cor nouū Israelis, est credere in eum quem prius negauerat. Cor nouū gentiū, est idola derelinquere: & mortuorū cultura cōtempta, credere in eū qui est deus uiuentium. e ¶ Et *quare moriemini, etc.*] Melius est, ut supra diximus, exhortationem hanc in qua scriptum est: Conuertimini & agite pœnitentiam, super persona accipere Iudæorū, quos nō uult mori: & quibus nunc loquitur: quare moriemini domus Israel, qui habetis patres Abraham, Isaac & Iacob: de quibus scriptū est: Deus uiuorū & nō mortuorū. Cur uestro uitio moriemini: qui patrū merito, & mea debetis uiuere misericordia. f ¶ *Quia nolo mortē, etc.*] Nolo, inquit, uos mori, quos in salutem genui. Filios em genui & exaltaui: ipsi autem spreuerūt me. Reuertimini ergo & uiuite. Nō dicit reuertimini, nisi his qui prius cū deo fuerant: & postea eius deseruere comitatū. Et uiuite per pœnitētiā, qui estis mortui per peccatū. Igitur quia Israel nō reuertit ad pristinū statū, mortuus esse credēdus ē.

Luc. 20. c

Marc. 12. c

Esa. 1. d

C

CAP. XIX

ET tu assume plāctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leœna inter leones cubauit? in medio leunculorū enutriuit catulos suos? Et eduxit unum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prędam, hominemq; comedere. Et audierūt de eo gentes: & non absq; uulneribus suis ceperūt eum: & adduxerunt eum in catenis in terrā Aegypti. Quæ cum uidisset quoniam infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit unum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo. Didicit capere prædā, & homines deuorare. Didicit uiduas facere: & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra et plenitudo eius, à uoce rugitus illius. Et conuenerūt aduersum eum gentes undiq; de prouincijs: & expanderunt super eum rete suum: in uulnerib. earū captus est. Et miserūt eum in caueā in catenis, adduxerūt eum ad regem Babylonis: miseruntq; eū in carcerem ne audiret uox eius ultra super montes Israel. Mā ter tua quasi uinea in sanguine tuo super aquā plantata: fructus eius & frondes eius creuerūt ex aquis multis. Et factæ sunt ei uirgæ solidæ in sceptra dominātiū, et exaltata est statura eius in frondes. Et uidit altitudinē suā in multitudine palmitū suorū & euulsa est in ira: in terrāq; proiecta, et uētus urēs siccabit fructum eius: emarcuerūt & arefactę sunt uirgę roboris eius: ignis comedit eā. Et nūc trāsplātata est in desertū in terra inuia & sitiēti. Et egressus est ignis de uirga ramorum eius qui fructus eius comedit, & nō fuit in ea uirga fortis: sceptrū dominantiū: planctus est, & erit in plāctum.

4. Re. 23. f

D

CAP. XIX

ET *tu assume planctum, etc.*] Scio me in hoc loco multiplicē legisse explanationem: & tātis obscuritatib. impeditam: ut non tam aperuerit, quām inuoluerit lectionē: dum uniuersa quę scripta sunt refert ad cōtrarias fortitudines: & in cœlesti Hierusalem leones & bella describit: quomodo alter eorum captus sit: & rursum in locū eius alius cōstitutus, multaq; ponit testimonia: diabolū & comites eius, leones appellari solere: ut est illud de apostolo Petro: Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit, & quęrit quomō possit intrare: & de psalmis: Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. Certe ubi ad historiam uenit, dicit Ioannam filium Careæ ductum in Aegyptum: qui quomodo fugiens cū paucis leo appellatus sit, scire non possum: & alterum leonum Sedechiam, qui & ipse ductus in Babylonem sit. Nos autem istiusmodi explanatio-

1. Pet. 5. b

Psal. 73. d

A nationes lectoris arbitrio relinquentes, dicemus caput uitate uicina, prophetā non tā futura uaticinari, quām narrare præterita. Post sextum em Sedechiæ annum, siquidē statim in consequentib. legimus: & factū est in anno septimo, in quinto mēse, decima mēsis, assumit plan

C

ctus super principes, uel principē Israel, & dicitur: Quare mater tua leœna inter leones cubauit? Plāctus igit sup principes est: omnes uidelicet qui de Iosiæ stirpe generati sunt. Mater principū Hierusalem leœna appellat, quæ leunculos genuit & nutriuit: unūq; de leūculis suis eduxit & fecit leonē, Ioachaz significans filium Iosiæ, quem Nechao Pharao duxit in Aegyptū, & pro eo cō stituit Ioakim. Quo mortuo lechonias filius eius rex constitutus, cū matre & optimatib. ciuitatis à Nabuchodonosor ductus est in Babylonē: de quo nascitur Salathiel pater Zorobabel: qui ex eo quod B in Babylone natus est nomē accepit. Perspicuumq; est sub metaphora leœnę leūculorū & leonis rursumq; alterius leonis, illa de

4. Re. 23. f

HEB. ne audiret uox eius ultra sup montes Israel. Mā ter tua quasi uinea in sanguine tuo super aquā plantata: fructus eius & frondes eius creuerūt ex aquis multis. Et factæ sunt ei uirgæ solidæ in sceptra dominātiū, et exaltata est statura eius in frondes. Et uidit altitudinē suā in multitudine palmitū suorū & euulsa est in ira: in terrāq; proiecta, et uētus urēs siccabit fructum eius: emarcuerūt & arefactę sunt uirgę roboris eius: ignis comedit eā. Et nūc trāsplātata est in desertū in terra inuia & sitiēti. Et egressus est ignis de uirga ramorum eius qui fructus eius comedit, & nō fuit in ea uirga fortis: sceptrū dominantiū: planctus est, & erit in plāctum. Et fa-

SEP. non audiret uox eius ultra sup montes Israel. Mater tua quasi uinea: sicut flos ī malis granatis ī aqua plātata. Fructus eius & germen illius factū est ex aqua multa. Et facta est ei uirga fortitudinis ī tribū ducū, et exaltata ē magnitudine sua in medio, ppaginū. Et uidit magnitudinē suā in multitudine palmitū suorū, et cō fracta in furore, in terrā, pjecta est, & uētus urēs arefecit electa ei°. Vindicati sunt & arefacta est uirga fortitudinis eius. Ignis cōsumpsit eā, & nūc plātauerūt eā ī deserto in terra sine aqua, & exiuit ignis de uirga electorū eius & comedit eā: & nō erat ī ea uirga fortitudinis. Tribus in parabolā lamētationis est, & erit in planctū. Et factum

ter tus, etc.] Diuersis sermonib. una res dicit. Et quomodo in superiorib. legimus Hierusalē pulchræ mulieri cōparatam, & rursum leænæ quæ in cubili suo leones nutrierit: sic nūc uiti uel uineæ pulcherrimæ cōparat, quæ super aquas plātata sit multas, & idcirco humore nutri

C

ti palmites in tm̄ creuerint, ut unus palmes, quem scriptura uirgā solidissimam siue fortissimā nuncupat, profecerit in sceptra dominātiū. Pro quo uertere Lxx. in tribū ducū, ut scilicet reges ex ea fierēt. Tantæ autem erat ipsa uinea pulchritudinis, ut splēdor uitoris eius, florib. mali puniceo æquaret, quod in Hebraico dicit, quasi uinea in sanguine tuo, rubore florū sanguini cōparato. Exaltata ergo uinea & erecta: Quia superbis deus resistit, humilibus aūt dat gratiā: euulsa est in furore dñi in terramq; proiecta: ut ruinas Hierusalē, elegās uitis trāslatio custodiret. Quamuis em pulchra sit uinea & lōgis D propaginib. extēdat: si hastilia calamosq; subtraxeris: terræ iuncta arescit calore, maxime si uentus urens quē Græci καύσωνα uocant, siccauerit fructum eius ut emarcescat, & quasi ignis cremetur ardorib. Quod aūt in Lxx. additū est: Vindicati sunt, pro eo quod in Hebraico scriptum est: emarcuerunt: quam consequentiā habere possit, scire non ualeo. Illa igitur uinea tantæ ubertatis & fructuum, tantæq; pulchritudinis, quomodo nunc transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti? Significat autem terram Babylonis ad quam translati sunt: uel Aegyptum, quò confugerunt: aut ipsam terram Iudæam, in qua pauci pauperes remanserunt, quibus præfectus erat Godolias, ut congregaret & regeret reliquias populi. Contra quē surrexit de stirpe regia, & de uirga ramorum uineæ Ismahel, qui interfecit eum in Maspha, & comedit omnem fructū uineæ, & exinde non fuit in ipsa uinea uirga fortis, & sceptrum dominantium. Nullus enim remansit de regibus qui populum gubernaret, sed cum Ioannam filio Careę ad Aegyptum confugerunt. Idcirco planctus est & parabola lamentationis, ut plangatur regium genus quod in Iudæa ultra cessauit, donec ueniret cui repositum est. Et ipse erat expectatio gentium. Ex quo perspicuum est, & superiorē lectionem in qua dicitur: Quare mater tua, leœna inter leones cubauit, & hanc in qua scriptum est: Mater tua quasi uinea in sanguine tuo super aquam plantata: ad Hierusalem pertinere, quæ perdidit leones & palmites suos, & nō remansit in ea uirga quę cōsurgeret in tribū: siue in sceptra dominantium. A planctu enim incipit, & finitur in planctu. Assume planctum super principes Israel. Hoc est in principio & nunc in fine, planctus est: & lamentatione planctuq; parabolæ

4. Re. 25. f
Hier. 40. b & 41. c

Gen. 49. b

surps

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A stirps regia prosequenda. Porrò secundum Anagogē, quod alij ad cœlestem referūt Hierusalē, ut dicant ex ea in istā uallem lachrymarū plurimos corruisse, & reges esse delisse, & uineā quondā pulcherrimam uento urente siccatam, ita ut nullus in ea uirentiū palmitū remanserit, quā postea sub urbis figura plangat Hieremias: nos litterā ligimus super ecclesiam, eo quod in nouissimo tempore multiplicata iniquitate, refrigescat charitas multorū, ita ut probētur Matt. 24. b si fieri potest etiam electi dei, & principes eius capiantur retibus diaboli: qui nō sit unius regis captiōe cōtentus, sed quotidie reges & principes capere festinet, secundū illud quod scriptum est: Escæ eius electæ.

Abac. 1. d Palmites quoq; ecclesiæ qui dudum floribus & rubori sanguinis æquabantur: postea uento urente siccentur. Quam expositionem & euangelij quoq; parabola so-
B nat: in qua sole orto, Marc. 4. d ea quæ germinauerant; æstuauerunt & repēte siccata sunt, ita ut uix remaneat unus è palmitibus qui Luc. 3. b consurgat in uirgā & dignus populi princeps fiat. Qđ aljs uerbis loquitur Esaias: Inducam famem & sitim super terram: non famem panis & sitim aquæ: sed famem audiendi sermonis dei. Vnde debemus plangere & lamentari super principes Israel: quorū uitia & superbia Iudæa deserta & capta est Hierusalem.

CAP. XX

ET *factum est in anno septimo in quinto, etc.*] Post undecim mēses & quinq; dies superioris uisionis, rursum sermo fit ad prophetam: postquam uenerūt uiri de senioribus domus Israel ut interrogarent dominum, & sederunt coram eo. Hanc autem fuisse consuetudinem populi Israel, ut quicquid scire cupiebant, à domino quærerent per prophetas: multa exempla testantur. Saul quærens asinas, pergit ad Samuelem: acce- 1. Reg. 9. a pitq; consilium à puero ut offerat prophetæ quartam 1. Re. 14. b partem sicli. Aegrotante filio Hieroboam, mittit in Silo ad Achiam prophetam uxor eius: deferēs munuscula: panes & colliridas, uuas & lagunculam mellis, ut de fi- 2. Re. 7. d lij infirmitate cognosceret. Dauid quoq; propheta alium interrogabat prophetam Nathā: utrum templum 3. Re. 22. d domino ædificare debeat. Et Achab scisciatur, ascendat Esa. 37. b an non in Ramoth Galaad. In Esaia quoq; & in Regum 4. Re. 19. f uolumine: quæ Sennacherib uentura sint nunciantur. Nec mirum, si in ueteri testamento, singulis quæ uentura sunt prophetæ annuncient, cum Agabum legerimus quæ Paulo uentura sunt prophetare. Scriptum est Act. 21. c enim in Deuteronomio: Gentes quas perditurus est Deut. 18. c dominus in conspectu tuo, istæ somnia & diuinationes audient: tibi autem non sic dedit dominus deus tuus. Gentium enim est adire Chaldæos, hariolos, aruspices, diuinos, sortilegos, oracula dæmonum quibus errori earum illuditur. Vnde & nunc seniores Israel pro- C phetam adeunt: ut interrogent per eum dominū, & tamen de interrogatione silent: ipso qui interrogandus erat sciente quid interrogarent, ut & in eo miraculū fit scire cur uenerint, & ad ea respondere quæ tacitus sermo in animo continebat. *b* ¶ *Et factus est sermo domini ad me, etc.*] Sanctis & congrua interrogantibus datur promissio, adhuc loquente te dicam: ecce adsum. Peccatoribus autem, quales fuerūt seniores Israel, & quorum scelera in consequentibus propheta describit: non datur responsio, sed increpatio pro peccatis: & addidit iusiurādum, uiuo ego, ut firmior sit sententia denegantis. Quod autē dixere Lxx. Si respondero uobis: Symmachus manifestius transtulit, non respondebo uobis. *c* ¶ *Si iudicas eos: si iudi, etc.*] Illi qui- D dem ad interrogandum me uenerūt, cupientes de his quibus ambigūt & futura cognoscere, tu autem fili hominis iudica eos ut nō prophetæ sit responsio, sed sententia iudicantis pro iniquitatib. quas fecerunt, & patrum secuti sunt scelera: Vel certe si ultus eos fuero ultione, ut sit sensus. Tanta iniquitate cooperti sunt, ut ne emendatione quidem & correptione sint digni, secundum illud quod in propheta dicitur: Non uisitabo ultra filias Osee 4 uestras & nurus uestras cum mœchatę fuerint. Vnde & Prou. 18. d peccatores qui in profundum uenere peccati, dimittuntur ut faciant desideria cordis sui. *d* ¶ *Abominationes patrum suorum ostende, etc.*] Si peccata patrum non redundant ad filios: quomodo abominationes & iniquitates patrum nunc senioribus proponuntur? Hac uidelicet causa, ut ostendantur similia parentibus agere: & hæreditario malo longisimum funem trahere peccatorum, ut quorum imitantur uitia eorum supplicia pertimescant. *e* ¶ *Hæc dicit dominus deus: In die qua elegi Israel, etc.*] Pro eo quod dixere Septuaginta, fauus est ultra omnes terras: pro quo nos interpretati sumus, egregia est inter omnes terras: Aquilæ prima æditio posuit, firmamentum: secunda, inclytum: Symmachus, regionem: Theodotio, fortitudinem: quod uidelicet omnium terrarum ista sit fundamentum, quod in ea dei religio sit & templum & ceremoniæ & noticia dei, & intantum populus Israel in Aegypto constitutus ig- Exod. 3. d norabat deum, ut missus ad eos Moyses: Si interrogauerint, ait, me, quis misit te? quid dicam eis? Dic, inquit, ad eos: Qui est, misit me. In Aegypto igitur notus factus est populo & semini domus Iacob: quando leuauit manum suam pro eis contra Aegyptios, & dixit: Ego sum Dominus Deus uester, & elegi eos, ut educeret de terra Aegypti, ad terram fluentem lacte & melle. Necdum enim capere poterant solidum

A solidum cibū, sed quasi paruuli atq; lactentes, melle & lacte indigebant infantiæ. Iuxta literā uerò inclytā esse terrā Iudææ & cunctis terris fertiliorē: dubitare non poterit, qui à Rinocorura usq; ad Taurū montē & Eufraten fluuiū cunctā cōsiderauerit terrā, & urbium potentiam amœnitatēq; regionū, Palæstinam uidelicet & Phœnicen, Arabiam, Syriā Cœlen, Ciliciā, & cæteras regiones, quas Israeli si dei præcepta seruasset, dominus repromisit, quas quia non accepit, uitiū fuit incredulitatis eius. Nā & in ipsa Palæstina Iudææq; prouincia, gentes plurimæ remanserūt, quæ non sunt eiectæ. Neq; enim sponsor in crimine est, si ille cui repromittitur indignū se fecerit spōsione, præsertim cum proponat optio promittentis: Si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis. Sin autē nolueritis, gladius deuorabit uos. Eligunt ergo præsentia: nec statim qui eligit, ten-
B tari nō potest, nec perire: quia & Saul electus in regē, & Iudas in apostolum, suo postea uitio corruerūt. Eleuatio autē manus siue extensio, habitū percutientis ostēdit: ut percuteret pro eis Aegyptios, & populū Israel de Aegypto liberaret. *a* ¶ *Et dixit ad eos, unusquisq; offensiones, etc.*] Pro offensionibus quæ Hebraicè dicunt שיקוצי Symmachus interpretatus est, nauseas: Aquilę secunda editio, abscisiones, ut significarent abjiciendas ab oculis lippitudines, & quasi nauseas, quæ non solū aspectum impediūt, sed & cōtrà cernentibus uomitū creant גלולי quoq; uerbū Hebraicū est, quod Lxx. adinuentiones: Aquilæ prima editio, inquinamenta: secunda, Symmachus & Theodotio, idola interpretati sunt, quos & nos in præsentiarū secuti sumus. Præcipit autē exeuntibus primū de Aegypto, ut obliuiscant idolorū quibus multo tempore seruierūt, imò abjciant ea ab oculis suis, ut ne aspectu quidem digna habeant, & quibus multo tempore polluti sunt, ultra non acquiescāt. Ego, inquit, dns deus uester, non portenta Aegyptia, non uariorū figmenta monstrorū. Sed & nobis, quādo exi mus de Aegypto, iubetur ut offensiones oculorū nostrorū abjiciamus: ne scilicet his delectemur quibus antea delectabamur in seculo: ne simulacris Aegypti polluamur, adinuentionibus uidelicet philosophorū atq; hæreticorum, quæ recte idola nominantur. A spectaculis quoq; imò offensionibus Aegypti remoueamus oculos, arenæ, circi, theatrorū, & omnibus quæ animæ Hier. 9. f contaminant puritatem, & per sensus ingrediuntur ad mentem, impleturq; quod scriptum est: Mors intrauit per fenestras uestras. *b* ¶ *Et irritauerunt me, etc.*] Siue ut Symmachus interpretatus est: Non acquieuerūt mihi. C Statimq; uocati recedunt à deo, ut nullū sit spaciū inter uocationē & recessionē. Et hoc notandū, q; nemo recedit à deo, nisi qui ante cum eo fuerit. Vnde & draco in Iob uolumine, apostata, præuaricator & recedens ap- Iob 34 pellatur. *c* ¶ *Noluerunt q; audire me, etc.*] Propterea, inquit, irritauerunt me, & recesserunt à me, qa noluerūt audire me, dū liberū homini seruatur arbitrium, & fecerunt omnia, quæ ne facerent lege præcepi, statim desperantes salutem, & mussitantes contra Moysen, deiq; repromissionib. diffidentes. Vnde sequitur. *d* ¶ *Et dixi ut effunderem, etc.*] Statim ut præcepi eis relinquere siue abjicere offensiones oculorum suorum, & in idolis Aegypti nequaquā polluti: irritauerūt me, & noluerūt audire quæ dixi, sed ecōtrario fecerūt quæ non facienda præcepi. Ideo decreueram, ut effunderem in eos furorē & indignationē meam, D & implerem irā meā quam mente cōcepe-

SEP. Et dixi ad eos: Vnusquisq; abominationes oculorū suorū ,pijciat & in aduentionib. Aegypti non polluatur, ego dns deus uester. Et recesserunt à me. Et noluerūt audire me. Abominationes oculorū non proiecerūt, & adinuentiones Aegypti nō reliquerūt. Et dixi ůt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis in medio terræ Aegypti. Et feci propter nōmen meum, ut non uiolaretur coram gentibus in quarum medio erant, & inter quas apparui eis ut educerem eos de terra Aegypti. Eieci ergō eos de terra Aegypti & eduxi in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi illis, quæ faciat homo & uiuat in eis. Insuper & sabbata mea dedi eis, ut esset signum inter me & eos, & scirent, quia ego dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciet homo & uiuet in eis, & sabbata mea uiolauerunt uehementer. Dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos, & feci propter nomen meum ne uiolaretē coram gentibus, de quibus eieci eos in cōspectu earum.

Ego de terra Aegypti, & eduxi in desertum. Ex quo ostendi tur, nec dum eos fuisse egressos de Aegypto, quando effundere uoluit indignationem suam, & implere iram suam super eos, & percutere eos in medio terræ Aegypti. *e* ¶ *Et feci propter nomen meum, etc.*] Quod facere cogitabam propter iusticiam, non feci propter clementiæ magnitudinem: ne polluereturnomen meum, & uiderer non potuisse complere quod Israel repromiseram. Peperci igitur nomini meo, ne haberent occasionem blasphemandi nationes, inter quas notus factus sum eis in terra Aegypti. Hucusq; quid eis promiserit in terra Aegypti cōstitutis, & quomodo statim offenderint, & quid contra eos dominus cogitauerit, & tamen non fecerit, propheta describit. Quæ sequuntur, egressis de Aegypto locutus est. *f* ¶ *Eieci ergo eos de terra Aegypti, & eduxi in desertum, etc.*] Hæc ad eos dicunt qui educti sunt de Aegypto in desertum: ut Aegyptiorū uitijs liberati: facilius in solitudine dei præcepta complerent, & iudicia eius facerent & sabbata custodirent: Quię in signum data sunt inter eum qui dedit & eos quibus data sunt: scriptura dicente: Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Et tu præcipe filijs Israel, dicens: Videte, & sab- Exod. 31. c bata mea custodite, quod est signum inter me & uos in generationibus uestris, ut sciatis quod ego sum dominus qui sanctifico uos, & custodite sabbatū, quoniam sanctū est uobis. Qui uiolauerit illud morte morietur. Omnis qui fecerit in eo opus, interficiet anima illa de

A medio populi sui. Ergo sabbatū & circūcisio in signum data sunt uerī sabbati, & ueræ circūcisionis: ut sciamus nobis in perfecto & æterno sabbato requiescendū à seculi operibus, & non præputiū, sed cor circūcidamus. Vnde in sex diebus operantes, die septimo requiescimus, ut nihil aliud die ac nocte faciamus nisi omne quod uiui mus, deberi dño nouerimus, & redeunte hebdomade, totos nos eius nomini consecremus, ut per sanctificationem diei recordemur dñi q sanctificat nos. Hæc præcepta & iustificatiões & obseruantiam sabbati, dedit dñs in deserto, ut facientes illa uiuerēt in eis, non de illis ad maiora transirent, sicut in euāgelio promissum est. Quæ illi uiolauerunt, non semel nec parum, sed uehementer, ut uiolatiõis ἐπίτασις monstrarē. Dixit ergo & in sua mēte decreuit, ut effunderet furorē suū super eos in deserto, & consumeret eos, quando locutus

B est ad Moysen: Di-
Exod.32.c mitte me, & iratus furore contra eos, delebo illos. Sed noluit facere, parcens Aegyptijs & cæteris gentibus, ne scādalizarentur, & ipsis quorū misertus est: expectans pœnitentiam conuersorum. Notandumq; quod quando constitutus in Aegypto loquebatur post offensam: feci, ait, ppter nomē meū, ut nō uiolarē corā gentibus de quibus eieci eos in cōspectu earū. Tūc em adhuc in medio erant, quia nec dum exierant. Nunc aūt postq egressi sunt, dicit, de quibus eieci eos in cōspectu earū. a ¶ *Ego igitur, etc.*] Decreuerā quidē ut totū furorē meū effunderē super eos, & delerē illos atq cōsumerē, sed feci propter nomē meū ne uiolarē in gen-
Ibid.17.c tibus, Amalechitis uidelicet & reliquis, quæ contra eos
Num.14 in solitudine dimicarūt, ut nequaq inducerē eos in terram quam eis pollicitus sum fluentē lacte & melle, quæ pręcipua terrarū omniū est siue fauus. Causa aūt pœnę est, istiusq sentētiæ, quia iudicia mea ꝓiecerāt & in præceptis meis non ambulauerāt, & sabbata mea uiolauerāt. Ipsiusq causæ hæc causa est, ut ista non facerēt, quia cor eorū Aegypti idola sequebat. Pepercit aūt, ait, oculus meus ne interficerē eos atq delerē, nec oīno cōsumerē. In quo quærit, quō eis pepcerit, quorū cadauera in solitudine corruerūt, & excepto Iesu Naue & Caleph filio Iephone, terrā repmissiōis nemo ingressus est. Ex quo intelligimus uiuere eos, nec æternis supplicijs reseruatos, nec deletos esse de libro uiuentiū, nec cōsumptos ante faciē dñi. Si em ex eo q nō sint introducti in terrā repromissionis perisse credēdi sunt: ergo & Moyses perijt, qui uidit tantū terrā repromissionis & nō est ingressus in eam. De quo in libro Iesu dñs loquit: Moyses famulus meus mortuus est. Et in Malachia: Memento legis Moysi serui mei. Et in Hieremia, quasi de amico & familiarissimo suo loquitur deus: Si steterint Moyses & Samuel in conspectu meo. Alioqn & Moysi preces exauditas esse credendum est: quando pro populo interpellās, ait: Si dimittis eis peccatū, dimitte: sin autē non uis, me dele de libro tuo quem scripsisti: Vt aūt sciamus sententiā dei in filios & famulos, non ad perditionē sed emendationem fieri, audiamus testimonia scripturarū. Fili ne cō tristeris ad disciplinā dñi: neq deficias, qñ ab eo argueris. Quē enim diligit dñs corripit: Flagellat autem omnē filium quē recipit. Et in alio loco: Cum interficerer eos, tunc quærebāt eum. Et in Deuteronomij cantico: Ego interficiam, & ego uiuificabo. Possumus & hoc iuxta literā dicere, q̄ non deleuerit eos, neque cōsumpserit cum stirpe sua atq progenie, sed intersectis patribus, pepercerit filijs, quos in terrā repmissionis induxit.

Deut.34.b Malach.4.b Hiere.15.d Exod.32.g Prou.3.b Hebr.12.b Psal.77.d D Deut.32.f

SEP. Et ego leuaui manū meā sup eos in deserto, ut omnino non introducerē eos in terrā quā dedi eis: terrā fluentē lacte & melle, fauus est ultra omnē terrā: eo q̄ iustificatiões meas repulerūt, & in præceptis meis nō ambulauerūt, & sabbata mea uiolauerunt, & post cogitationes cordiū suorū ambulauerunt. Et pepercit oculus meus sup eos ne delerē eos, & nō interfeci eos in cōsumptionē in deserto. Dixi aūt ad filios eorū in solitudine. In præceptis (siue legitimis) patrū uestrorū nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec idolis (siue cogitationibus) eorum polluamini. Ego dñs deus uester. In præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite & facite ea, & sabbata mea sanctificate, ut sit signū inter me & uos, & sciatur (si ue ut sciatis) quia ego sum dñs deus uester. Et exácerbauerūt me filij, in præceptis meis nō ambulauerūt, & iudicia mea non custodierūt ut facerēt ea quæ cū fecerit homo uiuet in eis, & sabbata mea uiolauerūt. Et cōminatus sum ut effunderē furorē meū super eos, & implerē iram meam in eis in deserto. Auerti autē manū meam, & feci propter nomē meum, ut non uiolaretur corā gentibus de quibus eieci eos in oculis earum. Iterū lēuaui manum meā in eos in solitudine ut dispergerē illos in nationibus & uen-

b ¶ *Dixi autem, etc.*] Post interfectionē patrū qui in eremo corruerunt, præcepta dat filijs, in quorū salutē missus est patrum. Et pepercit, inquit, oculus dñi super eos, ne omnino interficeret eos atq deleret, sed patres in filijs reseruaret, eademq testatur quæ & patribus est locutus, ut positq in præceptis illius ambulauerint, & iudicia illius custodierint, & sanctificationē sabbati qđ signum datum est reseruauerint, tunc sciant quia ipse sit dñs deus eorū. Præcepta aūt & legitima patrū & iudicia eorū, errorē inolitū significat: ne peccata eorū imitentur, quorū tormenta perspiciunt. c ¶ *Et exacerbauerunt, etc.*] Sed & filij, inquit, parentū scelera sunt secuti, feceruntq; omnia quæ illi fecerant, unde & similē meruere sententiam, sed eadem qua & patres eorum misericordię meæ magnitudine reseruati sunt, & ob easdem causas quibus & patrū misertus sum, ut unus atq idē creator amborū, simili iram meā patientia mitigarem. Manifesta percurrimus, & ad obscuriora transimus.

d ¶ *Iterū leuaui, etc.*] Vbi in ueteri testamento cōtra filios eorū qui in solitudine corruerunt dñs leuauerit manū suā, uolens eos dispergere in nationes, scriptura non dicit

A dicit, sed ex eo quod hic refert, factū esse credendū est. Siue hoc significat, quod postq̄ terrā repromissionis intrauerint, uarijs tēporibus ob multa peccata diuersis traditi sunt gentibus regibusq̄, & eo tēpore quæ natura sua bona erant præcepta dñi, & iudicia in quibus possent credentes uiuere: facta sint eis nō bona, dum nequaq̄ ualēt in captiuitate legis præcepta seruare, & facere quę diuinus sermo mādauit. Neq̄ dixit, dedi eis præcepta mala, sed non bona. Non enim statim sequitur, ut quod bonum non est, sit malum, sicut & Apostolus docet: bonū esse

1.Cor.7.a homini uxorem uel mulierē non tangere, sed propter inconuenientiā unumquenq̄ possidere uas suum in sanctificatiõe & castitate: Quod si nō fecerit, nec bonum nec malū est. Dedit ergo eis deus diuersis ingētibus præcepta nō bona, hoc est, dimisit eos cogitationibus & desiderijs suis, ut facerent quæ non conue

B niunt. Et polluit eos in mulieribus suis, sicut sacerdos, leprosos de populo sepa rans, & eos pollutos esse demonstrans, dū idolis offerunt quæ deo offerre deberent. Et transducūt omne quod aperit uuluam per ignē Baali, id est, primogenita: ut post quā deserti fuerint à deo & idolorū cultui traditi, tunc intelligāt quòd ipse sit dñs quē suo uitio ad iracūdiā concitauerunt. Hunc

& uentilarem in terras, eo quòd iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbata mea uiolassent, et post idola (siue cogitationes) patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent, & pollui eos in muneribus suis cum offerrent (siue transducerent) omne quod aperit uuluam propter delicta sua: (pro quo Septuaginta transtulerunt.) Vt delerem eos (& quod illi prætermiserunt) & scient quia ego dominus.

HEB. Quāmobrē loquere ad domū Israel: fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit dñs deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres uestri, cum spreuissent me cōtemnētes, & induxissem eos in terram super quam leuaui manum meam ut darem eis: uiderunt omnem collem excelsum, & omne lignū nemorosum, & immolauerūt ibi uictimas suas, & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerūt ibi odorē suauitatis suæ, & libauerūt ibi libatiões suas. Et dixi ad eos: Quid est excelsum ad quod uos ingredimini? Et uocatum est nomen eius excelsum usq; in hunc diē. Prōpterea dic ad domum Israel. Hæc dicit dominus deus. In uia patrum uestrorum uos polluimini, & post offen-

dici, quod ante offensam decalogum tantū acceperint: post idololatriam uerò & blasphemiā multiplices legis ceremonias, ut deo potius offerrent uictimas quas dæmonibus offerebāt, & cōparatione sacrilegij, leuius fieret quod non erat per se bonū, & nequaq̄ malū, quia deo offerebatur, & tñ nō bonū, qa boni autorem offenderant. a ¶ *Quamobrē, etc.*] Volui, inqt, eos in solitudine delinquentes in cūctas dispergere nationes, & dare illis præcepta nō bona, ut qđ mihi offerre debuerant, idolis immolarent, & omne primitiuum suū cōsecrarent eis per ignē, ut interficerē eos atq delerē. Quādo aūt dicit, uolui, ostendit se non fecisse quod uoluit. Illudq̄ quod sequit: Et sciēt qa ego sum dñs: in Lxx. nō habet. Nō em eis uidebat cōsequēs post interfectionē nosse quòd ipse sit dñs. Sed tu fili hominis rursū loquere ad eos, hoc est, ad seniores domus Israel qui te interrogare uenerunt: Patres uestri de D quorū uos stirpe descēdistis, etiam in hoc blasphemauerūt me, & duxere pro nihili: postq̄ introduxi eos in terrā quā mea fortitudine possederunt quā ego ad posidendum dederā, illi uerterunt ad exasperandum me. Cū enim uidissent omnē collē excelsum, lignumq; nemorosum, sacrificabant in montibus & in lucis & saltibus, & idolis uictimas immolabāt, & liba fundebāt: quod cum uidissem, dixi ad eos: Quid est bamar hoc em interpretat excelsum, aut במה cur ingredimini istiusmodi locū quē uobis in cunctis collibus legistis, ita ut usq; hodie istiusmodi loca appellent Bamoth, & antiquus error nomē pristinū teneat? Pro bama, qđ nos in excelsum uertimus, in Lxx. editione error obtinuit, ut scribat ἀββαώθ, quod Hebraico sermōe nil resonat. Potest bama si utranq; syllabā in duo diuidas uerba, significare, in quo: sed præsenti loco sensus iste non cōgruit. Vbicūq; aūt in Regū & Paralipomenon libris scribit: Adhuc populus adolebat incensum & immolabat in excelso, Bama singulariter, & Bamoth pluraliter excelsa significat. b ¶ *Propterea, etc.*] Patrum uestrorū imitamini uitia, & per easdē inceditis uias, ut delicta similia similē mereant & pœnā, & in tantum scelus profecistis, ut filios uestros per ignē dæmonibus cōsecretis. Nec semel hoc fecisse sufficiat, sed usq; in præ-

A in præsentiarũ agatis eadẽ. Nõ quod hæc seniores in captiuitate faciant, sed quod illi qui Hierosolymis morabant, & quibus captiuitas imminebat, hæc omnia facere non cessent. Et cùm tantis flagitijs obligati sitis: respõsionẽ, inquit, mea quæritis? Viuo ego dicit dñs deus, & iuro p memetipsum, quia non respõdebo uobis. Quodcp sequitur. *a* ¶ *Neq; cogitatio mentis, etc.*] Hunc habet sensum: Ne putetis cogitationes uestras quib. contra me blasphematis posse cõpleri, dicitis enim, nolumus esse sub domino, nec populus illius appellari: sed sicut cunctæ in toto orbe sunt nationes, & unaquæq; gens suo uiuit arbitrio, ut colat ligna & lapides, & idolis seruiat, etiam nos una gens erimus ẽ pluribus. Ad quæ respondet deus, iuratq; per semetipsum & dicit: Non uos relinquã neq; contemnã, ut fugaces seruos dñi negligentes solẽt contemnere, sed ad meũ retrahã imperiũ, & brachio extẽto ac percutiente ac furore effuso, in pristinam redigam seruitutẽ, & regnabo super uos: ut uelitis nolitis me habeatis regẽ, & sentiatis regem iratũ, cuius clementiã neglexistis. *b* ¶ *Et educã uos de populis, etc.*] Nec uos, ait, putetis esse in gentibus, nec æterna captiuitate teneri, sed educam de populis, & cõgregabo de terris in quas uos ad seruiendũ hostilis necessitas huc illucp dispersit. Hæc autẽ faciam, non ut perdam uos & deleam, sed ut rex uester sim. Ex quo intelligimus etiã eam quam appellant hæretici creatoris crudelitatẽ, sonare clementiam: dum ad hoc irascitur & desæuit & totũ effundit furorem: ut retrahat eos ad regnũ suum, qui dæmonum tyrannidem ad seruiendum elegerunt. *c* ¶ *Et adducam uos in desertum, etc.*] Faciam, ait dominus, uobis qui estis in Babylone, & nunc seruitis idolis, quod feci patribus uestris in Aegypto ut educam uos in desertum populorum, & ibi iudicer uobiscũ facie ad faciem, sicut aduersus illos iudicio contendi, quando egressi sunt de Aegypto. Et postcp uos iudicauero, subijciam uos sceptro meo & imperio, & inibo pactũ uobiscũ, & inducã uos in terrã uestrã in uinculis charitatis: ut ligati amore meo, nequaquam à me possitis recedere. Transgressores autem & impios, qui cordis duricia in malis operibus perseuerant: eligã de uobis non ad possidendũ, sed ad abijciendum. Et educã quidem eos de terra incolatus eorum, ut educti non ingrediant terram Israel: sed in diuersis pereant regionibus, & distinctione bonorũ & malorũ, cognoscatis, quia ego sum dominus, qui facio cuncta iudicio. Ad reliqua festinat oratio, breuiterq; percurrimus singula, ut sensum tantũ legentibus præbeamus. *d* ¶ *Et uos domus Israel, hæc dicit dominus deus: Singuli post idola uestra, etc.*] Hunc locum manifestius interpretatus ẽ Symmachus. Vnusquisque idolis suis euntes seruite, qa noluistis audire me: nomẽ autem meum sanctum nolite ultra polluere per munera uestra atq; simulacra: In monte uerò sancto meo, in monte excelso Israel, ait dñs deus: ibi seruiet mihi omnis domus Israel. Symmachi translatio hũc habet sensum. Quia mihi seruire non uultis: ite & seruite idolis & simulacrorũ uestrorum calcate uestigia. Me enim audire non uultis, ut nequaquã mihi hostias immoletis, nec adoleatis incensum, nec meus populus appellemini. Mihi ẽm nequaq; in lucis & phanis & idolorũ locis seruiẽt cultores mei, quod uos facitis: sed in monte sancto meo, in monte excelso Israel. Porrò Lxx. propriũ explicant sensum. Derelinquite cogitationes uestras pristinas, & malarũ adinuentionum auferte peccata, & si post hæc audieritis me, & nomẽ meũ non polluueritis in muneribus uestris atq; simulacris, tũc in monte meo sancto offeretis mihi uictimas & seruietis ô omnis domus Israel. Aquila uerò Symmacho ex parte cõsentiens, in parte discordat: Ite, inquit, post idola uestra & seruite eis, quia indignẽ estis meo imperio, nec me uestra cultura delectat. Quod si & in hoc ne quaq; audieritis me, sed nomen sanctũ meum polluueritis, dum mihi offerre simulatis quæ offertis idolis, & nomini meo tantũ blasphemiã facitis, ut qui idolorum cultores estis, meos uos esse dicatis: hoc scitote, quod in monte sancto meo, in monte excelso Israel, ibi seruitura sit mihi omnis domus Israel: non uos qui seruitis idolis, sed omnis domus Israel quæ postea creditura est. *e* ¶ *In monte uerò sancto meo, etc.*] De hoc mõte in quo seruitura est deo omnis domus Israel, Esaias & Micheas pari uoce cecinerunt: In nouissimis diebus erit manifestus mons domus domini in uertice montiũ, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum oẽs gentes, & ibunt populi multi & dicent: Venite ascendamus in montem domini & in domũ dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius. De Sion ẽm exibit lex & uer-

Esa. 2.b Mich. 4.b

offendicula eorũ uos fornicamini. Et in oblatione donorũ uestrorũ cũ trãsducitis filios uestros per ignẽ: uos polluimini in omnib. idolis uestris usq; hodie, & ego respõdebo uobis domus Israel? Viuo ego dicit dñs deus, quia non respõdebo uobis. Nẽq; cogitatio mẽtis uestræ fiet, dicentiũ, erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ, ut colamus ligna et lapides. Viuo ego dicit dñs deus, quoniã in manu forti & in brachio extento & in furore effuso regnabo super uos. Et edũcã uos de populis, & cõgregabo uos de terris in quibus dispersi estis: in manu ualida & brachio extento, & in furore effuso regnabo super uos. Et adducã uos in dẽsertum populorũ, & iudicabor uobiscũ ibi facie ad faciem. Sicut iudicio cõtendi aduersus patres in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo uos dicit dominus. Et subijciam uos sceptro meo, & inducam uos in uinculis fœderis, & eligã de uobis transgressores & impios, de terra incolatus eorũ educã illos, & in terram Israel non ingrediẽtur, & scietis quia ego dominus.

HEB. Et uõs domus Israel hæc dicit dñs deus: singuli post idola uestra ambulate & seruite eis. Quod si & in hoc nõ audieritis me, & nomen meum sanctũ polluetis ultra in muneribus uestris, & in idolis uestris. In mõnte uerò sancto meo, in monte excelso Israel, ait dominus deus: ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes inquam in terra in qua placebunt mihi, & ibi requiram primitias uestras, & initium decimarum uestrarum

SEP. Et uos domus Israel hęc dicit adonai dominus. Vnusquisq; adinuẽtiones suas auferat, & post hæc si uos audieritis me, & nomẽ meum sanctum non polluetis ultra in muneribus uestris, & in studijs uestris.

A & uerbũ dñi de Hierusalẽ. Et rursum Esaias: In montẽ, inquit, excelsum ascende qui annuncias Sion, eleua & exalta uocem tuam qui euangelizas Hierusalẽ. Quem montẽ Sion aut ecclesiã intelligimus quę interpretatur specula, & in altitudine sanctorũ dogmatũ cõstituta est: aut ipsum dominum saluatorem, in quo & primitiæ & decimæ & omnis cultura in odorẽ uertitur suauitatis, ut oẽs in circuitu nationes uidẽtes populũ domini esse saluatũ, glorificent deũ, & cognoscant qui saluati fuerint quod ipse sit dñs. *a* ¶ *Cum induxero uos ad terrã, etc.*] Tũc scietis quòd ego sim dominus: quando induxero, ait, uos in terram Israel, pro qua leuaui manum meam ut inducerem in eã patres uestros, quam illi suo uitio perdiderunt, & uos non tam uestro merito quàm mea clementia recepistis. *b* ¶ *Et recordabimini uiarum uestrarum, etc.*] Non possumus recordari scelerum nostrorum atq; uitiorum, nisi inducti fuerimus in terrã Israel: ubiq; positi dicamus cum apostolo: Qui nõ sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Et displicebitis, ait, uobis in conspectu uestro in omnibus malicijs uestris quas fecistis. Siue ut interpretatus est Symmachus, & paruuli uobis uidebimini propter oẽs malicias uestras quas estis operati,

Esa. 40.b

1. Cor. 15.b

B rum, in omnibus sanctificationib. uestris in odore suauitatis suscipiam uos, cum eduxero uos de populis, & congregauero uos de terris in quas dispersi estis, & sanctificabor in uobis in oculis nationum, & scietis quia ego dominus. Cùm induxero uos ad terram Israel, in terram pro qua leuaui manum meam ut darem eam patribus uestris. Et recordabimini uiarum uestrarum, & omnium scelerum uestrorũ, quibus polluti estis in eis, & displicebitis uobis in conspectu uestro in omnibus malicijs uestris quas fecistis, & scietis quia ego dominus cum benefecero uobis propter nomen meum, non secundum uias uestras malas, & secundum scelera uestra pessima domus Israel, ait dominus deus.

C ut postcp excelsi fueritis, humiles se esse credant: qa dñs humilibus dat gratiã. Et in alio loco scriptũ est: Ante cõ tritionẽ exaltabit cor uiri, & ante altitudinẽ humiliat. Superbiã enim cõtritio, & humilitatẽ sequitur exaltatio. Et scietis quia ego dñs cum benefecero uobis. Et dominũ saluatorem tũc magis cognouimus, quando benefecit nobis, & passus est pro peccatis nostris, & portauit iniqrates nostras, & pro nobis doluit, non pro aliquo merito eorum qui saluandi sunt, sed propter nomen suum. Alioquin uiæ nostræ & scelera pessima, non misericordiam meruere sed pœnã. Quicquid autem de populo diximus Israel, qui liberatus de Aegypto, in solitudine multa cõmisit & offendit deum, & postea in terram repromissionis inductus, uenerat⁹ est idola, lignaq; & lapides coluit, & postea dei clementia conseruatus est: referamus ad eos qui de Aegypto seculi huius, manu excelsa domini liberati sunt, & introducti in uitiorum solitudinẽ, rursum Aegyptum suspirarunt, & fecerunt ea per quæ puniri debuerant, sed nihilominus per pœnitentiam non suo merito, sed domini clementia conseruati sunt.

Iacobi 4.b Prou. 18.b

Commentarij sexti in Ezechielem prophetam finis.

D

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Eustochium Prœmium.

OLIM pueri legimus: nihil tam facile est quin difficile fiat, quod inuitus facias. Fateor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promisisse, & occupatione de toto huc orbe uenientium implere non posse, dum nulla hora, nullumq; momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, & monasterij solitudinem, hospitium frequentia cõmutamus: intantum ut aut claudendum sit nobis hostium, aut scripturarum per quas aperiendæ sunt fores, studia relinquenda. Itaq; lucratiuis imò furtiuis noctium horis, quæ hyeme propinquante longiores esse cœperunt: hæc ad lucernulam qualiacunq; sunt dictare conamur, & æstuantis animi tædium, interpretatione digerere. Nec iactamus, ut quidam forsitan suspicantur, fratrum susceptionem, sed morarum causas simpliciter confitemur: præsertim cum occidentalium fuga, & sanctorum locorum constipatio, nuditate atq; uulneribus indigentium, rabiem præferat barbarorum: quos absq; lachrymis & gemitu uidere non possumus, illam quondam potentiam & *ignorantiam diuitiarum ad tantam inopiam peruenisse, ut tecto & cibo & uestimento indigeat: & tamen nequaquam duri quorundam atq; crudeles animi molliuntur, dum pannulos eorum & sarcinulas discutiunt, aurum in captiuitate quærentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis senectute, & aliquid sustinẽtibus beati Isaac, ad nocturnum lumen nequaquam ualeamus Hebræorum uolumina relegere: qui etiam ad solis dieiq; fulgorem, literarum nobis paruitate cæcantur. Sed & Græcorum cõmentarios, fratrum tantũ uoce cognoscimus. Nulliq; dubiũ, qp alienis dentibus cõmoliti cibi, uescentibus nauseam faciant. Vnde te obsecro filia Eustochiũ: ut ista quæ notariorũ stilo cudimus, & ad quæ emendanda spaciũ uix habemus, id est septimũ in Ezechielẽ librũ post interualla susciptas, & ut ante iam dixi, si librorũ breuitas uel longitudo inter se fuerint inæquales, uisionũ imò ἀναβιβάσεως breuitati imputes ac longitudini, dum & iuncta nolumus separare, & dissonantia in unam coartare congeriem.

Legendũ arroburor arrogantiam.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam, Liber septimus.

ET factus est, etc.] Quid significet pone uel obfirma faciē tuā: supra plenius diximus. Obfirmatione enim uultus opus est & frontis duricia, ut quę imperantur prophetæ, loquatur incepidus, maxime cū ad totā populi multitudinem tristia nuncianda sint. Theman aūt & Darom & Nageb, & rursum Nageb: pro quo Lxx. ἀπηλιώτην interpretati sunt: quid sonent in Hebræo, expressit nostra translatio. Quodq; dixere ducē Nageb, melius habet in Hebræo, agri uel regionis meridianæ. Non enim תֵּימָן ut putauerunt Lxx. quod uerbū ducem & principem sonat, sed תֵּיָרָה scriptū est, quod proprie agrū regionēq; signat, & propter ר & ר literarum similitudinē, error inoleuit. Lòquitur autem sermo diuinus per Metaphoram saltus contra Hierusalem, quæ bestiarū & ferocium hominum habitatio est: quod succendat eum, omniaq; ligna illius concrementur, nequaquam arbores uocans quæ fructibus indigebant, sed ligna quasi incendio præparata. Primūq; comburit in eo lignū uiride, secūdū quod in hoc eodem propheta legimus: Et à sanctis meis incipite, & postea aridū, quod nihil in se poterat habere uitale: sanctos uidelicet simul & peccatores, ut alij captiuitatis mala morte effugiant, alij supplicijs tradantur æternis. Quodq; infert: Ab austro usq; ad aquilonem, hoc indicat, ab Hierusalem usq; ad Babylonem: ut omne iter pergentium in captiuitatem gladio, fame, pestilentia ruentium cōpleatur. His enim qui in Babylone sunt, Hierusalem ad austrū sita est, quomodo econtrario olla in Hieremia quę significat Hierusalē, à facie aquilonis, id est, Babylonis succēdit. Et pulchre in principio: stilla, inquit, ad Aphricum: ut non tota dei ira uideat effusa, sed stilla quædam & pars. Sin autē stilla tantæ sæuitiæ est: quid in totis imbribus æstimandū est? Vt omnis caro quæ uisura est salutare dei: per syluarū incendiū & flammā quæ nullius extinguitur auxilio, cognoscat quòd ipse sit dominus. Quod intelligens propheta respondit: ah, ah, ah dñe deus: uel ut Lxx. τᾶς τυλερῦτ, nequaq; dñe dñe. Et infert: Et ipsi dicunt ad me: Nunquid nō per parabolas loquit̄ iste? uel parabola est ista quæ dicit? Et est sensus. Plenius loquere, nō intelligimus per parabolā quid loquaris: aperto sermone, dic nobis pande sententiā. Potest aūt Tropologice Themā & Nageb & Darom Ægyptus intelligi: legimus enim in Daniel crebro austrū pro Ægypto accipi, Ægyptus aūt refert ad mū. di istius angustias: ꝓphetat igit Ezechiel quæ mundo uenturā sunt mala: quē saltum uocat, pomiferas arbores non habētem, sed habitaculū bestiarum. De quo & in uigesimo octauo psalmo dicit: Vox dñi ꝑparientis ceruos, & reuelabit cōdensa syluarum. Istæ sunt syluæ & saltus qui plus decem milia uirorum in prælio deleuerūt. In saltu exercitu Abessalon cū interfecit gladius: succenditurq; in saltibus primū lignū uiride & sic aridum, hi qui uiuūt in malo, & hi qui iusticiæ mortui sunt. Quodq; dicit & comburet in ea omnis facies ab austro usq; ad aquilonē, hoc dicit: Ab his qui feruēte spiritu uidebant usq; ad eos qui crescente iniquitate & refrigerata charitate multorum, calorē pristinū perdiderunt: ita ut omnis caro perspiciat flammam dñi non extingui. Precaturq; propheta ne fiat quod dñs cōminatus est, hoc est, ne succendat saltus, & ligna omnia concrementur, ut aut adhuc accipiant locū pœnitētiæ: aut sibi non imponatur necessitas tristia nunciandi: præsertim cum populus ea nō intelligat, & obscuritate dictorum magis ad insaniam prouocetur. Cap. XXI

ET factus est, etc.] Quia supra dixerat, ipsi dicūt de me, nūqd nō ꝑ parabolas loquit̄ iste, & apertā populus flagitabat sententiā: idcirco id quod dominus per metaphorā siue parabolam, & ut alij uertere prouerbium, est locutus, nunc manifestius loquitur, saltus Nageb & Darom & Theman esse Hierusalē, & templum illius sancta sanctorum, & omnem terram Iudææ: flammamq; quæ cōbustura sit saltum intelligi gladium deuorantem, qui eductus sit de uagina sua, ut interficiat iustum & impium. Hoc est enim lignum uiride et lignum aridum. Vnde & dominus: Si in ligno, ait, uiridi tanta faciūt, in sicco quid facient? Pro quo nescio quid uolentes Septuaginta, iniquum & iniustum interpretati sunt: quasi nō idē utrumque significet. Quodq; ibi dixerat: Et uidebit uniuersa caro, quia ego dominus succēdi eam: hoc est, syluam siue flammam, nec extinguet̄, hic alijs uerbis loquitur, ut sciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladiū meum de uagina sua irreuocabilem. Vere enim contra Hierusalē non est flamma sopita, nec extinctum incendium, nec reuocatus gladius: quia modicū tēpus in medio, & Hierusalē cum templo suo, Babylonio igne succensa est. a ¶ Et tu fili hominis, etc.] Primū dixerat: Vaticinare uel stilla ad austrū, aphricum & meridiē, & ad saltū meridianū. Quod quia uidebat obscurū, & dicta prophetæ populus nesciebat: secundo ponitur manifestius, saltum meridianū esse Hierusalem, & omnes infructuosas arbores, ad quarū radices securis posita sit, intelligi habitatores eius, gladiumq; interpretari pro incēdio. Tertio iubetur prophetæ, ut tacentibus illis nec interrogantib. cur ista uaticinatus sit: faciat per quæ interrogetur: & respondeat quæ dñs loquutus est. Ingemisce, inquit, ciulare, non leui uoce nec dolore moderato, sed in contritione lumborū, ut gemitus tuus eximis uisceribus & amaritudine animi proferat. Et hoc facies coram eis: ut cum te interrogauerint cur tanto gemitu conteraris, & quid tibi mali acciderit ut sic ingemiscas: tu eis meo sermone respondeas: Idcirco plango, & dolorem cordis mei dissimulare non ualeo, quia audiuit qui semper meis auribus insonuerat, opere completur & uenit: imminens uidelicet Babylonij furentis exercitus. Qui quum uenerit & uallauerit Hierusalem: tunc tabescet omne cor, & dissoluent̄ uniuersæ manus:

HEB. irreuocabilem. Et tu fili hominis ingemisce in cōtritione lumborum, & in amaritudinib. ingemisce corā eis. Cūq; dixerint ad te, Quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia uenit, & tabescet omne cor, & dissoluentur uniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus: & per cūcta genua fluent aquæ. Ecce uenit & fiet, ait dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis propheta & dices: Hæc dicit dñs deus, loquere: Gladius, gladius exacutus est & limatus, ut cædat uictimas exacutus est: & ut splendeat limatus est, qui moues sceptrū filij mei, succidisti omne lignū. Et dedi eum ad leuigandū, ut teneat̄ manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, ut sit in manu interficientis. Clama & ulula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in ducibus Israel. Qui fugerant, gladio traditi sunt cū populo meo, idcirco plaude super femur: quia probatus est, & hoc cum sceptrum subuerterit, & nō erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta & percute manu ad manum, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorū. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit & corde tabescere, et multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationē gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, uade ad dexteram siue ad sinistram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem

SEP. non reuertet̄ ultra. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum tuorum, et in doloribus geme in conspectu eorum. Eritq; si dixerint ad te, quare tu gemis? et dices: Propter nunciū quia uenit, & comprehēdetur pauore omne cor, & dissoluentur uniuersæ manus, & animabit̄ omnis caro & omnis spiritus, & omnia femora polluentur humore. Ecce uenit & erit, dicit dominꝰ deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis propheta & dices: Hæc dicit dñs deus, loquere: Gladius, gladius exacutus est & limatus, ut cædat uictimas exacutus est: & ut splendeat limatus est, qui moues sceptrū filij mei, succidisti omne lignū. Et dedi eum ad leuigandū, ut teneat̄ manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, ut sit in manu interficientis. Clama & ulula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in ducibus Israel. Qui fugerant, gladio traditi sunt cū populo meo, idcirco plaude super femur: quia probatus est, & hoc cum sceptrum subuerterit, & nō erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta & percute manu ad manum, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorū. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit & corde tabescere, et multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationē gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, uade ad dexteram siue ad sinistram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem

ut occupante pauore mentes hominum, nullus audeat repugnare. Infirmabitur enim omniū bellatorum spiritus, & tāta cunctos occupabit trepidatio atq; formido, ut timore cogente, arcus & uiscera dissoluātur, & uesica humorē tenere non ualeat: ita ut urina genua polluantur. Naturale est enim ut timore cogente, uesica laxetur: & aduersus hominis uoluntatem humor defluat. Quod quidem & in morborum magnitudine accidere solet, ut postquam uires defecerint ægrotantium, non solum genua, sed & lectuli polluantur. Ecce, inquit, uenit quod sæpe prædixi & opere completur ac fiet: quod non ego, sed dominus loquutus est. Scio quēdam in contritione lumborum & fluentibus aquis, multa testimonia replicasse, ut prophetæ castitas impleretur & amaritudo animi, & dolor mentis internus, quod aquæ seminum genua polluant. Sed hæc expositio ad præsentem nō pertinet locum. b ¶ Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis propheta & dices, etc.] Multum est si utramque ponam editionem: & librorum extenditur longitudo, maxime ubi aut nulla aut parua distātia est. Ponam igitur nonnulla quæ discrepant. Pro eo quod nos diximus: Qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum: illi transtulerunt: Interfice, contemne, repelle omne lignū. Rursum ubi nos diximus: Qui fugerant, gladio traditi sunt: & illi & alij transtulerūt: Hospites mei siue habitatores. Et ubi nos diximus: Plaude super femur, illi posuerunt: Percute manu. Et ubi transtulimus: Et hoc cum sceptrum subuerterit, illorum habet editio: Tribus repulsa est. Loquitur autem ad gladium Nabuchodonosor, ut ueniat contra Hierusalem, & exacuatur atq; limetur, multos enim esse cædendos, & ad ipsum apostropham facit: Tu es qui moues atq; subuertis sceptrum filij mei, imperium uidelicet populi Israel: & omne lignum succidis, uniuersam populi multitudinem. Dedi, inquit, istum gladium, ut teneat̄ manu Nabuchodonosor, & sit in manu uiri robustissimi. Vnde ô propheta, clama & ulula, & mala instantia, uocis lamentatione testare. Hic gladius nulli pepercit, nec aliquem imminentium malorum reliquit expertē, factus est in populo, factus est in ducibus

A Israel, factus in hospitibus meis ac sacerdotibus, qui habitabant in templo meo. Idcirco percute formur, siue manum, & habitū plangētis assume. Hic enim gladius probatus est mihi, & hoc cum sceptrū meū regnūq; subuerterit quod ultra nō erit, & in Sedechia rege finiet. Iterū tibi propheta iubeo, ut q formur percussēras pro stupore & miraculo, pcutias & manus, ut nō solū semel, sed secundo ac tertio gladius ueniat ad interficiendū. Primo. n. uenerat Nabuchodonosor, qñ tulit Iekoniā: & secūdo, quādo regnabat Ioakim: tertio, qñ Sedechias. Et hic est gladius triplicatus, qñ facta est magna occisio, & intantum multiplicauit ruinas, ut obstupescerēt animo, & corde tabescerēt, & in omnibus portis eorū daret conturbationē. Præcipit ergo illi, hoc est, gladio acuto etlimato ad fulgendū, amictoq; & expedito & parato ad cædē, ut uadat siue ad dexterā uoluerit, siue ad sinistram. Quocūq; ait, faciei tuæ placuerit, audacter ingredere, me habens ducē, me

B adiutorē. Ego plaudā manu ad manū, ut fœuientem te contra aduersarios meos, quasi fautor tuus & exhortator instigem. Ne dubites, ne formides, & pati timeas

4 Reg. 19 quod passus est Sennacherib: ego dominus sum loquutus, meæ minister es uoluntatis, meā comple sententiā.

Anagoge Possumus iuxta anagogen, gladium acutū paratumq; ad cædem accipere diabolū, de quo ait Apostolus: Tra

1 Cor. 5. b dere huiusce modi satanæ in interitū carnis, ut spiritus

1 Tim. 1. d saluus fiat. Et in alio loco: Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discāt nō blasphemare. Et in psal

Psal. 77. c mis scriptū est: Misit furorē, & iram, & angustiā, immissionem per angelos pessimos. Hunc quidam putāt gla

2 Reg. 24 dium & in manu fuisse angeli: quādo sub Dauid percutiebatur Hierusalem. Alij autem & de illo dici gladio su

Matt. 10. d spicantur, de quo in euangelio scriptū est: Non uenī pacem mittere super terram, sed gladium, & diuidere inter se omnē consanguinitatis affectum: ut mali corruāt, & sancti resurgant. Sed hoc impium est credere de gladio saluatoris, & non potius de diabolo, qui domini in ecclesia sceptra subuertit, qui interficit cūctos in populo, & duces & hospites dei, & tūc à domino comprobatur, quando Iudam proditorē & similes eius subuertet:

Ioan. 13. d it: qui postquam comedit buccellam, intrauit in illum satanas. Duplicaturq; & triplicatur gladius interfectorum, ut soluatur peccatum Hierusalem: quia suscepit de manu domini duplicia peccata sua. Gaudet aūt dominus & exultat & hortator est gladij sæuiētis, ut uadat siue ad dexterā siue ad sinistram, & quocunq; eum faciei suæ tulerit appetitus, ut interfectis malis, remaneāt bo-

Hier. 32. c ni, & impleatur illud quod scriptum est: Quid paleis ad frumentum, dicit dominus? c ¶ *factus est sermo domini ad me, dicens, etc.*] Scio me in hoc loco iuxta Septuaginta interpretes, cuiusdam multiplicem legisse expositionem: Rabbath filiorum Ammon, referentis ad gentium populū: Iudam uero & Hierusalem ad eos qui sub Christi nomine congreganī, & factis dent nominis dignitatē: regemq; confusionis diabolū stare in omni uiarum capite, & insidiari in occulto: implericq; illum uersiculum: Iuxta semitā scandalum posuerunt mihi, & stare eum in biuio, uel eos qui sui sunt tenere cupientē, uel nouū sibi acquirere seruitiū, & ad dexterā semp pergere, ad eos scilicet qui in dextera parte sunt positi, ut expugnet eos, ut exultet in cæde, ut arietibus & congestione operū terrenorū capiat miseram Hierusalem, & primo quidem ut uideatur ei nihil agere, & frustra conari. Illo uero recordante iniquitates eorū qui in ecclesia cōmorantur, imō malis operibus, reducunt aduersarias potestates in memoriam scelerū pristinorum, patefiūt omnia peccata populi, & cogitationes eorum, & idcirco capiunī, quia nouis uetera delicta cumularūt. Hæc alius dixerit, nobis cœpta historiæ ueritas persequenda est. Cum, inquit, dixisset mihi sermo diuinus: Propheta fili hominis, & loquere ad gladium, & dic: Gladius, gladius, & cætera quæ pro-

D phetia gladij continentur. Secundo factus est ad me sermo domini, dicēs: Vis fili hominis scire quis iste sit gladius, & apertius personam discere gladij fœuientis? Ausculta quæ dico, pone duas uias, ut per illas gladius ueniat regis Babylonis: qui egredietur quidem uno itinere Chaldæorum: sed cum uenerit per desertum & solitudinem ad biuium terræ Arabiæ, quæ appellatur filiorum Ammon: quarū una uia Hierusalem ducit ad dexteram partē, sinistra uero ad Rabbath filiorū Ammon, quę est ciuitas metropolis, & hodie Philadelphia nomi-

Esaiæ 27. b nat. Memor, inquit, internecionis quæ accidit regi Assyrio, qñ centum octogintaquinq; milia, una nocte sunt cæsa: formidabit ad partē dexterā declinare, & ire contra munitissimā Hierusalem, sed stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet, ut mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, ut uideat cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem debeat oppugnare. Hanc aūt Græci *Βελομαντίαν* siue *ῥαβδομαντίαν* nominant. Interrogauit igitur idola, exta cōsuluit. Ad dexteram facta est diuinatio eius, ut pergeret contra Hierusalem, & oppugnaret eam, aggeres cōportaret, arietes poneret, ædificaret munitiones, urbemq; concluderet, & in cæde aperiret os suum, & fremitū exultantis & ululantis exercitus concitaret. Hoc, inquit, faciens, uidebitur habitatoribus Hierusalem oraculū frustra consulere: & quasi sabbatorum ocium tenere, ludere uidelicet, & nihil operis perpetrare. Rex aūt Babylonis nō in sua fortitudine, sed in iniquitate populi confisurus est, qua eos scit offendisse deum, & peccata patrū nouis cumulare delictis, & prævaricationes eorū omnibus patuisse, & idcirco nō dubitabit de uictoria: quia confidet de iniquitate Hierusalem: hæc iuxta Hebraicū, à quo Lxx. non tam sensu quàm uerbis in plerisque discordant.

¶ Tu

A a ¶ *Tu autem prophane, etc.*] Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Tu autē prophane, inique dux Israel: cuius uenit dies in tempore iniquitatis cōstitutus: Hæc dicit dñs deus: Abstulit cidarim, & tulit coronam: neq; hoc neq; illud: humilem subleuabit, & humilem humiliabit. Iniquitatē, iniquitatē, iniquitatem faciam illud. Et hoc non fuit iste, cuius iudicium est, quem daturus sum. Post urbis Hierusalem subuersionem & captiuitatem populi, ad ducē Israel sermo dirigitur: quē nemini dubium est significari Sedechiam: in quo regum Israel de stirpe Dauid imperium finitum est. Venit, inquit, tibi dies, quæ lōgo tēpore præfinita est in te: & propter te sacerdotium & regnum interijt populi Iudæorum. Cidaris enim insigne pontificis est: corona, hoc est diadema, regis indicium. Nonne hæc est cidaris, & hęc corona quæ nihil fecit iudicio, sed ad imitationē

B regis Babylonij quos uolebat exaltabat: & quos uolebat humiliabat? Propterea nō semel, nec iuxta Lxx. bis, sed tertio iniquitatem ponā tibi in perpetuum: quæ non statim tibi reputata est, sed donec ueniat Christus cuius est iudiciū: & tradat ei pater regnum & sacerdotium, uel ecclesiam de gentibus cōgregatam. Non enim iudicat pater quenquam, sed omne

Ioan. 5. a Psal. 71. a iudicium dedit filio. Et in alio loco: Deus, ait, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iste est cui repositum est imperiū, & sacerdotiū sempiternū. De quo

Gen. 49. b loquebatur & Iacob: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repositū est, & ipse erit expectatio gentium. In eo loco ubi nos interpretati sumus: Nōne hæc est: pulchre transtulit Symmachus, neq; hoc neq; illud. Quia enim dixerat: Aufer cidarim, tolle coronā: subiunxit, neq; hoc neq; illud: id est, regnum cessabit & sacerdotium. Vnde qui postea usq; ad aduentum Christi reges fuerunt pariter & sacerdotes, quorum unus Hyrcanus pontifex diadema capiti suo imposuit, frustra sibi & hoc & illud uoluit uēdicare: cum regnū ei non deberetur post Sedechiam, sed illi cui repositum erat, & qui fuit expectatio gentiū, de

1 Machab. 1. c quibus loquitur & Malachias: Vos sacerdotes, qui contaminatis nomen meum. Et post paululum: Non est uoluntas mea in uobis, & uictimas non suscipiā de mani-

Psal. 49. a bus uestris. Ab ortu eīm solis usq; ad occasum, magnū est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Quæ munda oblatio sine sanguine hircorum, arietum, atq; tauro-

HEB. Tū aūtē prophane, impie dux Israel: cuius uenit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit dñs deus: Aufer cidarim, tolle coronā. Nónne hæc dicit quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatē, iniquitatē ponā eā: & hoc nō fiet donec ueniat cuius est iudicium, & tradam ei. Et tū fili hominis, propheta & dic: Hæc dicit dñs deus ad filios Ammon, & ad opprobriū eorū. Et dices: Mucro, mucro, euagina te ad occidendū, lima te ut interficias & fulgeas. Cum tibi uiderent uana, & diuinarent mēdacia, ut dareris super colla uulneratorū impiorū: quorū uenit dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad uaginam tuam, in locū in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Et effundā super te indignationē meā, in igne furoris mei sufflabo in te: daboq; te in manibus hominum stultorum, & fabricantiū corruptionē. Ignis eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego dominus locutus sum. Cap. XXII

ET factū est uerbum domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, nónne iudicas ciuitatem sanguinum, & ostendis ei omnes abominationes suas? Et dices: Hæc dicit dominus deus: Ciuitas effundens sanguinem in medio tuā, id est in Babylonē, ad locū in quo factus es & creatus, ut in terra natiuitatis tuæ iudicē te, & effundam super te indignationē meam: & Medorū atq; Persarū uirtute capiaris. Quod plenius in Esaiæ uolumine dicitur in uisione contra Babylonem: Ecce ego suscitabo super Esaiæ 13. d eos Medos. Et post paululum: Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit deus Sodomā & Gomorram, non habitabitur usq; in finem. Et quia semel sub persona gladij de rege imō regno Babylonis loquebat, seruat *μεταφοράν*. In igne, inquit, furoris mei sufflabo in te, ut faciā te igne consumi, & tradam te in manibus hominū stultorum & imperitorū, qui artem non habent cudendi gladios & acuendi: ut nequaq; ultra acuaris, limeris & fulgeas ad occidendū, sed sis ignis cibus, sanguisq; tuus, quem fudisti cunctis spectātibus, in te potius redundet: & tradaris æternæ obliuioni, & pereas in perpetuum: quia ego dominus locutus sum, cuius dixisse, fecisse est.

CAP. XXII

ET *factum est uerbum, etc.*] Et tu, ait, fili hominis (utar enim consueto ad te uocabulo) iudica ciuitatem sanguinū, & ostēde illi omnes abominationes suas, ut sciat se imminentē captiuitatem merito sustinere, & in multis sanguinibus adduxisse tempus ruinæ suæ. Primum

omnium

rum, in Christi completur aduentu: quando uenit desideratus gentibus, & ortus est sol iustitiæ: in cuius pennis est sanitas. b ¶ *Et tu fili hominis propheta & dic, etc.*] Gladium regis Babylonis stetisse in capite duarum uiarum, in compito dexteræ & sinistræ: quarum altera ducebat Hierusalem, altera ad Rabbath filiorum Ammon: & exisse sortem ut pergeret prius contra Hierusalem, suprà legimus: Qua expugnata & capta, regnum quoq; & sacerdotium eius in æternum periisse prænunciat. Residuum erat filijs Ammon: & ipse diuisionis ordo poscebat, quid de sinistra uia factum esset. Vnde imperatur prophetæ ut loquatur ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: quod & ipsi capiendi sint, & ad eundem gladium sermonē dirigit: O mucro, mucro qui paratus es ad cædem, qui limatus ut fulgeas & interficias: licet tibi idola responderint: & uanum sit omne quod à dæmonibus respondetur: ut uidelicet uulneratorum ceruicibus immineres: & per te complerēt quod multo dominus tempore fuerat comminatus: tamen expleto opere tuo quod egisti contra filios Ammon: reuertere ad uaginam tuā, id est in Babylonē, ad locū in quo factus es & creatus, ut in terra natiuitatis tuæ iudicē te, & effundam super te indignationē meam: & Medorū atq; Persarū uirtute capiaris. Quod plenius in Esaiæ uolumine dicitur in uisione contra Babylonem: Ecce ego suscitabo super Esaiæ 13. d eos Medos. Et post paululum: Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit deus Sodomā & Gomorram, non habitabitur usq; in finem. Et quia semel sub persona gladij de rege imō regno Babylonis loquebat, seruat *μεταφοράν*. In igne, inquit, furoris mei sufflabo in te, ut faciā te igne consumi, & tradam te in manibus hominū stultorum & imperitorū, qui artem non habent cudendi gladios & acuendi: ut nequaq; ultra acuaris, limeris & fulgeas ad occidendū, sed sis ignis cibus, sanguisq; tuus, quem fudisti cunctis spectātibus, in te potius redundet: & tradaris æternæ obliuioni, & pereas in perpetuum: quia ego dominus locutus sum, cuius dixisse, fecisse est.

CAP. XXII

ET *factum est uerbum, etc.*] Et tu, ait, fili hominis (utar enim consueto ad te uocabulo) iudica ciuitatem sanguinū, & ostēde illi omnes abominationes suas, ut sciat se imminentē captiuitatem merito sustinere, & in multis sanguinibus adduxisse tempus ruinæ suæ. Primum

omnium

omnium scelerum, pro deo idola uenerata es, & adorasti opera manuum tuarũ, & appropinquare fecisti tempus annorum tuorum, quod multo tempore dicebatur: & differebatur, ut ageres pœnitentiã. Tu autem secundũ impœnitens cor tuũ thesaurizas tibi iram in die iræ: idcirco dedi te opprobrium gẽtibus, & illusionem uniuersis terris, quæ in circuitu tuo sunt: tam iuxtà, q̃ procul, quæ triũphabunt de te, siue illudẽt tibi. Sordida, nobilis, grandis interitu. Sordida, quia munda esse desisti. Nobilis, in malo: quæ quondam in bono cunctas urbes nobilitate superabas. Grãdis interitu, ut quanto sublimior eras, tanto fortius rueres. Et interim ut cætera prætermittã, pauca numerabo quæ in te fuerint. Principes tui non iustitia, sed roboris & brachij fortitudine iudicantes, fuderũt in te innoxiũ sanguinem. Alij patrem & matrem contumelijs affecerũt, siue maledixerunt parenti- B
Exo. 21.b bus, scriptura dicente: Qui maledixerit patri & matri, morte moriatur. Aduenam & peregrinũ oppresserũt in medio tui: quasi non illis sufficeret pro omni angustia peregrinatio & exilium patriæ. Pupillum & uiduam contristauerũt, siue oppresserũt apud te: ut quorũ oñe præsidium est in legũ iustitia, non solum contristarẽtur, sed opprimerentur à te. Sanctuaria mea, siue sancta contẽpsistis: & sabbata mea polluistis: ut nõ discerneretis inter sanctum & pollutum, inter decretũ religioni diẽ otiumq̃ sabbati ad culturã dei, & cæteros dies, quibus operari & seruire carnis necessitatibus lege permissum est. Viri detractores, siue iuxta Symmachũ & Theodotionem, dolosi: quod in Hebraico עֹשְׁקִים & homicidæ erant in te, ut blasphemarent deũ: siue cuncta dolo agerent, aut uiolentia. Et comederunt in montibus alta sapientes: & eleuati cõtra deum superbia: scelus siue incestum operati sunt in medio tui: ut quod in angulis quoque & secreto raro fit, quãdo à malis conscientiæ hominum deuitant, hoc tu in propatulo feceris. Quid sit aũt incestus, sequens sermo significat: Verecundiora patris C
nudauerunt in te, nouercæ contra fas & licitum copulati: & immundicitiam menstruatæ humiliauerunt in te: non parcentes naturæ, nec inducias dantes turpitudini: & ad uxorẽ proximi sui adhinnientes. Quodq̃ hoc sceleratius est, socer exarsit in nurum, & frater fororis iura nesciuit: ut non uterinã, sed de eodem patre uiolaret sororem. Acceperunt munera, ut innocentem sanguinem funderent. Necessitatem pauperum uerterunt in lucrum, ut usuram acciperẽt, & superabundãtiã, & propter auaritiã amicos calumniati sunt. Hoc autem, inquit, fecisti, ô Hierusalẽ, quia mei oblita es. Memoria enim dei excludit cuncta flagitia. Vnde habitum domini irascentis assumpsi, & complosi manus meas contra auariciam tuam, & contra sanguinem qui effusus est in medio tui: ut intelligas, & mente cognoscas: utrum uel animo, uel manibus D
possis meam iracundiam sustinere. Ego enim dominus locutus sum, & ego faciã: ut postquã capta fuerit Hierusalem, dispergam te in nationes, & uentilem in aerem: quasi inutiles paleas huc illucque rapiendas: tantæq̃ clementiæ sum, ut sequitia mea uertatur in misericordiam. Omnia enim faciam, ut deficiat immundicia tua à te, & recipias pristinam puritatem. Quam cum receperis, possidebo te in conspectu omnium gẽtium, ut cum à me possessa fueris, tunc intelligas, quod ipse sim dñs. Sin autẽ interpretationẽ Symmachi & Theodotionis sequimur, quorum alter ait, Et uulnerabo te, siue confodiam. Alter, Contaminabo te in conspectu gentium, ad malam partem cuncta referenda sunt: quanquam illud huic sensui cõtrarium sit, quod suprà dicitur: Et deficere faciũ immundiciã tuam à te. Defectio enim immundiciæ, restitutio puritatis est. Vtranq̃ editionem pariter disserui, ut librorum magnitudinem declinarem. a ¶ Et *factum est uerbum dom. etc.*] Verbum Hebraicũ רעה Symmachus scoriam, Aquilæ prima

in medio sui, ut ueniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam ut polluerẽtur. In sanguine tuo qui à te effusus est deliquisti, & in idolis tuis quæ fecisti polluta es, & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem uniuersis terris. Quæ iuxta sunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te (siue illudent tibi:) sordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Israel, singuli in brachio suo fuerũt in te ad effundendum sanguinẽ. Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te (siue patri & matri maledixerunt.) Aduenã calumniati sunt in medio tui. Pupillum & uiduã contristauerunt (siue oppresserunt) apud te: sanctuaria mea spreuistis, sabbata mea polluistis. Viri detractores (siue latrones) fuerunt in te ad effundendum sanguinẽ, & super montes comederunt in te. Scelus (siue ut significantius in Hebræo habet זִמָּה hoc est, incestum) operati sunt in medio tui. Verecundiora patris discooperuerũt in te, & immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te: & unusquisq; in uxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurũ suam polluit nefarie. Frater sororem suã, filiam patris sui oppressit (siue humiliauit) in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem. Vsuram & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniata es: (siue & complebo consummationem maliciæ tuæ in oppressione tua:) meiq̃ oblita es ait dominus deus. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum: aut præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? Ego dominus loquutus sum & faciam. Et dispergam te in nationes, & uẽtilabo te in terras, & deficere faciam immundiciam tuam à te, & possidebo te in conspectu gentium, (siue iuxta Aquilæ primam editionem, & Theodotionem. Et contaminabo te: Vel iuxta Symmachum: Et uulnerabo te in conspectu gentium:) & scies quia ego dominus. Et factũ est uerbũ domini ad me, dicẽs: Fili hominis, uersa est mihi domus Israel in scoriã. Omnes isti, æs, & stagnum, & ferrum, & plumbum in medio

A prima editio σίμφυλον & γίγαρτον: quod utrunq; acinũ uinacij significat, interpretati sunt. Secunda aũt eius translatio, & Lxx. uertere cõmixtionem. Porrò scoria, sordes & purgamenta metallorũ sonat: ut consequenter captiuitate uicina, imò iã imminente urbis excidio, ignis adhibeat, ut sub translatione cõflationis, purum argẽtum remaneat: quod ære, stagno, ferro, plumboq; mixtum fuerat atque uiolatum: quorum tria, æs, stagnum & plumbũ, fusilis materiæ sunt, & igni soluuntur. Ferrum uero inter incudẽ et malleum mollescit atq; tenuatur, & diuersas accipit formas, prout uoluntas artificis fuerit. Sicut igitur argentum quod supradicta metalla uiolarunt, in fornacem mittitur: ut ablatis sordibus, & adulterinis materijs, purũ remaneat: ita, inquit, cõgregabo uos in mediũ Hierusalẽ, et Babylonia obsidione circundabo: ut succendam in uobis ignẽ ad conflandũ. Quodq̃ B
ibi facit flammarũ ardor immensus, hic fames & pestilentia faciet, ut postquã cõgregauero uos atq; succendero in igne furoris, tunc requiescã, & cõtemptus dolorem, pœnarum uestrarum ultione compescã. Et hoc totũ faciã, ut postquam effudero indignationem meam super uos, finis uestri cruciatus mei notitia sit: & sciatis q̃ ego sim dñs iudex omniũ & retributor. Quod aũt dicatur esse cõflator, & in multis quidem alijs locis, sed maxime in
Malach. 3.a Malachia, & Esaia legimus, quorũ alter: Ecce, inquit, dominus egreditur quasi ignis conflatorij, & sicut herba
Esaiæ 4.b lauantiũ: & sedebit conflans quasi aurũ & argentum, & conflabit filios Leui. Alter: Et lauabit dñs sordes filiorũ & filiarum Sion, & sanguinem mundabit de medio eorum, spiritu iudicij, & spiritu combustionis. Et puto il-
Psal. 25.a lud sonare quod in psalmis dicitur: Proba me domine & tenta me. Post quod infertur: Vre renes meos & cor meum, ut uniuersa lumborũ noxij in me humoris pituita siccetur. Quod de Hierusalem intelleximus, intelligamus de animarũ statu: quæ puræ à deo conditæ sunt: aurumq; in sensu atq; sapientia, & argentũ in sermone
Ibid. 11.b atq; eloquio susceperũt: ut quod mente cõceperint, uerbis explicent. De argẽto legimus: Eloquia dñi, eloquia casta: argentũ igne examinatũ, probatum terræ, purgatum septuplũ. De auro similiter & argento sexagesimus septimus continet psalmus, in quo scriptum est: Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargentatæ: C
& posteriora siue interiora dorsi eius, in uirore aut pallore auri. Omnis enim gloria filiæ regis intrinsecus, quæ loquit in Cantico canticorũ: Introduxit me rex in cubi- Cant. 1.c
culum suũ. Qui inter duo dormierit & requieuerit testamenta, statim assumit pennas columbæ deargentatas, auriq; in cordis thesauro fulgore radiabit. Ad hunc sensum reor & illa esse referẽda: quod peccatoribus & qui meruerũt offensam dei, cœlum æneum, terra sit ferrea: & maxime terra Aegypti, de qua educit dominus Israel quasi de fornace ferrea. In Zacharia quoque: Iniquitas sedet Zach. 5.c
super talentum plumbi. Et in Exodi cantico dicitur: Demersi Exo. 15.b
sunt quasi plumbum in aqua uiolẽtissima. Graui enim peccatorum pondere premebantur, & loqui poterant: Quasi onus grauedine grauatæ sunt super me. Quomodo autẽ Psal. 37.a
auri speciem adulterina æris similitudo mẽtitur, sic argenti candorem stagnum simulat, quod simplex & rusticus non facile dinoscit. Et sæpe accidit ut aurum & argentum hæretica prauitate cõmixtũ, igne spiritus sancti & dñi iudicio separẽ: & purum aurũ remaneat & argentum, de quo propheta dicit: Dedi eis Oseæ 2.b
argentum & aurum, ipsi autem fecerũt ex eis Baal. Cui simile est Et
Psal. 104.d Eduxi eos in argento & auro: & nõ erat in tribubus eorum infirmus: Finisq; pœnarum omnium sit, nosse q̃ ipse sit dominus. Lapidem stagnũ siue massam stagneã & in Zacharia legimus: quæ quid significet, suo loco in Zach. 4.c
terpretati sumus. a ¶ Et *factum est uerbum domini ad me dicens, etc.*] Poterat diligens auditor inquirere, quæ esset scoria quæ argẽti uiolauerit puritatem: & ære, plumbo, stagno, ferroq; miscuerit. Quod ibi igitur sub persona urbis & fornacis expressum est, & hic sub specie terræ, quæ non sit rigata, nec pluuiam susceperit, prædicatur. Pluuias illas debemus intelligere, de quibus scriptũ est: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrẽ: quem Esaiæ 5.b
expectamus, quando datur nobis pluuia temporanea & serotina, de qua scriptum est: Pluuiam uoluntariam Psal. 67.b
segregabis deus hæreditati tuæ. Dies autem furoris est, quem sibi unusquisq; conciliat multitudine peccatorũ. Scire cupimus quæ sit urbis scoria, qui terræ durissimę & plenæ ueprium sentiumq; squalor. Coniuratio, inquit, prophetarum: siue iuxta Lxx. ducum in medio

tius

A eius habentiũ similitudinẽ leonis, de quo scribit & Pe-
1 Pet. 5.c trus: Aduersarius noster diabolus, quasi leo rugiẽs circuit. Qui leo omnes & eius socij nõ quærũt corpora deuorare, sed animas: accipiuntq; mercedes, & pecunia cuncta dijudicãt. Quod in illo quidẽ tempore accidisse

CAPVT XXIII

ET factũs est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerũt, & fornicatę sunt in Aegypto, in adolescẽtia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt mãmæ pubertatis earũ: (siue ut in Lxx. continẽt, Ibi ceciderunt ubera earũ, & ibi deuirginatæ sunt.) Nomina earũ, Oolla maior (siue senior) & Ooliba soror eius. Et habui eas (siue factæ sunt mihi:) & pepererunt filios & filias. Et nomina earũ, Samaria Oolla, & Hierusalẽ Ooliba. Fornicata est igitur Oolla super te: & insaniuit (siue abijt) ad amatores suos in Assyrios, qui appropinquabant ei, uestitos hyacinthinis, principes & magistratus, iuuenes cupidinis (siue electos) uniuersos equites ascensores equorũ. Et dedit fornicationes suas super electos filios Assyriorũ uniuersos: & in omnibus super quos insaniuit, in immundicijs siue adinuẽtionib. eorũ polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nam & illi dormierãt cũ ea in adolescentia eius: & illi confregerant ubera pubertatis eius, (siue & ipsi deuirginauerãt eam:) & effuderunt fornicationẽ suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorũ suorũ: in manus filiorũ Assur, super quorũ insaniuit libidinẽ. Ipsi discooperuerũt ignominiã eius: filios & filias illius tulerunt, & ipsam occiderũt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres (siue facta est in sermone mulierũ:) & iudicia (siue ultiões) fecerunt in ea. Quod cũ uidisset soror eius Ooliba, plusquã illa insaniuit libidine, & fornicationẽ suam super fornicationem sororis suæ, ad filios Assyriorum præbuit impudenter: ducibus ac magistratib. ad se uenientibus, indutis uestе uaria (siue preciosa) equitibus, q; uectabant equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. Et uidi quod polluta esset uia una ambarũ, & auxit fornicationes suas. Cumq; uidisset uiros depictos in pariete, imagines Chaldæorũ expressas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum: forma ducum omnium (siue tristatarum omnium) similitudine filiorum Babylõnis: terræq; Chaldæorum in qua orti sunt, & insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuncios ad eos in Chaldæam. Cumq; uenissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarũ (siue diuertentium:) polluerũt eam stupris suis, & polluta est in eis, & saturata est (siue recessit) anima eius ab illis: denudauitq; fornicationes suas, & discooperuit ignominiã suã, & recessit anima mea ab ea, sicut recessit anima mea à sorore eius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordãs diebus adolescẽtiæ suæ, quibus fornicata est in terra Aegypti. Et insaniuit libidine super concubitu eorũ, quorum carnes sunt ut carnes asinorũ: & sicut fluxus equorũ, fluxus eorũ (siue uerenda equorũ, uerenda eorũ.) Et uisitasti scelus adolescẽtiæ tuæ, quando subacta sunt in Aegypto ubera tua, & confractæ sunt mãmæ pubertatis tuæ.

Exo. 32.d

4 Reg. 17. & 18.c 1 Par. 5.d

Psal. 118.c

2 Cor. 3.d

Ioan. 1.d

1 Cor. 9.b

Prou. 13.b

Propterea tradita est amatoribus suis iuxta Apostolũ, qui scribit: Tradidi eos satanæ, ut discant nõ blasphemare. Et: Tradidi eos in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat. Illi discooperuerũt ignominiã miseræ Samariæ: & omnem illius ostenderũt turpitudinẽ, filiosq; & filias, qui de illa generati sunt: scientia præditos, & simplices atq; imperitos duxere captiuos, et ipsam interfecerunt gladio spirituali, totiusq; mundi in malã partem sermone celebrant: & fiunt famosi inter cũcta seculi dogmata, ut in exemplũ omniũ fœminarũ, turpitudo illius puniat.

a ¶ *Quod cum uidisset soror eius Ooliba, plusquam illa insaniuit libidine, etc.*] Iuxta literã facilis interpretatio est, quod uidens Ooliba, id est Hierusalem, in qua erat dei tabernaculum plagas sororis nõ est exemplo commonita, ut retraheret ab errore pedẽ suũ, sed auxit germanæ fornicationẽ. Illa enim semel & foris idola fabricata est in Dan & Bethel: ista autem in excelsis, & in templo dei adorauit statuam Baalis: & cum Assyrijs fornicata est. Idolum autẽ Baal siue Bel, & (ut apertius dicam) Belis, Assyriorũ religio est, consecrata à Nino Belis filio in honorem patris. Et fornicationem suam Assyrijs præbuit impudenter, ducibus & magistratibus, qui induti erãt uestе uaria, & multicolori, equitibus & adolescẽtibus forma cunctis egregia: ita ut ambarum sororũ una fieret fornicatio. In eo autem auxit Hierusalem fornicationes suas: quod uidens in parietibus imagines Chaldæorum, insaniuit libidine: & forma eorum uestituq; decepta, misit ad eos nuncios auxilium postulans, qui uenerunt & polluerunt eam. Et quia uoluptas nõ est perpetua: sed cito affert satietatem, polluta & saturata in eos, recessit ab eorum fœdere. Vnde & ego cernẽs turpitudines & fornicationes omnibus publicatas, recessi ab ea: ut quæ sororis scelera uiderat, pœnarũ quoq; sororem magnitudine superaret. Quæ tantæ procacitatis fuit, ut cunctos errores adolescentię suę in grauiori iam ætate cõmitteret: & Aegyptia uitia in Chaldæorum quoque libidine sectaretur. Insaniuit enim quondam in concubitu Aegyptiorum, quorum carnes sunt ad similitudinem asinorum: & tam largus seminum fluxus, siue uerenda tam grandia, ut equorum superent deformitatẽ. Nec cessauit scelus adolescentiæ eius, imò reuersa est postquam facta est mihi, ut & in eremo & in terra repromissionis suspiraret antiquam libidinem, in qua deuirginata est, & fracta sunt ubera eius, & omnis decor perijt uirginitatis. Porrò secundum tropologiã, difficilis intelligentia, quomodo ecclesia hæreticam uincat libidinem: nisi

Supra 16.d

3 Reg. 12

1 Pet. 5.d

Tropol.

A & non quoslibet de populo, sed duces & magistratus: nec ætate cõfectos, sed iuuenes oẽs, equites electos: quorum secuta est idola, & à quibus cõtra iussionẽ dei postulauit auxiliũ. Qui uenerũt & polluerũt eã: ut quicqd in adolescentia fecerat in Aegypto, nõ relinqueret. nam & Aegyptij concubuerãt cũ ea in adolescentia eius: quorũ simulacra uenerata est: ibiq; deuirginata, & confracta sunt ubera illius: & tãta fuit fornicationis abundãtia, ut non fornicati cũ ea, sed fornicationẽ suam super illam effudisse dicantur. Propterea tradita est ipsis amatoribus suis, Phul, & Teglatphalassar, & Salmanasar: in quorum insaniuit libidinẽ, & ipsi discooperuerũt ignominiam eius: τροπολογικῶς quasi mulieris meretricis: Reuelatio aũt urbis, captiuitas est: q filios & filias earũ duxere captiuas, & ipsã gladio trucidarũt: ita ut in omniũ mulierũ exemplũ iugulata sit: & in malã partẽ cunctarum sermone celebretur. Qui iudicia & ultiones fecerũt in ea: ut nihil in ea salutis relinquerẽt, sed usq; hodie decẽ tribus captiuæ teneantur in montibus & in urbib. Medorũ, ad quas translatæ sunt. Iuxta anagogen in Osee propheta quid significet, Ioseph, Ephraim, Samaria, Iezrael, & Israel: & quomodo contrariæ sint domui Dauid, & Hierusalem, quę significat ecclesiam, plenius disseruimus. De quibus & septuagesimus septimus psalmus sonat: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt retrorsum in die belli. Et iterum: Repulit tabernaculum Ioseph, & elegit tribum Iuda. Elegit enim deus domũ confessionis ecclesiam, & repulit tabernaculũ Ioseph, quod interpretatur augmentum. Qui prætermissa lege dei, aureos culturæ suæ uitulos addiderunt, & appellantur Oolla, id est tabernaculum, non dei, sed erroris & dæmonum. Et soror maior ac senior, propter multitudinem & captiuitatẽ ab Assyrijs fornicata est contra deũ: quia dereliquit fidei ueritatem, & insaniuit in hæreticorum principes amatores suos, qui uestiti erant hyacinthinis, excelsa illi & cœlestia promittẽtes, & ascensores, de quibus dictum est: Hi in curribus, & hi in equis: electos filios Assyriorum, & duces ac magistratus, qui scientiam sibi ac eloquentiam repromittunt. Hoc autem propterea fecit, quod easdem fornicationes quas habuerat in Aegypto, id est, antequã crederet, & adhuc in seculo uersabatur, etiam in hæresi exercuit. Et deuirginata est à uiris Assyrijs, qui in malicia perseuerant, siue ultoribus: Aduersarius enim noster diabolus ipse est inimicus & ultor. Illi confregerũt ubera Samariæ, & uirginitatem eius quã habuerat in ecclesia, pẽdiderũt. Propterea tradita est amatoribus suis iuxta Apostolũ, qui scribit: Tradidi eos satanæ, ut discant nõ blasphemare. Et: Tradidi eos in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat. Illi discooperuerũt ignominiã miseræ Samariæ: & omnem illius ostenderũt turpitudinẽ, filiosq; & filias, qui de illa generati sunt: scientia præditos, & simplices atq; imperitos duxere captiuos, et ipsam interfecerunt gladio spirituali, totiusq; mundi in malã partem sermone celebrant: & fiunt famosi inter cũcta seculi dogmata, ut in exemplũ omniũ fœminarũ, turpitudo illius puniat.

C
1 Tim. 1.d
1 Cor. 5.b

D

a ¶ *Quod cum uidisset soror eius Ooliba, plusquam illa insaniuit libidine, etc.*] Iuxta literã facilis interpretatio est, quod uidens Ooliba, id est Hierusalem, in qua erat dei tabernaculum plagas sororis nõ est exemplo commonita, ut retraheret ab errore pedẽ suũ, sed auxit germanæ fornicationẽ. Illa enim semel & foris idola fabricata est in Dan & Bethel: ista autem in excelsis, & in templo dei adorauit statuam Baalis: & cum Assyrijs fornicata est. Idolum autẽ Baal siue Bel, & (ut apertius dicam) Belis, Assyriorũ religio est, consecrata à Nino Belis filio in honorem patris. Et fornicationem suam Assyrijs præbuit impudenter, ducibus & magistratibus, qui induti erãt uestе uaria, & multicolori, equitibus & adolescẽtibus forma cunctis egregia: ita ut ambarum sororũ una fieret fornicatio. In eo autem auxit Hierusalem fornicationes suas: quod uidens in parietibus imagines Chaldæorum, insaniuit libidine: & forma eorum uestituq; decepta, misit ad eos nuncios auxilium postulans, qui uenerunt & polluerunt eam. Et quia uoluptas nõ est perpetua: sed cito affert satietatem, polluta & saturata in eos, recessit ab eorum fœdere. Vnde & ego cernẽs turpitudines & fornicationes omnibus publicatas, recessi ab ea: ut quæ sororis scelera uiderat, pœnarũ quoq; sororem magnitudine superaret. Quæ tantæ procacitatis fuit, ut cunctos errores adolescentię suę in grauiori iam ætate cõmitteret: & Aegyptia uitia in Chaldæorum quoque libidine sectaretur. Insaniuit enim quondam in concubitu Aegyptiorum, quorum carnes sunt ad similitudinem asinorum: & tam largus seminum fluxus, siue uerenda tam grandia, ut equorum superent deformitatẽ. Nec cessauit scelus adolescentiæ eius, imò reuersa est postquam facta est mihi, ut & in eremo & in terra repromissionis suspiraret antiquam libidinem, in qua deuirginata est, & fracta sunt ubera eius, & omnis decor perijt uirginitatis. Porrò secundum tropologiã, difficilis intelligentia, quomodo ecclesia hæreticam uincat libidinem: nisi

Tropol.

A forte possimus hoc dicere, quod seruus qui scit uoluntatem domini sui, & non facit eam, uapulabit multis: & quod haereticí foris nefanda committant, & extra arcam Noe naufragio pereant. Ecclesiastici autem si uetam fidem sequentes, Assyria atque Chaldæa imitentur

Luc. 12.f

uitia: & discolores sequatur imagines peccatorum, maioribus digni sint cruciatibus. An non mittimus nuncios ad Chaldæos, qui interpretantur quasi dæmones: quando pædimus eis atque præbemus eis frangenda in pectore ubera, ubi mentis hospitium est, & saturati uoluptatibus, ab alijs trãsimus ad alias: & non tam fornicationem, quàm meretricum numerum desideramus: & ad tantam uenimus rabiẽ, ut post multa tempora dominicæ seruitutis reuertamur ad Aegyptum, & ea faciamus quæ in seculo fecimus, antequam nomen fidei accipere-
mus. a ¶ *Propterea Ooliba, hæc dicit dominus*
B *deus, etc.*] Quia Aegyptiarum carnium recordata es, & imitata turpitudinem gentis immundæ, quæ omnium bestiarum simulacra ueneratur: propterea adducam contra te amatores tuos, quorum sanata complexu, recessisti ab eorum fœdere, ut quantus prius amor fuerat, in tanta odia uertereris. Filios inquam Babylonis, omnesq; Chaldæos, nobiles, tyrannos, & principes: pro quibus in Hebraico habetur פקוד & שוע & סוע quas multi gentes orientales intelligunt: cum huiusce modi nomina nec in Regum uolumine, nec in Paralipomenon, neque in Hieremia quidem, qui describunt captiuitatem Hierusalem: aut in aliquo loco scripturæ sanctæ inueniamus. Nec mirum, si Septuaginta ipsa Hebraica posuerunt nomina: cum Symmachus quoque & Theodotio in eadem uerba consentiant. Omnes, inquit, Assyrios, equites, & iuuenes, forma egregia, duces & magistratus, siue tristatas: quos nos principes principũ interpretati sumus. De quibus & in Exodo legimus: Electos

Exodi 15

ascensores tristatas: pro quib. Latina simplicitas ternos stratores transtulit. Tristatæ autem nomẽ est apud Græcos, secundi gradus post regiam dignitatem. De qui- C
bus scriptum est: Veruntamen ad tres primos non per 1 Par. 11.c
uenit, qui principes equitum peditumq; erant & tributorum: quos nos magistro utriusque militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus. Omnes, inquit, in currib. & in equis, lorica armati, galea & clypeo, obsederunt te per circuitũ: & dabo eis iudicium, ut quos reliqueras, & quorũ irritũ feceras pactum, ab his iudiceris: & iudicabunt te iudicijs suis quasi adulterã. Et ponã, inquit, zelum meũ in te, quem exercent tecũ in furore. Zelus enim meus est inter hostes fidei etiam non seruatæ. Nasum, inquit, tuum & aures tuas præcident, quasi adulteræ & deprehensæ in stupro, ut deformata placere desistas. Quomodo eĩn in facie omnis pulchritudo oris in narium decore consistit, & in auribus: ẽ quibus in fœminis uniones & margaritæ dependent: ita dignitas regis & iudicum, quæ in ore auri- D
busq; signatur, eorũ gladio præcidet. Ipsi filios tuos & filias tuas capient. Tuos, inquit, & tuas, non meos & meas: quia de adulterio generati sunt, & cętera uorabunt incendio. Et denudabunt, inquit, te uestimentis tuis quibus te ornauerã, & uasis gloriæ tuæ, quæ tibi ad ceremonias templi aurea argenteaq; cõcesseram, de quibus scriptũ est: Ego dedi eis aurum & argentum, & ipsi fecerunt ea Baal. Hęc autem omnia faciam, ut perdita pulchritudine, & uultu ueneficio deturpato: quiescat aliquando scelus tuum: & fornicatio quam didicisti & exercuisti in Aegypto, ut postquam nasum auresque perdideris, nequaquam audeas oculos tuos leuare ad Chaldæos, & amatoribus pristinis ostendere fœditatem tuam, nec recorderis amplius Aegyptiorum libidinis: quorum magnitudine carnium delectabaris. Quæ uniuersa dicuntur sub translatione adulteræ, & propter adulterium deturpatæ: ut nequaquam ultra glorietur in decore suo, sed erubescat in fœditate, quã magnitudine meruit uoluptatum. Quicquid de Hierusalem προσηκῶς dicitur, & ad animam referri potest

Oseæ 2.b

HEB. Propterea Ooliba hæc dicit dominꝰ deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quib. satiata est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu. Filios Babylonis, & uniuersos Chaldęos, nobiles, tyrannosq; & principes, omnes filios Assyriorũ, iuuenes forma egregia, duces & magistratus, uniuersos principes principum, & nominatos ascensores equorum. Et uenient super te instructi curru & rota multitudo populorum: lorica & clypeo, & galea armabuntur contra te undiq;. Et dabo eis iudicium, & iudicabũt iudicijs suis, & ponam zelum meũ in te, quem exercẽt tecum in furore. Nasum tuum & aures tuas præcidẽt, & quæ remanserint, gladio concident. Ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni, & denudabunt te uestimentis tuis, & tollent uasa gloriæ tuæ. Et requiescere facient scelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius.

SEPTVAGINTA. Propterea Ooliba hęc dicit dominus deus: Ecce ego suscitabo amatores tuos contra te, à quibus recessit anima tua, & adducam eos aduersum te per circuitum filios Babylonis, & omnes Chaldæos φαγοὺθ & συὲ & νοὺθ, & omnes filios Assyriorum cum eis, iuuenes, electos, duces, & magistratus omnes tristatas, & nominatos equitãtes in equis. Cuncti uenient super te ab aquilone currus & rotæ, cum multitudine populorum clypei & peltæ: & mittent custodiam super te in circuitu. Et dabo ante faciẽ eorum iudicium, & iudicabunt te iudicijs suis, & dabo zelum meum in te, & facient tecum in ira furoris. Nasum tuum & aures tuas auferent, & reliquos tuos gladio deijcient. Ipsi filios tuos & filias tuas tollent: & residuos tuos deuorabit ignis, & denudabunt te uestimento tuo, & assument uasa gloriationis tuæ, & auertẽt impietates tuas à te, & fornicationem tuam de terra Aegypti, & non eleuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius.

Quia

A test, quæ uirtutibus dei iuncta complexui, postea adulterauit in uitia & recessit ab eo: & patefactis uniuersis scelerib. eius, denudata est atq; turpata & ostensa omnibus, ut à scelere suo aliquãdo desistat, nec gloriet in nominis dignitate, sed pro tali conscientia & recordatione

Aegypti, oculos ultra ad cœlum nõ audeat tollere. Vnde & nasus ei præciditur, & aures amputantur: quia odorẽ bonæ fragrantiæ uerterat in fœtorem: & audierat iudicii sanguinis, quod non solum de odore & auditu, sed de usu quoque intelligimus: quo quia male fuerãt

Exodi 4.c

abusi Samson & Sedechias, priuantur. Surdum quoque deus & mutum fecit: ne lingua eorum pertranseat usq; ad terram, & tactus omnis auferetur in his qui uitã penitus perdiderunt. Et hæc fient, ut igni cuncta purgentur, & pereat Aegypti fornicatio, nec ultra oculos suos ad mala possit attollere. a ¶ *Quia hæc*
B *dicit dominus deus, etc.*] Prodest & Hierusalẽ inimicitias habere cõtra Assyrios atq; Chaldæos, & nequaquam Aegypti recordari, sed tradi eis in manus ad puniendum qui illam oderant: quibus ante non traditur, nisi satiata fuerit de eis anima eius: ut post quam pœnituerit ueterum peccatorum, tunc purgetur suppliciis, & perdat omnes labores quos arte meretricia cõquisiuit: uideatq; nuditatem suam & ignominiã: & sciat quod hæc uniuersa non ei dominus fecerit, sed fornicationes suæ: quibus fornicata est per gentes quas suprà enumerauit, ut earũ coleret simulacra. In uijs, ait, fororis tuæ Samariæ ambulasti: propterea debes calicẽ illius biberẽ, cuius peccata sectata es. Calix autẽ quod

Psal. 74.b

sæpe accipiatur pro pœnis atq; suppliciis, multa exẽpla sunt, è quib. illud est: Calix in manu dñi uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc: ueruntamen fex

Esaie 51.f Hier. 25.d

eius nõ est exinanita, bibẽt ex eo omnes peccatores terræ. Et in Esaia: Calix ruinæ, & poculum furoris dicitur. Et ad Hieremiã loquitur deus: Accipe calicem uini meri de manu mea, & potabis omnes gentes ad quas ego mittam te, & bibent & uoment & insanient. Sicut enim quædam dantur cathartica, ut noxius humor qui inest corporibus egeratur: sic & dominus dat calicẽ tormẽtorum meracissimũ: ut quicquid fellis amaritudinisq; est, auferat à peccatoribus, & pristinæ eos restituat sanitati. Et ipse calix erit profundus & latus. Profundus, pœnarũ magnitudine: latus, tempore captiuitatis. Quando autem, ait, inebriata fueris & dolore comprehẽsa, & biberis calicem usque ad feces: & intantum hauseris ut fragmenta quoq; ipsius calicis deuores: tunc tædebit te fornicationis pristinæ, & lacerabis ubera quæ fracta fuerant in Aegypto, & quæ ab amatoribus tuis subacta atque collisa sunt: siue omnes festiuitates, & neomenias tuas auferam, ut pro solennitate atque lætitia, æternum planctum habeas & mœrorẽ. Quia igitur ista fecisti, & C
oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuũ, siue retrorsum propter corporis uitia: uel post genitalia, quibus turpitudinis fœditas indicat: propterea porta scelus & impietatẽ tuã: uidelicet supplicia quæ propter impietatẽ & scelera meruisti. Potest hoc qđ dicit: Et potabis usq; ad feces, & fragmenta eius deuorabis, signi ficãter intelligi super Hierusalẽ, quæ calicẽ Samariæ sororis suæ bibit nouissima: & quasi feces tormentorum eius usq; ad fundum epotauit. b ¶ *Et*
ait dominus ad me, etc.] Vt sępe cõmonui, parua in quibus Lxx. editio discrepat ab Hebraico, ex latere copulaui, lectoris fastidio prouidẽs. Consequẽs autem erat, ut qui Samariæ & Hierusalem adulteria separatim descripserat, pariter earum supplicia nunciaret. Omnia autem dicunt quasi ad adulteras: & facta anacephalæosi, breuiter earum scelera proponũ
D tur: ut recte iuxta legis imperium in adulteras lapidatio populi consequatur. Quia igitur adulteræ sunt, iustam prome sentẽtiam. Sunt enim mœchatæ in idolis, & sanguis in manibus earum: eorum uidelicet quos idolis immolarunt, ut filios quos mihi genuerant, dæmonibus consecrarent. Nec hoc fecerunt foris & in montibus, ac lucis, ut sæpe facere consueuerant, sed ad extremũ polluerunt templum meum, ut statuam Baal in eo ponerent. Et sabbata mea prophanauerunt, ut nec loci, nec temporis custodiretur apud eas religio. Sed nec præsentibus tantum adulterijs contentæ erant: nẽq; sufficit eis quod filios meos immolarunt idolis suis uel dæmonibus, sed peregrinis quoque uoluptatibus lasciuientes, Assyriorum atque Chaldæorum simulachra ueneratæ sunt. Qui cum uenissent Ooliba Hierusalem, omnem adulteræ habitũ implesti super eos, ut lauares corpus, oculos stibio linires, ut assumeres cultum muliebrem, sederes in lectulo libidini præparata, epulas proponeres, quibus fractas ad libidinẽ uires reparares amatorum tuorũ: thymiama meum & unguentũ quod mihi specialiter iusserã fieri, & exterminari animam illam de populo, quæ in priuatos usus hoc facere uoluisset, tu offerres idolis, ut congregares frequentiã populorum, siue omni genere musicorum caneres: ut non solum uisu, sed & auditu & odoratu, & cunctis sensibus placeres amatoribus tuis, qui uenerunt ad te ebrij: non urbanæ alicuius elegãtiæ, sed de deserto ac solitudine rusticorũ ac latronum habitum præferentes. Et in tantam exarsistis, ô sorores pessimę, insaniã uoluptatum, ut armillas uestras & discriminalia imponeretis manibus & capitibus amatorum uestrorum, siue uobisipsis, ut plenæ ornatu turparemini. Quamobrẽ dixi ei, uel Hierusalem, uel Samariæ, uel utriq;: Sic attriuistis frontem, ut ne-

A quaquam secreto pol luamini: uel mariti, uel hominum nitetis aspectū, sed instar me retricum publice pro stituamini: qui ingressi sunt ad uos, quasi ad meretrices certa tum uos polluere cupientes. Tradam igitur uos ad puniēdum his quibus ultro tradite estis ad deturpādum. Iusti enim uiri sunt, in eo quod adulteram & patricidam me iubente discruciant. Hæc enim dicit dominus deus: Monstu uocis tuæ congrega ad eas, ô prophe ta, multitudinem populorum: & primum diripiatur earum uniuersa substantia: deinde lapidentur & confodiantur gladijs, & filij earum & filiæ trucidentur, et domus ardeant. Et hæc omnia fient, ut auferatur de terra impietas: & discant omnes mulieres uniuersæq; prouinciæ
B procul positæ, pœnis earum similia deuitare: ut postquam receperitis quæ meremini: & portaueritis scelera idolorum uestrorum, tunc cognoscatis quod ego sim dominus. Hæc autē omnia Tropologicē, & sub typo adulterarū dicta sunt contra Samariam & Hierusalem, quod Assyrijs traditæ atque Chaldæis, ductæ sint in captiuitatem, & urbes earum incendio concremarint: interfecti sint populi qui pro deo dæmonum simulacra uenerati sunt. Possunt hęc & post aduentum Christi intelligi: quod uiri iusti de populis nationum, ipsi Samaritanos & Iudæos comparatione sui iudicent, & tradant eos ad deuorandum, quibus dominus dixerat: Relinquetur uobis domus uestra deserta: & quando uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, scitote quia appropinquat desolatio eius. Vsq; hodie enim adulteratæ sunt: & totius orbis lapidibus opprimuntur. Quoniam miserunt nuncios ad eos qui erant procul, & dicere non poterant: Ego deus appropinquans, & non deus de longe, dicit dominus: & præparauerunt se amatoribus suis dęmonibus, & omnem cultum atque ornatum quem à deo acceperant naturali bono, uerterūt in cultum dæmonū: & opera sua decorēq; quem in armillis & diademate intelligimus, adulteris amatoribus præbuerūt: quorum pœna gentibus timor est, imò his qui ex gentibus credidērunt ne similia patiantur, si ea fecerint quæ fecit Samaria & Hierusalē. A quibus tunc auferentur impietates, quum receperint scelera sua: & uelamē quod positum est ante uultum Moysi, abstulerint ab oculis suis, ut cognoscāt quod ipse sit dominus Iesus Christus, quē dei filium negauerunt.

Matt. 23.d
Luc. 21.d
C
Hier. 23.c
Exodi 34.c
D
2 Cor. 3.c

Cap. XXIIII

ET factum est uerbum domini ad me in anno nono, in mēse decimo, decima mēsis, dicēs: Fili hominis scribe tibi nomē diei huius in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Hierusalē hodie. Et dices per prouerbium ad domū irritatricē parabolā, & loqueris ad eos: Hæc dicit dns deus: Pone ollam, pone, inquā, & mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena. Pinguissimū pecus assume

ET factus est sermo domini ad me, in anno nono, in mense decimo, decima mensis, dicēs: Fili hominis, scribe tibi diē ab hac die qua obfirmatus est rex Babylonis super Hierusalem ab hodierna die: & dic ad domum exasperantem parabolam, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Pone lebetem, & infunde super eum aquā, & mitte in eum diuisiones: omnem incisuram bonam, crus, & humerum, carnibus separatis ab ossibus de electis pecoribus assumpta

CAP. XXIIII

ET factus est sermo domini, etc. Secundum uias tuas & secundum adinuentiones tuas iudicabo te, dicit adonai dominus, etc.] Quorum pleraq; de Theodotione addita sunt, & uerbum Hebraicum זְבַח pro quo nos execrabilem immundiciam interpretati sumus. Illudque ab eis additum est, quod in Hebraico nō habetur, & obelo prænotandum est: Propterea ego iudicabo te iuxta sanguinem tuum, & iuxta cogitationes tuas, iudicabo te immunda atq; famosa, & nimia ad irritandum. Dicamus ergo de singulis. Nono anno captiuitatis regis Ioakim: quinto enim exorsus est prophetare: & decimo mense eiusdem noni anni: decima die mensis

A sis decimi, factum est uerbum dñi ad Ezechiel prophetā in Babylonis regione constitutum, & dixit ei: Fili hominis, scribe tibi hanc eandem diem, & scito quod rex Babylonis hodie in regione Iudæa obsidere cœperit Hierusalem, & uallare eam exercitu: & obsidionē istam per parabolam describe atq; prouerbium: quæ in præsenti loco metaphoram translationēq; significat. Pone, inquit, ollā æneā, id est, lebetem: & mitte in eam aquā: & pinguissimorū animantium omne corpus in frusta concide, tam femur q̄ crus & armū, carnesq; diligēter ab ossibus separa: & carnibus missis in lebetem, ossa pone uel cōpone sub lebete, & fac strues, & cumulos ossium, ut efferuescat nō semel, sed frequenter coctio lebetis: & disco
B quant̄ carnes intrinsecus, & ossa subter incendio concremētur. Vis autem scire propheta, quis sit iste lebes, uel quæ carnes aut ossa? Loquere hęc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinū, id est, Hierusalem, lebeti, cuius rubigo, id est, malicia nimia est: & licet ignis suppositus sit, tamen rubigo eius non exiuit de ea. Perseuerauerūt enim etiam capti atq; cruciati in pristino scelere. Per partes, & singillatim consumite eam, nemo remaneat in salutem. Non cecidit super eā sors, ut alij perirent, & alij saluarētur, sed cunctis communis uenit interitus. Sānguis enim eius, id est, homicidia et filiorum neces in medio illius sunt. Quem sanguinem effudit super limpidissimam petram, ut pateret omnibus, nec terra operiretur aut pulueret: ne transiret uidelicet indignatio mea, sed super apertissimum sanguinem ul

HEB. assume, cōpone quoque strues ossium sub ea, efferbuit coctio eius, et discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est: & rubigo eius nō exiuit de ea, per partes, & per partes suas eijce eam, nō cecidit super eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum, non effudit illum super terram, ut posit operiri puluere. Vt superducerē indignationem meam, & uindicta ulciscerer, dedi sanguinem eius super petram limpidissimā, ne operiretur. Propterea hæc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grādem faciā pyram. Congere ossa quæ igne succendam, consumētur carnes, & concoquetur uniuersa cōpositio, & ossa tabescēt, Pone quoq; eā super prunas uacuam, ut incalescat & liquefiat æs eius & confletur in medio inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatū est, & nō exiit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignem. Immundicia tua execrabilis, quia emundare te uolui, & nō es mundata à sordibus tuis, sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te. Ego dominus locutus sum, uenit & faciam, non transibo, nec parcam, nec placabor. Iuxta uias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicaui

SEP. assumpta, & incende ossa sub eis, ferbuit, & sunt cocta ossa eius in medio illius. Propterea hæc dicit adonai dominus: O ciuitas sanguinū, lebes i quo est rubigo in eo, & rubigo nō est egressa ex eo, p partes suas protulit, nō cecidit super eā sors, quia sanguis eius in medio illius est. Super leuissimā petrā posui illum, nō effudi illum super terrā, ut operiret terra. Vt ascenderet furor ultionem uindictæ, dedi sanguinem eius super limpidissimā petrā, ut nō operiret. Propterea hæc dicit adonai dns: Vę ciuitas sanguinū, & ego magnificabo torrē, & multiplicabo ligna, et succendā ignē, ut tabescāt carnes, & imminuat ius, & ossa concrement̄, & stet super carbones suos. Incensa est ut exurat̄ & frigat̄ æs eius, & concremet̄ in medio illius immūdicia eius, & deficiat rubigo eius. Humiliabit̄ rubigo, & nō exiet de ea multa rubigo eius, cōfundetur rubigo illius, immundicia tua zema, pro eo quod cōtaminata es tu, & non es emundata ab immundicia tua. Et quid erit si non fueris emundata ultra donec impleā furorem meū in te? Ego dns loquutus sum, & ueniet, & faciam: non diffe rā, nec miserebor, nec deprecabilis ero. Secundum uias tuas, & secūdum adinuētiones tuas iudicabo te, dicit adonai dominus. ÷ Propterea ego iudicabo te iuxta sanguinem tuum, & iuxta cogitationes tuas iudicabo

C
Gen. 4.b
D

urbis obsidio, faciam quod minatus sum, nec transibo sicut sæpe feci scelera tua: & ultra non parcam, nec placabor

A bor tibi etiam si multiplicaueris preces, sed uias tuas & adinuentiones tuas reddam tibi: imò iudicabo te iuxta opera & cogitationes tuas, ut in hoc quoq; ostẽdam clementiam meam instar medici, qui putridis non parcit carnibus, ut sana membra saluentur, non parcit, ut parcat: crudelis est, ut misereatur: nec considerat patientis dolorem, sed uulneris sanitatẽ, iuxta illud euangelicum, magis uolẽs unũ perire mẽbrum, quàm totum corpus interfici. Notandum quoque quomodo à principio prophetiæ usque ad præsentem diem, quando obsideri cœpit Hierusalem, per ordinem captiuitas ueniat. Primũ gladius prouocatur, deinde duæ uiæ ponuntur, Ammon & Hierusalem: quarũ ad dexteram partem sors cadit Nabuchodonosor, conflatur argentum in ciuitate, æs, stagnum, plumbum, & ferrum: terra quoq; non compluitur, sed sentibus occupatur: postea sub nomine duarũ sororũ Oolæ & Oolibæ, Samariæ, & Hierusalem peccata narrantur, quomodo illa sit capta, & ista capiẽda. Ad extremũ nono anno, decimo mense, decima die mensis, in captiuitate posito Ezechiel & his qui cum eo erant: & traderant se cum rege Ieconia: ostenditur qua die urbs cœperit obsideri, & similitudo lebetis ponitur, ut quomodo carnes & ossa congesta in lebetem, incendio concremantur: sic cuncta ciuitas cũ suis interitura sit ciuibus, & nullus remaneat eorum qui obsẽsi sunt: quin fame, gladio, pestilentia consumãtur: & pars reliqua captiua ducatur in Babylonem. Potest hæc eadem prophetia & ad tempus pertinere dominicæ passionis: propter quã exercitu circundata est Hierusalẽ, & interfecti filij eius, & obsidente Tito filio Vespasiani, ad salutẽ nullus euasit: templumq; subuersum est, & post quinquaginta annos sub Hadriano ciuitas æterno igne consumpta est. Præsentẽ autem captiuitatem quando Ezechiel in Babylone ista cernebat, & Hieremias in principio ponit uo-

Hier. 1.c luminis sui: Quid tu uides Hieremia? Qui respondens, ait: Ollã succensam, & faciẽ eius à facie Aquilonis. Sunt

Tropol. qui iuxta tropologiam totum locum istum ad consummationem mundi transferãt, nonumq; numerum qui in scripturis sanctis pœnarũ & dolorum est, & semper sequitur iustitiam, decimi mẽsis & diei decimæ clementia temperant. Idcirco enim adhibentur ægrotantibus

1 Ioan. 5.d pœnæ, ut dolorẽ sanitas cõsequatur. Mundus ergo qui in maligno positus est, die iudicij diuino igne succẽditur, & ciuitas sanguinũ ponitur super carbones ignis,

Esaiæ 47.d ut impleatur illud quod scriptũ est in Esaia: Habes carbones ignis, sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium. Illudq; difficile est, quomodo cum carbones & ossa consumantur quibus pleni sunt etiã pharisæi, qui-

Matt. 23.c bus dominus loquitur in euãgelio: Væ uobis scribæ & pharisæi, q similes estis sepulchris dealbatis, quæ intus plena sunt spurcitia, & ossibus mortuorum: nunc dicatur quod rubigo sordesq; mundi consumptæ nõ sint, sed etiã post iudicij seueritatẽ malicia remaneat. Quod

Gal. 3.d facile soluitur, si intelligamus illud Apostoli: Concluſit deus omnia sub peccato, ut omnib. misereat. Vanitati enim creatura subiecta est. Et ponitur sanguis qui effusus est in propatulo creaturæ uniuersæ, ut omniũ scelera pateant. Petram autem limpidissimã possumus accipere, & dominũ saluatorem, quæ sequebatur in solitudine populum Israel, de qua scriptum est: Bibebant aũt de spirituali cõsequente eos petra, petra aũt erat Christus: quod in illo reuelentur omnia, & impleat quod scriptum est: Nihil occultum quod nõ reueletur. Dicitq; se dominus non misereri, nec mundi præterire peccata, neq; parcere impijs, nec placari, ut uiæ pereant impiorũ: secundũ illud quod in primi psalmi fine ponitur: Et iter impiorum peribit. *a* ¶ *Et fiãt sicut uerbum do. etc.*] Suprà ollæ lebetisq; successio, obsidionem urbis ostenderat: nũc captam eam atq; delectam, & omnem populum uel interfectũ gladio, uel ductum in captiuitatem, prophetalis sermo testatur. Et primum iuxta consuetudinem nostram, historiæ fundamenta iaciamus. Fili, inquit, hominis, ecce auferam de conspectu oculorum tuorum quicquid tibi desiderabile est, & auferam in plaga, siue ut Septuaginta uerterũt, in præparatione: ut uidelicet præpares te ad ea non faciẽda, quæ solent in luctu fieri. Non planges, neq; plorabis, nec fluentes lacrymæ dolorem cordis ostendent: sed si fortè nimio fueris mœrore superatus, tacitum habeto gemitum, neque prorumpat in uerba. Mortuorum luctum non facies, uel ut uertere Septuaginta, gemitus sanguinis, renum luctus est. Per quod ostendit uxorem eius esse morituram. Statim enim sequitur: Et mortua est uxor mea uesperi, quod proprie ad cõiunctionem renum pertinet. Nihil enim uiro uxore bona *Prou. 19* amabilius, quæ à deo homini prouidetur, & cui domini lege coniungitur, & unum cum ea corpus efficitur. Quodq; sequitur: Corona tua circũligata si tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, hoc significat: Habebis comam, quæ tondetur in luctu, & calciamenta in pedibus, quæ lugentes solent abijcere. Vnde & Dauid *2 Reg. 12.d* Abessalon filium fugiens, & pœnitens super nece Vrię, *15.c.19.f* nudis pedibus incedit. Aiunt Hebræi hucusq; Babylonios magistros legis præcepta seruantes, decalogũ scriptum in membranulis circundare capiti suo, & hæc esse quæ iubeant ante oculos & in fronte pendere, ut semper uideant quæ præcepta sunt. Et quia Ezechiel sacerdos erat, nequaquam eum debere deponere coronam gloriationis, sed ligatam habere in capite. Hoc illi dixerint. Nos autem iuxta Septuaginta coronam capillorum intelligamus cæsariem: licet & ipsorum interpretatio nequaquã uim Hebraici sermonis expresserit. Nec amictu, inquit, ora uelabis, nec cibos lugentiũ capies, quæ solent in luctu fieri, ut operiant uultũ, & quæ Græci περίαπτα uocant, à consolatoribus accipiant. Loquutus sum, inquit, ad populum mane, quæ mihi dñs imperarat, & uesperi mortua est uxor mea, oculorũ desiderabile, lumborumq; & sanguinis luctus. Statimq; die altera mane feci omnia quæ mihi fuerant imperata: interrogauitq; me populus, cur contra morẽ omnium fecerim. Causasq; quærentibus tantæ patientiæ, respondi

A di: Sermo dñi qui ad me factus est, ut ad populũ Israel loquerer, ista præcepit: Ecce ego, id est iam nũc polluam sanctuariũ meum, ut incendatur templum, & cunctis alienigenis pateat ac prophanis, & in quo habebatis superbiã, id est, cõfidentiam & spem ac desiderium salutis uestræ, & ad cuius obsidionem uestræ animæ formidabant: filios quoq; & filias quos uobis fames, ac pestilentia reliquos fecerant, consumã gladio. Quicquid ego feci, & uos facietis. Quando consuetudo seruatur in luctu, medius dolor est: quando autẽ tanta malorũ incumbit necessitas, ut omni ploratu maior sit, unusquisq; de sua necessitate sollicitus, ad aliorũ quamuis sint proximi miserias nõ ingemiscit. Nihil, in-

B quit, facietis quod solet in luctu fieri, sed in urbe temploq; succensis, stupebitis ad malorum magnitudinem. Non attondebitis, nec nudis incedetis pedibus, nec plangetis, nec amictu ora uelabitis, nec cibos capietis à consolantibus: sed tabescetis, & consumemini iniquitatibus uestris, & unusquisq; gemet ad fratrẽ suum. Eritq; Ezechiel uobis in portentum, iuxta omnia quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, ecce in die quo tollam ab eis fortitudinem eorum & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum. In die illa cum uenerit fugiens ad te, ut annunciet tibi, in die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo qui fugit, & loqueris, & non silebis ultra, erisq; eis in portentum, & scietis quia ego dominus.

HEBRAEI. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi, feciq; mane sicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis quid ista significent, quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo domini factus est ad me, dicens: Loquere domui Israel, hæc dicit dominus deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiã imperij uestri, & desiderabile oculorum uestrorum, et super quo pauet anima uestra, & filij uestri, & filiæ uestræ quas reliquistis, gladio cadent. Et facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibos lugentiũ non comedetis. Coronas habebitis in capitibus uestris, & calciamẽta in pedibus, non plangetis, neq; flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus uestris, & unusquisq; gemet ad fratrẽ suum. Eritq; Ezechiel uobis in portentum, iuxta omnia quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, ecce in die quo tollam ab eis fortitudinem eorum & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum. In die illa cum uenerit fugiens ad te, ut annunciet tibi, in die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo qui fugit, & loqueris, & non silebis ultra, erisq; eis in portentum, & scietis quia ego dominus.

SEP. Locutus sum ad populum mane, sicut præceperat mihi, & mortua est uxor mea uesperi, feciq; mane sicut præceptum est mihi. Et dixit ad me populus: non annuncias nobis quid sunt hæc quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo dñi factus est ad me, dicẽs: Dic ad domũ Israel: hæc dicit adonai dñs: Ecce ego contaminabo sancta mea, superbiã fortitudinis uestræ desiderabilia oculorũ uestrorum, & quibus parcũt animæ uestræ. Filij uestri & filiæ uestræ quos reliquistis, in gladio cadent, & facietis sicut feci. Ore eorum non consolabimini, & panẽ uirorũ non comedetis, & coma uestræ super capita uestra, & calciamẽta uestra in pedibus uestris. Non plangetis nec flebitis, & consumemini iniquitatibus uestris, & consolabitur unusquisq; fratrẽ suũ, & erit Iezekiel uobis in portẽtum. Secundum omnia quæ fecit facietis. Cumq; uenerint hæc, cognoscetis quoniã ego adonai dñs. Et tu fili hominis, nónne in die qñ abstulero fortitudinem ab eis, elationem gloriationis eorũ, desiderabilia oculorum eorum, & elationem animæ eorũ, filios & filias eorũ. In die illa ueniet qui saluus factus fuerit ad te, ut annunciet in auribus tuis. In die illa aperietur os tuũ ad eũ qui fugerit, & loqueris, & nequaquã ultra reticebis, & eris eis in portentum, & cognoscent, quoniam ego dominus.

SEP. Iudicabo te, immunda atq; famosa, & nimia ad irritandũ .. Et factũ est sermo dñi ad me dicẽs: Fili hominis, ecce ego auferã à te desiderabilia oculorũ tuorũ in acie (siue in præparatione) nõ plãges, nõ flebis, nec ueniẽt lacrymæ tibi, gemitus sanguinis, renum luctus est. Erũt crines tui colligati super te, & calciamenta tua ĩ pedib. tuis, nec cõsolaberis in labijs eorũ, & panẽ hominũ non comedes. Locutus

Matt. 5.d

Psal. 1.b

Matt. 10.c

tam, & omnem populum uel interfectũ gladio, uel ductum in captiuitatem, prophetalis sermo testatur. Et primum iuxta consuetudinem nostram, historiæ fundamenta iaciamus. Fili, inquit, hominis, ecce auferam de conspectu oculorum tuorum quicquid tibi desiderabile est, & auferam in plaga, siue ut Septuaginta uerterũt, in præparatione: ut uidelicet præpares te ad ea non faciẽda, quæ solent in luctu fieri. Non planges, neq; plorabis, nec fluentes lacrymæ dolorem cordis ostendent: sed si fortè nimio fueris mœrore superatus, tacitum habeto gemitum, neque prorumpat in uerba. Mortuorum luctum non facies, uel ut uertere Septuaginta, gemitus sanguinis, renum luctus est. Per quod ostendit uxorem eius esse morituram. Statim enim sequitur: Et mortua est uxor mea uesperi, quod proprie ad cõiunctionem renum pertinet. Nihil enim uiro uxore bona *Prou. 19* amabilius, quæ à deo homini prouidetur, & cui domini lege coniungitur, & unum cum ea corpus efficitur. Quodq; sequitur: Corona tua circũligata si tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, hoc significat: Habebis comam, quæ tondetur in luctu, & calciamenta in pedibus, quæ lugentes solent abijcere. Vnde & Dauid *2 Reg. 12.d* Abessalon filium fugiens, & pœnitens super nece Vrię, *15.c.19.f* nudis pedibus incedit. Aiunt Hebræi hucusq; Babylonios magistros legis præcepta seruantes, decalogũ scriptum in membranulis circundare capiti suo, & hæc esse quæ iubeant ante oculos & in fronte pendere, ut semper uideant quæ præcepta sunt. Et quia Ezechiel sacerdos erat, nequaquam eum debere deponere coronam gloriationis, sed ligatam habere in capite. Hoc illi dixerint. Nos autem iuxta Septuaginta coronam capillorum intelligamus cæsariem: licet & ipsorum interpretatio nequaquã uim Hebraici sermonis expresserit. Nec amictu, inquit, ora uelabis, nec cibos lugentiũ capies, quæ solent in luctu fieri, ut operiant uultũ, & quæ Græci περίαπτα uocant, à consolatoribus accipiant. Loquutus sum, inquit, ad populum mane, quæ mihi dñs imperarat, & uesperi mortua est uxor mea, oculorũ desiderabile, lumborumq; & sanguinis luctus. Statimq; die altera mane feci omnia quæ mihi fuerant imperata: interrogauitq; me populus, cur contra morẽ omnium fecerim. Causasq; quærentibus tantæ patientiæ, respondi

lios eorũ & filias, sub auditur ex superiori bus abstulero: eo, inquit, tempore, cũ uenerit ad te de Hierusalem fugiens, uel qui euaserit, dicens urbẽ esse subuersam, tunc qui prius tacueras, & gemitum liberũ non habebas, & tantæ eras patientiæ, ut in uxoris nece & lumborũ dolore, lacrymam nõ emitteres: aperies os tuum & loqueris, non ad eum qui uenerit, sed cum eo, ut quæcũq; tu uentura prædixeras, ille nunciet iam perfecta: & ultra nõ tacebis, sed argues eos, & dices cuncta illis merito prouenisse: ita ut, fis illis in portentum iuxta illud quod in Zacharia scriptum est: Pro- *Zach. 3.c* phetas uiros esse portendentes. Et dominus alibi loquitur: in *Osee 12.c* manibus prophetarũ assimilatus sum. Hæc iuxta historiam dicta sint. Veniamus D ad Anagogen, si tamẽ uiolenta non fuerit uisa cauti lectoris prudentiæ. Filiũ hominis dici dominum saluatorem, nulli dubiũ, qui extrema hora, hoc est ad uesperam mundi huius, uxorem pristinam perdidit, nec fleuit eam, nec amictu ora uelauit, nec recepit ullam hominũ consolationem, & hæc uentura prædixit mane, quæ completa sunt uesperi: & rursum mane in secundo aduentu facta probauit quę uentura prædixerat, sanctuariũ Iudæorum, & quod desiderabile habuerãt in oculis, & super quo tremebãt animæ eorũ esse polluta, filios quoq; eorũ & filias, Romano gladio concidisse. Quod autem dicitur: Coronã habebitis in capitib. uestris, & calciamenta erunt in pedibus: ad illam partem referemus quod nequaquam lugere debeant: nec signa luctus assu-

Anagoge

A mere, postq̃ pro umbra receperint ueritatẽ, & Nazaræi quidam facti fuerint, & unusquisq; super fratre suo consolabitur, ita ut Ezechiel quẽ confortauit deus pater, sit eis in portentum, uentura prænuncians: & postquam subuersa fuerit Hierusalem, templumq; succensum, & hoc totus mundus audierit, & dispersio Israel, quæ orbis terminos colit: tunc uerba domini opere cõpleta, habeant libertatem, & polluto sanctuario eius, lege completa, uel destructa secundum occidentem liC teram, aperta sit euangelij gloria, & cognoscat Israel, q̃ ipse sit dominus & deus qui hæc mane uentura prædixerit, & uesperi atq; in cõsummatione mundi esse completa, suo probarit aduentu.

Commentarij septimi in Ezechielem prophetam finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN OCTAVVM COMMENTARIORVM Ezechielis ad Eustochium Proœmium.

Vid alijs prosit in prophetas nostra dictatio, dei iudicij est eorumq; conscientiæ, qui omissis declamationibus ac plausu & compositione uerborum, cupiunt scire quid eorum sermo uel narret præteritũ, uel præsens arguat, uel prædicat esse uenturum. Nobis interim prodest. Dum enim hoc facimus, & nihil aliud cogitamus, in modum furti explanationes aggredimur, & dierum miserias, noctium studio compensamus: pascitur animus & obliuiscitur seculi calamitatum, quod in extremo fine iam positum congemiscit & parturit, donec qui tenet de medio fiat, & pedes statuæ quondam ferrei, fragilitate digitorum fictilium conterantur. Cadit mundus & ceruix erecta non flectitur. Pereunt diuitiæ, & nequaquam cessat auaricia. Congregare festinant, quæ rursum ab alijs occupentur. Aruerũt lacrymæ, pietas omnis ablata est. Multi qui petant, pauci qui tribuant. Nec erubescimus paupertatem uili palliolo præferentes, Crœsi opibus incubare, famemq; & interitum plurimorum nostris custodire thesauris, secundum illum diuitem purpuratum, qui ut nihil aliud fecerit, neq; enim rapinas eius & iniquitates scriptura testatur, crudelitas eius atq; superbia non habebat modum: Lazaro ante foras iacenti atq; semineci, ne ea quidem iussit dari quæ canibus proijciuntur. Quanti nunc Lazari iacent, & quantorum purpuræ diuersis uestium coloribus proteguntur, ne in usus quidem proprios uertentium quæ peritura conseruant? Hæc uirgo Christi Eustochium ex cordis abundantia os locutum sit, & paulo liberius quàm humilitati nostræ conuenit, dixerimus: cæterum oB ctauus in Ezechielem liber qui filiorum Ammon & gentium cæterarum increpationem continet & uaticinium futurorum, hoc habebit exordium. D

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam, Liber octauus.

T *factus est sermo domini, etc.*] Capta uel obsessa Hierusalem postq̃ uenit in Babylonẽ qui poterat euadere, & nunciauit urbẽ iam iamq; capiendã, uel cũ templo esse sub uersam: iuxta consuetudinem omniũ prophetarum aduersum cæteras in circuitu nationes quæ insultauerant ruinæ Hierusalem, templiq; incendio, sermo cõuertitur prophetalis, primumq; contra filios Ammon qui habebant metropolim nomine Rabbath, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui Arabiã tenuit cũ Iudæa, Philadelphia nũcupata est. Fili, inquit, hominis: pone siue obfirma faciẽ tuã contra filios Ammõ qui de Lot stirpe generati sunt, & dices ad eos: Hæc dicit dñs deus (nõ sunt enim prophetæ uerba sed domini. De obfirmatione uultus: in hoc eodẽ prophetа plenius disputauimus) Pro eo quod dixistis: euge, euge, siue insultastis & gauisi estis, quia templũ & sanctuariũ meũ hostiũ ingressione pollutũ est, & super terrã Israel qñ desolata est, & specialiter super domũ Iuda, id est, duarũ tribuũ, quæ nũc ductæ sunt in captiuitatẽ: ꝓpterea & ego tradã te filijs Cedẽ, quos oriẽtales interpretati sumus. Nulliq; dubiũ est Madianitas & totã eremi uastitatẽ adiacere terræ Arabiæ, qui habent camelorum greges ouiumq; & caprarum multitudines, & his opibus uicitant. Quod & terræ Israel in Iudicum libro accidisse narrat historia: quando uenerũt Madianei, & depasti sunt usq; Gazã oẽs regiones eorũ. Metaphoricos ergo per Madianeos, Ismaelitas & Agarenos qui nũc Sarraceni appellantur, assumẽtes sibi falso nomẽ Saræ, quo scilicet de ingenua & dña uideant esse generati, scriptura signi ficat: Diciturq; de rege Nabuchodonosor & omni eius exercitu, quod ueniat & capiat urbem Rabbath: quæ uel proprie hoc appellatur nomine uel ob magnitudinẽ. Rabbath enim maxima dicitur. Et ne dubitemus Nabuchodonosor subuertisse Arabiam postq̃ capta est Hierusalem: supra scriptura testatur: Et tu fili hominis, pone tibi duas uias, Ammon & Hierusalem, & ueniet gladius regis Babylonis. Et iterum: In capite uiæ ciuitatis conij ciet, & uiam ponet, ut ueniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Hierusalẽ munitissimã. Et rursum: Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Venient ergo filij Cedem, & collocabunt caulas suas quasi pastores figentq; tentoria. Ipsi uastabunt fruges tuas, & bibent lac & ubertatem terræ, immissis gregibus camelorum & omniũ populorũ: ita ut sint filij Ammon in cubile pecorũ, & malorũ necessitate intelligant quod ipse sit dominus qui & futura prædixit, & ut fierent imperauit. Nec hoc sufficit filijs Ammõ, ut insultarẽt & dicerẽt: Euge euge super templo

Iudic. 6.d

רבה

Supra 21.d

A templo & sanctuario dñi, quod pollutũ erat diuersarũ introitu nationum: sed tanta fuit insultandi lasciuia, ut cũctus simul populus manibus & pedibus cõcreparet, & ex toto cordis clamaret affectu, eo ꝙ terra Israel esset desolata. Propterea non per angelos neq; per alia ministeria: sed ipse dominus extẽdens manũ suã ad percutiẽdum, tradet eã in direptionẽ: nequaq̃ camelis & ouiũ gregibus, sed manifestius gẽtibus, ut de populorum numero penitus eradicetur & pereat, & redigatur ad nihilũ, & postq̃ cõtrita fuerit, tunc intelligat quod ipse sit dñs qui cũcta dijudicet, & in omnes terras habeat potestatẽ. Possumus iuxta Tropologiã filios Ammon intelligere, qui de Loth in spelũca generati sunt semine, & generati in ebrietate & incestu, omnes hæreticos, de quibus scriptura dicit & apostolus Ioannes: Ex nobis exierũt, sed non fuerunt ex nobis. Si em̃ fuissent ex nobis, permã sissent utiq; nobiscũ: Isti em̃ de inclinatione orti sunt, hoc em̃ Lot in linguam nostrã uertit: Quia omnes declinauerunt simul inutiles facti sũt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unũ. Aduersum nos ponitur siue obfirmatur facies ꝓphetalis, ut eos sua austeritate conterat, & dicit eis: Quia insultastis ecclesiæ meæ tẽpore persecutionis, eo ꝙ diuersorũ uitio pollutũ esset sanctuariũ meũ, siue eorum uitio qui mihi seruiebant, siue hostiũ crudelitate qui meos persequebant: terrã quoq; Israel, sensus uidẽtes deũ, esse desolatã uastitutũ choro, & quõ filij domus Iuda, id est, deũ cõfitentis, in qua est uera fides & recta confessio ducti sunt in captiuitatẽ, & seruire dño desierunt: idcirco omnis insultãs traderis filijs orientalibus qui de uero lumine sunt profecti, & traderis in hæreditatẽ, ut tu quoq; discas dñm cõfiteri. Et per trãslationẽ dicit, ꝙ filij oriẽtis ponant super eos caulas suas & figãt tẽtoria, & bibãt lac, & comedãt fruges, & ciuitas quondã superbiæ fiat in habitaculũ camelorũ, ꝙ possint deposito onere peccatorũ intrare ꝑ foramẽ acus, & in cubile pecorũ, quæ regunt à pastore bono, ut cũ hoc fecerint, mixti & traditi oriẽtis pastoribus, intelligãt ꝙ ipse sit dñs: rursumq; exprobrat eis, quare insultauerint nimio cordis affectu ruinis populi dei, & terrã Israel, putauerint omnino desertã: pro quo mereantur manum ulciscentis dei, ut qui excesserant modũ ultionis & gaudij super ruina domus Iudæ, nequaq̃ tradant filijs orientis, sed sint in direptionẽ cunctarũ gentiũ, & interficiant de populis & pereant & cõterant, & nequaq̃ de stirpe Abrahã, sed de cunctis nationibus esse credendi sint, & tũc malorũ cognoscant magnitudine & cõtritione sua & intersectione populi, quod ipse sit dñs. Quod generaliter de ecclesia intelleximus, super unũquenq; sanctorũ intelligi potest, ad quorũ ruinã gaudent seculi homines & aduersariæ potestates, si multi temporis perdiderũt pudicitiam: dum mali consolationẽ suorũ scelerũ putant, si plures habeãt cõsortes criminũ atq; supplicij, & hoc nemo faciat, nisi fuerit filius Ammon, hoc est filius populi q in declinatione generatus est. *¶ Hæc dicit, etc.*] Hoc quod nos interpretati sumus, & Seir in Lxx. non habetur, sed de Theodotionis editione additum est. Ridiculã uerò in hoc loco Hebræi narrant fabulã. Postq̃ urbs aperta templiq; reseratum est, filijq; Ammon & Moab & Seir ingressi sunt templũ, uiderũtq; Cherubim protegentia propitiatorium, dixerunt: Sicut cunctæ gentes colunt simulacra, ita & Iuda habet suæ religionis idola, & idcirco inquiũt iratus est dñs, & tradidit eos captiuitati. Nos autem

Tropol.

Ioan. 2.c

B

Psal. 13.d

C

D

EVGE EVGE SVPER SANCTVARIVM MEVM (SIVE QVIA GAVISI ESTIS SVPER SANCTVARIVM MEVM) QVIA POLLVTVM EST, & SVPER TERRAM ISRAEL QA DESOLATA EST, & SVPER DOMVM IVDA QVIA DVCTI SVNT IN CAPTIVITATEM. IDCIRCO EGO TRADA TE FILIJS ORIENTALIBVS (SIVE CEDEM) IN HÆREDITATEM, & COLLOCABVNT CAVLAS SVAS IN TE, & PONENT IN TE TENTORIA SVA: IPSI COMEDENT FRVGES TVAS, & IPSI BIBENT LAC (SIVE VBERTATE TVA) DABOQ; RABBATH IN HABITACVLVM CAMELORVM (SIVE CIVITATE AMMON IN PASCVA CAMELORVM) & FILIOS AMMON IN CVBILE PECORVM, & SCIETIS QVIA EGO DNS. QVIA HÆC DICIT DNS DEVS: PRO EO QP PLAVSISTI MANV & PERCVSISTI (SIVE INSONVISTI) PEDE, & GAVISA ES EX TOTO AFFECTV (SIVE INSVLTASTI EX ANIMO TVO) SVPER TERRA ISRAEL: IDCIRCO EGO EXTENDAM MANVM MEAM SVPER TE, & TRADAM TE IN DIREPTIONEM GENTIVM, & INTERFICIAM TE DE POPVLIS, & PERDAM DE TERRIS, & CONTERAM, & SCIES QVIA EGO DNS.

HEB. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod dixerũt Moab & Seir: Ecce sicut omnes gentes domus Iuda: idcirco ecce ego aperiã humerũ Moab, de ciuitatibus inquam eius & de finibus eius inclyta terræ Beth Iesimoth & Beelmeon & Cariathaim, filijs orientis cum filijs Ammon, & dabo eam in hæreditatem, ut nõ sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus, & in Moab faciam iudicia, & sciẽt quia ego dominus.

SEP. Hæc dicit adonai dominus: Pro eo quod dixit Moab & Seir, ecce sicut omnes gentes domus Iuda: Idcirco ecce ego dissoluã humerum Moab, de ciuitatib. promontoriorũ eius, electã terram domũ Beth Iasimuth super fontem urbis maritimæ, filios orientis, super filios Ammõ dedi ei in hæreditatem, ut nõ sit memoria filiorum Ammon in gentib. & in Moab faciam ultiones, & cognoscẽt quoniã ego dominus.

Hæc hoc dicemus, quod & isti insultauerint domui Iudæ, quando à Chaldæis capta est, putantes sicut in cæteris gentibus non ibi esse auxiliũ dei, & ideo regnũ Iudæ & Hierusalẽ dei præsidio destitutũ, paruisse Babyloniæ potestati. Idcirco non multo post tempore, sed in præsentiarũ dñs cõminatur se humerũ, robur uidelicet & fortitudinẽ Moab de ciuitatib. eius dissoluturũ siue aperturũ, ut ad ipsos quoq; Babylonius uictor introeat, & ciuitates in Moab esse desistant, & in finibus eius ac terminis urbes inclytæ destruant, quarũ ponit nomina. Beth Iesimoth & Beelmeon & Cariathaim, pro quibus nescio quid uolentes Lxx. interpretati sunt domũ Beth Iasimuth cum hoc uocabulũ uillam desertã significet: Beelmeon quoq; usq; hodie in Moab uicus sit maximus, quẽ illi uerterũt super frontẽ, & Cariathaim ciuitatẽ maritimã, trahiturq; & ipsa cũ filijs Ammon filijs orientis, Babylonijs uidelicet, iuxta illũ sensum quẽ cõtra filios Ammon interpretati sumus. Et dabo, inqt, Moab in hæreditatẽ, ut quõ filiorum Ammon non est memoria ultra in gentibus, sic & in Moab ultiones faciam

atq;

A atq; iudicia, ut cognoscant quòd ego sim dominus qui Iudæ tradidi pro peccato, & in filios Ammon & in Mo
מוֹאָב ab ultor existit. Vsq; hodie aũt Moab qui interpretatur
שֵׂעִיר ex patre, & Seir qui in pilosum uertitur & hirsutũ, de-
spicit & cõtemnit domũ Iuda in qua uera cõfessio est, &
putat tam facile eam
posse subuerti, q̃s cæ-
terarũ subuertunt ur-
biũ munimenta. Vn-
de & dñs cõminatur
apertiũ se siue disso-
lutũ omnẽ fortitu-
dinẽ Moabitarũ: ut ci-
uitates habere desi-
stãt, & nequaq̃ in dia
lectica arte confidere:
sed cunctũ illius termi
ni quos pro illisione
fluctuum uocant pro
montoria, destruant̃,
& inclytæ atq; electæ
terræ Beth Iesimoth,
בֵּית יְשִׁימוֹת quæ interpretat̃ do-
בַּעַל־מְעוֹן mus solitudinis atq;
קִרְיָתָיִם deserta, & Beelmeon
quæ & ipsa uertit̃ ha-
bens fontem, siue per
fontẽ, & Cariathaim,
quam Lxx. ciuitatem
maritimam transtule
runt, pereãt. Quam-
uis enim habeãt robora pugnatorũ, & inclyta pergant
ad prælii arte pugnandi, & ex omni parte circumsepti
munitiq; gradiant: tamẽ inclyta corũ terra non est do-
B mus habitatiõis, sed domus solitudinis. Quodq; se pu
tant habere fontẽ scientiæ & urbẽ maritimã quæ cũctas
sustinere possit seculi tempestates, patientiã sibi & forti
tudinẽ promittentes: tamẽ illuc conuertentur, ut & ipsi
tradant̃ filijs orientis ueri in Christo luminis: sicut tra-
diti sunt filij Ammon qui sibi in hæretica multitudine
cõfidebant. Et consideremus profectũ atq; in ipsa cõmi
natione clementiã dei, ut tradant̃ cum filijs Ammon fi
lijs orientis in hæreditatẽ, & nequaq̃ hæresis ulla nomi
netur in gentibus, sed factis in Moab iudicijs suis & ul-
tionibus pro arrogantia, rerũ in fine cognoscant dñm
esse qui cuncta dispenset. Ad approbandum aũt quòd
Moab in p̃senti loco super philosophorũ intelligatur
1.Cor.1.c superbia, de quibus dicitur: Perdam sapientiã sapien-
tiũ, & intelligentiã intelligentiũ reprobabo, pauca de
Amos 2.a prophetis exempla replicanda sunt. Amos loquit̃: Hæc
dicit dñs: Super tribus impietatib. Moab, & super qua
tuor non auersabor eum, pro eo q̃ cõbussit ossa regis
Idumææ in cineres. Verè cũ quicq̃ in seculo dogma-
tũ peruersorũ est, quicq̃d ad terrenã sciẽtiã pertinet, &
putat̃ esse robustũ: hoc dialectica arte subuert̃, & in-
star incẽdij in cineres fauillasq; dissoluit̃, ut ꝓbet̃ nihili
quod putabat̃ esse fortissimũ. Sed & Esaias superbiã ar
Esa. 16.b guit Moab, dicẽs: Audiuimus cõtumeliã Moab: cõtu-
melios⁹ est nimis, superbiam eius abstuli. Hieremias
quoq; cõtra oẽs uaticinãs nationes, proprie loquit̃ ad
Hier. 48.b Moab: Q̃n cõfidebas in munitionib. tuis. Et post pau
ibidem c lulũ: Habebis fiduciã in gloria tua. Et iterũ. Quõ dicitis
fortes sumus? Ac deinde: Iuxta est dies Moab ut ueniat,
& malicia eius uelox nimis. Et manifestius: Dicite quõ
cõtritus est baculus gloriosus, uirgã magnificentiæ. Et
ibidem d iterũ: Contritũ est cornu Moab. Hæc aũt dicunt̃, ut sub
nomine Moab, stulta seculi in cœlũ se efferens superbia
conteratur. a ¶ Hæc dicit, etc.] Supra duo proposue-
rat, pro eo quod dixerunt Moab & Seir, & postea de
Seir tacens, contra Moab tantũ locutus est: nũc reddit C
cœptum problema, quid Seir, hoc est Idumæa fecerit.
Quod autẽ Esau & Seir & Edom & Idumæa & Duma,
una gens appellent̃, non ambiget qui scientiã habuerit
scripturarũ. Et ut de cæteris prophetis taceã: Esaia, Hie-
remia, Amos, qui cõ
tra Idumæam, & Du-
mã & Edom uaticina
ti sunt: Abdias pro-
pheta totã prophetiã
cõtra hanc dirigit na
tionem, quem ut po
tuimus olim disserui
mus. Arguit̃ igit̃ Seir, Gen.25.d
qui quia hispidus e-
rat, pilosi nomẽ acce-
pit, & Edom sangui-
narius, qui ob lẽticu
læ russæ coctionẽ pri-
mogenita perdidit, &
ab edulio fortuis uo
cabulũ est, Esau quo-
que facta interpretan
tur. Et hoc sciendum
q̃ in Hebræo nunq̃
scribat̃ Idumæa, sed
semp Edom, quẽ Idu
mæam expresit Græ
ca trãslatio. Nequaq̃
ergo Idumæa ut Mo-
ab locutus est, sed fe-
cit ultionẽ de filijs Iuda, peccauitq; siue memoriã prisi
ni doloris tenuit: ut ultionẽ de eis caperet, à quibus in
utero supplãtatus est. Idcirco non per angelos neq; per
aliũ quemlibet, sed ipse dñs manũ extẽdens super Idu- D
mæã, abstulit de ea hominẽ, & iumentũ, & ciuitates il-
lius redegit in desertũ, id est, Theman: quam nos in au
strũ uertimus, de qua & de alia urbe Dedan interfecti
gladio cadent. Cũq; illi se de Iuda ulti fuerint: ego dabo
ultionẽ super Idumæos per manũ siue in manu populi
mei Israel: ut ab his opprimant̃ in quos exercuerũt uin
dictã. Qui faciẽt in Edom siue Idumæã iuxta irã & furo
rẽ meũ: ut meã expleãt indignationẽ, & per manus po
puli mei Israel in inimicã gentẽ, mea ira desæuiat, & in-
telligant cõtra iniquã ultionẽ Idumææ, meã iustã fuisse
uindictã, dicit adonai dñs. Secundum Tropologiã: hic Tropol.
mihi sensus uidet̃. Idumæa terrena appellat̃ & carnea:
quæ cõsurgit cõtra spiritũ, ut nõ faciamus ea quæ spiri-
tus sunt, & animã in meditullio positã ad se retrahere
festinat: uultq; ultiones reddere quibus prius subdita
fuerat filijs Iuda, & recordat̃ doloris antiqui quòd non
propriæ fuerit potestatis, & ideo uindictã expetiuit de
eis, qui recedẽtes à carne, spiritũ sequebant̃. Propterea
ipse dñs filiorũ Iuda ultor existens, extendit manũ su-
per Idumæã, & aufert de ea hominẽ & iumentũ, quic-
quid uel ratiõis uidet̃ habere uel simplicis fidei ut eam
redigat in solitudinẽ. Et de Theman quæ interpretatur תֵּימָן
deficiens, & Dedan quæ & ipsa cognationẽ sonat, om- דְּדָן
nes gladio interficit, quẽ posuit in manu populi sui Is-
rael: ut subuertatur Edom & irã dñi sentiat ac furorem,
& intelligat uindictam eius ad hoc profecisse, ut seruiat
domui Iudæ. Hoc est illud de quo & apostolus disputat
scribẽs: Iacob dilexi, Esau uerò odio habui. Diligit aũt Rom.9.c
Iacob, quia carneum atq; terrenum supplantat & supe
rat, & benedictiones illius meretur accipere. Primum
enim iuxta carnem, & postea secundum spiritum uiui
mus. Ante uitia, deinde uirtutes, quibus uitia subruun
tur: q̃a appositũ cor hominis ad malicia à pueritia, erro
resq; adolescẽtiæ ætas matura cõdẽnat. Vnde & Dauid:

Delicta

A Delicta, inquit, iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne
Gen.27.f memineris. Et tñ sciendũ q̃ Iacob primã accepit bene-
dictionẽ, Esau secũdã. Et quod ad extremũ dicit̃ de eo,
seruus eris fratris tui, hoc significat, quod postq̃ caro
spiritui subiecta fuerit, illiq; cõiuncta, caro esse desistat,
& Idumæa transeat in
Iudæam. a ¶ Hæc dicit
dominus deus, etc.] Post
filios Ammon Moab
& Seir, q̃ & ipsi sunt
Idumæi & per Lot &
Esau populo Israel &
domui Iudæ cogna-
tione sociantur, uenit
ad Philistim, quos Se
ptuaginta ἀλλοφύ-
λους, id est alienigenas
transtulerũt, non ge-
nerali nomine om-
nium gentiũ quæ nõ
sunt de genere Iudæ-
rũ, sed speciali gentis
suæ, quæ nũc dicitur
Palæstina: mutata n
litera iuxta Græcorũ
cõsuetudinẽ in π: si-
cut & apud nos pro
Hebraico פֶּסַח Græ-
cum & Latinũ pascha
celebratur. Philistim
interpretant̃ cadẽtes
poculo, qui & ipsi de
aureo Babylonis cali
ce inebriati sunt, & fæ
B uiunt, & toto animo
insultant, inimicitia-
rum contra Israel ue-
terũ recordantes, qui
bus à dei populo di-
uisi sunt. Cumq; dñs
Deut.32.f dicat: Mihi uindictã,
& ego retribuã, ipsi se
ulciscuntur interfici-
entes & implentes an
tiqua odia. Propter
quæ extentã super se
manum dñi sentient,
quæ interficiet inter-
fectores: Pro quo Se-
ptuaginta, nescio qd
uolẽtes, Cretẽses interpretati sunt, cũ & Aquila & Sym
machus & Theodotio ipsum uerbũ Hebraicũ בְּרִיחִים
Sopho.2.d uel interfectores uel interfectionẽ uerterint, non solum
in præsenti loco, Sed etiã in Sophonia, ubi cõtra Palæ-
stinos ista dicunt̃: Gaza direpta erit, & Ascalon in per-
ditionẽ, & Azotus & Accaron eradicabunt̃. Væ habita
toribus funiculi maris accolæ Cretarũ: uerbũ dñi su-
per uos Chanaan terra alienigenarũ, & disperdã uos
ex habitatione, & erit Creta in pabulũ pastorũ & cubi-
le ouium: Et hic enim cum Lxx. Cretã uerterint: cæteri
translatores ὄλεθρον, id est, interfectionẽ uel perditio-
nem interpretati sunt. De quo in supradicto propheta
2.Reg.15.d duarũ legionũ Dauid: quarũ una appellabat̃ Phelethi,
& altera Cerethi, ultima ab eo quod interficerẽt atq; iu
gularẽt Cherethim, hoc est, interfectorũ nomẽ accepit.
Perditq; dñs omnes reliquias maritimæ regionis, quæ
salsis tunditur fluctibus, & uindictas non paruas, sed
magnas faciet in furore: ut furor eius finem habeat
misericordiæ, & postq̃ ultionẽ fecerit arguens cum fu- C
rore, tunc cognoscant Palæstini q̃ ipse sit dominus.

CAPVT XXVI

ET factum est, etc.] Cõsequenter prophetiæ ordo cõ
texit̃. Locutus erat cõtra filios Ammon & Moab
& Seir, qui & ipsi sunt
Idumæi, & Philistim
qui sunt in littore, &
in funiculo maris, e-
undem limitẽ tenent.
Post Palæstinos enim
succedit Phœnicis re
gio cuius Metropo-
lis est ciuitas Tyrus,
quæ appellat̃ Hebræo
Syroq; sermone צֹר
Et quia capta Hieru-
salem: etiã ipsa gauisa
est & insultauit ac di-
xit, cõfractæ sunt por
tæ populorũ, ego por
tum tutissimũ habeo.
Illaq; subuersa, ad me
omnis multitudo cõ
uersa est, quę illius re
gebat̃ arbitrio, & qa
illa deserta est, idcir-
co ego implebor, siue
quæ plena fuit ante,
redigetur in solitudi-
nem. Quia igitur ista
dixisti, & ruinis Hie-
rusalem quæ dei iudi
cio, ꝓpter peccata sua
subuersa est insulta- D
sti, propterea nõ per
nuncios, nec p̃ quos-
libet alios, sed ego ip
se ero aduersum te Ty
re, & instar fluctuum
maris ascendere faciã
contra te Babylonios
cum plurimis natio-
nibus: quarũ oppug
natione, muri tui &
turres destruent̃: in-
tantũ ut usq; ad solũ
concidant, & puluis
illius radatur, siue in
partes uarias uentile
tur, & sic humiliabitur, ut petræ nitidissimæ cõparetur:
tantaq; erit in urbe quondã frequẽtissima solitudo, ut
sagenæ piscatorũ expandant̃ & siccent̃ in medio eius.
Ego enim dñs locutus sum: cuius uerba irrita esse non
possunt, & tradam eam in direptionem gentibus. Filiæ
quoq; eius quæ sunt in agro siue in campo, hoc est in
Phœnices litore, urbes & oppida, uici atq; castella in-
terficient̃ gladio: metaphoricos quia filias appellauit,
interfectionẽ ponit gladij, ut rerũ fine cognoscant, me
esse dñm, qui fieri ista præcepi. Potest iuxta Tropolo- Tropol.
giã, quia Sor nomẽ Hebraicũ uertitur in angustiã, om
nis anima quę perturbationibus occupata est Sor ap-
pellari: quæ q̃n uiderit pro suis uitijs atq; peccatis dei
iudicio subuerti Hierusalẽ, in qua fuit templũ & pacis
uisio: exultat & ad se putat urbis quondã inclytæ impe
riũ transferendũ. Quod & in cõtrarijs dogmatib. acci-
pitur, & in hominib. seculi: q̃n uiderint hominẽ sanctũ
per negligentiã esse prolapsum, gaudẽt & exultãt, qua-
si aliorũ ruina, sua sit resurrectio. Propterea dñs com-

mina-

minat, quod ipse contra huiuscemodi homines dimicet, & ascendere faciat cōtra eos instar marinorū fluctuū plurimas nationes, quæ destruant in eis quicquid munitissimū & firmū uidetur, & ita omnia eorū argumēta subuertat, ut in puluerē redigantur. Sagenas quoq; & retia quib. prius deceptā multitudinē piscabant cessare faciat, & in desertæ urbis solo, expandi atq; siccari, ut p illis alij subeāt piscatores quos dñs ad piscandum misit. Sed & filias eius quæ prius quasi in thalamo seruabantur, & pro mysticis secretionibusq; doctrinis nulli facile credebantur, processuras protrahē dasq; in publicum, et ecclesiastico mucrone truncandas: ut tūc intelligant quòd ipse sit dñs, qui & Hierusalem pro peccatis parūper reliquit, & Tyri pro insultatione eius & gaudio munimenta destruxit. a

a ¶ *Quia hæc dicit dominus: Ecce ego adduc, etc.*] Vtrāq; editionem ex more coniunxi, & in B quibus discrepant ex latere copulaui, breuitati uoluminū prouidēs. Ergo quod dixerat, ascendere faciā ad te gentes multas sicut ascendit mare fluctuans, & erit Tyrus in direptionē gentibus: nunc ponit manifestius quòd Nabuchodonosor regē Babylonis adducat dominus ab aquilone, regem regum, cum equis & curribus, & cum infinita exercitus multitudine: qui prius subditas Tyro in littore ciuitates & castella subuertat, & postea obsideri faciat Tyrū: uallet eam exercitu, & aggere & munitionibus: uineisq; & arietibus impugnet muros & destruat, & tanta sit multitudo equitum eius, ut puluere equitatus & sonitu ululantis exercitus rotarumq; strepitu & equorū hinnitu, urbis fundamenta moueantur, & sic ingrediatur ciuitatē dissipatis muris, quasi de campo securus ingrediens: tantaq; securitas sit uincentis exercitus, ut plateas Tyri conculcent equorū ungulæ, & omnis populus corruat in medio ciuitatis, & statuæ quondā nobiles, siue uniuersa substātia in terram corruat: nihilq; pristinarū diuitiarū in expugnata urbe seruet, sed cū muris domus quoq; nobiles destruātur, & tāta sit uictorū sæuitia, ut ligna & lapides qui residui incēdio fuerint in mediū mare proijciant, & uel Nabuchodonosor uel ipse dñs quiescere faciat uniuersam urbis lætitiā: qua prius in cāticis & psalterijs personabat, & ad solū usq; subuersa, sit siccatio sagenarū. Quodq; sequitur: Nec ædificaberis ultra, uidetur facere quæstionem, quō non sit ædificata, quā hodie cernimus Phœnices nobilissimā & pulcherrimā ciuitatē. Ex quo quidā uolunt in ultimo tempore hæc Tyrū esse passurā, quæ postea non sit ædificāda. Sed quō Nabuchodonosor personā seruare poterunt: præsertim cum legamus C in consequentibus Nabuchodonosor oppugnasse Tyrum, & laboris sui non accepisse mercedē, & propterea tradi ei Aegyptū quia dei sententiæ in Tyri oppugnatione seruierit? Græcas & Phœnicū maximeq; Nicolai Damasceni, & alias barbarorum aiunt se qui huic historiæ cōtradicunt legisse historias, & nihil super oppugnatione à Chaldæis inuenisse Tyriæ ciuitatis, cum probare possimus multa dici in scripturis facta, quæ in Græcis uoluminib. nō inueniant, nec debere nos corū autoritati acquiescere, quorū perfidiā & mēdacia detestamur. Potest ergo quod dicit, nec ædificaberis ultra, sic accipi: quod nequaq; ultra sit regina populorū, nec p/rium habeat imperium: quō habuit sub Hirā & cæteris regib. sed uel Chaldæis uel Macedonib. uel Ptolemæis, & ad postremum Romanis regibus seruitura sit. Nulli aūt ambiguū iuxta D Anagogen Nabuchodonosor regē Babylonis qui uenit ab Aquilone diabolū intelligi, qui cū sit uentus durissimus & finister: nomine dexterquæ uocat, præsumens sibi nominis dignitatē, & est rex regum omniūq; regnorū quæ ostēdit dño, dixitq; ad eū: Hæc omnia mihi tradita sunt, quæ dabo tibi si procidens adoraueris me. Iste habet equos & currus, de quibus scriptum est: Fallax equus ad salutē, & dormierunt oēs qui ascenderūt equos. Et in alio loco: Equū & ascensorē proiecit in mare. Iste filias Tyri, animas in angustia & in quodā pectorū carcere positas, interficit in agro campoq; latissimo, & circūdat Tyrū munitionib. suis, ut clausam teneat & nullus ex ea Babylonij regis euadere possit imperiū. Destruxit muros turresq; subuertit, & quicqd fortè habuit in dogmatib. inūdatione equorū eius & sonitu equitū rotarūq; & curruū strepitu pertimesceret, & ingredieť portas eius nullo prohibente: & plateas ciuitatis, quia lata & spacioſa uia est quæ ducit ad mortē, equorum eius calcabūt ungulæ: uniuersamq; substantiā siue statuas nobiles, quibus sibi imagines finxerāt fallitatis, de quibus scriptū est: Dñe in ciuitate tua imagines eorū dissipabis: ad terrā deijciet, & destructis muris, domus quoq; nobiles subuertentur quas sibi parauerat, & in quibus exultabat: atq; in tantam desolationē ueniet, ut lapides eius & ligna quibus ædificauerat muros & cemēta cōstruxerat, pijciāt in profundū: cāticaq; eius & musica quibus sibi in sapiētia huius seculi cōfidebat, & omnis cithararū sonus nō audiet amplius, & piscatio eius cessābit, & erit humilis, ita ut sit siccatio sagenarū, & ultra nō ædificet: qa ad dñi sententiam

Matt. 4.d

Psal. 32.d

Exod. 15.d

Psal. 72.d

A tiam tradita Nabuchodonosor omnino subuersa est, iu
1.Tim.1.d xta quod & Apostolus dicit: quos tradidi satanæ, ut discant nō blasphemare. Loca difficilia sunt, & prudens lector ac diligens debet ignoscere labori meo. Aut si melius quid potuerit inuenire, & ego in eius transibo sententiā, dummō nouerit ueniā quam mihi tribuet se ab alijs accepturum. *a* ¶ *Hæc dicit dominus deus Tyro: Nunquid, etc.*] Primū ipsa historiæ uerba pādamus breuissima, μεταφράσαι sēsum dictorū aperiētes. Hæc dicit adonai dñs Tyro, quę Hebraice appellat צר Nunquid in die ruinæ tuæ, quā do Nabuchodonosor oppugnante corrueris, & in gemitu uulneratorū siue interfectorum qui occisi fuerint in medio tui non cōmouebuntur insulæ? Et descendent omnes reges de sedibus siue solijs suis, & principes maris qui diuersis imperant insulis, & auferent diademata de capitibus B suis: omnem regnandi gloriam deponentes: et uestes preciosissimas & incredibili uarietate fulgētes abijcient à se, & stuporis magnitudine uertentur in amentiam: atq; humilitate deiecti, sedebūt in terra, & cum te uiderint corruisse, sibi similia formidabunt: nihilq; putabunt in terræ bonis esse perpetuum, sed econtrario assument super te lamentū, & flebile canticū cōmemorabunt, dicentes: Quomodo peristi quæ habitas in mari urbs inclyta siue laudata? Tyrum enim fuisse insulam & nullū habuisse de terra introitū, in Græcis Latinisq; & barbaris historijs legimus: sed postea à Nabuchodonosor rege Chaldæorum: uel ut nonnulli affirmant ab Alexandro rege Macedonū iactos esse aggeres, & oppugnationi uineisq; & arietibus locū præparatū: ac de insula factā esse peninsulā. Tu igitur ô Sor, ô Tyre, quæ quondā fuisti in cunctis fortissima insulis, siue in urbib. omniū uoce laudata cū habitatorib. tuis, quos uniuersi timebāt: quomō subito corruisti? Nunc stupebunt siue pauebūt super te insulæ, & ut melius habetur in Hebraico, naues, in die pauoris & ruinæ tuæ, & turbabunt insulæ in mari. Vnde consequētius est supra naues legere: ne secundo ponātur insulæ, eo quod nullus egrediatur ex te: siue ut Lxx. transtulerūt, in die egressionis tuæ: qñ fueris ducta captiua. Hæc interim quasi quædā historiæ iacta sint fundamēta: nunc spirituale nitemur culmē imponere. Finge aliquē diu seruata pudicitia, multis floruisse uirtutibus, & postea in aliquo graui mortaliq; peccato esse collapsum. Nonne ad sonitū ruinæ eius interfectarūq; uirtutū omnes insulæ mouebuntur: hi uidelicet qui salsis amarisq; huius seculi tundūtur fluctibus? & descendēt de throno superbiæ suæ, omnes qui in seculi huius salsugine principes uidebantur: & humilitate deiecti, auferēt diademata de capitibus suis quæ uidebantur bonis operib. possidere, & uestimenta uaria diuersitate uirtutū abijcient: & induent stupore, siue timoris magnitudine quodāmodo uidebuntur insani: sedebuntq; humi, & stupentes super repentino casu eius admirabuntur: intantū ut omnes assumant planctum & lamēta/tionem super eū qui corruit, & dicāt: Quomodo peristi qui prius saluus eras? quomodo corruisti, qui tanto tēpore steteras: qui in mari huius seculi inter omnes inclytus putabaris, qui eras cūctorū opinione robustus? & habitatores Tyri: hoc est, cogitationes fortissimę aduersum omnia ignita diaboli iacula resistentes, quæ prius erāt formidini oīib. aduersarijs, uersæ sūt in stupore. Sed & naues, omnes uidelicet sancti, qui huius seculi fluctus transeūt, ob stupescēt cum te uiderint concidisse. In die pauoris & ruinæ tuæ turbabunt insulæ: ne & ipsæ similia sustineant. Aliorū em̄ ruinę, exempla iustorū sunt, dum omnes infirmo & imbecillo statu fluctuantiq; uestigio in isto seculo cōmoramur, & nunquam est nostra certa securaq; uictoria: quando egredientur ex te qui prius steterant: uel in exitu tuo in fine & cōsummatione tua. Non em̄ ex præteritis, sed ex præsentibus iudicamur. Cauēdumq; est & semper timēdum, ne ueterē gloriā & solidam firmitatē, unius horæ procella subuertat. *b* ¶ *Quia hæc dicit dominus, etc.*] Cum superioribus iunge quæ dicta sunt. Quando te dederó ô Tyre urbem in perpetuum desolatam, sicut ciuitates sunt aliæ quæ omnino non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, uel hostiū infinitæ multitudines: uel certe qui ad insulam loquitur & ad urbem in insula constitutam, tropologice aduersariorum frequentiā abyssi fluctib. comparat: & detraxero te cum his qui descendunt in lacū siue in foueā ad eos qui in inferno sunt, de quib. & in psalmis legimus: Introibunt in inferiora terræ: tradētur in manus gladij, partes uulpiū erunt: ad populum sempiternū: ubi est fletus oculorū & stridor dentiū, & posuero te in terra nouissima: in qua antiquus draco cōstitutus est: & sicut ueteres solitudines atq; desertæ, ubi nulla bonorū recordatio, sed pœnæ erunt sempiternæ: neq; te fecero suscitari in terra uiuētium, de qua scriptum est, Beati mites, quo

Psal. 62

niam ipſi poſsidebunt terrã. Et in alio loco: Placebo do
Pſal.114.b mino in regione uiuorũ: tunc redigeris in nihili, ſiue
peribis in æternũ: & ultra non eris, ſecundũ illud quod
Ibid.38.c in alio pſalmo ſcriptum eſt: Dimitte mihi ut refrigerer
priuſcꝙ abeã & amplius nõ ero. Non quod eſſe deſiſtat
qui in pœnis eſt ſempiternis, ſed qꝺ qui deo non uiuit, in ſcri
pturis ſanctis dicatur non ſubſiſtere. Vnde
& Heſter cõtra idola
He.14.c loquens: Ne tradas, inquit, ſceptrũ tuum
his qui nõ ſunt. Vtꝙ erãt quibus obſecrat
ne tradatur, ſed deo
non erant: qui uirtuti
bus & uiuẽti deo eſſe
ceſſarant. Et hoc no
tandum, quod quæri
Luc.19.b tur Tyrus ab eo qui
Ibid.15.a uenit quærere & ſal
uum facere quod pe
rierat: & nonaginta
nouẽ ouib. in monti
bus derelictis, quærit
unã erroneã ouẽ. Mu
lier quoꝙ quæ unam
drachmam perdide
rat, quærit & inuenit,
& uicinas conuocat
B ad lætitiæ ſocietatem. Sin aũt requiſita non inuenit Ty
rus, non eſt quærentis uitiũ, ſed eius qui boni paſtoris
fugerit manũ. Et ultra, inquit, non eris in ſempiternũ: ſi
ue ut in Hebraico שלם & in Græco ἀεὶ, ſcribit, unũ
ſeculũ ſignificat, iuxta illud Eſaiæ: qui poſt ſeptuaginta
Eſa.23.c annos dicit Tyrum reſtituendam in integrũ ſtatũ. Aiũt
aũt unum ſeculũ: id eſt, humanæ tempus ætatis, ſeptua
ginta annorum numero ſupputari, pſalmiſta dicente:
Pſal.89.c Dies annorũ noſtrorũ, in ipſis ſeptuaginta anni. Sin au
tem in potentatibus, octoginta anni: quicquid ſupra, la
bor & dolor eſt. Hoc metaphraſticos breuiter de Tyro
diximus. Quod & ad eos referri poteſt, qui in anguſtia
huius ſeculi conſtituti, deducunt ad inferos, & operiun
tur abyſsis fluctibusꝙ pœnarũ, & trahunt ad inferiora
terræ, & his copulant qui in ueteri ſolitudine ſunt, & de
ducuntur in lacũ ſiue in foueam ſempiternam, ut ultra
non habitentur à ſpiritu ſancto. De quibus ſcriptũ eſt:
Pro.18.d Impius cũ ceciderit in profundũ malorum contemnit.
Nec de cætero erunt in terra uiuentium, ſed peribũt, &
redigentur ad nihili, & deo eſſe ceſſabunt. Quibus teſti
monijs abuntur, qui dicunt impiorum atꝙ peccato
Ioan.14.a rũ pœnas non eſſe perpetuas: qui quæſiti à deo, nõ ſunt
inuenti, & in æternũ eſſe ceſſarunt: quia ſuo uitio perdi
derunt eum qui dicit, ego ſum uita. CAP. XXVII

ET factum eſt, etc.] Si uoluero totã prophetiã contra
Tyrũ ſiue ſuper lamentatione Tyri uno ſermone
cõprehendere, & longũ faciam, & ſenſum lectoris
obſcurẽ dũ omnia ſimul nõ poteſt mẽte retinere: præci
pue in quibus ab Hebraico in hoc loco Lxx. editio di
ſcrepat: hoc eſt, quæ addiderint quæ ue ſubtraxerint.
Itaꝙ noſtra erimus interpretatione cõtẽti, & ſicubi diſ
ſonant, ex latere copulabimus: perfectã omnium deo ſen
tentiã relinquẽtes, & quid nobis uideat in ſingulis, bre
1.Reg.15.g uiter admonebimus. Qui plangit, adhuc curæ eſt ei à
2.Cor.12.g quo plangit. Vnde & Samuel flebat atꝙ plangebat ſu
per Saul. Et apoſtolus Paulus lamentat & luget ſup his
qui fornicati ſunt, & non egerunt pœnitentiã. Et Hiere
mias lamẽtatiões ſup euerſione Hieruſalẽ quatuor ſcri
bit alphabetis. Habitat ergo iuxta literã Tyrus ſiue Sor C
in introitu maris: uel qꝺ prius inſula fuit, uel quod por
tu tutiſsimo de alto uenientes recipit naues, & eſt nego
ciatio populorũ ad inſulas multas, ſiue de inſulis mul
tis. Quod quidem uſqꝙ hodie perſeuerat: ut omniũ pro
pemodũ gentium in
illa exerceant cõmer
cia. Cœptã aũt inter
pretationẽ ſequẽtes:
quicquid de Tyro di
citur, referamus ad
σωοχλω. i. anguſtias
iſtius mundi, q in ma
ligno poſitus eſt, & ua
rijs perturbationib.
quaſi fluctibus coar
tatur atꝙ percutitur.
De huiuſcemodi ne
gociatorib. & in pſal
mo myſtico ſermone
narratur: Qui deſcẽ- Pſal.106.c
dunt mare in nauib.
facientes operationes
in aquis multis: ipſi
uiderunt opera dñi,
& mirabilia eius in p
fundo. b ¶ O Tyre, dixiſti, perfecti, etc.] Pri
mũ crimen eſt Tyri: ſi
quid uidetur habere
boni, nõ dei putare,
D De Baſan
ſed ſuum: & omnẽ pulchritudinẽ quæ illi de diuerſis ue
nit regionibus, propriæ exiſtimare diligentiæ atꝙ uir
tutis. Dixit enim: Perfecti decoris ego ſum, ſiue ego mi
hi circũdedi decorẽ, cũ ſit in corde, hoc eſt in medio ma
ris ſita, & quaſi inſula moueatur & fluctuet, & undarũ
illiſionib. conſtringatur. Quod aũt cor maris, mediũ ſi
gnificet, & ille propheticus ſermo demõſtrat. Propterea
nõ timebimus cũ conturbata fuerit terra & trãſlati mõ
tes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorũ.
Sed & dñs noſter in corde terræ: hoc eſt, in medio, & ad
inferos dicit deſcendiſſe. Vera aũt & perfecta pulchritu
do in nullo hominum, niſi in Chriſti corpore, quod in Cam.4.c
terpretat eccleſia, & multorũ ſanctorũ uirtutibus cõgre
gat. Vnde & ipſe loquitur ad ſponſam: Tota pulchra es
proxima mea, & macula non eſt in te. c ¶ Finitimi tui,
etc.] Pro quo neſcio quid uolẽtes: ita Lxx. trãſtulerũt:
Beelim filij tui circũdederunt tibi decorẽ: cedrus de Sa
nir ædificata eſt tibi: tenues tabulas cypreſsinas de Liba
no tulerũt, ut facerẽt tibi malos abiegnos. Sermo enim
Beelim, in hoc loco apud Hebræos penitus non habet,
ſed pro Beelim, ſcriptum eſt בניליך quod ſignificat ter
minos tuos. In eo quoꝙ qꝺ dixerũt, filij tui: uerbi am
biguitate decepti ſunt, & ſcripturæ ſimilitudine, dũ pro
nunciatione diuerſa eædẽ literæ, cemẽtariorũ & filiorũ
בוניך & בוניך legunt: O igitur Tyre, quæ dixiſti per ſu
perbiã, perfecti decoris ego ſum: ſiue ego decorẽ mihi
circundedi, cũ ſis ſita in medio mari: audi quãta tibi dei
largitate collata ſint. Finitimi & cõtermini tui, qui non
de ſõginquis, ſed de uicinis ſunt regionibus: ipſi imple
uerunt decorẽ tuũ, & tu putas tuũ eſſe quod alienũ eſt?
Et loquit quaſi ad nauẽ τροπικῶς, urbis ſignificãs pul
chritudinẽ & rerũ omniũ abundãtiã, ut poſtꝙ uniuer
ſam illius ſuppellectilẽ deſcripſerit: malũ, antemnas, re
mos, uela, prorã, carinã, funes, opertoria, pelles, & cæte
ra quibus nauiũ optime inſtructarũ uſus indiget: tunc
tempeſtatem illi & uentum auſtrum quo fluctus maxi
mi cõmouebuntur uenire denunciet, & eam ſubiacere
naufrãgio. Per quæ ſignificat urbis Tyriæ euerſionem à
rege

A rege Nabuchodonoſor, ſiue ut multi putant ab Alexan
dro rege Macedonũ, qui ſex menſib. ipſam urbem ob
ſediſſe & cepiſſe narratur, poſtꝙ Datiũ uicit in Lycia. Iu
xta myſticos uero intellectus, abietib. ſiue cedris de Sa
nir, nauis Tyriæ tabulata cædũtur: quibus texitur atꝙ
compingit, & cedro ſi
ue cypariſſo de Liba
no malus eius: abieti
bus propter leuitatẽ
iunctura ſꝙ tabularũ
mollius inuicẽ ſe tenẽ
tiũ atꝙ mordẽtium: ſi
ue cedris, qꝺ lignum
שנִיר imputribile eſt. De Sa
nir aũt dicitur, quod
interpretatur uia lu
cernæ: aut ut nos ue
rius arbitramur dẽs
uigiliarũ eo quod o
mnis nauis proſperi
tas & illuſtratio uene
rit ex uero lumine. Sa
nir aũt mons iuxta li
terã ipſe eſt qui & Her
mon, quẽ alij uocant
לִבנוֹן Sanior. Lege hiſtori
am. Libanus inter
pretat candor ſiue de
albatio: qꝺ & ipſum
ad gratiã pertinet ali
unde uenientem. a
B ¶ Quercus de Baſan dola. etc.] Quanta pulchri
tudo nauis & ſuppelle Perſæ
ctilis eus, ut remos haberet cedrinos, nõ undelibet ſed
de Baſan, & tranſtra eburnea, & prætoriola ſiue cellaria,
in quibus merces precioſiſsimẽ reponuntur, de inſulis
Chettijm, qꝺ nos in Italiã uertimus: ex ea regione quæ
Græciæ propinquior eſt: oẽs occidentaliũ inſularũ par
Anagoge tes intelligentes. Dicamus ergo iuxta Anagogẽ, remos
Pſal.67.c fieri nauis Tyriæ de Baſan, de qua & in pſalmis ſcribit:
בָּשָׁן Dixit dñs, de Baſan conuertã, cõuertã de profundo ma
ris. Baſan in lingua noſtra interpretat ignominia. Eos
igitur qui fuerũt in profundo maris, & ignominia pec
catorũ, cõuertit deus, & cõuertit in remos, ut cũ apoſto
lis nauigãtes, poſsint ad terram & ad littora peruenire:
Et fiunt trãſtra de ebore, cum mortificauerint corpora
ſua: uel uſum dentium ad laudes dei cõtulerint, & præ
toriola ſiue cellaria de inſulis Chettijm, quæ iuxta He
braici ſermonis etymologiã uertit in percuſſam, ut pla
gis diaboli non tã interfecta ſit qꝙ probata. Poſſumus ex
ebore & ſylueſtres domos dicere de inſulis Chettijm,
quas hæretici nõ in domo dei ſed in naui Tyria fabrica
re conãtur. Et ipſi habẽtes ebur ſuũ ſermonis & linguæ
ædificantes templa, dei templo contraria, & domos ſyl
ueſtres habitacula beſtiarũ, cũ ſcriptura dicat: in domo
dei nemora & ſyluas ac lucos non eſſe plantandas. b
¶ Byſſus uaria de Aegypto, etc.] Quia dixerat Tyrus, perfe
cti decoris ego ſum: uel circundedi mihi ipſa pulchri
tudinem: arguit quid à ſingulis acceperit regionibus,
ſecundum illud ſcripturæ: Quid habes quod non acce
piſti? Si autem accepiſti: quid gloriaris quaſi nõ accepe
ris? Deſcribitur ergo quid unaquæꝙ mittat prouincia,
ſecundũ illud Vergilianũ: India mittit ebur: molles ſua
thura Sabæi: At Calybes duri ferrũ uiroſaꝙ Põtus Ca
ſtorea, etc. Byſſus in Aegypto quãm maxime naſcitur,
ex qua contextum eſt Tyriæ nauis uelum, quod ſuſpen
ditur malo, & operimentum illius quod in ſolis calore
atꝙ tranquillo nautis atꝙ uectorib. præbet umbracu

lum, de hyacintho & purpura fit: quæ ſunt de inſulis E C
liſa: Ionij maris ſic appellans inſulas. Porrò iuxta Lxx.
de byſſo in ſtratum & in requiẽ Tyriæ nauis uelamenta
texuntur, ut his operta glorioſior ſit, & circundata ami
ctum habeat pulchriorem. Byſſum autẽ referri ad terrã
quia ex terra oritur,
& hyacinthũ ad aerẽ:
purpurã ad mare ex
quo conficitur, addi
to coccino bis tincto,
quibus pontificis ue
ſtimenta texuntur: ſæ
pe admonuimus qꝺ
quatuor elementa ſi
gnificent: terram, i
gnem, aerẽ, & aquas:
ex quibus conſtãt o
mnia quæ ſibi aſſu
mit Tyrus, ut dei crea
turis non utatur cum
gratia: ſed dicat: Perfe
cti decoris ego ſum:
uel decorẽ mihi ipſa
circũdedi. c ¶ Habita
tores Sidonis, etc.] Dixe
rat ſupra: finitimi tui
qui te ædificauerunt,
impleuerũt decorem
tuũ antequ ueniat ad
eos qui lõge habitãt,
proximarũ prouin
ciarũ deſcribit auxi
lia. Habitatores, in D
quit, tui, ſiue princi
pes Sidonis & Aradij, quæ uicina eſt inſula, remiges
tui. Sapientes tui ô Tyre facti ſunt gubernatores tui. Ad
ſapientes eñi proprie pertinet gubernatio, ſcriptura di
cente: Quibus non eſt gubernatio: cadẽt quaſi folia. Se
nes ſiue ſeniores Biblij & prudẽtes eius præbuerũt nau
tas ad miniſterium tuum: ſiue cõfortauerunt cõſilium
Tyri, & uariam ſuppellectilem præbuerũt: omnesꝙ na
ues maris & nautæ earum fuerunt in populo negocia
tionis Tyriæ, ſiue in occidẽtem occidentis. Hoc interim
ſecũdum literam. Cæterum iuxta myſticos intellectus:
quia Sidonij interpretantur uenatores, & Aradij depo
nentes: dicemus Tyrũ glorioſam & ſuperbiſsimam ci
uitatem quę uento flante poſtea conterenda eſt, habere
ciues ſiue principes uenatores, de quibus ſcriptum eſt.
Anima noſtra quaſi paſſer erepta eſt de laqueo uenan Pſal.123.d
tium. Vbi enim nos legimus uenantiũ, in Hebræo ſcri
ptum eſt, Sidoniorum. Iſti uenantur incautas animas
in ſublimibus cõſtitutas, ut ad terrena deducant: & effi
ciuntur remiges, ut ducant eos ad naufragia. Sapientes
autem Tyri, qui in malam partem accipiuntur: per quã
ſapientiores ſunt filij tenebrarum à filijs lucis: ipſi gu
bernant Tyrum naufragio præparatam. Seniores Bi
blij & prudentes eius præbuerunt nautas Tyro ad mi
niſterium: ſiue cõfortauerunt conſilium eius. Sacra nar
rat hiſtoria, ſeniores plurimos fuiſſe à dño reprobatos,
& iuniores electos in typum ſynagogæ & eccleſiæ. Se Gene.4.b
nior Cain abijcitur, & Abel iunior legitur: Iſmael filius Ibi.25.d
Abraham alienus à patre eſt, & Iſaac iunior hæredita
tem accipit. Filiorum quoꝙ Iſaac ſenior Eſau uenator
eſt, & uagatur in ſaltibus: iunior Iacob ſimpliciter habi Ibid.21.b
tat domi. Vnde ſcriptum eſt & in Malachia: Iacob dile
xi: Eſau autem odio habui. Et recte iuxta Apoſtolum Malach.1.a
nihil in matris utero conſtituti boni uel mali fecerant: Rom.9.c
nec habebãt meritum nec offenſam, ut alter eligeretur
& alter abijceretur: niſi in typo ut diximus ſynagogæ et
eccleſiæ

A ecclesiæ, senior repellitur, & assumitur iunior. Omnes, inquit, naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis Tyriæ: siue in occidentẽ occidentis. Quomodo dicitur canticum canticorum, & seculum seculorum, & opera operum: ut canticum maius alijs canticis sit, & seculum prolixius alijs seculis: opusq; cæteris operib. utilius: sic appellatur occidens occidenus, ut magnitudinem occidentalium partium significet. Et pulchre naues maris & nautæ earum et remiges qui in Tyriæ nauis auxilio sunt: non pergunt ad orientẽ nec ad ortũ luminis ubi sol iustitiæ nascit, sed ad occidentẽ occidẽtis ubi lumen occũbit, & ubi tenebrarũ exordium est. a ¶ *Persæ & Lydi, & Libyes erant in, etc.*] Persas fuisse fortissimos, quorũ rex Cyrus, ut Esaię uaticinio prædicatur: subuerso Asiyage rege Medorum, Babylonem ceperit, & sacra & secularis narrat historia. Lydos quoq; illo tẽpore inter gentes robustissimas reputatos: quorum rex Crœsus ab eodem Cyro captus sit, Xenophon scribit plenissime. Et Libyas cum Troglodytis & Aethiopibus uenisse contra Hierusalem, in Paralipomenon uolumine legimus: Quia illis temporibus florentissimi erant, & famosi ad prælia pugnatores: Tyriæ urbis defensores esse memorantur, & ad terrendos hostes scuta & galeas inter murorum propugnacula suspendisse. Spiritualis autem intelligentia illud sonat, quod Persæ qui interpretantur tentantes siue tentati, & Lydi quos generatos intelligimus, & Libyes qui Hebraico sermone appellant פוּט & uertuntur in os ab ore non ab osse: frustra Tyrum nitantur defendere, cum tentatione superẽtur, & generationi ac libidini seruiant: cassaq; tantum uerba multiplicent: non habentes galeam salutis, nec scutum fidei, sed gloriam tantum strepitumq; sermonum prætendant ad ornatum illius. b ¶ *Filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros, etc.*] Verbum גַּמָּדִים Aquilæ prima editio Pygmæos, Symmachus, Medos: Lxx. custodes: Theodotio גַּמָּדִים ipsum Hebraicũ, interpretati sunt. Aradum insulam quæ tota sit ciuitas, & contra se positum oppidum Antaradum habeat: uicinaq; sit Tyro: & prætendat in Phœnicis littore continentis terræ, usq; hodie cernimus: hi sunt in exercitu urbis Tyriæ custodesq; turrium eius, & suspenderunt pharetras suas per gyrum, complentq; pulchritudinem eius ut sagittarij esse doceantur: siue pygmæi sunt, hoc est bellatores & ad bella promptissimi: ἀπὸ τῆς πυγμῆς, quæ Græco sermone in certamen uertitur. Sin autem Aradij deponentes sonant: omnis qui prætendit falsi nominis scientiam, & habet in pharetra pectoris sui ignita diaboli iacula, quibus deceptorum corda uulnerat atq; succendit: Aradius appellandus est. Cupit enim deponere eos qui nituntur ad alta conscende-

Esa. 45.d

B

2. Par. 12.d

re, & complet pulchritudinem Tyri, de qua in Prouerbijs scriptum est: Non te decipiat pulchritudinis desiderium, ne capiaris oculis tuis. Et iterum: Sicut inauris in naribus porcæ, sic mulieri male moratæ pulchritudo.

C

Pro. 6.c
Ibid. 11.c

c ¶ *Carthaginenses negociatores, etc.*] Non solũ in præsenti loco, sed & in Esaia ubi scriptũ est: Vlulate naues Carthaginis: cæteri interpretes uerbũ Hebraicũ transtulerunt תַּרְשִׁישׁ quam coloniam esse Tyriorũ nulli dubiũ est. Ipsi de occidentis partib. argẽto, ferro, stagno, & plũbo, Tyri nundinas repleuerũt. Tharsis in lingua nostra sonat, exploratio gaudij. Exploratores aũt hic non in bonã partem debemus intelligere: quales Moyses miserat ad explorandam terrã repromissionis, sed in contrariam, quales & Apostolus uitare se dicit: propter subintroductos falsos fratres: qui intrauerunt explorare libertatẽ nostram quã habemus in Christo: de quib. & Ioseph loquitur: Explo-

Num. 13.d

Gal. 2.d

D

Gen. 42.b

Pérsæ & Lydi & Libyes erãt in exercitu tuo, uiri bellatores tui: clypeũ et galeã suspẽderũt in te, ꝓ ornatu tuo (siue peltas & galeas suspẽderunt in te) ipsi dederũt gloriã tuã.

HEBR. Filij Arãdij cum exercitu tuo erãt super muros tuos in circuitu, sed & Pygmæi qui erant in urbibus tuis: pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerũt pulchritudinem tuam.

SEPTVAG. Filij Aradiorum & fortitudo tua super muros tuos: in circuitu custodes in turribus tuis erant: Pharetras suas suspenderunt super propugnacula tua per gyrum. Ipsi perfecerunt decorem tuum.

Cárthaginenses negociatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stagno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas.

HEB. Græciã Thubal & Mosoch ipsi institores tui mancipia & uasa ænea adduxerunt populo tuo: de domo Thogorma, equos & equites & mulos adduxerunt ad forum tuum.

SE. Græcia uniuersa & ad iacẽtia eius, ipsi negociatores tui in animab. hoĩm: & uasa ænea dederũt mercatũ tuũ de domo Thorgama, equos & equites & mulos dederũt nundinas tuas.

Filij

res estis, cõsiderare uestigia regionis uenistis. Fratresq; eius intelligentes crimen esse non modicum aliena per insidias explorare responderunt: Non sunt exploratores serui tui. Isti ergo nundinas Tyri non auro, nec lapide precioso: sed argẽto, ferro, stagno, plumboq; multiplicant: habentes eloquij uenustatem, & arma ad expugnandum: & in stagno eloquij similitudinem quod mentitur argentum: & in plumbo impietatem grauissimam, iuxta Zachariam, in quo mulier sedit super talentum plumbi: & Aegyptij dimersi sunt in profundum sicut plumbum. Longa singulorum disputatio metallorum, sed breuitati studendum est. d ¶ *Græcia Thubal & Mosoch, etc.*] Iones, inquit, qui Hebraice appellantur Iuan & Thubal: id est Iberi Orientales: uel de Occidẽtis partibus Hispani, qui ab Ibero flumine hoc uocabulo nũcupant: & Mosoch quos Cappadocas intelligimus: quorum metropolis quæ postea ab Augusto Cæsare, Cæsarea appellata est: usq; hodie lingua ipsorum Mazaca dicitur: Isti preciosum Tyri fecere commercium: ut mancipia, & ænea uasa ex Corintho adducerent Tyrũ: & de domo Thogorma, id est de Phrygia equos & equites & mulos: quorum quõdam illa prouincia maximã habuit copiam. Aiunt Hebræi Græciam, id est Iauan: interpretari est, & non est: quod proprie refert ad sapientiam secularem: in qua si recte aliquid reperiunt, est appellatur: si in contrariam partẽ, non est. Multa enim naturæ bono & ipsi differunt de officijs, de continẽtia, de opibus contemnendis: quod proprie sibi Stoici uendicant: & uidentur animas hominum quos deceperũt lucrifacere: habentq; uasa ænea quibus mentiuntur auri similitudinem: quæ ingerunt populis Tyri: ut eos falsæ doctrinæ opinione supplantent. De domo quoq; Thogorma quod interpretatur peregrinus & aduena: ad forũ & nundinas eius equi adducẽtur & equites & muli:

Zach. 5.b

יָוָן

תּוֹגַרְמָה

de quibus

A de quibus scriptum est: Fallax equus ad salutem. Et in
Psal. 32.d alio loco: Dormitauerunt omnes qui ascenderũt equos.
Ibi. 75.a Et in psalmis: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quib.
Ibid. 31.c non est intellectus. Quãobrem & Doech accusator &
1. Reg. 22.d terfector sacerdotũ, præfectus mulorũ fuit: & hos esse de domo aduenæ atq; peregrini, qui nõ comedunt carnes agni: de
Exod. 12.g quib. scriptũ est: Aduena & mercenarius nõ comedẽt ex eo: ut omnes nundinę Tyri bis mercimonijs cõpleantur. a ¶ *Filij Dadan, etc.*] Pro quo nescio qd uolẽtes Lxx. filios Rhodiorũ interpretati sunt, nisi forte primæ literæ falsi similitudine: ut pro Dadã legerent Radan: quæ & ipsa Cycladum maxima est, & in Ionio mari quõdã urbs potẽtissima, naualiq; certamine gloriosa: & ꝓpter tutissimũ portũ, mercatorũ omniũ receptaculum. Et quia Rhodij in linB guam nostram uertunt, uidẽtes iudicium: de his nunc
Rom. 2.d Tropologice dicitur, qui cernunt iudicij ueritatem & ipsi non faciunt, dicente Apostolo: Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alium, teipsum condemnas. Eadẽ em facis quæ iudicas. Sed melius est Dadan alterius loci nomen accipere: & ut in Hebraico & apud cæteros interpretes habet.

Filij Dãdan negociatores tui.

HEB. Insulæ mũltæ negociatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos cõmutauerunt in precio tuo.

Syrus negociator tuus, ꝓpter multitudinẽ operum tuorũ guttã, purpurã et scutulata: & byssum & sericũ, et Chodchod, ꝓposuerunt in mercatu tuo. Iũda & terra Israel ipsi institores tui, in frumento primo: balsamũ & mel, & oleũ, & resinã proposuerunt in nundinis

SEP. Ex insulis multiplicauerũt negociationẽ tuã: dẽtes elephãtinos et his qui introducebãt reddebas mercedes tuas. Hoies negociationẽ tuam à multitudine mercatus tui: ĩ aphec stactẽ & polymita de Tharsis & Ramoth & Chodchod de derẽt in nũdinas tuas. Iudas & filij Israel, isti negociatores tui ĩ frumẽti cõmercio & unguẽtis: primũ mel & oleũ et resinã dederũt ĩ nũdinis

b ¶ *Insulæ multæ negociatio, etc.*] Multũ ab Hebraico in præsentu loco Lxx. editio discrepat: ideo iuxta utranq; pauca dicenda sunt: ne in Tyri mercimonijs occupati, ad reliquas prophetias tardius transeamus. Filij Dadan negociatores Tyri, de multis insulis multiplicauerunt negociationem eius, ita ut dentes elephantorũ darent his qui ueniebant ad cõmercium eius: & haberent homines in nundinis propter negociationis multitudinem. Haberent autẽ in aphec, quod de Theodotionis editione in Lxx. additum est: pro quo Symmachus uertit, polymita. Stacten quoq;, pro quo omnes alij purpuram interpretati sunt: quæ Hebraice dicit אַהֲלוֹת & uarietates ex Tharsis: pro quo in Hebræo בּוּץ dicitur, quæ ab omnib. in byssum translata est. Tharsis aũt in præsenti loco penitus non habetur. Et ramoth, inquiunt, & chodchod dederunt in nundinis tuis: quod ita habet in Hebræo: nisi quod pro ramoth Aquila serica uel subtilia interpretatus est. Chodchod uero oẽs interpretes, ità ut in Hebræo positum est transtulerunt. Igitur iuxta Lxx. filij Rhodiorum negociatores Tyri, de insulis plurimis multiplicauerunt negociationem eius: iuxta Hebraicũ, post filios Dadan negociatores eius: insulæ quoq; diuersarũ gentiũ auxerunt in mercimoniũ eius: afferentes dentes eburneos ex India: & ligna hebenina, quę nigri coloris preciosissima sunt: & commutauerunt cum alijs Tyri mercibus. Syrus quoq; fuit negociator Tyri: pro quo in Hebræo positũ est אָדָם in cuius loco Lxx. homines interpretati sunt: pro Aram legẽtes Adam: & ר & ד literarum, sicut supra, decepti similitudine. Vsq; hodie autẽ permanet in Syris ingenitus negociationis ardor: qui per totũ mundũ lucri cupiditate discurrunt: & tantam mercandi habent uesaniam: ut occupato nũc orbe Romano, inter gladios & miserorũ neces quærãt diuitias, & paupertatẽ periculis fugiant. Istiusmodi ho-

C

Pro. 6.c

D

Hier. 13.d

Cant. 3.6.8

Hier. 13.d

Deut. 8.d

Psal. 132.d

Pro. 25.c

Osee 12.d

Psal. 140.b

אַבְנוֹת

caput meū. Sed & resina lenis est, apta corporib. & pro
Hier.8.g medicina accipit. Vnde & in Hieremia scriptū est: Nun
quid resina non est in Galaad: aut medicus non est ibi?
Quare nō ascendit curatio filiæ populi mei? Hāc resinā
Gen.43.a habebat & Iacob, quā mittebat filio suo Ioseph cū mel-
le & terebintho, nuci
bus, thymiamate &
stacte. Ismaelitæ quo-
que q̄ emerūt Ioseph
ibid.37.a de terra Israel, hæc in
Aegyptū portabant:
thymiamata & resinā
de Galaad, & stacten.
Et ut manifestius sci-
re possimus, quid sit
frumētū, balsamum,
mel et oleū, resinamq̄
ad mercatū ferre Tyri: audiamus dñi uer-
Mat.7.a ba dicentis: Nolite da
re sanctum canib. ne-
que margaritas ue-
stras mittatis ante por
cos. Mulieri quoque
Chananææ quæ pro
filia precabat, dicens:
ibi.15.c Filia mea male uexa-
tur à dæmonio: respō
dit dñs: Non oportet
tollere panē filiorū, & dare eum canibus. Sed quia exie
B rat de finib. Tyri & Sidonis, & propinquabat terræ Isra
el: idcirco quod rogauerat consequuta est. a ¶ *Damasce nus negociator tuus, etc.*] Pro uino pingui, quod interpre-
tatus est Symmachus, & apud Aquilā & Theodotionē:
& in ipso Hebraico habet uinū de חֶלְבּוֹן. Rursumq̄ u-
bi nos posuimus, lanis coloris optimi siue splendentu-
bus: Aquila & Theodotio transtulerunt, in lanis Soor.
Significat aūt quod inter cæteras negociationes Tyri,
ad nundinas eius de Damasco deferebatur uinum pin
guissimū, & lana præcipua: quod usq̄ hodie cernimus.
דַּמֶּשֶׂק Sin aūt Damascus interpretatur sanguinem bibens, &
Hebræorū uera traditio est, campum in quo interfectus
Gen.4.b est Abel à parricida Cain fuisse in Damasco: unde & lo-
cus hoc insignitus uocabulo sit: iuste & Paulus post in-
Act.9.a terfectionem Stephani primi in Christo martyris per-
rexit Damascum: ut credentes in Christo uinctos duce
ret Hierusalem: deiq̄ misericordia, qui fecit uidētem &
cæcum, oculos carnis amisit, ut mentis acciperet: cecide
runtq̄ squamæ draconis ex oculis eius, quibus lumen
perdiderat ueritatis: ut iret ad uicū qui appellat rectus:
& inueniret Ananiā, qui in lingua nostra interpretatur
Gen.4.b obediens. De hac igitur terra cui dictum est: Maledicta
terra quæ aperuit os suum, & hausit sanguinem fratris
tui, Tyri nundinæ congregant, & uinum pingue siue la
næ splendentes. Vinum de Chelbon interpretatur la-
cteus: Lxx. pro lanis coloris optimi, lanę de Mileto siue
Soor senserunt. Miletum in Hebraico non habetur, sed
quia inde lanæ præcipuæ deferuntur, pro Soor Miletū
interpretati sunt. Ex quo perspicuū, quod Tyrus lacte
uescat infantiæ: & uestimenta nō habeat propria, sed a-
liūde & ex uarijs cōgesta prouincijs. Illud aūt quod Da
mascus interpretat sanguis cilicij & sanguis osculi, præ-
senti nō cōuenit loco. Frequēter em̄ Hebræa nomina p
diuersitate accētuū & mutatione literarū uocaliūq̄: uel
maxime quæ apud illos habēt proprietates suas, uarie
interpretant. b ¶ *Dan & Iauan & Meozel in, etc.*] Quæ in
editione eorum de Theodotione addita sunt. (Ferrum
factum opere & rota in cōmixtione tua est.) Ex nomine
patriarchæ Dan & tribus & locus in quo habitauit tri-

HEB. nis tuis. Dāmascenus negociator tuus in multitu
dine operū tuorū: in copia
diuersarū opū: in uino pin
gui: in lanis coloris optimi.
Dān & Græcia & Meuzal
in nundinis tuis posuerunt
ferrū fabrefactū: stacte &
calamus in negociatione
tua. Dādan institores tui in
tapetibus ad sedendum.

SEP. nis tuis. Damascus ne
gociator tuus in multitudi
ne operū tuorū ex multitu
dine oīs fortitudinis tuæ: ui
nū ex Chelbon, & lanas de
Mileto. Dan & Iauā & Me-
ozel in nundinis tuis. Fer-
rum factum opere & rota
in cōmixtione tua est. De-
dan negociatores tui cum
iumentis electis ad currus.

Arabia & uniuersi principes Cedar, ipsi negociatores
manus tuæ: cum agnis & arietibus & hœdis uenerunt
ad te. Vēnditores Saba & Raama, ipsi negociatores tui
cum uniuersis primis aromatibus & lapide precioſisi-
mo, & auro quod proposuerunt in mercatu tuo.

Aran uolutat, & cursum habeat orationis. c ¶ *Dadan institores, etc.*] Multū Hebraicū & Lxx. in præsenti loco discrepāt:
D præter nomē regionis quod uicinū est Dedan & Dadā.
Infinita quippe distātia in tapetib. ad sedendū, & iumē-
tis electis ad currus: nec dubiū quin quadrigæ, currus
& equi, in makī partē accipiātur si terreni sint. Alioquin
& Helias ad cœlestia curru rapit, appellaturq̄ ab Heli-
4.Reg.2.b seo pater pater: auriga & currus Israel. Et Giezi aperiun
ibid.6.d tur oculi, ut currus in monte & equos uideat sine ascē-
soribus, sessioni dñi præparatos. In tapetib. aūt sermo-
num pulchritudo mōstratur: in quibus uehuntur & re
quiescunt institores Dedan sessione cōposita, uenientes
ad nundinas Tyri. d ¶ *Arabia, etc. agnis & arietibus, etc.*]
Pro agnis, arietib. & hœdis: Lxx. camelos & arietes &
agnos interpretati sunt. Arabia aūt & principes Cedar,
Hier.49.f quæ hodie Sarracenorū regio est: sicut in Hieremię ser-
mone, qui aduersum Cedar scribitur, plenissime demō
stratū est, abundant his animantibus: agnis uidelicet &
arietibus & hœdis: & Tyri nundinas hac illatione mul-
tiplicant. Sed & camelorum fertilissima regio est ob pa
scuarū eremi latitudinem aerisq̄ temperiē, quibus hoc
עֵבֶר animal delectatur. Arabia autem interpretatur uespe-
קֵדָר ra, & Cedar tenebrę. De qua & in psalmis dicitur: Ha-
Psal.119.b bitaui cum habitantibus Cedar. Quæ regiones deferūt
Tyro camelos grauissimis peccatorū oneribus prægra
uatos, siue agnos & arietes & hœdos: quos immolant
in altaribus suis: quæ de iniquo ac rebelli corde simula
runt. Sed & in hoc eodem propheta in uisione pastorū
Infra 34.c arietes aquas purissimas conturbantes & impingen-
tes lateribus oues: & cornibus dimicantes legimus: hœ
dos quoq̄ qui ad sinistram stare consueuerūt, & agnos
qui mentiuntur agnū: de quo scriptum est: Ecce agnus
Ioan.1.d dei, ecce qui tollit peccata mūdi. In bonam aūt partem
Esa.60.d camelos scribit Esaias, de Madian, quod interpretatur
dñi iudiciū, uenire Hierusalē, & Epha & arietes de Na-
Mat.2.b baioth & Saba deferentes aurū & thus: quorum duo ul
tima etiam à magis offeruntur dño. Istiq̄ cameli depo-
sito onere peccatorū, possunt intrare artam & angustā
uiam, quæ ducit ad uitam. e ¶ *Venditores Saba, etc.*] In
Psal.71.b psalmis ubi scriptum est: Reges Arabum & Saba mu-
nera

A nera offerent tibi: in Hebræo habet, reges Saba & Saba
שְׁבָא munera offerēt tibi: quorū unū Saba per ש literā scri-
bit, alterū per ס quæ nostræ literæ similis est. Quia igit
סְבָא Saba interpretat cōuersio: hoc dicēdū est, quod in præ-
senti loco nō cōuersionē significet, sed auersionē: de qua
Tyro munera deferū
tur cū uniuersis aro-
matibus & odoribus
optimis, & lapide pre
cioso et auro: quę om
nia in Tyri nundinis
proponuntur. Et ipsi
em̄ mētiunt odorem
optimū lapidēq̄ pre-
ciosum: quo extruere
peruersitatis suæ nitū
tur ecclesias, & aurū
quod pollicent in sen
su: omniaq̄ peruersa
sunt. Nihil em̄ gratui
to accipiunt, nec gra-
tis tribuunt, sed uni-
uersa mercātur: cum
reges Arabū & Saba
gratis Christo mune
ra offerāt. Hi sunt qui
oīnia turpis lucri cau
sa faciūt: & ab eo hæc
munera susceperunt
qui dicit in euāgelio:
Mat.4.a Hæc em̄ tradita sunt
mihi: quæ dabo tibi,
B si procidens adoraue
רַעְמָה ris me. Raama, siue iuxta Lxx. Rhegma, in nullo alio
scripturarū loco inuenire potui: nec quæ regio sit, quid
ue significet: nisi quod manifestū est: & ex eo quod iun
gitur Saba, uicinā huic prouinciæ esse regionē. c ¶ *Arā etc.*] Et istę gētes diuersorum locorū nomina cōtinētes.
Q̄ aūt de Theodotione in Lxx. additū est: in Macha-
lim & in Galima: Symmachus interpretatus est, precio
sis inuolucris. Polymita quoq̄, quæ Theodotio uaria
interpretatus est: de Aquila & Symmacho addidimus.
Tam precioſæ aūt uestes negociatorum inuolucris fere
חָכְרָן bantur, ut funibus hyacinthinis stringerent. Aran, siue
בַּנֶּה ut Lxx. dixere, Charran, in nostra lingua sonat forami
עֵדֶן na: Chāne præparationē: Eden delicias: pro quo apud
Lxx. Edne, quod in Hebraico nō habet, quid sonet ig-
noramus: & ficti nominis etymologiā quęrere nō debe
mus. In negociatione ergo Tyri, per carneos sensus qui
indicātur in foraminibus, tota seculi hominū præpara
tio est, qui solas delicias putāt si augeāt Tyriæ urbis cō-
אַשּׁוּר mercia. De Saba supra diximus. Assur interpretat diri-
כִּלְמַד gēs: Chelmad, siue ut in quibusdā exēplarib. cōtinetur,
Cherma, trāsfertur in uineas: haud dubiū quin Sodo-
morū, qui ueniunt in mercatu Tyri: ut praua dirigant,
Psal.8.c imò arguant pœnis: & corrigant quę fuerant deprau-
ta: iuxta illud quod in psalmis dicitur: Vt desitruas ini-
micū & ultorē. Habētq̄ multifariā supellectilē, & incre-
dibili uarietate distinctā: quæ inuolucris hyacinthi a-
stricta est: siue thesauri eorū funibus cōstringūtur, quos
Prou.5.d thesaurizauerunt sibi in terra: iuxta illud quod scriptū
est: Funibus peccatorum suorum unusquisq̄ cōstringi
tur. Nec habuerunt negociationē liberā: sed cuncta pec
catorum uinculis innexuerūt. Inuolucra hyacinthina,
propter coloris similitudinē, referamus ad aereas pote
states: quæ thesauros suos seculi nundinis largiuntur.
b ¶ *Cedros quoq; habebant, etc.*] Pro cedris, Lxx. cypa-
rissos transtulerunt. Et quia supra de utroq̄ diximus,
superfluum est lectoris augere fastidium. c ¶ *Et replē-*

tus es, etc.] Nihil, inquit, tibi defuit quod ad diuitias perti
net insularum. Quæ tamen glorificatio, fuit aggrauatio
possidētis, dum nō potes moderate ferre diuitias: quā-
quā & paupertatis sæpe tētatio sit. Vnde & Salomō ne-
Pro.30.b cessaria tm̄ postulat: & diuitias & paupertatē pariter de-
testatur: ne in altero
supbia, in altero sub-
repat impatiētia atq̄
mendacium. d ¶ *In aquis multis, etc.*] Supra
remiges Tyriæ ciuita
tis Sidonios legimus
& Aradios: quorū al-
teri uenatores, alteri
interpretantur depo
nentes. Venantur em̄
eorū animas, quos in
ter seculi huius flu-
ctus suo ducunt arbi
trio, & non ad excelsa
subleuant, sed in pro
funda demergūt: nec
imitant eos qui usq̄
ad matutinam uigili-
am nauigantes, frege
rūt insanos maris flu
ctus, & dīm saluato-
rem suscipere merue
runt: statimq̄ tali ue-
ctore & comite perue
nerunt ad portū quie
tis. De quo in euange
lio plenius scribit. e
Mat.14.c D

¶ *Ventus Auster contriuit te, etc.*] Omnes diuitiæ Tyri Au-
stro flante dispereunt: qui significātius Hebraice קָדִים
Græce κώνωπ interpretatur: quem nos in uentū uren
tem transferre possumus. De quo dicebat sanctus Da-
Psa.120.b uid: Per diem sol nō uret te, neq̄ luna per noctem. Hoc
uento Iacob exustus erat: & tamē nō cōtritus dū loqui-
Gen.31.f tur: Fui per diem exustus æstu & gelu noctis. Illi quoq̄
qui ab hora prima cōducti sunt, totius diei calorē & æ-
stus tulerunt, & tamen accipiunt denarium: quia exusti
sunt & nō contriti. Vnde & sponsa dicit in Cātico: Nigra
Can.1.b sum, sed formosa, quia despexit me sol: siue ut melius in
Hebraico continetur, decolorauit me sol. f ¶ *Diuitiæ tuæ, etc.*] Multi ita legunt: In corde maris diuitiæ tuæ &
thesauri tui, & multiplex instrumentū tuum: ut omnes
Tyri diuitiæ & thesauri, uniuersaq̄ substantia in corde
maris sit posita, & seculi fluctibus obruatur: nihilq̄ ha-
beant stabile habitatores eius atq̄ perpetuum: impleto
illo euangelico: Stulte, hac nocte auferent animam tuā
Luc.12.c à te: quæ autem præparasti cuius erunt? Et illo apostoli
co: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem &
1.Tim.6 muscipulas multas, & trahuntur in profundum. Mani
festa est historia: & propterea singulis penè uersiculis
breues sentētiolas coaptamus. Iā enim ad finem libri se
stinat oratio. g ¶ *Nautæ sue, etc.*] Remiges siue nautas
urbis Tyriæ, Sidonios legimus & Aradios de quibus
iā dictum est, & iuxta editionē Lxx. consiliarios Bybli,
Hebraice appellatur גֶּבַל utros quoq̄ bellatores eius
Persas, Lydos, & Libyas: qui omnes cadēt, & esse nihil
mōstrabunt cū ceciderit Tyrus, & uniuersa gloria eius
finē habuerit ruinarum. Multitudinē aūt quā cōmixtio
nē Lxx. trāstulerūt, exceptis principib. uulgus signifi-
cat: qui absq̄ nomine dignitatū, simili iudicio conterē-
tur. Mixtaq̄ prophetia est inter urbem & nauem: ut ex
altero alterū intelligas: & tamē utrunq̄ ad cōsummatio
nem seculi pertineat, atq̄ in naufragium. h ¶ *A sonitu clamoris gubernatorum, etc.*] Quod autem sequitur: Et radēt super

A te caluitium & accingent cilicijs: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre & plangent te. In Lxx. non habetur, sed de Theodotionis æditione additum est. Quãdo Tyrus ceciderit, gubernatores illius turbabuntur, descendentq; de classibus: et remiges uectoresq; ac proretæ siue nautæ: & uniuersi gubernatores maris iactati fluctibus, stabili aliquãdo consistẽt gradu: & eiulabunt super ea uoce magna quã prius suis locupletabant mercibus: & mentis amaritudinem clamore signabunt: pulueremq; quoq; siue terrã iacient super capita sua, pro terrenis operib. agentes pœnitẽtiam.

Num. 19.b Et cinere conspergentur uel uitulæ iuxta legem, ut purificentur: uel certe substernent cinerem sibi, iuxta illud quod dicitur ad

Hier. 6.g Hierusalẽ: Sparge terram super caput tuũ, & cinerẽ substerne tibi & fac planctum. Et

B in euãgelio scriptum

Luc. 10.c est: Si in Tyro & Sidone facta essent signa hæc, olim in sacco & cinere egissent

Psal. 101.b pœnitentiam. Et psalmista dicit: Cinerem quasi panem manducaui. Radentq; super Tyro caput, & facient caluitium: quod in luctu fieri solet, eo tẽpore quo magni-

Mat. 10.d tudo doloris omnẽ excluserit lætitiã. Apostolorũ uero

Luc. 6.c capilli numerati erant: quia crinem suũ instar Nazare-

Iudic. 6.e norũ dño consecrarant. Et Samson quàmdiu crines habuit, possedit fortitudinẽ: ablata uero cęsarie, captus est ab allophylis. Quando aũt dicitur, & accingentur cilicijs: uetus lumborũ libido damnatur: ut qui uixerant in delicijs, postea pœnitentes uiuant in austeritate atq; duritia. Nimiuitæ habuere saccos. Et iterũ ad Hierusalẽ

Ionæ 3.b dicitur: Plange ad me quasi sponsa accincta cilicio super

Ioel. 1.b uirũ suũ uirginalem. Et plorabunt te, inquit, in amaritu-

Eccl. 7.d dine animæ ploratu amarissimo. Melius est enim ingredi in domũ luctus quàm in domũ conuiuij: ut plangãt Tyrũ, & carmen lugubre congeminent: quod sequens scriptura subiũgit. Vt aũt sciamus profectũ esse eorum qui plangant ruẽtem, & qui prius in maris corde & in medio illius uersabant, prophetę nos doceat exemplũ: qui & ipse plangere iubet Tyrũ: ut expleto tempore pœnitentiæ, restituatur in antiquũ statũ & assumpta citharа dño personet. Lege Esaiã. Quidam ridiculę, sed tamẽ quod legimus est dicendũ: gubernatores episcopos hę rectorũ, consiliarios presbyteros, proretas archidiaconos, remiges atq; nautas diaconos interpretantur: uectores uero ad cunctum populum referunt: quod si ad didissent nauclerũ diabolum, implessent tragœdiam. Qui omnes eiulabunt pariter & flebunt amarissime, & agent pœnitentiam, postquam naufragium senserint nauis suæ, & in terra steterint: omnemq; decorem falsi nominis scientiæ amiserint: & pro gaudio atq; lætitia, in cordis amaritudine pœnitentiam mœrore signauerint. a ¶ *Quæ est ut Tyrus quæ obmutuit, etc.*] Gubernatores, remiges, proretæ, atq; uectores, in planctu Tyri ista uibus suis oẽs qui tenebant remũ: siue nautæ & uniuersi gubernatores maris uectoresq; & proretæ in terra stabũt: et eiulabũt super te uoce magna: et clamabũt amare: & superiacient puluerẽ capitib. suis, & cinere cõspergent (siue cinerẽ sternent sibi). Et radẽt super te caluitiũ, & accingent cilicijs, & plorabũt te in amaritudine aĩę ploratu amarissimo: & assument super te carmẽ lugubre, & plãgẽt te. Quæ est ut Tyrus, quæ obmutuit (siue conticuit) in medio maris? (Quod in Lxx. non habet). Quę in exitu negociationũ tuarũ: (siue quã inuenisti mercedẽ) de mari, implesti populos multos. In multitudine diuitiarũ tuarũ, & populorũ ditasti reges multos. Nunc contrita es à mari (siue in mari) in profundis aquarum opes tuę (siue negociatio tua) & oĩs multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderunt. Vniuersi habitatores insularũ obstupuerũt (siue contristi sunt) super te: & reges earũ oẽs tempestate perculsi (siue uersi) in amentiã, mutauerunt uultus (uel fleuerũt). Negociatores gentiũ (siue populorũ) sibi lauerũt super te: ad nihilũ deducta es (siue facta perditio es): & non eris ultra usq; in seculum (siue in perpetuũ.)

Exod. 15.d

Psal. 68.d

D

Psal. 14.b

uel habitatores insularum, quæ secusti huius fluctibus uerberantur, stupebunt super te: & reges earũ tempestate perculsi, sentient interitũ suum: imitantesq; uocẽ colubri, sibilabunt & dicent: Ad nihilum deducta es, siue facta perditio es: ut non naturam perditionis habueris, sed uoluntatem. Et non eris. Quod si hucusq; dixisset, magna quæstio nasceretur: quomodo non esset, quã nunc uidemus extructam. Sed ex eo quod sequitur: Vsq; in seculum, unius seculi tempus ostendit, quod iuxta ætatem hominis annorum septuaginta circulo supputat. Siue non eris deo, dicente Apostolo: Qui uocauit ea quæ non erant. Et Esaia propheta: Ecce confundentur & erubescent oẽs aduersarij tui: Erunt enim quasi nõ sint. Et Hester iuxta Lxx. interpretes: Ne tradas sceptrũ tuum his qui non sunt. Et in psalmo: Dimitte mihi ut refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero. Quæ testimonia quo sensu accipienda sint, supra diximus. Omnia autem hæc ad hæreticorum possumus referre personam: qui in contritione Tyri atq; naufragio, sentient errorem suum: & in medio maris positi, liberare suas animas concupiscent: plangentq; male diuitias cõgregatas, quibus multos ditauerant reges: patriarchas uidelicet suos, & uulgus ignobile: quorum opes in medio corruent mari. Habitatores quoq; omnium insularum (si tamen uoluerimus ad bonam partem referre quæ dicta sunt) obstupescent super contritione Tyri, & reges insularum omnium: uel ipsi quasi tempestate perculsi, mutabunt uultus: uel certe cordis mœrorem fletu & lachrymis indicabũt: stuporisq; magnitudinem, admiratione & sibilo testabuntur: quomodo nihili facta sit & perierit, quæ salutem multis gentibus promittebat. Et ultra non erit, nequaquam certo tempore, ut *ἀιῶνα* interpretemur, in seculo, sed in perpetuum: quia idem sermo utrunq; significat.

Rom. 4.c
Esa. 41.c
He. 14.c
Psal. 38.c

¶ Commentarij octaui in Ezechielem prophetam finis.

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM C

Commentariorum Ezechielis ad Eustochium prooemium.

Consequens erat filia Eustochium, ut prophetiam Tyri & principis Tyri, uno uolumine comprehenderem: & tam locis quàm uaticinatione coniunctos, nequaquàm librorum ordine separarem. Sed quia plura sunt quæ dicuntur, & modum prolixitatis excedunt: ideo in nonum librum dilata est explanatio: quam orationibus tuis omniumq; sanctorum, ad calcem credimus peruenturam: ut contra Pharaonem quoq; & uniuersam Aegyptum, quæ in Ezechiel scripta sunt, differamus. Quæ & ipsa nobis longitudine sui, in librum decimum diuidenda sunt: quo & uoluminum inter se mensura seruetur: & diuisus dictantis scribentisq; & legentis labor respiret in partibus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Ezechielem prophetam Liber IX

CAP. XXVIII

Et factus est, etc.] Vbicunq; iuxta Lxx. secundo ponitur, dñs, dñs: primum nomen Tetragrãma tõ est: qđ proprie ad deũ pertinet, & ineffabile dicitur: secundum cõmune, quod sæpe in hominib. inuenit. Quõ autẽ Tyriæ urbis sub figura nauis, primũ diuitiæ, deinde ruina plãctusq; descriptus est: sic ad principẽ Ty

B ri primum sermo fit prophetalis, quod erectus sit per superbiam, nec bene abusus opib. quas habebat: deinde luctus & lamẽtatio, de quantis bonis ad mala quãta perueneri. Primũ igitur prima dicenda sunt. Scriptum est in Esaia

Esa. 14.d ad regem Babylonis Nabuchodonosor, qui se dei potẽtiæ coæquarit: et in tantam elatus sit arrogantiam, ut auderet dicere: Super sydera cœli ascendam, & ero similis altissimo. Precipitatusq; de solio meruit audire:

Isa. 29.d Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur? Et de Pharaone in hoc eodem propheta: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Et de principe Tyri, quod elato corde dixerit arroganter: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi: siue in habitaculo dei habitaui: cum sit homo, & non deus. Quæ quanquàm uideantur uires humanæ fragilitatis excedere: & non tam hominum uerba esse quàm insanientium dæmonum: tamen Hyperbolen debemus accipere, quod intantum intumuerint & nescierint mensuram suam: ut elati felicitate seculi & regni potentia, dum præsentia bona putant esse perpetua, homines se esse nescierint: & æternum sibi imperium uindicarint. Licet sub typo principum, regum, & singularum urbium, uel prouinciarum, potestates aduer

Eph. 6.b sariæ demonstrentur: de quibus scribit & Apostolus Paulus: Non est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem: sed contra principes & potestates rectoresq; tenebrarũ istarũ, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et in alio loco: Sapiẽtiam loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non mundi huius neq; principum seculi istius, qui destruuntur. Et iterum de sapientia disputans, ait, quam nullus de principib. huius mũdi cognouit. Si enĩ cognouissent, nunquàm dñm gloriæ crucifixissent. In Danielis quoq; prophetia perspicue legitur: Princeps Israeliti populi Michael: & princeps Græcię, princepsq; Persarum. Et Moyses apertius scribit in Deuteronomij cantico: Quando diuidebat altissimus gẽtes, & disseminabat filios Adam: constituit terminos nationũ iuxta numerum angelorum dei: siue ut melius habet in Hebraico, iuxta numerum filiorum Israel. Et facta est pars dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius in Israel. Nec mirabimur in parte cõtraria pessimos reges in typo præuaricatorum præcedere principum: cũ optimos reges Dauid, & Salomonẽ, & Iosiã, & patriarchas, ac prophetas in figura domini saluatoris præcessisse doceamus. Igitur iuxta utranq; intelligentiam, regum pariter superborum & apostatarum principũ, quæ scripta sunt differamus. Ait ergo: Licet in medio maris & insulæ tenearis angustijs, plus dicam, cum sis homo, & humanæ carnis fragilitate circundatus tumore cordis elatus, in solio dei, in cœlis te habitare arbitratus es. Simulq; quia iactas sapientiam, intantum ut regni tui homines, Salomonem ænigmatibus prouocarent: nunquid sapientior es Daniele, qui dei gratia uicit omnes magos & hariolos, & nunc in Babylone sapientissimus est: Siue ita intelligendum: Etiam si sapientior sis Daniele, qui omnium confessione sapientissimus est: & diuitiarum ac potentiæ magnitudine dei te cupias potentiæ coæquare: tamen capieris ab aduersarijs: & urbe perdita, multis confodieris uulneribus: & ultra non dices: Deus ego sum: sed doctus interitu, hominem te esse cognosces,

1. Cor. 2.d

D

Dan. 10.e

Deut. 32.e

XXVIII

Et factus est sermo dñi ad me, dicens: Et tu fili hominis, dic

CAPVT

Et factus est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, dic principi Tyri: Hęc dicit dñs deus: Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris: cũ sis homo, & non deus: & dedisti cor tuũ quasi cor dei: ecce sapientior es tu Daniele? Omne secretum nõ est absconditum à te. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis. In multitudine sapientiæ tuæ, & in negociatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuum in robore tuo. Propterea hęc dicit

principi Tyri: Hæc dicit dñs deus: Pro eo qđ exaltatum est cor tuũ, & dixisti: Deus ego sum, habitationem dei habitaui in corde maris: tu aũt es homo, & nõ deus: & dedisti cor tuum quasi cor dei: nũquid sapiẽtior es Daniele? Sapientes nõ erudierunt te disciplina sua: nunquid in eruditione tua aut prudẽtia tua fecisti tibi fortitudinem: & fecisti aurum et argentũ in thesauris tuis: aut in multa eruditiõe tua, & negociatione tua multiplicasti fortitudinem tuã? Elatum est cor tuũ in fortitudine tua: propterea hæc dicit

A non deū. Sin autem uoluerimus principē Tyri eandē dicere potestatē, cui à deo tradita est ipsa ciuitas siue prouincia, illud assumamus testimonium. Ego dixi, dij estis & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Traditæ em illis sunt ad regendum prouinciæ, quasi iudicib. ab imperatore. Qui obliti honorem suum exalterius iussione pēdere: qualis nuper Heraclianus in Africa fuit: erecti sunt mente tyrannica cōtra regem & dīm suum: ut in toto orbe dispersi, sub nominibus idololatriæ, deorum sibi nomina assumerent: & inflati superbia, in iudicium diaboli inciderent & laqueū. De quo & saluator locutus in euangelio est: Luc. 10.c Vidi satanā quasi fulgur cadentem de cœlo. B a ¶ *Et factus est sermo domini ad me, etc.*] Quia diximus, qui sit princeps Tyri: & quomodo corruerit per superbiam, lamētatiōes eius super pristina gloria cognoscamus. Primū commonetur quid fuerit, ut doleat se perdidisse quod habuit. Tu, inquit, signaculum similitudinis: iuxta illud quod proprie de saluatore dicit Ioannes euāgelista: Hunc em deus signauit pater. Et de hōminibus: Signauit, quoniā deus uerax est. Et in psalmis: Signatum est super nos lumē uultus tui domine. Et in alio loco: Charissimi, nūc filij dei sumus: & nec dū apparuit quid futuri sumus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde & ad deum dicitur: Quis similis erit tibi? Aliud est enim similitudo, aliud æqualitas. Vnde sæuissima hæresis est, quæ in Christo tantum

Psal. 81.a
Iohn. 6.c
Ibid. 2.d
Psal. 4.b
1. Iohn. 3.d
Deut. 33.d

HEBRAEI. dicit dominus: eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor dei: idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium: & nudabūt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ: & polluent decorem tuum. Interficient & tradent te, & morieris in interitu occisorū in corde maris. Nunquid dicens loqueris: Deus ego sum coram interficientibus te, cum sis homo & non deus, in manu occidentium te? Mōrte incircuncisorū morieris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait dominus deus. Et factūs est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, leua planctum super regem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus deus: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiæ, & perfectus decore: in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis preciosius, operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, onyx, & berillus, sapphirus, carbunculus, & smaragdus. Aurum opus decoris tui: & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Tu cherub extētus & protegens: & posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti: perfectus in uijs tuis à die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate: & peccasti: & eieci te de monte

SEP. dicit dīs deus. Quia dedisti cor tuū q̄si cor dei: ꝓpter hoc ecce ego adducā super te alienos pestilentes de gētib. & euaginabūt gladios suos in te super pulchritudine doctrinæ tuæ: & humiliabūt pulchritudinē tuā in perditione: & deducēt te, & disponent te: & morieris morte uulnerato rū in corde maris. Nūquid loquens dices: Deus ego sum, in cōspectu interficiē tium te? Tu aūt es homo & non deus in multitudine uulnerantiū te. Mortib. incircunsorū morieris, in manibus alienorū: quia ego locutus sum, dicit adonai dominus. Et factus est sermo dīni ad me, dicens: Fili hoīs, sume planctū super principē Tyri, & dices ei: Hæc dicit dīs deus: Tu signaculū similitudinis, plenus sapientia, & corona decoris: in delicijs paradisi dei fuisti. Omni lapide bono circūdatus es: sardio & topazio, & smaragdo, & carbūculo, & sapphiro, et iaspide, & argēto, & auro, & ligurio, & achate, et amethysto, et chrysolitho, et berillo, et onychino, & auro replesti thesauros tuos: et horrea tua ī te: à die qua cōditus es parauerūt cū cherub uncto à deo, & habitāte in tabernaculo: & dedi ī mōte sctō dei: factus es in medio lapidū ignitorū. Fuisti immaculatus in dieb. tuis à die qua creatus es donec inuētæ sunt iniquitates in te: à multitudine negociationis tuę repleſti cellaria tua iniquitate, & peccasti: & uulneratus es à monte

patris similitudinē cō fitetur, aufert naturā. Nos autē in filio non solum similitudinem dicimus, sed æqualitatem. Propterea em̄ eum persequebantur Iudæi: quia non solū soluebat sabbatū, sed & æqualē se faciebat deo. Vbi aūt æqualitas est, ibi eadem natura unaq̄ substātia. Hoc est illud q̄ de similitudine loquit & apostolus: Filioli mei quos iterū parturio: donec Christus formetur in uobis: ut recipiatis uidelicet similitudinem eius, quā uestro uitio perdidistis. Et quia in Latinis codicibus pro signaculo, resignaculum legitur: dū ἀκριβῶς uerbū è uerbo exprimens, qui interpretatus est iuxta Lxx. trāslationē ἀπροφράγισμα, id est resignaculū posuit. Vnde quidam sic intelligunt, quod signaculum dei & figuram quæ uelut in cera mollissima expressa sit rex Tyri resignauerit atq̄ perdiderit: ut pro signaculo fecerit resignaculū: nequaquam habens imaginem & similitudinem dei: iuxta quā & primus homo conditus est, dicente deo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et notandum quod imago tunc facta sit tantum, similitudo in Christi baptismate cōpleatur. Et consequēter ei cui dictum est: Tu signaculum similitudinis, iūgitur: plenus sapientia, perfectus decore: siue corona decoris. Vbi enim similitudo dei ē, ibi & plenitudo sapientiæ, & perfectus decor: siue quasi diuersis floribus ornata & cōposita corona uirtutum, quam proprio studio auget diligens, dum naturæ bonū nutrit industria, & negligens minuit: iuxta illud quod in Prouerb. sub figura mulieris pul-

C
Gal. 4.c
D
Gen. 1.c

A ris pulchræ, & male moratæ dicitur: Sicut inauris in nari. porcæ, sic mulieri male moratæ pulchritudo. Sequitur: in delicijs paradisi dei fuisti: pro quo in Hebraico habet: in עדן qđ & Geneseos narrat historia. Eden aūt uertit in delicias. Et pulchrè ad distinctionē paradisum dei nominat: ut ostēdat esse & cōtrariū paradisum non dei, apud eos qui ueritatē mutāt mēdacio: et paradisum habere se iactāt. Quo sermone demōstrat, nequaq̄ hominē esse de quo scribit: sed cōtrariam fortitudinē, quæ quōdā in dei paradiso cōmorata sit: licet Iudæi hoc per τρόπον quæ appellat ὑπαφόλαν, de Hirā rege Tyri existimēt prophetari. Cui aūt dicit: In delicijs paradisi dei fuisti, siue factus es: quid habuerit ostēdit: quid ue perdiderit. Porrò quod habitationi paradisi copulat, omnis lapis preciosus operimētū tuū, siue colligatio tua, & circundatio, sardius, topazius, & iaspis, chrysolitus, & onyx, & berillus, sapphyrus & carbunculus, & smaragdus: siue ut in Lxx. diuerso ordine nominibusq̄ alijs, duodecim lapides cōtinent. Hoc obseruādū est, nō omni lapide precioso regē Tyri fuisse circūdatū, siue opertū: & ut Symmach. trāstulit, uinctū atq̄ cōstrictū: sed omnē lapidē quē habuit princeps Tyri fuisse preciosum. Alio quin multi sunt precioli lapides, quos in præsenti loco scriptura nō nominat: chalcedonius, sardonyx, chrysoprasus, hyacinthus, crystallus quoq̄ & preciosissimum margaritū. Sed & Aquila & Symmach. ac Theodotio in præsenti loco multū inter se, & Lxx. interpretes: nō solū ordine, sed & numero discrepāt atq̄ nominib. In Apocal. quoq̄ Ioānis, ubi de uiuis lapidib. Hierusalē extructa memorat, paululū in extremis partib. ordine cōmutato, ꝺ̄dē in fundamētis eius ponūtur lapides: ita ut portæ illius crystalli lumine scribant ædificatæ. Sed & in pectore pōtificis, per quatuor ordines in rationali ijdē lapides describunt: & in humeris eius duo lapides onychinī: in quib. duodecim patriarcharū scripta sunt nomina: quos uerus pontifex, de quo scriptū est: Tu es sacerdos in æternū, secūdū ordinē Melchisedek, portat in pectore, portat in humeris: ut in duodecim lapidib. apostolorū numerū & in duob. utriusq̄ testamēti sacramēta demōstret: quorū unus Ioānes euāgelista recubuit in pectore eius, ut hauriret fluēta sapiētiæ, & posset dicere: In principio erat uerbū & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū: hoc erat in principio apd deū. Isti sunt uiui lapides de quib. ædificat ecclesia, & de quib. scribit apost. Petrus: Si credidistis, quia suauis est dīs: ad quē accedētes lapidē uiuētē, ab hominib. quidē reprobatū, à deo aūt electū, honorabilē: & ipsi sicut lapides uiuētes ædificamini domus spirituales in sacerdotiū sanctū, offerre spirituales uictimas, placētes deo per Iesum Christū: qm̄ dicit scriptura: Ecce ponā in Siō lapidē angularē, electū, precioſum: & qui credit in eo, nō cōfundet. Super quo & uas electionis pari uoce cōsentit, dicēs: Superædificati in fundamēto apostolorū & ꝓphetarū, ipso angulari lapide Christo Iesu dño nostro: in quo omnis ædificatio cōstructa, crescit in tēplū sanctū dei. Hi sunt lapides, de quib. & in alio loco legimus: Lapides sancti uoluūt super terrā instar rotarū, paululū tāgētes humū, & uolubilitate sua ad cœlestia festinātes. De quibus & scriptura cōmemorat: Ecce ego præparo carbunculū lapidē tuū: & fundamēta tua sapphirū: & ponā propugnacula tua iaspidē: & portas tuas lapide crystallo: et murū tuū lapidib. electis: & omnes filios tuos doctos à deo, & in multa pace filios tuos: & in iustitia ædificaberis. Super quo quid nobis uideret in eiusdē ꝓphetę explanationib. diximus. De huiuscemodi lapidib. & xx. psalmus canit: Dñe in uirtute tua lætabit rex: & super salutare tuū exultabit uehemēter. Desiderū animæ eius tribuisti ei: & uolūtate labiorū eius nō fraudasti eū. Qm̄ præuenisti eū in benedictionib. dulcedinis: posuisti in

Pro. 11.c
Apoc. 21.c
Exod. 28.b
Psal. 109
Ioan. 13.c
1. Pet. 2.a
Isa. 28.d
Eph. 2.d
Zach. 9.d
Isa. 54.c

capite eius coronā de lapide precioso. Istæ sunt margaritæ, ꝓphetarū & apostolorū, quę cōparatione Christi oēs uenūdant in euāgelio, ut emat̄ preciosissimū margaritū: & lapis de quo Zacharias scribit: qđ septē habeat oculos, id est septē gratias spūs sancti. Lege Esaiā. Et ponitur per apostolū Paulū in fundamēto ecclesiæ: sup quo ædificent aurū, argētū, & lapides precioſi: quorū cōlores atq̄ naturas & efficiētias singulorū, nō est huius tēporis disserere, sed ꝓpriū uolumē desiderāt: ita ut in Ezechiel, & in Exodo, & in Apocal. & in Esaia, sibi oēs lapides & lapidū ordines cōparati, magnā & legēti & disserēti faciāt quæstionē. Super quib. & uir sctus Epiphanius episcopus, ꝓpriū uolumē mihi præsens tradidit. Et xxxvij. liber Plinij Secundi, naturalis historiæ, post multiplicē omnū rerū sciētiā, de gēmis & lapidib. disputat. Ad quorū notitiā, diligēs à nobis mittendus est lector. Porrò Symmachi interpretatio, istū principē Tyri, quasi precioſissimū monile lapidib. scribit esse distinctū. Deniq̄ auri tympanū uocat: in quo infixi sint lapides. Vnde & iuxta Hebraicū sequit: Aurū opus decoris tui: & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Pro quo posuere Lxx. Auro repleuisti thesauros tuos & apothecas tuas, ad sēnsum mētēq̄ referētes: qđ cogitatio eius, diuinis patuerit sacramēus: & cōgregauerit sibi diuitias spirituales: de quib. dīs præcepit: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo: ubi nec erugo, nec tinea demolit: nec fures effodiūt & furant. Vbi est em̄ thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Iste est thesaurus absconditus: de quo & in euāgelio loq̄t: Simile est regnū cœlorū thesauro abscōdito in agro: quē qui inuenerit, abscondit: & præ gaudio suo uadit & uēdit oēa quæ habet & emit agrū illū. Apothecæ aūt sunt siue horrea, de quib. in alio loco scriptū est: Bñdictæ apothecæ tuæ & reliquię tuæ. Post hæc dicit iuxta Hebraicū: Tu cherub extētus et ꝓtegēs, subaudit arcā dei & ꝓpiciatoriū: uel iuxta Lxx. qđ ipse cū cherub unctus sit & creatus. Ex quo ostēdit ad hominē urbis Tyriæ principē hoc pertinere nō posse: sed ad sanctā quōdā & præcipuā fortitudinē, quæ urbis Tyriæ princeps posita sit. Et posui te, inquit, in mōte sancto dei: haud dubium quin paradisum significet: ad quē post cœlū tertiū Paulus apost. raptum esse se dicit. Cherub aūt gñe masculino, numero sing. & plurali dicūt cherubim, qui interpretant sciētiæ multitudo: super quib. reqescit, & sedet deus: & hoc curru utit, dicēte prophetā ad eū: Qui sedes sup cherubim, manifestare. Et in alio loco: Ascēdit super cherubim & uolauit: uolauit super pēnas uentorū. Iste aūt cherub, siue creatus cū cherub, extētus & ꝓtegēs sacramēta, positus est in mōte sancto dei: de quo crebro diximus. Et Paulus apost. loq̄t, si quis tū ad Hebrēos epistolā suscipit: Accessistis ad Siō mōtē & ciuitatē dei uiuētis Hierusalē cœlestē, & milia angelorū. Vel certe mons sanctus dei, paradisus (ut diximus) intelligēdus est. Ambulauit quoq̄ in medio ignitorū lapidū: de quibus scriptū est: Qui facit angelos suos spiritus: & ministros ignē urētē. Et nō solū deus qui uocat̄ ignis cōsumēs, fœnū, ligna, stipulāq̄ cōsumat: sed & angeli qui uocantur ignīti lapides, spiritusq̄ feruētes. Vnde & dīs: Ignē, inquit, ueni mittere super terrā: & q̄d uolo ut ardeat. Qđq̄ sequit: Perfectus in uijs tuis à die cōditiōis tuæ: ꝓ quo posuere Lxx. Fuisti immaculatus in dieb. tuis à die qua cōditus es, donec inuēta est iniqtas in te: ostēdit oēm creaturā bonā à deo cōditā, & perfectā habuisse uirtutē: & ꝓ hoc principē quoq; Tyri fuisse immaculatū: ut deinceps macula nō naturæ sit, sed uolūtatis. Donec inuēta ē iniqtas in te. Inuēta à deo, quę in thesauris pectoris tui ꝓ superbiā & abusionē potestatis quā accepas, tenebat̄ inclusa. In multitudine quoq̄ negociatiōis eius repleta sūt interiora illius, siue cellaria iniqtate. Dū em̄ multa cōquirit, & nō est contētus sciētia

tab. 13.f
D
Deut. 28.d
Matth. 13.f
Zach. 3.& 4
2. Cor. 12.d
Psal. 79.d
Ibid. 17.b
Heb. 12.f
Psal. 103.d
Deut. 4.d
Luc. 12.f

quam

A quã acceperat, nec potestate cui præpositus erat, repleuit cellaria & interiora pectoris sui: ut saturatus & incrassatus calcitraret contra creatorẽ suũ. Mãducauit eñ Iacob, & saturatus est: & recalcitrauit dilectus, incrassatus & impinguatus & dilatatus: & dereliquit deũ qui fecerat eum. Et de cor-
Deut. 32.b de procedunt cogitationes pessimæ: propter quas dicit deus: Peccasti, & eieci te de mõte dei, siue uulneratus es à monte dei: quod legentes, timere cõpellimur. Si eñ cherub extẽtus & ꝓtegens positus in mõte sancto dei: & in medio ignitorũ lapidũ perfectus & immaculatus, propter multitudinẽ negociationis repleuit interiora sua iniquitate: & peccauit, & eiectus ẽ de mõte dei, hoc est, de habitatione paradisi: siue uulneratus à monte
B dei, q̃ perspicue Christus intelligit: aut certe in mõte dei constitutus & habitãs, à semetipso uulneratus est: & conscientiæ compunctus malo, dũ se intelligit habitatione mõtis indignũ, quid de nobis existimandũ est? Propter quod dicitur ei: Et perdidi te ô cherub, protegens de medio lapidũ ignitorũ: ut nequaquã inter ignitos lapides consisteres, sed perires. O ipse Cherub, siue Cherubim qui te protegebat: eduxi te de medio lapidum ignitorum: iuxta illud quod & de Adam
Gen. 3.d scriptum est: Eiecit Adã, & cõstituit eũ cõtra paradisum deliciarum, Causasq; reddit, cur eductus sit siue proiectus de medio lapidum ignitorũ. Eleuatum est eñ cor tuũ in decore tuo: dũ tuũ putas esse quod dei est. Vnde
1. Cor. 12. b & Apostolus, stimulũ carnis & angelũ satanæ accepisse se dicit, qui eũ colaphizaret, ne reuelationũ magnitudine superbiret: & in iudiciũ incideret diaboli. Et idcirco corrupta est, inquit, doctrina tua cũ decore tuo, siue per didisti sapientiã tuã in decore tuo: ut dũ plus uis esse, q̃m cõditus es: & magis sapere, quàm à deo acceperas: etiã id perderes qd̃ habebas: & pro pulchritudine atq; doctrina, deformitas te & stultitia possideret. Vnde in terram proiectus es, qui ante habitabas in monte dei. De
Esa. 14.e quo & Esaias scribit: Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur? Et saluator in euangelio: Videbã, inquit,
Luc. 10.c satanam quasi fulgur de cœlo cadentẽ. Quod & Hiere-
Tren. 2.d mias loquitur ad Hierusalẽ. Quomodo obscurauit dñs in ira sua filiã Siõ: proiecit de cœlo in terrã gloriã Israel? Proiectus es aũt in cõspectu omniũ regũ, ut tuo terrerẽ
Prou. 21.d tur exẽplo: uel bonorum regũ, quorũ cor in manu dei est: uel malorũ quorũ regna ostendit diabolus saluato-
Mat. 4.d ri: qui occurrerũt regi Babylonio, dicẽtes: Et tu captus es sicut nos: atq; inter nos reputatus es. Quamobrẽ & polluit sanctificationẽ suam quã habuerat, quando habitabat in monte: & cõuersabatur in medio ignitorum lapidum. Sequitur: Producam ignem de medio tui qui deuoret te. Istum ignem in Tyri regis corde succendebis de ea, & dices: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te Sidon & glorificabor in te (siue in medio tui) & scient qa ego dñs cũ fecero in ea (siue in te) iudicia: & sanctificatus fuero in te (siue in ea.) Et immittã in eam (siue in te) pestilentiã: & sanguinẽ in plateis eius (siue tuis:) & corruent interfecti (siue uulnerati) in medio eius in gladio (siue in gladijs) per circuitũ: & sciẽt quia ego dñs. Et nõ erit ultra domui Israel offendiculũ amaritudinis: et spina dolorẽ inferẽs undiq; per circuitũ earũ qui aduersantur eis (siue qui fecerint cõtumeliã:) & scient quia ego dñs deus. Hæc dicit dñs deus: Quando cõgregauero domũ Israel de populis (siue in gẽtib.) in quibus dispersi sunt: sanctificabor in eis corã gentibus. Et habitabũt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob: & habitabũt in ea securi (siue in spe:) & ædificabũt domos, & plãtabũt uineas: & habitabũt cõfidenter (siue in spe) cum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur per circuitũ (siue fecerint eis contumeliã) & scient quia ego dominus deus eorũ.

CAPVT XXIX

IN anno decimo (siue iuxta Lxx. duodecimo:) in decimo mense: (siue iuxta Hebraicum, duodecimo:) in prima (siue una) mensis die, factum est uerbum dñi ad me, dicẽs: Fili hominis, pone (siue obfirma) faciẽ tuam contra
Ps. 123.d B Sidonẽ: & prophetabis
Prou. 23.c in ea. Et in Prouerbijs: Oculus meretricis, laqueus est peccatoris.
Sunt aũt & in bonam partẽ his cõtrarij uenatores. De
Hiere. 16.c quibus scribit & Hieremias: Ecce ego mittã piscatores & uenatores, qui uenentur uos de omni colle & monte: quos & dñs mittit ad piscandũ, & fecit eos de piscatoribus piscium, piscatores hominũ. Vnde & uiculus Pe-
Matt. 4.b tri & Andreæ hoc appellatur uocabulo. Bethsaida enim in lingua nostra interpretat̃, domus uenatorũ. Aduersum hos igitur pessimos uenatores, dei sermo dirigit̃, & imperatur prophetæ, ut ponat siue obfirmet faciem suam contra Sidonẽ, & nequaq̃ fluctuet omni uento doctrinæ, sed in ueritate cõsistens, interficiat suos uenatores. Quæ sunt ergo quæ Sidoni dñs cõminatur? Ecce ego ad te ipse ueniã, & glorificabor in te, cum te interfecero, & scient omnes qui uixerint ꝙ ego sum dñs, cum tibi reddidero quæ mereris, mittamq; pestilentiã & sanguinẽ in plateas tuas. Rectæq; plateæ dicuntur Sidonis.
Ibid. 7.b Lata eñ & spaciosa uia est quæ ducit ad mortẽ. Et corruent interfecti qui male steterant gladio per circuitũ: illo gladio quem uenit dominus mittere super terrã, ut male iuncta dissociet, & sciant qui remãserint, quòd ipse sit dñs. Cumq; illic cessauerit, nequaq̃ ultra erit offendiculum amaritudinis, & spina doloris compungens & uulnerans populum dei. Omnia autem hæc dicuntur cõtra aduersarias potestates, quod in extremo tempore deleantur, & sit æterna securitas, quando congregauerit dominus domum Israel, eos qui sensu cernunt deum, & sanctificatus fuerit in eis, & complebitur illud quod scriptũ est: Sancti estote, quoniam ego
Levit. 19.a sanctus sum. Et habitauerint in terra sua. De qua & alibi legimus: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Quam dederat Iacob, qui priorem supplantauerat fratrẽ, & primitiua eius meruerat accipere. Et habi-
C tabunt in ea securi, siue in spe, & ædificabunt domos, plantabuntq; uineas, & habitabunt secundo in spe, iuxta illud quod legit̃ in Esaia: Qui ablactati estis à lacte,
Esa. 60.c qui abstracti ab ubere, tribulationẽ super tribulationẽ expectate, & spem super spẽ. Ædificabunt autẽ domos, quas & in euãgelio ædificat: Qui non super arenã
Matt. 7.a sed super petrã fundamenta constituit. De quibus scriptum
Psal. 126.a est: Nisi dominus ædificauerit domũ, in ua-
nũ laborauerunt qui ædificant eam. Et in
Exod. 1.d Exodo iuxta Septuaginta. Quia timebant obstetrices dominũ, fecerunt sibi domos, & multa huiusmodi. Cum autẽ fecerit dñs iudiciũ cõtra eos qui aduersantur, siue contumelijs afficiunt Israel in circuitu, tunc omnis creatura cognoscet ꝙ ipse sit dominus, cuius uera iudicia sunt, & iustificata in semetipsis.

CAP. XXIX

IN anno decimo, etc.] Post Sidonẽ, quæ D & ipsa in Phœnicis littore constituta est sermo sit ad prophetã decimo anno captiuitatis regis Ioakim, & duodecimo mense, & una die mẽsis: ut ponat faciẽ suã, siue obfirmet cõtra Pharaonẽ regẽ Aegypti, & loquat̃ de eo, & de uniuersa Aegypto, siue ad omnẽ Aegyptum: ex alia enim parte Iudææ in eodẽ littore cõstituta Aegypti pro uincia est: & quæ illi uentura sint, prophetet. Sin autem oportet de numeris aliquid dicere, quẽ locũ habeat inter decẽ dies una. Vnde & in principio Geneseos non est dictũ: Factũ est uespere & mane dies prima, sed una: ut eandem diẽ reuolui semper doceat. Eundẽ ordinem inter decẽ decadas, hoc est, centenariũ numerum decimus numerus possidebit, ꝙ ad uicesimã agnus assumitur, ut immolet die quartadecima, atq; hoc modo usq; ad mille & decẽ milia, & centũ milia, & ultra per decadas suas numerorũ ordo procedit. Post decimũ aũt annum, mensis duodecimus ponitur, ut perfectus duodecim apostolorũ ac prophetarũ (qui in uno uolumine continent̃) numerus demonstret. Porrò iuxta Lxx. decimus mẽsis, qui Hebraice appellatur טבת & apud Aegyptios τυβι: apud Romanos, Ianuarius dicit: eo ꝙ apud illos anni sit ianua, omni calore sublato, hiberni frigoris cõtinet principatũ. Hoc de numeris dixisse sufficiat. Cæterũ illud uel maxime requirendũ est, utrũ ipse sit Pharao q̃ in Exodo, & Esaia, & Hieremia, & Ezechiel, multisq; aliis in locis, & in Canticocanticorũ nominat: Equitatui meo in currib. Pharaõis assimilaui te proxima mea, an alius atq; alius? Videturq; mihi non esse unus, sed apud Aegyptios hoc uocabulo demõstrari regiã dignitatẽ, sicut apud Romanos, Cæsares & Augusti reges eorum appellãtur à primo Caio Cæsare, & secũdo adoptiuo eius Octauiano: q̃ postea Augustus est no-

C rat ille cuius ignita sunt iacula: & de quo scriptũ est: Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum. De quo
Osc. 7.a
Esa. 50.d igne loquitur & Esaias: Ambulate in lumine ignis uestri: & in flamma quam succendistis: ut foras egrediẽs, deuoret possidentem: iuxta illud quod in eodem Esaia
Esa. 1.g scriptum est: Deuorauit sicut fœnum ma-
& 5.f teriam. In die illa extinguentur mõtes: & colles, & saltus: & deuorabit ab anima usque ad carnes. Hunc ignẽ qui alienus appellatur, Nadab & Abiu ad altare dñi obtulerant: & idcirco diuino igne consumpti sunt. Vnde & Moyses
Lev. 10.d ait: Hoc est uerbum qd̃ dixit dñs: in his, qui appropinquant mihi, sanctificabor. Sanctificatio autẽ dei est, pœna peccantiũ. Post hæc dicit̃: Et dabo te in cinerẽ: ut omnia quæ superædificasti, malæ cõsciẽtiæ tuæ
D ignis absumat. Qui cũ debueras requiescere in sabbato, & ne quaquam opus facere seruile: ligna in sabbato collegisti: ut haberet quod in pectore tuo deuoraret incẽdiũ. Perdet quoq; omnia mala opera conuertens in cinerem: ut ignis noxius penitus extinguatur: ut omnes conspiciant & obstupescant perisse regem Tyrium, & nihil factum esse: non in multis seculis, sed in uno: uel certe in perpetuum: ut impleatur illud quod scriptum est: Non parcam tibi, & nõ miserebor. Solent Hebræi inter cæteras fabulas suas & genealogias atq; interminabiles quæstiones, hæc contra Hiram regem Tyri dicta intelligere, cum à Salomone usq; ad Ezechielem anni sint plurimi: quos eo tempore homines non uixisse perspicuum est: & sic pronũciare, quasi per ironiam propheta ad eum loquat̃: Nunquid tu es signaculum similitudinis dei, plenus sapientia, & perfectus decore: tu cunctis ornatus lapidibus: tu cherub, uel creatus cum cherub: cum econtrario peccaueris, & in cinerem dissoluendus sis? Adduntq; fabulæ suæ miraculum: ut contra scripturam, imò sine scripturæ autoritate, dicant Hiram mille uixisse annis. Verum hæc quàm uiolenta sit interpretatio, absq; nostro iudicio prudens lector intelliget. a ¶ Et factus est, etc. & scient quia ego dominus deus eorũ.] Quodq; sequitur iuxta Lxx. Et deus patrum eorum, in Hebraico non habetur. Cõsequenter autem post Tyrum, sermo fit ad Sidonem.
Mat. 11.c
Ibid. 15.b Vnius enim utraq; urbs prouinciæ est: & in euangelio, Tyrus & Sidon pariter nominantur. Si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in te. Vnde & Chananæa, cuius filia à dæmonio uexabatur: quia egressa est de finibus Tyri & Sidonis: quod postulauerat, impetrauit. Prædicit autem sermo diuinus quod à Babyloniis & ipsa capienda sit: & malorum cognoscat pondere, quod ipse sit dominus cum iudicauerit eam: & sanctificatus fuerit in illa: & fame eam ac pestilentia, gladioq; consumpserit; ita ut corruat in plateis illius

Universidad de Navarra Biblioteca

A est nominatus: & apud Syros, Antiochi: apud Persas, Arsacidæ: apud Philistim, Abimelech: & post Alexandrum in Aegypto Ptolemæi usq; ad Cleopatrã: qua uicta apud Actiũ, Aegyptus Romana est facta prouincia. Ergo in præsentiarũ aduersum unũquemlibet regẽ Aegypti sermo fit domini, qui interpretatur ἀρχικάτασκος, interfector uidelicet & laceratur & gladio cũcta cædens & diuidẽs. Quod iuxta mysticos intellectus referẽdum est ad eam potestatẽ, cui subiecta est Aegyptus. Nunq; em̃ homo auderet dicere: mea sunt flumina, & ego feci illa: nec draco appellaretur magnus, & sedens in medio fluminũ suorum. Aegyptus aũt Hebraice appellatur מצרים & in linguã nostram uertit׃ ἐκθλίβουσα, coangustãs uidelicet & tribulans eos qui sibi subditi sunt, & non dimittẽs oculos ad cœlum leuare: sed iuxta

Luc. 13.b euangeliũ & exemplũ mulieris illius, quam decem & octo annis diabolus incuruauerat, semper ad terrena demergẽs. Videamus igit׃ quæ sit cõminatio cõtra Pha-

B raonẽ & omnẽ Aegyptũ. a ¶ *Ecce ego ad te Pharao, etc.*] Studio breuitatis editionẽ utranq; miscemus, ubi non multũ inter se discrepant. Alioquin ubi magna diuersitas est, utranq; proponimus. Dicit aũt cõtra Pharaonẽ principẽ Aegypti, & sub figura eius ad magnã loquitur potestatẽ, cui Aegyptus tradita est ad regendũ, & nihilominus superbit contra creatorẽ suũ, sibi dominationẽ terræ uendicans, & se colendam Aegyptijs gentibus tradens. Loquiturq; iuxta situm prouinciæ, quasi ad regem, q̃ in Nili inundatione cõfidat, & pluuias de cœlo non magnopere desideret, autorẽq; sui seipsum putet: uel fluuios, hoc est ἀλιφυχας & riuos Nili à se factos iactitet. Non, inquit, angelũ mittã, sed ô draco magne, qui cubas & resides in medio fluminũ tuorũ, ipse ad te ueniã puniendũ. Ausus es enim dicere: meus est Nilus fluuius, & ego mei conditor sum: uel, ipse feci flumen, quo omnis Aegyptus irrigatur. Cũq; uenero, ponam frenũ in maxillis tuis, siue cõstringam laqueis ostuũ, quo magnifice loquebaris, & omnes socios ac duces tuos, quos pisces uocat, adhærere faciã pennis uel squamis tuis: ut extractus è flumine, pisciaris, siue deponaris. Nimiũ enim te extuleras in deserto. Et cades super faciẽ campi, uel terræ tuæ, eo q̃ Aegyptus campestris prouincia sit, Nec colligeẽ cadauer tuũ, nec cõgregaberis, id est, nequaq̃ sepelieris, sed bestijs & uolatilibus cœli dabo te deuorandũ, ut cum hæc uiderint in te mea iudicia perpetrata habitatores Aegypti, cognoscãt q̃ ipse sim dñs. Hæc aũt tibi uenient, quoniã populum meũ Israel tu decepisti: ut nequaq̃ in deo creatore suo, sed in te cõfiderent. Fuisti eis baculus arundineus iux-

Ezech. 30.a ta Esaiam, uel uirga uacua & calamus fragilissimus, cui innitentes, cassum deprehendere præsidium: ita ut incumbentibus illis frangereris, & lacerares humerum, & manum qua tenebaris, & dum in te securi sunt, cominuerentur omnes lumbi eorũ cadentiũ in terram, & contra Pharaonẽ regẽ Aegypti, & prophetabis de eo, & de Aegypto uniuersa loqueris & dices: Hæc dicit dominus deus: Eccẽ ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, qui cubas (siue sedes) in medio fluminũ tuorũ, & dicis: meus est fluuius, & ego feci memetipsum (siue eos.) Et ponã frenũ (siue laqueũ) in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminũ tuorũ squamis (siue pennis) tuis, & extrahã te de medio fluminũ tuorũ, et uniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt. Et proijciã (siue deponam) te uelociter (siue in desertũ) & omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ (siue campi tui) cades. Nec colligeris, neq; cõgregaberis, bestijs terræ & uolatilibus cœli dedi te ad deuorandũ. Et scient oẽs habitatores Aegypti, qa ego sum dñs, pro eo q̃ factus es (siue fuisti) baculus (siue uirga arundinea) domui Israel, quando apprehenderunt (siue apprehendit) te manu sua & cõfractus es, & laceratsti omnẽ humerũ eorũ, & innitentibus eis super te cõminutus es, & dissoluisti (siue confregisti) omnes

Anagoge C

Iob 40 et 41 Psal. 73.c

Ibid. 103.c

Iob 40 D

Hiere. 2.d

Ioan. 7.f Ibid. 4.b

Psal. 45.d

Iob 40.c

lumbos eorũ. Propterea hæc dicit dominus deus: Eccẽ ego adducã super te gladiũ, & interficiã de te hominem & iumentũ. Et erit terra Aegypti in desertum (siue perditio & solitudo) & sciẽt quia ego sum dominus: eo q̃ dixerit (siue dixeris) fluuius meus est, & ego feci eum (siue fluuij mei sunt, & ego feci illos.) Idcirco ecce ego ad te & ad flumina tua, daboq; terrã Aegypti in solitudines, gladio dissipatã (siue dispersam) à turre Syenes (siue à Magdalo & Syene) usq; ad terminũ Aethiopiæ. Nõ transibit per eam pes hominis, neq; pes iumenti gradietur in ea, & non habitabitur quadraginta annis. Daboq; terrã Aegypti desertã in medio terrarũ desertarũ, & ciuitates eius in medio urbiũ subuersarũ erunt desolatæ quadraginta annis. Et dispergam (siue disseminabo) Aegyptios in nationes, & uentilabo eos in terras. Quia hæc dicit dominus deus: post finẽ quadraginta annorũ cõgregabo Aegyptum (siue Aegyptios) de populis (uel gentibus) in quibus dispersi fuerant. Et reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis suæ (siue in terra de qua assumpti sunt.) Et erunt ibi in regnum (siue principatum) humile, inter regna cætera erit humillima. Et non eleuabitur ultra super nationes, & imminuam eos ne imperent gentibus (siue ne plures sint inter gentes.) Neq; erunt ultra domui Israel in confidentia (siue in spe) docẽtes iniquitatẽ, ut fu-

A ptum humilẽ atq; deiectam, & nihil in se habentẽ mon-
Esa. 8.b tium: nec aquas Siloe quæ uadunt cum silentio, sed turbidas & cœnosas. Vnde & extrahit eum dñs de medio fluminũ suorum, ut nequaq̃ eis incubet, nec sedeat in eis, & omnes pisces squamis illius adhæreãt: pro qualitate uitiorũ per totũ corpus draconis, uel capiti uel uentri, uel caudæ, & extremis partibus adhærẽtes: ut extracto dracone, pisces quoq; qui adhærent ei, pariter extrahant׃. Et proijciam te, inquit, in desertũ: ut nequaq̃ reperias quos decipias. Vel certe deponam te de culmine superbiæ tuæ, & deponã uelociter, iuxta illud Apostoli: Deus aũt pacis conterat satanã sub pedibus uestris uelociter, ut dracone contrito atq; depositio, pisces quoq; fluminis illius deponantur: & cadat autor criminum, qui prius stare se arbitrabatur, & in toto orbe discurrere. Cadat autem super faciem terræ suæ, ad quã de cœ-

B lo præcipitatus est, ut nequaq̃ ultra in hæreticorũ ecclesijs colligat׃, neq; congregetur siue sepeliat in his qui crediderint ei, cũ ab eo fuerint liberati, sed detur ad deuorandũ bestijs terræ & uolatilibus cœli: Bestijs, de quibus scriptũ est: Ne tradas bestijs animã
Psal. 173.d Matt. 13.c cõfitentem tibi: Et uolatilibus cœli, quæ iuxta uiam sementem comedunt, & à saluatore interpretant׃ esse diabolus. Non solũ enim princeps maliciæ, sed & discipuli eius diaboli nominant׃, iuxta illud quod de Iuda dicit׃: Nónne ego uos duodecim elegi, & unus de uobis
Ioan. 6.g diabolus est׃? Cœli autem uocantur uolatilia, quia sibi sublimia repromittunt, ut postq̃ draco cum piscibus suis depositus fuerit atq; proiectus, & traditus ad deuorandum bestijs terræ, quæ nihil in se habent mansuetudinis, & his qui circumferuntur omni uento doctrinæ, tunc intelligant omnes habitatores istius seculi, quòd ipse sit dominus. Omnis autẽ causa pœnarũ est, quòd frustra domui Israel promisit auxilium, & fuit ei uirga uel baculus arundineus, uacuus & inanis, nihilq; in se
Ioan. 1.b habens plenitudinis, quia non poterat dicere: Nos aũt omnes de plenitudine eius accepimus, cum scriptura
Exodi 23.b præceperit: Non apparebis in cõspectu dñi dei tui uacuus, aut inanis. Quòd autẽ non debeamus ab Aegy-
Esa. 31.a pto auxiliũ postulare, & alibi scriptura testatur: Væ eis qui descendunt in Aegyptum ad auxiliũ. De istiusmodi baculo arundineo, & Rabsaces frustra exprobrat E-
Esa. 36.b zechiæ regi Iudæ dicens: Ecce confidis in uirga arundinea atq; cõfracta ista super Aegypto, cui qui innisus fuerit, ingredit׃ in manũ eius. Sic est Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Et ille quidẽ de iusto rege mentiebatur ista commemorans, qui interpretatur multus poculo. Inebriatus em̃ erat de aureo calice Babylonis, & idcirco quæ sua erant, ingerebat populo dominũ cõfitenti. Hic uerò exprobratur Pharaoni quod fuerit domui Israel uirga siue baculus arundineus, uanum eis & fragile & cito cõminuendum auxiliũ repromittens. Vt autẽ scire ualeamus, qui sit baculus arundineus, super quo domus Israel cõfidere non debeat, ex contrario baculo & uirga domini intelligere poterimus, de qua ad dominũ dicitur: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hanc uirgã habuit & Aaron, quæ dracones Aegyptios deuorauit, & quando percussit ageres Nili, & Cynifes in tota Aegypto generatæ sunt. Moyses quoq; iuxta Lxx. extendit hanc uirgã, & leuauit in cœlum, & dominus induxit uentum austrum super terrã toto illo die & tota nocte, & mane leuauit ueritus, & adduxit locustas super omnẽ terram Aegypti. De hac puto uirga scribi & in Numerorũ libro, quod floruerit, & nuces siue amygdalas germinarit. Hanc habebat & Apostolus cum dicebat: Quid uultis, in uirga ueniã ad uos? Et qui pascha celebrabant, baculos tenebant manibus, siue quibus imbecillitatem humani corporis sustẽtantibus, carnes agni comedere non poterant. Hæc est uirga de radice Iesse, super quam septẽ spiritus requieuerunt. Sed non talis Pharao, nec baculus Aegypti & uirga arundinea quæ decipit apprehẽdentes se, & lacerat humeros eorum, id est fortitudinẽ. Et quicũq; fuerit super eam innixus, dissoluunt׃ lumbi eius & stare non potest׃, nec accinctus renibus, pascha celebrare. Quod his congruit, quorum scrutatur corda & renes deus. a ¶ *Propterea hæc dicit dominus deus, etc.*] Iunge prioribus quæ sequuntur. Quia fuisti baculus arundineus domui Israel, & non solũ confractus es in manu eius, sed iuxta Esaiam: Perforasti manũ eius, & nunc laceratsti humerũ, & ipse cõminutus es, & innitentiũ super te dissoluisti lumbos: Idcirco ego inducã super te hostiũ gladium, & cum hominibus iumenta uastabo, & redigetur terra Aegypti in solitudines, & secũdo scient Aegyptij quòd ego sum dñs. Nec hoc ero fine cõtentus, sed quia in tantã prorupit blasphemiã, ut suos esse diceret fluuios, & omnem abundantiã Aegypti, ideo & ipsum auferam qui se dixerat creatorẽ, & flumina quæ à se creata iactauerat, & redigam terram Aegypti in longissimã solitudinem & gladio dissipatam, à turre Syene usq; ad terminos Aethiopiæ. Pro turre quæ Hebraice מגדל dicitur: Lxx. loci nomen posuerunt, ut μαγδωλὸν scriberent. Turris aũt Syene usq; hodie permanet, castrũ ditioni Roma-

C

Deut. 29.b

Anagoge

D

Num. 17.c

1. Cor. 4.d

Apoc. 2.f

Esa. 36.d

A næ subditū, ubi sunt Nili cataractæ, & usq; ad quē locū de nostro mari Nilus nauigabilis est. Totā igitur Aegyptū dicit esse depopulandam usq; ad terminos Aethiopiæ, quibus extrema Aegypti regio iungitur, ita ut pes hominis in Aegypto non pertranseat, nec iumenta reperiantur in ea, & nō habitetur per quadraginta annos. Parcitur enim Aegyptijs, & quasi hospites quondā fuere Israel, breuior temporis condēnatio est. Tyrus sabbatizauit sabbata sua p annos septuaginta, & sic in antiquū statū restituta est. Captiuitas quoque ludææ tēpliq; subuersio, usq; ad Cyrū regē Persarū, septuaginta compleuit annos. Potentes ēm potenter tormenta patientur. Quod aūt dicit: Dabo terram Aegypti desertā in medio terrarū desertarū: Palæstinos significat, Idumæos & Moabitas, omnesq; alias regiones, aduersum quas supra prophetæ uaticinium est. Tūc disperget siue disseminabit Aegyptios in nationes, & uētilabit eos in terras. Et quia clemens & miserator est dns, patiēs, & multarū miserationū, post quadra

B ginta annos Aegypti restitutio est, & reducetur in antiquū solū uniuersa captiuitas, & collocabit in urbe metropoli, quæ appellatur Phatures, ubi orta est, & unde profecta est, ita duntaxat ut pro utilitate sua amittat antiquā superbiā, & sit in regnū humile, imò humillima omniū nationū, ut non eleuet ultra cōtra gentes, nec in eas habeat imperiū, sed redacta in paucitatē, nequaq; decipiat domū Israel sui cōfidentia, nec doceat eos iniquitatē, siue redigat eos in memoriā iniquitatis, quod deserto dei auxilio, Aegypti quæsierūt adminiculū, & hæc omnia fient, ut tertio cognoscāt Aegyptij, q ipse sit dns. Hæc breui sermone perstrinximus, historiæ fundamenta iacientes. Nūc Allegoriæ nubilū differendū est, & eadē breuitate uitare conabimur, & huius explanatio-

Supra eodē nis longitudinē. Ad draconē sermo est, q dixerat: Mea sunt flumina, & ego feci ea: quod inducat super eū ipse

Esa. 34.a dns gladiū, de quo in Esaia scriptum est: Inebriatus est gladius meus in cœlo, nunc descēdet in terrā, ut perdat ex ea hominē & iumētū: quicquid uel rationis uidet habere, uel simplicitatis: & perdat nō absolute, sed draconi: ut draconi pereāt, & uiuāt deo, & fiat Aegypti terra perditio, secundū superiorē sensum, q draconi pereat, & post perditionē redigat in solitudinē, pessimū hospitē habere desistēs. Et tūc cognoscēt homines & iumēta, & terra dispdita, q ipse sit dns, illo sensu quo in septua-

Psal. 77.d gesimoseptimo psalmo scriptū est: Cū interficeret illos, tūc quærebāt eū. Omnis enim qui quærit, inuenit. Dei quidē misericordiæ est, ut mundi huius pereat abūdantia, & Aegypti fluenta siccentur, imò terra eorū sit in so-

סְחָבָה litudines, & sententia dni dissipetur à turre Syene, quæ interpretatur gyrus: ut nihil in se recti habeat usque in terram Aethiopum, qui humiles appellantur: ut uidelicet omnis superbia quæ se cōtra dei scientiam erexerat, destruat, & humiliet in salutē suā: Nec pes hominis, hoc est, rationale quippiam transeat per Aegyptū, neq; pes iumenti gradiat in ea, ut simplices quosq; non te- C neat, quos dimissis hominibus, Pharao in Aegypto tenere cupiebat, Moyse contradicente, & uolente iumēta quoq; de Aegypti captiuitate liberari. Et nō, inquit, habitabitur quadraginta annis, qui numerus semper afflictionis & pœnę est. Vñ & Moyses & He- *Exodi 34.d*
lias & ipse saluator, *3.Reg. 9.b*
quadraginta diebus *Matt. 4.c*
ieiunauerunt & noctibus, & p quadraginta annos populus erat in solitudine, ut postea circumcisus in Galgalis, opprobrio & ignominia Aegypti liberetur. In cuius numeri sacramento, & hic idem propheta pro tribu Iuda quadraginta diebus dormit in dextro latere, & quadringentis annis populus seruitutis in Aegypto nunciat: qui faciunt quadraginta decadas, siue quatuor ἑκατοντάδας. Pluuiæ quo- *Gen. 7.d*
que diluuij quadraginta diebus inferūt orbi naufragiū. Iustū enim erat, ut qui per quatuor elemēta mūdi, quibus omnia cōstare dicunt, dum ea diligit & fouet, deū offenderat, in ipso numero puniret, & Israel q peccauerat in sabbatū, sc̄pte decadarū, hoc est, septuaginta annorū suppliciū su- D stineret. Daturq; terra Aegypti deserta, & ciuitates eius in medio terrarū & urbiū subuersarū quæ non sunt extructæ de lapidib. sed latere & paleis, ut dispergat Aegyptus quæ male sibi fuerat copulata, & uentilet in terras, quo scilicet frumētū à paleis separet: & quadraginta annorū fine cōpleto, sit restitutio Aegypti, & reducat captiuitas eius, & colloceť in terra Phatures, quæ interpretat̄ *סחבה*
panis cōculcatus, ubi panis ille q dixerat: Ego sum pa- *Ioan. 6.d*
nis qui de cœlo descēdi, prauitate hæretica cōculeatus est: ut cū uenerint ad ecclesiā habitēt in pane cōculcato, & nequaq; eleuent in superbiā, sed sint in regnū humile: Et ut etiā cū restituti fuerint in pristinū statū, se p humilitatē deijciāt quod in Aegypto uixerint, & latericias extruxerint ciuitates, & inter multa regna ecclesiæ sint humiles, & sciāt in quē peccauerint, & ultra non eleuetur Aegyptus super ecclesias in toto orbe diuisas, sed redigat in paucitatē, & pauci in ea remaneāt inter gentes, iuxta illud quod scriptū est: Da illis dne. Quid dabis illis? *Osee 9.c*
Da illis uuluā sterilē, & ubera arentia: ut nequaquā gaudeant & extollant se in multitudine deceptorū, sed *Matt. 20.b*
rediganť in paucos: Multi enim uocati, pauci uerò electi. Et ultra nō decipiāt domū Israel, id est, ecclesiā: nec uanā eis spē cōfidentiamq; repromittāt, docētes iniquitatē, ut fugiant ecclesiasticā disciplinā, & sequant Aegyptias uoluptates. Hæc aūt fient, ut tertio cognoscant Aegyptij q ipse sit dns. Quod mihi propterea uidetur dici, ut cognitio prima Aegyptiorū in carne sit, secūda in anima, tertia in spiritu. Primo, super terram, secundo, mundi huius conuersatione finita: tertio, post resurrectionē. ¶ *Et factū est in uicesimo & septimo anno, etc.*] Quæritur quō post decimū annū superioris sermonis, statim uicesimus & septimus ponatur annus, & in consequentib. decimus duodecimusq;, & in extrema descriptione tēpli, uicesimus quintus. Sed facilis solutio est.

Quia

A Quia enim de Aegypto & superior, & hæc quæ nūc dicit, pphetia contexit, licet diuersis sit facta tēporibus: tñ quia de una ,puincia ,pphetaſ, iunctæ sibi sunt. Quod & in Hieremia crebro legimus, ut præpostero ordine tēpora describant. Prius enim Sedechiæ in quibusdam gesta referunt, & postea Ioakim qui ante eū fuit. In psalmis aūt quia carmen est lyricū, historiæ ordo nō quærit. Dicamus ergo prius iuxta literā. Nabuchodonosor cū oppugnaret Tyrū, & arietes, machinas, uineasq;, eo q cincta esset mari, muris non posset adiūgere: infinitā exercitus multitudinē iussit saxa & aggeres cōportare, & expleto medio mari, imò freto angustissimo, uicinum litus insulæ fecit cōtinuū. Quod cū uiderent Tyrij iamiamq; perfectū, & percussiōe arietū, murorū fundamēta quaterent, quicquid precioſum in auro, argēto, uestibusq; & uaria suppellectili nobilitas habuit, impositū nauib. ad insulas asportauit: ita ut capta urbe, nihil dignum labore suo inueniret Nabuchodonosor. Et qa dei in hac parte obedierat uolūtati, post aliquot captiuitatis annos Tyriæ, dat ei Aegyptus, multoq; ſruior Tyrus Aegypto. Illa ēm oppugnabat Hierusalē, hæc uanū pollicebat auxiliū. Aliud est ēm spe imbecillitatē decipere, aliud aduersum populū dei dimicare. Hoc est ergo qđ dicit, Nabuchodonosor rex Babylōis, in oppugnatione Tyri, suū mihi seruire fecit exercitū, ut implerē uolūtatē meam: Omne caput decaluatū, & omnis humerus depilatus est, gestantiū cophinos terræ, & lapides quibus raduntť humeri, & decaluatur caput, & m̄ nec ipse, nec exercitus eius aliquid dignū inuenit in Tyro. Et cū

B in hoc mihi seruierit, & meā cōtra Tyrū impleuerit uoluntatē, idcirco dabo ei terrā Aegypti. Quod quidā dicūt sub Nabuchodonosor esse cōplerū: alij sub Cambyse filio Cyri, q Aegyptū usq; ad Aethiopiā uastauit, ita ut Apim interficeret, & omnia illorū simulacra deleret. Quā ob causā putāt eū uersum in amentiā, casu equi & ,pprio pugione cōfossum. Plenissime hanc historiā narrat Herodotus: ubi & omnis Aegyptus per pagos & castella & uicos describit, & Nili origo gentisq; illius populi, & mensura terræ p circuitū usq; ad desertū Aethiopiæ, & littora magni maris, Libyæq; & Arabiæ cōfinia demōstrant. Causa aūt iræ dni cōtra Aegyptū, illa est, q populū dei suo deceperit auxilio, ne speraret in deū, & illū ad iracundiā ,puocaret. In illo, inquit, die quo Aegyptus capta fuerit, pullulabit cornu domus Israel, haud dubiū quin regiū genus significet. Quod quidā ad Zorobabel filiū Salathiel qui per Iekoniā de Dauid stirpe generatus est, alij ad ultimū tēpus referūt, qñ putant & Heliā esse uenturū. Nos aūt cornu dni sup Christo intelligētes, præsentē carpimus historiā. Cūq; ait, ō propheta hoc prius fuerit expletū, tunc aperiet os tuū, & uaticiniū tuū nequaq; dubia ,pmissione pēdebit, sed cernet opere perpetratū: ut sciant oēs qui audierint me esse dnm, cuius dixisse fecisse est. Hæc secundū literam, imò iuxta ueritatē dicta sint prophetiæ. Cæterū ex eo q Nabuchodonosor mercedē accepit boni operis, intelligimus etiā ethnicos, si quid boni fecerint, non absq;

Hiere. 25.b mercede dei iudicio præteriri. Vnde & per Hieremiam Nabuchodonosor, columba dei appellať, eo q aduersum populū peccatorē dei seruierit uoluntati. Et adducā, inquit, seruū meū Nabuchodonosor. Ex quo perspicuū est cōdemnari nos cōparatione gentiliū: si illi lege faciāt naturali, quæ nos etiā scripta negligimus. De quo plenissime ad Romanos Paulus apostolus disputat. Ac ne aliquid præterire uideamur: secundū intelligentiā spiritualē, quærimus ubi hunc numerū, hoc est uicesimū septimū legerimus. In Geneseos libro scriptura testať, sexcentesimo anno uitæ Noe, secūdo mēse, ui- C cesimaseptima die mēsis secūdi, super faciē terræ aquas *Gen. 7.d*
inductas esse diluuij, & postea septimo mense eiusdē anni, qui uicinus est sabbato, & uicesimaseptima die eiusdem mensis septimi, aquas cessasse diluuij, & sedisse arcā Noe super montes Atarat, q interpretantur Armeniæ. Ex quo intelligimus, mediū esse numerū, & ad utrunq; posse conferri: quando in hoc & ira dei incipit à diluuio, & clementia eius septimo mense in eodem dierum numero demonstratur. Et quia apud Hebræos mēsis, qui apud nos kalendis & nonis Idibusq; deuolutitur, secundū lunæ cursum supputat: unde & Græco uocabulo μὴν, id est, luna à mēse nomē accepit: hoc dictū est, in uicesimoseptimo lunæ die parū quid luminis remansisse, ne penitus ira eius absq; misericordia sit. Quando aūt totus lunæ orbis implet, tūc & pascha celebrať, & oēs maxime sollemnitates. Quod strictim posuimus: ut sciamus in hoc numero, & bona & mala pariter cōtineri. Bona Nabuchodonosor, cuius labori merces redditur. Mala Aegyptijs, quorum uastitas nunciatur. Cap. XXX

ET *factū est uerbū domini, etc.*] Post uicesimū & septimū annū captiuitatis regis Ioakim, reuertitur ad præsens tēpus, qñ cōtra Aegyptū cœperat ,pphetare, id est, ad annū decimū, & decimū mensem, undecima mensis die, & dicit sibi præceptū à dño, ut loquať ad oēs nationes, & cū omnib. specialiter ad Aegyptū. Quæ sunt ergo quæ loquitur? Vlulate uæ, uæ diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies dni: non clato sole rutilans, sed operta nubibus, & Babyloniā afferēs tempestatē. Cūq; cōperit gladius uastare Aegyptū, pauor erit in Aethio- D
pia quæ uicina est Aegypto, ne ad se usq; Babylonius mucro perueniat. Cadent enim in Aegypto uulnerati, & auferet multitudo illius: & usq; ad fundamenta omnia destruent: ita ut si quis in Aegypto reperiat de Aethiopia, & Libya, & Lydia, & in cōmune de uarijs populis & Chub, qđ Symmachus uertit in Arabiā, & de filijs terræ fœderis, hoc est, de populo Iudæorū, cū illis gladio cadat. Pro quibus gentibus Lxx. posuerūt, Persæ, & Cretēses, & Lydi, & Libyes, & omnes cōmixti, & filij testamēti mei gladio cum ipsa cadēt. Et ut sciremus has oēs gentes fuisse in auxilio Aegypti, sequēs sermo demōstrat: Et corruent fulcitēs Aegyptū, siue susiētacula Aegypti, id est, socij: & omnis superbia imperij, siue cōtumelia fortitudinis illius destruet ac deponet, à turre Syene, quam in extremis finibus Aegypti sitā dixi-

mus: siue à Magdalo usq; ad Syenē, sicut Lxx. transtulerunt: omnes ciuitates Aegypti desertæ erūt, ut cognoscant dnm, qñ ignis Chaldæorū uniuersa uastauerit, & attriti fuerint uniuersi auxiliatores eius, & peruenerint nuncij iuxta Aquilā & Theodotionē τηλ quos Symmachus trāstulit, festinātes: nos in trieres uertimus, ita enim ab Hebræis accepimus, ut omnis Aethiopiæ fiducia cōterať, & qñ fuerit uicina ,puincia desolata, pauor teneat proximā. Vt aūt sciremus quis esset iste gladius qui uastaret Aegyptū & terreret Aethiopiā: sequēs manifestius: Et cessare faciā multitudinē Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis: qui non solum uenit, sed uenient multis comitatus nationibus: ita ut omnis Aegyptus interfectorū sanguine cōpleať: tātaq; erit ira dni, ut siccentur aluei fluminū, hoc est, Nili *ἀναχω-*
χὴς, usq; ad solū, & in manu pestilentū, siue hominū pessimorū, plenitudo Aegypti desoletur. Mea enim uerba irrita esse non possunt, illucq; proficiet indignatio, ut simulacra Aegypti disperdantur, & cessent idola de

A Memphis, quę usque hodie metropolis est superstitionis Aegyptiæ, siue optimates & principes de Memphis, & de terra Aegypti. Tantus autem terror cunctam Aegyptum possidebit, ut terra Phatures omnis pereat, & ignis uastet Taphnis: siue ut Septuaginta transtulerunt, Tanin. Faciamq; ait, iudicia in Alexandria, quæ hodie sic uocatur. Cæterum pristinũ nomen habet No: qđ Aqla, Symmachus & Theodotio, sicut in Hebræo positũ est, trãstulerunt. Pro quo nescio qd uolentes Septuaginta dixere Diospolim, quæ Aegypti parua ciuitas est. Nos autẽ pro No, Alexandriam posuimus, per anticipationem, quæ Græce πρόλημψις appellatur, iuxta illud Vergilianum: Laurinaq; uenit Littora:
B non quo eo tempore quãdo uenit Aeneas in Latium Laurinia diserẽt, sed quæ postea Laurinia nuncupata sunt, ut manifestior locus fieret lectoris intelligẽtiæ. Et effundã, inquit, indignationẽ meã super Sain, quã nos in Pelusium uertimus, & robur appellãt Aegypti: eo qđ portum habeat tutissimum, & negociationes maris ibi uel maxime exerceant. Vnde & poeta Pelusiacã appellat lentem, non quòd ibi genus hoc leguminis gignãt uel maxime, sed quòd è Thebaida & omni Aegypto per riuum Nili illuc plurimũ deferatur. Et interficiam, ait, multitudinem Alexandriæ quæ rursum in Hebræo posita est ss pro qua nequaquã Diospolim, ut supra, sed Mẽphim Septuaginta transtulerunt. Et ut oſtẽdat populosam iam illo tempore fuisse urbem, Perdam, ait, multitudinem No: & dabo ig-

HEB. dic: hæc dicit dominus deus: Vlulate, uæ, uæ dici: quia iuxta est dies, & appropinquat dies domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et ueniet gladius in Aegyptum, et erit pauor in Aethiopia cum ceciderint uulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius & destructa fundamẽta eius. Aethiopia & Libya, & Lydi, & omne reliquum uulgus, & Chub, & filij terræ fœderis cum eis gladio cadẽt. Hæc dicit dominus deus: Et corruẽt fulciẽtes Aegyptũ, & destruetur superbia imperij eius, à turre Syenes gladio cadẽt in ea, ait dominus exercituum. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & urbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt. Et scient quoniã ego dominus, cum dedero ignem in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nuncij à facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absq; dubio ueniet. Hæc dicit dominus deus: Et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, ipse & populus eius cum eo fortissimi gentiũ adducentur ad disperdendam terram. Et euaginabunt gladios suos super Aegyptum, & implebunt terram interfectis. Et faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manu pessimorũ, & dissi-

SEP. dic: Hæc dicit adonai dominus: O ò dies: quoniam iuxta est dies, & iuxta uia domini, dies nubis, finis gentium erit. Et ueniet gladius super Aegyptios, & erit conturbatio in Aethiopia. Et cadent uulnerati in Aegypto, et auferent multitudinem eius, & concidentur fundamẽta illius. Persæ & Cretenses, & Lydi, & Libyes, & omnes cõmixti, & de filijs testamenti mei gladio cadent. Hæc dicit adonai dominus: Et cõcident sustentacula Aegypti, & descendet contumelia fortitudinis eius, à Magdalo usq; ad Syenen gladio cadent in ea, dicit adonai dominus. Et desolabitur in medio regionũ desolatarum, & ciuitates eius in medio urbium desertarum erunt, & scient quoniam ego sum dominus: quãdo dedero ignẽ super Aegyptũ, & cõtriti fuerint omnes qui auxiliãtur ei. In die illa egredientur nuncij à facie mea, festinantes disperdere Aethiopiæ spem, & erit conturbatio in eis in die Aegypti, quia ecce ueniet. Hæc dicit dñs deus: Et disperdam multitudinem Aegyptiorũ per manũ Nabuchodonosor regis Babylonis ipsius, & populi eius cum eo, pestilentes qui de gentibus missi sunt ad perdendam terram. Et euaginabunt omnes gladios suos super Aegyptum, & replebitur terra uulnerato rum. Et dabo fluuios eorum desertos, & tradã terram in manu pessimorũ, & dispernem, hoc est, regem C Babylonis in Aegypto, qui instar ignis cuncta depopuletur. Quasi parturiens dolebit Sain, id est, Pelusium, siue conturbatione turbabitur: & in Alexandria, id est, in No, erit scissura, & diffundentur aquæ, pro qua rursum Septuaginta, Diospolim transtulerũt. Motis autem Aegyptiorum est propter inundationem Nili, excelsos aggeres construere ad ripas Nili. Qui si custodum negligentia uel nimia aquarum magnitudine rupti fuerint, subiacentes campos, nequaquã rigant aquæ, sed opprimunt atq; populantur. Per quod significatur, sic Chaldæorum exercitu occupandam Aegyptum: quomodo inundantibus Nili aquis & super modũ crescentibus operiri solet atq; corrumpi. D Pro inundatione aquarum, & irruptione atq; scissura aggerum, in Hebræo positum est: Et erunt in Memphis angustiæ quotidianæ, ut unde Nilus diuiditur, & ubi Apis templum est, & cõsulta respondent oracula, ibi quotidianæ angustiæ fiant. Iuuenes quoque Heliopoleos, quæ Hebraice appellatur ץמש & Bubasti alterius ciuitatis, gladio corruent, ita ut ipsæ urbes, hoc est, habitatores, siue mulieres earum ducantur in captiuitatem, qui sexus iniuriæ subiacet. In Taphnis uerò quæ est regia ciuitas, conterentur sceptra Aegypti, id est, omne regiũ genus. Cumq; potentia eius interfectis principibus defecerit, tunc nigrescet dies, & caligine ac tenebris omnia complebuntur, ita ut ipsa urbs operiatur nube mœroris ac luctus, & filiæ eius, id est, oppida reli-

A da reliqua ducantur in captiuitatem, ut postquam fecero iudicia in Aegypto, & me cunctis iudicem demonstrauero, tunc sciant Aegyptij quòd ego sum dominus. Hæc quasi paruulis elementa describimus, ut per literas, syllabas, nomina, uerborumq; contextum possint ad lectionẽ prosæ uel carminis peruenire. Nũc aggrediamur tropologiam, & latissimũ disputationis pelagus, breui q̃si picturę tabula demõstremus. Sermo dñi qui erat semper in patre, factus est ad prophetam, & uocat eum nequaq; nomine suo, sed filiũ hominis. Qđ in scripturis sanctis, in bonam partẽ semper accipitur, duntaxat numero singulari, ut in hoc eodẽ propheta, & in Daniele, & in euangelio. Alioquin plurali numero in cõtrarium legitur, ut est illud: Filij hominũ, dentes eorum, arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Et rursum: Filij hominũ usquequo gra-
Amos 3.b ui corde? Leo eñ rugiet, & quis non timebit? Dñs locutus est, & quis non prophetabit? Vlulate, inquit, uæ uæ dici, quia iuxtà est dies, & appropinquat, dicit dominus, dies nubis, tempus finis gentium erit. Duplex cõsummatio est: aut generaliter omniũ, quãdo finis mundi aduenerit: aut specialiter singulorũ, q̃n tempus mortis institerit. Iuxtà autem dicitur, quia æternitati cõ-
Gen. 47.b paratum, omne tempus breue est. Vnde & Iacob centũ & triginta annos quibus uixerat: pauci, inquit, & pessimi sunt dies mei. Et Psalmista de uniuersi generis huma-
Psal. 143.a ni fragilitate disputans ait: Dies nostri quasi umbra pertranseunt. Quod reputantes, nec potẽtes erigemur, nec diuitijs incubabimus, nec felicitate lætabimur, cito omnia auferenda nescentes. Pulchreq; dies dicitur domini, quando omnis seculi conuersatio destruetur, & errore sublato una ueritas apparebit, diesq; nubis & nebulæ. Nullus enim intrepidus incertusq; de sententia, absq; pauore iudicẽ præstolat. Et tempus siue finis gentium erit: nõ unius gentis Aegyptiæ, sed uniuersarũ, ut manifestũ fiat de cunctis gentibus prophetari. Sequit, Veniet in Aegyptum gladius, gladius uersatilis & flam meus, sermo diuinus, q bonos à malis diuidat, & pessimos suo igne cõsumat. In Aegyptũ aũt huius seculi, ita ut pauor sit in Aethiopia, qui trãs Aegyptum in nocte erroris & tenebris cõmorantur, & quorum nigredo in candorem, aut difficulter, aut nequaq; conuertitur. Ca- C
dentq; uulnerati in Aegypto, q̃ male steterãt in nequitia. Et auferet multitudo Aegypti. Lata enim & spaciosa
Matt. 7.b est uia quæ ducit ad mortẽ. Et fundamẽta illius destruẽtur: ut nihil in Aegypto pristinæ resideat firmitatis, sed desertis fundamentis pessimis, ponat fundamentũ Christi: supquo ædificet ecclesia. Omnis quippe plantatio quam nõ planta uit cœlestis pater, eradicabit. Vnde & Hie-
Hier. 1.b remias destruere iubetur quæ constructa erant, ut ædificet meliora. Peribunt quoq; in Aegypto Aethiopes, Libyes, & Lydi, siue iuxta Lxx. Persę, Cretenses, & Lydi, & Libyes, & Chub, id est, Arabes, & omne reliquũ uulgus, quos hybridas atq; mixticios Lxx. trãstulerũt. Quos omnes pro diuersitate uitiorũ & interpretatione nominum, quæ in uisione Tyri posuimus, diuersas possumus intelligere nationes. Vnde & Apostolus: Vos, inquit, gentes in carne D
qui dicimini præputium. Nunq; enim di- Ephes. 2.b xisset, in carne gẽtes, nisi essent aliæ in spiritu, ut in alio loco: Videte Israel secundum carnẽ. Vnde magnopere prouidendũ est, ne corde reuertamur in Aegyptũ, de qua semel exiuimus, & inter cæteras gentes inueniamur: & pereamus gladio, de quo in consequẽtibus dicitur: Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, maxime cum iungatur, & filij terræ fœderis, siue testamenti mei simul mucrone feriẽtur, de quibus scriptum est: Væ qui descendunt Esaiæ 31.a in Aegyptum ad auxilium, in equis & curribus confidentes. Sin autem cæterarum gentium homines trucidantur in Aegypto, quanto magis filij terræ fœderis & Num. 11.a testamenti dei, qui contemnentes angelorum panem, Aegypti peponum, & ceparum, & alliorum, & cucumerum recordati sunt? Tunc corruent sustentacula & fulcra Aegypti, quæ eam in nequitia sustentabant, dialecticorum argutiæ, & philosophorum strophæ. Contumeliosum quoque ac superbum imperium destruetur, qui omnia loquũtur per arrogantiam, & ecclesiasticam simplicitatem ducunt pro nihili. A turre enim Syenes cadent in ea, quæ in extremis terminis Aegypti, Aethiopiæ, Blemmyrarumq; confinis est: ubi Nilus innauigabilis est, & cataractarum fragor, & omnia inuia plenaq; serpentum, & uenenatorum animantium. Sin autem

A (ut suprà diximus) Magdalus, magnificentiã: & Syene, gyrũ sonat: perspicuũ est q̃ Aegyptiæ opes, & contumeliosa fortitudo ac magnificẽtia, id est iactãtia et exaltationes ui pereãt, usq̃ ad gyrũ Aegypti, ubi nihil stabile est, sed incerto uoluit lapsu, & peruenit ad ruinã. Tunc dissipabunt Aegyptiæci uitates, & terra deserta erit, & nulla cõgregatio remanebit, habẽs aliq̃d firmitatis, ut rerũ fine cognoscãt q̃ ipse sit dñs, qñ miserit ignẽ in Aegypto, quẽ dñs ardere desiderat, ut fœnũ, ligna, stipula, quę supra fundamentũ Christi ædificata sunt, concrement, & oẽs auxiliatores peruersorũ dogmatũ conterantur. Ex quo intelligendũ, falsi nominis scientiã, & eos de quib. scriptũ est: Dissipa gẽtes quæ bella uolũt, socios & auxiliatores Aegypti nũcupari. In die, inquit, illa egredient nuncij à facie dei, de quib. scriptũ est in euangelio: Angeli eorũ semper uidẽt faciẽ patris mei q̃ in cœlis est. Et in semẽtis parabola messores angeli, id est, q̃ nũcij sunt, mittunt, ut uniuersa scãdala congregẽt, & mittant ea in caminũ ignis: ubi est fletus oculorũ & stridor dentium. Festinabunt̃q̃ implere præceptũ, ut deterreãt siue cõterant Aethiopiæ confidentiã, q̃ ad summũ maliciæ uerti cẽ peruenerũt, ut in euersione Aegypti, Aethiopia cõterat & paueat, eo q̃ dies dñi sit ultiõis atq̃ uindictæ, qua fugentur tenebręe peccatorũ, & lux uirtutũ remaneat. Et cessare, inquit, faciã multitudinẽ Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, cui traditi sunt ad puniendũ. Ipse est eñ inimicus & uindex q̃ etiã mercedẽ accepit, eo q̃ seruierit in expugnatione Tyri, Aegypti multitudinẽ: ut multi in Aegypto esse desistãt, q̃ semper in ea sunt. Sin aũt aliquis oppositerit, qũo illud dicat in B Deuteronomio: In septuaginta animab. descenderunt patres uestri in Aegyptũ: nunc aũt facti estis ut stellæ cœli in multitudine. Facile soluit̃. Neq̃ enim exemplũ terrenæ multitudinis posuit, sed cœlestis, quæ uirtutib. fulgeat, & plena sit luminũ, super quã multitudinẽ Aegypti, adducunt fortissimi gentiũ ut disperdãt terrã, pro quibus Lxx. pestilentes interpretati sunt: quod nescio qũo cõueniat his q̃ adducunt à dño, nisi fortẽ iuxta illud exemplũ, immissionẽ per angelos pessimos, q̃ euaginabũt gladios suos super Aegyptũ, & implebũt terrã interfectis siue uulneratis, ut occisos uulneratosq̃ esse se sentiant: & intantũ Aegyptũ esse destructã, & ad nihili peruenisse, ut omnia flumina eloquentiæ quib. errores Aegyptij, iuncus & calamus rigabant arefiãt, & tradantur in manu pessimorũ, qui eos torqueãt, & plenitudo terræ Aegypti, quæ male creuerat, deleat in manu alienorũ à deo. Neq̃ eñ boni, sed mali angeli tormẽtis præpositi sunt. Hæc necesse est ut sciãt, quia locutus est dñs. Quod frequẽter assumit̃, ut sciant qui audiũt non prophetæ uerba esse, sed dñi, cuius præcepta irrita esse non possunt. Sequitur: Et disperdã simulacra, quæ abominationes Lxx. transtulerunt. Et cessare faciam idola uel optimates de Memphis, & duces siue principes in terra Aegypti nõ erunt amplius. Clemẽtissimi enim dñi est, male ficta subuertere, ut nulla similitudo quæ mentitur imagines ueritatis, remaneat in Aegypto: optimates quoq̃ pereant de Memphis, quæ interpretatur, ex ore: de quo omnia idola confinxerunt, ut truncatis capitibus & magistris idolorum, nõ sit princeps in Aegypto, & terrore ac perditione omnis Aegyptus compleatur. De cuius urbibus dicitur: Et disperdam terrã Phatures, & dabo ignem in Taphnis siue in Tanin, & faciã iudicia in No, quam Lxx. Diospolim transtulerũt, & effundam indignationem meam super Sain, robur Aegypti. Phatures interpretat̃ panis cõculcatio: Taphnis, mãdatum humile: Diospolis, pro quo in Hebræo posita est No, requies: Sain, tẽtatio: quibus nominib. diuersa hæretico- C rum & ominiũ mendaciorũ cõciliabula demonstrant̃, q̃ conculcãt panẽ ecclesiasticũ atq̃ contẽnunt: & sequunt mãdatũ humile, & ad cœlestia nõ perducẽs, & delicijs uacãt, & sũt in requie: qualẽ in eu Luc. 16.d angelio legimus diuitem purpuratũ, & tentationibus inseruiũt: quorũ unus expetiuit

Et factũm est in undecimo anno, in primo, in septima mensis, factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, brachium Pharaonis regis Aegypti confregi: & ecce non est obuolutum ut restitueretur ei sanitas, & ligaretur

à dño, ut tentãdi Iob haberet potestatẽ. Hæc omnia dñs disperdet atq̃ succẽdet, & effundet super ea indignationẽ suã, & robur Aegypti dissipabit, ut redacti ad nihilũ, nequaq̃ populũ dei sollicitẽt, & in ipso sperare faciãt auxilio, ut deserta ueritate quærãt mendaciũ, & quasi à baculo arundineo sic suo præsidio uulnerent̃. Post hæc dicit̃: Et interficiã siue disperdã multitudinẽ Mempheos, pro qua in Hebræo habet No: quam suprà idem Lxx. Diospolim transtulerũt, quæ interpretat̃ requies. Multi enim sunt qui quærũt requiẽ, & iacere uolunt super lectos eburneos, & comedere agnos lactentes. Siue iuxta Lxx. qui interpretati sunt Mempheos, multi sunt q̃ loquunt̃ alijs: Dimitte ut auferã festucã de oculo tuo, cum ipsi trabes habeant in suo. Daturq̃ ignis in Aegypto, q̃ uerbositates atq̃ delicias suo ardore cõsumat. Dolebit uniuersa tẽtatio, & in Diospoli, quæ rursum in Hebræo No ponit̃, erit scissura, ut effundant̃ aquæ, omnisq̃ pessima congregatio dissipet̃, & huc illucq̃ dispereat: Vel iuxta Hebraicũ in Memphis erũt angustię quotidianę, ut pro omni uerbo ocioso reddãt rationẽ, ut intelligãt nihil dictorũ suorũ dñi iudiciũ præterire. Iuuenes quo- D que Heliopoleos et Bubasti gladio cadẽt. Heliopolis Hebraice On dicit̃, quod interpretat̃ dolor. Bubastus aũt iuxta linguã Aegyptiacã, oris experimentũ. Omnes isti qui dolorẽ seculi ferre nõ poterãt, sed delicias Diospoleos sectabant̃, & cõfidebant sibi in uolubilitate sermonum, & aduersum cætera dogmata disputãtes, habuerant experimẽta uictoriæ, gladio sermonis dei cõcidẽt, & qui nequaq̃ iuuenes, sed imbecillitate mentis mulieres appellant̃, captiui ducentur. Siue ipsæ urbes, dolore & oris iactantia, ducentur in captiuitatẽ. Et in Taphnis, inquit, nigrescet dies. Taphnæ interpretantur cedentes ori: subauditur diaboli, cui qui cesserint, amittẽt lumen ueritatis, & diem in noctem mutabunt, & sceptra Aegypti, atq̃ omne imperiũ sentient in Taphnis esse contritum, ita ut deficiat in ea contumeliosa fortitudo siue superbia potẽtiæ eius, & solis iustitiæ radij in nube cæcentur, & nequaq̃ mulieres, sed filiæ ducantur in captiuitatem: faciatq̃ dñs non unũ iudiciũ, sed multa iudicia in Aegypto. Sicut enim bonorũ apud patrẽ diuersæ sunt mansiones, ita & Aegypti suppliciorũ diuersa iudicia: ut cum hęc omnia facta fuerint, cognoscant Aegyptij q̃ ipse sit dñs, cuius iudicia uera iustificata in semetipsis.

Psal. 67.g

Matt. 18.b

Psal. 77

4 ¶ *Et factum est in undecimo anno, in primo, etc.*] Reuertitur ad ordinẽ prophetiæ, post uicesimũ enim & septimũ annum, nunc ponit undecimũ. Quæ quæstio etiam in superioribus continetur. Cum enim sermo domini cõtra Tyrum factus sit in anno undecimo, qui prius positus est, in consequentibus loquitur ad Pharaonẽ anno decimo, rursumq̃ ponit uicesimũseptimũ ut diximus, & nunc undecimũ. Vt cætera prætermittã quæ in psalmorum ordine cõtinent̃: quæritur, quomodo tertius psalmus præponat̃ his psalmis in quib. mutauit faciẽ suam Dauid corã Abimelech, & de Doech Idumæo, & quando inuẽtus est in spelũca, & quinquagesimus pœnitẽtię in cuius titulo demonstrat̃, q̃ introierit ad Bethsabeæ uxorem

A uxorem Vriæ, cum priores sint isti psalmi tertio, in quo fugere notatur à facie filij sui Absalon. Sed in psalmis facilis responsio est, carmẽ esse lyricũ, & in huiuscemodi opere non quæri ordinẽ historiæ, sed factorũ carmina singulorũ. In historia uero illud dicendũ est, ea quæ de una re diuersis sunt dicta tẽporibus, nõ debere oratione diuidi, sed unius loci narratione concludi. Verbi gratia: ut quæ de Aegypto dicta sunt alio atq̃ alio tẽpore, uno lectiõis ordine cognoscant̃. Cũ hæc dixerimus manet nihilominus quæstio: Cur in hoc eodẽ loco primũ factus sit sermo dñi ad Pharaonẽ anno undecimo, & postea uicesimoseptimo, & deinceps anno decimo: cũ utiq̃ iuxta ordinẽ primo decimus, secũdo undecimus, tertio uicesimusseptimus annus singulis prophetijs debuerint prænotari. Ad quod illud Rom. 11.d possumus respõdere: O profundum diuitiarũ sapiẽtiæ dei, cui inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Et in alio loco: Abyssum & sapientiam quis inuestigabit? Possumus autem hoc dicere, quod & in prophe- Eccles. 1.a B tis nequaquam historiæ ordo seruetur, duntaxat nõ in omnibus, sed in quibusdã locis: neq̃ enim narrant præterita, sed futura prænunciant, prout uoluntas spiritus sancti fuerit. In historia uero, ut sunt Moysi quinque libri, & Iesu, & Iudicum uolumina, Ruth quoque & Hester, Samuel & Malachim, Paralipomenon liber & Esdræ, iuncto sibi pariter Neemia, præposteram narrationem nequaquam reperiri. Hæc de annorum ordine dixisse sufficiat: nunc uideamus quæ contra Pharaonem, siue de Pharaone prophetia sit. Brachiũ eius confregisse dicit, & nõ esse obuolutũ neq̃ ligatũ, nec fartũ linteolis, nec accepisse malagma, iuxta illud quod scriptũ est: Non est malagma imponere, nec oleũ, nec alligaturas. Quod si factum fuisset, utiq̃ recepta fortitudine posset tenere gladium, & ad bella procedere. Idcirco clemẽs & misericors deus rursum cõminuit brachium eius siue brachia, ut penitus cadat gladius de manu eius, & in gẽtes Aegyptus dispergat̃, & uentilet̃ in terras. In brachio aũt robur accipe & fortitudinẽ, dicẽte scriptura: Cõtere brachium peccatoris & maligni. Quod conterit̃ in aduersarijs nostris, qñ nos persequunt̃ quidem, sed opprimere nequeunt. Et pro salute seruorũ dei aduersus Pharaonẽ rex Babylonis sæpe consurgit, ut potentẽ opprimat potentior, & malitradant̃ peioribus cõ fortante deo brachia pessimorũ, ut sciat q̃ liberatus est quod ipse sit dominus: Profectum aũt esse uirtutis scire quod ipse sit dominus. Econtrario possumus dicere: Fili Heli, filij pestilentiæ nescientes deum. Et in bonam partẽ de regibus qui rectum fecerunt in conspectu dei, scriptum est, quod nouerint dominũ. Illud autem quod in Lxx. dicitur: Et conteram brachia eius fortia & disposita, quod Græce dicitur τετραμμένα, scriptorum uitio deprauatũ est. Illi enim interpretati sunt non τετραμμένα, sed τετεμμένα: hoc est, non disposita, sed extenta. Pro quo iuxta consuetudinem suam alij interpretes excelsa posuerunt.

Isaiæ 1.b

Psal. 9.g

1 Reg. 2.e

D

Commentarij noni in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM Commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

VEllem, ut iam antè dixi, prophetias contra unam prouinciã, aut unũ regem, ijsdem explanare libris, & nequaquam sensum lectoris diuidere. Sed quid faciam longitudini: quæ nisi diuidatur in partes, modum uoluminis egreditur, & infinita congeries tam dictanti quàm legenti molesta est? Itaq; post sermonem contra Aegyptũ, & planctum eius, regemq̃ Aegypti, de cuius brachio nequaquam obuoluto neq; restituto pristinæ sanitati in ultima parte noni libri diximus: transimus ad principium decimi libri contra eundem Pharaonem regem Aegypti, qui comparatur regi Assyrio: & post longissimã prophetiam, lamentatio super eodem assumitur, & deinceps contra omnem Aegyptũ. In quibus dissẽrendis, ô uirgo Christi Eustochium, eleua cum Moyse manus, ut nostra uictoria tuarũ orationum fructus sit. Non est enim uolentis neq; currentis, sed miserentis dei, qui loquitur ad prophetã: Aperi os tuum, & adimplebo illud, propheta ad dominum respondente: Aperui os meum, & attraxi spiritum, qui ubi uult spirat. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas: qua libertate donauit nos dominus. Quam frustra se ludæi habere iactabant, dicentes: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam, multis uitijs peccatisq̃ subiecti, & ignorantes illam sententiam, à quo quis uincitur, eius & seruus est.

COMMENTARIORVM
Hieronymi in Ezechielem prophetam
Liber decimus.

A

T factum est in undecimo, etc.] Vtrancq; editionē ex more cōmiscui, ubi tamē plurimū discrepābāt, ne duplex, p positio augeret librorum magnitudinem. Ac primū sciendū, q quæcunq; dicūtur de rege Assyriorū futuro tempore: in Lxx. quasi transacta memorantur: & sic uel ad arborem, uel ad principē loquit Assyriorū: urtā masculino q; fœmino genere de una persona intelligat, dum & arbor refert ad Assyrium, & Assyrius in arbore nominatur. Nec de rege Babylonio in præsenti sermone ulla fit mentio: ne uideatur contra captiuum populum positum in Chaldæa, dominorū atq; regnantium iracūdiam prouocare, sed dicitur de rege Assyriorū qui eo iam tempore captus

B

fuerat à Chaldæis, & omne robur Assyriorum Babylonio subiacebat imperio. Vnde & decē tribus, hoc est Israel, Assyrij capiunt: duas autem, hoc est Iudā & Beniamin, Chaldæi superant, & urbem subuertūt Hierusalem. Dicturus igitur cōtra Pharaonem regem Aegypti, & populum eius sermo diuinus, tali aduersum illū est usus exordio: Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano, & reliqua. Et est sensus, Non miteris si à Babyloniis sis uincendus atq; periturus, & tuū perditurus imperiū, omnesq; opes Aegyptiæ destruendæ sint: cum Assur multo te fortior, eodem Chaldæo superante, deletus sit. Describitq; potentiam regis Assyrij sub figura arboris cedri, iuxta Hebraicū:

CAP. XXXI

ET factū est in undecimo anno, tertio una mensis, factum est uerbum dñi ad me, dicens: Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus (siue cyparissus) in Libano, pulcher ramis & frondibus nemorosus, excelsusq; altitudine, & inter condensas frondes (siue in medio nubium) eleuatū est cacumen eius. Aquæ nutrierunt illum, abyssus eleuauit eum, flumina eius manabāt in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad uniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis (siue cāpi:) et multiplicata sunt arbusta (siue rami) eius præ aquis multis. Cumq; extendisset umbram suam, in ramis eius fecerūt nidos omnia uolatilia cœli, & sub frondibus eius genuerūt omnes bestiæ saltuū, & sub umbra illius habitabat cœtus gentium uniuersarum. Eratq; pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione (siue multitudine) arbustorū uel ramorum suorum, erant enim radices illius iuxta aquas. Cedri (siue cyparissi) non fuerunt altiores illo in paradiso dei, & abietes (siue pini) non adequauerunt summitatē eius, & platani uel abietes non fuerunt æquæ uel similes frondibus (siue ramis) illius. Omne lignum paradisi dei (siue in paradiso dei) non est assimilatum ei & pulchritudini eius: quoniam speciosam feci eam, & multis cōdensisq; frondibus, & æmulata sunt eam omnia ligna uoluptatis (siue deliciarum) quæ erant in paradiso. Propterea hæc dicit dominus deus: Pro eo quod sublimata est in altitudinem, & dedit summitatē suam uirentem atq; condensam (siue in medio nubium eleuatū est cor eius in altitudine sua) tradidi eam (siue eum) in manu fortissimi (siue principis) gentiū: faciens faciet ei (siue & faciam perditionem eius:) iuxta impietatē eius eieci eam. Et succēdent eā alieni & crudelissimi nationum (siue pestilentes gentiū) & proijciet eam super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringētur arbusta eius in uniuersis rupibus (siue campis) terræ, & recedēt de umbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eam. In ruina eius habitauerūt (siue requieuerunt) omnia uolatilia cœli, & in ramis eius fuerunt uniuersæ bestiæ regionis. Quamobrē nō eleuabunt in altitudine sua omnia ligna aquarū, neq; ponēt sublimitatē suā inter nemorosa atq; frōdosa (siue in nubib.) nec stabūt in sublimitate sua oīa quæ irrigātur aquis, quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimā, in medio filiorū hominum ad eos qui descendunt

C

tæ, quæ sit pulchra ramis & condensa frondibus, & ad nubes usq; subrecta, quæ idcirco tantum creuit, quod non aquis, sed abyssis, hoc est aquis abundantissimis irrigetur. Abyssus enim multitudo sonitus aquarum: ita ut oēs aues nidos fecerint in ramis eius, & sub frondib. illius genuerint omnes bestiæ saltuū. Et ne dubitaremus quæ essent cœli uolatilia, quæ syluarum bestiæ, apertius posuit Et sub umbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarū. Cedri, inquit, & cyparissi, abietes siue pinus, & platani siue cyparissi, non fuerūt æquę ramis illius. Et ne singillatim de cūctis arboribus diceret, & omnia, inquit, ligna paradisi dei nō sunt assimilata illi & pulchritudini eius. Per quę nōnulli intelligūt, nō de rege dici Assyrio, sed de contraria fortitudine, quæ in sermone Tyri inter Cherubim dicit esse generata, & preciosis distincta lapidibus, & postea ad terrena suo uitio concidisse, q & in Esaia cadens, lucifer appellat, & in euangelio signat à dño: Videbā satanā quasi fulgur de cœlo cadentē. Sed nos hæc omnia, ut interim sequamur historiā, hyperbolicos dicta intelligamus, q trāæ Assyrius fuerit potentiæ, & sic cūctas oppresserit nationes, ut se angelorū fortitudini cōparet. Omnia aūt metaphorice sub altissima cedro siue cypariſſo dicunt ad Assyriū, interfectioq; illius appellat successio. Quodq; sequit: Tradidi eā in manu fortissimi gētium, regem Babyloniū uocat, ut quod uicit Assyriū, nō propriæ fortitudinis, sed diuinæ intelligat potestatis. Iuxta impietatē, inquit, eius eieci eā, ut occulte Babyloniū moneat nō debere esse crudelem, nec opprimere populum dei qui sibi traditus sit, ne similia

D

iuxta Septuaginta, cypariſſi in monte Libano constitu patiatur Assyrio, qui crudelis & impius fuit. Et succidēt illam

A

illam alieni & crudelissimi nationū, siue iuxta Lxx. pestilentes: quod nunquā diceret positus in Chaldæa, ne illum aduersum gentē suam cōmoueret. Proijcit quoq; super montes, & in cunctis cōuallib. corruūt rami eius, & confringunt in rupibus, & à cunctis derelinquit populis, hoc est uolatilibus cœli & bestijs cāpi: & in tantā ueniet perditionē, ut oēs arbores quæ putabant excelsæ comparatiōe Assyriæ arboris, suo exemplo eleuari, & in sublime erigi ultra desistant, nec stent in altitudine sua, sed illa succisa, oēs metu pariter succidant. Quodque per translationē dictū erat, fit manifestius: Omnes, ait, traditi sunt, subaudit reges in mortē, ad terrā ultimā, hoc est, ad infernū in medio filiorū hominū: nequaq; inter arbores, ad eos q descendunt in lacū, haud dubiū quin infernа significet. Post succisionē arboris Assyriæ: siue in die quando descendit ad inferos Assyrius & induxit dñs luctum: rursum per transla

B

tionem de eo loquitur quod opertus sit abysso, iuxta illud quod scriptū est: Veni in profundū maris, & tempestas demersit me. Et omnia flumina, omnes uidelicet nationes eum ultra rigare cessauerint, & contristatus sit si ue contenebratus super eam, id est arborē: uel eum, id est Assyrium Libanus. Ac ne putaremus de arbore esse sermonē, sequitur: A sonitu ruinæ eius cōmoui gentes. Quæ enim tanta ruina esse unius arboris potest, ut ad sonitū eius uniuersæ cōmoueantur gentes? Cum deducerent, inquit, eam ad infernū: iuxta literā, arbor ad inferos deduci nō potest: cum alijs qui in lacū, id est ad inferos descendebant. Et cōsolata sunt in terra infima: in corde uidelicet terræ, omnia ligna uoluptatis siue deliciarū quod Hebraice appellat עדן ut nemorosos saltus syluasq; significet egregias atq; præclaras, quæ fuerunt in Libano, & irrigabant aquis. Nam & ipsæ arbores cū eo: hoc est, cum Assyrio descendēt ad infernū, ad interfectos siue uulneratos gladio. Ligna gladijs non uulnerantur, sed cædunt, nec descendunt ad infernū. Et brachium, inquit, siue semē: quoniā apud Hebræos sermo זרע utrumq; significat, requiescet in umbraculo eius in medio nationū: nequaquā syluarū sed gentium. Ad extremū fit apostropha ad ipsum Assyriū, siue ad Pharaonem. Cui assimilatus es, ô inclyte atq; sublimis inter ligna uoluptatis? Nullus tibi, inquit, par fuit: sed omnes reges potentia superasti, & tamē cum cæteris regibus qui erant in comitatu tuo, ad terras ultimas, id

Psal. 62.c

est ad inferos deductus es, dicēte scriptura: Ingredientur ad extrema terræ, tradētur in manus gladij, partes uulpiū erunt. In medio, ait, incircuncisorum dormies, cum his qui interfecti sunt gladio. Ostēdit quæ essent ligna, quæ cedrus siue cypariſſus gladijs uulnerata, & iacens cum incircuncisis. Et ut extrema antecedentibus iungeret: quia suprà dixerat, cui similis factus es in magnitudine tua: ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher

C

in ramis & frondibus, & reliqua: nūc infert: Sic est Pharao & oīus multitudo eius, dicit dñs. Quō, inquit, Assyrius, cedrus & cypariſſus Babylonio succidente deiecta est, sic Pharao & populus eius: hoc est ipsa arbor & rami illius à Babylonio succidenti. Hæc interim iuxta historiā dicta sint: quæ plerisq; in cōsummatione mūdi futura intelligūt: & regē Pharaonē, hoc est eā potestatem cui Aegyptus subiecta sit, cōparari regi Assyriorū potentissimo, id est antichristo, q si ille corruerit, utique & alij rectores tenebrarū istarū & principes mundi facilius corruāt. Dicamus ergo de singulis breuiter oīa perstringentes: ut nō tam differamus & explanemus obscura, q explanare cupientibus materiam dedisse uideamur: primumq; discutiēdum, cur undecimo anno, tertio mense, una die mensis factum est uerbum dñi ad Ezechielem, dicens: Fili hominis, dic pharaoni regi Aegypti & multitudini eius. Locuturo ad Pharaonem, undecimo anno sermo fit dñi: necdū enim uenerat ad duodecimū: qui numerus plenæ consummataeq; uirtutis est. Vnde & duodecim sunt filij Iacob: à quib. postea duodecim nomina prophetarū uno uolumine continent. Et apostoli duodecim sunt, quorū quia unus Iudas proditor fuit, in locū eius Matthias eligitur. Et archisynagogæ filia annorū duodecim à dño suscitatur. Hæmorrousa quoq; anno duodecimo recipit sanitatē. Sed quia corripit Pharao, & postea plangit: propterea tertius mensis & unus dies undecim annorū numero copulantur. Vnde & in consequētibus duodecimo anno, mense duodecimo, una mensis fit uerbū dñi ad Ezechiel, dicens: Fili hominis assume planctum super Pharaonem regē Aegypti, & dices ad eum. Qui enim plangitur, ideo plangit ut intelligat quanta bona perdiderit, & tamē quia Pharao erat, & brachium eius necdum fuerat colligatū, nec pristinā receperat fortitudinē: propterea in anno & in mense duodecimo, uigintinouem dies adhuc remanēt, ut duodecim annorum numerus compleatur. Vno igitur mēsis die, sermo fit domini ad prophetam, & præcipitur ei ut loquatur regi Aegypti & multitudini eius. In quo mirandum quod quatuor interpretes non populum dixerint, sed multitudinem. Multi enim uocati, & pauci electi. Et in lege scriptū est:

Matt. 22.b

Non eris cum multitudine in malo. Diciturq; ad regē Aegypti: Cui similis factus es in magnitudine siue in altitudine tua? Quod & ipse se exaltauerit, & subiaceat illi sententiæ: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: sed tamen non sit eius altitudini similis: qui quasi cedrus siue cypariſſus in Libano fuerit, pulcher ramus & frondib. nemorosus: excelsusq; altitudine & ad nubes usq; erexerit caput: ad quas secundū Dauid ueritas dei peruenit, & quibus mandatur ne pluant super Israel imbrem. Pulchritudo quoq; illius prædicatur quæ in turpitudinē praua uoluntate mutata est, ita ut dicat de eo:

Luc. 14.c

Confringet

Universidad de Navarra Biblioteca

A Confringet dñs cedros Libani, ut excelsus ipse in altissi
Psal.28.a mo montiū Libano cōstitutus, quāto sublimior fuerat,
tanto fortius caderet. Cuius scriptura sancta uolēs alti-
tudinē demōstrare, appellat cedrū magnā quā nutrie-
rūt aquæ, nō aquæ Siloe quæ uadūt cū silētio, sed aquæ
Rasin & aquæ Aegy-
pti, de quib. scriptum
Hier.2.d est: Quid tibi ut bibas
aquas Geō siue Sior
quod aquas turbidas
sonat, Abyssus quoq;
exaltauit eū sup quā
in principio mūdi te-
nebræ ferebant, & ad quā in euāgelio dæmones ne mit-
Luc.8.c tant rogant. Flumina eiusdē abyssi in circuitu radicum
Esaiæ 8.b eius erāt, de quib. dicit: Quid tibi & uiæ Assyriorū, ut bi
bas aquas fluminū? Et in alio loco: Ecce dñs inducet su
per uos aquā fluminis fortē & multā, regē Assyriorū &
omnē gloriā eius. Riuos quoq; eius emisit abyssus ad
uniuersa ligna regionis, ut nō solū principē mundi hu-
ius, sed & socios illius irrigaret. Propterea eleuatus est,
& sup omnia ligna altissima succreuit, & multiplicata sūt
arbusta eius, & toti9 orbis possedit imperiū, dicēs: Hæc
omnia mihi tradita sūt. Et eleuati sunt rami eius, q aquis
abyssi fuerāt irrigati. Qui extēdit siue dilatauit umbra-
culū suū, ut oēs subijceret suæ ditioni. In ramis eius fece
Ioan.8.d rūt nidos omnia uolatilia cœli. Omnis.n.q facit pecca-
tū, de diabolo natus est, & de ramorū eius numero cō-
Rom.3.c putat. Illa aūt uolatilia fecerūt nidos in ramis eius, quæ
iuxta uiam euangelicā comedere sementē: siue quia oēs
peccauerint & indigēt misericordia dei, de quib. dictū
Psal.13.a est: Oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Idcirco
in ramis eius fecerūt nidos. Sequit: Et sub frondib. eius
genuerūt oēs bestiæ saltuū, quæ Christi mansuetudinē
B perdiderūt: & sub umbraculo illius habitabat cœtus gē
tiū plurimarū, ut nullus esset q nō eius tangeret umbra
Rom.5.b culo, præter eū q dixit: Ecce uenit princeps mūdi istius,
1 Cor.15.c & inueniet in me nihil. Per unū em hominē peccatū in-
trauit in mundū, & per peccatū mors, & sic in oēs homi
nes mors pertransijt, in quo oēs peccauimus, & in Adā
oēs morimur, cunctiq; peccauimus, & indigemus glo-
ria dei. Et in ipsa habitatione diuersa cōditio est. Alij
habitāt in ramis eius quasi uolatilia, scientiā sibi in phi
losophia & in hæreticorū dogmatibus pollicentes. Alij
quasi bestiæ feræ, immues atq; crudeles: alij quasi multi
tudo gētiū plurimarū, ut cōmixtos diuersis uitijs signi
ficet atq; peccatis. Erat aūt Assur pulcherrimus in ma-
gnitudine sua, & in dilatatione arbustorū suorū, quia
aquis multis radix eius fuerat irrigata: intantū ut in pa
radiso dei nulla cedrorū & cyparissorū esset altior, nec
abietes pinicq; adæquarēt sublimitatē eius, siue platani
nō essent æquæ frondib. illius. Idcirco nulla arborū in
paradiso plantatarū ei fuerat adequata: quia oīe lignū
paradisi dei nō est assimilatū illi & pulchritudini eius.
Nequaq; enim erectæ sunt per superbiā, sed scierunt hu
militatē suā, neq; similitudinē dei sacrilego sibi animo
uendicare conatæ sunt. Quodq; sequit: Et æmulata sunt
eam omnia ligna deliciarū quæ erant in paradiso, sic e-
disserimus: Æmulata sunt ligna paradisi multitudinē
ramorū eius: Multi enim uocati, & pauci electi. Et: Lata
& spaciosa uia quæ ducit ad mortē. Cupit enim tantos
habere in salutem, quantos Assur habuit in perditionē.
Vnde quia Assur sublimatus est in altitudine, & dedit
sublimitatem suam uirentem atq; condensam, siue usq;
ad nubes cacumen erexit, & eleuatū est cor eius ut dice
ret: Ero similis altissimo: propterea traditus est in manu
fortissimi gentiū: quam intelligimus aliam detestabi-
lem potestatē, cui traditur ad puniendum, ipse est enim
inimicus & ultor, ut Assur intelligat̄ antichristus, & for
tissimus gentiū cui traditus est, satanas, iuxta illud apo C
stoli: Quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare: 1 Tim.1.d
Qui faciēs faciet ei quæcunq; ei à dño fuerint imperata.
Ista aūt cyparissus electa est de paradiso dei propter im
pietatē suā, & succidēt illā alieni & crudeles siue pestilen
tes in gētibus, ut im-
pleat̄ illud quod scri-
ptū est: Pestilente fla- Prou.19.d
gellato, stultus astuti-
or fiet. Et iterū: Iā secu Matt.3.c
ris ad radices arboris
posita est, q præcidēt
eā super mōtes, ut cor
ruat in superbia sua. In cūctis aūt cōuallib. corruēt rami
eius, ut ad tartarū deducant̄ oēs q in eius fuere comita
tu, & recedāt de umbraculo illius, & relinquāt eā, ut uo
latilia cœli & bestiæ terræ, quæ prius sub illa fuerāt & il-
lius umbraculo tegebant̄, postea pœnæ eius participes
sint. Cumq; uiderint cætera ligna syluarū siue paradisi,
Assur cyparissum sentētia dei corruisse: nō eleuabunt̄ in
superbiā, nec se esse aliqd æstimabūt, nec irrigationē a-
quarū suarū, pprias arbitrabunt̄ diuitias, eo q oēs ra-
mi & uolatilia cœli & bestiæ terræ quæ erāt sub imperio
Assur, deducant̄ in mortē ad terrā ultimā. De quib. scri- Psal.21.g
ptū est: In cōspectu eius cadēt oēs q descendūt in terrā. Ibid.62.c
Et in alio loco: Ingredient̄ ad extrema terræ, & erunt ne
quaq; cū angelis, sed cū filijs hominū q descendūt in la
cū, siue in foueā sempiternā. Cū aūt ille descēderit ad ex
trema terræ, & pars uulpiū fuerit à quib. lacerādus est,
tūc luctus erit uel omniū sociorū eius, uel sanctarū fort
tudinū, quæ illū dolebūt ad inferos descēdisse. Vñ dicit
dñs: Operui eū abyssō, cuius aqs antea fuerat nutritus,
& phibui flumina eius. i. abyssi: & coercui aquas mul-
tas, ne eū irrigarēt, sed magis opprimerēt. Contristatus
est sup eū Libanus in quo fuerat exaltatus, & omnia agri D
ligna cōcussa sunt, succisionē similē formidāua. A soni-
tu ruinæ eius cōmoui gētes, ut nullus perditionē illius
ignoraret, & deductionē ad inferos cū cæteris socijs e-
ius. Acceperūtq; cōsolationē omnia ligna uoluptatis, id
est paradisi, dū uidēt & mala malis, & bona bonis resti
tui. Hæc aūt ligna Libani sunt, aquis irrigata fluminum
dñi: quib. & illa arbor fuerat irrigata quæ corruit. Siue
omnia ligna quæ quondā fuerūt bona & irrigabant̄ aqs,
& in Libani altitudine morabant̄, accipiēt cōsolationē,
qñ principē suum similia uiderint sustinere tormēta. Et
ipsa enim descendent ad infernū ad interfectos gladio
dñi, & omnis fortitudo lignorū habitabit sub umbra-
culo eius: id est, in pœna, in medio omniū nationū quę
claustris inferni tenebunt̄. Post hæc ad ipsum Pharaonē
sermo conuertit̄, cui dictū fuerat in principio, cui simi-
lis factus es in magnitudine tua, & dicit̄ ad eū: Cui assi-
milatus es, ô inclyte atq; sublimis inter ligna uolupta-
tis? Nempe Assyrio qui corruit. Et tu eras inclytus atq;
sublimis inter ligna Eden, hoc est deliciarū & paradisi:
& ecce deductus es sicut Assyrius cum omnibus lignis
quæ quondā fuerant in delicijs ad terrā ultimā & ad in-
feros, & dormies non in requie, sed in pœnis: in medio
incircunciſorū, hoc est immundorū, & cū his qui in gla
dio dñi conciderūt. Et ut sciamus qui sit ille cui dixerit,
ô inclyte atq; sublimis inter ligna uoluptatis, ponit ma
nifestius: Ipse est Pharao & omnis multitudo eius: Siue
iuxta Lxx. sic est Pharao & omnis multitudo eius, ut
quomodo suprà Assyrius succisus est & corruit, sic &
Aegyptus subruatur.

CAP. XXXI

ET factū est duodecimo anno, in mense duo-
decimo (siue decimo) in una die mēsis: factum est
uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, assume la-
mentū super Pharaonē regem Aegypti, & dices ad eū:
Leoni gentiū assimilatus es, & draconi qui est in mari, &
uentilabas cornu in fluminib. tuis, & cōturbabas aquas
pedibus tuis, & cōculcabas flumina earū (siue tua.) Pro-
pterea hæc dicit dñs deus: Expandā super te rete meū in
multitudine populorū multorū, & extrahā te in sagena
mea, (siue extrahā te in hamo.) Et proijciā (siue extrahā)
te in terrā, super faciē agri abijciā te (siue cāpi replebunt̄
tui,) & habitare (siue sedere) faciā super te omnia uolati-
lia cœli, & saturabo de te bestias uniuersæ terræ, & dabo
carnes tuas super mōtes: & implebo colles (siue ualles) sā
nie tua (uel sanguine tuo) & irrigabo (siue irrigabit) ter-
ram putore sanguinis tui (siue stercorib. tuis) super mō-
tes, & ualles implebunt̄ ex te. Et operiā cum extinctus fue
ris cœlum, & nigrescere faciā stellas eius: Solem nube te-
gam, & luna nō dabit lumē suum. Omnia luminaria cœ
li mœrere faciā (siue contenebrescent) super te: & dabo
tenebras super terrā tuam, dicit dñs deus. Et irritabo cor
populorū multorū cum induxero contritionē (siue ca-
ptiuitatē) tuam in gentibus super terras, (siue in terra,)
quā nescis. Et stupescere faciā (siue contristabunt̄) super
te populi (uel gētes multæ) & reges eorū horrore nimio
formidabūt super te: cum uolare cœperit gladius meus
super facies eorū, & obstupescent repēte singuli pro ani
ma sua in die ruinæ tuæ, (siue expectantes animā suam à
die ruinæ tuæ.) Quia hæc dicit dñs deus: Gladius regis
Babylonis ueniet tibi. In gladijs fortiū (siue gigantium)
deijciam multitudinē (siue fortitudinē) tuā: inexpugna-
biles gentes omnes hæ, (siue pestilentes de gētibus cun-
ctis,) & uastabunt (siue perdent) superbiam uel iniuriā
Aegypti, & dissipabitur multitudo eius (siue conteretur
omnis fortitudo illius.) Et perdā omnia iumēta eius quę
erant super aquas plurimas (siue ab aquis multis,) & nō
conturbabit eas pes hominis ultra, neq; ungula iumen-
torum turbabit (siue calcabit) eas. Tunc purissimas red-
dam aquas eorū, (siue ut aliquando quiescant aquæ eo-
rum,) & flumina eorum quasi oleum adducam (siue ut
oleum fluent) ait dominus deus: cum dedero terrā Ae-
gypti desolatā (siue perditam.) Deseretur autem terra à
plenitudine sua (siue cū plenitudine) quando percusse-
ro (siue disseminauero) omnes habitatores eius: & sciēt
quia ego sum dominus. Planctus est, & plangent eum fi
liæ gentium super Aegyptum, & super multitudinē eius
(siue omni fortitudine illius:) plangēt eum, ait dñs deus.

Et factum

A timus mensis, ut iam uel capta sit Hierusalē & gaudium
Pharaonis malis sibi imminētibus auferat̄: uel certe ca-
pienda: & suis magis miserijs doleat, cū alitorū captiuita
te lætet̄. Et interim breuiter quædā historiæ fundamēta
iacientes, quid Hebræi super hoc loco intelligāt percur
ramus. Leoni cōparā
tur Pharao, nō unius
gentis, sed multarum
gentium: siue draconi
in mari, ut terram a-
quasq; possideat: qui
irrigatiōe fluminum
erigebat̄ in superbiā,
quæ cornu uocatur,
& multitudine exerci
tus sui omnes aquas
transiens poterat con
turbare: idcirco expā
dere se dicit rete suum
super multitudinem
eius, et extrahere eum
sagena sua uel hamo:
& proijcere siue exten
dere eū super terrā: q
quasi coluber multis
spiris fuerat inuolu-
tus, ut à cunctis cœli
uolatilibus deoret̄.
Cumq; nō solū aues,
sed omnes bestiæ terræ
eum lacerauerint, reli
quæ carnes eius mon
tes & ualles cāposq;
B cōplebunt: ita ut cun-
cta uermibus scateāt.
Hæc aūt loquitur per
metaphorā, ut postq;
uolatilia cœli & bestiæ
carnibus eius fuerint
saturatæ: id est, exerci-
tus eius & uniuersa
multitudo, reliqua
pars in uermes & sa-
niem conuertat̄. Tunc
(inquit) cœli tenebris
obuoluentur, sol & lu
na & cætera lumina-
ria non dabunt lumē
suum, sed super cun-
cta nigrescent: nihilq;
tibi lætū erit: & ad tuū
interitum omnes po-
puli & cuncti reges eo
rum horrore nimio
formidabunt, conspi
cientes gladiū meum
huc illucq; uolitare, &
nulli parcere, & in tua
ruina ruinā similē per
timescent. Vt aūt scias
qs iste sit gladius, au-
di manifestius: Gla-
dius regis Babylonis
ueniet tibi, in gladijs
fortiū siue gigantium
deijciam omnē multitudinē tuam. Qui gigantes inex-
pugnabiles gentes sunt, quæ Babylonij regis tenebant̄
exercitu. Isti uastabūt siue disperdent superbiā Aegypti
& omnē multitudinē eius, nihilq; in Aegypto remane-
bit, sed cū hominibus iumēta brutaq; animalia pariter C
auferent̄. Et tanta erit solitudo in Aegypto, ut nec pede
hominis, nec ungula iumēti aquæ illius conturbentur,
sed quieta sint omnia, & aquæ fluminū eius quasi oleū
fluant purissimæ ac nitentes: nullo per eas transeunte,
nec earū fluenta tur-
bāte. Hoc aūt fiet pro-
pter Aegypti solitudi
nē, quæ rediget̄ in de-
sertū ab omni multitu
dine sua: qn habitato-
res eius dñs percusse-
rit, ut intelligāt qui re
māserint cp ipse sit do-
minus. Idcirco plan-
ctus est Pharaonis, &
plangent eū filiæ gen-
tiū in circuitu. Non so
lum aūt super illo, sed
& super multitudine
eius quæ dño uastāte
deleta est. Hæc super
simplici litera cursim
dixisse sufficiat: uenia
mus ad intelligētiam
spiritualem. Nec puto
magnopere laboran-
dum nosse qui sit Pha
rao rex Aegypti, cum
suprà plenius dixeri-
mus, eā uidelicet po-
testatē, cui Aegyptus
credita est, uel una p-
uincia, uel Aegyptus
totius mundi, quę nō D
est leo cōdita, sed pro
prio uitio assimilata
leoni gentiū. Homo Psal.48.d
em cū in honore esset,
non intellexit, cōpara
tus est iumētis insipi-
ens ub. & similis factus
est illis. De hoc leone
& Petrus loquit̄: Ad- 1 Pet.5.b
uersarius noster dia-
bolus quasi leo rugiēs
circuit quærēs quē de
uoret. Et in nono psal
mo scriptū est: Insidiat̄
in abscōdito quasi leo
in spelūca sua: insidiat̄
ut rapiat pauperē. Et
in Hieremia spūs san-
ctus ait: Leo de sylua Hier.5.b
percussit eos. Draco-
nem aūt dici diabolū,
pro quo Aquila inter
pretatus est Leuiathā,
nomē draconis expo
nens, iuxta superiorē
explanationē multis
testimonijs docui: qui
dixerat, mea sunt flu-
mina, & ego feci ea.
Iste igit̄ draco flumini
bus suis quasi cornibus uentilabat plurimas nationes:
quæ super Marcione, Valentino, Arrio, & Eunomio cæ
terisq; hæreseon principib. intelligere possumus: q imi
tant̄ ecclesiasticos, dicētes ad dñm saluatorē: In te inimi

A cos nostros uentilabimus cornu, & nō uentilāt ad salu-
tem, ut de terra ad cœlū eleuēt, sed ut in profundū abij-
ciāt. Denicq; sequit: Et cōturbabas aquas pedibus tuis,
Gal. 5.b iuxta illud Apostoli: Qui aūt cōturbat uos, portabit iu-
Esaiæ 8.b diciū. Non uult enim aquas Siloe bibere, quæ uadunt
cum silentio, sed aquas Aegypti turbidas atq; cœnosas,
quæ anteq; pedib. conculcarent draconis, puræ erāt &
suo fluentes ordine: postq; aūt pedib. illius conturbatæ
sunt, cursus sui ordinē perdiderūt. Neq; enim utunt hæ
retici testimonijs scripturarū sibi cohærētibus, sed con-
turbant omnia. Et quia ipse est inimicus & ultor, nō so
lum aquas alienas draco Aegyptius cōturbat pedibus
suis: sed cōculcat flumina sua, ne parcat eis quos semel
in suā redegerit potestatē. Quod deuitare cupiēs iustus
Psal. 35.d precat: Non ueniat mihi pes superbiæ. Et in alio loco,
Psal. 55.a conculcatus petit ne iterū conculcet: Miserere, inqt, mei
dñe, qm conculcauit me homo. Inimicus aūt homo dia
Ibid. 9.a bolus est, de quo & alter psalmus loquit: Vt nō magni-
ficetur ultra homo super terrā. Propterea hæc dicit dñs
deus: Expandā super te rete meū, in multitudine popu
lorū multorū. Rete dñi ueteris & noui testamēti ratione
contextū, mittit super draconē qui habitat in populo-
rum multitudine: & semper turbis & populorū multitu
dine delectat, ut extrahat eū in sagena sua siue in hamo
Matt. 13.f suo. Ista est sagena, quæ in mare huius seculi mittitur, &
extrahit pisces multos, alios eligendos & alios abijcien
Iob 40.d dos. Siue iste est hamus, de quo in Iob scriptū est: Addu
ces aūt draconē in hamo: & circūdabis capistrū circa na
res eius: p quo interpretatus est Aqla, extrahes Leuia-
than in hamo, & funib. colligabis linguā eius. Extrahit
aūt draco siue Leuiathan de mari hamo uel sagena dñi:
ut proijciat siue extendat super terrā, & oēs spiræ eius
quibus suas insidias occultabat aperiant & proferātur
in publicū, & in terrā abijciant, & iaceat qui in cœlo po
B fuerat os suū, & se altissimo similē esse iactabat. Vnde se
quit: Et habitare siue sedere faciā super te omnia uolati-
lia cœli, & saturabo de te bestias uniuersæ terræ, secun-
Psal. 73.c dum illud quod scriptū est: Dedisti eū escā populis Ae-
thiopū. Qui uel uolatilia uocant, uel bestię terrę. Volati
lia, quę sementē, ut diximus, iuxta uiā rapiūt. Bestiæ ter
ræ, uitijs efferatæ, qd' ad hæreticos atq; gētiles referri po
test. Quod aūt sequit: Et dabo carnes tuas super mōtes,
et implebo colles tuos sanie tua, siue implebo ualles san
guine tuo, hūc habet sensum: ut uolatilia cœli & bestias
terræ, deceptorū populos intelligamus, crudelitatemq;
gentiliū: montes aūt ad principes referamus hæreseon:
qualis fuit Valentinus & Marcion, collesq; successores
eorū q saturant sanie draconis: siue ualles quæ implent
draconis sanguine, inferiores quosq; credentiū: aut cer
te mōtes aduersarias potestates, quę in aere discurrunt:
& ualles, quæ inferna penetrāt, & æternis supplicijs mā
cipatæ sunt. Porrò quod dicit, Et irrigabo terrā putore
sanguinis tui super mōtes, siue irrigabit terra de ster-
cor. tuis super mōtes, & ualles implebunt ex te: illud si-
gnificat, q omnis supbia & arrogās hæreticorū tumor,
nō tam uitali & puro q putrido atq; fœtēti sanguine cō
Psal. 82.b pleatur, iuxta illud quod scriptū est: Pone eos sicut ster-
Ibid. 112.d cus terræ. De quo sanctus à dño liberat: Qui suscitat de
terra inopē, & de stercore erigit pauperē. Vt collocet eū
cū principibus, cū principibus populi sui. Valles aūt in
ima depressæ, ut suprà diximus, aut inferna significant,
aut humilē hæreticorū sensum, propter uoluptatē & ter
renas opes cuncta facientiū. Quod aūt iungit: Et operiā
cū extinctus fueris cœlū, & nigrescere faciā stellas eius,
solem nube tegā, & luna nō dabit lumen suū, omnia lu-
minaria cœli mœrere uel tenebrescere faciā super te, &
dabo tenebras super terrā tuā, ait dñs deus: si sequatur
literā, penitus intelligi nō potest. Quando enim interfe
cto Pharaone siue dracone sol & luna & stellæ nō dede-
runt lumē suū, & cœlum opertū est tenebris: iuxta illud C
poeticū: Impiaq; æternā timuerūt secula noctem? Ergo
hoc dicendū est, q extincto Pharaone, qui transfigura
bat se in āgelū lucis, de quo in alio loco scriptū est: Lux Ioan. 18.a
impiorū extinguet, cœlū siue cœli operientur tenebris. Eph. 6.b
De quib. & Paulus loquit: Et spiritualia nequitiæ in cœ
lestibus. Et nigrescere faciet dñs stellas eius, uel dracōis
uel cœli. Super quo & Iudas apls scribit: Sidera errātia, Esaiæ 19.a
quibus caligo tenebrarū in æternū reseruat. Sol quoq;
nube teget, sol iniquitatis, q cōtrarius est soli iustitię: nu
be aūt, uel ipso dño saluatore qui descēdit in Aegyptum
super nubē leuē, nullo peccatorū pondere prægrauatā,
uel prophetis & apostolis, de quib. legimus: Mandabo Ibid. b
nubibus ne pluāt super eam imbrē. Et in psalmis: Veri- Psal. 35.b
tas tua usq; ad nubes. Cum aūt sol iniquitatis fuerit ob
scuratus, luna quā hæreticorū sentimus ecclesiā, & quæ
à sole iniquitatis lumen putabat accipere, non dabit lu
men suum, nec decipiet credentes falsi nominis scientia.
Omnia quoq; luminaria & quicquid uidetur in hæreti
cis esse doctrinæ, extincto dracone cæcabit, siue mœre-
bunt principe perdito: ita ut ipse dñs terram hæretico-
rum operiat tenebris, ignorantia scilicet ueritatis, ut cæ
ci cæcos ducant in foueam, & habitatores terræ mittant
in tenebras exteriores, ubi est fletus & stridor dentium.
Post hæc dicitur: Et irritabo cor populorū multorum:
cum induxero contritionē siue captiuitatē tuam in gen
tibus super terrā quā nescis, ut qui prius Pharaoni ser-
uierant, irascātur contra eum, uidentes captiuitatē eius
ad aliam terram quam draco nesciebat esse perductam.
Nec debemus ambigere bonas esse terras quas Pharao
nesciat, scilicet quādo captiuitas Pharaonis alia captiui Psal. 67.d
tate mutatur, de qua dicitur ad saluatorē: Ascendens in
altum, captiuā duxit captiuitatē: accepit, siue iuxta Apo Eph. 4.b
stolum, dedit dona hominibus. Et stupescere, inquit, fa D
ciam super te populos multos: ut qui prius Pharaonis
admirabantur potentiā, postea eum admirētur de suo
culmine cecidisse. Reges quoq; populorum horrore ni
mio formidabunt super eū, quorū regna dño diabolus Psal. 2.d
ostendit, de quib. & in psalmo dicit: Astiterūt reges ter
ræ, & principes conuenerūt in unum. Hoc aūt fiet, cum
uolare cœperit gladius dñi super facies eorum, subau-
ditur regum siue populorū. Gladius aūt dñi intelligen-
dus est uiuens sermo dei & efficax & acutus super om-
nem gladiū ex utraq; parte acutū, qui uolat atq; discur
rit & perstringit cernentiū oculos uultusq; deterret, ut
obstupescētes super ruina Pharaonis, se in illo uideant
esse deiectos. Et dñi quidem gladius de quo scriptū est: Luc. 2.c
Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multo
rum, iacentes eleuat, & male erectos humilitate cōmu-
tat. Gladius aūt regis Babylonis ueniet super draconē
Aegyptium, ut in gladijs fortium siue gigantiū deiciat
dñs multitudinē eius qui regem Aegypti sectabat. Inex
pugnabiles, inquit, siue pestilentes de gentibus omnes
isti, ut mali ad puniendum tradātur peioribus, de qui-
bus scriptum est: Immissionē per angelos pessimos. Et Psal. 77.c
Apostolus: Quos tradidi, inquit, satanæ, ut discant non 1 Tim. 1.d
blasphemare, uel in interitum carnis, ut spiritus saluus
fiat. Cum aūt per huiuscemodi ministros deiecta fuerit
superbia Aegypti, & multitudo illius dissipata: perden
tur omnia iumenta illius quæ erant super aquas pluri-
mas, & non conturbabit eas pes hominis ultra. Si enim
beatus q seminat super aquas ubi bos & asinus calcat,
econtrario infelix, qui simplices quidē suo ultra poterit
errore retinere: ita ut pes hominis non calcet in eis, quo
ne signū quidē sapientiæ atq; rationis aquæ Aegyptiæ
in se habere uideantur. Vngula quoq; iumentorū non
turbabit eas, ut de limpidissimis atq; nitentibus faciat
turbidas atq; cœnosas. Tunc reddent nō ab alio, sed ab
ipso domino aquæ purissimæ, quæ draconis fuerāt do-
minatione

A minatione turbatæ: ita ut flumina earum labātur quasi oleum, et sint ueri luminis nu trimentum. Hæc au-
tem fient, cum dede-
rit dominus terrā Ae gypti desolatā, & per-
diderit multitudinē eius, & percussi fue-
rint omnes habitato-
res illius: ut isto profe ctu scire possint quod ipse sit dñs. Quod au-
tem iūgitur: Planctus est, & plangent eum fi liæ gentium super Ae gyptum, & super mul titudinem eius plan-
gent eum, ait domi-
nus deus: perspicuū est animas omnium gentiū quæ prius op-
pressæ fuerant, siue ea rum gentium quæ ne quaquā in Aegypto morabātur, sed in re-
gione uiuentium, in-
terfectum draconem plangere, & omnem multitudinē eius: non spe salutis, sed quod de tanta potentia, suo uitio & superbia deie
B ctus sit in æterna sup-
plicia. *a* ¶ *Et factum est in duodecimo anno, etc.*] Multum in hoc loco Lxx. interpretum edi tio & ordine & transla tione discordat, & quædam in ea de The odotione addita sunt: unde necesse habui-
mus & ipsam ponere: nequaquam parcen-
tes longitudini, & stu dioſi lectoris diligen-
tiæ seruientes. *b* ¶ *Et factum est, etc.*] Nō igno ro fastidiosam fore de licato lectori tantā inter duas editiones dis crepantiam: sed quid faciam calumniatori-
bus meis: qui si aliqd de Lxx. interpretum translatione subtraxe ro, me sacrilegum & absque timore domi-
ni uociferantur: ma-
xime qui cum in fi-
dei ueritate discordēt, & Manichæorum se-
quātur errores, in eo imperitorum animas commouent, si de ue-
teri quippiam monstrare potuerint mutatum consue-
tudine: libentius errare cupientes, q̄ aliquid ab æmulo

HEBRAEI. Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis: fa-
ctum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis cane lugubre super multi-
tudinem Aegypti, & detra he eam ipsam & filias gen-
tium robustarū ad terram ultimam cum his qui de-
scendunt in lacū. Quo pul-
chrior es, descende & dor-
mi cum incircūcisis. In me-
dio interfectorum gladio cadent, gladius datus est, at traxerūt eam & omnes po
pulos eius. Loquētur ei po tentissimi robustorum de medio inferni, qui cum au xiliatoribus eius descende-
runt, & dormierunt cum incircuncisis interfectisq; gladio. Ibi Assur & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra illius, om-
nes interfecti & qui cecide runt gladio: quorum data sunt sepulchra in nouissi-
mis laci, & facta est multitu do eius per gyrum sepul-
chri eius, uniuersi interfe-
cti cadentesq; gladio, qui dederāt quondam formi-
dinem in terra uiuentium. Ibi Aelam & omnis multi-
tudo eius per gyrum sepul chri illius: omnes hi inter-
fecti ruentesq; gladio, qui descenderunt incircuncisi ad terram ultimam qui po
suerunt terrorem suum in terra uiuentium, & porta-
tauerunt ignominiā suam cum his qui descendunt in lacum. In medio interfe-
ctorum posuerunt cubi-
le eius in uniuersis popu-
lis eius, in circuitu eius se-
pulchrum illius. Omnes hi incircuncisi

SEP. Et factum est in duo decimo anno in quintade cima mensis: factus est ser-
mo domini ad me, dicens: Fili hominis, plange super multitudinem Aegypti, & deducent filias eius gentes mortuas in profundum terræ ad eos qui descendūt in foueam. (Porrò sub aste riscis additum est*) De a-
qua pulcherrima descen-
de, & dormi cum incircun cisis. (Rursum ordo sequi-
tur.) In medio uulnerato-
rum gladio cadēt cum eo & dormiet omnis fortitu-
do eius, & dicēt tibi gigan-
tes, in profundo foueæ, de scende quo melior es, de-
scēde & dormi cum incir-
cuncisis in medio uulnera torum gladio. Ibi Assur & omnis congregatio eius. (Quodq; sequitur.) Om-
nes uulnerati ibi dati sunt, & sepulchrum eius in pro-
fundo foueę, & facta est cō gregatio eius: (in Hebrai-
co non habet, sed à Septua ginta additum est. Rursum dicitur:) In circuitu sepul-
chri eius omnes uulnerati qui ciderant gladio. (Et iterum de editione Theo-
dotionis sub asteriscis addi tum est*) Qui dederunt se pulchra eius in lateribus la ci, & facta est congregatio in circuitu sepulchri eius. Omnes isti uulnerati ca-
dentesq; gladio. (Post quæ posuere Septuaginta.) Qui dederunt timorem suum in terra uitæ. Ibi Aelam & omnis fortitudo eius in circuitu sepulchri eius, om
nes uulnerati & cadentes gladio, & qui descendunt incircuncisi

C uerum discere. Et in- terim iuxta historiam manifestus est sensus. In eodem enim anno duodecimo, & in eo-
dē, ut putamus, men-
se: sed non in una, ut suprà, mensis: uerum in quintadecima die, nequaquā super Pha raone, sed super for-
titudine siue multitu-
dine Aegypti plan-
ctus assumitur: qui de trahitur de superbia sua cum uniuersis fi-
liabus suis, siue gen-
tium robustarum, ad terram ultimā: id est, profundum inferni, dicitur q; ad regē Ae-
gypti: Quo melior es, ut mortem merearis euadere? Cum enim Assur & Aelam, id est Persæ, & Mosoch, qui interpretantur Cap-
padoces, & Thubal, quos alij Iberos, alij Italos intelligi uolūt: Idumęi quoq; & prin cipes aquilonis ac Si-
donij cum uniuersis exercitibus suis, quo-
rum auxilio horro- D rem cunctis gentibus præbuerūt, mortui sint & interfecti gla-
dio: & posuerint gla-
dios suos sub capiti-
bus suis: quod dictū ἐμφατικώτερον accipiendum est: tu solus poteris nō eadem su-
stinere? Quin potius cum uideris tantam tecum apud inferos multitudinem dormi entiū: & sepulchrum tuum fortissimorum quōdam principum circūdari memorijs: habebis consolatio-
nem, leuiora tormen ta æstimans consortio plurimorum. Hæc in-
terim iuxta simplicē sensum strictim dixis-
se sufficiat. Nunc ea-
dem breuitate, quan-
tū explanationis pa-
titur difficultas, spi-
ritualis intelligentiæ summa quæque car-
pamus. Suprà una mensis die factus est sermo domini ad pro
pheram, hic quintadecima. In prima autem die, hoc est in calendis, mensis exordiū est, in quintadecima, quari

A do totus lunæ orbis impletur: & siquidem primus mensis fuerit, azymorum est prima dies: sin autem septimus, scenopegiarum: quando figuntur tabernacula. Quę solennitates apud Hebræos uel maximæ sunt. Fit autem planctus super fortitudinem Aegypti, ut fortis in malo esse desistat, & recipiat infirmitatem: & quãdo infirmior fuerit, tunc fortior sit. Pro fortitudine Aegypti, in Hebraico habet multitudinem. Lata enim & spaciosa uia est quæ ducit ad mortem: & multi ingrediuntur per eam, sicut e contrario dicitur ad Israel: Vos autem estis pauci inter omnes gentes: semper enim uirtus rara est, & arta & angusta uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui ingrediũtur per eam. Quod autem Aegyptus plangit, & mortuæ filiæ eius, iuxta Septuaginta, siue gentium robustarum deducuntur ad terram ultimam in lacum fiue in in foueam profundissimam: significantur animæ in Aegypto huius seculi cõmorantes, quæ perdiderunt eum qui dicit: Ego sum uita, & peccatis mortuæ, ponere eorum ad inferos detrahuntur, dicente peccatore: Quoniam iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, sicut onus graue grauatæ sunt super me. Istæ sunt de quibus scriptum est in alio loco: Ingredientur in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erũt. Qui enim fodit foueam, incidet in eam. Vnde & legimus: Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueã quam fecit. Quodq; sequitur: Quo pulchrior es descẽde & dormi cum incircuncisis: proprie ad Pharaonẽ regẽ Aegypti sermo dirigit: siue ut in Lxx. de Theodotione additũ est, ad ipsam Aegyptum: De aqua pulcherrima descende & dormi cũ incircuncisis. Quod specialiter ad eũ pertinet q in baptismate Christi renatus, & audiens cum ecclesia: Quæ est ista quæ descẽdit dealbata, innitẽs super fratruelem suum? postea uel fornicatione, uel aliis uitijs sordidatus ejicitur de ecclesia, & dicit ad eum: De aqua pulcherrima descẽde, & dormi cũ incircuncisis, id est cũ immundis: iuxta illũ sensum quem ponit Apostolus: Nos sumus circũcisio, q in spiritu deo seruientes, & gloriantes in dño, & non in carne confidentes. Hi omnes in medio uulneratorũ siue interfectorũ cadẽt cum Pharaone, illo gladio quẽ uenit mittere dominus super terrã. Sicut enim Christi gladius bonos à malis separat, dicens: Non ueni pacem mittere super terram, sed gladiũ: sic hæreticorum gladius omnes truncat populos, & uulneratos ad infernum deducit. Isti sunt gigantes potentissimi, & rebelles, & ponentes in excelsum os suum: & quãto per superbiam se ad excelsa sustollunt, tanto ad profundum foueæ, & in inferni nouissima detrahuntur, qui omnes interfecti sunt gladio. Et ut sciret uel Pharao uel omnis Aegypti fortitudo quæ ad inferna detracta est, quos haberet in pœnis socios, sequẽs sermo demõstrat. Ibi Assur & omnis multitudo eius, uel synagoga eius. Princeps enim hæreticorum diabolus: cuius uere congregatio synagoga est de qua in Apocalypsi dicitur: Qui sunt synagogæ satanæ. Sequentes autẽ uersiculos, qui obelo prænotantur, prætereundos puto, dicendumq;

Matth. 7.b
Gen. 34.d
Deut. 28.g
Ioan. 14.d
Psal. 37.d
Ibid. 62.c
Eccli. 10.b
Psal. 7.d
Philip. 3.d
Matth. 10.d
Apoc. 2.c

HEB. incircuncisi interfectiq; gladio. Dederãt enim terrorẽ in terra uiuentiũ, et portauerũt ignominiã suã cum his qui descendunt in lacum, in medio interfectorũ positi sunt. Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eius. Oẽs hi incircũcisi interfectiq; cadentes gladio, qui dederũt formidinẽ suam in terra uiuentium. Et nõ dormient cum fortibus cadẽtibusq; & incircuncisis, qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & posuerũt gladios suos sub capitib. suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorũ, quia terror fortium facti sunt in terra uiuentium. Et tu ergo in medio incircuncisorum cõtereris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumæa & reges eiꝰ, & oẽs duces eius q dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio, & qui cũ incircuncisis dormierunt, & cũ his qui descenderunt in lacum. Ibi principes aquilonis oẽs, & uniuersi Sidonij (siue uenatores) qui dedu cti sunt cum interfectis pauentes, & in sua formidine confusi: quia dormierũt in circuncisi cũ interfectis gladio, & portauerũt cõfusionem suã cũ his qui descendunt in lacũ. Vidit eos Pharao, & consolatus est super uniuersa multitudine sua quæ interfecta est gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus. Quia dedi terrorem meum in terra uiuentiũ, & dormiuit

SEP. incircuncisi in terrę profundũ, qui dederũt terrorẽ suũ in terra uitæ, & acceperunt tormentũ suũ cũ his qui descendũt in foueã in medio uulneratorũ. Ibi dati sunt Mosoch & Thubal & omnis fortitudo eorũ in circuitu sepulchri eiꝰ, omnes uulnerati eius, uniuersi incircũcisi & uulnerati gladio, qui dederũt terrorem suũ super terrã uitæ, & nõ dormierũt cum gigantibus qui ceciderũt ab æterno, qui descenderunt in infernum cum armis quibus utebantur ad bella, & posuerũt gladios suos sub capitibus suis, & factę sunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quia terruerunt gigantes in uita sua. Et tu in medio incircuncisorum cõtereris, & dormies cum uulneratis gladio. Ibi Edõ & reges eius, & omnes principes Assur qui dederunt fortitudinem eius in uulnere gladij: isti cum uulneratis dormierũt cum his qui descenderunt in foueam. Ibi principes Aquilonis omnes, uniuersi magistratus Assur, qui descenderunt uulnerati cum terrore suo, & in fortitudine sua confusi dormierunt in circuncisi cũ uulneratis gladio, & abstulerũt tormentum suum cum descendentibus in foueã. Videbit eos Pharao, & consolationem accipiet super omni fortitudine eorum: uulnerati gladio Pharao, & omnis fortitudo eius, dicit dominus deus. Quia dedi formidinẽ eius super terram uitæ, & dormiet

A cendumq; quod habeẽ in Hebraico: In circuitu illius sepulchra eorũ, uidelicet deceptorũ ab eo. Qui oẽs uulnerati uel interfecti sunt gladio: & ideo corruerunt: quorũ sepulchra data sunt in nouissimis laci. Quod aũt lacus uocet infernus, ꝓspicue psalmus ille demõstrat, in quo pœnitẽs loquit: Assimilatus sum cũ his qui descendunt in lacũ. Quẽ nequaq; debemus iuxta Latini sermonis proprietatẽ eũ intelligere q Græce λίμνη dicit: ut est lacus Tiberiadis, & lacus Larius & Benacus, multiq; alij: sed quas nos solemus appellare cisternas. Quos lacus, quia aquas refrigerãt, & omnẽ ab eis calorẽ spiritus auferũt, peccatores cunctiq; hæretici fodiunt: & quantũ in mea memoria est, nullũ sanctorũ lacũ, id est cisternã fodisse, scriptura testat, sed omnes peccatores: quorũ fuit Ozias rex leprosus, & qui per suã superbiã corruit, de quo scribit, ꝙ homo fuerit terrę operib. incubãs, & multas superbiæ turres ædificarit in angulis, & lacus foderit. Econtrario ad iustũ dicit: Bibe aquã de tuis aquis, & de puteorũ tuorũ fontibus. Et rursum: Fons aquæ tuæ sit proprius. Vnde loquit & dñs: Me dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ, & foderũt sibi lacus, id est cisternas, quæ aquas cõtinere nõ possunt. Sequit: Et facta est multitudo eius per gyrũ sepulchri eius. Hi oẽs cinguntur Assyrii, & est eorũ plurima multitudo: q uniuersi uulnerati sunt & interfecti, & cadentes gladio. Nemo eñ eorũ stare potest cũ Moyse, nec audire: q statis in domo dñi, sed oẽs uulnerati interfectiq; sunt & cadentes: q quondã dederant formidinẽ in terra uiuentiũ: formidinẽ aũt his qui erãt ecclesijs præpositi: ne in terra uiuentiũ facerẽt populos mortuorũ, & simplices quosq; deciperent. Vnde & Paulus ait ebai: Timeo aũt, ne forte sicut serpens decepit Euã malicia sua: ita corrumpant sensus uestri à simplicitate quæ est in Christo. Sed hic timor spe dñi mitigat, dicẽte ecclesiastico uiro: Dñs illuminatio mea et salus mea, quẽ timebo: Dñs protector uitæ meæ, à quo trepidabo: Post

B hæc dicit: Ibi Aelam & omnis multitudo eius per gyrũ

ס״ע sepulchri eius: haud dubiũ quin Assyrij. Aelam in linguã nostrã uertit ascensus eorũ. Oẽs enim q Christi humilitate contẽpta, diaboli ascendere superbiã, & in falsi nominis scientia esse aliquid æstimauerũt: Aelamitæ sunt nuncupãdi, q Assyrij regis sepulchrũ ambiũt, & interfecti sunt uulneratiq; gladio: Et licet in excelso posuerint os suũ, tamẽ descenderũt immũdi & incircũcisi ad terrã ultimã, ut quãto sublimius fuerãt eleuati, tanto fortius caderent. Isti posuerunt terrorẽ suum non semel, sed secundo in terra uiuentiũ. Quis enim ecclesiasticorũ ab huiusce modi Aelamitarũ terrore securus est, & non aliquem sui perdidit gregis? Pulchreq; ecclesia Christi appellat terra uiuentiũ, ut ecõtrario hæreticorũ cõciliabula mortuorũ terra esse credant. Et portauerunt, inquit, ignominiã siue tormentũ suũ cum his quos secũ detraxerunt in lacũ & in profundũ inferni: quorũ cubile in medio interfectorũ est, eorũ uidelicet quos suo mucrone iugularunt, & circundant huiusce modi populis. Hi populi, Assyrij regis populi sunt: & licet circuncisos esse se iactent, tamẽ incircũcisi interfectiq; sunt gladio, & tertio dederunt terrorẽ atq; formidinẽ in terra uiuentiũ. Vnde portauerunt tormentũ suũ atq; supplicium in medio corũ, quos suis fraudibus deceperũt. Ibi quoq; est, id est, iuxta Assyriũ Mosoch & Thubal & omnis multitudo eius in circuitu sepulchri eius: oẽs incircuncisi interfectiq; & cadentes gladio, qui dederant formidinem suã in terra uiuentiũ. Pro quo Mosoch & Thubal, Symmachus & Theodotio interpretati sunt cubile eorũ, ut ostenderẽt cubilia hæreticorũ, imò foueas sempiternas, Assyrij regis esse supplicia. Mosoch interpretat insania, Thubal conuersio: non in bonũ à malo, sed de bono in malũ: siue uniuersa, ut ostendat oẽs hæreticos insanire, & pari studio ad peiora conuerti. Nec mirũ si insaniẽtes & coæruati in malũ habẽt multitudinẽ, cum Aegyptij regis socij sint qui gaudẽt multitudine. Oẽs hi interfecti gladio, qui dederant formidinẽ suam, non semel nec secundo, sed tertio in terra uiuentiũ, de quibus suprà plenius diximus. Sequit: Et nõ dormient cũ fortibus siue gigantibus cadentibusq; & nõ circũcisis qui descenderunt ad infernũ cum armis suis, & posuerũt gladios suos sub capitibus suis: & fuerũt iniquitates eorũ in ossibus eorũ: quia terror fortiũ facti sunt in terra uiuentiũ. Hi, inquit, qui hæreticorũ principes extiterãt, ad tantũ maliciæ peruenere culmen atq; cruciatũ, ut nec cum fortibus atq; gigantibus qui à principio corruerunt, similia mereant ferre supplicia. Qui nequaq; erroris sui acta pœnitentia, descendetũt ad inferos cum armis suis, rebelles contra deũ & ecclesiam eius, secũ arma deferẽtes, de quibus scriptũ est: Filij hominũ, dentes eorũ arma et sagittæ, & posuerũt, ait, gladios suos sub capitibus suis: requiescentes in animo perduelli: & pro summa uictoria sententiarũ suarũ iacula complexantes: ineantum ut iniquitates eorũ fuerint in ossibus eorũ, hoc est fortissima figmenta, & erroris sui dogmata possidentes. Quia terror fortiũ factũ sunt in uita sua, siue in terra uiuentiũ. Quod quarto dicit, ut fortissimos quosq; & habentes scientiã scripturarũ & qui essent de regione uiuentium, sua peruersitate terrerent, dum descendunt ad infernũ cum armis suis, & ponunt gladios suos sub capitibus suis, & iniquitates eorũ usq; ad ossa peruenirũt. Post hęc scriptũ est: Et tu ergo in medio incircuncisorũ contereris: quod uel ad Pharaonẽ uel ad fortitudinẽ siue multitudinẽ Aegypti dicitur: quod & ipsa conteratur, iuxta illud quod scriptũ est: Deus aũt conterat satanã sub pedibus uestris uelociter. Et dormies, inquit, cum interfectis gladio, somno perpetuo. Ibi cum Assyrio, & cũ Aegyptia multitudine erit Idumæa & reges eius, oẽs qui terrenis operib. seruierunt, siue sanguine delectari sunt. Etenim Idumęa & terrenã & sanguinariã sonat. Omnes reges & uniuersi principes de quib. crebro & Apostolus loquit, terrenis operibus incubantes, & effundẽtes quotidie sanguinẽ eorũ quos sua fraude deceperint, cũ incircuncisis & immũdis dormierũt, & cum his qui descenderũt in lacũ, de quibus suprà diximus: In ipso comitatu erunt & principes Aquilonis, à quo exardescũt mala super terrã. Et à quo uel in Hieremia uel in hoc eodem propheta, olla illa plena carniũ ossiumq; succendi tur. Et nõ solũ principes Aquilonis, uerũ oẽs magistratus Assur: pro quo in Hebraico uerius positum est, uniuersi Sidonij: quos nos in uenatores uertimus, iuxta illud quod scriptũ est: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiũ: pro quo in Hebraico positũ est, Sidoniorũ. Qui Sidonij siue uenatores deducenẽ ad inferos pauẽtes, in sua quondã confusi fortitudine: & dormient immũdi, & portabunt confusionẽ siue tormentũ suum: habentes malæ conscientiæ pœnitudinẽ sempiternamita ut ignis eorũ non extinguat, & uermis eorum non moriat. Quos oẽs cũ uiderit Pharao, cõsolabitur, uel habens adhuc maliciã pristinã, & multos pœnæ suę socios habere se cernens: uel certe consolatus est, uidẽs & illos confundi in supplicijs & terrorib. suis, super uniuersa multitudine sua quæ interfecta est gladio, Pharaonis scilicet uel omniũ sociorũ eius: præcipue Assyrij regis & Mosoch & Thubal & Idumæorũ, & principũ Aquilonis & Sidoniorũ. Hi enim dederant terrorẽ suum in terra uiuentiũ. Quod quinto dicitur, ut oẽs istiusmodi nationes cauere & fugere debeamus, quæ cũctis nos sensib. deceperũt, & scire esse horribiles: nec facile posse uitari, nisi omni custodia seruauerimus cor nostrum. Dormiuit, inquit, & ipse Pharao cum sociis suis interfectis gladio: qui socij multitudo eius sunt, per latã & spacioſam uiam pergentes ad supplicia sempiterna.

Psal. 27.b
2 Par. 26.b
Prou. 5.c
Hier. 2.c
2 Cor. 11.d
Psal. 26.g
Rom. 16.c
Philip. 3.d
Hier. 1.c
Ezec. 24.d
Psal. 123.d

A *Et factum est uerbum dom. etc.*] Rursum ad prophetam sermo fit dñi, qui aliquanto siluerat tempore: eo q̃ non posset prophetare humana fragilitas iuge ad se arcq; continuũ: ut intincre uaticiniũ: & loquitur eadẽ quæ in superioribus continent. Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies ex ore meo uerbum, & cõminaberis eis ex me, in eo quod dicam iniquo, morte morieris, & nõ annũciasti ei, nec loquutus es ut annunciares impio quo & conuerteretur à uijs suis, & uiueret: iniquus ille in iniquitate sua morietur, & sanguinẽ eius de manu tua requiram. Et tu si annũciaueris iniquo, & non conuersus fuerit ab iniquitate sua & à uia sua, iniquus ille in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti. Quæ si diligẽter inspicias, intelligis similia quidẽ esse, sed non eadem, dum in plerisq; discordant. Et hoc in omnibus scripturis sanctis obseruare debemus, ubi uidetur aliqua similitudo esse sententiæ: nõ in omnibus eadem dici, sed uel subtrahi pleraq; uel addi: & singulorum inter se uerborum discrepantiam habere rationẽ. Et interim priusquã ad aliora ueniamus, breuis est explicanda sententia. Si speculator fuerit constitutus in populis, ut annunciet gladium domini iramq; uenientem: & annunciante eo populus audire noluerit, speculator liber erit: & ille qui oppressus est gladio, ipse sanguinis sui sustinebit reatum: quod si audierit, saluabit animam suam. Si autem speculator nõ sonuerit bucina, & populus ignorans uenturum gladium nequaquam se obseruauerit: populus quidem in sua morietur iniquitate, attamen sanguinem morientis de speculatoris requiram manu. Et ut sciret propheta Ezechiel generalem disputationem ad se potissimum pertinere. Et tu, inquit, fili hominis, non à terra & à populo terrę, ut suprà dixi, sed à me constitutus es speculator domui Israel. Si ergo me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris loquutus ad eum ut se custodiat & de interitu liberetur: ille quidem in sua iniquitate morietur quam prius cõmiserat, & de qua si annunciasses potuit liberari, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Quod si tu annunciaueris atq; præceperis impio ut conuertatur à uijs suis pessimis, & ille hoc facere noluerit: ille quidem in sua iniquitate morietur, tu autem liberasti de interitu negligentiæ animam tuam. Ex quibus uerbis discimus, posse hominẽ quamuis iniquum & impium si uerba magistri audierit & egerit pœnitentiam, à sua impietate saluari, nec minus magistrũ subire discrimen si docere noluerit, uel timore discriminis uel desperatione peccãtis, dum reus est sanguinis eius qui liberari potuit & de morte erui: nisi magistri silẽtio cõdisset, & in utroq; liberũ seruari arbitriũ, dum & in magistri uolũtate est uel tacere uel loqui, & in auditoris arbitrio uel audire & facere atque saluari, uel contemnere, & proprio perire cõtemptu. Nec statim sequitur: ut quia propheta prędicit, ueniat quod prædixit: Non eñ prædicit ut ueniat sed ne ueniat: nec qa deus loquitur, necesse est fieri quod fieri minat, sed ideo comminatur, ut conuertatur ad pœnitentiam, cui minatur: & nõ fiat quod futurũ est si uerba domini contẽnantur. Possumus autem tripliciter locũ istum disserere, ut terra quæ sibi speculatorem constituit, uel iuxta literã terra Iudæa sit, uel iuxta spiritualem intelligentiam ecclesia, quæ sæpe de nouissimis populi sui speculatorem eligit: illum uidelicet quem & Apostolus scribens ad Corinthios assumit iudicẽ: uel certe anima cre- 1 Cor. 15.a
dentis quæ mentem atq; rationem præponit populo ac turbæ cogitationũ suarum, ut non omnia cogitationum incentiua suscipiat, sed iudicet atq; discernat quæ sectãda sibi quæue fugienda sint. Speculator terræ Iudææ, uel rex potest intelligi, uel propheta: speculator autem ecclesiæ, uel episcopus uel presbyter qui à populo electus est, & scripturarũ lectione cognoscens & præuidens quæ futura sint, annunciet populo & corrigat delinquentem. unde magnopere formidandum est, ne ad hoc officium acceda mus indigni, & assumpti à populo, negligentiæ nos demus atq; desidiæ: & quod his peius est, delicijs uentriq; & ocio seruientes, honorem nos accepisse putemus nõ ministerium. Siquidem filius hominis non uenit ministrari sed ministrare, & pedes discipulorũ lauit, ut ostenderet omnes sordes atq; uitia à magistris in discipulis debere dilui atq; purgari. Nec statim respondeamus, quid prodest docere, si nolit auditor facere quod docueris: Vnusquisq; enim ex suo animo atque officio iudicatur: Tu si locutus non fueris, ille si audire contemserit. De magistris negligentibus Salomon loquit: Sapientia abscondita & thesaurus occultus: quę utilitas in utrisq;? Tale quid significatur & in euãgelio, quod qui scandalizauerit unũ de minimis ecclesiæ, expediat ei ut alligetur ad collum eius mola asinaria, & abijciatur in profundum, q̃ in specula constitutus, plurimis noceat.

¶ Tu

HEB. dormiuit in medio incircunciſorũ cũ interfectis gladio, Pharao & oĩs multitudo eius, ait dñs deꝰ.

SEP. dormiet in medio incircunciſorũ cũ uulneratis gladio, Pharao & oĩs multitudo eius, dicit dñs deus.

Cap. XXXIII

ET factũm est uerbum dñi ad me dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum induxero super eam gladiũ, & populus terræ uirum unũ de nouissimis suis, (siue hominẽ unũ de suis:) & constituerit eũ super se speculatorẽ, & ille uiderit gladium uenientẽ super terram: & cecinerit buccina, & annunciauerit populo. Audiens aũt quisquis ille est sonitũ buccinæ, & non se obseruauerit, uenieritq; gladius & tulerit (siue cõprehenderit) eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonitũ uel uocẽ buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si aũt se custodierit, animã suã saluabit. Quod si speculator uiderit gladium uenientẽ, & non insonuerit buccina, & populus non se custodierit: ueneritq; gladius & tulerit de his animã, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autẽ eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annũciabis eis ex me: Si me dicente ad impium, impie morte morieris, non fueris loquutus ut se custodiat impius à uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sin autem annunciante te ad impium ut à uijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à uia sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberasti.

A a ¶ *Tu ergo fili hominis, etc.*] Si negligenter legamus: uidetur nobis eadẽ prophetia esse quæ supra, in qua dicitur: Nunquid uolens cupio mortem iniqui, dicit dominus: nisi conuerti eum à uia sua mala & uiuere? Et in fine eiusdem prophetiæ: Conuertimini & redite ab uniuersis impietatibus uestris, & non erunt uobis in tormentũ iniquitates. Ibi enim ad eos sermo fit qui uolunt agere pœnitentiam & iustitia peccata delere: ut cum fiducia cõuertant & pleno animo agant pœnitentiam. Hic aũt ad eos loquitur qui magnitudine peccatorũ imò impietatũ suarũ desperant salutẽ & dicunt: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis tabescimus, quõ ergo uiuere poterimus? Et est sensus: Cũ semel nobis mors apposita sit, & uulneribus nostris nulla medicina possit restituere sanitatẽ, quid necesse est laborare & fruſtra cõsumi, & præsentẽ uitam non cum
B desperatione transigere, ut saltem hac fruamur, quia futurã perdidimus? Quibus respõdet deus, nõ uelle se mortẽ impij, sed ut reuertat & uiuat. Et apostropham facit ad impios desperantes, conuertimini à uijs uestris pessimis. Atq; ut sciamus qui sint impij ad quos loquit, sequens sermo demõstrat. Quare moremini domus Israel? Vita autẽ & mors in hoc loco non hæc significat, qua omnes cõmuni cum bestijs lege naturæ uel uiuimus uel morte dissoluimur, sed illa de qua scriptũ est: Placebo dño in regione uiuentiũ. Et anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et à speciali cõmonitione qua Israel domui loquebatur, ad generalẽ transit disputationẽ: quod & iustũ præteritæ non saluent iusticiæ si nouis sceleribus fuerit occupatus, & peccatorẽ uel impium antiqua peccata nõ perdant, si operibus iusticiæ ueteres emẽdarit errores, deũq; nõ præterita in utroq; iudicare, sed præsentia. Si dixero, inquit, iusto, uita uiues, & ei præmia iusticiæ pollicitus fuero, cõfisusq; ille peccauerit, omnes iusticiæ eius pristinæ obliuioni tradent, & præsenti iniquitate morietur, nec mea est mutata sententia, cum non possim eidẽ homini peccatori reddere quod iusto promiserã. Ecõtrario si peccatori & impio fuero cõminatus & dixero: Adhuc tres dies & Nini ue subuertatur, & ille egerit pœnitentiã, bonisq; operibus ueterẽ emendarit errorẽ, ita ut iudicium faciat & iusticiam, pignus restituat rapinamq; reddat, in mandatis uitæ ambulet, nec faciat quicq; iniustum, nõne debet uita quæ Christus est uiuere & nequaquam mori: cum cõminatio peccatoris iustum punire non debeat? Tale quid loquitur sermo diuinus ad Hieremiã quando descendit in domũ figuli, & audit uel promissa uel cõminationẽ dei id agere, ut uel homines prouocent ad salutem, uel deterreant à peccato. Vnde qui dicunt: Non est æqua uia domini, arguuntur q̃ ipsorum sit iniqua sentẽtia, habentiũ oculum pessimum, & nequaq̃ nouã, sed ueterã iudicãtium. Quibus omnibus demonstrat, nec peccatorem salutẽ desperare debere si agat pœnitentiam, nec iustum in sua confidere iusticia, si perdiderit negligẽter quod magno labore quæsierat. Manifesta transcurrimus, ut in obscurioribus immoremur. In quibus autẽ præsens ,pphetia discrepet à præterita & in quibus loquat similia, collatio utriusque poterit indicare. Porrò quid sit iudiciũ facere & iusticiã, pignus restituere, rapinã reddere, in mandatis uitæ ambulare, & cætera, in hoc eodem propheta supra diximus. b ¶ *Et factũ est in duodecimo an. etc.*] Vndecimo anno regni Sedechiæ, quinto mense, capta est ciuitas Hierusalem. Hæc autẽ prophetia, duodecimo anno, decimo mẽse quinta mensis captiuitatis siue transmigrationis quando captus est Iechonias. Ex quo ostenditur, post unum annũ & quatuor menses & uigintiquinq; dies, capta Hierusalem uenisse Babylonẽ unum ciuium Hierusalẽ, qui nunciaret captam urbem atq; uastatã. Ante unũ autẽ diem quàm ueniret qui ista narraret: uespері facta est manus dñi ad Ezechielẽ prophetam, quæ aperuit os eius quod diu clausum fuerat: & quicquid erat ille dicturus, hic factũ ante replicauit, nec siluit amplius uidens prophetiam suam opere cõpletam, & nequaq̃ dubitare populum qui erat in Babylone, uel eos qui capti erãt de uaticinio prophetali. Tunc eñ aperit os prophetæ, qñ quod prius nunciauerat, opere mõstrarit effectũ, & tota libertate proclamat, qui nequaq̃ futura, sed uel præsentia uel transacta demonstrat. Hoc secundum literam. Cæterũ iuxta Anagogen, si Ezechiel interpretatur fortitudo dei: Christus autem est dei uirtus & dei sapientia, hoc intelligendum, quod capta Hierusalẽ & subuersa: quicunq; perfidiam Iudæorum potuerit euadere, quales fuerũt apostoli & reliquiæ quæ saluæ factæ sunt, ipse Christo nunciat omnes ceremonias Iudæorũ esse subuersas, quas quidam usq; hodie obseruãdas putãt, nõ audiẽtes illud Apostoli: A gratia excidistis q̃ in lege iustificamini. Mirorq; hominũ pertinaciã, id uelle sermone defendere, qđ opere implere non audeant, nisi forte sub pelle ouium, id est,

T 4 Christia-

Supra 18.g

Hier. 18.a

Psal. 114.b

Matt. 20.d

Eccl. 20.d

Mar. 9.f
Ioan. 13.d

Gal. 5.4

A Christianorum, lupi cælantur Iudaici. Quid defensor synagogæ in Christi ecclesiis personat? Capta ergo Hierusalem atq; subuersa, aperitur os domini per apostolos & apostolicos uiros, qui possunt dicere: Os meum apertum est ad uos ô Corinthij, & apertum est mihi o-

re, tũc se intelligant nimiũ esse prudentes, & magis cupere dormire q̃ discere, habitentq; in Lxx. cellulis Alexandrini Phari: ne uela perdant de nauibus, & funium detrimenta suspirent. Hæc contra inuidos, nunc quod proposuimus disseramus. Capta ut diximus Hierusalẽ

C

tẽploq; subuerso, pauperes terræ de quib. scribit Hieremias, soli relicti fuerãt in Hierusalem, qui uineas & agros colerent, & in ruinis incensæ urbis habitarẽt. Cumq; deberent agere pœnitentiã super his propter quæ captiuitas uenerat, seipsos cassa spe decipiẽtes loquebantur: Vnus fuit pater noster Abraham, & tamen hanc terram hæreditate possedit, non quod ipse possederit, sed quod semẽ eius terrã repromissionis acceperit. Si igitur ille unus in tantos multiplicatus est populos, nos multo plures qui relicti sumus in terra Iudæa, & habitamus in urbibus desertis ac ruinosis, utiq; multo amplius multiplicabimur, ut possideamus plures quod unus ille possedit. Quibus respondit dominus, Abraham unum fide possediſſe terram repromissionis. Credidit enim Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Istos autem incredulitate & sceleribus occupatos, etiam si plures sint, possidere non posse. Simulq; enumerat quid facientes offendant deum, sex uidelicet genera peccatorum. Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immundicias, hoc est, ad idola uestra, & sanguinẽ fundit is, hoc est, homicidium perpetratis, nunquid ista facientes poteritis terram hæreditate retinere? Nec hoc estis scelerum sine contenti, sed statis in gladijs uestris quotidie, parati ad occidendum, & imitantes Esau, qui stetit & uixit in gladio suo: facitis abominationes incredibiles, uidelicet libidinum turpitudines, & unusquisque uxorem proximi sui polluit, ut in eo sit sceleratior, quod amici & proximi polluerit uxorem. Et cum hæc, inquit, faciatis: arbitramini uos terram hæreditatem possidere? Hæc dicit dominus deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent, & qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorandum, qui autem in præsidijs & in speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius, & desolabuntur montes Israel, eo quòd nullus sit qui per eos transeat. Et sciẽt quia ego sum dominus, cum dedero terram eorum desolatam & desertam propter uniuersas abominationes suas, quas operati sunt. Et tu fili hominis, filij populi tui loquũtur de te iuxta muros, & in ostijs domorũ, & dicũt unus ad alterum, uir ad proximum suum loquẽtes: Venite & audiamus qui sit sermo egrediens à domino. Et ueniũt ad te quasi si ingrediatur populus (uel quomodo populus congregari solet) & sedent coram te populus meus & audiunt sermones tuos & non faciũt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, & auariciam suam sequit̃ cor eorum (siue ut in Septuaginta continetur:) Quoniam mendacium in ore eorum ipsi faciunt, & post abominationes suas cor eorũ graditur. (Sequitur:) Et es eis quasi carmen musicum quod suaui dulciq; sono canitur, & audient uerba tua, & non faciẽt ea, & cum uenerit quod prædictum est, ecce enim uenit, tunc scient quòd propheta sit in medio eorum.

Pſal. 118.c

transmigrationis (siue captiuitatis nostræ:) uenit ad me qui fugerat (siue qui saluatus fuerat) de Hierusalem, dicens: Vastata (siue capta) est ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me uespere antequã ueniret qui fugerat, aperuitq; os meum donec ueniret ad me mane, & aperto ore meo nõ silui amplius. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israel loquẽtes, aiunt: Vnus erat Abraham, & possedit terram, nos autẽ multi sumus, nobis data est terra in possessionẽ. Idcirco dices ad eos, hæc dicit dominus deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immũdicias uestras, & sanguinem funditis, nunquid terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladijs uestris, feciſtis abominationes, & unusquisque uxorem proximi sui polluistis, & terram hæreditate possidebitis? Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent, & qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorandum, qui autem in præsidijs & in speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius, & desolabuntur montes Israel, eo quòd nullus sit qui per eos transeat. Et sciẽt quia ego sum dominus, cum dedero terram eorum desolatam & desertam propter uniuersas abominationes suas, quas operati sunt. Et tu fili hominis, filij populi tui loquũtur de te iuxta muros, & in ostijs domorũ, & dicũt unus ad alterum, uir ad proximum suum loquẽtes: Venite & audiamus qui sit sermo egrediens à domino. Et ueniũt ad te quasi si ingrediatur populus (uel quomodo populus congregari solet) & sedent coram te populus meus & audiunt sermones tuos & non faciũt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, & auariciam suam sequit̃ cor eorum (siue ut in Septuaginta continetur:) Quoniam mendacium in ore eorum ipsi faciunt, & post abominationes suas cor eorũ graditur. (Sequitur:) Et es eis quasi carmen musicum quod suaui dulciq; sono canitur, & audient uerba tua, & non faciẽt ea, & cum uenerit quod prædictum est, ecce enim uenit, tunc scient quòd propheta sit in medio eorum.

Hiere. 39.c

B turas ruinas urbis cecinerat per prophetas & mane impletas esse monstrauit. a

¶ *Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis qui habitant in ruinosis, etc.*] Primũ sciendum, quod octo plus uel minus uersus ab eo loco quem posuimus: Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immũdicias uestras, usq; ad eum locũ ubi scriptum est: Hæc dices ad eos, sic dicit dominus deus, in Septuaginta nõ habentur, qui cum multis alijs & hęc prætermiserunt, siue interpretata ab eis, scriptorũ paulatim sublata sunt uitio. Et latini nostri imò inuidi Christiani, & ut apertius dicam, Grunniænæ factionis hæredes aduersum nos latrant, cur iuxta Hebraicũ disseramus, quasi nolentibus ingerendi sint cibi, & non his epulæ præparẽtur qui eas cum gratiarum actione suscipiunt. Certe si nobis non habent fidem, legãt alias editiones, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: interrogent Hebræos non unius loci, ne eos à me redemptos iactitẽt, sed diuersarũ prouinciarũ, & cum errori meo uel imperitiæ cunctos uiderint cõsona

A hæreditate retenturos: Respondet igitur eis ô propheta, & hanc super eos ex meo sermone prome sententiã. Iuro per memetipsum, quod qui habitant in ruinosis & parietinis, gladio cadent, & q̃ in agris sunt siue in campo, à bestijs deuorentur, & qui in muratis siue in præsidijs ac speluncis, dei irã uitare nõ possint, sed fame moriantur & pestilentia. Et dabo, inquit, terrã Iudææ in solitudinẽ, & deficiet superba fortitudo eius, quę quondam fuerat fortitudo. Superbis aũt resistit deus, & humilibus dat gratiam. Montes quoq; & omnia deserentur, & in tantam uenient solitudinẽ, ut nullus per eos transeat, & tunc nequaq̃ confident in multitudine sua pauci qui remanserant, sed cognoscent solitudinis magnitudine q̃ ego sim dominus, qui dedi terrã in desertum propter omnes abominatiões quas operati sint. Hæc dicta sint aduersus eos q̃ capta Hierusalẽ, omniq; Iudæorum regione uastata, pauci habitabant in ruinosis & in desertis urbibus uillulisq;. Nunc ueniamus ad Tropologiã, & iuxta consuetudinẽ nostrã, latã disputationẽ stringamus potius q̃ disseramus. Omnis hæreticus in parietinis habitat & desertis, & possidere se putat terrã Israel, dicitq;: Si Abrahã fide sua unus homo in tantã uenit beatitudinẽ, ut semẽ eius multiplicaret̃ sicut arena maris, & sicut astra cœli, quanto magis nos plures terrã Israel, hoc est, cernentiũ deum, & Iudæam confessionis dominicæ possidebimus? Quibus respondit dominus. Ille possedit terrã fidei merito: uestra autem infidelitas imò blasphemia terrã Israel, id est, ecclesiam possidere non poterit. Primum enim comeditis in sanguine effundentes eorũ sanguinẽ quos scandalizatis. Deinde oculos uestros leuatis ad immũdicias uel abominationes uestras, quas de uestro animo cõfinxistis, cum debueritis imitari ecclesiasticum uirum, & dicere:

Pſal. 122 B Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Tertio sanguinẽ funditis, non uiuificãtes eos quos seduxistis, sed interficientes. Nec uobis sufficit tria ista feciſſe, sed statis in gladijs uestris, hoc est, perseueratis in prauitate sententiæ, & parati estis ad cædes, & feciſtis abominationes, ea agentes in cubilibus quæ turpe est loqui, & uxorẽ proximi uestri polluistis, ecclesiasticã uidelicet cõuersationẽ, quotidie de cõplexu Christi deceptos rapere festinantes. Et cum hæc feceritis, putatis uos terrã hæreditate tenturos? Quibus loquitur deus: quod qui cunq; in ruinosis hæreticorũ habitauerit conciliabulis, gladio cadat ecclesiastico: de quo scriptũ est: Gladij ancipites in manibus eorum. Et in euangelio: Non ueni pacem mittere sed gladium. Et seruus qui se luxuriæ tradit & ocio, diuidet̃, id est, mucrone feriet̃, & pars eius ponet̃ cum infidelibus. Et qui in agro siue in campo est, bestijs tradetur ad deuorandum, quas prophe-

Luc. 19.49 Matt. 10.d Luc. 12.f

C ta uitare desiderans deprecatur: Ne tradas bestijs animam confitentẽ tibi. Qui autẽ in præsidijs & in muratis est, de quibus scriptũ est: Ciuitates firmas ascẽdit iustus, & destruxit munitiones earum in quibus confidebant impij, & uersatur in speluncis, de quibus dicitur: Scriptum est: Domus patris mei, domus orationis uocabitur, uos aũt feciſtis eam speluncam latronũ: iste fame sermonis domini & peste morietur, & dabitur omnis terra hæreticorũ in solitudinẽ, ita ut frangatur eorum superbia, & redigantur montes in solitudinẽ, qui sibi altitudinẽ scientiæ promittebant. Qui montes uocantur Israel, quia sub Christi nomine deceptos quosq; supplantãt, nullusq; per eos transibit, nec dicere poterit quod Moyses: Transiens uidebo uisionẽ hanc magnam: habitatores enim sunt peruersorũ montium, non peregrini & accolæ: ut cum hæc paſsi fuerint, tunc cognoscant q̃ ipse sit dñs, qui dederit terram eorum in solitudinẽ propter abominatiões quas operati sunt. Sequitur: Eadem quidem die & eodem tempore, hoc est, duodecimo anno, decimo mense, in quinta mensis, quando uenit qui fugerat de Hierusalẽ, & quando locutus est propheta ad eos qui erãt in terra Iudæa, & æternæ possessionis sibi spem pollicebant̃, & iubet propheræ ut dicat populo qui in Babylone uersatur & habitat cum eo, & arguat eos super insidijs blandicẽtibus, qui prophetæ uerba audire desiderant, non ad animæ salutẽ, sed ad aurium uoluptatẽ. Isti iuxta muros sedebant & in ostijs domorũ, nequaq̃ in sensum prophetæ intrare cupientes, sed mutuo se hortant̃ & dicunt: Veni te & audiamus qui sit sermo egrediens à domino, & sic

D ueniunt quasi populus qui ingrediatur ecclesiã dei, & sedent coram te populus meus qui meũ esse se dicit, & nolunt facere quod audierunt. Istiusmodi mihi uident̃ eorũ similes qui theatralibus luduntur carminibus, & uel tragœdos audiunt uel comœdos, & ibi cum uoluptate palpantur, ita cum egressi fuerint à te, replicent ea & decantent, & dulci sono se decipiant. Et audient, inquit, uerba tua & non facient ea. Tales sunt usq; hodie multi in ecclesiis, qui aiũt: Venite audiamus illũ & illũ; mira eloquẽtia prędicationis suæ uerba uoluentẽ, plaususq; cõmouent & uociferant̃ & iactant manus, & quæ operibus neglexerant, postq̃ aduenisse cognouerint, necesse est enim euenire quod propheta dei sermone pronunciat, tunc incipient approbrare & nosse, quòd cũcta quæ audierãt, non fuerint hominis uerba sed domini, qui per prophetã & uirũ ecclesiasticũ locutus est.

Pſal. 73.d Prou. 21.c Matt. 21.b Exod. 3.a

Commentarij decimi in Ezechielem prophetam finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN VNDECIMVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Eustochium Prooemium.

VNdecimus in Ezechielem explanationum liber, in extrema sui parte contra Gog & Magog uaticinium continebit, & usq; ad exordium ciuitatis in monte positæ & templi in ea situ ueniet Hierusalem. Quem si adiuuante domino & sua mysteria differente potuero ad calcem usq; perducere, diu mihi erit multumq; dubitandum, utrum ad spiritale templum debeam mittere manus, an aperte ignorantiam confiteri, præsertim cum & apud Iudæos & apud nos super interpretatione eius grande silentiũ sit: alijs in futuro tempore extruendum esse censentibus, alijs bono quidem animo, sed imperito, scientibus spiritualia esse quæ dicuntur, & tamen ipsa spiritualia quomodo differi debeant nescientibus. Et interim ut præsentis operis cura nos teneat, scias ô uirgo Christi Eustochium, orandum tibi esse pro nobis. In prophetia difficillima, illud breuiter admoneo, quod uir nostræ ætatis haud ignobilis, ad imperatorem scribens super hac natione dixerit: Gog iste, Gothus est, cui qua ratione possint omnia quæ in ea scripta sunt coaptari, non est meum sed eorum qui hoc putant differere.

Commen-

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam, Liber undecimus.

Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, etc. Sæpe cõmonui editionẽ me utrãq; miscere, ut librorum uitẽ magnitudinẽ in his dũtaxat quæ nõ multum à sẽ in translatione discordãt. Post captam Hierusalẽ postquam annũciauit in Babylone q fugerat, locutus est de his qui habitabant in ruinosis Hierusalem, & deinde ad eos qui in captiuitate positi, nihilominus perseuerabant in malicia, prophetæ uerba audire nolentes: nunc ad pastores, id est, ad principes sermonem dirigit, quorũ uitio oues, id est, populi dissipati sunt. Et hoc notandum, quod à duodecimo anno, decimo mense, quinta mense transmigrationis siue captiuitatis Iechoniæ
B & qui cũ eo capti fuerant, usque ad uicesimum & quintum annum, quando supermontem urbis ædificatæ templũ extruit, & incredibilia ecclesiæ sacramenta panduntur, nullus in medio annus, nullumq; tempus est positum, sed simpliciter dicit, factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, loquere ad illas & ad illos: ut intelligere debeamus omnia quæ leguntur tredecim annis, diuersis dicta temporibus, & tamẽ certa inter se spacia temporũ nõ habere. Ad pastores autẽ Israel sermo dirigit, quos ut reges uel principes, scribas & pharisæos ac magistros Iudaici populi debemus accipere: Vel certe in euangelico popło, episcopos, presbyteros, & diaconos: aut iuxta mysticos intellectus, angelos singularũ ecclesiarũ, ad quos scripsit Ioannes in A

pocasypsi sua. Et quorũ angeli quotidie uident faciem dei. Primumq; dicitur: Væ pastoribus Israel qui cum gregem domini pascere debeant, & saluti illius prouidere, pro sua festinãt luxuria. Vndẽ magnopere cauendum est, & obseruanda illa præcepta: Ne quæras iudex fieri, ne fortè nõ possis auferre iniquitates. Et iterum: Quanto maior es, tanto magis te humilia, & in cõspectu domini inuenies gratiã. Et rursum: Ducem te constituerunt, ne eleueris: sed esto inter eos quasi unus ex illis. Vnde & apls quasi paruulũ atq; lactentẽ inter discipulos esse se dicit. Quodq; sequit: Lac comedebatis, & lanis operiebamini, p Metaphoram pastorum ad principes loquit, de quibus & in alio loco scriptũ est. Qui deuorant plebẽ meã sicut escam panis. In lacte, oẽs escas intelligẽ: in lanis, multiplicem uestium uarietatem. Quod autẽ dicitur: Et quod crassum erat, occidebatis: de diuitibus populi loquit, quos mali principes in ecclesiis iugulare narrantur, dum eos prædicant, & uitia eorum increpare non audent. De quibus & propheta dicit: Populus meus, q beatos uos dicũt: seducunt uos, & semitam pedum uestrorum supplantant. De quibus & Iacobus loquitur, quod cũ ingressi fuerint ad eos preciosis circumdari uestibus, & annulo aurco, honorantur ab eis, & sanctis pauperibus dicitur: Tu uerò sede in scabello siue in terra, aut sta. Isti quod infirmum est, non confortant siue consolidant: Vnde & Paulus loquitur: Suscipite infirmos, & infirmum in fide assumite, & multi inter uos infirmi & ægrotantes. Ad quos mittitur sermo diuinus, de quo

C
Apoc. 1.d
Eccle. 7.d
Ibidem 3.c
Ibid. 32.d
1. Cor. 3.d
Psal. 52.d
Esa. 3.b
Iacobi 2.d
Rom. 14.d
D

scriptum est in psalmis: Misit uerbum suum & sanauit eos

A eos, & eripuit eos de corruptiõibus eorũ. Et quod fractum est, ait, non alligant: neq; mortalia in populis considerantes uulnera: qualis est adulter, homicida, sacrilegus. Et quod abiectum est, siue quod errare uiderint, non reducunt, permittentes eos ab hæreticis decipi. Et quod perierit, nõ requirũt, non tam perditos saluare cupientes, quàm eos q sunt in ecclesiis deuorare: sed cum austeritate imperantes eis, & cum potẽtia, quod proprie ad superciliũ episcoporum pertinet, eorum uidelicet qui operibus dedecorant nominis dignitatem, & pro humilitate assumunt superbiam, ut honorem se putẽt cõsecutos, non onus, & quoscũq; in ecclesia uiderint præpotentes, & dei habere sermonẽ, opprimere nituntr. Vnde iuxta
B Lxx. scriptum est: Et quod forte erat, affligebatis labore. Et dispersus est populus dei, uel uitijs, uel errore hæreticorum, eo q non esset pastor bonus, qui poneret animam suam pro ouibus, sed omnes mercenarij qui lucra tantum de gregibus considerant, & cum lupũ uiderint fugiũt. Quorum negligẽtia, grex domini deuoratur à bestijs agri, de quibus scriptum est: Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ agri, catuli leonũ rugientes, ut rapiant & quærant à deo escã sibi. Et disperguntur, & errant in cũctis mõtibus, qui eleuantur contra scientiã dei, & in uniuerso colle excelso, qui per hæreticam superbiam, ecclesiasticam despiciunt simplicitatẽ. Et super omnem faciem terræ dispergunt, terrena, non cœlestia requirentes. Et non erat qui requireret, nec qui reduceret, quia delicijs occupati, gregis dominici damna non curant. Vnde ad ma-

Psal. 103.c

erunt pascua earũ (siua ouilia eorum) ibi requiescent in herbis uirentibus, & in pascuis pinguibus pascent super montes Israel. Ego pascã oues meas, & ego eas accubare faciã (siue requiescere) dicit dns deus. Quod perierat, requirã, & quod abiectũ erat (siue errauerat) reducam, & quod cõfractũ fuerat, alligabo, & quod infirmũ erat, cõsolidabo (siue confortabo:) & quod pingue & forte, custodiã & pascã illas in iudicio (siue cum iudicio.) Vos autem greges mei (siue oues meæ) hæc dicit dns deus: Ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietũ & hircorum. Nónne satis uobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarũ uestrarum conculcabatis pedibus uestris, & cum purissimã aquam biberetis, reliquã pedibus uestris turbabatis. Et oues meæ his quæ cõculcata pedibus uestris fuerant pascebantur, & quæ pedes uestri turbauerant, hęc bibebant. Propterea hæc dicit dns deus ad eos: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum (siue inter pecus forte & infirmũ:) pro eo q lateribus & humeris uestris impingebatis, & cornibus uestris uentilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Saluabo gregem meum, & non erit ultra in rapinã, & iudicabo inter pecus & pecus (siue inter arietẽ & arietẽ.) Et suscitabo super eas (siue eos) pastorẽ unũ qui pascat eas (siue eos) seruũ meũ Dauid: ipse pascet eas (siue eos) & ipse erit eis in pastorẽ. Ego autẽ dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorũ: Ego dominus locutus sum. Et faciã cum eis pactum (siue testamentũ) pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra, & qui habitabant in deserto securi dormient in saltibus. Et ponã eos in circuitu collis mei benedictionẽ, & deducã (siue dabo) imbrẽ in tempore suo, pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignũ agri (siue dabunt ligna camporum) fructum suum, & terra dabit germen suum (siue fortitudinẽ) & erunt (siue habitabunt) in terra sua absq; timore (siue in spe pacis) & scient quia ego dominus, cum contriuero catenas (siue torquem iugi) eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi (siue seruire eos facientium.) Et non erunt ultra in rapinã gentibus, neq; bestiæ terræ deuorabũt eos, sed habitabunt confidenter (siue in spe) absq; ullo terrore. Et suscitabo eis germen nominatũ (siue plantationẽ pacis:) & non erunt ultra imminuti (siue pereuntes) fame in terra, neq; portabunt amplius opprobria gentiũ. Et scient quia ego sum dns deus eorũ cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, dicit dns deus. Vos autem greges mei, grex pascuæ meæ (siue oues) homines estis, & ego dominus deus uester, dicit dominus deus.

Et factus

los pastores sermo fit C
domini, quia ista & ista fecisti, quæ supra exposui, & quę secundo enumerat: Ecce ego ipse ad pastores ueniam, & requiram gregem meum de manu eorũ, quibus expedit, ut mola asinaria alligetur ad collũ, quam ut minimũ scãdalizent de populo meo. Et hæc erit eorum pœna uel maxima, ut ultra non pascant gregem meum: ne sub occasione ouium seipsos pascãt, & opes cõgregent. Et liberabo populũ meum de ore eorũ. Requirã, inquit, de manu, & liberabo de ore, quod auidis faucibus deuoratur. Cũ autem requisierit oues, uisitat eas quasi ægrotantes atq; malentas, & pastorũ negligentia dissipatas, & liberabit de omnibus locis in die nubis & caliginis, de
D qua loquitur & Ioel: Adest dies domini, & prope est dies tenebrarum & caliginis, & dies nubis & nebulæ. Tunc educẽtur de terris, ut inducantur in terram suam, quæ est terra uiuẽtium, & ipse eas pascet in mõtibus Israel: de quibus loquitur Dauid: Leuaui oculos meos Psal. 120.c
in montes, unde ueniet auxiliũ mihi. Et non solum in montibus, sed in riuis, & in cũctis sedibus terræ, in pascuis uberrimis, & in mõte excelso, de quo Esaias & Micheas plenius uaticinatur: siue in montibus excelsis Israel: Ibi requiescẽt in herbis uirentibus, & dicẽt: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit: Super aquas refectionis educauit me. Et pascentur in pascuis pinguissimis super montes Israel. Est infinita, pmissio, spesq; beatitudinis, quando ipse dominus pollicẽs dicens: Ego pascam oues meas, & nequaq; eas cõmittam malis pastoribus, & ego eas accubare faciam, dicit dns deus

Esa. 2.c
Mich. 4
& 7
Psal. 22.c

A deus: ut requiescāt in sinu Abrahā, Isaac, & Iacob. Tunc quod pericrat in gentiū populis, requiret, & quod errauerat in hæreticorū persuasione, reducet, & quod cō fractū fuerat, alligabit, & quod cōtritū atq; infirmū, cō
Psal. 102.d solidabit: ut impleat quod scriptū est: Qui sanat infirmi
Ibid. 50.d tates eorum, & alligat cōtritiones eorū. Cor enim cōtritū & humiliatū deus nō spernit.
Psal. 6.d Vnde & sanctus loquitur: Sana me dñe, qm conturbata sunt ossa mea. Et in tricesimo septimo psalmo pœnitens: Non est, inquit, pax ossibus meis à facie peccatorū meorū. & quod pingue (ait) & forte, custodiā, ne uoret à bestijs. Et pascet oues suas in iudicio, sciēs cui oui quæ pascuæ debeantur. Diuersæ
Ioan. 14.a & 5.d em sunt māsiones apud patrē, & nō iudicat pater quenquā, sed omne iudiciū dedit filio. Hæc aūt aduersum pastores locutus est: nūc loquit ad oues, id est, ad populū, & ad utriusq; pecoris gregē, id est, ouium & caprarū, & non solū ad oues & capras, sed & ad arietes & hircos, qui sunt in gregib. principes, quibus ait: Nonne uobis satis erat, q bonis scripturarū pascuis uescebamini: sed insuper reliquias pascuarū uestrarū cōculcabatis pedibus. Et cū aquā eloquiorū dei purissimā biberetis, reliquas aquas pedibus turbabatis, ut populus meus conculcatas à uobis pascuas & turbidas aquas māducaret & biberet, & uestro uitio quod per se bonū erat, corruptū uiolatūq; susciperēt. Quod & omnes quidē hæretici faciūt, ut carpant eloquia scripturarū, & quantū in se est, maculent. Sed & ecclesiastici uiri qui dogmatū non custodiunt ueritatē, sed de suo corde cōfingunt, magistrāq; habēt præsumptionē suā, simili errore retinētur.
B Qui cū populo persuaserint uera esse quæ fingūt, & in theatralē modū plausus cōcitauerint et clamores, immemores fiūt imperitiæ suæ, & adducto supercilio, libratisq; sermonibus atq; trutinatis, magistrorū sibi assumūt autoritatē. Videamus igitur quod sit iudiciū inter pecus & pecus, & quo iudicio iudicet eos bonus pastor & uerus, q accepit omne iudiciū à patre. Ecce, inquit, ipse ego iudico inter pecus pingue & macilentū, siue inter forte & infirmū. Fortes em lateribus & humeris suis impingūt atq; collidūt infirma pecora, & cornibus uentilant: nesciētes in lege taurū cornupetā debere puniri. Impingebāt aūt lateribus, & cornibus uentilabāt, donec dispergerēt & eijcerēt oues foras. Superbia em maiorū & præpositorū iniquitate frequēter pellun tur de ecclesia: ut dispergant à dño, quos ipse saluauit. Sed non dimittet eos ultra dñs in rapinā, & iudicabit inter pecus & pecus: non inter nomina dignitatū quibus tumēt præpositi, sed inter hominē & hominē, iuxta
Ioan. 10.b id q uterq; seruus est dñi. Tunc suscitabit pastorē unū, qui dicit in euāgelio: Ego sum pastor bonus: seruū suū Dauid, secundū id q formā serui dignatus est assumere, qui Dauid interpretat, manu fortis. Ipse pascet eos, & dñs erit eis in deū, uel filius & pater, uel certe pastor iuxta assumptā carnē, dñs autē & deus iuxta uerbū qd erat in principio apud deū. Qui Dauid, pficientib. pecudibus in rationale animal, nequaq; pastor uocabit,
Ioan. 1.d sed princeps in medio eorū, de quo scriptū est: Medius autē uestrū stat quē uos ignoratis. Tunc ponet cum eis pactū pacis, nequaq; bellorū atq; discordiæ, quia factus
Philip. 4.b est in pace locus eius: sed pacis Christi, quæ exuperat
Ioan. 14.d omnē sensum, qui dicit: Pacē meā do uobis, pacē meā relinquo uobis. Et cessare faciet bestias pessimas de terra, uitia uel perturbationes, quibus animæ uexantur humanæ, uel aduersarias potestates à quibus impugnant. Et qui habitant in deserto securi dormient in saltibus. Dñs em reuelabit cōdensa syluarū, & in tēplo eius
C Psal. 28.b oēs dicēt gloriā. Eiectis aūt bestijs, & redacta terra in solitudinē, ab istiusmodi animantib. securi dormiēt & di
Psal. 26.a cent: Dñs illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Et ponet eos qui securi dormiēt in circuitu mōtis, uel collis sui, & erūt benedictio. Tūc dabit imbrē in tēpore suo, & pluuiæ benedictionis erūt, quas in Deutero
Deut. 28 nomij benedictionibus pollicet. Et dabit, inquit, lignū uitæ, de
Gen. 2.b quo in Genesi scriptū est. Lignūq; sapiētiæ, de quo dicitur: Lignū uitæ est omnibus qui assumunt eam. Dabit
Prou. 3.c aūt fructū suū, qñ & terra dederit fructū suū: Siue ligna regionū, sanctorum plurima multitudo. Et terra dabit
Psal. 84.b germē suū: Veritas em de terra orta est. Et erūt in terra sua absq; timore, siue in spe pacis: in terra uiuentiū, in
Matt. 5.d terra māsuetorū, de qua scriptū est: Beati mites, qm ipsi possidebūt terrā: ut rerū omniū felicitate cognoscant q ipse sit dñs: qñ cōtriuerit catenas, uel circulū ferreū iugi eorū, quo quasi grauissimo premebant imperio, & eruerit eos de manu imperantiū, siue seruitute affligentiū eos. Seruus est em unusquisq; eius à quo uincitur. Et nequaq; erūt ultra in rapinā dæmoniacis gentibus: nec bestiæ terræ deuorabunt eos, de quibus diximus, sed habitabunt cōfidenter absq; ullo terrore, iuxta superiorē expositionē. Et suscitabo, inquit, eis germē nominatū, siue plantationē pacis, quæ loquit in euāgelio:
Ioan. 15.d Ego sum uitis uera. Et non erūt ultra imminuti fame in terra. Ergo fames in terrenis est: fames autē audiēdi sermonē dei, quæ sub pastore bono & germine nominato atq; omniū sermone celebrato, & plantatione pacis, nequaq; erit in terra, neq; amplius opprobrijs gētium
D subiacebunt, ut dicant: Vbi est dñs deus eorū? Et scient
Psal. 113 post hæc omnia q non solū ipse sit dñs, quod & supra quoq; dixerat: sed cū additamēto, q dñs omniū ppriæ deus eorū sit cū eis, qui dicit in euāgelio ad apostolos:
Matt. 28.d Ecce ego uobiscū sum cūctis diebus, usq; ad cōsummationē seculi. Cū aūt fuerit ipse dñs deus eorū, tūc & ipsi erunt populus eius, non quilibet, sed qui meruerint appellari domus Israel. Ac ne putaremus uniuersa quę dicta sunt ad pastores, & oues hircosq; & arietes pertinere: soluit ænigma, imò metaphorā, et ponit manifestius: uos autē oues meæ, & oues pascuæ meæ homines estis. Omis igit sermo diuinus de hominib. est, ad quos dicit, ego sum dñs deus uester, dicit dñs deus. Cap. XXXV.

CAPVT XXXV

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, pone (siue conuerte) faciem tuam aduersum montem Seir, & prophetabis de eo (siue ad eum) & dices illi, hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manū meā super te: & dabo te desolatū atq; desertū. Vrbes tuas demoliar (siue in urbib. tuis faciā solitudinē): & tu desertus eris, & scies quia ego sim dñs: eo quod fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladij (siue & assederis domui Israel fraudulēter in manu gladij) in tēpore afflictionis eorū, in tēpore iniquitatis extremæ. Propterea uiuo ego dicit dñs deus: qm sanguini tradā te, (siue qm ī sanguine peccasti, & sanguis te psequet): & cū sanguinē oderis, sanguis persequet te. Et dabo mōtē Seir desolatū & desertū, & auferā de eo eū tē & redeuntē: (siue homines & iumenta). Et implebo mōtes eius occisorū suorū (siue uulneratorū): in collib. tuis & in uallibus tuis atq; torrentibus, interfecti gladio cadēt. In solitudines sempiternas tradā te, & ciuitates tuæ nō habitabunt, & scietis (siue scies) qm ego sum dñs: Eo quod dixeris: duæ gentes, & duæ terræ (siue regiones) meæ erūt, & hæreditate possidebo eas, cum dñs esset ibi. Propterea uiuo ego dicit dñs deus, quia faciā iuxta iram (siue inimicitiā) tuā: & secundū zelū tuū quē fecisti odio habens eos, & notus efficiar tibi cū iudicauero te: & scies quia ego sum dñs. Au diui uniuersa opprobria tua: (siue uocem blasphemiarū tuarū) quæ locutus es: (siue quia locutus es) de montibus Israel, dicens: deserti nobis dati sunt ad deuorandum, & insurrexistis super me ore uestro: (siue magnifice locutus es super me ore tuo:) & derogastis aduersum me (siue uociferati estis contra me) uerba uestra: ego audiui. Hæc dicit dñs deus: Lætante uniuersa terra in solitudinem te redigam: sicuti gauisus es super hæreditate domus Israel, eo quod fuerit dissipata: sic faciam tibi. Dissipatus (siue desertus) eris mons Seir: & omnis Idumæa, & scient quia ego sum dominus.

Cap.

A Symmachus: Sanguinem tuum odisti: & sanguis persequetur te. Prophetatur aūt quod & ipse capiendus sit, & redigendus in solitudines sempiternas, & rerū fine cognoscat esse iudicē deū, eo quod dixerit: Duæ gentes, & duæ regiones meæ sunt: uel Idumæorū & Iudæorū, uel certe Iudæ & Israel, duarū uidelicet & decem tribuum. Et locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti nobis dati sunt ad deuorandum, nō considerans quod hæc cōtra deum blasphemia redunderet. Vnde sequit: Lætante uniuersa terra, in solitudinē te redigam. Et est sensus: Cum oīs terra Iudæa receperit pristinū statū, tu permanebis in solitudine sempiterna. Quodq; infertur: Sicut gauisus es sup hæreditate domus Israel, eo quod fuerit dissipata: sic faciam tibi, in Lxx. nō habetur: sed sub asteriscis de Theodotionis editione additum
B est. Omnis autem ira dei illuc proficit contra montem Seir, ut cū fuerit dissipatus, & ipse & uniuersa Idumæa cognoscāt, quia ipse sit dñs. Hæc iuxta historiam, & sensum magis q uerba cursim dixerim: Transibo ad Anagogem, & studio breuitatis pauca perstringam. Pone, inquit, siue conuerte faciem tuam aduersum montem Seir. Et significanter ait, conuerte: ab alia prophetia ad aliam prophetiam. Faciem autem non cor-
2.Cor. 3.c poris, sed animi de qua dicit & apostolus: Nos autem omnes reuelata facie, gloriam domini contemplantes. Mons autē Seir qui interpretatur hispidus & pilosus, contraria fortitudo accipienda est: quæ præsidebat genti filiorum Esau, & se contra populum Iuda, id est confessionis & ueræ fidei erexerat. Quod si prudens lector oppoſuerit, quomodo in isto loco Seir, hoc est hispidus & pilosus intelligatur in malam partē: cum Helias
3.Reg. 1.b quoq; uir pilosus dictus sit: Breuiter respondebo: de Esau scriptum esse, quod rufus fuerit & quasi pellis hispidus, de Helia uero quod uir tantū pilosus. In Esau qui
Gen. 25.d sanguinarius & cruentus, pelli hispidæ comparat: mortalium operum & ipsius mortis indicium est: in Helia uirilitatis argumētū. Quamobrem & habitatio eius in solitudine et conuersationis austeritas, non solū uirum, sed & uirum fortissimum demonstrabat. Porrò Iacob qui supplantauerat Esau, & primogenita eius acceperat: quia simpliciter habitabat domi, & non erat uenator sicut gigas Nemrod, idcirco leuis appellatur & ni-
Gen. 10.b tidus. Videamus ergo quid dici præcipiat deus ad mōtem, siue cōtra montem Seir. Ecce ego ad te mons Seir:
C non mittā angelos, nec alijs utar ministris: sed ipse ad te ueniam, & extendā manum meā super te, & habitū per cutientis assumam, & dabo te desolatū atq; desertum: ut qui male habitaveris, & plurimos habebas impietatis tuę socios: intātum ut & urbes extrueres imperiumq; tibi propriū uendicares: nunc desolatus cum urbibus tuis, quas & Hieremias destruere iubetur atq; suffodere, ut bonas pro eis extruat ciuitates: in eo proficies, ut scias quod ego sim dñs, quem ante solitudinem tui nosse non poteras. Omnis autē causa peccati est quod fueris inimicus sempiternus. Vnde dicit & psalmus: Irascimini & nolite peccare, ut cito cōciliemur inimicis, & odia charitate mutemus. Sed non talis mons Seir,
D qui super inimicitias sempiternas conclusit siue obsedit filios Israel dolo in manu gladij. Ex quo intelligimus, quod quicunq; gladiū arripuerit cōtra filios dei, & dolose aliquid egerit & obsederit eos, tradatur in manus gladij sicut mons Seir in tempore iniquitatis extremæ: qñ dies pessimi sunt, & mūdus in maligno positus est, & multiplicata iniquitate, refrigescit charitas
Hier. 1.b. 51 multorum. Est autem & aliud peccatum montis Seir: ut quoniā oderat sanguinem iustorū, quem singulis persecutionibus cupiebat effundere, ab ipso sanguine sustineat persecutionem. Vnde & sub altari sanctorū animæ clamitant, & ultionem à dño sui sanguinis deprecantur. Et auferuntur de monte Seir, euntes & redeuntes, id est omnis habitator, siue homines & iumēta quæ saluantur in ecclesia, de quibus scriptum est: Homines
Psal. 35.b & iumenta saluos facies dñe. Quod in mōte Seir utrūq; deletur, ut & hi qui uidentur aliquid habere rationis: & illi qui simplici fide contenti sunt, deo iubente dispereant. Et implentur montes eius uulneratorum & occisorum. Et non solum montes qui ad impietatis uerticem peruenerunt: sed colles quoq;, hoc est inferiores discipuli montis Seir, & ualles quæ in ima depressæ sunt: siue torrentes qui turbidas habent aquas, & hinc inde collectas, uenientesq; de superbia, uel iuxta Lxx. campos qui medij inter colles & ualles sunt. Hi omnes interfecti cadent gladio domini & extentæ manus eius atq; percutientis: ut redigantur in solitudines sempi-

ternas, & si quæ erant ciuitates, hoc est, conciliabula malę habitationis, & ipsæ dispereant & desinant in malam partē habere consensum, & diuidātur linguæ eorum, ne turrem blasphemiæ contra deum possint extruere, et redactę in solitudinē atq; desertū, cognoscāt quod ipse sit dominus. Nec sufficit mōti Seir tanta dixisse quæ præteritus sermo narrauit: sed hoc quoq; per superbiā locutus est: Duæ gentes & duæ terræ sue regiões meæ sunt: Idumæa uidelicet & Iudæa, & hæreticos & ecclesiasticos possidebo pariter. Et hoc (inquit) dixisti cum dñs esset ibi qui suo populo præsidebat. Propterea iurat dñs & dicit: Viuo ego dicit dominus deus: quod iuxta irā tuā qua sęuiebas in populū dei: & zelū tuum quo persequebaris Christi familiā, odio habēs eos quos possidere cupiebas, cū te percussero & iudicauero, tūc tibi notus efficiar, & scies q opprobria tua et blasphemias non alio referente cognouerim, sed ipse audierim quę locutus es contra mōtes Israel dicens: deserti nobis dati sunt ad deuorandum. Montes Israel, Moysen, p phetas & apostolos debemus accipere: quos hæretici & hæreticorum princeps diabolus sibi putant traditos ad deuorandū: quādo aut rarus, aut nullus in ecclesia reperitur qui possit pugnare pro montibus domini, & eorum laceratione sua uoce defendere. Et insurrexistis, inqt, super me ore uestro siue magnifice locuti estis: nō ut putaus cōtra mōtes, sed per illos aduersum me, & rogastis siue clamastis aduersum me. Omnes enim preces uestræ ô mons Seir & soci mōus Seir:

CAP. XXXVI

TV aūt fili hominis, propheta super montes Israel, & dices: mōtes Israel audite uerbum dñi: hæc dicit dñs deus, eo quod dixerit inimicus de uobis euge, altitudines (siue solitudines) sempiternæ in possessionem datæ sunt nobis: ꝓpterea uaticinare & dic: hæc dicit dñs deus: Pro eo quod desolati estis & cōculcati per circuitū: (siue pro eo quod dispersi estis ab his qui in circuitu uestro sunt): & facti in hæreditatē (siue in possessionē) reliquis gētib. & ascēdistis super labiū linguæ, & opprobriū populis (siue gētibus). Propterea mōtes Israel audite uerbum dñi dei: Hæc dicit dñs deus mōtib. & collibus, torrentib. uallibusq; & desertis parietinis (siue dissipatis), & urbib. derelictis quæ depopulatæ sunt & subsannatæ (siue cōculcatæ) & reliquis gentib. per circuitū. Propterea hæc dicit dñs deus. Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa uniuersa, qui dederunt terram meam sibi in hęreditatē cum gaudio, & toto corde, & ex animo, & ciecerunt eam ut uastarent: siue cū odio despicientes animas ut subuerterent eas in uastatione. Id circo ait, uaticinare super terram Israel, & dices montib. & collibus, iugis & uallibus, hæc dicit dominus deus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum eo qđ confusionē (siue opprobria) gentium sustinueritis. Idcirco hæc dicit dñs deus (siue adonai dominus:) Ego leuaui (siue leuabo) manū meam: ut gentes quæ in circuitu uestro sunt, ipsę confusionē (siue ignominiam) suā portent. Vos aūt montes Israel ramos uestros (siue uuas uestras) germinetis, & fructū uestrū afferatis populo meo Israel: prope est enim ut ueniat. Quoniā ecce ego ad uos: & conuertar ad uos (siue respiciā uos) & arabimini & accipietis sementē, & multiplicabo in uobis homines omnemq; domū Israel, & habitabunt ciuitates & ruinosa instaurabunt (siue deserta ædificabuntur.) Et replebo uos hominib. & iumentis, & multiplicabunt & crescēt: & habitare uos faciā sicut à principio: bonisq; donabo maioribus. quàm habuistis ab initio: & scietis quia ego sum dñs. Et adducam (siue generabo) super uos homines, populū meū Israel, & hæreditate possidebunt te (siue uos) & eris (siue eritis) eis in possessionem: & nō addes ultra, ut absq; eis sis (siue & non addetis ultra, ut absq; liberis uos faciat.) Hæc dicit dñs deus: Pro eo quod dixerunt de uobis (siue tibi) deuoratrix hominū es & suffocans gentem tuam: propterea homines nō comedes amplius, & gentem tuā non necabis ultra, ait dñs deus: ne auditā faciam in te (siue in uobis) amplius confusionē (uel ignominiā) gētium: & opprobria populorū nequaquā portabis (siue portabitis) & gentē tuam non amittes amplius (siue gēs tua absq; liberis ultra nō erit) dicit dominus deus. Et factum

de quibus supra dixi: Implebo montes eius, & colles, & ualles, & campos siue torrentes, fuerunt ad uersum me: nequaq; preces & oratiões, ut putatis ad deum, sed clamores, uociferationes, atq; blasphemię, unde & dñs commi natur & dicit: Sicuti gauisus es super hæreditate domus Israel: quando tuis persecutionibus dissipata est atq; lacerata, & in toto orbe dispersa, sic faciam tibi. Lætante eū uniuersa terra uiuentiū, terraq; sanctorū, & omnibus cōuersis ad seruitutem dei, tu dissipatus eris mons hispide, mons pilose, & omnis Idumæa, o pera uidelicet terrena & cruori & sanguini deditæ: ut tūc cognoscas quod ipse sim dominus, qui alibi sum locutus: Ego sum dominus deus uester.

CAP. XXXVI

TV autem, etc.] Supra ponit prophetæ facies, siue cōuertit aduersum mōtem Seir: hic filius hominis loquitur ad mōtes siue super mōtes Israel, qui iubētur dei audire sermonē. Et ut paūlper differā Tropologiā, totius ad mōtes Israel prophetię, breuiter hic sensus est. Quia insultauit uobis inimicus, hoc est, mons Seir, & putauit qđ in perpetuum ipse uos possideret: & altitudines quondā dñi nūc desertas cessisse sibi in hæreditatē, & nō solū dixit, sed & aliquāto tēpore uos possedit: intantū ut superbe loqueretur contra uos, quod opprobriū esse tis cunctis gentibus. Propterea hæc dicit dñs deus, nō solū mōti Seir, sed & montib. eius & collibus, torrē tibus, uallibusq;, & desertis atq; uastatis, & urbibus derelictis: quoniam in igne zeli sui & aduersum omnes quidem gentes, sed præ

præcipue cōtra Idumæam locutus sit, quæ cū cæteris, inquit, gēub. tenuit terrā meam in possessionē, & possedit gladio, & toto corde possedit, ut eijceret habitatores de ea terrāq; uastaret. Propterea loquere (ait propheta) super terrā Israel, & dices mōtib. & collib. & iugis (ꝓ quib. Lxx. τοῖς ὄρεσιν in terpretati sunt, quæ nos nemorosa intelligimus loca) & uallib. Hęc dicit dñs deus: in zelo & in furore meo, opprobrij uestri ultor existā, & leuabo manū meā, ut gētes quæ in circuitu uestro sunt, ignominiā & cōfusionē suā portēt: uos aūt ô mōtes Israel, secundū pristinū statū germinetis uirgulta, ramosq; mittatis: siue iuxta Lxx. afferatis uuas, quibus populus meus saturet. Qđ nō putetis post lōgū tempus futurū, prope est, instat, & ueniet tēpus. Ac ne uobis uideatur hoc esse difficile, ipse ego ueniā ad uos, & qui à uobis recessērā, cōuertar ad uos: ut pristinā culturā recipiatis: & semēte oīnia cōpleant, ita ut multi in uobis sint homines: & habitent ciuitates quæ prius destructæ fuerāt. Et nō solū homines multiplicabo, sed & iumēta æque multiplicabunt & crescēt: & habitare uos faciā sicut à principio, qñ Mose duce trās Iordanē, duæ & semis tribus ac ceperūt possessionē: trās Iordanē & sub Iesu filio Naue, aliæ nouem & semis tribus terrā Iudææ possederūt: bonisq; uos donabo multo maioribus, ꝙ fuistis ab initio priusq; captiuitates uarias sentiretis. Et cū hoc uobis fecero, tūc cognoscetis qđ ego sim dñs. Et impleberis, inquit, ô terra Israel populo meo, qui te hæreditate tēturus est: & eris eis possessio, & nō addes ultra, ut absq; filijs sis. Cū autem multiplicatus fuerit uester habitator ô mōtes Israel, tūc nequaq; dicēt inimici uestri cōtra uos, qđ homines deuoretis, & absq; liberis sit uestra possessio, sed ecōtrario multiplicetis homines, & largissimam prolem uestra posteritas germinet. Nec audies, inquit, amplius nec sustinebis cōfusionē gētū: sed nec amittes gētē tuā, ut aliqñ sustineas captiuitatē: quia dñs locutus est. Hæc κατὰ πρόσωπον more Iudaico dixerimus: quę illi expectāt in mille annorū regno, qñ ciuitatē Hierusalē assērūt extruēdā, & tēplū quod in fine huius uoluminis describit, & rerū oīmū felicitatē: quorū nōnulli arbitrātur sub Zorobabel hæc fuisse cōpleta. Sed quō stare poterit hoc qđ dicit: Et habitare uos faciam sicut à principio: bonisq; donabo maioribus, cū habuistis ab initio? Sub Zorobabel eīm, Esdra, & Neemia pauci de populo sunt reducti, & ipsi obedientes Medis ac Persis: & deinceps Macedonib. & Aegyptijs atq; Romanis, usq; ad Titū & Vespasianū diuersarū gētiū regib. seruierūt, & usq; hodie seruiūt, ut stare oīmino nō possit hoc qđ in extrema dicit, ꝓphetia: & opprobriū populorū nequaq; portabis, & gētē tuā nō amittes amplius. Et quia lōgum est nūc aduersum dogma Iudaicū, et beatitudinem uētri & gutturi Iudaico seruiētē: qui oīa terrena desiderāt, & dicūt: Māducemus & bibamus, de quibus & Apost. loquit: Esca uētri, & uēter escis: deus aūt & hunc & illā destruet, in breui explanatione dicere: nūc ad spirituālē intelligētiā trāseamus, iuxta quā & Esaiæ extremas partes interpretati sumus. Neq; enim iuxta Iudaicas fabulas, quas illi ἀδυνατώσας appellāt, gēmatā, & aureā de cœlo expectamus Hierē, nec rursum passuri circūcisionis iniuriā: nec oblaturi taurorū & arietū uictimas, nec sabbati ocio dormiemus. Qđ & multi nostrorū, & præcipue Tertulliani liber qui inscribit de spe fideliū, & Lactātij institutionū uolumē septimū pollicet, & Victorini Pitabionen. episcopi crebræ expositiones, & nup. Seuerus noster in dialogo, cui Gallo nomen imposuit. Et ut Græcos nominē, & primū extremūq; cōsūgā, Irenęus et Appollinarius. Nos ergo mōtes Israel, ꝓphetas & apostolos esse dicemus, q audiūt uerbū dei, & quib. diabolus insultauit inimicus dicēs: Euge, excelsi quōdā montes de quibus scriptū est: Mōtes in circuitu eius: & dñs in circuitu populi sui, mihi dati sunt in possessionē: qñ persecutionis angustijs desolati sunt & cōculcati per circuitū, & facti in hęreditatē reliquis gētib. & ab omnib. blasphemati. Propterea lōqt dñs cōculcatis mōtib. & desolatis, & nō solū mōtibus, sed & inferiorib. ac per singulos gradus in terra Iudæa, hoc est, in monte ecclesiæ cōstitutis, de qua scriptū est: Nō potest ciuitas abscōdi super mōtē posita, & collib. atq; torrēntibus: quorum hyeme persecutionū & tēpestate, pressuræ augent fides. Vallib. quoq; his qui in humilitate depressi sunt, & desertis ecclesijs & parietinis: atq; in toto orbe ecclesiarū cōciliabulis derelictis: qualis sub Diocletiano & Maximiano in toto orbe persecutio fuit: per quā proscriptæ sunt ecclesiæ atq; uastatæ: qñ subsannauerūt ecclesiā oēs gētiliū & hæreticorū gētes per circuitū: quod in igne zeli furoris sui locutus sit, & proprie aduersum Idumæā, quæ terrenis operib. uolebat oēs depolita imagine cœlestis, portare imaginē terreni. Illi eīm dederūt terrā dei sibi in hæreditatē, & ex toto corde atq; ex animo ecclesiā dñi persecuti sunt, & ciecerūt eā de sedib. suis & uastauerūt. Sed quid profuit nationibus: quid iuuit hæreticorū gētes insultasse terræ dñi: cū dñs loquatur ad eā & montib. illius collibusq; ac iugis siue nemorosis locis, quæ amœnitate uirebāt paradisi: & collibus, de quibus supra diximus, in zelo & in furore suo locutus sit: & ꝓ opprobrio gētiū leuet manū suā cōtra aduersarios, qui ecclesiā persecuti sunt, ut portēt cōfusionē & ignominiā suā? Tūc persecutorib. interfectis, & pace ecclesiæ reddita, mōtes Israel, apostoli uidelicet & apostolici uiri, germinabūt arbores suas, & extēdēt ramos: uuasq; afferēt calcādas in prælo dñi, de quibus musta fundunt, quæ inebriēt credētiū populos, & exprimitur uinū quod lætificat cor hominis: ut omnis fructus mōtiū, de quibus cōficitur panis de cœlo descēdēs, comedatur à populo dei Israel. Et ne forsitā desperemus in persecutionib. addit: Propè est tēpus ut ueniat. Veniēs eīm ueniet, & nō tardabit. Vnde suū ad mōtes & ad eos qui in tribulationib. perdurarūt, pollicetur aduētū: atq; promittit quod post persecutionis ardorē exerceatur terra prius decerpta Christi uomere, & oēm uirtutū sementē recipiat, de qua nascātur & multiplicētur homines & oīs domus Israel. Cūq; ciuitates, hoc est, ecclesiæ credēnum fuerint inhabitatæ redeūtib. turbis: tūc nequaq; solū homines qui pollebant sciētia scripturarū: sed & iumenta, simplices quiq; credentiū multiplicabunt atq; succrescent, & habitabuntur ecclesiæ sicut à principio, hoc est, priusq; esset persecutio: bonisq; florebunt maioribus. quàm habuerūt ab initio, martyrū uictorijs coronatæ. Et tūc sciēt quod ipse sit dñs qui restituit plebē suā pristino statui, quæ possideat ecclesias: & ipsa sit ecclesiarū hęreditas: & nequaq; ultra absq; liberis sit, quos in persecutione perdiderat. Vnde iubetur prophetæ, ut loquatur ad terrā mansuetorū terrāq; uiuentiū, siue ad montes Israel, & dicat: Persecutorū ultra nō patieris opprobriū: nec insultabūt iugulatū populū tuū, sicut oues occisionis. Pace eīm reddita, opprobria uniuersa cessabunt: nec sustinebis cōfusionē & ignominiā inter diuersas in circuitu nationes, sed gentē tuā habebis & populū: quia ueritas promissionis, dñō loquente firmata est. ¶ Et factū est, etc.] Perspicua sunt quæ dicunt, & omis sensus montiū Israel, qui prius deserti fuerāt, & postea restituti, nūc manifestius ponit: Redditq; causas deus quare populū Israel captiuitati tradiderit, & ꝓpter suā clemētiā pollicet reductu-

A reducturum se eos in terrā Iudææ, & multo ampliora tributurū: q̄ abstulerat. Quod quidam Iudæorū referunt ad Zorobabel tempora, quādo Cyro rege Persarum laxante captiuitatē eorum, de tribu Iuda & Beniamin plurimi reducti sunt in Iudææ. Alij uero ad mille annorum regnum referunt, quādo sub Christo quem putant esse uenturum, ut ciuitas extruatur Hierusalē, & ædificetur templū, de quo in ultima parte huius prophetię dicturi sumus. Et interim ut Iudaicas fabulas relinquamus & interminabiles genealogias, iuxta consuetudinem nostrā, breuiter προθεωρία huius capituli percurramus, & quid nobis uideatur, iuxta ecclesiasticam intelligentiam

B disseramus: Domus Israel, hoc est, populus Iudæorum habitauit quōdam in terra sua, hoc est, in terra Iudææ: quando eiecta est de Aegypto, sed polluerunt eā in uijs & in studijs, siue idolis suis: & intantū extitere polluti, ut immūditiæ mulieris mē struatæ cōparati sint. Propter q̄d deus effudit indignationem suam super eos, pro sanguine prophetarum atq; iustorum, quem fuderunt super terrā, dicente in euangelio

Mat. 23.d saluatore: Hierusalē Hierusalem quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sunt. Et iterum: Amen amē dico uobis: requiret sanguis qui effusus est à generatione hac à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariæ fi-

2.Par.24.f lij Barachiæ, quem effuderunt inter altare & templum. Non solum autem effuderūt sanguinem, sed & polluerunt terram sceleribus suis. Quamobrem dispersit eos, uel sub Babylonia captiuitate: uel sub Romana: C quando uere effuderūt sanguinē Christi: & uentilati sunt in terras, quomodo paleæ uentilantur, & iuxta uias suas & inuentiones pessimas iudicati, ita ut in gentibus quoq; ad quas captiui ducti fuerant, polluerent nomē sanctū dei: eo quod per irrisionē dicerēt uniuersæ nationes: Ecce populus dei iste est, qui se iactabat, ꝓprie nosse cultum dei. Quod cum uidissem, ait: nō propter eos, sed propter nomē meum sanctum: creator em̄ omnium sum, peperci eis, & sanctificaui illos: & gloriæ pristinæ restitui, ita ut super credentes & ab errore cōuersos, effunderem aquam mūdam baptismi salutaris, & mundarē eos ab abominationibus suis, & ab uniuersis erroribus. D quibus fuerant occupati: & darem eis cor nouum, ut crederent in filium dei: & spiritum nouum, de quibus Dauid loquitur: Cor mūdum crea in Psal. 50 me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Et considerandū, quod cor nouum & spiritus nouus detur per effusionem & aspersionem aquæ. Quādo autem cor nouū datum fuerit & spiritus nouus, tunc auferetur de corde Iudaico omnis duritia, quæ lapidi comparatur, ut pro lapideo corde, sit cor carneum, molle & tenerum, quod spiritum dei in se possit recipere, & inscribi literis salutaribus. Tunc ambulabunt in præceptis domini, & custodient iudicia eius, & habitabunt in terra confessionis, quam dederat patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob, & cunctis sanctis ac prophetis: & erunt in populum dei, & dns erit eis in deum, quod præsenti tempore

A pore cōprobatur. Cūq; saluati fuerint uocabit dns fru-
Ioan. 12.d mentū & multiplicabit illud. Nisi em̄ granū tritici cadēs
Amos 8.d in terra mortuū fuerit, ipsum solū manet. Et nequaq̄ patiētē famē: nō famē panis & sitim aquæ, sed famē audiēdi sermonē dei: quā passus est ille qui à patre profectus oēm quam acceperat substantiā, dissipauit: qū famis necessitate cogente, porcorū pastus est siliquis. Tunc multiplicabit fructus
Pro. 3.c ligni, hoc est sapiētiæ, de quo scriptū est: Lignū uitæ est omnib. qui requirūt eā: & gemmina agri, in similitudinem
Gen. 29.d Iacob: cuius odor erat quasi odor agri pleni, cui benedixit dns. Nec ultra portabūt opprobrium famis in gentib. quod hodieq; Iudæorū patitur incredu-
1.Cor. 15.b litas: sed postq̄ beatitudinē fuerint cōsecuti, imitabūtur Apostolū qui dicit: Non sum dignus uocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiā dei. Et recordabunt uiarū suarū pessimarū, & studiorū nō bonorū quib. offendērāt deū, & displicebunt eis iniquitates suæ: & scelera sua quib. prius errauerāt. Hæc aūt oīa tributurus est dns: nō ꝓpter eos qui ꝓprio errore perierūt, sed ꝓpter nomē sanctū suū. Vnde ꝓuocat domū Israel, ut cōfundat & erubescat super priorib. uitijs, & suū intelligat creatorē. Postq̄ aūt mundauerit credētiū ex Iudæis populum

B ab iniquitatib. suis, & habitari fecerit urbes ecclesiæ: & instauraūerit ruinosa quæ in synagogis cōciderāt: & terra cōfessionis fuerit exculta ceremonijs dei, quæ quondā uisa est desolata omnib. sanctis, qui terrenæ cōuersationis opera prætercūt: Tunc oēs dicēt: quō terra Iudæa quæ quōdā fuerat inculta, nūc habet similitudinē paradisi dei, & ciuitates Iudææ quæ desertæ fuerāt & destitutæ, & sua incredulitate suffossæ, nunc erectæ & munitæ sunt in cōfessione & nomine dñi saluatoris, ita ut oīs creatura cognoscat, & multitudines angelorū, quæ terrā ambiūt Israel, q̄d dns dissipatas ædificauerit ciuitates: & incultas plātauerit regiōes, & q̄d pollicitus fuerat ꝓ ꝓphetas, opere cōpleuerit. Nec hoc erit liberalitatis suæ in populū quē saluauerit contētus munere, sed multo maiora præstabit. Inueniet em̄ à domo Israel, q̄ multo tēpore quæsitus fuerat, & nō inuētus. Et postq̄ inuenerit eū, multiplicabit eos sicut oues: nō brutorū animātiū, sed oues hominū, quæ ratiōis cōfessionisq; sunt plenæ: sicut oues sctās & greges Hierusalē: in qua ꝓprie dei cultus, & uisio pacis est, in solēnitatib. eius: qñ comedimus azyma synceritatis et ueritatis: et agni carnib. uescimur, & cruore potamur, & in septē hebdomadib. & in tabernaculis huius seculi dñica festa celebramus, ut ciuitates quōdā desertæ, plenæ fiāt gregib. hominū, & hac ratione cognoscāt, q̄ ipse sit dns q̄ cūcta præstiterit. Hæc iuxta historiæ ueritatē, imò iuxta ꝓphetæ fidē: quō popls Israel restituat in integrū statū, & reliq̄æ popli Iudæorū

Rom. 9.f 11.d Tropol. apostolo Paulo docēte, saluæ sint in apostolis, & in oīmbus q̄ ex Iudæis in principio crediderūt, & usq; hodie redeūt ad ecclesiā, breuiter dixisse sufficiat. Nūc Tropologiæ eadē breuitate aperiēdus est sensus: Quicunq; de domo est Israel, & cernit pacē Christi, quæ exupat oēm sensum: habitat in terra sua ecclesia, uel in carnis hospitio, q̄d ei à deo traditū ē. Sin aūt polluerit utrāq; terrā in uijs suis pessimis, & immūdicię mulieris mēstruatę fuerit cōparatus: effundit deus indignationē suā super eū, ꝓ sanguine uel suo, uel eorū, quos scandalizauerit & effuderit super terrā, & peruersis cogitatiōib. quibus polluit eā. Tunc dispergēt in gētes, ut incredulis coæquet: & uentilabit in terra instar palearū, ut à frumēto ecclesiæ separet, & iudicet secundū uias suas. Quod si nec sic senserit peccatū suū, sed polluerit nomē sanctū eius, di-

D cent oēs inter quos habitauerit: Ecce populus dei: ecce qui egressus est de terra eius, imò ꝓiectus. Si aūt egerint pœnitentiā, & sanctificatus fuero in medio eorū: tūc omnis gentiliū turba cognoscet, quod ego eos tollā de terris in quas dispersi erant: & reducā in terrā ecclesię, & effundam super illos nequaq̄ aquas baptismi salutaris, sed omnibus inquinamētis suis: & ab uniuersis idolis atq; erroribus, quæ in suo corde simulauerant. Et dabo, inquit, eis cor nouū, quod per peccatū perdiderant, & spiritum rectū innouabo in cordib. eorum. Et auferā cor lapideū, cor uidelicet incredulū: & dabo cor carneum, molle, & tenerū, quod dei præcepta suscipiat, ita ut ambulent in præceptis meis, & faciant iudicia quæ prius neglexerant, & habitent in terra quam dederā patribus eorum, magistris uidelicet atq; doctoribus, & rursum sit populus dei, & dns eis uertatur in deū quem prius offenderant. Tunc saluabuntur ab uniuersis inquina-

D mentis suis, & multiplicabitur eis frumentū de quo effi citur cœlestis panis, & non patientur ultra famē sermonis dei, & multiplicabitur in eis lignū sapientiæ, & gemmina in eorum pectore complebuntur. Nec erunt ultra opprobriū in gentibus, sed postquām misertus fuerit eorū deus recordabuntur uiarū suarum pessimarū: & scient ubi fuerint, & displicebunt sibi in iniquitatibus suis. Quod dicit dns, non propter illos, sed propter suā se facere clementiā. Vnde & cohortatur errantes, ut confundantur & erubescant in uijs suis, & restituantur in urbes ecclesiæ, quæ rursum habitentur ab eis, & omnia quæ in eis corruerant, ædificentur: & ad pristinas redeant ceremonias, & terra quondā deserta quæ accolis & peregrinis & mundi huius conuersationē trānseūtibus uisa fuerat desolata, reuertatur in pristinū statum: omnesq; mirentur & dicant: Terra illa inculta, terra deserta, in qua omnes quondā pertere uirtutes: nunc facta est quasi hortus uoluptatis & paradisus dei, & ciuitates quondā desertæ quæ deum hospitem non habebant, & destitutæ erant à spiritu sancto, & suffossæ incredulitate, munitæ erunt fide Christi: ut sciant omnes in circuitu, quod dns ædificauerit animas dissipatas, & plantauerit in eis atq; cōseuerit cunctarū uirtutū arbores: & ipse rebus præstiterit, quæ sermone promisit. Rursumq; cohortatur sermo propheticus pœnitentes, ut cūm cū regressi fuerint in ecclesias, semper requirāt dām, & inueniant eū: ut multiplicentur redeūtiū turbis greges dñi: non iumentorū & brutorū animātiū, sed greges hominū, qui fidei rationisq; sint pleni, greges sancti, greges urbis Hierusalē, in cunctis solennitatibus quas dei clementia receperunt, ut postquām ciuitates dñi huiusce modi gregū multitudo compleuerit, tunc sciant oēs quod ipse sit dns.

CAP. XXXVII

E T facta est super me manus dñi, & eduxit aquas doctrinæ & sermonis dei, & mundabo illos ab

Facta est super me, etc.] Famosa est uisio, & oīnū ecclesiarū Christi lectione celebrata: ob quā uel maxime causam utranq; æditionē ex integro posui: ne

A qua nobis ab Hebræis calumnia fieret, si saltem in uerbis aliquid discrepārēt. Solent ēm ridere de nobis & attollere supercilium: & inflatis huccis, ructare scientiam scripturarum, si non dicam sensuū discrepantiam: quæ si fuerit, iure reprehenditur, si uerborum dissonantiam in nostris codicibus potuerint demonstrare. Qui ergo putant de resurrectione, quæ ab omnib. & Iudæis & Christianis creditur, dei esse sermonem, hæc solent dicere: Facta est super prophetam manus domini, hoc est, dominus atq; saluator, per quem pater cuncta operatus
Ioan. 1 est: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.
B Et eduxit me, inquit, in spiritu domini, sub auditur manus domini. Eduxit autem eum in spiritu: non in corpore, sed extra corpus: Et posuit illum siue demisit in medio cāpi, qui plenus erat humanis ossibus: nec eū est passa requiescere: sed fecit ossa omnia circuire, quæ non erant operta humo, sed super campum iacentia: nec solum multa, sed multa nimis, & propter temporis uetustatem, arida ficq; uehementer, & nihil in se humoris habentia. Cumq; interrogasset eum sermo diuinus, utrum existimaret hæc ossa posse uiuere, respondit: Domine deus tu nosti, qui plenam habes scientiam futurorum. Dixitq; ad eum dominus: Vaticinare de ossibus, siue super ossa hæc: & dices ad ea: Ossa arida audite uerbum domini. In quo mirandum quomodo ad ossa arida sit locutus: quæ ante neruos, carnes, & cutem, & spiritum uiuificantem, dei possent C audire sermonē. Primumq; ossa cum alijs ossibus, neruorum uinculis colligantur, deinde implentur carnibus, & desuper ob pulchritudinem extenditur cutis quæ nudarum carnium operiat fœditatem, & tunc accipiunt spiritum, qui uiuere ea faciat, & postquām uixerint, tunc cognoscant, qđ ipse sit dominus. Dicente itaque prophe ta quod ei fuerat imperatum, statim est facta commotio, ossaq; in suam sunt applicata compagem: astricta neruis, plena carnibus, pelle cooperta: iacebātq; humana corpora spiritum non habentia. Id circo propheta uaticinatur ad spiritum, & ait: Hæc dicit dominus deus: A quatuor uentis ueni spiritus: à quatuor uidelicet mundi plagis, ut quomodo in prima conditione hominis, insufflauit deus in faciem eius, & factus est in animam uiuentem: sic & secunda conditio, id est, resurrectio mortuorum, insufflante spiritu uiuificetur: Qui ingressus est humana corpora, statimq; uixerunt, steteruntq; super pedes suos. Vnde & resurrectio dicitur mortuorum, congregatio siue ecclesia multa, & ut in hebræo habetur, grandis exercitus: eoq; completur tempore: Emitte spiritum tuum et creabuntur: & renouabis faciem terræ. Quæ autem sequitur. Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc uniuersa domus est Israel: uidetur facere quæstionem: eo quod nō de generali resurrectione, sed proprie de resurrectione dicatur domus Israel, quæ dicat: Aruerunt ossa nostra & perijt spes nostra, & abscisi sumus à terra nostra, siue omnino desperauimus: quibus ista dicentibus, tertio Ezechiel, pphetare compellit, & dicere ossibus aridis: Hæc dicit dns deus: Ecce ego aperiam tumulos uestros. In quo quæritur: Si aperit tumulos, quomodo supra dixerit: Erant autem multa ualde super faciē campi, siccaq; uehemēter. Et, educam inquit, uos de sepulchris uestris populus meus, secundum
Ioan. 5.d illud quod scriptum est in euangelio: Venit hora, quando qui in sepulchris sunt audient uocem filij dei, & exibunt qui bona egerūt in resurrectionem uitæ. Et iterum: Qui audierint, uiuēt. Et si, sicut nonnulli arbitrantur, de generali resurrectione dicit sermo diuinus: quid necesse fuit specialiter dici: Et inducam uos in terram Israel: cum in omni orbe terrarum resurgere debeant mortui ex his locis in quibus sepulti sunt. Cumq;, ait, edu
B xero uos de tumulis uestris, & dedero spiritum meū in uobis & uixeritis, tunc requiescere uos faciam super humum uestram, ut postquām requieueritis in terra Israel, tunc cognoscatis quod ipse sim dns, qui promissa opere cōpleuerim. Qui ergo de generali resurrectione hæc dicta intelligunt, illud quod uidetur facere quæstionem: Ossa hæc uniuersa domus est Israel: ad sanctorum resurrectionem referunt, de qua & Apostolus Ioannes in Apo
Apo. 20.b calypsi loquitur: Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima, super eum secunda mors non habet potestatem, quod uidelicet alia sanctorum, alia peccatorum sit resurrectio. Vnde & in psalmo primo dicitur: Non resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum. Terram autem Israel quam resurgentibus dominus pollicetur: illam esse confirmāt, de qua
Mat. 5.a Psal. 114.b scriptum est: Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Et: Placebo domino in regione uiuentium. Hæc loquuntur, qui de generali, ut diximus, resurrectione Ezechielem scripsisse autumant. Qui autem taliter interpretantur ista, nō debent nobis facere inuidiam, quod istum locum aliter exponentes, resurrectionem negare uideamur. Scimus enim multo robustiora testimonia, & in quibus nulla sit dubitatio, in scripturis sanctis reIob 19.g Dan. 12.a periri: ut est illud Iob: Suscitabis pellem meam, quæ ista sustinet. Et in Daniel: Multi qui dormiunt in terræ puMat. 10.c uere, resurgent: isti in uitam æternam, & isti in oppróbriū & in confusionem æternam. Et in euangelio: Nolite timere eos qui corpus interficiunt, animam aūt non possunt occidere: timete autem eū magis qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Et apostolus
Rom. 8.d Paulus: Qui uiuificabit mortalia uestra corpora propter inhabitantem spiritum eius in uobis, & multa alia. Ex quo perspicuū est non nos resurrectionem negare, sed hæc nō scripta de resurrectione cōtendere, & per resurrectionis parabolā, de restitutione Israel prophetari: qui eo tēpore captiuus erat in Babylone. Nec statim hę reticis occasionem dabimus, si hæc de resurrectione cō C
muni intelligi denegemus. Nunquam ēm poneretur si militudo resurrectionis ad restitutionem Israelitici populi significandam: nisi staret ipsa resurrectio, & futura crederetur: quia nemo de rebus non extantib. incerta

HEB. Aruerūt ossa nostra, & perijt spes nostra, & abscisi sumus. Propterea uaticinare & dices ad eos, hæc dicit dns deus: Ecce ego aperiā tumulos uōs, & educam uos de sepulchris uris populus meus, & inducam uos in terrā Israel, & scietis quia ego dns cū aperuero sepulchra uestra & eduxero uos de tumulis uris populus meus, & dedero spiritum meū in uobis & uixeritis: & requiescere uos faciā super humū uestrā, & scietis quia ego dominus locutus sum & feci, ait dominus deus. Et factus est sermo dei ad me, dicēs: Et tu fili homi nes: omnemq; domū Israel: & rursum, quod domus Israel habitatura sit in terra sua quæ quōdam inculta, postea futura sit quasi hortus uoluptatis, & ciuitates desertæ & destitutæ muniātur: & multiplicetur in eis domus Israel, sicut grex ouiū: & cætera quæ sequuntur ad eundem sensum pertinere: qui nunc sub Tropologia & parabola dicitur aridorū ossium & penitus nullū humorem uitæ habentiū: impleto illo quod in euangelio scriptum est: Quæ apud homines impossibilia uidentur, Mat. 19.d apud deum possibilia sunt. Eiecti sunt autem de sepulchris suis, de sepulchris captiuitatis: & uinculis quibus seruitute Babylonia tenebantur astricti. Sed hæc omnia Iudæi uel sub Zorobabel, ut prius dixi, expleta confirmant, quando magna est facta commotio: & regnum Chaldæorum in Medos Persasq; translatū: uel in præsentia Christi sui, quem putant esse uenturum. Nos aūt spiritualiter post crucem dñi saluatoris completa memoramus: & quotidie fieri in his, uel maxime qui instar Lazari peccatorum suorum fasciis colligati, ad no Ioan. 11.c cem dñi suscitant: & uere sunt domus Israel, arens quōdam & nullā spem habens salutis: sed intrante in se spiritu gratiæ, & porrigente dño manum, de profundo inferi liberentur: & qui prius dixerant: Domine deus, tu Mat. 14.d nosti hæc, postea audiant liberati: Modicæ fidei quare dubitastis: a ¶ Et factus est sermo domini ad me, dicens, etc.]

Regum narrat historia, sub Roboam filio Salomonis 3. Reg. 12.d duodecim tribus fuisse diuisas: & duas, hoc est Iudam & Beniamin cum Leuitis ac sacerdotibus secutas esse Roboam: qui regnauit in Hierusalem, & regnum eius appellatum est Iuda. Alias uero decem tribus quæ dixerunt: Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai: Hieroboam filio Nabath de tribu Ephraim, qui fuit filius Ioseph submississe ceruices: & seruisse ei, appellatasq; ex magna parte populi antiquo nomine Israel: & multo tempore regnum Iuda

SEP. Arida facta sunt ossa nra: perijt spes nra: desperauimus: ppterea uaticinare & dic ad eos, hæc dicit dns deus: Ecce ego aperiā memorias uras, & reducā uos de sepulchris uestris populus meus, & introducā uos in terrā Israel, & cognoscetis, qm ego sum dns cū aperuero sepulchra uestra, ut educā uos de sepulchris uestris populus meus. Et dabo spiritū meū in uobis & uiuetis: & ponā uos super terrā uram, & cognoscetis quia ego sum dns: locutus sum & faciā, dicit dns dns. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili homi nes: omnemq; domū Israel: & rursum, quod domus Israel habitatura sit in terra sua quæ quōdam inculta, postea futura sit quasi hortus uoluptatis, & ciuitates desertæ & destitutæ muniātur: & multiplicetur in eis domus Israel, sicut grex ouiū: & cætera quæ sequuntur ad eundem sensum pertinere: qui nunc sub Tropologia & parabola dicitur aridorū ossium & penitus nullū humorem uitæ habentiū: impleto illo quod in euangelio scriptum est: Quæ apud homines impossibilia uidentur, Mat. 19.d apud deum possibilia sunt. Eiecti sunt autem de sepulchris suis, de sepulchris captiuitatis: & uinculis quibus seruitute Babylonia tenebantur astricti. Sed hæc omnia Iudæi uel sub Zorobabel, ut prius dixi, expleta confirmant, quando magna est facta commotio: & regnum Chaldæorum in Medos Persasq; translatū: uel in præsentia Christi sui, quem putant esse uenturum. Nos aūt spiritualiter post crucem dñi saluatoris completa memoramus: & quotidie fieri in his, uel maxime qui instar Lazari peccatorum suorum fasciis colligati, ad no Ioan. 11.c cem dñi suscitant: & uere sunt domus Israel, arens quōdam & nullā spem habens salutis: sed intrante in se spiritu gratiæ, & porrigente dño manum, de profundo inferi liberentur: & qui prius dixerant: Domine deus, tu Mat. 14.d nosti hæc, postea audiant liberati: Modicæ fidei quare dubitastis: a ¶ Et factus est sermo domini ad me, dicens, etc.]

Regum narrat historia, sub Roboam filio Salomonis 3. Reg. 12.d duodecim tribus fuisse diuisas: & duas, hoc est Iudam & Beniamin cum Leuitis ac sacerdotibus secutas esse Roboam: qui regnauit in Hierusalem, & regnum eius appellatum est Iuda. Alias uero decem tribus quæ dixerunt: Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai: Hieroboam filio Nabath de tribu Ephraim, qui fuit filius Ioseph submississe ceruices: & seruisse ei, appellatasq; ex magna parte populi antiquo nomine Israel: & multo tempore regnum Iuda

A & Israel aduersum se habuisse certamina, ꝑpriisq; paruisse regibus: primasq; decē tribus captas ab Assyriis: & post aliquantū temporis eas quæ appellabāt Iuda à Chaldæis in Babylonem ductas esse captiuas: & tribū Iudæ post annos septuaginta, anti quæ terræ redditam: decem aūt tribus quę uocabant Israel, usq; hodie in montib. urbibusq; Medorū seruire captiuas. Præsens igitur prophetia hæc ex ore dñi pollicetur, quod utrunq; sibi iungatur imperium, hoc est regnū Iudæ, & regnum Israel: tollatq; uirga Ephraim, qui de Ioseph stirpe generatus est cum reliquis tribub. quæ ei sociatæ sunt: & iungatur uirgæ Iuda: ut nequaquam uocetur Iuda & Israel, sed uno nomine appellentur Iuda, & sub figura ꝓphetæ, qui præcedit in typo dñi saluatoris: nequaquam duabus manib. sed una Christi tenentur manu. Dicit enim se assumere filios Israel de medio nationum, ad quas captiui ducti sunt: & reducturū eos in terram & in montes Israel, de quibus supra legimus: & appellandā unā gētem, uniusq; regis regendam imperio: ut ultra non polluātur in idolis & abominationibus suis: sed cum fuerint de captiuitatis sedibus liberati in quibus peccauerūt, omnibus uitijs esse mundādos & futuros populum dei: ita ut dñs sit deus eorum. Et seruus, inquit, meus Dauid rex super eos. De quo & angelus loquitur in euāgelio, quod regnaturus sit super domum Iacob, & regni eius non sit finis: tantæq; erit clementiæ, ut non solum rex, sed & pastor appelletur: eo qđ superbū nomē imperij, pastoris uo-

4.Re. 25.a

B

Luc. 1.c

HEB. hominis, sume tibi lignum unū, & scribe super illud Iudę & filiorum Israel sociorū eius: & tolle lignū alterū, & scribe super illud Ioseph lignū Ephraim, & omnis domus Israel, sociorumq; eius. Et adiunge illa unum ad alterum tibi in lignum unū: & erūt in unione in manu tua. Cum autē dixerint ad te filij populi tui, loquentes: Nónne indicas nobis quid in his tibi uelis? Loqueris ad eos: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego assumam lignū Ioseph, quod est in manu Ephraim: et tribus Israel, quæ iunctæ sunt ei: & dabo eas pariter cum ligno Iuda: & faciam eas lignum unum: & erunt unū in manu eius. Erunt autem ligna super quæ scripseris in manu tua in oculis eorum: & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego assumā filios Israel dē medio nationum, ad quas abierunt: & congregabo eos undiq;, & adducā eos ad humum suam: & faciam eos gētem unam in terra in montibus Israel: et rex unus erit omnibus imperans. Et non erūt ultra duæ gentes: nec diuidentur amplius in duo regna: neq; polluent ultra in idolis suis & in abominationibus, & in cūctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt: & mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis deus. Et seruus meus Dauid rex super eos: & pastor unus erit omnium eorum: in iudicijs

SEP. hominis, assume tibi uirgā unā, & scribe sup eā Iudam & filios Israel qui appositi sunt ei: & uirgā secūdā assumes tibi: & scribes super eā Ioseph, uirgam Ephraim: & omnes filios Israel qui appositi sunt ei: & cōiunges eas inuicē tibi in uirgā unā, ut copules eas: & erūt in manu tua. Et erit qñ dixerint tibi filij Israel loquētes: Non indicas nobis quid sint ista tibi? Et dices ad eos: hæc dicit dñs dñs: Ecce ego assumā in tribū Ioseph per manum Ephraim tribus Israel, quæ adiunctæ sunt ei: & dabo eos omnes super tribū Iuda: et erūt in uirgam unam: & erūt una in manu Iuda. Et erunt uirgæ quas inscripsisti sic in manu tua corā eis, & dices eis: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego assumam omnē domū Israel de medio gentiū, ad quas ingressi sunt: & cōgregabo eos ex omnib. qui in circuitu eius sunt: & inducam eos in terram Israel: & dabo eos in gētem unā in terra mea in mōtib. Israel: & princeps unus erit omniū istorū in regem. Et nō erūt ultra in duas gētes nec diuidētur ultra in duo regna: ut nō polluantur ultra in idolis suis, & in offendiculis suis, & in oībus impietatibus suis. Et eruā eos ex omnibus iniquitatibus eorū in quib. peccauerunt: & mūdabo eos: & erūt mihi in populum, & ego ero eis in deū. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum: & pastor unus erit omnium istorum: quia in

C

cabulo mitiget. Qui postquam fuerint in gentē unam, & in terra Israel, ac montibus habitauerint, ambulaturi sint in omnibus iudicijs domini, & præcepta illius custodituri: habituri autem non in alia terra, sed in ea quam dedit seruo suo Iacob: in qua habitauerunt patres eorum, Abraham, Isaac, & Iacob, & reliqui sancti: & non solum ipsi habituri sint, sed & filij eorum ac nepotes, iuxta illud Vergilianum: Et nati natorum & qui nascentur ab illis: habitentq; non ad breue tempus, sed in perpetuum. Vultis autem, ait, scire qui sit iste rex & pastor? Ipse est de quo supra dixi, seruus meus Dauid. Qui cum in forma dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens: & factus est obediens patri usq; ad mortē, mortem autem crucis. cumq; sub tali rege fuerint, percutiam illis fœdus pacis nequaquam ut in ueteri testamento certaminum atq; bellorum, sed pactū pacis, quæ exuperat omnem sensum: de qua saluator loquit ad apostolos: Pacem meam do uobis: pacem meam relinquo uobis. Et propheta dicit: Factus est in pace locus eius. Quos cum in ecclesia fundauerit & stabilierit, ita ut possint dicere: Statuit supra petrā pedes meos: tūc multiplicabuntur uel credētium numero, uel multiplicatione uirtutum. Et dabo, inquit, sanctificationē meam, siue sanctuarium in medio eorum in perpetuum: quod Iudæi de templo interpretantur; quod sub Zorobabel extructū est. Sed quomō stare poterit hoc quod dicit in perpetuū: cum

Ioan. 14.d

ꝑsal. 75.a

ꝑsal. 39.d

D

Phil. 2.d

A cum templū illud quod à Zorobabel extructum est, & postea à multis instauratū, Romano igne succēsum sit? Quæ omnia referenda sunt ad ecclesiam & ad tempora saluatoris, quando tabernaculū eius positum est in ecclesia: ubi factus est deus noster, & nos populus eius. Profectusq; omniū est, ut sciāt qđ ipse sit dñs: & ipse sanctificet Israel, nō iuxta carnē, sed iuxta spiritū: qñ sanctificatio eius in medio credentium facta est in perpetuū. Qđ aūt dñs abiecerit tribū Ephraim, & elegerit tribum Iuda: & in Psalmis legimus, in quibus scriptū est: Et repulit tabernaculū Ioseph: et tribū Ephraim non elegit, sed elegit tribū Iuda: de qua scriptum est: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius donec ueniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentiū. Vere enim in aduentu dñi saluatoris, duæ uirgę: & ut in Hebraico positum

ꝑsal. 77.g

Gen. 49.b

B est: duo ligna in unū iuncta sunt sceptrū: & in baptismate Christi dudū separata sociantur: ut fiant in unum nouum hominem: & in unam gētem: neq; polluantur ultra in idolis & abominationibus: sed mundi lauacro, sint populus dei: & imperet eis Christus: & habitent super terram mitiū, terram uiuentiū, quam dederat seruo suo Iacob: q populū Israel in matris utero supplantauit. Sin aūt uoluerimus iuxtā prophetiam Osee, quæ penè omnis ad decem tribus dirigitur, id est ad Ioseph & Ephraim, & Samariam & Israel, intelligere fallū nominis scientiam & diuersas turbas hęreticorum: hoc dicemus, quod in ultimo tempore quādo subintrauerit plenitudo gentium, & omnis Israel saluus fuerit: tunc etiā aduersarij populi, qui cōtra domū Iudæ & confessionē ecclesiæ pugnauerūt, tradant se ecclesiasticæ fidei: & uniuersis erroribus derelictis, & principib. mundi istius qui destruūtur: & patriarchis suis, qui eos in blasphemiarum barathrū deduxerūt: cōsurgant & relinquāt idola sua, & abominationes suas quas de suo corde cōfinxerant: & de cunctis sedibus suis in quibus peccauerunt, transeant ad ecclesiasticā fidem & mundentur, & sint populus Christi, & ipse sit deus eorum: quæ plenius in Osee prophęta dictasse me noui. Quod si Iudæi & Christiani Iudaizantes, hæc ad mille annorum uoluerint referre regnum: necessitate cogun tur, ut suscipiant omnes qui salui fuerint habitaturos in terra Israel, ædificandam Hierusalem, extruēdum tem-

Dam. 11.d

plū, cūctas legis cęremonias exercendas, obseruādum sabbatū: accipiendā circūcisionis iniuriā: mādducādū & bibendū: & diuitiarū abundantiā pro summa beatitudine & cūctis opib. existimandā: cū Apostolus dicat: Esca uētri, & uenter escis: deus aūt & hūc & illas destruct.

1.Cor. 6.c

SEP. præceptis meis ambulabūt & iudicia mea custodiēt & faciēt ea. Et habitabūt in terra sua quā dedi seruo meo Iacob: ubi habitauerūt patres eorū: & habitabūt in ea ipsi & filij eorū, & filij filiorū eorū usq; in sempiternum. Et Dauid seruus meus, princeps eorū erit in perpetuum. Et disponā ei testamētū pacis: testamētū sempiternū erit cū eis. Et dabo eos: & multiplicabo eos: & ponam sancta mea in medio eorū in perpetuū, & erit tabernaculū meū in eis: & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et sciēt gētes quia ego sum dominus q sanctifico eos: cum fuerint sancta mea in medio eorū in perpetuū.

HEB. iudicijs meis ambulabūt, & mandata mea custodient, & faciēt ea. Et habitabūt super terrā quam dedi seruo meo Iacob: in qua habitauerunt patres uestri: & habitabūt super eā ipsi & filij eorū, & filij filiorū eorū usq; in sempiternū: & Dauid seruus meus, princeps eorū in perpetuū. Et percutiā illis fœdus pacis: pactū sempiternū erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo eos: & dabo sanctificationem meam in medio eorū in perpetuum. Et erit tabernaculū meū in eis: et ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et sciēt gētes, quia ego dñs sanctificator Israel: cū fuerit sanctificatio mea in medio eorū in ꝑpetuū.

C

D

CAP. XXXVIII

ET factūs est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuā contra Gog, terram Magog, principem capitis (siue ros) Mosoch & Thubal: & uaticinare de eo. Et dices ad eū: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis (siue ros) Mosoch, & Thubal: & circumagam te & ponam frenum in maxillis tuis: & educā (siue cōgregabo) te & omnē exercitum tuum, equos

CAP. XXXVIII

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuā contra Gog, terram Magog, principem capitis (siue ros) Mosoch & Thubal: & uaticinare de eo. Et dices ad eū: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis (siue ros) Mosoch, & Thubal: & circumagam te & ponam frenum in maxillis tuis: & educā (siue cōgregabo) te & omnē exercitum tuum, equos tus opus est: ut quæ dicunt, nosse possimus: secundū illud apostolicū: Nos autem omnes reuelata facie gloriā dñi contemplantes, in eandē imaginem reformamur, à gloria in gloriam quasi à dñi spiritu. Igitur Iudęi & nostri Iudaizantes putant Gog gentes esse Scyticas, immanes, & innumerabiles, quæ trans Caucasum montem, & Mæotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam usq; tendantur: & has post mille annorum regnū esse à diabolo commouendas: quæ ueniant in terram Israel, ut pugnent cōtra sanctos multis secū gentib. congregatis. Primū, Mosoch, quos Iosephus interpretatur, Cappadocas: deinde Thubal, quos idē Iberos uel Hispanos, Hebręi Italos suspicantur: habentes secū in exercitu Persas, Aethiopas, & Libyas: Gomer quoq; & Thogorma, quos Galatas & Phrygas interpretant: Sabæos quoq; & Dedan & Carthaginenses siue Tharsis: & hoc est quod Ioannes quoq; in sua ponit Apocalypsi. Et cū finiti fuerint mille anni, soluet̄ satanas de custodia sua, & egredietur ut seducat gentes in quatuor angulis terræ Gog & Magog: ut cōgreget eos ad bellum quorum

1.Cor. 3.d

Apo. 20.c

numerus

Quō autē in typo resurrectionis superior sermo ꝓpheticus, restitutionē Iudaici populi demōstrauit, nō carnalē, sed spiritualē: sic & ista prophetia nequaquā ad carnis sed ad animæ pertinet felicitatem: & ad Christi fidē, qua mūdamur in baptismate: cuius regnū in perpetuū est: ut nō expectemus uentura quæ trāsacta sunt, & quotidie trāsigi nouimus.

CAP. XXXVIII

ET *factus est, etc.*] Primū historiæ fundamenta iacēda sunt: sciēdūq; qđ ad Ezechielē prophetam iste extremus sermo dñi. Neq; eīm post hūc simile quid possumus inuenire: præterillud quod in uicesimoquinto anno scriptū est transmigrationis Iechonię: Facta est super me manus dñi, & adduxit me illuc: hoc est, in terrā Israel, qñ ædificatio tēpli describit̄, & ceremoniarū eius ordo narrat̄. Deinde obseruandū est, qđ ponitur siue ob firmat facies prophętæ contra Gog terrā, siue terrā Magog. Ob firmatione eīm & multa consideratione uul

A numerus est sicut arena maris. Ascenderunt super latitudinē terræ, & circuierūt castra sanctorū, & ciuitatē dilectā. Et descendit ignis à deo de cœlo & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus ē in stagnū ignis & sulphuris, ubi erat bestia & pseudoprophe ta: & cruciabūtur diebus & noctibus in secula seculorū: non intelligentes totū uolumen Ioānis, quod reuelationis titulo prænotatur esse mysticū: & reuelatione nos in digere, ut possimus
Psal. 118.c cū ,ppheta dicere: Reuela ocūlos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Alij uero terrenū sensum relinquentes, &
1. Tim. 4.b Iudaicas atq; aniles fabulas quæ noxię sunt, & acquiescentes sibi detrahūt in profundū, nimiū ad alta cōscendunt: & multo peiores fingunt nęnias: ut in cœlesti Hierusalē, diaboli & omnis exercitus eius bella deserī bant: & sub τοπολογίαις gentiū singularū interpretantur spiritualia neqtiæ in cœlestibus. Quæ nos omnia lectoris arbitrio cōcedentes: non tā aliena damnare qꝫ ecclesiasticam explanationē affirmare conabimur. Gog Græco sermone ὀλομὰ, Latino tecti dicitur. Porro Magog interpretatur, de tecto. Omnis igitur superbia & falsi nominis scientia, quę erigit se contra noticiam ueritatis, his nominibus demonstratur. Ista sunt tecta de quibus & Esaias loquitur in uisione cō
Esa. 22.a tra uallem Siō: Quid tibi factū est nūc, qm̄ ascendistis omnes in tecta uana? Tectumq; interpretabimur hæreticorū principes: & de tecto, eos qui illorū susceperē doctrinas. Et pulchre post multas & mysticas in hoc uolumine prophetias, equos & equites uestitos loricis uniuersos, multitudinē magnā hastam & clypeū arripientiū, & gladiū (siue peltas) & galeas & gladios: Persæ, Aethiopes, & Libyes, cum eis omnes scutati & galeati: Gomer, & uniuersa agmina eius: domus Thogorma, latera Aquilonis (siue ab extremis Aquilonis): & totum robur eius: populiq; (siue gentes) multæ tecū. Præpara & instrue te & omnē multitudinem tuam quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præceptū (siue & eris mihi in custodiam). Post dies multos uisitaberis: in nouissimis annorū uenies ad terram quæ reuersa (siue peruersa) est à gladio: & cōgregata est de populis multis ad montem (siue terram) Israel, qui fuerunt deserti iugiter: hæc de populis educta est: & habitabunt confidenter uniuersi. Ascendens aūt quasi tempestas uenies, & quasi nubes ut operias terram tu & omnia agmina tua, & populi (siue gentes) multi tecum. Hæc dicit dns deus: In die illa ascendent sermones super cor tuum: & cogitabis cogitationē pessimam, & dices: Ascendā ad terram (siue super terram) absq; muro (siue abiectam): ueniam ad quiescentes habitantesq; secure (siue in pace): omnes habitant sine muro, uectes & portæ non sunt eis: ut diripias spolia & inuadas prædam: ut inferas manum tuam super eos qui deserti fuerant & postea restituti: & super populum qui est congregatus ex gētibus, qui possidere cœpit & esse habitator umbilici terræ. Saba & Dedan & negociatores Tharsis (siue Carthaginēses) & omnes leones (siue uillæ) eius dicent tibi: Nunquid ad sumē da spolia tu uenis? Ecce ad diripiendā prædam congregasti multitudinem tuam: ut tollas argentū & aurum: & auferas supellectilem atq; substantiam: & diripias manubias infinitas. Propterea uaticinare fili hominis: & dices ad Gog: Hæc dicit dominus deus: Nunquid non in die illo cum habitauerit populus meus Israel confidenter (siue in pace) scies: (siue consurges)? Et uenies de loco tuo à laterib. (siue à nouissimis) Aquilonis, tu & populi multi tecum: ascensores equorum uniuersi: cœtus magnus & exercitus uehemens. Et ascendes super populum meum Israel quasi nubes ut operias terram. In nouissimis diebus eris (siue erit): & adducam te super terram meā: ut sciant omnes gentes me, cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum prophetarum Israel: qui prophetauerunt in diebus illis atq; temporibus (siue annis): ut adducerem te super eos? Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terram Israel, ait dns deus: ascendet indignatio mea in furore meo. Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum: quia in die illa erit commotio magna super terram Israel: & commouebuntur à facie mea pisces maris

extremum uaticiniū est contra Gog & Magog. Si ēm tempus iu C
dicij est, iuxta Petrū, 1. Pet. 4.d
ut incipiat à domo Supra 9.e
dei: & iuxta hunc eun
dē Ezechielē, qui ait:
Et à sanctis meis inci
pite: & nouissimus
inimicus destruetur
mors. In Esaia quoq; Esa. 2.d
primus sermo fit cō
tra Iudæā, in qua con
fessio dñi est: & extre
mus cōtra quadrupe
des, quæ in deserto
sunt: recte & hic nouis
simus sermo fit cōtra
Gog & Magog, qui Psal. 45.a
oppugnāt ciuitatem
dei, quā fluminis im
petus lætificat. Et quę
in Esaia dicit: Ego ci Esa. 27.c
uitas firma, quæ op
pugnatur. Et de qua
in euangelio scriptū Mat. 5.b
est: Nō potest ciuitas
absc̄ōdi super montē
posita. Et plenius in
psalmo: Hierusalem Psal. 121.d
quę ędificatur ut ciui
tas, cuius participa
tio eius in idipsum.
Montes in circuitu e- D
ius, & dns in circuitu
populi sui. Porrò qđ
in exercitu Gog, siue
Magog, q iuxta Lxx.
Symmachū, & Theo
dotionē, princeps est
Ros, Mosoc, & Thu
bal: primā gētē Ros,
Aquila interpretatur
caput: quem & nos se
quuti sumus: ut sit sen
sus: Principem capi
tis Mosoch, & Thu
bal. Et reuera, nec in
Genes. nec in alio scri
pturæ locō, nec in Io
sepho quidē qui om
nia Hebraicarū gen
tū in primo antiqui
tatum libro exponit
nomina: hanc gētem
potuimus inuenire.
Ex quo manifestum
est, Ros non gentē si
gnificare, sed caput. Il
lud quoque breuiter
annotandū, quod in
Ezechiel Gog, prin
ceps terrę Magog es
se dicatur. Apocaly Apoc. 20.c
psis uero & Gog &
Magog nationes esse
cōmemorat, quæ e
grediuntur de quatuor angulis terræ. Et quomodo à la Gen. 32.f
cob qui postea appellatus est Israel, omnis populus ibid. 10

Hebræo

A Hebræorum Israel sortitus est nomen: & ab Arā Syria, à Mesraim Aegyptus, quorū in Genesi scripta sunt nomi
משך תובל na: sic & à principe Gog, oēs qui ei subditi sunt, Magog appellant. Mosoch aūt interpretat amētia: & Thubal, to
1. Ioan. 5.d ta uel oīnia. Princeps igit & caput superbiētis amētiæ, & oīniū malorū iuxta illud qđ scriptū est: Mūdus in maligno positus est: Gog & Magog appellant. Quæ gētes, inimicæ aduersariæq; sanctorū, egrediūt ab angulis terræ, rectā lineā relinquētes: & dispositionē castrorū dei, quæ narrat in Numeris: & illud testimonium nesciētes:
Mat. 8.b Multi de Oriēte & Occidēte, & Septētrione, & Meridie
Esa. 43.a uenient & discūbēt cū Abraham, Isaac & Iacob in regno dei. Et in alio: Dicā Aquiloni: affer: & Aphrico, noli ,phibere. Adhuc filios meos de terra lōginqua: et filias meas ab extremo terrę: oēs qui uocati sunt nomine meo. Sed nō tales anguli terræ, de quib. egrediūt Gog & Magog:
Prou. 23.a iuxta quos angulos stat meretrix in Prouerb. quæ præ
Mat. 6.a tereūtes stultos iuuenes per plateas: per latā uidelicet & spaciosam uiā quæ ducit ad mortē, decipe festinat. Scribæ quoq; & pharisæi orāt in angulis platearū, ut ab hominib. uideant: qui receperūt mercedē suā. Quæ est igit cōtra Gog cōminatio? Circūagā te siue cōuertā, et ponā frenū in maxillis tuis. Primū, à sententia tua fluctuare te faciā atq; cōuerti: Et ponā frenū in maxillis tuis: de quo
Psal. 31.b scriptū est: In chamo & freno maxillas eorū cōstringe, q nō approximāt ad te: ut indomitus equus atq; lasciuiēs & corruēs per præcipitia, freno dñi subiuget: ad quē ,pheta dicit: Ascēde super equos tuos: & equitatio tua salus. Et ad Iob per nubē & turbinē dicit: Tu circūdedisti
Abac. 3.b Iob. 39.c equo fortitudinē? Tales erāt equi & eqtes, quorū multi
Apo. 6.a tudinē Ioānes uidit in cœlo. Dicit ergo ad Gog: Educā, siue cōgregabo te, & oēm exercitū, uel fortitudinē tuā.
B Qui educit, & de dispersione cōgregat, retrahit ad salu
Deut. 30.a tē: iuxta illud qđ in lege ,pmittit: Si fuerit dispersio tua à summitate cœli usq; ad summitatē eius, inde cōgregabo te. Equos quoq; eius & equites uestitos loricis, qui
Eph. 6.c imitant armaturā Apostoli, & loricas iustitiæ habere se iactāt, multitudo nimia est: oēsq; arripiūt cōtra ecclesiā clypeū & gladiū, & sunt gētes sæuissimæ & inimicæ Israel, Persæ, Aethiopes, & Libyes: quorū aduersum populū dei in scripturis sanctis bella narrant. Gomer quoq;
& domus Thogorma, qui ueniūt de laterib. Aquilonis, qui est uētus frigidissimus, & nomine dexter uocat, totūq; robur Magog & oēs qui subiecti sunt ei populi, ue
Psal. 88.c niēt cū illo ad prælium. Cui dicit per Ironiā: præpara te & instrue, & oēm multitudinē tuā quæ tuis paret imperijs
Ioann. 2.c coacerua ad te: & scito quod post dies multos uisitaberis: iuxta illud quod scriptū est: Visitabo in uirga iniquitates eorū: & in uerberib. peccata eorū. In nouissimo, in
Act. 20.d quit annorū uenies. Vnde & Ioānes loquit: Filioli mei
Hal. 67.g nouissima hora est. Et populus gētium hora undecima ad operādā cōducit uineā: ad quorū terrā, id est, terrā mitiū, terrāq; sanctorū, quæ affert cētenos & sexagenos & tricenos fructus, uenit Gog expugnādā: quæ reuersa est siue auersa à gladio. Scit ēm scriptū: Dissipa dñe gen
Esa. 54.a tes quæ bella uolūt. Et in pace cōsistit, & cōgregata est de populis & gētib. multis: ut nationū errore cōtēpto, ueniret ad mōtes Israel, patriarchas uidelicet & ,pphetas, qui fuerūt quondā deserti iugiter sine lege & præceptis dei: cui postea dicit: Plures filij desertę magis q̄ eius quę habet uirū. Ista sunt deserta & inaquosa, in quib. diabolus locū inuenire nō poterat: quia uocati fuerāt ad salutē: & postea assumptis alijs septē dæmonib. nequiorib. se, reuersus est in domū suā, ad gētē uidelicet Israel. Hęc, inquit, de populis educta est, subaudit terra: siue hic de gētib. eductus est, ut intelligat credētiū populus, qui habitauit in pace, & cōfidit in dño. Ascēdēs aūt Gog cū oGen. 38.a mni exercitu suo, quasi tēpestas ueniet & quasi nubes, ut operiat terrā credētiū. Quis ēm hęreticorū, quorum princeps diabolus est, nō quasi tēpestas uenit cōtra ecclesiā: & nube uerborū suorū simplices quosq; credentiū opprimere & operire festinat? Vnde dicitur ad eū: Quātū in te est, cūcta operies tu & oīnia agmina tua: & populi multi tecū. Pulchreq; ascēdēs Gog nō habet pluuiā uolūtariā, nō imbrē tēporaneū, & serotinū, qui arētia arua lætificat, sed tēpestatē & caliginē: ut cūcta tenebris & errore cōfundat. Propterea hæc ei loquitur dns deus: In illo tēpore, hoc est, in dieb. nouissimis: ascēdēt sermones super cor tuū, & cogitabis cogitationē pessimā: scriptura dicēte: Si spiritus potestatē habētis ascēde
Eccl. 10.d re uoluerit super te, locū tuū ne derelinquas. Ecōtrario aūt in sancti cor ascēdit deus: de quo scriptū est: Ascēdit
Psal. 83.b nes in corde suo disposuit. Dicitq; Gog: Ascēdā ad terrā absq; muro siue proiectā: hoc est, quæ dei auxilio destituta est: nec dialecticorū argumētatione munita: ueniā ad quiescētes habitātesq; secure, siue in pace. Rex enim noster pacificus est, & in pace locus eius: Oēs, inquit, habitāt sine muro, uectes & portæ nō sunt eis. Hoc diabolus princeps hæreticorū loquitur, quod nulla habeat munimēta ecclesia: nec sapiētiā seculārē, quæ apud deū stultitia est: ut diripiat spolia, & inuadat prędā ecclesiæ, & inferat manū suā super eos qui deserti fuerāt, quādo dei nouitiā nō habebant: & postea restituti per Christū, ueniāt ad patrē: cui loquit in euāgelio: Pater, reuela
Ioan. 17.a ui nomē tuū hominibus. Et ut sciamus populū qui desertus fuerat & postea restitutus, significare populum Christianū: sequitur: Et super populū qui est cōgregatus ex gētibus. Qui populus possidere cœpit hæreditatē Christi, & esse habitator umbilici terræ: de qua scriptū est: Operatus est salutē in medio terræ. Veritas ēm
Psal. 73.c de terra orta est: quæ dicit in euāgelio: Ego sum uia & ui
Ibid. 84.b ta & ueritas. Hæc illo cogitāte atq; dicēte & possessionē
Ioan. 14.a ecclesiæ rapere festinante: gētes quæ ab errore pristino D
cōuersæ fuerant ad salutē: Saba & Dedan & negociatores Tharsis, Carthaginis siue maris qui inter seculi hu
ius fluctus bonis operib. quærunt mercimonia: & oēs uillæ earū siue leones, aut catuli leonū, ut in Hebraico continetur, loquētur ei quæ sequūtur. Vt aūt pro catulis leonū qui Hebraice dicūtur בפיר Lxx. & Theodotio ponerēt uillas: error perspicuus est. Si ēm per chi literā scribas, appellat catulus leonis: sin aūt per ce quæ Hebraice dicitur coph, ager appellatur & uilla. Vnde & Capharnaū ager pulcherrimus dicitur. Dicēt ergo Saba & Dedā & negociatores Tharsis & oēs sancti, qui leonū catuli nūcupātur: uel certe uillæ habitationesq; credētiū: ô Gog nūquid idcirco uenis ut spolia rapias ecclesiæ: & ideo multitudinē cōgregasti ut Christi possessio tua fiat hæreditas? Aut puras tu argētū & aurū quod in eloquio sensuq; intelligitur, ecclesiæ possessurū, ut auferas supellectilē omnēq; substantiā, & diripias manubias infinitas, Christi uictorijs cōgregatas? Propterea ô propheta Ezechiel, qui in typo Christi appellaris filius hominis, loquere ad Gog & dic ei: Hæc dicit dns deus: qñ totius mūdi errore sublato, populus meus Israel qui mēte cernit deū, habitauerit in ecclesia cōfiden
1. Cor. 11.b ter siue in pace: tūc scies siue cōsurges & uenies de loco tuo. Qui sit aūt locus hæreticæ prauitatis, sequēs sermo demōstrat: A lateribus Aquilonis qui oēm calorē credentiū refrigerare conatur. Veniētq; cū eo populi multi, omnes ascēsores equorū: de quibus scriptū est: Equū
Exod. 15.a & ascensorē proiecit in mare: cœtus magnus, & exercitus uehemēs, cum quibus ascendes, ait super populum meū Israel quasi nubes & caligo, ut operias terrā meā: de qua supra dictū est: In nouissimis dieb. cris, quādo euāgelica prædicatio, & adducā te sup terrā meā. Oportet ēm & hæreses esse, ut ,pbati quiq; manifesti fiāt: & dei uolūtate ἀγωνισης diabolus & oīnia peruersitatis dogmata derelicta sunt: ut sciāt oēs gentes & intelligant me: cum

Forsan legendū est. Si ēm per ב בפיר literā in prima & ו in ultima syllaba scribas appellatur catulus leonis. Sin autē sine iod, בפר, ager appellatur & uilla.

A me cũ ſanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog, hoc eſt, cum pœnis tuis me intellexerint iudicẽ. Et facit apoſtrophã ad ipſum Gog. Nõne tu ille es de quo loquutus ſum in diebus antiquis, in manibus ſeruorum Num. 24.b meorũ prophetarũ Iſrael, Moyſi uidelicet qui ait in Numerorũ libro duntaxat iuxta Lxx. Egredietur homo de ſemine eius: & dominabitur gẽtiũ plurimarũ: & eleuabitur Gog regnum eius: & creſcet regnum illius. Cæterum iuxta Hebraicũ ita ſcriptũ reperi: Tolleť propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius: eo quod regnum Iſrael in Saule prõpter Agag regẽ Amalech deſtructum ſit. Et in alio loco: Mũdabit terram populi Ioel. 3.d ſui. Ioel quoq; in ualle Ioſaphat, hoc eſt, iudicij dei, deſcribit populos cõgregãdos. Et Eſaias omneſq; prophetæ, in quorũ manibus & bonis operi

B bus ſermo ſit dñi. Cum igitur ueneris ſuper terrã Iſrael, aſcẽdet indignatio mea in furore meo cõtra te & in zelo meo ꝓ populo meo. In igne iræ meæ loquutus ſum: qui omnia uitiorũ tuorum ligna conſumat. Illo, inquit tempore erit magna cõmotio ſuper terrã Iſrael. Immittente eũ diabolo, crebra contra eccleſiã perſecutio fiet: quæ quando ſopita fuerit, & dei uicta præſidio, tunc cõmouebunť à facie eius piſces maris: & uolucres cœli, & beſtiæ agri & omne reptile quod mouetur ſuper terrã, cunctiq; homines qui ſunt ſuper faciẽ terræ. Quod maniſeſte de habitatorib. eccleſiæ demonſtratur: quorum alij ut piſces maris, alij ut uolucres cœli, alij ut beſtiæ agri, & omnia reptilia quæ mouentur ſuper terrã: alij ut retinentes hominis dignitatẽ, habitant ſuper faciẽ terræ. Quod autem morum diuerſitas, uarijs ſignetur nominibus: & Apoſtolus ſcribit ad Corinthios: qui alia 1.Cor. 15.c corpora poſt reſurrectionẽ dicit eſſe cœleſtia, alia terrena: & aliud corpus piſcis, aliud uolucris, aliud beſtiarũ, aliud repuliũ, & aliud hominũ qui nomen priſtinũ Act. 10.b ſeruauerunt. In actibus quoq; apoſtolorum linteum illud quod quatuor principijs tertio Petro apoſtolo demonſtratur, uarietatem credentium ſignificat: quæ in arca quoq; diluuij continetur. Tunc aũt à facie dñi & à conſpectu maieſtatis eius ſubuertentur montes, qui ſe eleuabant contra ſcientiam dei: & cadent ſepes ſiue ualles, quæ uel humilitate ſenſus ad ima demerſæ ſunt: uel certe munitiones quæ aliquid pollicentur, ut imitẽtur Eccl. 10.b eccleſiam dei: de cuius ſepibus dicitur: Qui deſtruit ſepem, mordebit eum coluber. Et omnes muri in terram corruent. Cum enim eccleſiaſtici ſermonis apparuerit fortitudo, omnia hæreticorum corruent munimẽta. Et uocabo, inquit, eum aduerſum illum, hoc eſt, hæretico rum principem Gog, in cunctis montibus eius gladiũ: ut principes exercitus eius gladio domini cõficiantur. Tũc hæreſis dimicabit aduerſum hæreſim: quorũ inter ſe cõpugnatio, noſtra uictoria eſt. Et iudicabo, inquit, eũ morte uel peſte, & ſanguine & imbre uehemẽti: & lapidib. immenſis ſiue grandinis. Iudicať aũt Gog morte ſua: & ſanguine quem effudit & imbre uehemẽti: ſermo

maris, & uolucres cœli, & beſtiæ agri (ſiue cãpi): & oñe reptile quod mouet ſuper humũ: cũctiq; hoĩes qui ſunt ſuper faciẽ terræ: & ſubuertent (ſiue ſcindent) mõtes: & cadẽt macerię (ſiue ualles): et oĩs murus in terrã corruet. Et cõuocabo aduerſum eũ in cũctis mõtib. meis gladiũ (ſiue oẽm formidinẽ gladij): dicit dñs deus. Gladius uniuſcuiuſq; (ſiue hoĩs) in fratrẽ ſuum dirigeť. Et iudicabo eũ peſte (ſiue morte) & ſanguine & imbre uehemẽti: & lapidib. immẽſis (ſiue grãdinis). Ignẽ & ſulphur pluã ſup eũ & ſuper exercitũ eius (ſiue ſuper oẽs qui cũ eo ſunt) & ſup populos multos qui ſunt cũ eo. Et magnificabor & ſanctificabor, & notus ero in cõſpectu gẽtiũ multarũ: & ſcient quia ego ſum dñs.

CAP. XXXIX

TV ãutem fili hominis uaticinare aduerſum Gog, & dices: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ſuper te Gog principẽ capitis (ſiue Ros) Moſoch & Thubal: & circũagam (ſiue congregabo) te: & reducam (ſiue deducam) te: &

tuimus interpretati ſumus, obedientes illi præcepto: Neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram declinabis, ſed uia regia ingredieris. Si quis autem noſtra reprehẽdit, aut meliora proferat quæ ſequamur, aut ſi nihil uoluerit dicere, perfectam deo ſcientiam derelinquat: dum tamen ſciat nequaquam in nobis uires, ſed animũ iudicandũ.

CAPVT XXXIX

TV autem fili hominis, etc.] Et hæc Iudaicæ traditionis hæredes & diſcipuli interminabilũ fabularum, poſt mille annorũ regnum futura contrẽdũt: interficiendumq; Gog principẽ Ros, Moſoch & Thubal in finibus Iſrael: & ab omnibus uolatilibus & beſtijs deuorandũ: & habitatores urbium Iſrael ſeptẽ annis lignorũ uſum nequaq; habituros de ſucciſione ſyluarũ, ſed de armis Gog, ſcutis uidelicet & haſtis ſagittisq; & baculis ſiue cõtis: ipſum aũt Gog ſepeliendum in ualle quæ Hebraice dicitur גיא & nomẽ ſepulchri illius appellandũ polyandrion, ubi ſcilicet multitudo hominũ ſit ſepulta. Septẽ autẽ menſib. eum ſepeliendũ à domo Iſrael ut terra mundeť: & inclytã futuram diem quãdo interfectus ſit Gog, cõſtituendoſq; qui oſſa diligenter inquirant & ſepeliant, quo ſcilicet nihil in terra remaneat inſepultũ. Poſt menſes aũt ſiue in menſib. ſeptem peragrandã terrã: & ſicubi os hominis iacere perſpexerint, titulo prope poſito demonſtrãdum, ut poſtea ſepeliant illud qui huic operi præpoſiti ſunt: nomen aũt ciuitatis appellari Amona, quæ Græce dicitur πολυανδριον, hoc eſt, multitudo hominum ſepultorũ: & ſic terram eſſe mundam. Hoc illi dixerint: Nos aũt cœptæ explanationis ſenſum tenentes, ſingula quæ propoſuimus diſſeramus. Habet Gog & ipſe trinitatẽ ſuam: Roſ, Moſoch & Thubal, caput uidelicet & inſaniã, & uniuerſa: ut nullum ſit uitium quod nõ in Gog poſſeſſione cõſiſtat. Iſte educetur ſiue circumageť: & palpabitur, ſiue lactabitur: ut ſperans uictoriã, occidendus ducatur ad prælium. Et aſcendet de lateribus, ſiue de nouiſſimis Aquilonis: ex quo exarde ſcunt mala ſuper oñem terrã. Et ab eo ipſo adducetur ſuper mõtes Iſrael: quos apoſtolos & apoſtolicos uiros atq; eccleſiaſticos intelligere debemus: ut poſtq; adduc-

A ctus fuerit ad montes Iſrael, tunc percutiatur arcus qui eſt in manu ſiniſtra eius, & ſagittæ quæ manu tenentur dextera. Et ipſe enim imitať ad interficiendos eos quos decepit, habere arma à ſiniſtris & dextris, per bonã & malam famã. Iſtæ ſagittæ ſunt & hæc iacula, de quibus & pſalmiſta loquitur:

Pſal. 10.d Ecce enim peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Quæ igni

Ephe. 6.c ta diaboli iacula, ſcuto fidei reſtinguenda ſunt. Deijcietur autẽ ſiue cadet Gog, qui aſcẽderat ſuper montes Iſrael, in ipſis mõtibus cũ omni exercitu ſuo cũctisq; agminibus, & erit in eſcã feris, auibus omnibusq; uolatilibus & beſtijs terræ, aduerſarijs uidelicet poteſtatibus, quæ iuxta uiã cõmedere ſementẽ, & ſanguinarijs beſtijs. Quomodo enim ſcriptum eſt de dracone:

Pſal. 73.c Dediſti eum eſcã populis Aethiopum: ſic decepti quiq; ab hæreticis, dæmonũ cibi

B ſunt. Cadet autẽ Gog uel in campi latitudine, uel in agri, qui cultus eſt à dei agricolis. Neq; enim fieri poteſt ut domini uerba ſint irrita. Tunc mittetur ignis in Magog, in eos uidelicet qui Gog ſuſcepere doctrinã, & in eos q ad ſimilitudinẽ inſularũ ſeculi fluctibus uerberanť & putant ſe eſſe debere ſecuros: ille ignis de quo dñs loquitur:

Luc. 12.f Ignẽ ueni mittere ſup terrã, & q̃d uolo ut ardeat, ut ſciant omnes & intelligant q̃ ego ſim dñs & nomẽ ſanctum meũ notũ fiat in medio populi mei, q nequaq; Gog autoritate ſeductus eſt, neq; ultra p occaſionẽ falſi nominis ſcientiæ poluat nomẽ meũ in hæreticis, & ſciãt gẽtes quæ in circuAbac. 2.d tu ſunt, q̃ ego ſim dñs. Quod autẽ ſequit: Ecce uenit, & factũ eſt, de iudicio Chriſti dicitur: Qui uenturus ueniet & non tardabit. Et ipſa eſt dies pœnarũ atq; uindictæ, de qua per omnes prophetas locutus eſt dñs. Et ægredientur habitatores urbiũ Iſrael, credentiũ populi, urbes aũt Iſrael, intelligimus eccleſias rectę fidei. Et ſuccendent & cõburent arma: de quibus & in alio loco ſcriptũ

Pſal. 45.b eſt: Arcũ conteret & confringet arma, & ſcuta comburet igni, clypeos & haſtas, arcum & ſagittas, baculos manus, in quibus peruerſuri paſcha celebrabant, lanceas ſiue contos, quibus lata & inſanabilia inferebant uulnera doctrinarũ, clypeosq;, arcus & ſagittas, de quibus ſupra dictũ eſt. Quodq; ſequitur: Et ſuccendent ea Exod. 21.d igni ſeptẽ annis, de Exodo & Leuitico exponendũ eſt, Leuit. 25.b in quibus lege præcipitur, ut ſeptimo anno remiſſionis qñ ſeruis Hebræis libertas reddiť, & debita cuncta ſoluunť, & ad dños redit antiqua poſſeſsio, & quies terræ tribuitur, & oẽs fruges pauperib. cõdonantur, quo ſcilicet in ſeptẽ annis numero ſacrato atq; perfecto hæreticorum armatura diſpereat, & eccleſiaſtici uiri nequaq; ligna ſuccidant de campis & regionibus ſyluisq; & ſaltib. gẽtiũ, quos magis ſaluare cupiunt q̃ perdere, ſed de hæretico rũ, quos uiderint clypeis, haſtis, ſagittis, baculis, cõtisq; & lanceis. Habent enim & ipſi ad impugnandã eccleſiã Chriſti tela diuerſa, quæ ab erudi

C tis hominib. igni ſancti ſpiritus ſuccendenda ſunt, ſermone uidelicet eccleſiaſtico, quẽ qui habuerit, poterit dicere: Nõne cor Luc. 24.c noſtrũ erat ardens in uia cũ aperiret nobis Ieſus ſcripturas? Nec poſſumus plenam habere pacem & habitationis cõfidentiã, niſi cunctã aduerſariorũ ſupellectilẽ deprædemur: ut pereant omnia, & in cinerẽ cõcrementur, & deprædentur eos qui nos antea fuerũ prædati, & uaſtemus illos q uaſtauerunt prius eccleſiam. In die illa in claro prædicationis lumine: Dabo, inquit, Gog locũ nominatũ ſepulchrũ in Iſrael: iuxta Hebraicũ, uallẽ uiatorũ ad oriẽtẽ maris, quæ obſtupeſcere facit prætereuntes. Cuius ſermonis hic ſenſus eſt: Sepulchrũ Gog non erit in montibus, ſed in depreſsis uallibus & cõfragoſis locis, quæ Hebraice appellanť עברי quæ hæretici cum in occidente ſint, Oriẽtis loca eſſe cõfingunt, ut decipiãt uiatores, eos uidelicet qui ſeculũ iſtud pertranſeunt, & non ſunt habitatores, ſed peregrini, dicẽtes illud propheticũ: Aduena ſum ego & peregrinus, ſicut omnes patres Pſal. 38.c mei. Quis enim prætereuntiũ de quibus ſcriptũ eſt: Et Pſal. 128.d non dixerũt qui præteribãt, benedictio dñi ſuper uos, non admiratur & obſtupeſcit cum uallẽ uiderit uiatorum, quæ uiatoribus uallis, habitatorib. mons uideť:

D

A Hoc iuxta Hebraicũ. Cæterũ Lxx. transtulerũt, polyandrion eorũ qui uenerint ad mare, & ædificabunt in circuitu introitũ uallis. Labor eñ est eorũ, qui egrediuntur de urbibus Israel: ut omnẽ introitũ & exitũ hæreticæ prauitatis qui uenerant ad mare, & amaritudine illius delectabant, undarumq; molibus & crudelitate naufragij, claudant & circũædificent, & in uoraginibus terræ sepeliãt, ne ultra exire ualeant & aliquos sua fraude decipere. Ibi ergo sepelient Gog & omnem multitudinem eius, qua semper hæretici delectantur, & uocabitur nomẽ uallis illius, in qua Gog sepultus est multitudinis ge, siue πολυάνδριον, hoc est sepulchrũ plurimæ multitudinis. Et quomodo supra diximus, per septem annos aduersariorũ arma succendi, sic per septẽ mẽses sordibus hæreticorũ terra mundabit. A primo enim mẽse, quando pascha dñi celebramus, & exterminatorem Aegypti, agni in postib. nostris cruore uitamus, usq; ad exitum anni, hoc est, usq; ad septimum mensem, quando tabernacula figimus, & inter cæteras frondes palmarum quoq; ramis protegimur, ut perfecta cõtra hostes uictoria demonstret, festiuitates omnes cõplemus in populis. Nec solum magistri, sed & omis populus. hoc certatim faciet, ut sepeliat Gog, & terra operiat, & nequaquã aerẽ liberũ capere permittat. Post necẽ autẽ & interfectionẽ siue sepulchrum Gog, eligentur uiri ecclesiastici, qui hoc habeãt studij, ne qd in terra Israel maneat sordium pristinarum, ne quid morticinũ, qui lustrẽt terrã, & requirãt mortuos & sepeliãt, ut uidelicet mundet terra ecclesiæ. Sin autẽ post septẽ menses, qñ debẽt esse cũcta purgata, hi q terrã pagrãt atq; circũeunt, tem septẽ quærere incipient. Et circuibunt peragrantes terram, cumq; uiderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud polinctores in ualle (siue נחל) multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona (siue Polyandrion) & mundabunt terram (siue mundabitur terra.) Tũ ergo fili hominis, hæc dicit dominus deus: Dic omni uolucri & uniuersis auibus cunctisq; bestijs agri (siue campi) Conuenite & properate, concurrite undiq; (siue per circuitũ) ad uictimã meam quam ego immolaui uobis, uictimam grandem super montes Israel, ut comedatis carnem, & bibatis sanguinẽ. Carnes fortium (siue gigantium) comedetis, & sanguinẽ principum terræ bibetis: arietum, agnorum, & hircorũ, taurorumq; altilium & pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitate, & bibetis sanguinẽ in ebrietate, de uictima quam ego immolaui uobis. Et saturabimini super mensam meam de equo & de equite forti (siue gigante) & de uniuersis uiris bellatoribus, ait dñs deus. Et ponam (siue dabo) gloriam meam in gentibus (siue in uobis) & uidebunt omnes gentes iudiciũ meum quod fecerim, & manum meam quam posuerim (siue induxerim) super eos. Et sciẽt domus Israel quia ego sum dominus deus eorum à die illa & deinceps. Et scient omnes gentes quoniã propter iniquitates suas capta sit domus Israel, eo q reliquerint me, & absconderim (siue auerterim) faciẽ meam ab eis, & tradiderim eos in manus hostium (siue inimicorũ) eorũ, & ceciderint in gladio uniuersi. Iuxta immũdicias eorũ & scelera (siue iniquitates) eorũ feci eis, & abscondi (siue auerti) faciẽ meam ab illis. Propterea hæc dicit dñs deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omni domui Israel, & assumam zelum pro nomine meo sancto, & portabunt confusionem (siue ignominiam) suam, & omnẽ præuaricationem qua præuaricati sunt in me, cũ habitauerint in terra sua confidenter (siue in pace) neminẽ formidantes, & reduxero eos de populis (siue gentibus) & congregauero de terris inimicorũ suorũ (siue de regionibus gentium, & sanctificatus fuero in eis in oculis (siue in cõspectu) gentium plurimarũ. Et scient quia ego sum dominus deus eorum, cum transtulerim eos in nationes (siue cum apparuero eis in gentibus) & cõgregauero eos super terrã suam, & non dereliquerim quenquã ex eis ibi. Et non abscondam (siue auertam) ultra faciem meam ab eis, eo quòd effuderim spiritum (siue furorẽ) meum super omnem domum Israel, ait dominus deus.

B in aliquo os hominis, hoc est, duriciã hæreticæ prauitatis, siue morticinũ quid doctrinæ pristinæ uiderint remansisse, ponent iuxta illud, siue ædificabunt titulũ, ut postq; notati fuerint qui huiusce modi sunt, tunc uel emundentur uel sepeliantur cum Gog, & in tumba sepulturæ illius retrudantur. Nomen autẽ ciuitatis, ubi seruorũ domini uictoria est & iacẽt aduersarij, & omnis inimicorũ eius multitudo prostrata est, appellabitur amona siue polyandrion: ut finis omnium, restitutio puritatis sit. Deniq; sequitur: Et mundabunt terram: haud dubiũ quin hi de quibus scriptũ est, quærere incipient & circuibunt peragrantes terram. a ¶ *Tu ergo fili hominis, hæc dicit dominus deus: Dic omni uolucri, etc.*] Hoc quod trãstulimus iuxta Hebræos: & cõgregabo eos super terrã suam, & non derelinquam quenq; ex eis ibi: in Lxx. non habeẽ. Rursumq; quod iuxta Hebræos, p benedictione in ultimo ponit, eo q effuderim spiritum meũ: Lxx. transtulerũt, furorẽ qui ad iram pertinet, præsertim cum in Hebræo רוחי positũ sit, quod proprie sonat spiritũ meum, & nequaq; furorem meũ. Omnia autem usq; ad eum locum, in quo succedit templi ædificatio, hi quos supra diximus Iudæos & nostros Iudaizantes, ad ultimũ tẽpus referunt, quod carnibus Gog cunctisq; eius exercitus, quali pinguissimis hostijs uolucres bestiæq; saturandæ sint, & restituatur Israel in pristinũ statum, & ne quaq; ultra à gentibus expugnetur, sed effundat spiritũ suum super eos deus, ut habitent in terra sua, nõ oẽs gentes, sed ꝓprie domus Israel. Nos autem cœptam tropologiam sequentes, hoc dicemus, q omnes uolucres & uniuersas bestias cõuocet dñs, ut tradat eis hæreticorũ principes, quasi pinguissimas hostias deuorandos. Volucres autẽ & bestiæ, uel propter celeritatem in omnia discurrendi, uel propter feritatẽ & crudelitatẽ appellantur: quibus traduntur aduersarij in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat, & discant non blasphemare. Comedent autẽ grandem & pinguissimã uictimã, non alibi sed super montes Israel, quos prophetas & apostolos & sanctos uiros intelligere debemus. In illis enim cõtrariorũ dogmatũ magistri corruunt, & ab ipsis pereunt uulnerati, super quos ædificatur ecclesia, & ut uerius dicam super montium montẽ, de quo Esaias loquitur & Micheas: Venite ascẽdamus in montẽ dñi, & in domũ dei Iacob, & annunciabit nobis uias suas. Istæ autẽ aues & istæ bestiæ celeres atq; crudeles, comedent carnes & bibent sanguinẽ, quæ regnum dei possidere non possunt: carnes fortiũ siue gigantiũ qui contra dei scientiã rebellabant, & sanguinẽ principum, non cœli, sed terræ bibẽt, qui cuncta terrena sapuerũt: sanguinẽ arietum & agnorũ & hircorũ: siue iuxta Lxx. arietum, uitulorum, & hircorum, ut tria significent animantia, quæ in dei uictimis immolantur. Imitanẽ enim & hæretici ecclesiasticam mãsuetudinẽ, sed oblatio eorum non in dei cultum, sed in dæmonũ cibum proficit, quæ est pinguissima hostia eorũ, & quasi adipe saturantur, & bibunt sanguinẽ deceptorũ usq; in ebrietatẽ. Hanc autem uictimam deus immolat per ecclesiasticos uiros, ut multitudine deceptorum saturentur conuiuę pessimi, & bibant usq; ad uomitũ & ebrietatẽ. Quando uideris sanctos uiros, & scripturis diuinis eruditos trũcare equos hæreticorum & ascensores: de quibus scriptum est: Equũ & ascensorẽ proiecit in mare, & omnes rebelles & gigantes suo mucrone concidere, & cunctorum bellatorum falsi nominis scientiæ sanguinem funderе: tunc scito mensam domini præparatam, ut ponat gloriam suam in cunctis gentibus quæ illius credũt nomini, & intelligant ecclesiæ sanctorũ illius iudiciũ quod fecerit super aduersarios, & manum fortẽ qua eos percusserit, & sciant domus Israel atq; cognoscant q ipse sit dominus deus eorum, qui loquutus est: Ego sum dominus deus uester, à die uictoriæ domini usq; in perpetuum: & recogitent idcirco captam essẽ quondam ab hæreticis domum Israel, & in toto peruersorũ dogmatum orbe dispersam, quod reliquerint eum, qui parũper abscondit siue auertit faciem suam ab eis, & tradiderit eos in manu hæreticorum: & ceciderunt illorum mucrone confossi, propter immũdicias & iniquitates

Universidad de Navarra Biblioteca

suas, quæ causa extitit ut abscõderet & auerteret faciem suam ab eis. Expositis autẽ rationibus, secundum illud quod scriptũ est: Oportet & hæreses esse, ut ꝓbati quiq; manifesti fiant, captiuitatis Israel uidelicet ecclesiæ, in qua habitant cernentes deum: nunc pollicet quod reducat in ecclesiam captiuitatẽ Iacob, qui Iudaicũ populum supplantarat, & postea hæreticorũ fraudibus supplantatus est, & misereatur omni domui Israel non iuxta carnem, sed iuxta spiritũ. Et assumam, inquit, zelum meum pro nomine sancto meo quod blasphemabant in gentibus propter hæreticos: ut postq; eos liberauerim, erubescant & confundantur, quare fide ecclesiastica derelicta, præuaricati sunt in me. Confundantur aũt & erubescant ualde uelociter, cum habitauerint in terra sua, terra mitium, terraq; sanctorum, & habitauerint confidenter, siue in pace, nequaq; hæreticorũ insidias formidantes. Tunc reducentur de populis, & congregabuntur de terris inimicorũ suorũ in terram suam, & sanctificabitur dominus in eis in conspectu gentium plurimarũ, quæ & ipsæ creditura sunt domino, finisq; sit beatitudinis, scire atq; cognoscere q ipse sit dñs deus eorum, eo q apparuerit eis in gentibus, siue transtulerit eos de nationibus, & congregauerit super terrã suã, terrã Iudææ, terrã cõfessionis, terrã mitium, terramq; uiuentiũ, & ne unum quidem reliquerit hæreticæ prauitati, & ultra non abscõdat faciẽ suam ab eis, nec auertatur illos, eo q effuderit spiritum gratiæ suæ, de quo & Ioel propheta loquit: In nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ: effuderit autẽ super omnẽ domũ Israel. Sin aũt pro spiritu, iuxta Lxx. furorem legerimus, qui in Hebraico non habeẽ, sic sentiendum est, q ultra non abscõdat faciẽ suã ab eis, in quos furorẽ suũ ante effuderat. Huc usq; in Ezechiel prophetam, deo ut optamus & credimus auxiliãte & aperiente os nostrũ, locuti sumus: non aliorũ si qui scripserunt uel deinceps si scripturi sint sententiã destruentes, sed asserentes qualiacũq; sunt nostra. In ædificatione aũt tẽpli & ordine sacerdotũ terræq; sanctæ diuisione, & flumine egrediẽte de tẽplo, & arboribꝫ. ex utraq; ripa semper uirentibus, & per singulos menses afferentibus fructum, & reliquis quæ usq; ad finem prophetico uolumine continentur, aperte imperitiam confitemur, melius arbitrantes interim nihil quàm parum dicere.

Commentarij undecimi in Ezechielem prophetam finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN DVODECIMVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Eustochium Prooemium.

Repidationem meam in explanatione templi Ezechiel, imò tacendi perseuerantiam, tuæ filia Eustochiũ preces & domini promissa superarũt, dicentis: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Et qua nos excusatione usi sumus, ut in calce anterioris uoluminis diceremus, melius est nihil quàm parũ dicere, tu eam uertisti in contrariũ, ut referre putes saltẽ parũ quàm nihil dicere, quia in altero uolũtas prompta, in altero totius operis desperatio est: naturãq; huiusce modi hominũ essẽ cõmemoras, ut non tantam gratiam habeant pro his quæ tribueris, quantũ dolorẽ super his quæ negaueris. Minore enim studio uirtutes laudamus quàm uitia reprehendimus, & quamuis pulchra sint corpora, unius prauitate ac deformitate membri insigniora fiunt. Obsequar igitur uoluntati tuæ, & flante spiritu sancto, uela suspendam, ignorans ad quę sim littora peruenturus, & cum eodem propheta clamitans: à quatuor uentis ueni spiritus: fastidioso q; lectori, imò animo perduelli nostra lecturo, illud in explanatione templi tota libertate denũcio: ut si ueritatẽ desiperat, quærat eam ab alijs. Nos autem ea quæ in opere difficillimo possumus suspicari, simpliciter confitemur atq; dictamus, gratias acturi domino, si non in omnibus (quod impossibile est) sed in plerisq; nobis aperuerit fores scientię. Prima enim, ut ait sublimis orator, quæq; sectanti, honestum est etiam in secundis tertijsue consistere.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam,
Liber duodecimus.

CAPVT XL

N uicesimo & quinto anno, etc.] Si quinto anno captiuitatis siue trãsmigrationis regis Ioachin, in quarto mẽse, in quinta mẽsis aperti sunt cœli Ezechieli pphetæ iuxta fluuiũ Chobar, & uidit uisiones dei: nunc aũt dicitur, ꝙ in uicesimo & quinto anno transmigrationis eiusdẽ Ioachin, in exordio anni, decima mensis, facta sit super eum manus dñi, adductusq; in terram Israel, & positus super montẽ excelsum nimis, ut uideret ædificiũ ciuitatis uergẽtis ad austrum: nulli dubiũ est quin decem & nouẽ annis nouemq; mẽsibus & quinq; diebus anni uicesimi cõpletis, omnis illius pphetia cõtexta sit. Quod si iuxta Theodotionẽ, qui in eo loco ubi nos posuimus, in exordio anni, interB pretatus est, in nono anno, decima mẽsis: nonus autẽ annus apud Hebræos uocat mẽsis septimus, qui apud eos habet uocabulũ תשרי ut kalend. mensis septimi sit tubarũ clangor, & decima dies eiusdẽ mẽsis, dies iciunij & placationis, quintadecima uerò qñ totus lunæ orbis expleť. dies scenopegiarũ, datur intelligi ꝙ decima die placationis dominicæ mõstratũ fuerat Ezechieli ædificiũ ciuitatis. Et quõ restitutionẽ populi, imò uiuificationẽ in ossibus campi sub resurrectionis imagine demõstrauit, sic nunc instaurationẽ urbis quæ Babylonio fuerat ante annos quatuordecim igne deleta, sub descriptione eius dñs pollicet: ut sicut captiuitatẽ & euersionẽ, ollæ succẽsæ à facie Aquilonis mõstrauerat typus, & pphetiæ ueritas opere cõprobata est, ita ex præteritorũ fide, futuræ ædificationis ueritas uaticinio probaret. Nec hoc de illo tẽpore dicit, quod quidã imperiti Iudæorũ uolũt, qñ sub Zorobabel & sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno templũ extructũ est, prophetantibus Aggeo & Zacharia. Hoc enim templũ quod nunc describit, & ordo sacerdotij terræq; diuisio & fertilitas, multo augustius est ꝙ fuit quod Salomon extruxerat. Illud autẽ quod ædificatũ est sub Zorobabel, intantũ paruum erat & prioris cõparatione nihili, ut qui prius templũ uiderãt, & postea hoc aspiciebãt, eiularẽt, dolorẽq; suũ lachrymis testarentur: & multo maior esset
3. Esdræ 5.g clamor ululantiũ, ꝙ clangor tubarũ. Lege Esdræ librũ. Porrò qđ addit, quartodecimo anno postq; percussa siue capta est ciuitas, iuxta mysticos intellectus quatuordecim significat generationes, quibus completis à Dauid usq; ad natiuitatẽ Christi, urbis restitutio, pmittitur ab eo, de quo scriptũ est: Ipse ædificabit ciuitatem
Esa. 45.c Ibid. 61.a meam, & captiuitatem populi mei reducet. Et iterũ: Venit ut prædicaret captiuis remissionem, & cæcis uisum, dicẽs his qui erant in uinculis, exite, & qui erant in tenebris, reuelamini. Fit autem super eum manus dñi, ut iuxta carnẽ in Babylone positus, in spiritu ad terrã uC niret Israel, & nequaq; in uisione, sed in uisionibus dei ponereť super montẽ excelsum nimis, de quo Esaias & Esa. 2.d Micheas uaticinant: Venite ascendamus in montẽ dñi, Mich. 4.d & ad domũ dei Iacob. Qui mons excelsus est nimis ad cõparationẽ montiũ cæterorũ, de quibus propheta testat dicẽs: Leuaui oculos meos Psal. 120.d in montes, unde ueniet auxiliũ mihi. Et in alio loco: Mõtes in Psal. 124.b circuitu eius, & dñs in circuitu popli sui. De quo & Esaiæ dicit: In montem excelsum Esa. 40.b ascende tu qui euangelizas Sion. Super hunc montẽ ostendit ædificiũ ciuitatis: iuxta Lxx. & Aquilã, è regione & ex aduerso Aquilonis, unde ad terrã Israel prophetæ ueniebat: iuxta Theodotionẽ uerò & Symmachũ, uergentis ad austrũ, ubi plenũ lumẽ est, & Sol iustitiæ in summo cœli uertice positus. Vnde & in Cantico dicitur cantiCant. 4.d corũ: Exurge Aquilo & ueni Auster, perfla hortũ meũ, & fluẽt aromata illius. Fugaťq; em̃ de horto dñi Aquilo uẽtus durissimus, ne refrigereť dilectiõis calor, floresq; marcescãt. Quãdo aũt dicit: Quasi ædificiũ ciuitatis: non uerè ciuitas, sed ciuPsal. 86.d tatis similitudo demõstraťur, de qua scriptũ est: Gloriosa de te dicta sunt ciuitas dei: quæ est Hierusalẽ ædificata ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, & in qua magnus dñs & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius. Et in turrib. ciuitatis istius deus cognoscit, qñ suscipiet eã. De qua & alibi: Fluminis impePsal. 45.c tus lætificat ciuitatẽ dei. Et: Nõ potest abscõdi ciuitas su- Matt. 5.b per montẽ posita, quæ loquit in Esaia: Ego ciuitas firEsa. 25.c ma, ciuitas quæ oppugnat. Nõ dixit, quæ expugnatur, sed oppugnat: quę ædificata est super petrã, & nulla tẽpestate cõcutit. Sequit: Et introduxit me illuc: subaudit, manus dei. Illuc aũt, hoc est, quasi ad ædificiũ ciuitatis, ut mihi cũcta quæ erãt intrinsecus demõstraret. Et ecce, inquit, uir, cuius erat species siue uisio quasi species æZach. 8.c ris fulgẽtis, ille uidelicet de quo scriptũ est: Ecce uir oriens nomẽ eius. Habebat aũt speciẽ nequaq; electri, ut in principio huius uoluminis dicitur: neq; accinctus erat Apoc. 1.c zona aurea: ut in Ioannis Apocalypsi cõtinet, sed habebat speciẽ iuxta Hebraicũ quasi æris. Hæc em̃ materia cũctis metallis uocalior est, & tinnitu longe resonat. Vñ Dan. 2.c & in Daniel, in imagine quæ erat ex auro, argento, ære, ferroq; cõpacta, regnũ Alexandri atq; Græcorũ in æris similitudine demõstraťur: ut Græcæ linguæ eloquẽtia signaret, per quã manifestũ est adhuc eos indigere doctrina, qui tẽpli spiritualiter ædificãdi necdũ plene nouere mysteria. Funiculus quoq; erat lineus siue cemẽtariorũ in manu eius: de quo & in Zacharia scriptũ est, ꝙ fuZach. 2.d niculũ habuerit geometricũ, ut latitudinẽ & lõgitudinẽ urbis metiret. Cemẽtariorũ aũt, uel angelorũ q dei imperio ministrabãt, uel Moysi & omniũ pphetarũ, atq; apostolorũ qui ædificãt ciuitatẽ dei, & adiutores uel ministri sunt dominicæ uoluntatis. Vnde & Paulus apostolus

A stolus loquebaťur: Dei agricultura, dei ædificatio sumus.
1.Cor.3.b Quodq; sequit: Et calamus mensuræ in manu eius, designat gratiã prophetalẽ: de qua scriptũ est in quadragesimoquarto psalmo: Lingua mea calamus scribæ, uelociter scribentis. Et de Ioanne propheta atq; baptista:
Matt. 11.a Quid existis in desertum uidere, calamũ uento agitari? Quem calamũ imitari cupiunt, qui scribẽtes scribũt iniquitatẽ, & quibus imprecat pphe-
Psal. 67.f ta: Increpa feras calami. Stabat aũt in porta, quia per ipsum ad patrẽ ingredimur, & sine ipso ciuitatẽ dei intrare non possumus: ut dignos suscipiat, indignos abiiciat. In porta quoq; iudicium est. Vnde &
Esa. 29.f propheta dicit: Oderũt arguentes in porta. Et in alio loco: Nõ cõfundeť cum loquetur inimicis suis in
Psal. 126.a porta. Hic uir locutus est ad prophetã, in cuius manu erat funiculus, & cuius erat species quasi æris, &
B q calamũ tenebat manu. Locutus est ad Ezechielem uerus architectus, quem imi-
1.Cor.3.b tabat & Paulus apostolus, dicens: Quasi sapiẽs architectus fundamentum posui. Sapientẽ autẽ uocat architectum, ad distinctionẽ illius qui stul-
Zach. 11.d tus est, & in Zacharia pastor insipiens appellatur, locutus est autẽ quæ sequuntur: Fili hominis uide oculis tuis, & auribus tuis audi, non oculis
Matt. 4.c carnis, sed spiritus, nec auribus corporis, sed animæ. Leua-
Luc. 8.b te, inquit, oculos uestros, & uidete quia messes iam albæ sunt ad metendum, & qui habet aures audiendi, audiat. Videť autẽ ædificatio ciuitatis, & audiť ordo ceremoniarũ & sacerdotũ, terræq; descriptio. Nec sufficit præcepisse ut cerneret oculis, & audiret auribus: sed adicit: Et pone cor tuũ in omnia, siue & pone in corde tuo omnia quæ ego ostendam tibi. Nihil enim prodest uidisse & audisse, nisi ea quæ uideris & audieris in memoriæ reposueris thesauro. Quando aũt dicit: ómnia quæ ego ostendam tibi: interitum facit auditorẽ, facit & cordis oculis præparatum, ut memoriter teneat quæ sibi ostendenda sunt: quia ut omnia ostendant tibi, adduC cus es huc. Quo dicto ostendit specialiter nihil theoria & sciẽtia dulcius, quam propheta desiderat dicẽs: Vnã Psal. 26.b petiui à dño, hanc requirã, ut inhabitẽ in domo dñi per omnes dies uitæ meæ: Vt uideã uoluntatẽ dñi, & uisitẽ templum eius. Vnde iungit & loquit: Dñe, Psal. 25.b dilexi decorẽ domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Annũcia, inqt, omnia quæ tu uides domui Israel: ut qui per se uidere nõ possunt, per te discant quæ tibi à dño demõstrant. Domui aũt Israel, his q mente cõspiciũt deum: de quibus erat & Nathanael, qui Christũ stuIoan. 1.g diosissime requirebat, & meruit audire: Ecce uerus Israelita, in quo dolus non est. a ¶ Et *ecce murus, etc.*] Dum essem Romæ puer, & liberalib. studijs eruderer, solebã cum cæteris eiusdẽ ætatis & propositi, diebus dominicis sepulchra apostolorũ & martyrũ circuire, crebroq; cryptas ingredi, quæ in terrarũ profunda defossæ, ex utraq; parte ingredientiũ per parietes habent corpora sepultorũ, & ita obD scura sunt omnia, ut propemodũ illud pphetícũ compleatur: Descendunt ad infer- Psal. 54.c num uiuentes, & raro desuper lumẽ admissum, horrorẽ tempestatis tenebrarum: ut non tam fenestram ꝙ foramẽ dimissi lumiPsal. 96.a nis putes: rursumq; pedetẽtim acceditur, Psal. 17.b & cæca nocte circumdatis, illud Vergilianum proponit: Horror ubiq; animos simul ipsa silentia terrent. Hoc mihi dictũ sit, ut prudens lector intelligat quam habeam sententiã super explanatione templi



Hier. to. 5

A legenti descriptionē tēpli mystici, quod Iudæi secundū
literā in aduentu Christi sui, quē nos esse antichristū cō-
probamus, putāt ædificandū, & nos ad Christi referi-
Cant. 3.b mus ecclesiā, & quotidie in sanctis eius ædificari cerni-
mus accidit: ubicūq; oculus cordis aperit, & me aliqd
uidere æstimauero & tenere spōsum, & gaudēs dixero:
Rom. 11.d O profundū diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ dei, q̄ inscruta
bilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ illius. Et q̄d
Psal. 35.b alibi scriptū est: Iudicia dñi abyssus multa. Et: De, pfun-
& 29.d dis clamaui ad te dñe, dñe exaudi uocē meā: & illud He
liseī, qui raptū à se magistrū cordis oculis sequebat di-
4. Reg. 2.b cens: Pater, pater: currus Israēl & auriga eius. Simplici-
ter igit̄ est fatendū me templū beati Ezechielis, quod se
cula cūcta tacuerūt, nō temeritate uelle disserere, sed fi-
de & timore dei, cōiecturā animi mei cupere legētibus
demōstrare, ut ti ego in tabernaculō dei pelles caprarū
pilosq; obtulero, unde peccatorū spinæ & aculei prote
gant, & arceant pluuiæ & tēpestates: alius qui diues est
pro qualitate meritorū, uel ferrū, uel æs, uel argentū, au
rūq; & pretiosissimos lapides offerat, & nō nostra quia
sunt minora contemnat, sed proprijs gaudeat opibus.
Nisi enim ima fuerint, summa esse nō poterūt, & ut ma
iora laudent, minorū cōparatione succrescunt. Videa-
mus igit̄ quid ingressus Ezechiel ædificiū ciuitatis uer
gentis ad austrū primū uiderit, deinde audierit: Et ec-
ce, inquit, murus foris secus in circuitu domus undi-
que. Pro muro quē Aquila & Theodotio interpretati
sunt: Symmachus & Lxx. posuere περίβολον. Murus er
go siue περίβολος ex omni parte domū, hoc est, tēplū
dñi circūdabat: habebatq; uir cuius erat species quasi
species æris, non solū funiculū geometricū & cementa-
B riorū, sed & calamū tenebat in manu: cuius supra mēsu
ra tacita est, & nūc ponit̄ cubitorū sex & palmo, qui re-
ctius Græce dicit̄: πλαισίῳ, & est sexta pars cubiti. A-
lioquin palmus σπιθαμὴ sonat, quam nōnulli pro di
stinctione palmam, porrò πλαισίῳ palmū appellare
consuerunt. Hoc igit̄ calamo mensus est latitudinē & al
titudinē muri, & utrūq;, hoc est latitudo & altitudo uno
fuere calamo, hoc est senis cubitis & palmo uno. Cūq;
essent portæ plurimæ, noluit p alias intrare portas, sed
p eā quæ respiciebat ad orientalē plagā. Et qa nō erat æ-
qualis locus, & murus eōi per circuitū & ipsa ædes dei
in excelsiorib. locis ædificata erat, ppterea per gradus
ingredit̄ imò cōscēdit, quos soli Lxx. septē nominat, cū
& in Hebræo & in cæteris translatorib. gradus tm absq;
numero legerimus. Ingressusq; portā, statim mēsus est
limē portæ quod Lxx. δύο nominat, p quo in Hebræo
scriptū est סף Et diligentē & studiosum lectorē admo-
nendū puto: si tm scientia scripturarū & non uanis ora-
torū declamationib. ducit̄, ut sciat omnia prope uerba
Hebraica & nomina quæ in Græca & Latina trāslatiōe
sunt posita, nimia uetustate corrupta, scriptorūq; uitio
deprauata, & dum de inemendatis scribunt inemenda
tiora, de uerbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imò nul
lius gētis, dū & Hebræa esse desierint & aliena esse non
cœperint. Limē igit̄ portæ siue סף imò saph, qd̄ Sym-
machus σῆθυ: Aqla & Theodotio πρόθυρον interpre-
tati sunt, habebat calamū unum, hoc est, sex cubitos &
palmū in latitudine: pro quo nescio quid uolētes Lxx.
addidere de suo, sex hinc & sex inde. Post limē aūt por-
tæ, iuxta Hebraicū mēsus est thalamū siue cubiculū, ut
Symmachus transtulit παραστάσεις. i. postes ex utraq;
parte calamo uno tam in longū q̄ in latū, qd̄ & ipsum
Lxx. ælā trāstulerūt, quod in cōsequentib. Symmachus
anteliminare interpretatus est. Inter thalamos autem
duos siue cubicula & παραστάσεις erant quinq; cubiti,
& aliud prolimē portæ iuxta uestibulū intrinsecus cala C
mo uno. Tertiū quoq; uestibulū portæ, octo habebat
cubitos, & in frōte eiusdē siue in marginib. duos cubi-
tos. Q̄ uestibulū ne quis putet idē esse qd̄ supra, addi
dit: Vestibulū aūt erat portæ interioris: pro quib. Lxx.
primū & secundū & tertiū uestibulū transtulerūt. Thala
mi aūt, id est, cubicula quæ post portā orientalē erāt æ-
dificata in uestibulis, respiciebāt ad uiam orientalē. Et
ut sciamus quot fuerint thalami: iungit̄, tres hinc & tres
inde, ad septentrionē uidelicet & ad meridiē respicien-
tes ad orientalē uiā, unaq; mēsura frontiū erat ex utraq;
parte. Mensus est quoq; mensurā in latū liminis portæ,
& reperit decē cubita, & in longū tredecim cubita, & in
unū cubitū artabant̄ extrema thalamorū, uel ut Sym
machus trāstulit παραστάδων, & utraq; frons singulos
habebat cubitos. Thalami autē siue παραστάδες, & ut
Lxx. de suo posuere θυρίδα ex utraq; parte sena habe
bāt cubita. Mēsusq; est portā à tecto thalami siue παρα
στάδων usq; ad tectū siue ad parietē eius, & inuenit in-
ter tectū & tectum latitudinis uiginti & quinq; cubita.
Tm̄ esū erat spaciū inter ostiū & ostiū, siue inter portā &
portā. Hæc breuiter diuinantis magis q̄ explanātis ani Ephe. 3.d
mo dixerimus, uolētes iuxta literā obscurā, & penè nō
apparētē adumbrare picturā. Cæterū pauca quæ possu
mus suspicari, strictim, dubitantesq; ponemus. Aposto
lus Paulus uolens Ephesios sacratiora cognoscere, im-
precat̄ eis ut repleant̄ sapiētia & charitate dñi: ut radica
ti atq; fundati, scire ualeāt & cōprehendere quæ sit lati
tudo & lōgitudo & altitudo & profundū diuitiarū eius,
& ad eosdē loquit̄: Ergo nequaq̄ estis peregrini, sed ci- Ibidē 2.d
ues sanctorū & domestici dei: ædificati supra fundamē
tū apostolorū & prophetarū, ipso angulari lapide Iesu
Christo: in quo omnis ædificatio cōpacta, crescit in tem
plū sanctū dño, in quo & uos superædificati estis in ha
bitaculū dei in spiritu sancto. Petrus quoq; apostolus D
eisdē penè uerbis, quia eodē spiritu, in epistola loquit̄:
1. Pet. 2.d Si quidē credidistis qm̄ bonus dñs, ad quē accedentes
lapidē uiuentē: ab hominib. quidem reprobatū, à deo
aūt electū & honoratū, & ipsi ut lapides uiuentes ædifi-
çamini domus spiritualis in sacerdotiū sanctū, offeren
tes spirituales uictimas acceptabiles deo p Iesum Chri-
stum. Ex quo perspicuū est, dominū saluatorem qui ue
rus architectus est, probare lapides qui possint poni
in tēpli fundamētis, qui in medio, qui in superioribus
locis & inferioris mensuræ: uel non tam solidę firmita-
tis in muro & extra templū in circuitu τῷ περιβόλῳ col
locari. Non est enim parui roboris nec minimæ firmi-
tatis, impositos desuper lapides sustinere. Vnde scribit
Gal. 6.b Apostolus ad credentes: Inuicem onera uestra portan
tes. Et in alio loco scriptū est, non debere nos pondus
assumere quod ferre non possumus. Calamus aūt men
suræ qui habebat sex cubita & palmū unū, illud signifi
cat, notā esse deo conuersationē nostrā, quæ in sex die-
bus in quibus mundus factus est continet̄, & notā esse
rationē operū singulorū, ut aliud ad opera pertineat,
aliud ad mentem. Vnde & latitudo æqua est altitudini:
quorū latitudo ad opera ut diximus, altitudo refert̄ ad
animū q̄ ad alta festinat. Illud aūt semel monuisse suffi-
ciat, nosse me cubitū & cubita neutrali appellari gene-
re: sed pro simplicitate & facilitate intelligentiæ uulgiq;
cōsuetudine ponere & genere masculino. Non eīm cu-
ræ nobis est uitare sermonū uitia, sed scripturæ sanctæ
obscuritatē quibuscūq; uerbis disserere. Ingredit̄ igitur
uir cui oriēs nomē est per portā orientalē, ut illuminet
eos quos in prima uestibuli frōte repererit siue in ipso
introitu portæ, non per unum sed plures gradus, quo
rū siletur numerus, ut ascensionis appareat difficultas,
& quotcunq; gradus tibi proposueris, scias minus esse
ab eo quod dubiū derelinquitur. Istā arbitror portam
de qua

A dē qua & in psalmis canit̄: Hæc porta dñi, iusti intrabūt
Psal. 11.7c per eā. Mensusq; est limē portæ, ut scire ualeamus oīa
patere notitiæ dei. Quod limē in latitudine unius dicit̄
calami, & de altitudine silet̄ ac longitudine. Via enim est
& introitus, & p eam ad interiora pergendū est, licet in
hoc loco Lxx. supflue
longitudinē, uel ut in
pleriscq; codicib. conti
net̄, altitudinē dixe-
rint: cubicula aūt, id
est thalami & παραστά-
δες tā in longū q̄m in
latū singulos habeant
calamos, sed inter tha
lamū & thalamū qnq;
tantū sunt cubita, ut
interiora cubiculorū
plenā habeāt mēsurā
calami, id est sex cubitorū & palmi unius, dū opera pa-
riter ratioq; cōsentiūt. Ea uero quę intrinsecus sunt, hoc
Cant. 1.a est inter thalamū & thalamū quinq; cubita: necdū enim
Psal. 44.e Christi secreta penetrarūt, nec possunt dicere: Introdu-
xit me rex in cubiculū suū. Et alibi: Omnis gloria filiæ
regis intrinsecus. Sed discipulis cū Christo domi cōmo
rātibus, mysteria eius audire nō possunt, & foras ad se
cupiūt dei exire sermonē, & propterea quinq; cubitorū
mēsura in eis ponit̄, ut ad sensus quinq; omnia referre
doceant̄. Limē quoq; alterius portæ, siue ut in Lxx cōti
net̄, secūdi uestibuli & tertij, eiusdē calami unius mēsu-
ræ est. Post quod uestibulū eius, hoc est limen portæ, in
introitu octo ponunt̄ cubita, ut interiora uestibuli ne-
quaq̄ septenariū numerū & sex cubita & palmū unū,
sed octonariū teneant̄: q ad resurrectionis & diei dñicæ
pertinēt sacramentū. Et in frōte, inquit, eiusdē uestibuli
B duo erāt cubita, quæ uel ad utrūq; pertinēt instrumen-
tū, uel ad literā & spiritū, uel ad mysteriū forcipis: qua in
Esaia de altari carbo cōprehendit̄, & defert̄ ad prophe-
tę labia purgāda. Et ut sciamus quod sit hoc uestibulū
qd̄ octo & duob. cubitis terminat̄, ponit manifestius.
Vestibulū aūt portę erat intrinsecus, per quod peruenī
mus ad templū dei. Thalami quoq; & cubicula quæ e-
rant ad uiā portæ orientalis, pro quib. Lxx. ἑλάσῦ scri-
bunt, tres erant hinc, & tres inde, mensuræ uniusq; id est,
calamo uno, qui sex cubita & unū palmū habebat, de
quib. suprà dictū est: Et ἑλαμ uno calamo in longū, &
uno calamo in latū, & inter thalamos quinq; cubitos.
Ne igitur putaremus duos tantū esse thalamos, ternos
ex utraq; parte posuit, ut senariū numerū demōstraret:
Iodl. 2.a qui & in hydrijs euangelij indicat̄ in quib. aquæ in ui-
na mutatæ sunt, & quotidie Iudaici lacus uertunt̄ in ui
nū, quod lætificat cor hominis: & Christi cruore fit dul
cius. Mensus est quoq; latitudinē liminis portæ decem
cubitorū, qui perfectus est numerus: & uel decalogo cō
tinetur, uel euangeliorum quatuor sacramēto. Qui ab
uno incipiens, ita ad quatuor peruenit, ut denariū im-
pleat numerū. Cuius longitudo habebat tredecim cu-
bitos: pro qua in Lxx. rursum ponit̄ latitudo, quod mi
hi uideturscriptorū negligentia deprauatū. Neq; enim
in uno loco latitudinē, & rursum latitudinē decem uel
tredecim cubitorum scriptura dixisset. Potest aūt porta
Ioan. 10.b liminis, in quo sacratus est numerus ueteris & noui te-
stamenti, uel ipse dominus intelligi, qui dicit: Ego sum
ostium: uel certe omnes sancti per quos ingredimur ad
2 Cor. 9.c notitiam dei, quorū apostolus Paulus loquebatur: Os
meum patet ad uos, ô Corinthij, & dilatamini & uos.
Matt. 14.b Tredecim aūt cubiti post octonarium numerum, libro
Ioan. 4.c rum Moysi continent sacramentum: qui & in quinque
monstrantur panibus, & in Samaritania euāgelij, quæ
arguitur quod quinq; habuerit uiros, & sextū quem se

HEB. latitudinē uigīti & qnq; cubitorū, ostiū cōtra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frontē atrium portæ undiq; per circuitum. Et ante faciē portæ quæ pertingebat usq; ad faciē uestibuli portæ interioris quinquaginta

SEP. latitudine uigītiqn-q; cubitorū. Hæc porta cōtra portā. Et sub diuo ælā portæ sexaginta cubitis, & theim atrij portæ per circuitū. Et sub diuo atrij extrinsecus ælā portæ interioris quinquaginta

putabat habere nō habebat, & tamē octonarius & qui- C
narius numerus uno cubito, id est quartodecimo cōsu
matur, quia in Christo recapitulant̄ omnia. Vnde dici-
tur: Et cubitus unus finis utriq;, dū & uetus & nouū
testamentū una Christi mēsura cōplectit̄, & altitudinem
triginta cubitorū ar-
cæ Noe, unus cubitus
includit. Thalami aūt
inq̄t, siue ut Lxx. po-
suere, thau uel thee:
uertētes atq; mutātes
per singula loca ut uo
luerunt Hebraica no
mina, sex cubitorū e-
rant ex utraq; parte,
qd̄ dicit̄ hinc & inde,
& nequaq̄ habebant
palmū nec rationē de
super additā, quæ præsentē cōuersationē ad futurā bea-
titudinē prouocaret, sed tantū sex cubita. Vnde sequit̄:
Et mensus est portā à tecto thalami usq; ad tectū siue pa
rietē eius: & inuenit latitudinis uiginti & quinq; cubita:
qui & ipse numerus licet quadrus sit, tamē refertur ad
sensus. Si enim quinos cubitos cōtra se quinquies ordi
naueris, uicesimū & quintū numerū efficies, q̄ est inter
tectū thalamorū & tectū: & tī utrunq; è regione sui posi
tū, à summis partib. habet ostiū cōtra ostiū. Hæc nō fri-
uola uideant̄ esse lectori, licet & mihijpsi qui dico displi
ceant, sentiens me clausam pulsare ianuā, sed legēda cū
uenia sunt, alioquin potui simpliciter ignorantiā confi
teri, & omne studiosorū ampurare desiderium. Sicut est
à perfecta scientia procul sumus, leuioris culpæ arbitra-
mur saltē parū q̄m omnino nihil dicere. a ¶ Et fecit frontes,
etc.] Symmachus hunc locū ita interpretatus est: Et fecit
περισκοπὰς, quas nos circūstantias possumus dicere: p D
quibus in Hebraico habet אילם quæ Aquila interpre-
tatus est κεῖλωμα, & nos in frōtes uertimus. Rursum ubi
Lxx. posuere theim atrij, in Hebraico את numero sin-
gulari, quod Symmachus prope atrium: Aquila λοξώματα,
id est frontē atrij trāstulerūt. Sub diuo quoq; ælā portę:
Aquila, ante faciē postiū portæ: Symmachus, contra fa-
ciē uestibuli portæ, interpretati sunt. Fenestras absco-
ditas quæ Hebraice appellant̄ אטומות Symmachus τὰ
ξυκὰς transtulit. Et ubi dixere Lxx. super theim & super
ælam, idem Symmachus postes posuit & circunstātias:
Aquila, thalamos & frontes eorum: pro quibus in He-
braico scriptū est תאים & אלי Porrò elamoth, quod
Lxx. & Theodotio similiter εἰλαμὰθ transtulerūt: Sym
machus, circūstantias: Aquila, frontes interpretati sunt.
Aelam aūt, pro quo in Hebræo scriptū est אל ostium
uel porticus appellatur. Pro palmis quoq; in Hebraico
scriptū est תמורים numero plurali: quia singularis nu-
merus palmam תמר uocat. Hæc fastidioso lectori scio
molesta fore, sed uolui breuiter ostendere, quantū tem-
poris longitudine, imò scriptorū uitio, & ut apertius lo
quar, imperitia, ab Hebraica ueritate discrepet antiqua
translatio: præcipuęq; in Hebraicis nominibus, quæ
nos de aliorū editionibus in Latinū sermonē expressi-
mus, non tam explanationē dictionū q̄m suspicionē no-
stram simpliciter indicantes. Puto aūt inter murū tem-
pli extrinsecus per circuitū, & ipsam ędem in atrio, hoc
est in medio, quædam fuisse propter ornatū posita, quę
Symmachus interpretat̄ circunstantias: id est, stantia
quædam & de terræ solo erecta in sublime, & hæc sexa-
ginta cubitorū obtinere spaciū. Rursumq; egredienti-
bus de porta interiori ad faciē uestibuli, quod respicie-
bat portā exteriorē, quinquaginta cubitos obtinuisse
locū, in quibus fenestræ erāt obliquæ: quas Septuagin-
ta absconditas: Symmachus τοξικὰς uocat. Et hæ sene-

A strꝛæ erãt in thalamis, hoc est in cubiculis singulis et por
ticibus quæ ante cubicula tendebant, obtinentes cubi
tos quinquaginta. Quæ fenestræ obliquæ siue τοξικὰς
ideirco à sagittis uocabulũ perceperũt, ꝙ instar sagitta
rum angustũ in ædes lumẽ immittãt, & intrinsecus dila
tent, omniaq; per circuitũ plena erãt huiusce modi fenestris. Et
ante frõtes, inquit, porticuũ, pictura siue cælatura palmarũ: p quę
ostenditur in introitu portæ stadiũq; ingrediẽtib. murũ, sexagin
ta occurrere cubita cũ uarijs ornamẽtis, quę referunt ad cõditionẽ
mũdi, ut ex creaturis creator intelligat, & oĩa ordine & ratiõe
currẽtia, ostendãt mũdi uarietatẽ, qui apud Græcos κόσμος ab or
natu nomẽ accepit, & in sex dieb. factus est, ut per singulos dies,
decades singulæ supputent, quẽ perfectũ numerũ suprà diximus. Post hæc
ingredientibus nobis atriũ interius, occurrunt ante ip
sum uestibulũ portæ interioris thalami cũ obliquis fe
nestris, quinquaginta cubitorũ tenentes spaciũ, qui &
ipse sacratus est numerus. Et post septem hebdomadas
plenas festiuitatis & gaudij, ogdoadis prima incipit di
es, quæ est resurrectionis, & introducit nos ad uicinia
B tẽpli. Cũ eñ omnia fecerimus, agentes prioris erroris
pœnitentiã, tunc uicini & proximi efficimur deo, ut in
exteriori atrio, notitiã creatoris creaturarum ordo nos
doceat atq; constantia: & in interiori, uerus tubileus in
quo omnia nobis debita dimittunt, instruat θεολογίαν,
& introducat ad sancta sanctorũ. Notandum quoq; ꝙ
interius atrium plures fenestras habeat, non directas
& æquales, sed obliquas & angustas exterius, & se in
trinsecus dilatantes, ut per parua quędã foramina pos
simus ad interiora penetrare, & ad clarissimi luminis,
quod uersatur in templo, plenitudinem peruenire. De
nicq; post sexaginta & quinquaginta cubitos & thala
mos & porticus & frontes porticuum, & fenestras plu
rimas per circuitũ, palmarũ nobis cælatura uel pictura
monstratur, ut de mũdo uictoriam possidentes, digni
efficiamur palmas uidere uirtutum. a ¶ *Et eduxit me ad
atriũ, etc.*] Pro thalamis triginta, quos uertere Lxx. siue
gazophylacijs atq; cellarijs, ut interpretatus est Aquila:
Symmachus posuit ἐξέδρας. Et pro centũ cubitis exte
rioris spacij qui tendebant usq; ad portã orientalem: in
Hebraico idem cubitorũ numerus & ad aquilonẽ ten
dere dicit: in Lxx. uero nomẽ aquilonis ablatũ est. Vir
ergo ille qui habebat funiculũ cementariorũ in manu,
& calamũ mensuræ, & stabat in porta: inter cætera quæ
prophetæ monstrabat aspectui post atriũ sexaginta cu
bitorũ, & aliud uestibulũ portæ interioris quod tene
bat quinquaginta cubitos, eduxit prophetã ad atrium
exterius: siue ut in Lxx. continetur, introduxit ad atriũ
interius. Satisq; miror iuxta literã & Lxx. quomõ post
exteriora atrij, sexaginta & quinquaginta cubitos tenẽ
tia, interius sit atriũ quod in latitudine centũ cubitorũ
tendatur spacijs: nisi fortè iuxta mysticos intellectus &
profectus ingredientiũ, quæ interiora in doctrinis fue
rint latiora sint. Introductus autem in atrium interius,
siue ductus ad exterius atriũ, ut in Hebraico cõtinetur:

HEB. ginta cubitos, & fenestras obliquas in thalamis, & in frõtib. eorũ quæ erãt intra portã undiq; p circuitũ. Simi
liter aũt erant & in uestibulis fenestrę p gyrũ intrinsec⁹: & ante frõtes pictura palmarũ. Et edũxit me ad atriũ exteri⁹,
& ecce gazophylacia & pauimentũ stratũ lapide in atrio per circuitum, triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti. Et pauimentum in fronte
portarũ secundum longitudinem portarũ erat inferius.

SEP. ginta cubitis, & fenestræ abscõditę sup̃ theim & super ælã intra portã atrij p circuitũ. Et similiter Elamoth, & fenestræ
in circuitu intrinsecus, & super ælã palmæ hinc & inde. Et introduxit me in atriũ interius, & ecce thalami & intercolumnia atrij per circuitũ: tri
ginta thalami per columnas & porticus post ianuas in lõgitudinẽ ianuarũ ante columnas inferius. Et

C statim intuitus est triginta thalamos uel gazophylacia, siue ut Symmachus interpretatus est exedras, quę habi
tationi leuitarũ atq; sacerdotũ fuerãt præparatę, & pauimentũ uiuis stratũ lapidib. siue inter colũnas, ut ostẽ
dat interius atriũ uel exterius habere ante fores ordinẽ colũnarũ, & pauimentũ in frõte portarũ, siue porticus posttergũ
portarũ. In quib. porticib. puto colũnas ordine fuisse dispositas, ut ante gazophylacia essent porticus, & in
frontib. porticuũ columnæ porticus sustinẽtes. Pauimentũ aũt quod stratũ erat lapidib. & ante porticus atrij tẽdebat, inferius
erat in ascensione porticuũ, & eandẽ habebat longitudinẽ quã thalamorũ ædificatio possidebat. Mensusq; est idem uir, in cuius
manu erat funiculus & calamus à facie por
tæ inferioris, siue ut Lxx. uolũt, exterioris usq; ad fron
tem atrij uel portæ interioris, centũ cubitos ad orientẽ,
& ut in Hebraico dicitur, & ad aquilonem. Ex quibus
intelligimus illud euangelicũ quod à saluatore narrat, *Matt. 13.d*
missæ in agrum sementis in terram bonam, quæ multi
plicet fruges pro uarietate uirtutum in tricenarium &
in sexagenariũ & centenarium numerũ, huius loci na
uicinio cõuenire. Et hic enim triceſimus & sexagesimus D
& centesimus numerus ponitur, ut his quasi gradibus
ad perfectam scientiam peruenire ualeamus, ita dunta
xat ut ad interiora ecclesiæ quinquagenarius nos per
ducat numerus: qui finito septem hebdomadarũ sab
bato, in diem resurrectionis erupit. Gazophylacia au
tem appellantur quæ plena sunt spiritualibus diuitijs,
de quibus scriptũ est: Redemptio animæ uiri, propriæ *Prou. 13.b*
diuitiæ. Super quibus & Paulus apostolus gratulat di *Philip. 1.b*
scipulis suis, quod pleni sint omni uerbo & omni scien
tia. Gazæ autem lingua Persarũ diuitię nuncupant. Vel
certe thalami qui Græce dicunt παστοφόρια, ostendunt
sponsi aduentui cubicula præparata, quæ fuere triginta
numero, ut perfectam ætatem habitantium demonstra
rent. Et pauimentum stratum erat lapide: ne luto & ter
ra & puluere peccatorum habitantiũ polluerentur ue
stigia, sed ut super uiuos incederẽt lapides, quibus ædi
ficatur templũ dei. Siue intercolumnia erant ante thala
morum fores, quæ impositũ desuper ædificiũ sustenta
rent. Istæ sunt columnæ, de quibus & Paulus apostolus
scribit: Dexteras dederunt mihi & Barnabæ, Petrus & *Gal. 2.b*
Ioannes, qui uidebantur columnæ esse. Et in alio loco: *1 Tim. 3.d*
Columna & firmamentum ueritatis. Et in Ioãnis Apo *Apoc. 3.c*
calypsi legimus: Qui uicerit, faciã eum columnã in tem
plo dei mei, & foras non egredietur amplius. Pauimen
tum ergo quod erat in fronte portarum, de quo iam di
ximus, siue porticus post tergum portarũ, quæ habita
tores thalamorum ab imbribus defendebant, erat infe
rius. Semper enim quæ inferiora sunt in altioribus col
locantur, ut ad mystica atq; secreta & plena diuitijs spi
ritualibus, ascensu & gradib. peruenire possimus. Ple
nusq; numerus atque perfectus in decem decadarum
numero est: qui & sementem Isaac centena fruge multi *Gen. 26.c*
plicat. Sed quia in terra erat, & adhuc dicere poterat: *Psal. 38.c*
Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei,

A hordeum seuisse, & centesimam frugem messuisse narra
Ioan. 12.d tur. Necdum enim granum tritici mortuũ fuerat in ter
ra, quod multas fruges faceret, & famem Iudaici popu
li audiendi sermonis dei, saturaret eo pane qui de cœlo
descendit. Quomodo aũt centum cubiti non solum ad
portã orientalem fue
rint, sed & ad portam
aquilonis, sequens te
stimoniũ demonstra
bit. a ¶ *Portam quoq; quæ respiciebat uiam aqui
lonis atrij exterioris mensus est, tam in longitud.*]
Quid significent uer
ba Hebraica Thee &
Elau & Elamoth, su
prà plenius diximus,
sed & in præsentiarũ,
collatione sui docebit
nostra trãslatio. Men
sus est autem uir cu
ius funiculus in ma
nu erat, portam quo
que aquilonis atrij ex
terioris, siue introdu
xit prophetã per por
tam aquilonis ad atri
um exterius. In quo
considerãdum, quod
primum introduca
Hier. 1.e tur per portam aqui
lonis: secundo per
portam austri: tertio
per portam orienta
B lem. Ab aquilone e
nim exardescunt ma
la super habitatores
terræ. Pulchreq; qui
habitator terræ est, &
non aduena atque pe
Eph. 6.c regrinus, patet iacu
lis eius qui uenit ab
aquilone, cuius igni
ta sunt iacula, quæ
iuxta Apostolum scu
to fidei restinguũtur.
Et ad aquilonem ex
terius atrium nomi
natur: ad meridiẽ ue
ro, hoc est ad austrũ,

HEB. Et mensus est latitudinem à facie portæ in
ferioris usq; ad frontem atrij interioris extrinse
cus, centum cubitos ad orientem & ad aquilo
nem. Portãm quoq; quę respiciebat uiam aquilo
nis atrij exterioris men
sus est, tam in longitudi
ne quàm in latitudine, &
thalamos eius tres hinc
& tres inde, & frontem
eius & uestibulum eius,
secundum mensurã por
tæ prioris: quinquagin
ta cubitorum longitudi
nem eius, & latitudinem
uigintiquinque cubito
rum. Fenestræ autem e
ius & uestibulum & scul
pturæ, secundum men
suram portæ quæ respi
ciebat ad orientem. Se
ptem graduum erat a
scensus eius & uestibu
lum ante eam. Et por
ta atrij interioris con
tra portam aquilonis &
orientalem. Et mensus
est à porta usque ad
portam cẽtum cubitos.

SEP. Et mensus est latitudinem atrij ab eo loco qui erat sub diuo portæ exterioris us
que ad interius, sub diuo por
tæ interioris quæ respiciebat
exteriora, cubitos centum &
uergebat ad orientẽ. Et intro
duxit me ad aquilonẽ. Et ecce porta respiciẽs atriũ exte
rius. Et mensus est eã in longi
tudine & in latudine, & thee
eius tres hinc & tres inde, &
elau & elamoth (& quod in
Hebraico non habet) & pal
mas eius: & factum est secun
dum mensuram portæ quæ
respicit orientem, quinqua
ginta cubitorum longitudo
eius, & latitudo eius uiginti
quinq; cubitorum. Et fene
stræ eius & elamoth & pal
mæ eius sicut in porta quę re
spiciebat orientem, & in gra
dibus septem ascendebatur
ad eam: & elamoth intrinse
cus & porta atrij interioris re
spiciẽs ad portam aquilonis
(& quod in Hebraico nõ ha
betur) sicut porta quæ respi
cit ad orientem. Et mensus
est atrium à porta usque ad
portam centum cubitorum.

C cuntur thalami tres hinc & tres inde: hoc docet, quod tam litera quàm spiritus, & utraq; intelligentia, & histo
riæ & tropologiæ, ad trinitatis sacramẽta pertineant. Il
ludq; quod additur: Et frontẽ eius & uestibulum secun
dum mensurã portæ prioris: orientalẽ portã significat,
quæ prior nõ ordine
sed merito nuncupa
tur. Et habebat, inqt,
quinquaginta cubi
tos in longitudine, &
uigintiquinq; in lati
tudine: ut in quinqua
ginta post septem heb
domadas æterna re
quies demonstretur,
tendens per diem re
surrectionis ad regna
cœlorum, in quibus
uera requies est. In ui
gintiquinque autem,
de quo numero ante
iam diximus, quinq;
sensuum per quinq;
ordines quadrangu
li mensura seruetur:
quorum alterum lon
gitudini, alterum la
titudini coaptatur, ut
in longitudine requi
es & delectatio sacra
tioris scientiæ, in la
titudine præsentium
quæ ad sensus perti
net ratio demonstre
tur. Quodq; inferturi D
Et fenestræ eius & ue
stibula & sculpturæ,
siue ut Lxx. addide
re palmæ erant iuxta
mensuram portę quę
respiciebat ad orien
tem: hoc subtiliter in
dicatur, quod quicũ
que in introitu uirtu
tum positus, tres &
tres thalamos fuerit
ingressus, frontemq;
& uestibulum mensu
ræ portæ prioris ag
nouerit: ad ea perue
niat illaq; conspiciat, quæ & in porta orientali plenissi
me susceptурus est. Porrò quod sequitur: Et septem gra
duum erat ascẽsus eius, & uestibulum ante eam siue in
terius: hunc habet sensum, quod per septẽ gradus heb
domadis, & ollæ quæ à facie aquilonis accenditur, &
ceremonias Iudæorum quibus dedit deus præcepta
non bona, & iustificationes in quibus non uiuant, in
eis scandamus ad altiora & ad uestibulum eius, id est,
portæ, pro quo Lxx. elamoth transtulerunt. Quod ue
stibulum ante portam est siue interius. Nec solum una
porta est aquilonis, quæ suprà porta appellat exterior,
sed & altera interior, quæ habet similitudinẽ portæ ori
entalis, ut manifestius dixere Lxx. Et porta atrij inte
rior respiciens portam aquilonis: sicut erat porta quæ
respiciebat ad orientem. Mensusq; est à porta exteriori
aquilonis usq; ad portam eiusdem aquilonis interio
rem centum cubitos: ut his quasi gradibus atq; mensu
ris recedentes à porta exteriori, ad interiorẽ peruenire
ualeamus, de cuius numeri sacramento suprà dictũ est.

¶ Et

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

אילו אילמות אולם

Et eduxit me ad uiam australem, & ecce porta quę respiciebat ad austrum. Et mensus est frontem eius & uestibulum eius, iuxta mensuras superiores, & fenestras eius & uestibula in circuitu, sicut fenestras cæteras, in qua erat quinquaginta cubitorū longitudo, & latitudo uiginti quinq;, & in gradibus septē ascendebat ad eam: & uestibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant, una hinc, & altera inde in frōte eius. Et porta atrij interioris in uia australi, & mensus est à porta usq; ad portā in uia australi, centum cubitos. Et introduxit me in atriū interius ad portam australem, & mensus est portā iuxta mensuras superiores, thalamū eius, & frontem eius, & uestibulum eius eisdem mensuris, & fenestras uestibulorū eius in circuitu, quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis uigintiquinq; cubitos. Et uestibulum per gyrum longitudine quinq; cubitorum, & latitudine quinq; cubitorum. Et uestibulum eius ad atriū exterius & palmas eius in fronte, & octo gradus eius erant quibus ascendebatur ad eam. Et introduxit me in atriū interius per uiam orientalem, & mensus est portam secundum mensuras superiores: thalamum eius, & frontem eius, & uestibula eius sicut suprà, & fenestras eius, & uestibula eius in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine uigintiquinque cubitorum. Et uestibulum eius, id est, atrij exterioris: (pro quo Septuaginta, & Symmachus, interiorem posuerunt,) & palmæ cælatæ in frontibus eius, hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Et

a ¶ *Et eduxit me ad uiam australem, etc.*] Lxx. in eadem uerba consentiūt, præter thee & elau & elamoth & ælā, pro quo in Hebræo positū est ulam. Thee aūt interpretatur limen siue frons: Elau, circa eum siue sustentacula: Elamoth propyla siue uestibula. Vlam προπύλων, id est, ante fores. Illud aūt qđ iuxta Hebraicū posuimus, & uestibulū siue προπύλων in circuitu per gyrū lōgitudinis uigintiquinq; cubitorū, & latitudinis per quinq; cubitos, in Septuaginta non habet. Sed & hoc notandū, quod in australi porta iuxta Lxx. nō dicat uia, sed simpliciter: & eduxit me ad austrū, & ecce porta quæ respiciebat ad austrum. Per singulos igitur introitus Ezechiel quē consortauit deus, hoc ei nomē eius sonat, ducit: & de porta aquilonis transit ad portā australē: cuius frōtes & limina προπύλαια siue uestibula fenestrāq; per circuitū similes habebāt mensuras, quinquaginta cubitorū longitudinē, & B uigintiquinq; cubitorum latitudinē, & per gradus septē ascendebatur ad eā, id est, ad portā australem, & uestibulum eius, hoc est Elamoth ante fores eius: duę quoq; palmę cælatæ, de quibus in septentrionalis plagæ porta diximus. Et hoc tantū admonuisse sufficiat, quod quæcunq; ibi ponuntur iuxta intelligentiam uiliorem, hoc est iuxta literā in meridiana porta intelligimus iuxta spiritualē sensum: Eisdem enim lineis & historia currit & tropologia: sed illa humilior est, ista sublimior: Illa hæret terræ, ista ad cœlestia subuolat. Et in circuitu per fenestras cuncta plena erant luminis. Singula eīn πρόθλήματα habent terminos suos, & propriū per illa ad animam credentis lumen ingreditur: præsertim si longitudo uitæ eius quinquagenarij anni, hoc est, iubilei mysterio fuerit protelata, & ad diuinioris sensus latitudinem potuerit peruenire. In qua latitudine & plateis, agit sapiētia confidenter, & cum sublimi uoce clamitat, septemq; gradibus ingreditur, ut perueniat ad uestibulum, & per palmas propositi sui atq; conatus, uictoriā teneat sempiternā. Et ne putaremus unū esse ad australem partē atrium, de secūdo dicitur atrio: Et porta atrij interioris in uia australi, & mensus est à porta usque ad portā in uia australi centū cubitos, ut post hebdomadis & instrumēti ueteris sacramenta, ad terram bonā & euangelij gratiā peruenīret. Non solum in porta australi secundum atriū est, sed tertium, de quo nunc dicitur: Et introduxit me in atriū interius ad portā australem, & mensus est portā iuxta mensuras superiores, &c. Singula enim atria habent mensuras & ordines suos, & in eisdem mensuris diuersa gratia est, dum easdē res aliter C in principio, aliter in profectu, aliter in fine cognoscimus. Hoc uero quod in Lxx. non habet, & uestibulum siue προπύλων per gyrū longitudine uigintiquinq; cubitorū, & latitudine quinq; cubitorū: uidet facere quæstionē, propter quod in ueteri interpretatione nō positū est, quomodo post profectū tertij gradus uigintiquinq; cubiti & qnq; ponant. Sed tollit am biguitatē illud quod sequit: Et uestibulum eius ad atriū exterius & palmas eius in fronte, ut scilicet hoc atriū quod habebat in longitudine uigintiqnq; cubitos, & in latitudine quinq;: nō interioris, sed exterioris atrij sit, ut prioris atrij latitudinē, hoc est uigintiquinq; cubitos, exterioris atrij possideat longitudo, & in latitudine quinq; cubitos teneat. quas mēsuras, idest uigintiquinq; & quinq;, ad eosdē sensus referimus, uisum uidelicet & auditū, gustum & odoratū & tactū: quas si ad altiora conscendimus, quinquies duplicamus, & D de carnalib. sensibus facimus spirituales: ut est illud: Leuate oculos uestros & uidete, quoniā iam messes albæ sunt ad metendū. Et: Qui habet aures audiendi audiat. Et: Gustate & uidete, quoniā suauis est dñs. Et: Christi bonus odor sumus deo in his qui credunt. Et in Ioānis epistola dicitur: Quod audiuimus & uidimus, & manus nostræ palpauerunt de uerbo uitæ. Et ad extremum nequaq; ut in septentrionali plaga septem tantū gradus sufficiunt, sed post septē octonarius ponitur numerus, ut de synagoga ad ecclesiam, de ueteri instrumento ad nouū, de terrenis ad cœlestia transeamus. b ¶ *Et introduxit me in atrium interius per uiam orientalem, etc.*] De septentrionali plaga, in cuius atrium septē tantū ascendebatur gradibus, transit ad australem portam & atriū eiusdem plagæ, ad quod nō solū septem, ut suprà, sed octo gradibus ascenditur: uidelicet ut per uetera transeamus ad noua, & ut loquar manifestius per patriarchas & prophetas ueniamus ad apostolos, ut in altero hebdomas, in altero ogdoas sit. Nunc autem uenit ad ultimū, imò ad summū: & introducit prophetam per uiā portæ interioris, siue per atriū, ad quod itur per uiam orientalem. Via iuxta Lxx. in hoc tantum habetur loco, in septentrionali & australi plaga omnino tacita est: ut possimus intelligere in orientali tantum portā illam intelligendam uiam, quæ dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Per ipsum enim uenimus ad patrem, & de ipso scriptum est: Beati immaculati in uia, qui nihil de Christo sinistrum sapiunt, sed fides eorum pura est, &

Luc. 8.b
Psal. 33.b
2 Cor. 2.d
1 Ioan. 1.d
Ioan. 14.b
Psal. 118.

A est, & nequaq; hæreticorū sorde polluta. Idemq; numerus thalamorū, frontiū & uestibulorū & fenestrarum & luminis earū, & eadem mensura longitudinis & latitudinis: quinquaginta uidelicet & uigintiquinq; cubitorum sacramēta conseruans, & uestibulū eius portæ siue atrij interioris: quod iuxta Hebraicū exterius ponit, ut oriētali lumine oīnia teneant incluſa, secundū illud Psal. 18.b quod scriptū est: Nec est qui se abscondat à calore eius. Sin aūt & exterius & interius accipimus atriū: sic intelligendū est, ꝙ deus & circunfusus sit & insus, dicēs per prophetam: Qui tenet cœlum Esaie 40.c palmo, & terrā pugillo, ut omnia ab illo uideant incluſa. Et rursum: Cœlū mihi thronus est, terra aūt scabellum pedū meorū, Psal. 66.a ut intra oīnia esse credēdus sit, iuxta illud Vergilianum: Principio cœlum ac terras camposq; liquentes: Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; astra Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus B Mens agitat molem, & magno se corpore miscet. Cūq; per arma iustitię à dextris & sinistris, per gloriam & ignominiā, per bonam & malam famā, per laudes & uituperationes, uictoriā de isto seculo cerimus: tunc palmæ nobis dant ex utroq; latere: quos nec gaudia mutauere nec mœror, nec prospera nec aduersa superarūt: & nequaq; per septem gradus, sicut in Aquilonis plaga: nec per septē & octo, sicut in meridie continetur, sed per octo tanrum gradus ad summa conscendimus: eo ꝙ sufficiat nobis octonarij numeri, id est euangelicū sacramentū, ut possimus iuxta Apostolum 2 Cor. 5.d dicere: Et si nouerāmus secundū carnem Christum, sed iam nunc nō nouimus eum, subauditur iuxta carnem.

Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad aquilonem, & mensus est secundū mensuras superiores, thalamum eius, frontē eius, uestibulum eius, & fenestras eius per circuitū, longitudine quinquaginta cubitorū, & latitudine uigintiquinq; cubitorū. Vestibulum eius respiciebat in atriū exterius, & cælatura palmarū in fronte illius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Et per singula gazophylacia ostiū in foribus portarū, ibi lauabunt holocaustum. Et in uestibulo portæ, duæ mensæ hinc & duæ mensæ inde, ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad aquilonē, duæ mensæ, & ad latus alterum ante uestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mēsę inde: per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabūt: quatuor aūt mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ longitudine cubiti unius & dimidij, & latitudine cubiti unius & dimidij, & altitudine cubiti unius, super quas ponent uasa in quibus immolatur holocaustum & uictimæ. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitū: super mēsas aūt carnes oblationis. Et ergo rursum ad portā quæ respiciebat ad aquilonē: sed C nequaq; ut suprà ad atrium exterius, sed interius. In eo enim ꝙ in consequentib. dicit: Vestibulū eius respiciebat in atriū exterius: ostendit hoc atrium fuisse intrinsecus. Per quæ profectus ingrediētis ostendit: dū in singulis locis nomina mensurarq; sunt propriæ, & fenestræ per circuitū luminis plenæ scientiæ uniuersa mōstrantes, & ꝙ quinquaginta & uigintiquinq; cubita remissionis diuinorūq; sensuū sacramēta sunt posita: ut in uestibulo atrij interioris positi, exteriora ut deamus, præteritorū & præsentiū notitiam contēplantes: per quā ueniamus ad duplices palmas atq; uictorias, & octo graduum mysteria cognoscamus introgressi gazophylacia: in quib. templi diuitię cōtinent, & lauant orationes nostræ ab oīni sorde peccati: mēsæq; ex utraq; parte binæ sunt positæ, ut primū immolet holocaustū, qđ totū facer ignis assumat, deinde pro peccato, D & ad extremū ꝓ ignorantia, quod uel scientes cōmisimus uel ignorantes. Ad latus quoq; exterius iuxta Lxx. erat riuus fabrefactus qui holocaustorū cineres & carniū uirulētias efferebat exterius, siue erant duæ mensæ, & ad latus alterū uestibuli eiusdē portę duæ mēsæ, id est, ex utraq; parte quaternæ, quatuor hinc, & quatuor inde: & post tergū, siue ad latus earū aliæ octo mensæ, ut simul faciant mensas sedecim: quo numero prophetarū mysteria demōstrantur, ut quicquid per euangelicā offerimus dignationē, prædictū eorū uaticinationib. approbemus. Quodq; inserunt quatuor mensæ de lapidibus quadris extructæ, & hæ ipsæ ad sacrificiū & holocaustū: isti sunt uiui lapides qui uoluunt super terram, & habent secū angularem lapidem, quo ueteris & noui instrumēti parietes continentur. Quatuor autē numerus, euangelice sacramenta demonstrat, longitudine & latitudine habens unum cubitū & dimidium, id est per quadrum: quæ simul iuncta, tres cubitos faciūt, qui tres cubiti habēt in altitudine cubitū unum: ut mysteria trinitatis unius cubiti, hoc est diuinę maiestatis mensura cōseruet, dicente domino ad discipulos: Ite baptizate omnes gēres in no Matt. 28.d mine patris, & filij, & spiritus sancti. Nomen autem dei, quasi unius altitudinis cubitus est, qui tres complecti tur proprietates, & holocausta oblationum nostrarum semper assumit. Super ipsas autem quatuor mensas holocaustorum de uiuis lapidibus extructas, quarū longitudo, & latitudo, & altitudo descripta est, ponuntur uasa in quibus immolatur holocaustum martyrum, de quibus dicitur: Preciosa in conspectu domini mors sanPsal. 115.a ctorum eius: & eorum uictimæ, qui continentia & corporis sanctitate, animas suas immolant domino. Mensarumq; istarum nomina, puto in Matthæo, & Luca, Marco, & Ioanne apostolis contineri: quarum corona

desuper

A desuper fixa intrinsecus, per circuitum margines ambiebat, ut hoc holocausta contineret intrinsecus, & nō passim fluere permitteret, teneretq; carnes oblationis, siue ut Lxx. transtulerunt: Et ipsæ mensæ tectæ erant desuper propter imbrium violentiā, & æstiui solis nimiā siccitatem: ut carnes desuper positæ, possint dicere cum propheta:
Psal. 120.b Per diem sol non uret nos, neq; luna per noctem. Quorū alterum nimijs pluuijs & tempestatibus tribulationum dissoluit oblationes: alterū uehementi æstu persecutionū arefacit quicquid oblatum est. Ignosce lector difficultati locorum: aut si melius quid inuenire potes, doce: libēter discimus, quod nescimus. a ¶ *Et extra portā interiorē, etc.*] Pro gazophylacijs Septuaginta ἡ ἐξέδρα transtulerunt. Illudq; q.d nos diximus exedræ siue gazophylacia cantorum, ab eis prętermissum est. Rursumq; post mensuram uestibuli quinq; cubitorum hinc, & quinq; cubitorū inde, addidere de suo, & latitudo portæ cubitorum quatuordecim: cum in Hebræo tantum positum sit: & latitudo por-
B tæ trium cubitorū hinc, & trium cubitorum inde. Hæc lectorem admonui, ne translationum diuersitate turbetur, sed ut præsenti loco & maxime in mensuris templi, Hebraica ueritate contentus sit. Igitur post murū quem περίβολον Lxx. transtulerunt, qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu, introductum prophetam legimus in atrium interius, & deinde ad aquilonē, & ad austrum, & ad portam orientalem, & rursum ad aquilonē. De quibus ut potuimus diximus, & in quorum diuersitatibus, uel nominum, uel mensurarū quid nobis uideretur, præteritus sermo mōstrauit: quorum sensum testimonium saluatoris breuiter ostendit dicen-
Ioan. 14.a tis: In domo patris mei multæ sunt mansiones. Quibus expletis, ingreditur templum, hoc est, sancta sanctorū: de quibus nunc dicitur, & intra portam interiorem, gazophylacia, siue exedræ cantorū. Ad quos illud impe-
Psal. 95.a rium est: Cantate dño canticū nouum. Qui cum angelis
Luc. 2.b clamitant: Gloria in excelsis deo, & super terrā pax in hominibus bonæ uoluntatis. Quod atrium interius erat situm in latere portæ, quæ respiciebat ad aquilonē, & ad austrum, & ad orientem: ut semper meminerint cantores domini, & qui angelorum officio detinentur, p quos gradus ad summa peruenerint: & mysteria singulorum locorum diligenter agnoscant. Denicp uir ille cuius calamus & funiculus erat in manu, introducto propheta in atrium interius, quod respiciebat uiā meridianam, hæc locutus est: Hoc est gazophylacium siue exedra: & ut Theodotio posuit, thalamus: qui habitationi sacerdotum separatus est, obseruantium in excubijs templi. Porrò gazophylaciū quod respicit ad uiā aquilonis, sacerdotū erit, qui excubant ad ministerium altaris. In quo notandū quod sacerdotes quibus custodiæ templi delegatæ sunt, habitant in gazophylacio quod respicit ad uiam meridianā, in qua lux plenissima est. Hi aūt qui excubant ad ministeriū altaris, in quo offerūtur uictimæ pro peccato, in gazophylacio sint quod respicit uiā aquilonis: eos qui ab aquilone ueniunt & offerūt uictimas pro peccatis, suscipere & saluare cupientes. Qui utriq; pro officijs suis dño seruientes, appellantur filij Sadoch, qui interpretatur iustus siue iustificans, omnipotens uidelicet deus, de quo scriptū est: Iustus dñs & iustitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Isti autem filij Sadoch de filijs Leui, q interpretatur assumptus, & ipsi assumuntur à dño, ut accedāt ad eum, & nequaquā de solo dicat Moyse, Exo. 19.a Moyses accedebat ad dōm, alij uero nō accedebant: sed & omnes qui seruiunt ei & ministrant, dño appropinquare dicunt. Iste autem uir qui introduxit Ezechielē in atriū interius, & ut ita loquar, ad sancta sanctorum, mensus est ipsum atriū in quo erāt duę exedrę siue gazophylacia custodum templi, siue altaris habitaculis delegata, & reperit longitudinis et latitudinis per quadrum centenos cubitos: ut sacerdotes dei ministerio seruientes, qui per artam & angustam uiam intrauerant, habeant deambulacra latissima, & in perfecto consum-
D matoq; uirtutum numero cōmorentur. Et in ipso atrio erat altare ante faciem templi: ut nunquam sanctorum ad deum cessēt oratio. Suprà dictus quoq; uir introduxit Ezechielem in uestibulum siue πρόπυλον templi, quod mensus est quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: quoniā qui introductus est, diuinis sensibus fuerat eruditus, & nec dexterā nouerat, nec sinistram, sed uia regia ingrediebatur. Latitudo autem ipsius portæ, per quam introitus erat ad uestibulum templi, habebat ternos cubitos hinc & inde. In quo scripturæ sanctæ obseruanda elegantia, quod non dixerit, à dextera & sinistra, ne uideretur in sanctis sanctorum sinistrum aliquid nominare: sed hinc & inde, id est, ex utraq; parte. Statimq; prudens lector intelligit, trinū numerū ad trinitatis mysteriū pertinere, quæ porta est ingrediētium ad deum: dum & pater in filio est, & filius in patre, & in utroq; spiritus sanctus. Qui ternus numerus una porta est eorum qui post baptismum trinitatis peruenient ad salutem. Quod autem sequitur: Longitudo uestibuli uiginti cubitorū, & latitudo undecim cubitorū: uidetur facere quæstionē, quomodo dualis numerus qui refertur ad duas decadas, & undecimus qui unum uidetur habere minus, ut sacrum numerū expleat duodecimum, in uestibulo templi esse dicatur. Quod pleriq; sic soluunt: Quamuis sancti sint sacerdotes, & in templi ministerijs collocati, & quotidie uictimas offerāt Christo, tamē quia in hoc mortali fragilicp corpusculo, & ægrotationibus uitijsq; subiecto cōmorantur, uicenariū habent numerum & undecimum. Vnde dicebat & Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore Rom. 7.b mortis huius? Non q̄ iuxta hæresim abolenda corpora esse credamus, sed q̄ uoti nostri sit superuestiri, non spoliari, & mortale hoc accipere immortalitatem, & corruptiuum induere incorruptionem. Illud autem

A autem quod sequit: Et octo gradib. ascendebat ad eam, id est, ad portā interiorē, scientib. Hebræā linguā, facit magnā difficultatē. Denicq; Symmachus, quē in hoc loco secuti sumus, octo gradus posuit: Lxx. decē: Theodotio & Aquilæ secunda editio, undecim: prima aūt nullū numerum posuit, sed absolute ait, & gradibus in quib. ascendebat ad eā: ut uel iuxta consuetudinē priorū portarū, octo intelligamus gradus: sicut intellexit & Symmachus: uel certe quos habebat porta interior: quorū numerum scriptura nō dixit: p quo in Hebræo positum est uerohab וְרֹחַב id est & latitudo עֶשְׂרֵה aste Esdre. Q.d si ita legat, undecim significat: sinautē pro Este עֶשְׂרֵה hoc est decē, legamus אֲשֶׁר eser, non significat decem, sed pronomen, qui. Hæc Hebræi sermonis expertibus delyramenta uideantur: sed nunc nō cōtra uersias scribimus aut orationes, in quib. ludi solet compositione uerborū, sed explanationes & cōmentarios Hebræorum uoluminū. Verum redeamus ad cœptū: Octo siue decem gradibus, qui perfectus est numerus, aut undecim, de quo iam diximus, ascenditur ad portā sanctorū: in cuius frontibus columnæ erant, una hinc, & altera inde. Non dixit duæ, ne in dualē incurreret numerū, sed una & una, qui perfectus est numerus: & u-
B nione sui imitatur deum. Istæ aūt erant columnæ duæ,
Apoc. 3.c de quibus & in Apocalypsi dicit: Qui uicerit, faciā eum columnam in templo dei mei, & foras non egredietur.
Gal. 2.b Et Petrus ac Ioannes columnæ appellantur ecclesiæ per quos ingredimur ad sancta sanctorum, & quorum doctrina ad Christum noster introitus est.

CAPVT XLI

ET *introduxit me in templum, etc.*] Post multa mysteria, uariosq; introitus, & locorū singulorū proprietates, tandem aliquando uir, cuius funiculus cementarium, & mensuræ calamus in manu erat, Ezechielē prophetam introducit in templum, & mensus est frontem templi: pro quo ælam, Lxx. & ælim Theodotio, & in circuitu Symmachus transtulerunt. Et ex utraq; parte latitudo tabernaculi senum cubitorum erat, sacramentum creaturarum omnium continens: In sex enim diebus mundus est consummatus. Per quorum notitiam causasq; cōditionis atq; rationem, intramus ad templum dei, & ex creaturarum ordine atq; constantia cognoscimus creatorem. Latitudo autem portæ templi erat decem cubitorū, qui sacratus & perfectus est numerus: & in quo mense septimo, die decima mēsis, ieiuniū & propiciatio est. Decima aūt die mensis primi, qui appellat Nisan, ad immolationē & præparationē paschæ, agnus assumitur. Septimo igitur mense, decimæ offeruntur in
dei horrea: siue ut scriptura appellare consueuit torcu-
1 Cor. 6.c laria. Vnde dicit & Apostolus: Dilatamini & uos, ut postquā per decem portæ cubitos templum quis fuerit ingressus, ex utraq; parte portę ipsius latera, siue ut proprie in Hebraico dicitur, humeri mensurentur, qui sem-
Num. 49.c per referūtur ad opera. Vnde & Isachar desiderauit bonum, requiescens inter medios cleros: uidensq; requiem, quia bona est, & terram, quia pinguis: supposuit humerum ad laborandum: & factus est uir agricola. Et in ueste pōtificis, humerale cum rationali stringitur, ut ratiōi opera copulent, & possit dicere uir ecclesiasticus: A mandatis tuis intellexi. Qui humeri portæ ex utraq; parte quinas habebant porticus: ut per terrenos sensus atq; diuinos, super quorū differētia sæpe scripsimus, in
C grediamur adyta tēpli: cuius mēsus est uir ille q ductor
Psal. 118 prophetæ erat, longitudinē quadraginta cubitorū & latitudinē uiginti cubitorū: siue ut melius est, portę lōgitudinem ac latitudinē: quia suprà tantum de latitudine & humeris eius dixerat. Q.d aūt uicies quadraginta octingentesimū numerū faciat, qui uicinus est octonario, nulli dubiū est. Vnde & in Ecclesiaste præcipitur: Da partes septem, da & octo. De cuius
Eccls. 11.a numeri sacramento, & angustias huius seculi, intramus ad sanctuariū dñi: idcirco longitudo portæ habebat cubitos quadraginta, q numerus semp in labore positus est. Vnde & Moyses & Helias quadraginta dieb. non comedunt panē, &
Deut. 9.b 3 Reg. 19.b aquā nō bibunt. Et annis quadraginta populus Israel
Deut. 29.a uexat & probat in solitudine, & per multos labores terram repromissionis ingredit. Et dñs atq; saluator secun-
Matt. 4.a dum assumpti corporis fragilitatē quadraginta diebus tentat in solitudine: ut post uictoriā accedant angeli & ministrēt ei. Cum aūt per tribulationes & angustias po-
D terimus dicere illud apostolicū: In omnibus tribulati,
2 Thess. 2.c sed non coāgustati, atq; illud propheticū: In tribulatione dilatasti mihi: tunc nobis latissimus aperitur introi-
Psal. 4.a tus, qui uiginti cubitorū habet latitudinē, ut superatis mundi certaminibus atq; terrenis: qui & ipse dualis est numerus, ingrediamur templi penetralia, & audiamus imperantē discipulis dñm: Confidite, ego uici mundū.
Ioan. 16 *b* ¶ *Et ingressus intrinsecus, etc.*] Quantumuis proficiamus, semper nobis maior profectus aperit. Vnde post introitum templi rursum ingredimur intrinsecus: siue ut Lxx. transtulerunt, interius atrium: in cuius fronte siue elau, pro quo Symmachus πρὸς τὴν θύραν, id est, circa portā: Theodotio Hebraicū ὑπὸ el: Aquila, ostiū: nos frontē interpretati sumus, duo erant cubiti: ut iuxta superiorem sensum per dualem numerum ingrediamur ad eum locum, ubi sunt sancta sanctorū. Vnde & ipsa porta sex cubitorum erat, per quam ingressi, æternam requiē possidemus, quæ in septenario numero demonstratur: Pro quo Lxx. transtulerūt, & latitudinem portæ septem cubitorū hinc, & septem cubitorū inde: in Hebræo & cæteris editionibus semel tantum septem cubiti in latitudine portæ, positi sunt. Quod aūt sequitur: Et mensus est longitudinē eius: siue ut Lxx. transtulerunt, ostiorū uiginti cubitorū, pro quo in plerisq; codicibus iuxta Lxx. quadraginta continentur, latitudinem quoq; uiginti cubitorum ante faciem templi: illud significat, quod ante faciē templi & introitū eius, præteriti laboris atq; certaminis nobis mensura semper occurrat. Quam enim rationem in singulis numeris duplex numerus possidet, eandem duæ habent decades. Et hoc considerandum, quod ingressus intrinsecus per portam duorum in fronte cubitorum, & sex habentem cubitos: septemq; in latitudine ex utraq; parte, & uiginti cubitos in longitudine: totidemq; in ipsis templi foribus, doceatur propheta qui sit ille locus, uel quo appel-

A letur uocabulo. Dixit enim, inquit, mihi: Hoc est sanctũ sanctorum. Sin aũt ante templũ, siue ut scriptura cognominat, ante faciẽ templi sanctum sanctorũ est: quantam beatitudinem templi aduȝs, & in interioribus eius exi
Psal. 72.c stimare debemus? De qua propheta loquitur: Hoc labor est in conspectu meo, donec ingrediar in sanctuarium dei, & intelligam in nouissimis eorũ. Sed & hoc notandum, quod in descriptione tabernaculi dicuntur sancta sanctorũ, plurali numero, hic autem sanctum sanctorũ, numero singulari: ut post sancta ueniamus ad sanctum: quomodo post multa cãtica peruenimus ad cãticum canticorum, quod omnium carminũ carmen est, & quod canentes sponsi copulamur amplexibus.

a ¶ *Et mensus est parietem domus sex cu. etc.*] Quod autem in Septuaginta ponitur: Et de medijs ad tristega, id est, ad tria cœnacula & thrael, in Hebraico non habetur. Pro
B thrael quoque quod nescio quid significet: Neq; enim in Hebrꝛo legitur, apud illos תראית quod & nos & cæteri transtulerunt, & uidi, ut sequatur ordo testimonij. *b ¶ Et uidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera per ad ad mensuram calami, etc.*] Postquam peruenit ad sanctum sanctorum (de quo suprà diximus) uir ille uenerabilis, mensus est sancti sanctorũ parietem: qui propter fabricam mundi, & omnem uisibilem creaturam, quæ in sex diebus condita est, sex habebat cubita, & latitudinem unius lateris quatuor cubitorum, non ex uno latere, sed per circuitum. Quatuor autem cubita tenebat per circuitum domus latitudo, ut quatuor elementa monstraret: ex quibus untuersa compacta sunt, & maxime humana corpora, contra quæ sancti dimicantes, & subijcientes se animæ potestati, interiora merentur intrare, & domini arcana cognoscere. Ipsa autem latera quæ in circuitu domus erant: & quatuor cubitorum spacio à templi parietibus separabantur, iuncta sibi erant: ita ut unum latus, aliud latus contingeret, & haberet in longitudine non triginta & tres cubitos, sed bis triginta tres,
Leuit. 12.d hoc est sexagintasex. Vetus in Leuitico loquitur testamentum, in ortu maris posi unam hebdomadam, & illam quæ genuit, & illum qui genitus est trigintatres explere dies, ut ueniant ad purificationem. Porrò si genuerit fœminam, duplicem obseruari numerum, id est sexagintasex. Et quia, ut ueniamus ad sancta sanctorũ, non solum prima indigemus natiuitate, sed & secunda: ut nati in carne, renascamur in spiritu: idcirco nõ sexagintasex, sed bis triginta & trium ponitur numerus, ut utraq; natiuitas deo autori debeatur, illiusq; clementiæ, & duplici muro circumeant latera domus quæ templi fulciunt ædificium. Quodq; sequitur iuxta Hebraicum: Et erant quædam eminentia quæ egrederentur per parietem domus per latera in circuitu, ut continerẽt & C
non attingerent parietem templi: illud significat, quod sancti uiri in multitudine credentiũ erumpant per parietem templi: per omnia uidelicet latera in circuitu, & contineant ecclesiæ fundamenta, & tamen non tangant parietem templi: tantum uidisse contenti, & de longe inenarrabilia adorasse mysteria. Nunc enim uidemus per speculum in ænigmate, & plenisimã tangere atq; comprehendere nõ possumus ueritatẽ. Quod autem platea erat in rotundum, ascẽdens sursum per cochleã, et in cœnaculum templi deferebat per gyrum: & idcirco latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascẽdebatur ad superiora & medium: puto perspicuum esse lectori, semper angustiora esse quæ deorsum sunt in ieiunijs, χαμαιδυνίαις, & uicꝰ continentia: paulatimq; dum ad summa conscendimus, latiorem nobis aperiri D
uiã, & impleri quod Psal. 4.d scriptum est, In tribulatione dilatasti mihi.

Et mensus est sex cubitorũ, & latitudinẽ lateris quatuor cubitorũ undiq; per circuitũ domus. Latera aũt latus ad latus, bis triginta trium, & erant eminẽtia quæ ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitũ, ut continerẽt, & non attingerẽt parietẽ templi. Et platea erat in rotundũ ascendens sursum per cochleã, & in cœnaculũ templi deferebat per gyrũ. Idcirco latius erat templũ in superioribus, & sic de inferiorib. ascendebaꝫ ad superiora & medium ⸗ & de medijs ad tristega & thrael .. Et uidi in dõmo altitudinẽ per circuitũ fundata latera ad mensurã calami sex cubitorũ spacio, & latitudinẽ per parietẽ lateris forinsecus, quinq; cubitorũ, & interior domus in laterib. domus, et inter gazophylacia latitudine uiginti cubitorum in circuitu domus undiq;. Et ostiũ lateris ad orationem: (quod in Lxx. nõ habetur) ostiũ unũ ad uiam aquilonis, & ostiũ unũ ad uiã australẽ, & latitudinẽ loci ad orationẽ: (quod & ipsum Lxx. nõ transtulerũt,) quinq; cubitorũ in circuitu. Et ædificiũ quod erat separatũ uersumq; ad uiam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum: paries autem ædificij quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & lõgitudo eius nonaginta cubitis.

Et mensus est parietem templi: tantum uidisse contenti, & de longe inenarrabilia adorasse mysteria. Nunc enim uidemus per speculum in ænigmate, & plenisimã tangere atq; comprehendere nõ possumus ueritatẽ. Quod autem platea erat in rotundum, ascẽdens sursum per cochleã, et in cœnaculum templi deferebat per gyrum: & idcirco latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascẽdebatur ad superiora et medium: puto perspicuum esse lectori, semper angustiora esse quæ deorsum sunt in ieiunijs, χαμαιδυνίαις, & uicꝰ continentia: paulatimq; dum ad summa conscendimus, latiorem nobis aperiri D
uiã, & impleri quod Psal. 4.d scriptum est, In tribulatione dilatasti mihi.

Per rotundum autem & per cochleam ascendimus templi cœnaculum: quæ figura inter omnia σχήματα à philosophis quoq; huius seculi pulchrior approbat: dum & cœlum, & sol, & luna, & astra cætera, & punctum terræ: in corporibus quoq; humanis, oculi, quasi altera sidera, & figura capitis, quod omnium sensuum recepta culum est, teretesq; digiti, & fœmina, & brachia hanc præferunt rotunditatem. Porrò cœnaculum templi ad quod de angustioribus ad altiora conscendimus, illud puto esse quod in Regum uolumine Helias habuit & 3 Reg. 17.c
Heliseus, & in apostolorũ Actibus, Tabia, id est ὀξύπεκες 4 Reg. 4.c
& damula nostra possedit, quæ bonis operibus ad summa conscenderat. Apostolus aũt Petrus, super quẽ dñs Act. 9.b
ecclesiæ fundamenta solidauit, transcendit cœnaculũ, & uenit ad tectũ quod significantius Græce ὄρμα dicitur, id est tecti solariũ, & incognita prius seculo ecclesiæ sacramẽta cognouit. Saluator quoq; generis humani pa Mar. 14.b
scha fecit in cœnaculo, & magno latoq; cœnaculo, atq; omni sorde purgato stratoq;, & ad spirituale conuiuiũ præparato, ubi mysteriũ corporis & sanguinis suis tradidit discipulis, & æternã nobis agni immaculati religt festiuitatẽ. Quodq; addidit: Et de medijs ad tristega, id est, tertia cœnacula, & θρεῖλ, uiderur mihi obelo prẽnotandum. Quid enim necesse est dubia & nõ scripta dissererе, cum in ea quæ Hebræorũ tenentur libris debeamus incumberer Sequitur: Et uidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami, sex cubitorum spacio: & latitudinẽ per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum, & inter gazophylacia quæ Symmachus ἐξέδρας uocat, latitudinem cubitorũ uiginti per circuitũ domus. Quibus numeris ostenditur, quod de mũdo hoc, & de terrenis sensibus, & de duali

A duarũ decadarũ numero, qui referẽ ad uiginti, non solũ in sancta sanctorũ, sed & in cœnacula eorũ merearmur ascẽdere, & semper habere in memoria, q̃ per sex dies cõditionis nostrę, & per quinq; sensus, & per uiginti cubita latitudinis ascẽderimus ad cœnaculũ tẽpli, & terrenam humilitatẽ, sensum literæ relinquentes, transierimus ad
Hier. 1.c diuidentes summitatem ecclesiæ, spiritusq; sancti consortio gaudeamus. Et ostium, inquit, lateris ad orationem contra uiã aquilonis, à quo exardescunt mala su-
Hier. 1.c diuidentes per omnẽ terram: & quẽ dñs abacturũ se à nobis pollicet, dicẽs:
Ioel. 2.c Et eum qui ab aquilone est, abigã à uobis. Pulchreq; in ostio cõtra aquilonem locus orationis est, ut secun-
1 Thes. 5.d dum Apostolum, oremus sine cessatione, &
B dicamus cum Hiere-
Thren. 2.f mia: Non fileat pupilla oculi mei, uel præsentia mala uitare cupientes, uel agẽtes gratias pro præteritis. Quamdiu enim in tabernaculo corporis huius sumus, ingemiscimus dicimusq;: Mi-
Rom. 7.d ser ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Sed & ad uiã austrialem erat ostium: & ipsum iuxta Hebraicũ habẽs locũ oratiõis, & quinq; tendens cubitis p circuitũ. Post frigus eñ aquilonis ad australẽ transimus calorẽ: & tamen rursum oratiõis quęrimus locũ, in aquilonis ostio, ut euadamus pericula: in australi, ut agamus gratias pro prẽteritis: & sit nobis uictorię secura possessio. Quinque autẽ cubiti, & in hoc loco diuinos indicãt sensus, per quos de terrenis ad altiora conscendimus. Et ędificiũ, inquit, quod erat separatum uersumq; ad uiam respicientẽ ad mare, latitudinis septuaginta cubitorũ, ut post labores, & pericula, & secu-

HEB. Et mensus est dõmus longitudinem cẽtum cubitorum, & quod separatum erat ędificium & parietes eius longitudinis centum cubitorũ. Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra orientẽ centũ cubitorũ. Et mensus est longitudinẽ ædificij contra faciem eius quod erat separatũ ad dorsum* אַחֲרִיתָהּ id est, eminentia ex utraq; parte, centum cubitorũ: & templum interius, & uestibula atrij. Limina & fenestras obliquas* תְּאֻמִּים in circuitu per tres partes cõtra uniuscuiusq; limẽ, stratũq; ligno per gyrum in circuitu, terra autem erat usq; ad fenestras, & fenestræ clausæ. Super ostia, & usque ad domum interiorem, & forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus & forinsecus ad mensurã. Et fabrefacta Cherubim et palmæ, & palma inter Cherub & Cherub: duasq; facies habebat Cherub: Faciẽ hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. De terra usque ad superiora portæ, Cherubim et palmæ cælatæ erant in pariete templi. Limen quadrangulũ erat, et facies sanctuarij aspectus contra aspectum altaris lignei, trium cubitorum altitudo eius, et longitudo eius duorum cubitorum: et anguli eius, et longitudo eius et parietes eius lignei.

SEP. Et mensus est ⸗ contra .. domũ longitudinẽ cubitorũ cẽtum, et reliqua et separãtia et parietes eius, in longitudinẽ cubitorum centũ, et latitudinẽ cõtra faciẽ tẽpli, et reliqua econtra cubitorũ centũ. Et mensus est longitudinẽ separantis cõtra faciẽ reliquorũ, quæ erant post tergũ domus illius et reliqua hinc et inde, cubitorũ centũ longitudinẽ, et tẽplũ et anguli, et ælã exterius strata ligno, et fenestræ in modum retis factæ, tres ad lucendũ, ut prospiceretur per eas. Et domus, & ea quæ proxima erant, strata ligno per circuitũ, & pauimentũ & de pauimento usq; ad fenestras. Et fenestræ aperiebant tripliciter ut prospiceret per eas: & usque ad domum interiorem & exteriorem, & per omnem parietẽ in circuitu intrinsecus & extrinsecus mẽsura et cælata Cherubim, et palmæ inter Cherub et Cherub. Duæ facies Cherub: facies hominis ad palmam hinc, et facies leonis ad palmam inde: cælatus omnis paries per circuitum à pauimento usq; ad laquearia Cherubim, et palmæ cælatę. Et sanctuarium & templum aperiebaꝫ per quatuor angulos contra faciem sanctorũ: uisio quasi species altaris lignei, trium cubitorum altitudo eius, & longitudo cubitorum duorum, et latitudo cubitorum duorum: et cornua habebat. Bases quoque et parietes eius lignei. Et

id est πρόπυλον siue uestibulũ, exterius erãt strata ligno: sapientia uidelicet, quod lignũ uitæ situ in paradiso scriptura cõmemorat. Fenestræ quoq; erãt factæ in mo-

li istius fluctus atque naufragia: & annos septuaginta, de quibus Hieremias scribit, & Hier. 25.c
& Daniel, & Zachari- Dan. 9.a
as, uerũ & legitimum Zach. 7.b
septẽ decadarũ sabbatum cõsequamur, ut sit nobis æterna requies, & per quinque cubitorũ latitudinem ueniamus ad longitudinem nonaginta cubitorum, in qua ætate de repromissione fi- Gen. 21.d
lium Sara generauit, quæ nonaginta annorum, id est nouẽ decadarum, peperit Isaac, iuncta Abraham centenario, id est decẽ de cadarũ habẽti mysterium. Qui numerus quid significet sequẽs scriptura monstrabit.

a ¶ *Et mensus est domus longit. etc.*] Verbũ contra, quod Lxx. trãstulerunt in principio templi Ezechielis, ubi scriptũ est: Et mensus est contra domũ, in Hebraico non habetur: & idcirco obelo prenotandum est: ut sit rectius D
& uerius, & mẽsus est domum longitudine cubitorũ centũ, & reliqua. Describunt autẽ sancta sanctorũ & templum interius, quod post nonaginta cubitos, ex trib. partibus centenos cubitos habere dicaꝫ, perfectum uidelicet numerũ decadarum decem: ut & mente, & sermone, & operibus dño seruiamus: recordãtes illius apostolici exempli, in quo ait: Vt scire possimus quæ sit latitudo, & longitudo, & profundum, & altitudo. Quod aũt in Hebraico dicitur, ædificiũ separatum & parietes eius: Lxx. reliqua interpretantẽ & separantia: quæ non hæreant parietibus templi, sed propinquos & suos habeant parietes. Ipsum quoq; templũ & anguli eius, & ælam, Gen. 1.b

A dum retis instar cancellorū: ut non speculari lapide nec uitro, sed lignis interrasilib. & uermiculatis clauderen-
tur, pro quibus in Hebraico obliquas fenestras habet,
quæ in tribus tantum erant partibus templi, ad dexte-
ram uidelicet & sinistram, & post tergum, id est ad meri-
diem, & ad aquilonē,
& ad occidentem. O-
rientalis autem pars
nō habebat fenestras:
quia ipse introitus cla-
rum immittebat lu-
mē intrinsecus: & cun
cta interiora templi,
ianuarū lumine com
plebantur: ita ut per
singulas fenestras &
cancellorū foramina
intro quis posset aspi
cere. Et non solum ex
teriora erant strata li-
gno, sed tanta erat li-
gnorum copia per circuitum: ut & pauimentum & de
pauimento usq; ad fenestras lignis omnia iungerētur.
Quæ fenestræ iuxta Lxx. aperiebant tripliciter: ut aper
tis eis, triplex in templo dei intelligentia monstraretur,
Prou. 22.c iuxta illud quod alibi dicitur: Tu autem describe ea tri
pliciter. Prospicitur autem per eas non solum interius,
sed & exterius: ut quæ interiora sunt, inuisibilia, quæ ex
teriora, uisibilia cognoscamus, ut aliud mentem, aliud
carnem, aliud spiritualem intelligentiam, aliud simpli-
cem monstret historiam: & per omnes parietes in cir-
cuitu, tam intrinsecus q̄ extrinsecus erant mensuræ. Ni
hil enim absq; ratione & mensura in templo dei, & ma-
xime in sancta sanctorū, à deo factum est. Cælata quoq;
erant Cherubim, haud dubium quin in lignis de paui
B mento usq; ad fenestras pertingentibus: & tam fabrefa
ctæ erant cælaturæ, ut non sculptæ, sed appositæ uideren
tur. Cherubim interpretatur, scientiæ multitudo. Igitur
intrinsecus in interioribus templi post scientiæ multitu
dinem cælantur & palmæ, in quibus signū uictoriæ est,
Philip. 3.c dicente Apostolo: Persequor autem ad stantum bra-
uium supernæ uocationis dei, in Christo Iesu. Quæ pal
mæ erant inter Cherub & Cherub, ut unum Cherub
duarum palmarū lateribus uallaret, quod Cherub ne-
quaquā ut in principio huius prophetæ legimus, qua-
tuor habebat facies, hominis scilicet, & leonis, & uituli,
& aquilæ: sed tantum duas, hoc est hominis & leonis:
quorum primū ad rationem pertinet, sequens ad furo
rem: qui significantius Græce θυμὸς appellatur. Furo-
rem autem dicimus, nō eum qui perturbationi & uitio
proximus est: sed qui mentis consolidat mollitiē, & for
tiorem facit animū dimicantis. In principio enim subia
cemus concupiscentiæ, quæ refertur ad uitulū propter
terrena opera: & alia sunt carnalia, alia spiritualia, quo-
rum extremum aquilæ deputat. Cum aūt intrauerimus
sancta sanctorum, & interiora templi possederimus, ne
quaquā alia re indigemus, nisi ratione atq; fortitudine:
quorum alterum ad sensum atq; prudentiā, alterū re-
fertur ad animi perseuerantiā. Omnis igitur paries per
circuitum templi à pauimento usq; ad laquearia, Che-
rubim habebat, & palmas mira arte cælatas: posteq; a-
periebatur sanctuariū & templum per quatuor angu-
los contra faciem sanctorū. Prius enim habemus scien-
tiæ multitudinē, per quam uictoriā de hoste consequi-
mur: & postea nobis sanctuariū aperitur & templum:
quod habet quatuor angulos, & stationē firmissimā: &
quæ in nullam partē decliuior sit. Hanc enim habet na-
turam mensura quadranguli, ut stabili consistat basi, &
in mystico numero, qui prudēti lectori perspicuus est,

Et locūtus est ad me: Hæc est mensa coram domino, & duo ostia erant in templo & in sanctuario, & in duobus ostijs ex utraq; parte bina erāt ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex utraq; parte ostiorum, & cælata erant in ipsis ostijs templi Cherubim & sculpturæ palmarum, sicut in parietibus quoq; expressæ erant. Quamobrem & crassiora erant ligna in uestibuli fronte forinsecus, super quæ fenestræ erant obliquæ: & similitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis uestibuli, secundum latera domus latitudinemq; parietum.

elementa quatuor ex quibus constāt omnia, solida per C
petuaq; possideat. Et cuncta contra faciē sanctuarij aspi
ciebant: ante quod sanctuariū, siue in quo sanctuario
erat species altaris lignei triū cubitorū altitudine, & lon
gitudine cubitorū duorū, & latitudine cubitorum duo
rum, qui iuncti, septē
faciūt cubitos. Quod
altare habebat cor-
nua: & tam bases q̄ pa
rietes eius, hoc est late
ra eius erāt lignea: in
quo scripturæ sanctæ
mysteria, humanus
sermo nō potest expli
care: quomodo altare
in quo ignis succen-
dendus erat, mēsa ut-
delicet thymiamatis
nihil ab igne patiat:
sed ut ita dicā, igne pti
rius fiat. Sicut em̄ san
1 Cor. 3.c ctorum opera, de quib. scribit Apostolus: Vniuscuiusq;
opus quale sit, ignis probabit: non pereūt, sed per ignē
puriora monstrant: ita & altaris ligna quæ de lignis pa
radisi sunt, non cremātur igne uicino, sed puriora red-
duntur. Nec mirū hoc de sanctuario & interiorib. tem-
pli & altari thymiamatis credere, cum etiam ἀμίαντον,
quod ligni genus est, uel lini habēs similitudinē: quan-
to plus arserit, tāto mundius inueniatur. Ignosce lector
difficultati, & uenia tribue pauperis intelligentiæ. Per fe
nestras enim obliquas & in modum retis factas, & quæ
semper cluse sunt, uix usq; ad interiorem domum cor-
dis nostri oculū possumus intromittere, ut omnia quæ
cernimus in umbra, uideamus & in imagine, & cū Apo
Rom. 11.d stolo clamemus: O profundum diuitiarum sapientię & D
scientiæ dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuie-
Esaie 9.b stigabiles uię illius. Et: Quis cognouit sensum dei, nisi il
le qui est magni consilij angelus, & sua potest dignis a-
perire mysteria? ἔκθετας autem Romæ appellant sola-
tia de cœnaculorū parietibus eminentia, siue Meniana
ab eo qui ea primus inuenit, quæ nonnulli Græcorum
Forsitan le uocant. a ¶ Et locutus est ad me, etc.] Multū in hoc gendum est ἐξώστας
loco Septuaginta editio ab Hebraica ueritate discor-
dat. Vnde hoc solum admonebo, quod pro crassiori-
bus lignis, σπουδαῖα, hoc est, necessaria, siue cura di-
gna transtulerint: & pro obliquis fenestris, abscondi-
tas: & quod in fine testimonij positum est: & mensus est
hinc & inde laquearia superliminaris siue uestibuli per
latera domus compacta siue coniuncta, quæ illi dixe-
runt ἐξυγωμένα, pro quibus possumus æqui ponderis
uertere. Vir ergo ille qui prophetam in abdita templi
introduxerat: & inter cætera ostenderat ei altare ligneū:
quod & angulos & cornua iuxta Septuaginta, & parie
tes habebat ligneos, dixit ei: Hoc altare quod respicis,
ipsa est mensa coram domino, quæ in similitudine rubi
ardet & non comburitur, de qua sanctus loquitur ad
Psal. 22.b deum: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos
qui tribulant me. Duo quoque ostia erant in templo,
& in ipso sanctuario: per quæ utriusque instrumenti sa
cramenta monstrantur, & in duobus ostijs ex utraque
parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicaban-
tur, ut in historia spiritualem habeas intelligentiam, &
in tropologia historiæ ueritatem: quorum utrunque
altero indiget: & si unum defuerit, perfecta caret scien-
tia. Quod autem sequitur: Bina erant ostia ex utraque
parte ostiorū, iuxta literam perspicuum est. Solēt enim
in maioribus triclinijs bina sibi hærere atq; coniungi:
ut maior introitus nequaquam duobus & ingentibus,
sed quatuor minoribus claudat uel aperiatur foribus.

In quibus

A In quibus ostijs templi, siue sancta sanctorū cælata erāt
Cherubim, de quibus suprà diximus: Et sculpturæ pal
marum, ut post scientiæ multitudinem, uictoria intran-
tibus præberetur. Quæ sculptura palmarum in omni-
bus quoq; parietibus templi erat. Redditq; causas, qua
re cælatæ fuerint Cherubim in ipsis ostijs, & palmarum
expressæ similitudines. Vnde & crassiora erant ligna in
uestibulo portæ forinsecus, ut & firmitatem haberent
& cælaturam possent recipere. Pulchreq; iuxta intelli-
gentiam spiritualem, firmiora & cælata sunt ostia: ut &
firmitatem habeant & pulchritudinem, ne quis in san
1 Par. 26.d cta sanctorum similis Oziæ posit irrumpere, & sibi sa-
cerdotium uendicare. Super quæ ostia erant fenestræ
obliquæ siue absconditæ, ut ipsum quoq; lumen quod
præbebatur intrinsecus, non haberet perfectam scien-
tiam, nec clarum lumen & cunctis patens: sed plerisque
ex parte esset absconditum. Nunc enim uidemus in æ-
nigmate: & necdum nouimus sicut oportet nos scire,
cum autem uenerit quod perfectum est, tunc quod ex
parte fuerat, destruet. Et erat similitudo palmatū hinc
atq; inde. Eleganter in interioribus templi, & in sanctis C
sanctorum non posuit dexterā & sinistram, ne quid si-
nistrum in his quæ magna sunt & arcana dicere uidere
tur, sed hinc atq; inde, iuxta illud quod in euāgelio scri
ptum est: Qui te percusserit in dexterā maxillam, præbe
ei & alteram. Nunquid dicere non potuit & sinistram?
Sed quando percutitur dextra, præbetur & altera dex-
tra: quia in sancto uiro utrunq; dextrum, utrunq; per-
fectum est. Et in humerulis uestibuli secundū latera do-
mus, latitudinemq; parietum: prō quo Lxx. transtule-
runt, in laquearibus ælam, hoc est propyli, & latera do
mus, æqualis ponderis siue mensuræ: per quæ latenter
ostenditur, & postes superliminaris, siue uestibuli: hoc
enim humeruli uidentur significare, & latera domus, et
latitudinem parietum, cuncta rationis plena esse atque
mēsuræ: & nihil in templo domini reperiri, quod absq;
mensura & sapientia constitutum sit.

Commentarij duodecimi in Ezechielem
prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMVM
Commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

TErtiusdecimus Explanationum in Ezechielem liber, secundus est expositionis templi: quem & quartumdecimum opitulante saluatore nostro ad finem usq; dictare cupio, illud eiusdem numeri cum Dauid in quartodecimo psalmo ca-
nens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte
sancto tuo? Quod & pro difficili & impossibili debemus accipere. Vnde & in
alio loco quasi uir desideriorū enixius deprecatur ac dicit: Vnum petiui à do- D
B mino, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam iocun-
ditatem domini, & uisitem templum sanctum eius. Et rursum: Quàm dilecta, inquit, tabernacu-
la tua domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atrijs domini. Aemulorum maledicta
præuenio, qui non quid ipsi possint, sed quid ego non possim, considerant: & cum nostra dijudi-
cent, sua iudicanda non præbent, nunquam in agone pugnantes, sed de pugnantibus ocioso, imò
superbo animo iudicantes. Facile est dare dictata de populo, & singulos ictus calumniari, ac de alie
no ridere sanguine, & ubi uulnus infigi debuerit, imperiti lanistæ more differere. Ego in explana-
tione templi Ezechielis, & cæterorum quæ ad finem ipsius uoluminis pertinent: fateor me pro rei
magnitudine nihil dignum scribere, & in paucis si qua tamen accipere meruero, gratias agere sal-
uatori. Scriptum est enim: Nisi credideritis, non intelligetis. Et in alio loco: Si habueritis fidem ut
granum sinapis, & dixeritis mōti huic, transmigra & transplantare in mari, fiet. Et quomodo Apo-
stolus granum sinapis non modicam fidei portionem, sed totam fidem esse commemorat, dicēs:
Et si totam fidem habuero, ita ut mōtes transferam? Igitur granum hoc sinapis, etiam si modicum
fuerit, in magnam succrescit arborem, & uolatilia cœli habitant in ramis eius. Quamobrem tibi, fi-
lia Eustochium, quæ nostra qualiacunq; fuerint libenter accipis, contestatum uolo, & illud rheto-
ris Victorini breuiter admoneo, ut obscuritatem uoluminum ex tribus rebus fieri scias: uel rei ma-
gnitudine, uel doctoris imperitia, uel audientis duricia: quorum primum & secundum liquido in
hoc opere confitebor: tertium, acumen ingenij tui & desiderium scripturarum facile renuit, quæ
priuilegio uirginali, & uictus continentia, non dicam frequentem, sed iugem
hospitem possides deum. Igitur tertiumdecimum in
Ezechiel arripiamus librum, cuius
hoc principium est.

A COMMENTARIORVM
Hieronymi in Ezechielem prophetam
Liber tertiusdecimus.

Et eduxit me in atrium exterius per uiam ducentem ad aquilonem: et induxit me in gazophylacium quod erat &c.] Hoc quod Septuaginta transtulerunt ad orientē, in Hebraico nō habetur: & superfluum esse manifestum est. Quomodo enim educitur ad portam exteriorē ad orientem: cum sequatur, cōtra portā aquilonis: Illud quod & suprà, & in hoc loco posuimus: Et eduxit me in gazophylaciū qđ erat cōtra separatum ædificium, & contra ædem uergentem ad aquilonem, pro quo habet in Septuaginta: Et eduxit me & ecce exedræ quinq; de reliquo ædificio, & iuxta separatum ad aquilonem: Pro separato, quod Aquila & Symmachus transtulerunt: secunda Aquilæ editio, & Theodotio ipsum uerbum posuere gazera: in omnibus locis similiter exprimētes, multaq; alia quæ in præsenti loco posita sunt inter Hebraicum & Septuaginta: non solum ordine, sed & numero, & uerborū interpretatione discordant: ut si uoluerimus hærere in singulis, & diuersitates eorum quærere & explanare rationē, multum aberremus à proposito: Voluerāmq; desperatione & magnitudine rei præsens testimonium silentio præterire: sed meliusarbitratus sum quodcunque dicere, quàm omnino nihil dicere, Socraticum illud assumens: Scio quod nescio. Pars em̄ scientię, est scire quod nescias. Postquam igitur ea quæ erant intus, propheta diligentius cōtemplatus est, eduxit eum uir, cuius funiculus & calamus

B גזרה

CAP.

ET eduxit me in atriū exterius per uiam ducentem ad aquilonem, & induxit me in gazophylacium quod erat contra separatum ędificium, & contra ædem uergentem ad aquilonem. In facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos, contra uiginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris, ubi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens uiæ cubiti unius, & ostia earum ad aquilonem, ubi erant gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabāt porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus & de medijs ædificij. Tristega enim erant, & nō habebant columnas sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebāt de inferioribus & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior secundum gazophylacia quæ erant in uia atrij exterioris ante gazophylacia, lōgitudo eius quinquaginta cubitorū, & lōgitudo ante faciē tēpli centū cubitorum. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab oriēte ingrediētiū in ea de atrio ad aquilonem, quod & suprà iam uiderat, antequā interiora penetraret. Sed aliter uidemus perfectā habentes sciētiam: aliter in principio disciplinæ. Et necesse est, ut qui interiora conspexerit, secundū eandem formam atq; mensuras & recondita sacramenta, etiam quæ exteriora sunt, uideat. Ęductus aūt est in gazophylaciū, siue ut Symmachus & Lxx. transtulerunt, exedrā: uel ut Theodotio παστοφόριον, quod in thalamum uertitur: quod erat cōtra separatum ædificium. Quod aūt Lxx. addidere pro gazophylacio, exedras quinq;, in Hebraico non habet. Quod gazophylaciū erat contra separatū ædificiū, de quo suprà iam diximus, gazera. Separatum autem erat, eos suscipiēs qui ab aquilone ueniebāt: & erat contra ædem uergentem ad aquilonem, id est, respicientem quidem aquilonis partes, sed non in aquilone positum, ut facilior esset transitus his qui aquilonis frigora relinquebant, à quo exardescunt mala super terram. Legimus in Numerorū libro, tribus Dan & Neptalim & Aser, filiorum Balæ & Zelphæ ancillarū Rachelis & Liæ, ad aquilonis plagas castra tenuisse: Nunc quoque in facie longitudinis ostij aquilonis centum fuisse cubitos, & latitudinis quinquaginta, ut ex decem decadis, quadrangulus numerus atque perfectus: & ex septem hebdomadibus, q remissionis est numerus, & in principium unionis, id est, ogdoadis erumpit sacerdotalia in templo dei spacia mōstrarentur. Illudq; quod iuxta Hebraicum iungitur, cōtra uiginti cubitos atrij interioris: ꝑ quo Lxx. transtulerunt, descripta erant sicut portæ atrij interioris: hunc habet sensum: quod exterioris atrij centenarius & quinquagenarius numerus eandē uim

C

D

Num. 2. d.

A uim habeat quā uicenarius atrij interioris. Si em̄ quatuor quinquies supputes, in numero uicenario, utrūq; reperies testamentū, ut & lex teneatur in euangelio, & euāgeliū de legis radice nascat. Pro quo numero Lxx. similitudinem atrij interioris interpretati sunt: forsitan formidantes uicenariū numerū, in quo offeruntur Esau munera in atrio interiori ponere. Sequit: Et cōtra pauimentū stratum lapide atrij exterioris, ubi erat porticus, tūcta porticui triplici, pro quo Lxx. transtulerunt: Et sicut columnę atrij exterioris per ordinē positę, contra faciē porticuū triplicium. Significat aūt, quod pauimentū atrij exterioris, uiuo fuerit stratū lapide, ut nec æstatis puluere, nec luto hyemis sacerdotum uestigia polluant. Vnde & dominus ascensurus ad patrem apostolorū lauat pedes: ut mundatus purgatisq; uestigijs scādant regna cœlorum, & imperat apostolis, ut in quamcunq; ingressi fuerint ciuitatē, & non susceperint eos: excutiāt pedū suorū puluerē, quo scilicet nihil munerū terrenorū ab eis apud se remanere patiant. Nō solū aūt pauimentū stratū erat lapide, sed & porticus erat iuncta porticui triplici. Vna porticus ab imbre & æstu protegens sacerdotes, & iuncta porticui triplici: demōstrat mysteriū trinitatis, quod cū patris & filij, & spiritus sancti diuidat nominibus: tamē una sibi diuinitate coniungit. Erat quoq; ante gazophylacia siue exedras uel thalamos, deambulatio decē cubitorū latitudinis, ad interiora respiciēs uiæ cubiti unius. Quodq; à Lxx. additū est: Per cubitos lōgitudinis centū: superfluū est, quia in Hebraico non habet: quod ponentes, tulerūt id quod habet in Hebræo, ad interiora respiciens uiæ cubiti unius, quod nos de Hebraica ueritate trāstulimus. Significat aūt quod ante fores gazophylaciorū omniū siue exedrarū & thalamorū fuerit deambulatio, latitudinē habēs cubitorū decē, qui & ipse perfectus est numerus: uel propter decalogū, uel propter euangelij sacramentū. Si em̄ ab uno per duos & tres ad quartū numerū uenias, decenarius euangeliorū numerus efficit: In cuius latitudine deambulāt sacerdotes ante singula gazophylacia gradiētes: ita duntaxat ut semper ad interiora respiciant uiæ eius quæ ducit ad cubitū unū, ad cultū uidelicet unius diuinitatis, dicente filio ad patrē: Reuelaui nomē tuū hominib. Ipsa est em̄ uia, interiora respiciēs, quæ dicit in euangelio: Ego sum uia, & uita, & ueritas: qa nemo uenit ad notitiā patris, nisi ꝑ filiū. Sequitur: Et ostia earū ad Aquilonē, ubi erāt gazophylacia in superiorib. hūiliora: qa supportabāt porticus quæ ex illis eminebāt de inferiorib. & medijs ædificij. Tristega em̄ erāt & nō habebāt colūnas, sicut erāt colūnæ atriorū: ꝑ quo erāt eminebāt de inferiorib. & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Quod iūgit: ostia earū, subaudit, exedrarum, siue gazophylaciorū, de quibus sermo suprà fuit. Quæ gazophylacia erant in superioribus, id est, in cœnaculis humiliora. Quæ cœnacula ascēdit Helias & Helisæus, & dñs cum discipulis paschā facturus, & Tabita quæ & fide apostoli, & uirtutū suarū merito suscitata est. Ista sunt cœnacula, de quibus in psalmo scriptū est: Qui rigat mōtes de cœnaculis suis. Nisi enim quis mons fuerit effectus & ad altiora surrexerit, pluuijs dñi non irrigabitur, qui pro diuersitate meritorū de primo, secundo, & tertio irrigatur cœnaculo. Ipsa quoq; gazophylacia, hoc est thesauri gazarū dñi, in superiorib. humiliora sunt. Quāto em̄ quis excelsior fuerit, tanto cum Apostolo humilitate deijcitur, dicens: Qui non sum dignus uocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiā dei. Erant aūt ipsa gazophylacia in cœnaculis humiliora, qa supportabant porticus quæ ex illis eminebāt de inferioribus & de medijs ædificij. Reddiditq; causas cur gazophylacia in cœnaculis posita, humiliora fuerint: Quia supportabant, inquit, porticus, quæ libertate aeris fruebant, & eminebāt de inferioribus & de medijs ædificij: ut secundū cœnaculū pauimento inferioris domus esset eminentius, & tertiū cœnaculum secundo esset excelsius, & quanto quis ad superiora cō scenderet, tanto altiori uteretur cœnaculo, quod humilitate crescebat, dicente dño: Qui uult inter uos maior esse, fiat omniū minimus. Nec enim colūnis alijs portabantur, sicut in atriorū columnis legimus, sed eminebant de inferioribus & de medijs à terra cubitis quinquaginta, numero remissionis omniū debitorū. Hæc sunt autē tristega, de quibus præcipitur: Describe ea tripliciter, consilio & scientia, ut respondeas sermonibus ueritatis his quæ proponuntur tibi. Inferiora igitur & exteriora, columnis indigēt: quæ aūt altiora sunt & interiora, columnarū, id est, alieni auxilij usu non egent. Post hæc dicitur: Et peribolus exterior secundū gazophylacia quæ erant in uia atrij interioris ante gazophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorū, quia longitudo erat gazophylaciorū atrij exterioris quinquaginta cubitorū, & longitudo ante faciē templi centum cubitorū. Peribolus murū significat qui erat exterior, & cingebat gazophylacia in uia atrij exterioris, habēs in longitudine quinquaginta cubitos: de cuius numeri sacramento crebro diximus. Porrò longitudo ante faciem templi, nequaq; quinquaginta cubitorū erat, ut ante gazophylacia, sed centū cubitorū: ut post remissionem omniū peccatorū, perfecta præmia in centenario numero præstolemur. Pro peribolo siue muro, quod Hebraice dicit גדר Lxx. lumen interpretati sunt, quod uenit extrinsecus, & illuminat cordis nostri oculos, nō sufficiente natura nostri luminis, quod uersatur in sensu, perfectum sciētiæ habere fulgorem: nisi extrinsecus per dei gratiā introeat: Quod primū oculos nostri cordis illuminat, & omne atriū exterius qđ quinquaginta cubitorū latitudine tendit, facit clarescere. Postea uerò cū uenerimus ante faciē tēpli, perfecta in centenario numero recipiemus prę̄mia. Erat aūt subter gazophylacia

B

D

Ioan. 13. a

Ioan. 17. g
Ibidē 14. d

Ezech. 17. d

1. Reg. 4. b
Marc. 14. b
Actor. 9. g
Psal. 103. b

1. Cor. 15. b

Marc. 9. c

Prou. 22. c

A introitus ab oriēte, ingredientiū in ea de atrio exterio-
ri. Oportet enim dei nos possidere diuitias, & de atrio
exteriori subire gazophylacia orientis introitū reperi-
re, & per latitudinē periboli, qui respicit uiam orientis
uenire ad ædificiū quod sanctis est separatū: ante quod
sunt gazophylacia, &
in ipsa uia similitudo
gazophylaciorū, quę
erāt in uia aquilonis.
Licet enim ad orien-
tis peruenīamus in-
troitum, tamen simi-
litudo maiorū est in
minorib. & non pos-
sumus ad oriētis per
uenire lumē, nisi per
uiā aquilonis, id est,
per minora & humi-
liora ad maiora & al-
tiora tendamus. In ip
so autē introitu, lon-
gitudo erat similis la
titudinis, id est, eadē
mēsura per quadrū,
omniscę ingressus &
similitudines & ostia,
eandē habebant men
suram & similitudinē
quam gazophylacia
quæ erāt in uia respi-
ciēte ad austrum. Per
orientē quippe aqui
lonis frigora restin-
guētes, peruenimus
B ad austrū in quo spō
sus recubat in meri-
die, & in pleno uersa
tur lumine. In capite autem eiusdem uiæ,
hoc est, oriētalis quæ
pater ingredientibus
Iosh. 10.b ostium est, quod nisi apertū fuerit ab eo qui dicit: Ego
Esa. 22.f sum ostium, & qui habet clauē Dauid, ad uestibulum
sanctorum uirtutibus separatum, & quod ab Aquilo-
ne uenientes suscipit, non possumus peruenire. Super-
fluum est iuxta Septuaginta singula loci huius uerba
disserere, cum & hæc quæ dicta sunt, obscuritate non ca
reant, & illa quæ reticemus, similia propē sint his quæ
diximus. a ¶ *Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & ga-
zophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum, etc.*] Vir
ille qui ductor prophetæ fuit, postquam eum duxit in
atrium exterius, & monstrauit omnia quæ præteritus
sermo narrauit, gazophylacia quoq; siue exedras, in
quibus diutissime commoratus est, dixit ad eum: Hæc
sunt gazophylacia uel exedræ thalamicę ad Aquilonē
& ad Austrum, quæ sunt ante ædificium separatum, &
appellantur sancta gazophylacia in quibus uescuntur
sacerdotes, qui appropinquant ad dominum in sancta
sanctorum. Ex quibus discimus, multas ciborum esse
diuersitates, quibus uesci sacerdotibus licet uel non li-
cet, & de his ipsis quos licet in cibos sumere, nō in om
nibus sumuntur locis, necab omnibus, nec omni tem
pore. Gazophylacia Aquilonis & Austri puto esse, quę
uel historiæ cōtineant simplicitatem, uel spiritualis in-
telligentiæ sacramēta, ut per Aquilonem ueniamus ad
meridiem. Neq; enim sic legenda est litera, & historiæ
fundamenta iacienda, ut non ueniamus ad culmina:
nec ita pulcherrimo ædificio tecta ponenda, ut nequa-
quam fundamenta sint solida. Sacerdotes autem qui
uescuntur in cellarijs in quibus multæ diuitiæ cōtinen C
tur, ipsi sunt qui appropinquant ad dominū: De qui-
Exod. 24.a bus scriptura testatur, quod Moyses appropinquaue-
rit ad dominū, & cæteri accedere non potuerint. In ædi
ficatione templi mystici, & in ecclesiæ sacramento mul
ti sunt sacerdotes &
apostolici uiri q acce
dunt ad dominū, &
nō in quolibet loco,
sed in sancto sancto-
rum. Quodq; iuxta
Lxx. dicitur: Filij Sa-
doch, qui interpreta
tur, iustus, in Hebrai
co non habetur: Ibi,
inqt, Sacerdotes po-
nent sancta sanctorū
& oblationē, hoc est,
uictimā holocausti, &
pro peccato, & pro ig
norantia: ut non solū
iuge offerant sacrifi-
cium, sed pro diuersi
tate temporū, & qua-
litate peccati, atq; ig
norantiæ sciant placa
re dominū, quia ipse
locus sanctus est, & sa
cerdotalis in eo dig-
nitas cōmoratur, quę
posit rogare pro cæ-
teris. Quando autem
procedendum est ad
eos qui non possunt
templi adyta penetra D
re, nec diuinæ sciētiæ
arcana cognoscere: e-
grediantur, inquit, fo
ras ad eos sacerdotes
in atrium exterius ne
quaq; cum his uesti-
mentis quibus intrinsecus induti erant, uiscera uideli-
cet misericordiæ & dominū saluatorem, de quibus scri
ptum est: Induimini dominū Iesum Christum: nec his Rom. 13.d
utantur sermonibus, de quibus loquitur deus: Myste-
riū meum mihi & meis: ne incurrant in illud quod sal-
uator prohibet, dicens: Nolite dare sanctum canibus, Matt. 7.d
nec proijciatis margaritas ante porcos: Sed ponent ue
stimenta sua intrinsecus, quibus induuntur, quando
ministrant in templi adytis: sancta enim sunt, & ad eos
qui perfectam non habent sanctitatem non debēt pro-
ferri, accipientēq; alia uestimēta, & sic procedent ad po
pulum. Sic, inquit, loquentur ad populum, quomodo
potest audire populus. Vnde & Apostolus Corinthijs 1.Cor. 5.d
loquebatur, in quibus audiebatur fornicatio, & talis
fornicatio quæ nec inter gentes quidem: Lac uobis po Ibidē 3.d
tum dedi, non escam, id est, solidum cibum, nec dum
enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit: Filioli Gal. 4.e
mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur
in uobis. Paruulis enim atq; lactentibus non solū non
prodest solidus cibus, sed interficit eos, qui perfectæ æ-
tatis hominibus cōgruit. Illud autem quod à Lxx. ad-
ditum est: Propterea non egredientur in atriū exterius
sacerdotes, ut semper sancti sint qui offerunt, obelo prę
notemus, quia in Hebraico non habetur. b ¶ *Cumq; cō-
plesset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ
respiciebat, etc.*] Sciendum q post uentum orientalem &
Aquilonem, in uento Australi & Occidentali apud
Septuaginta ordo præposterus sit. Illi enim primum
posuerunt

Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & Gazophyla-
cia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt
gazophylacia sancta in quibus uescūtur sacerdotes qui
appropinquant ad dominum in sancta sanctorum. Ibi
ponent sancta sanctorum, & oblationē pro peccato &
pro delicto, locus enim sanctus est. Cum autem ingressi
fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium
exterius, & ibi reponent uestimenta sua in quibus minis-
trant, quia sancta sunt, uestientur q; uestimentis alijs, &
sic procedent ad populum. Cūmq; complesset mensu-
ras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ re-
spiciebat ad uiam orientalem, & mensus est eam undiq;
per circuitum (siue similitudinē domus per circuitū in
ordine.) Mensus est autem contra uentum orientalem
(siue & steti post tergum portæ respicientis ad orientē)
calamo mensuræ per circuitum quingentos calamos, in
calamo mensuræ per gyrum. Et mensus est contra uen-
tum Aquilonis quingentos calamos, in calamo mensu-
ræ per gyrum. Et ad uentum australem mensus est quin
gentos calamos, in calamo mēsuræ per circuitum. Et ad
uentum occidentalem mensus est quingentos calamos,
in calamo mensuræ. Per quatuor uentos mensus est mu
rum eius undiq; per circuitum, longitudine quingento
rum cubitorum, & latitudine quingentorū cubitorum,
diuidentem inter sanctuarium & uulgi locum.

A posuerunt, occidentalē, id est, mare: & postea australē:
cū apud Hebræos primū ponat uentus australis, & po
stea occidentalis. Quodq; scriptura nūc dicit: Cūq; cō-
plesset mēsuras domus interioris, eduxit me per uiam
portæ quæ respicit ad uiam orientalē: ostendit cuncta
quæ supra dicta sunt,
& forinsecus, et intrin
secus, & in interiorib.
templi, hoc est sancti
sanctorū, proprie ad
templi ædificiū perti-
nere, & templi interioris. Vnde nunc sequit: Eduxit me
per uiā portæ quę respiciebat ad uiā orientalē, & mēsus
est eam undiq; per circuitū, siue similitudinē domus.
Per quod demonstrat, non ipsam domū, sed similitudi
nem domus esse quæ cernit, quia nunc per speculū ui-
1.Cor. 13.c demus in ænigmate: cū aūt uenerit quod perfectū est,
tunc quod ex parte est, destruet. Vnde & Moyses in ta-
bernaculo, & Salomon in ædificio, non ueritatē tento-
rij & templi, sed similitudinē figurāq; fecerūt: ut per hæc
quæ minora sunt & terrena, ea quæ in cœlestibus & in
spirituali ædificio sunt, intelligere possimus. Vir autem
qui prophetā eduxerat, nequaq; in atriū exterius, sed
per uiā portæ quæ respiciebat ad uiā orientalē, primū
mensus est cōtra uentū orientalē, id est, ad orientalē pla
gam quingentos calamos per gyrū: secundo ad aquilo
nē, tertio ad austrū: quarto ad mare, id est, ad occiden-
tem, per quatuor uidelicet uētos, murū in circuitu, tam
in longitudine, q̄ in latitudine, hoc est, per quadrū, qui
murus simul habebat duo milia calamos. Sin aūt cala-
mus sex cubitorū erat, & πάλαιστὴ uno, qui πάλαιστης
sexta pars cubiti est: perspicuū est murū exteriorē ha-
buisse per circuitū calamos duo milia, qui faciunt cubi
tos duodecim milia, trecētos, trigintatres, & trientē de
B duobus milibus. Prudens lector & diligens legat librū
Iesu Naue, & inueniet quō in suburbanis hæc mensura
Luc. 8.c seruet. Vnde & legiō dæmonū, hunc numerū elegit in
suffocatione porcorū, ut qui seruientibus deo, præce-
pto dñi separatus est, in cōtrariā partē referat ad per di-
tionē eorū, qui uitā cœno dignā, & sordibus cōsectant.
Omnis aūt murus qui est exterior, & habet spatiosissi-
mam longitudinē & latitudinē per quadrū apostolorū
cōtinet numerū, id est, duodecim miliū, ut singulis apo
stolis millenus numerus deputet, & tū ad mēsurā pleni
tudinis Christi, & perfecti uiri non ueniat, nisi iungat
ei & πάλαιστὴς, qui trecēti, triginta, & tres cubiti sunt,
& cubiti tertia pars, per quæ sanctæ & uenerabilis trini
tatis mysteriū demonstrat, quæ cingit & uallat omnia,
& habitatores tēpli sui præstat tutissimos. Vnde trecen
Gen. 5.c torū cubitorū arca Noe habet longitudinē, & triginta
cubitorū altitudinē, quæ consummatur in uno cubito.
Quod aūt ibi adduntur quinquaginta cubiti in latitu
dine, remissionis (ut sæpe diximus) significat sacramen
Luc. 3.c tum. Vnde & dñs triginta annorū uenit ad baptismū,
& hic ipse, ppheta in principio uoluminis sui annū po
nit tricesimū, qui trecentesimus & tricesimus numerus
tribus additis & tertia parte cōpleī. Illud aūt quod per
simplicitatē interpretationis, dum parū attendimus ce
leritate dictandi, & Lxx. habēt & nostra translatio: mu
rum eius undiq; per circuitū longitudine quingento-
rum cubitorū, & latitudine quingentorū cubitorū. He
bræus sermo non continet, sed simpliciter, longitudinē
quingentorū, & latitudinē quingentorū, ut subaudiat,
calamorū: sicuti quarto supra dictū est, ad oriētalē uen
tum, & ad aquilonē, & ad austrū, & ad mare quingēus
calamis, murū partium singulorū ab eo qui tenebat ca
Leuit. 25.b lamum fuisse dimensum. Quingentesimus autem nu-
merus q uicinus est quinquagenario, quod ad remis-
sionem pertineat omniū peccatorū, non solum uetus
scriptura, sed & saluatoris in euangelio uerba demon- C
strant, dicentis: Duo debitores erant fœneratori cuidā, Luc. 7.f
unus debebat denarios quingentos, & alius quinqua
ginta. Et murus diuidit inter sanctuariū & uulgi locū.
Ex quo intelligimus omnē supra tēpli descriptionē, sa-
XLIII cerdotū q sunt filij Sa
doch, fuisse ministe-
rijs delegatā. Hūc aūt
murū, qui tanto spa-
cio dilatet & uniuer-
sa circumeat, separa-
re sanctuariū & uulgi locum.

ET adduxit me ad portam quæ respi-
ciebat contra orientē, & edu-

Cap. XLIII

ET eduxit me, etc.] Primum de translationis uarietate
dicendū est. Hoc quod ponūt Lxx. Et eduxit me, in
Hebraico non habet. Si enim adductus fuerat ad por-
tam quæ respiciebat orientē, quid necesse fuit ut educe
retur, cū ideo inductus sit, ut uideret quid in porta fie-
ret orientali: Deinde ubi dicit: Vox erat ei, haud dubiū
quin dei, quasi uox aquarū multarū, quod & Ioannes
in sua cōfirmat Apocalypsi: Lxx. posuerunt: Et uox ca- Apoc. 14.a
strorū quasi uox geminantiū multorum. Tertio in He-
braico continetur: Vidi uisionē secundū speciē quā ui-
derā, quando uenit ut disperderet ciuitatē. Venit autē
ille q̄ in principio huius prophetæ uestitus erat lineis,
& atramentariū habebat ad lumbos cū alijs sex, ut dis-
perderet ciuitatē, non ut ungeret, quod Lxx. transtule
runt, qui quarto dixere: Et uisio currus quā uideram,
quod in Hebraico non habet. Dicamus strictim de sin
gulis, quantū explanationis patit difficultas: ne dū stu-
demus breuitati, uelamentū non solū Moysi, sed & pro
phetæ Ezechielis remaneat in nobis, qui cupimus reue
lata facie ueritatē dñi cōtemplari. Gloria ergo dei Israel
ingredit per uiā orientalē: per quā & egressa fuerat, qñ
ciuitas dñi furore percussa est. Ingredit aūt, imò regre- D
ditur ad eam quia templū dñi ædificatū in monte mon
strauerat. Et tamē multo plus est quod in cōsequentib.
dicit: Leuauit me spiritus, & introduxit me in atriū ex-
terius, & ecce repleta erat gloria dñi domus. Hic enim
gloria tantū dei Israel ingreditur: ibi autem dicitur, q̄
plenitudo gloriæ dñi fuerit in templo, de qua & Esaias
scribit: Vidi dñm sedentē super thronū excelsum & elc- Esa. 6.a
uatū, & plena erat domus gloria eius, quando reuelata
facie gloriā dñi cōtemplantes, reformamur in imaginē
creatoris. Vox quoq; erat dei, quasi uox aquarū mul- Apoc. 14.a
tarum, omnium scilicet in toto orbe populorū: ut Ioan
nes euangelista interpretatur, siue quasi uox castrorū, Gen. 32.a
& sicut uox geminātū multorū, ut exercitus dei sacra-
mēta cognosceret. Quod intelligens Iacob, uocauit no
men illius loci castra. De quibus & alibi scriptū est: Cur Psal. 67.d
rus dei decem milium multiplex milia lætantium. Vna
autem uox dicitur castrorum & multitudinis, propter
unum in dei laude consensum. Geminaturq; uox ca- Esa. 6.b
nentiū patri, & filio & spiritui sancto: Sanctus, sanctus,
sanctus dominus deus sabaoth, plena est terra gloriæ
eius. Sequit: Et terra splendebat à maiestate eius. Quod Psal. 18.a
proprie in aduentu Christi factum est, quando in om- Rom. 10.d
nem terrā exijt sonus apostolorū, & in fines orbis ter-
ræ uerba eorū, quotidieq; impletur in credentibus, &
ad perfectū cōplebitur, quando corruptiuum hoc in- 1.Cor. 15.g
duerit incorruptionē, & mortale istud fuerit immorta-
litate uestitum. Quod autem infertur: Et uidi uisionem
secundum speciem quam uideram, quando uenit ut
disperderet ciuitatē, pro quo Lxx. transtulerunt: quan
do ingressus sum, ut ungerem ciuitatē, cum iuxta He-
braicum perspicuū sit, iuxta Lxx. plurimam obscuri-
tatē habet, quomodo Ezechiel ingressus sit ut ungeret
ciuitatē: ad cuius prophetiā cōmonitionēq; ceciderit:
nisi fortè illud dicamus, q̄ correptio prophetæ sit uti-
ctio ciuitatis, & unctio olei exultationis sacerdotalis &

regis

Universidade de Navarra Biblioteca de Humanidades

A regiſ: quod qui libẽter receperint, & audire uoluerint,
Pſal. 104.b efficiuntur in ciuitatẽ dñi, de quibus ſcriptũ eſt: Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Ille autem poteſt iuxta Anagogẽ, ungere ciuitatẽ,
Pſal. 86.a de qua ſcriptũ: Gloriosa dicta ſunt de te ciuitas dei, qui uidit uiſionẽ currus & myſteriorum dei, quã intuitus eſt Ezechiel ſup fluuiũ Chobar, בְּכָבַר q onus pẽdusq; ſignificat. Quid enim grauius fluminib. Babyloniis, ſuper quæ
Pſal. 136.a Dauid ſedit & fleuit cũ recordaretur Sion? De quibus ſcriptum
1. Cor. 7.f eſt: Præterit enim figura huius mundi. Nihilq; puto in ſeculi huius cõfuſione eſſe perpetuũ, ſed omnia præterire & fluere. Quæ qui cõſideraverit, cadet ſuper faciẽ ſuam, intelligens q̃ procul ſit à maieſtate dei, & flectet genua ad patrem in nomine Ieſu Chriſti. Cũq; ait, ego corruiſſem, maieſtas domini ingreſſa eſt tẽplum per uiam portæ quæ reſpiciebat ad orientẽ: ſtatimq; me
B eleuauit ſpiritus, ipſe enim iacens pergere non ualebam, & introduxit me in atriũ interius, foris enim ecciderã, & ecce, qui prius conſpexerã gloriam dei Iſrael uenientẽ per uiam orientalem: uidi repletam gloria domini domũ eius, & uocem ad me de domo interiori loquentẽ audiui. Quæ quid ſit loquuta, ſcriptura non narrat, niſi forte illud Apoſto-
2. Cor. 12.d li: Et audiui uerba ineffabilia quæ non licet homini loqui. Vir autem, inquit, qui ſtabat iuxta prophetã: dixit ad eum, quem perſpicue dominum intelligimus. Cui eĩ alij poterit conuenire quod ſequitur: Fili hominis, locus ſolij mei, & locus ueſtigiorum pedum meorũ, ubi habito in medio filiorum Iſrael in æternum: niſi illi qui habitat in eccleſia in medio filiorum Iſrael

HEB. ecce gloria dei Iſrael ingrediebatur per uiam orientalẽ, & uox erat ei quaſi uox aquarum multarũ, & terra ſplendebat à maieſtate eius. Et uidi uiſionem ſecundum ſpeciem quam uideram, quando uenit ut diſperderet ciuitatem, & ſpecies ſecundum aſpectũ quem uideram iuxta fluuium Chobar, & cecidi ſuper faciem meam. Et maieſtas domini ingreſſa eſt tẽplum per uiam portæ quæ reſpiciebat ad orientem. Et eleuauit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquentem ad me de domo, & uir qui ſtabat iuxta me, dixit ad me: Fili hominis, locus ſolij mei, & locus ueſtigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Iſrael in æternum. Et non polluent ultra domus Iſrael nomen ſanctum meum, ipſi & reges eorum in fornicationibus ſuis, & in ruinis regum ſuorum & in excelſis, qui fabricati ſunt limen ſuum, iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos, & murus erat inter me & eos, & polluerũt nomen ſanctũ meum in abominationib. quas fecerunt: propter quod conſumpſi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem ſuam, & ruinas regum ſuorum à me, & habita-

SEP. eduxit me, & ecce gloria dei Iſrael ueniebat per uiã orientis, & uox caſtrorũ, quaſi uox geminantiũ multorũ, & terra reſplẽdebat quaſi fulgur à gloria p circuitũ. Et uiſio quam uidi ſecundũ uiſionẽ quã uideram, quando ingrediebar ut ungerẽ ciuitatẽ. Et uiſio currus quã uidi ſecundũ uiſionẽ quã uideram ſuper fluuiũ Chobar, cecidiq; in faciem meã. Et gloria dñi ingreſſa eſt domũ per uiam portæ quæ reſpiciebat orientẽ. Et aſſumpſit me ſpũs, & introduxit me in atriũ interius, & ecce plena gloria dñi domus. Et ſteti, & ecce uox de domo loquentis ad me, & uir ſtabat iuxta me, & dixit ad me, uidiſti fili hominis locũ ſolij mei & locũ ueſtigij pedum meorũ, in quibus habitabit nomen meũ in medio domus Iſrael in ſempiternũ. Et non cõtaminabũt ultra domus Iſrael nomẽ ſanctũ meum, ipſi & duces eorum in fornicatione ſua & in homicidijs ducũ in medio ſui, cũ ponerent limẽ meũ in liminibus ſuis, & poſtes meos iuxta poſtes ſuos. Et dederunt parietẽ meũ quaſi cõnexũ inter me & ſe, & cõtaminauerũt nomẽ ſanctum meum in iniquitatibus ſuis quas faciebãt. Et cõtriui eos in furore meo & in occiſione: Et nũc abijciant fornicationẽ ſuam, & homicidia ducum ſuorum à me: & habita-

C perpetuũ, non ſecundum templũ Salomonis ad tem/
Pſal. 75.a pus. Et locus eius eſt ille, de quo ſcriptum eſt: Et factus eſt in pace locus eius, quæ exuperat omnẽ ſenſum: & lo
Ibidẽ 131.b cus ueſtigiorũ pedũ illius apoſtolis dicentibus: Adoremus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Et pulchre dixit, ſteterũt: In eccleſia enim ſtant pedes dñi, in ſynagoga ambulãt & prætereunt. Vt autẽ ſciamus hoc dici de eccleſia, iungitur: Et non polluẽt ultra domus Iſrael nomẽ ſanctum meũ, quod proprie ad eos pertinet qui ſanctæ conuerſationis in eccleſia commorant. Qui ſint autẽ qui polluerint priꝰ nomen ſanctũ dei, ponit manifeſtius: Ipſi & reges eorũ, tam populus, q̃ ſacerdotes, in fornicationibus ſuis quibus à deo fornicati ſunt, & in ruinis regum ſuorũ, qui fruſtra ſibi per ſuperbiã, regiũ nomẽ aſſumunt. Deniq; ſequit: Et in excelſis. Arrogans enim mens offendit deum, humilis ad miſericordiã proD uocat. Qui poſt ſuperbiã imò per ſuperbiã fabricati ſunt limen ſuũ iuxta limẽ dei, & poſtes ſuos iuxta poſtes illius. Audiãt hæc
2. Tim. 3.b iuxta literã mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circumferantur omni uẽto doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunq̃ ad ſcientiã ueritatis peruenientes, mentẽ iunctã deo, nõ uicinitatem eccleſiarum & habitationem proximam, dei in ſe prouocare clemẽtiã, quin potius indignationem dñi cõmoueri, quando in conſeratis deo locis, indignus habitator eſt. Fabricati ſunt, inquit, limen ſuum iuxta limen meum, ut nihil intereſſet inter ſacrũ & prophanum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos: ut unus laicorũ & ſacerdotũ eſſet introitus. Vnde & Apoſtolus dicit: Pro-
1. Cor. 11.f bet aũt ſe homo, & ſic accedat ad corpus & ſanguinẽ dñi. Et ut grauius faceret

A ret quod dicebat, ſequentẽ iungit uerſiculũ: Et murus erat inter me & eos: ut ſacerdotalia ſacrificia & loca ſacramẽtorũ corporis & ſanguinis Chriſti, breuiſſimus murus diuideret. Et polluerunt, inquit, nomen ſanctũ meum, in abominationibus quas fecerunt. Quid prodeſt habitationis uicinia, & medius intercellulã noſtrã & altare dñi paries, cum in his quæ ſecreto facimus & quæ turpe eſt etiam dicere, cõtaminetur & polluatur nomen dñi? Ego hoc arbitror, quod non polluat nomen dñi, niſi ille qui uiſus eſt nomini eius credere, & illius cẽſeri uocabulo. Et quõ tollit membra Chriſti, & facit membra meretricis, qui prius Chriſto credidit, ſic ille polluit nomẽ dei, qui prius nominis eius fidem ſuſceperit. Alioquin ethnicus & Iudæus cum ſint polluti & cõtaminati, imò contaminatio ipſa atq; pollutio, nomen dei polluere & contaminare non poſſunt, quod illi polB luunt, ad quos dicit:
Rom. 2.d Nomen meũ per uos blaſphemat in gentibus. Propter has igitur cauſas conſumpſi eos in ira mea, quia hæc fecere quæ diximus. Et tamen clemens dominus rurſum prophetę præcipit, ut iubeat eis procul à ſe remouere fornicationes priſtinas, & ruinas regum ſuorum ac principum derelinquere, & repellere non tam à ſe, quàm à deo, & boni operis ſtatim
Ioan. 1.d præmia pollicetur dicens: Et habitabo in medio eorum, de quo & in euangelio dicitur: Medius inter uos ſtat quem uos neſcitis, & habitabit non paruo tempore, ut in ſynagoga, ſed in perpetuum, quod in Chriſti eccleſia comprobatur. a ¶ *Tu autem fili hominis oſtende domui Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus, etc.*] Non parui operis eſt, quod oculis carnis uel mente conſpexeris audientibus demonſtrare, ut & ipſi tecum uidiſſe uideantur. Quamobrem ſcribit & Ioſephus, eos qui ad deſcribendam terrã miſsi ſunt ab Ieſu filio Naue, fuiſſe γεωμέτρας, & artem quæ nunc philoſophorum propria eſt, habuiſſe geometriæ. Domui igitur Iſrael, eorũ qui animo conſpiciunt deum, oſtenditur domus, hoc eſt, templum quod Ezechiel ſitum in monte conſpexit, & non ſolum in monte, ſed ſicut nunc dicitur in ſummitate montis, quam nequaq̃ illã putemus, quæ à Salomone conſtructa narratur in regum & in Paralipomenon libris. Illa enim alterius ordinis atq; menſuræ eſt, & in ſingulis magnam habẽs diuerſitatem, tantũq; inferior templo quod nunc oſtẽditur Ezechieli, ut non ſolum cultores eius & ædituj, ſed & ipſe fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit deum, licet poſtea egerit pœnitentiam, ſcribens Prouerbia in quibus ait:
Prou. 24.d Nouiſſime ego egi pœnitentiam, & reſpexi ut eligerem diſciplinam. Iſta autem quæ Ezechieli & per Eze-

HEB. bitabo in medio eorum ſemper. Tũ autem fili hominis oſtẽde domui Iſrael templũ, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricã, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt. Figurã domus & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem deſcriptionem eius, & uniuerſa præcepta eius, cunctũq; ordinẽ, & omnes leges eius oſtende eis, & ſcribes in oculis eorũ ut cuſtodiant omnes diſtributiones eius & præcepta illius, & faciãt ea. Iſta eſt lex domus in ſummitate mõtis. Omnes fines eius in circuitu, ſanctũ ſanctorũ erit. Hæc eſt ergo lex domus. Iſtæ mẽſuræ altaris in cubito ueriſſimo qui habebat cubitũ et palmum ſiue

SEP. bitabo in medio eorum in ſempiternum. Et tu fili hominis oſtẽde domui Iſrael domũ, & ceſſabunt à peccatis ſuis, et uiſionem eius, & diſpoſitionẽ illius, & ipſi ſuſtinebunt tormentũ ſuum pro omnibus quæ fecerunt. Et deſcribes domũ & præparationẽ eius, & exitus atque introitus eius, & ſubſtantiam eius, & omnia præcepta illius & omnia legitima eius, & omnes leges eius oſtendes illis, & deſcribes corã eis, & cuſtodient oẽs iuſtificatiões & omnia præcepta mea, & faciẽt ea: & deſcriptionẽ domus in uertice mõtis: oẽs termini eius in circuitu, ſancta ſanctorum ſunt, Iſta eſt lex domus. Et hæc mẽſura altaris in cubito perfecto cubitus, & mus, q̃ ad ſupellectilẽ pertinet atq; diuitias. Et uniuerſa præcepta, cunctumq; ordinem, & omnes leges templi oſtendes eis, qui portauerunt tormentum iniquitatum ſuarum, & ceſſauerunt, ſiue confuſi ſunt ſuper his quæ ante geſſerant. Idcirco autem oſtende eis, ut cuſtodiant omnia quæ præcepta ſunt. Nihil enim prodeſt ſcire deſcriptionẽ domus & omnes diſtributiones eius, de quibus ſcriptũ eſt: Multæ manſiones apud patrem meum: Et iterum: Statuit terminos gentium ſecundum numerum filiorum Iſrael, ſiue angelorum dei, niſi feceris quæ præcepta ſunt. Domus autem & lex omnium præceptorum dei, & urbs quæ in ſummitate montis eſt conſtituta, illa credenda eſt, de qua ſcriptum eſt: Non
Matt. 5.b poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Et: Flumi-
Pſal. 45.d nis impetus lætificat ciuitatem dei: Quæ perſpicue refertur ad eccleſiam, & ſita eſt in eo monte qui in uertice omnium montium eſt, & à quo uulneratus eſt princeps Tyri, omnesq; fines & terminus domus huius, ſancta ſanctorum ſunt. In illa domo, hoc eſt in tabernaculo quod fabricatus eſt Moyſes, & in templo quod à Salomone conſtructum eſt: interiora tantũ ubi erant Cherubim & propiciatoriũ & arca teſtamenti & menſa thymiamatis, appellabantur ſancta ſanctorum. In hac autem domo quæ monſtratur Ezechieli, & quæ in ſummitate montis eſt conſtituta, omnes termini eius reputantur in ſancta ſanctorũ. Quodq; infertur: Hæc eſt lex domus, uel ad præterita pertinet, de quibus iam dictũ eſt, uel ad ea quæ dicenda ſunt poſtea. b ¶ *Iſtæ menſuræ altaris in cubito ueriſſimo qui habebat cubitum, etc.*] Scriptũ eſt:
Eccle. 1.d Abyſſum & ſapiẽtiã quis inueſtigabit? Et: O profundum ſapien-
Rom. 11.d

chielem domui Iſrael oſtendit, talis eſt, ut qui eam mente cõſpexerit, ceſſet ab iniquitatibus ſuis: non quibuſdam, ſed omnibus: ſiue ut in Hebraico cõtinetur: confundatur & ſuſtineat tormentũ ſuũ pro omnibus quæ fecerit. Suſtinet autem tormentũ iniquitatum ſuarum, qui ceſſat præterita facere peccata: multũq; pdeſt ei q ante peccauerit uidere domum dei, & omnis fabricæ eius noſſe rationem, ut & peccare deſiſtat, & habens illius deſiderũ, dicat ad dñm: Dñe, dilexi decorem
Pſal. 25.b domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuę. Et iterum: Vnum
Ibidẽ 26.b petiui à dño, hoc requirã, ut inhabitẽ in domo domini omnibus diebus uitæ meæ cum cœpero uiuere & eſſe cum Chriſto, qui eſt uita credẽtiũ. Sequitur: Exitus eius & introitus, ſubaudiẽ domus. Exitus autẽ eorum qui egrediuntur ad eos qui foris ſunt, & introitus eorũ qui per magiſtrorum diſciplinam ad interiora penetrãt. Et
D omnẽ, inquit, deſcriptionẽ eius, ſiue ſubſtantiam eius, ut Lxx tranſtulerũt, quæ nõ tam ad naturam do-

C
Ioan. 14.d
Deut. 32.d

A sapientiæ & scientiæ dei, cuius alta profunditas, & quis inueniet eam? Multũ est si uoluerimus templũ Salomonis huic templo & omnes partes eius & tabernacula cõparare. Quod quia difficillimũ est, interim in præsentia rũ altare qđ Ezechieli ostensum est: altari quod in Exodo legimus ex parte modica conferamus. Ibi altare quinq; cubitorũ in longitudine & quinq; cubitorum in latitudine, id est quadrangulũ, & triũ cubitorũ in altitudine describit: hic uerò recedens à sensibus quinq; tẽdit ad unionẽ, in qua cubitus perfectus siue uerissimus ponitur, cui iungitur palmus, id est, παλαιστη, sextã ut supra diximus habẽs partem cubiti. In sinu autẽ eius, hoc est altaris, erat cubitus, qui scilicet ea quæ igne cõsumebantur suscipiebat, & in latitudine eius alius cubitus: ut & interiora hoc est secreta, & spacia altaris quæ in latitudine demonstrantur, uno cubito finirẽtur. Quod

B autẽ sequitur: Et definitio usq; ad labium eius: ꝓ quo Aquila, Symmachus & Theodotio posuerũt terminum: Lxx. rursum γυ σου interpretati sunt. Cuius uerbi ut ante iam dixi non possum scire rationem, nec cuius linguæ sit dicere confidenter: nisi hoc admonere lectorẽ, quod ubi nũc definitionẽ interpretatus sum, supra coronam transtulerim. Illudq; breuiter demonstratur, quod in circuitu ipsius altaris, id est in margine & circulo repandũ fuerit labiũ, & quasi corona in modũ lilij, habens in aspectu plurimã uenustatem. Quæ definitio siue gisus per circuitũ palmi unius siue παλαιστης latitudine tenebat. Fouea aũt altaris siue profundũ & altitudo, pro qua in Hebraico ponitur בֵּת de sinu terræ usq; ad crepidinẽ nouissimã, uel usq; ad propiciatoriũ maximũ, duobus cubitis erat, & latitudo eius cubiti unius. Inferiora enim & ꝓfunda & terræ cohærentia, duali numero, qui & in immundis animalibus positus est cõtinẽt, superiora aũt & ad crepidinẽ siue propiciatoriũ peruenientia, quod Theodotio ipso Hebraico nomine appellauit עזרה unius cubiti habent latitudinẽ, ut dualis numerus transeat ad solitarium, & bonũ nuptiarũ, quod inferius est, ad unionis perueniat beatitudinẽ. Quodq; sequitur: Et à crepidine minore usq; ad crepidinẽ maiorẽ quatuor cubitorũ, & latitudo unius cubiti: pro quo in Lxx. positum est: Et à propiciatorio minori usq; ad propiciatoriũ maius, & Theodotio in utroq; azara trãstulit: illud est intelligen-

Dan. 2.a dum, quod propiciatorium minus, lapis sit excisus de monte sine manibus, & propiciatoriũ maius, ipse lapis C
qui creuit in montẽ magnũ & impleuit uniuersum orbẽ. Siue iuxta alterũ sensum, propiciatoriũ minus est, Philip. 2.b
quando exinaniuit se formã serui accipiens, & propi- Ioan. 16.a
ciatoriũ maius, quando recepit gloriã quam habuit apud patrẽ anteq; mũdus fieret. Prius enim Christi humiliora cognoscimus, & sic ad diuinitatis eius altitudinẽ peruenimus, & tamẽ utriusq; naturæ ꝓpiciatoriũ, hoc est, minoris atq; maioris, ad unius altaris pertinet sacramentũ. Inter duo aũt propiciatoria minus atque maius: quatuor erãt cubita, quatuor mundi elemẽta signantia, quæ & ipsa perueniunt ad unius cubiti altitudinẽ. Et hoc animaduertendũ quod in mẽsura altaris primus cubitus in latitudine nulli copulatur, sed sua unione perfectus est: secundus autem latitudinis cubitus, post duos cubitos crescit ad summũ, & tertius cubitus post propiciatoriũ minus D
& maius per quatuor elemẽta ad unius cubiti mysterium tẽdit: ut unus & alter & tertius cubitus in altare dñi, nequaq; primus, secundus, & tertius: sed unus, & unus, & unus esse dicaꝰ. Ipse autem ariel quatuor cubitorum erat, & ab ariel usq; sursum cornua quatuor: siue ut in Lxx. dicit, ab ariel usq; ad superiora cornuũ, cubitus unus. Ariel אריאל
ut pleriq; æstimãt interpretatur lux mea deus. De quo & in Esaia ꝓpheta, ubi scriptũ est: Væ tibi ciuitas Ariel Esa. 29.a
quam expugnauit Dauid siue circũdedit, plenius diximus. Vt aũt ego arbitror, leo uel fortis dei, quod nomẽ referꝰ proprie ad altare, in quo uel illuminatio dei est, uel leo & fortitudo eius, dicente Iacob ad Iudam: Catulus leonis Iuda: ad prędam fili mi ascendisti, requiescẽs accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eũ? Cubitorũ aũt quatuor est & cornua habet quatuor: siue superiora quatuor cornuũ uno cubito finiunt, ut euangeliorũ mensura & in totũ orbẽ fortitudo discurrens, sub illuminatione dei & leonis fortitudine demonstretur, ad unumq; cubitum peruenient diuinæ confessionis. Et ut paulatim obscuritas præsentis loci manifestior fiat. Sequitur: Et Ariel duodecim cubitorũ in longitudine, per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulum æquis lateribus. Quod nemo dubitat ad duodecim tribus pertinere, quæ in Ioannis Apocalypsi scriptæ sunt, & ad apostolorum numerum, de cuius sacramento supra dixisse me memini. Per quatuor autem latera mundi, duodeni cubiti simul efficiunt quadragin-

A taocto cubitos sacerdotalium ciuitatũ, ut istis quasi fundamentis in toto orbe diuisis, ecclesiæ fortitudo solidẽt. Porrò crepido pro qua Lxx. propiciatoriũ: Theodotio ut supra Azara, Symmachus περιλεγομενω, hoc est, circuitũ interpretati sunt: quatuordecim cubitorũ erat lõgitudinis, ꝓ quatuor decim latitudinis, in quatuor angulis eius & corona in circuitu eius dimidij cubiti: ꝓ qua rursum Lxx. γεισου interpretati sũt, & sinus siue iuxta Symmachum cõsumatio eius atq; perfectio, cubiti unius per circuitũ: illud latenter ostẽdit, quod dñs noster qui uere propiciatorium dicitur, nõ solũ pro peccatis nostris, sed pro omni mũdo ꝓ quatuordecim generationes uenerit ab Abraham usq; ad Dauid: & rursum per alias quatuordecim usque ad captiuitatẽ Iechoniæ, & eiusdẽ numeri sacramento ad

B terrena descenderit: ut in tertia τεσσαρακαιδεκάδι, & diuini numeri sacramento saluaret quatuor angulos
Mat. 8.b mundi, de quibus scriptum est: Multi ab oriente & occidente, & ab aquilone & meridie uenient: & accubabũt cũ Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorũ. Quodq; sequitur, & corona siue gisus, per circuitũ eius, subaudi tur, propiciatorij habebat dimidium cubitum, & sinus ipsius ꝓpiciatorij siue consummatio atq; perfectio, quã Symmachus interpretatus est περιλεγομενω, habebat unum cubitũ: illud significat, quod & peccatores & iusti, dñi propiciatione saluentur: dicẽte apostolo Paulo: Re-
Rom. 5.d conciliati sumus deo in sanguine filij eius. Et de peccatoribus dicitur, quod dimidij cubiti mensuram habeant per circuitũ: qui tamen saluãtur misericordia creatoris:
Psal. 55.b iuxta illud quod in psalmo scriptum est, Pro nihilo saluos facies eos. De iustis: quod in uno saluentur numero solitario atq; perfecto, & imitentur unam diuinitatẽ,
2.Cor. 5.d dicente eodem Apostolo: Deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi. Quod aũt in fine huius testimonij ponitur, & gradus eius uersi ad orientẽ: gradus huius propiciatorij, uel uiginti quatuor libri ueteris instrumenti debent accipi: qui habebant citharas in Apocalypsi Ioannis & coronas in capitibus suis: uel sacramentum patris & filij & spiritus sancti, in quo uera nobis daꝰ propiciatio. Et ut dicamus apertius: propterea graduũ numerus incertus relinquitur: ut quantocunq; studio ad
Apoc. 5.c altiora scandere potuerimus, in inferioribus nos putemus collocatos: & cogitemus illud psalmistæ: Ibunt de
Psal. 83.b uirtute in uirtutem. a ¶ Et dixit ad me: Fili hominis, etc.] Postquam prophetæ mõstrauit altare, & cubitum eius cubitosq; duos: & rursum cubitũ & quatuor cubitos: & tertio cubitum, duodecim quoq; cubitos per alios duodecim, & quatuor altaris cornua: Ariel quoq; duodecim cubitorum, per duodecim cubitos, & crepidinem, hoc est propiciatorium quatuordecim cubitorũ per quatuordecim cubitos, coronam quoq; illius, & sinum dimidio cubito & uno cubito per circuitum: gradusq; ad orientem, quorũ incertus est numerus: Locutus est uir, cuius calamus & funiculus erat in manu, &

docet eum quomodo altaris opere perfecto, altare de- C
beat expiari & cõsecrari. Primumq; offertur uictima, & datur sacerdotibus de genere Leui qui sunt de semine Sadoch, quẽ cur Lxx. Sadduc nominent, scire non ualeo. Sadoch autẽ interpretatur iustus: offerturq; iuxta Lxx. & Theodotionẽ uitulus: iuxta Symmachum taurus: qui Hebraice dicitur פר. Vitulum aũt qui pro nobis immolatus est: & multa scripturarũ loca, & præcipue Barnabæ epistola, quę habetur inter scripturas Apocryphas nominat. Et hircus caprarum secũdo offertur die. Vnde & pascha facturi assumũt de grege agnũ & hœdum, & qui primũ pascha facere non potuerunt, in secundo mense faciunt: quorum alterũ ad iustos pertinet: alterum ad pœnitẽtes. Sin autem Lxx. nobis interpretatio placet, qui dixerunt: die autem secundo tollent hœdos duos immaculatos pro peccato: audax quidem est quod dicturi sumus: sed tamen aliorum simpliciter ponenda sententia est: qui a- D
iunt duos hœdos immaculatos post passionem domini oblatos esse ad altare dñi, Iacobum & Stephanum: Act. 12.a
quorum alter de apostolorum numero: alter de septem Ibid. 7.g
electis in ministerium domini princeps fuit. Iste est Iacobus qui transformatũ saluatorem uidit in mõte: qui resurgentem filiam archisynagogi cum dño Petro & Ioanne intuitus est: qui in Catalogo apostolorũ in quo bina iunguntur nomina, prior fratre ponitẽ. Hũc interfecit Herodes, & quasi hœdum immaculatũ post passionem saluatoris in die immolauit secunda. Stephanum quoq; cuius sapiẽtiæ & doctrinæ nullus poterat resistere, & qui stantẽ uidit filium ad dexteram patris: & dixit: Dñe Iesu suscipe spiritum meum: lapidibus obruere Iudæi. Et quomodo quosdam credentium primitias Achaiæ & Asiæ apostolus nominat, sic & isti primitiæ fuere martyrũ, quos Christi postea confessio coronauit. Et hoc notandũ, quod uitulus totus offertur holocaustũ & crassitudo corporis eius diuino igne consumiꝰ. Et si enim noueramus Christum secũdum carnem: sed iam nunc non nouimus eum secundũ carnem. Iacobus aũt & Stephanus qui secũda die oblati sunt, siue hircus qui iuxta Hebraicum narratur oblatus: offertur quidem in uictima: sed holocaustum præsentiæ domini reseruat. Quod autem tollitur sanguis, de quo loquitur Petrus, 1.Pet. 1.c
redempti sumus de uana nostra conuersatione paterna 1.Cor. 7.d
traditionis precioso sanguine Christi, & Paulus apostolus docet: Precio redempti estis: & in alio loco: Pacẽ fa- Col. 1.e
ciens per sanguinem crucis suæ, siue in terra siue super cœlos: illud significat, quod sanguine saluatoris, quatuor cornua purificentur altaris, id est quatuor mundi plagæ: aspergiturq; corona propiciatorij siue bases per circuitum, ut uniuersa purgentur, & firma sit propiciatio. Propterea aũt in secunda die, uel duo hœdi, de quibus supra diximus, uel hircus assumitur: quia animal est semper ad excelsa festinans, & nihil periculi sustinẽs in præcipitijs, & ibi inuenit uiam, ubi cęteris animanti-

A bus interitus est. Vnde & Græco sermone caprarum & hircorum grex sublimium conuersatio dicitur: hoc est ἀκροτόλιον, quasi ἀκροπόλιον siquidem ἄκρος excelsum πόλιον conuersationē significat. Porrò altare Christi expiatur sanguine, ut orationes sanctorum mundæ permeent ad deum.

Hoc quoq; notandū, quod iuxta Hebraicū ipse Ezechiel, quasi sacerdos uitulum iubet ūsumere & holocaustum facere, & sanguinem eius in circuitu aspergere, tam altaris quàm angulorū & coronæ siue basis, Septuaginta autē interpretes alios sacerdotes hoc facere demonstrant: de quibus dictum est: Dabis sacerdotibus leuitis qui sunt ex semine Sadoch, qui accedūt ad me. a ¶ *Cumq; compleueris expians illud, offeres uitulum de armento immaculatum: & arietem de grege immacul. etc.*]

B Postquā altare & mēsuræ eius in montis uertice demonstratæ sunt: rursumq; expiatio & consecratio illius prophetæ ostensa est, per unum uitulū immaculatum & hircum siue duos hœdos: quorum primū ad dominum saluatorem duo sequētia ad apostolos ministrosq; retulimus: ne in consecratione spiritalis altaris & proprie ad ecclesiam pertinētis, lex & prophetę uiderentur exclusi: propterea consecrato altari, uitulus immaculatus assumitur & aries, & offertur in conspectu domini, & filij Sadoch, hoc est iustorum sacerdotes aspergunt super capita eorum sal, ut & lex & prophetæ sapore euangelij condiantur. Nec ullum est sacrificium iuxta legis imCol. 4 perium et interpretationem Apostoli, qui ait: Sermo uester sit sale conditus, quod sale careat. Vtrunq; autē offertur holocaustum domino, ut corpus pinguis literæ, quod significatur in lege, & prophetæ nubilum, igneRom. 12.c domini, hoc est spiritu sancto, de quo dicit Paulus: Spiritu feruentes, in spiritualem & tenuem substantiam cōuertantur. Volumus scire apertius qui sit uitulus de armento immaculatus, & aries de ouibus purissimo uelNum. 12.a lere. Intelligamus Moysen & Heliam: quorum prior mansuetissimus fuit inter omnes homines qui uersabantur in terra: alter ardore fidei similis Moysi. Vnde &3.Reg. 19.b audebat dicere: Ego relictus sum solus. Quod autem in Hebraico scriptum est: Offeres uitulū, in Lxx. offerent sacerdotes, nulla sit quæstio. Et ipse enim Ezechiel cui hæc dicuntur, de numero sacerdotum est, plenæ ætatis atq; perfectæ, & sacerdotalem gradum prophetiæ auxit C gratia. Et Moyses & Helias uidentur in monte cum domino, id est lex & prophetæ, qui ei nunciabāt quæ Hierosolymis passurus esset. Expiato autem altari: septem diebus offertur hircus siue hœdus pro peccato quotidie, & uitulus de armento, & aries de pecoribus immaculatus, ut per hęc sacrificia septem dierum ad perfectū expietur altare. In septem diebus sabbatismus ostenditur: qui iuxta Heb. 4.c Apostolū populo dei reseruatur: in quibus æternam ueramq; speramus requiem: & nequaquam seruile opus faciamus peccatorum. In hirco autem & uitulo & ariete: tria generalia delicta monstrantur: quibus oīe mortalium subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietem, quæ prima est omnium peccatorum, D et ex qua alia duo peccata nascuntur. Hœdus autē siue hircus, ad eloquium siue sermonem, qui semper de excelsioribus disputat. Opera uero proprie uitulo deputantur: quoniam uomeri & labori & terrenis operibus mancipatus est. Hæc igitur immaculata per septem dies ueri sabbati atq; perfectū deo offerre debemus & expiare altare, ut oratio nostra munda perueniat ad deum. Quod autem infertur: Et mundabunt illud & implebunt manum eius: quod & Hebraicum & cæteri interpretes transtulerunt; illud significat, quod ipsius quoq; altaris: pro cuius expiatione offertur sacrificium, dona complenda sint, sicut offertur pro sacerdotibus & populo atq; pontifice: ne quid uacuum stetisse uideatur in conspectu domini. Pro quo posuere Septuaginta. Et mundabunt illud, & implebunt manus suas, ut subaudiatur sacerdotes: qui cum pleni fuerint bonis operibus, hoc enim plenæ significant manus, transacto sabbato, ueniant ad diem resurrectionis octauam, & dicant cum Apostolo: Resurreximus Rom. 6.d cum Christo: & ultra octauam tendant ad cœlestia, & Col. 3.d offerant pro nobis holocausta: siue quæ pro pace peccatorum nostrorum, & salute sunt nostra, ut per ignem spiritus sancti, omnia quæ cogitamus, loquimur & facimus, in spiritualem substantiam conuertantur: & huiuscemodi dominus delectatus sacrificijs nobis placabilis fiat.

HEBRAEI. Et tolles uitulum qui oblatus fuerit pro peccato: & combures illum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare sicut expiauerunt in uitulo. Cūmq; compleueris expians illud: offeres uitulum de armento immaculatum: & arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini, & mittent sacerdotes super eos sal: & offerent eos holocaustum domino. Septem dieb. facies hircū pro peccato quotidie: & uitulum de armento & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare & mundabunt illud et implebūt manum eius. Expletis diebus, in die octauo & ultra facient sacerdotes super altare holocausta uestra, & quæ pro pace offerunt, & placatus ero uobis, ait dominus deus.

SEPTVAGINTA. Et tollent uitulum pro peccato, & comburetur in loco separato domus extra sancta. Et die secunda tollent hœdos duos de capris immaculatos pro peccato, & expiabunt altare sicut expiauerunt in uitulo. Et cum compleueris expiationem: offerent uitulum de bobus immaculatum, & arietem de ouibus immaculatum: & offeretis coram domino, & aspergent sacerdotes super ea sal, & offerent ea holocausta domino. Septem diebus facies hœdum pro peccato quotidie, & uitulum ex bobus, & arietem de ouibus immaculatum facient septem diebus. Et expiabunt altare & mundabunt illud & implebunt manus eorum & consummabunt dies. Et erit à die octauo & ultra, facient sacerdotes super altare holocausta uestra & pro salute uestra, & suscipiam uos, dicit dominus deus.

A CAPVT XLIIII

Et conuertit me, etc. erit q; clausa principi, etc.] Pro eo qđ in Hebraico scriptum est: erit clausa principi: Lxx transtulerunt, erit clausa, quia dux ipse sedebit in ea. Multæ sunt portæ quas in descriptione templi Ezechielis scriptura commemorat, tā intus q̄m foris. Altaris quoq; figurā, & consecrationē & sacrificia sermo præteritus percurrit. Quo finito, uenit ad portā sanctuarij exteriorē quæ respiciebat ad oriētē & erat clausa: statimq; uir ille qui erat ductor prophetæ, & ei oīa demonstrabat: locutus est ad eū: Porta hæc quam respicis clausa, semper clausa erit & nō aperietur: nullusq; uirorū trāsibit per eam. Et reddit causam cur clausa sit semper: quoniā dīs deus Israel ingressus est uel ingredietur per eā: eritq; clausa iuxta Hebraicū principi, quem ducem Lxx. transtulerunt. Qui princeps & dux, id est נשיא sedebit in ea, ut comedat panem coram dīno: & per uiam uestibuli portæ ingredietur, & per ipsam egredietur. Quę nam ista porta est, quæ semper clausa est, & solus dīs deus Israel ingredit per eā? Nēpe illa de qua saluator loMat. 23.b quitur in euāgelio: Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, & uæ uobis doctorib. legis: qui tollitis clauē scienLuc. 11.g tiæ: ipsi nō ingredimini, & intrantes prohibetis. De hac B Esa. 29.d sub nomine libri scribit & Esaias: Erūt uerba libri istius sicut uerba libri signati: quē cū dederis homini nesciēti literas, & dixeris ei, lege: respōdebit tibi, nescio literas. Et dabūt illū homini scienti literas, dicentes, lege: & dicet, nō possum legere, quia signatus est. Iste aūt liber est: cuius nemo potest soluere & aperire signacula: neq; in cœlo, neq; in terra, neq; sub terra: nisi ille de quo in Apocal. Ioannis dicit: Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Apoc. 5.a & genus Dauid: ut aperiat librum & soluat signacula eius. Prius em̄ q̄m saluator humanū corpus assumeret, & Phil. 2.a humiliaret se formā serui accipiēs, clausa erat lex & prophetę et oīs sciēntia scripturarū: clausus erat paradisus. Postq̄m aūt ille pepēdit in cruce, & locutus est ad latroLuc. 23.f nē: Hodie mecū eris in paradiso: statim uelum tēpli scis-2. Cor. 3.d sum est, & aperta sunt omnia: ablatoq; uelamine dicimus: nos aūt oēs reuelata facie gloriā dīi contēplātes, in eandē imaginē trāsformamur à gloria in gloriā. Sin aūt reuelata sunt oīa, in Christo em̄ iuxta sermonem Pauli oīa reuelant, quomodo porta clausa erit & nō aperiet: & uir nō transibit per eā? Ex quibus discimus, quāuis ad summā scientiā uenerimus, cōparatione di-2. Cor. 13.c uinæ scientiæ, nūc ex parte nos scire & ex parte cognoscere, qñ aūt uenerit quod perfectū est, tūc quod ex parPhilip. 3.c te est destruetur. Vnde & in alio loco ipse apostolus imperfectū se esse loquitur, rursumq; perfectū. Quod si interpretatione caret, uidetur esse contrariū. Dicit enim: Non quia iam accepi, aut quia iam perfectus sum. Fratres ego me non arbitror cōprehendisse: Vnū uero, posteriora obliuiscens & ad priora me extēdēs, statutum persequor ad brauiū supernæ uocationis dei. Cumq; putaremus cum secundū professionē suā non esse iam perfectū: & magis quærere quàm inuenisse quod uerū: non solum se sed & alios dicit esse perfectos: Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamus. Est aūt sensus huius loci. Ad comparationem hominū cæterorum, qui curam non habent notitiæ scripturarū nec mysteriorum dei, perfectum esse me fateor: quantū aūt ad scientiā diuinæ maiestatis, nunc in ænigmate uideo & per nubilū & caliginem: & dico cū propheta: Mirabilis facta est sciēC tia tua ex me: confortata est & non potero ad eam. Hæc Psal. 138.a igitur porta, quæ omnibus clausa est (uir enim nō transibit per eam) erit clausa principi siue duci, & illius aduentu reseratur, qui sedebit in ea ut comedat panē coram dīno: de quo ipse in euangelio profitetur dicens: Meus cibus est ut faciam uoloan. 4.c luntatem eius qui me misit, & compleam opus eius. Ipse est princeps & pontifex secūdum ordinē Melchisedec, & hostia & sacerdos: qui in cōspectu patris nobiscum cœlestem comedit panem & uinū bibit, de quo loquitur in euangelio. Non Matt. 26.c bibam de genimine uitis huius, nisi cum bibero illud nouum in regno patris mei: in illo uidelicet regno, de quo & ipse alibi ait: Regnum dei intra uos est. Clausaq; Luc. 17.c erit porta. Nemo enim potest passionis dīi corporisq; eius & sanguinis pro maiestate rei sacramenta cognoscere. Tantæq; bonitatis est & clementiæ princeps noster: ut cū solus sedeat in porta quæ clausa est, & panem coram domino comedat, uelit mensæ suæ atq; conuiuij plures habere consortes, & dicat: Ecce ego sto ad ostiū Apoc. 3.d & pulso, si quis aperuerit mihi, ingrediar ad eum & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Solus autem panem comD edit coram dīno: quia substantia eius diuinaq; natura, à cunctis creaturatū substantijs separata est. Ipse per eandem uestibuli portam ingreditur & egreditur: quia & intus & foris, hoc est infusus & circūfusus omnibus: ingrediensq; per portam, ut secum introducat eos qui absq; doctrina & eius auxilio intrare non possunt, & egrediēs, ut rursum alios introducat, & loquatur eis qui difficiliora non capiunt. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi semper clausa sit, & humano neq̄uaquam pateat aspectui, Ioannis euangelium probat, dicentis: Deum nemo uidit unquam: unigenitus filius Ioan. 1.b qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quasi alijs uerbis dixerit: Eritq; clausa principi. Princeps solus sedebit in ea, ut comedat panem, perfectæ & consummatæ scientiæ. Nemo enim nouit filium nisi pater, & nemo nouit Mat. 11.d patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Pulchre quidam portam clausam, per quam solus dīs deus Israel ingreditur, & dux cui porta clausa est, Mariam uirginem intelligunt: quæ & ante partum & post partum uirgo permansit. Etenim tempore quo angelus loquebatur: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissiLuc. 1.d mi obumbrabit te: quod aūt nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei, & quando natus est, uirgo permansit æterna: ad confundendos eos qui arbitrātur eam post Mar. 3.d natiuitatem saluatoris habuisse de Ioseph filios, ex occasione fratrum eius qui uocantur in euangelio. Super qua quæstiuncula, Romæ aduersum Heluidium illius temporis hæreticum, in adolescentia non grandem librum scripsisse me noui. b ¶ *Et adduxit me per uiā, etc.*]

CAP. XLIIII

Et cōuertit me ad uiā portæ sanctuarij exterioris q̄ respiciebat ad oriētem, & erat clausa. Et dixit dīs ad me: Porta hæc clausa erit & nō aperiet, & uir nō trāsibit per eā: q̄m dīs deus Israel ingressus est (siue ingredietur) per eā, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panē corā dīno. Per uiā uestibuli, id est Aelā, portæ ingredietur, & per uiam eius egredietur. Et ādduxit me per uiam portæ aquilonis in conspectu domus, & uidi, & ecce

A fuerat humilitate deiectus dicit ad eum nequaq̃ uir sed dominus: Fili hominis pone cor tuum, & reliqua. In cõ summatione tabernaculi & ædificij templi quod à Salomone constructum est, apparuit gloria domini: quæ postea euangelicæ gloriæ cõparatione destructa est: dicente Apostolo: Etenim
2. Cor. 2. c non est glorificatum, quod glorificatũ est in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod destruitur, per gloriam est: multo magis qđ manet, in gloria est. Cauendumq̃ ne destructionem prioris gloriæ abolitionem putemus: sed sic sentiendum, quod postq̃ uenerit quod perfectũ est: id quod ex parte fuerat destruetur: uelut si solis radijs lampadem cõpares, aut lampadis lumen lucernæ. Quamobrem

& ecce impleuerat gloria domini dominũ domini, & cecidi ante faciẽ meam. Et dixit ad me dñs: Fili hominis: pone cor tuũ, & uide oculis tuis & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de uniuersis ceremonijs domus domini, & de cũctis legibus eius, & pones cor tuũ in uijs tẽpli per oẽs exitus sanctuarij. Et dices ad exasperantẽ me domũ Israel: hęc dicit dñs deus: Sufficiãt uobis omnia scelera uestra domus Israel, eo qđ inducitis filios alienos (siue alienigenas) incircũcisos corde, & incircũcisos carne, ut sint in sanctuario meo & polluant domũ meã & offertis panes meos, adipem & sanguinem: & dissoluistis (siue præteristis pactũ meũ in omnibus scelerib. uestris: & nõ seruastis præcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationũ mearũ in sanctuario meo uobismetipsis.

Ibid. 3. d & de Ioanne baptista dicitur: Ille erat lucerna lucens in domo. Postquam aũt uenit sol iustitiæ, lucernæ nomen
Ioan. 5. f absconditũ est: dicente ipso propheta atq̃ baptista: Illũ
B oportet crescere, me aũt minui. Cecidit autem in faciem suã propheta: ne dum plus cernere cupit quàm potest humana fragilitas intueri etiam ipsum oculorũ lumen amitteret. Vnde familiarius eum uocat dominus, filũ hominis, præcipitq̃ ut ponat cor suũ, & uideat oculis, & auribus audiat. Primũ enim ad intelligendum quod dicitur aperiendus est animus: Secundo cordis intelli-
Gen. 15. b gendũ oculis: de quibus dicitur ad Abraham: Leua oculos tuos & uide stellas cœli: Tertio his auribus audien-
Luc. 8. a dum, de quibus saluator ait: Qui habet aures audiendi, audiat: ut possit cunctas templi ceremonias & legitima eius intelligere, & ad extremũ ponere cor suũ in uijs templi: quia diuersi ad eum introitus sunt. Siue per uias templi, ceremoniarum ordinem significat, & exitus sanctuarij. Procœmiũ igitur est & præparatio prophetæ, ad intelligenda quæ postea super tẽpli ordine cognituru est. Et hoc notandũ, quod in mundi huius plaga qui in maligno positus est, & in aquilonis frigore constitutus: cœlestis nobis ceremoniarũ ordo monstratur. a ¶ Et *dices ad exasperantem etc.*] Quando dicit, sufficiant uobis omnia scelera siue iniquitates uestræ: ad priorum peccatorum hortatur pœnitentiã, ne augeamus peccata peccatis: & materiã futuro paremus incẽdio, sed audiamus
Esa. 5. c illud quod Esaias loquitur: Væ his qui attrahunt peccata sicut funiculo longo & sicut iugo corrigiæ uituli iniquitates. Primumq̃ peccatum est, quod inducũt filios alienos siue alienigenas incircũcisos corde & incircũcisos carne: ut sint in sanctuario dei & polluãt domũ dei.
1. Cor. 5. b Modicũ enim fermentũ totam massam corrumpit, & in quibusdã exemplaribus fertur prouerbiorũ: Ne introducas impium in tabernacula iustorum. Vrgent nos in hoc loco Iudæi & Hebionitæ, qui circumcisionẽ carnis accipiunt, quomodo possimus præsentem locum exponere incircũcisos corde & incircũcisos carne quo uidelicet post spiritualem intelligentiam, etiam carnis incircumcisionẽ susципere debeamus. Sed qui legimus Pau-
Gal. 5. a lum dicentem: Contestor autem omnem hominem qui circumciditur: quoniã si circũcidamini, Christus uobis
Hiere. 6. b nihil proderit. Et illud Hieremiæ: Ecce incircũcisi aures uestras, & noluistis audire. Et in exodo locutus est Moyses in consپectu domini dicens: Ecce filij Israel non au- C
dierunt me, & quomodo audiet me Pharao? ego autem Exod. 6. b
sum tardi sermonis: pro quo Lxx. dixere, ἐγὼ ἄλογός εἰμι, quod melius habetur in Hebræo: Ego aũt incircumcisum sum labijs: Interrogemus eos imò cogamus circũcidere aures, & labia desecare, ut scripturã implere uideant: Sin autem cœperint circumcisionem aurium interpretari, quando nihil turpe & inhonestum audire nos patimur, & circumcisionẽ labiorum, quando nihil indecens loquimur: dicamus eis eandem expositionem etiã in corde & in carne seruare debetis. Cor circũcidimus cultello dei, & aufertur de corde nostro præputium: quando turpes cogitationes nec quaquam exeunt de
Act. 28. f corde nostro: nec de nobis dicitur. Impinguatũ est cor
D populi huius, & auribus suis grauiter audierunt. Ergo & caro similiter circumcidicur: ut nequaq̃ faciamus terrena opera, quæ pro necessitate corporis facere cõpellimur: cibum capere, & potum, & somnũ, & uti uestibus: quæ tunc circumcidimus: si nõ ad delicias & ad luxuriã & ad inertiã, sed ad necessitatẽ naturæ & corporis istius sustentaculũ cuncta faciamus. Qui bibit uinũ modicũ
1. Tim. 5. d propter stomachũ & frequentes infirmitates, & oditebrietatẽ circumcidit carnem suam. Qui dormit quantũ natura patitur, audiet à Salomone: Si federis absq̃ timore eris. Si dormieris, suauiter dormies, & nõ timebis pa-
Prouer. 3. e uorẽ superuenientẽ tibi: neq̃ impetus impiorũ superue-
2. Cor. 7. b nientes. Et qui fugit fornicationẽ, & uxori debitum reddit, reuertens ad ipsum ne tentet eum satanas: audiet cũ populo Israel: In hac die absituli opprobrium Aegypti à uobis. Vestibus quoq; utetur quæ frigus repellant, nõ quæ tenuitate sui, corpora nuda demonstrent. Attenuata ieiunijs caro & circumcisa cõtinentia: fugit opprobriũ
Iosue 5. c Aegyptiorum qui sunt magnis carnibus, & illud potest dicere quod in plerisque iuxta æditionem Lxx. legitur:
Psal. 26. a Quomodo cõtabuit caro mea: in terra deserta, inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi. Si quando ergo alienigenas introducere uoluerimus in templũ dei, circumcidamus aures eorũ & labia, & cor & omnem carnem: oculosq̃, gustum & odoratum, ut omnia cum dei timore & ratione faciamus. Audiant hoc episcopi atq̃ presbyteri & omnis ordo ecclesiasticus: ut non inducant filios alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne: ne sint in sanctuario dei, & polluant domũ eius. Si enim hoc fecerint aptabitur illis quod sequitur: Et offertis panes meos, panes uidelicet propositionis in cũctis ecclesijs & orbe terrarum, de uno pane pululantes, & non solum panes, sed adipem quoq̃, de quo scriptum est: Ex
Psal. 147. b adipe frumenti saturauit eos, & sanguinem qui in Christi passione effusus est. Legendumq̃ ita: & sic lectionis ordo reddendus. Cum filios alienigenas incircumcisos corde & corpore inducatis in sanctuariũ meum, & polluatis domum meam: audetis offerre panes & adipem & sanguinem, mystica sacramenta, & non intelligitis quod solueritis & prætergressi sitis pactum meum in omnibus sceleribus & impietatibus uestris, & non seruaueritis præcepta sanctuarij mei: neq̃ posueritis custodes

A des ceremoniarũ mearũ in sanctuario meo. Omnis autem aduersus eos est commina-
1. Tim. 5. d tio: qui non audiunt Apostolum præmonentem: Manus cito nemini imposueris: neq̃ communices peccatis alienis. Vel certe sic intelligendũ: Dissoluistis pactum meũ in omnibus sceleribus uestris, & non seruastis præcepta sanctuarij mei, & audetis indignos alienosq̃ custodes ponere in obseruatione sanctuarij mei uobismetipsis: ut subaudiatur, non mihi. Et est sensus: Qui uobis in carnalibus seruiant ac ministrẽt: & ob uestra refrigeria meum polluant sanctuarium. a ¶ Hæc *dicit dominus deus: Omnis alienigena incircũcisus corde & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum etc.*] Iuxta utranque æditionem posui testimonium: ut ex comparatione earũ quid Septuaginta senserint: quid hebraicum teneat, scire ualeamus. Septuaginta hoc significant, quod alienigenæ incircuncisi corde & carne qui habitant in medio filiorum Israel, ingredi non debeant sanctuarium dei: Leuitæ autem, hoc est sacerdotalis gradus, qui longe recesserunt à domino in errore filiorum Israel & errauerunt post idola sua, postquàm receperint iniquitatẽ suam, stent in sanctuario domini æditui & ianitores ministriq̃ domus: & macteẽt holocausta & uictimas populi: & isti sint in consپectu eorum ut ministrent eis: eo quod minis-
B trauerint illis in consپectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in tormentum iniquitatis: & idcirco manum leuasse se dicit super eos dominus deus, ut non accedant ad eum & sacerdotio fungantur mihi: neque ad omnia sancta filiorum Israel: nec ad sancta sanctorum meorum: & susципient ignominiam suam in errore, quo errauerunt. Et ponent eos ut seruent custodias domus in omnia opera eius: & in uniuersa quæ fecerunt in eo. Sacerdotes leuitæ filij Sadduc: qui custodierunt custodias sanctorum meorum cum erraret domus Israel à me: isti accedent ad me ut ministrent mihi, & stabunt ante faciem meam ut offerãt mihi hostiã, adipem & sanguinẽ, dicit dominus deus. Isti ingredientur in sancta mea

HEBR. Hæc dicit dominus deus: Omnis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne, nõ ingredieẽ sanctuariũ meum: omnis filius alienus qui est in medio filiorũ Israel. Sed & leuitæ qui longe recesserunt à me in errore filiorũ Israel, & errauerunt à me post idola sua, portabunt iniquitatẽ suam, qui erant in sanctuario meo æditui & ianitores portarum domus & ministri domus: ipsique mactabant holocausta & uictimas populi, & ibi stabant ante eos ut ministrarent pro illis. Pro eo ergo quod ministrauerũt pro eis in consپectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: Idcirco leuaui manum meam super eos dicit dominus deus, & portauerunt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me: ut sacerdotio fungantur mihi: neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam & scelera sua quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius & uniuersis quæ fiunt in ea. Sacerdotes autem leuitæ filij Sadoch qui custodierunt ceremonias sanctuarij mei cum errarent filij Israel à me: ipsi accedent ad me ut ministrent mihi: & stabunt in consپectu meo ut offerant mihi adipem & sanguinem, ait dominus deus: Ipsi ingredientur in sanctuarium meum

SEP. Propterea hæc dicit dominus: Omnis filius alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne, non ingredietur in sancta mea in omnibus filijs alienigenarum qui sunt in medio domus Israel. Sed & leuitæ qui longe recesserunt à me cum erraret Israel à me post cogitationes suas: & accipient iniquitatem suam, & erunt in sanctis meis ministrãtes, ostiarij in portis domus, & ministri domus isti immolabunt holocausta & uictimas populo, & isti stabunt ante populum ut ministrent eis. Pro eo quod ministrauerũt eis ante faciem idolorum suorum, & factum est domui Israel in tormentum iniquitatis: propterea leuaui manum meam super eos, dicit dominus deus, & accipient iniquitatem suam: & non accedent ad me ut sacerdotio fungantur mihi: neque ut offerant ad omnia sancta filiorum Israel: nec ad sancta sanctorum meorum: & susципient ignominiam suam in errore quo errauerunt: ut scilicet ponantur in obseruatione custodiarũ domus in omnia opera eius, & in uniuersa quę fiunt in domo. Quod si ita est, quomodo stare poterit, ut leuitę qui longe recesserunt à me cum erraret Israel à me post cogitationes suas: & accipient iniquitatem suam, & erunt in sanctis meis ministrãtes, ostiarij in portis domus, & ministri domus isti immolabunt holocausta & uictimas populo, & isti stabunt ante populum ut ministrent eis. Quid enim amplius facturi sunt sacerdotes filij Sadoch qui custodierunt ceremonias sanctuarij dei de quibus dicit: Ipsi accedent ad me ut ministrent mihi, & D
stabunt in consپectu meo ut offerant mihi adipem. & reliqua. Hebraicum aũt hunc habet sensum. Omnis alienigena incircuncisus corde & carne, non ingredietur sanctuarium meum, licet cum populo Israel esse uideatur: Leuitæ autem, hoc est sacerdotalis gradus, qui longe recesserunt à me in errore filiorum Israel, & secuti sunt idola, portabunt iniquitatem suam, eo quod fuerint in sanctuario meo ministrãtes in officio portarũ domus & ministri eius. Ipsi enim offerebant holocaustum & uictimas populi, & ipsi stabant in consپectu eorum ut ministrarent pro eis. Quia ergo ministrauerunt pro illis in consپectu idolorum suorum, & fuerunt domui Israel offendiculum iniquitatis: propterea leuaui manum meam super eos, dicit dominus deus, & portauerunt iniquitatem suam, & non appropinquabunt ad me ut sacerdotio fungantur mihi:

A neq; accedẽt ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam & scelera sua quæ fecerunt. Pro sacerdotali enim officio qui holocaustum & victimas omneq; sacrificium offerre consueuerant, redigentur in ultimum gradum, & erunt ianitores domus in ignominiam sempiternã, ut ab uniuerso populo uideantur intrante & exeunte, de qua sublimi dignitate ad quem ultimũ gradũ peruenerint. Sacerdotes autem, inquit, & leuitæ qui sunt filij Sadoch: hoc est iustorũ siue iusti dei, & qui tempore erroris uniuersi Israelis, custodierunt ceremonias sanctuarij mei: ipsi accedent ad me ut ministrent mihi, & stent in cõspectu meo, & offerant mihi adipem, hoc est pinguissimã hostiã & sanguinem, uiuam scilicet & placentẽ hostiã deo, & ipsi ingredientur sanctuariũ meum & accedent ad mensam meam, ut accendant thymiama mihi, & omnẽ ritum sacrificij custodiãt. Si autẽ hoc ita est, & qui in tẽpore erroris & persecutionis idola sunt secuti quæ de suo corde confixerant, & non solum uoce, sed & subscriptione manus asseruerunt dei filium creaturam, & seruierunt creaturę magis quãm creatori qui est benedictus in sæcula: quomodo sibi sacerdotale & pontificale assumunt fastigiũ, & audent offerre uictimas deo cukores quondam idolorũ? Sed ut ardentissimus poeta testatur, quicquid à multis peccatur, inultum est: multitudo peccantium impetrabiliorem fecit impijs ueniam, ut qui redacti in laicos pristina sacrilegij sui debuerant scelera deplorare: nunc resupini in pontificali solio sedeant & ructent nobis simulatæ fidei nauseas, imò apertę perfidiæ aperta compendia. Audiant igitur saltem sero, & obseruent præcepta omnipotentis dei. Omnis alienigena incircumcisus corde & incircumcisus carne, non ingredietur sanctuarium meum. Licet ille sit filius: licet cognatione sociatus: licet antiqua nobis hæreat necessitudine: si incircumcisus corde uel carne est, nõ introducatur in sanctuarium dei: ne ministros Christi, nostros faciamus ministros, & pro carnalibus refrigerijs, altaria domini poluamus. Pro eo qd nos posuimus: Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & uniuersis quę fiunt in ea, eos uidelicet leuitarũ qui longe recesserunt à deo in errore filiorũ Israel, & secuti sunt idola quibus uictimas immolauerunt: Symmachus ordinem lectionis sensumq; considerans: rectius interpretatus est dicens: Posuerã enim eos custodes ianuarum domus uniuersi ministerij eius & cunctorũ quæ fiunt in ea, ut nõ ad eos pertineat qui futuri sunt in templo, sed ad eos qui fuerunt. a ¶ *Cumq; ingredietur portas atrij interioris ue etc.*] Primum historiæ uerba pandenda sunt. Inter cætera quæ sacerdotibus præcipit sermo dominicus, hoc quoq; obseruandum iubet: ut in ipsis portis interioris atrij: uestibus, id est stolis lineis induantur: nec utantur laneis in-

dumẽtis tam in portis atrij interioris quãm intrinsecus C
hoc est, in adytis sanctisq; sanctorũ: Vittæ quoq; siue cidares lineæ sint in capitibus eorũ, & fœminalia linea in lumbis. Quodq; sequitur iuxta Septuaginta: Et nõ accingent uiolenter: pro quo Aquila & Symmachus transtulerunt, in sudore: Theodotio ipsum uerbum Hebraicũ expri-
mens posuit in יזעה. Aquilę secunda æditio, Buza: per quod significat non eos uiolenter, arcte atq; constricte instar uinctorum esse cingendos: ne in ministerijs sacerdotalibus atq; leuiticis inhabiles fiant, & tenere & cædere uictimas, attrahere quoq; nequeant atq; discurrere. Et qa semel præceperat quibus uestib. uti deberent sacerdotes quando intrinsecus in ministerijs essent, rursum iubet ut egredientes in gazophylacijs siue in exedris sanctorũ, exuant se pristinis uestibus & induantur alijs: ne si sanctas uestes habuerint, sanctificẽt populum foris positũ, qui necdum fuerit sanctificatus, nec se præparauerit in sanctificationẽ templi, ut sit dñi Nazaræus. Per quæ discimus, nõ quotidianis & quibuslibet pro usu uitæ cõmunis pollutis uestibus nos ingredi debere in sancta sanctorum, sed munda conscientia & mundis uestibus tenere domini sacramenta. Quod autem sequitur: Caput autem suum non radent neq; comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua: perspicue demonstratur, nec rasis capitibus sicut sacerdotes cultoresq; Isidis atq; Serapis nos esse debere: nec rursum comã dimittere, quod proprie luxuriosorũ est, barbarorumq; & militantium, sed ut honestus habitus sacerdotũ facie demonstretur. Pro quo dixere Septuaginta. Capita sua non radent, & comas suas ad pressum non tondebunt: sed operientes operiẽt capita sua. Iuxta quod dicimus, nec caluitium nouacula esse faciendum: nec ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum simi-
les esse uideamur, sed intantũ capillos demittendos, ut operta sit cutis. Vel certe sacerdotes semper operire capita sua debent, iuxta illud Vergilianum: Purpureo uelare comas adopertus amictu. Sed hæc uoluenta interpretatio est. Vinum autem non solum in ministerio sacerdotes non bibent atq; leuitæ: sed ne ingressuri quidẽ sancta sanctorum: ne opprimatur mens & sensus crassior fiat. Vnde & Apostolus: Bonum est: inquit, uinũ nõ *Rom. 14.d*
bibere, & carnem non manducare. Et in alio loco. Et uinum in quo est luxuria. Manducauit enim populus & *Ephe. 5.d* *1.Cor. 10.b*
bibit, & surrexerunt ludere. Quodq; cõcedit Timotheo *1.Tim. 5.d*
ut uini paululũ bibat: perspicue demonstrabat cur hoc concesserit: propter stomachũ, inquit, & frequentes infirmitates. Vestibus lineis utuntur Aegyptij sacerdotes, non solum intrinsecus, sed & extrinsecus. Porrò religio diuina alterum habitum habet in ministerio: alterũ in usu uitæq; cõmuni. Fœminalia recte assumuntur: ut honestas decorq; seruetur: ne scilicet ascendentes altaris gradus

HEB. meum: & ipsi accedent ad mensam meam ut ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas.

SEPTVAG. mea, & isti accedent ad mensam meam ut ministrent mihi, & obseruent custodias meas.

Cũmq; ingredietur portas atrij interioris uestibus (siue stolis) lineis induentur: nec ascendet super eos quicq; laneum (siue & nõ uideantur lanificijs) quando ministrãt in portis (siue à portis) atrij interioris & intrinsecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorũ (siue cidares lineas habebunt super capita sua) & fœminalia linea erũt in lumbis eorũ, & nõ accingentur in sudore (siue uiolenter.) Cũq; egredientur atriũ exterius ad populũ: exuent se uestimentis (siue stolis) suis in quibus ministrauerant: & reponent ea (siue eas) in gazophylacijs (siue exedris) sanctuarij (uel sanctorũ) & uestiẽt se uestimentis (siue stolis) alijs, & nõ sanctificabunt populũ in uestimentis (siue stolis) suis. Caput aũt suum non radent neq; comam nutrient: sed tondentes attondebunt capita sua (siue capita sua nõ radẽt, & comas nõ ad pressum tondebunt: operientes operiẽt capita sua.) Et uinum nõ bibet omnis sacerdos, quando ingressu

A gradus & in ministerio discurrentes, reuelent turpitudinẽ. Rasa capita habet superstitio gẽtilis. Vinum aũt quãtum ad me pertinet, nõ reor aliquẽ se abstinere gentiliũ. quæ uniuersa quid iuxta sensum indicent spiritualẽ, sequentia uerba monstrabũt. Esse indumenta sancta & spiritualia docet & Apo-
Rom. 13.d stolus dicẽs: Induimini dñm Iesum Chri-
stum. Et in alio loco:
Colos. 3.b Induite uos uiscera misericordiæ: bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, & patientiæ. Et iterũ: Expoliati uetere homine cum operib. eius, & induti nouo qui renouat *in* scientiã iuxta imaginẽ creatoris, qđ & illud significare puto: Oportet eñ
1.Cor. 15.g corruptiuũ hoc indui incorruptionẽ, et mortale hoc indui immortalitatẽ. Cum aũt corruptiuũ hoc indutũ fuerit incorruptionẽ: & mortale hoc immortalitatẽ, tũc fiet sermo qui scriptus est. & reliqua. De sacerdotalib. uestibus in Exodo plenius scriptũ est: & nos olim ædidimus librũ, ad cuius interpretationẽ diligens mittendus est lector. Neq; eñ possumus latam materiã breui sermone cõprehendere. Hæc uestimẽta proprio nobis labore cõ-
Ioan. 18.d ficimus, quæ texta sunt desuper: qualem & dñs habebat tunicã quę scindi nõ potuit: quibus induimur, quando
B secreta dñi & arcana cognoscimus, & habemus spiritũ qui scrutatur etiã alta & profunda dei, quę nõ sunt monstrãda uulgo, nec proferenda ad populũ qui nõ est sanctificatus, nec dñi sanctitudini præparatus: ne si maiora se audierint, maiestatẽ scientiæ ferre nõ possint: & quasi solido suffocenẽ cibo, qui adhuc lacte infantiæ nutriẽdi sunt. Esse aũt e contrario pessima uestimenta, docet scriptura diuina, ut est illud qđ in psalmis de Iuda prodito
Psal. 108. c recantatur: Indutus est maledictione sicut uestimẽto. Et post paululum: Fiat ei sicut uestimentũ quo circũdatur, & sicut zona qua semper accingitur. Vnde & dñs qui
Zach. 3.b pro nobis doluit, & nostra peccata portauit: In Zacharia sordida habere dicitur uestimẽta, de quibus scriptũ est: Et Iesus erat indutus uestibus sordidis: quæ postea deponit, scriptura dicente: Auferte ab eo uestimenta sordida: & induite eum podere. & reliqua. Quod aũt sequitur. Vittæ siue cidares lineæ erunt in capitibus eorũ: puto coronã ostendere gratiarũ, de qua scriptũ est: Coronã enim gratiarũ suscipiet tuus uertex. Nec illud nobis de operto & nudo capite faciat quæstionẽ, quod Apostolus loquitur: Mulier debet uelamen habere super caput propter angelos. Si enim non uelatur mulier, attondeatur. Sin aũt turpe est mulieri tonderi aut radi, operiatur. Vir enim nõ debet operire caput, cũ sit imago
1.Cor. 11.b & gloria dei: Mulier aũt gloria uiri est. Si enim uirorum est non operire caput: uidetur esse contrariũ quomodo nunc sacerdotes capita uittis uel cidare operire iubeantur. Sed si legamus diligentius, ex prioribus soluentur præsentia. Supra enim dicitur: Quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Si eñ ingrediamur ad sancta & stemus in conspectu domini: capita nostra
Psal. 142.d operire debemus: Quia nõ iustificabitur in conspectu
Gen 8.d domini omnis uiuẽs: Et ab infantia cor hominis appositum est ad malitiã. Denicq & fœminalibus intrinsecus utimur: ne ulla in cõspectu dei pollutæ cõscientiæ & operis nuptialis appareat turpitudo. Quibus fœminalibus
Luc. 12.c accingi uult saluator, apostolos dicẽs: Sint lumbi uestri accincti, & lucernę ardentes in manibus uestris. Et Apo-
Ephe. 7.c stolus credẽtibus loquitur: State ergo accincti lumbos uestros in ueritate. Et imitatores Christi audiunt illud quod de eo scriptum est: Erit iustitia accinctus lumbos, & ueritate circundatus latera. Et hac ipsa zona qui sanctus est & ad uirtutum culmen ascenderit nequaquãm uiolenter astringitur: ne inuitus bonum cõtinentiæ obseruare uideat, & in sudore uultus sui comedere panẽ, sed præceptum domini facere uolũtate. De nicq; quando foras egrediẽ & miscet se populo: sacerdotalia uestimẽta deponit in gazophylacio, in quo dominicę diuitię conseruãtur: & alijs utuntur uestibus sacerdotes aliacq; doctrina ad uulgus ignobile, ne sanctificetur populus in stolis eorũ. Graue est multitudini onus ultra uires suscipere, dicẽte Salomone: Laqueus est uiri, cito quid de *Eccle. 7.d*
suis sanctificare: cum enim uotum fecerit, furrepit pœnitentia. Denicq & Nazaræi sponte se offerunt, & quicũq; aliquid uouerit & nõ impleuerit: uoti reus est. Vnde & de uiduis dicitur: Cũ luxuriatæ fuerint, *in* Christo nubere uolunt, habentes damnationẽ, quia primã fidem irritam fecerũt. Melius est enim nõ promittere, q̃ promittere & nõ facere. Anna obtulit Samuelẽ qui *in* æterna sanctitate permansit: & Manue obtulit Samson filiũ, sed sanctificationẽ capillorum eius Dalilæ libido turpauit. De-
Iudic. 13.c nicq; dñs recessit ab eo, & cæcitate damnatus est: nisi qđ
D postea crescentibus capillis pristinũ robur accepit, & in typo Christi multo plures alienigenarũ mortuus q̃ uiuus occidit. Vult aũt dominus sacerdotes suos capillos sanctificationis habere perpetuos, & operiri capita eorum: nõ aliquo extrinsecus uelamẽto, sed sua naturali cæsarie, non ad ornatũ atq; luxuriam, sed ad honestatẽ. Vnde & capilli capitis apostolorũ numerati sunt, dicente saluatore: Vestri aũt capilli capitis numerati sunt. Il-
Mat. 10.b lius capitis de quo in Ecclesiaste scriptũ est: Sapientis oculi in capite eius. Caput aũt uiri Christus est: quod pec-
1. Cor. 11.c cator cõculcat & despicit, & ut ita loquor radit nouacula, & auferet eius pulchritudinẽ. Quod & Ammon fece-
2.Reg. 10.c runt his quos Dauid legatos miserat. Sin aũt legis præuaricatio inhonorat deum: cõsequenter qui legis præcepta conseruat honorat eum, ut impleatur quod scriptum est. Vt omnes honorificent filiũ sicut honorificãt patrem. Porrò quod sequitur: Vt omnis sacerdos quan-
Ioan. 5.d do ingressurus est atrium interius uinum non bibat: perspicuum est ebrietate & sicera statum mentis euerti: & non plene nos sapere, quando uini satietate animus occupatur. Ebrietas autem non solum in potione uini, sed in omnibus rebus ostenditur: quibus & in contrarijs & in negocijs seculi & damnis ac lucris, amore & odio mens inebriatur & fluctuat, & statum suum tenere non potest. Et quia fragili carne circundamur, & cogimur pro uictu atq; uestitu & necessarijs quæ ad corpus pertinent aliqua facere, quæ facere nõ debemus: saltem hoc à nobis exigitur, ut quando in nos reuertimur & scimus cur nati sumus, & interiora atq; adyta templi ingredimur, recedamus à uitijs seculi, & ne minima quidem peccata faciamus. Per quę ostẽditur & peccare nos pro necessitatibus carnis peccata leuia: & rursum esse tempus quando atrium ingredientes interius, ab omni ebrietate mundi atq; alieni esse debemus. a ¶ *Viduam & repudiatam etc.*] Omnis hic locus præcepta continet sacerdotum: qui post multa quæ supra exposuimus: iubentur uiduam & repudiatam siue electam nõ accipere uxores. Vidua & repudiata est synagoga: id est cõgregatio Iudæorum quæ dñm non recepit. Vnde electa recte

A dicitur siue uidua synagoga. Electa uero hæreticorũ frequentia qui exierunt à nobis quia non erant ex nobis.
2. Cor. 11.d Sed uirginẽ, inquit, de semine domus Israel, quæ nutrita est in domo dei in lege & prophetis, de qua & Apostolus loquitur: Volo omnes uos uirginẽ sanctam exhibere Christo. Ista est uirgo de qua & alibi dicit sermo diuinus:
Pro. 4.d Ama illam & seruabit te: circũda illã, & exaltabit te: honora eam ut te amplexet. Quæ sit autẽ uirgo quæ amanda sit & suũ custodiat amatorẽ: sciet qui
Sapi. 8.d illud legerit. Hanc dilexi & quæsiui ab adolescentia mea, & quæsiui sponsam ducere mihi: & amator fui decoris eius. Et iterũ: Et omnium dñs dilexit eam. Non solum aũt uirginẽ, sed & uiduã debent sacerdotes ducere quæ tamen alterius sacerdotis uxor fuerit: scientiã uidelicet quã alius dei cultor inuenerit. Neq; eiñ noua tantũ contenti debemus esse doctrina: sed & ueterẽ excolere, & nostro iungere comitatui, si tamen in sacro cultu fuerit erudita. Sacerdotis quoq; officiũ est docere populum quid inter sanctũ & polluũ, inter mundum & im-
B mundum sit, ut prius referamus ad dogmata, secundũ
Psal. 18.d ad opera quæ per carnẽ efficiuntur. Delicta enim quis intelligit? Et cum fuerit cõtrouersia de omni re, siue ut Lxx. transtulerunt, sanguinis: hoc est quod ad mortale pertinet crimẽ: stabũt sacerdotes in iudicijs meis, ut nõ iudicent secundum honorẽ, nec accipiant personã pauperis siue diuitis in iudicio, sed stent in iudicijs dei & re-
Psal. 81.d cordentur illius psalmi: Deus stetit in synagoga deorũ, in medio aũt deos dijudicat: Deos appellans qui habẽt iudicandi de hominibus potestatẽ: qui in quo iudicio
Mat. 7.d iudicaueritis, iudicabitur de eis. Leges, inquit meas & præcepta mea in omnibus solẽnitatibus meis custodiẽt, ut sciant quomodo nobis Christus pascha sit immolatus: quomodo septẽ hebdomadas implere debeamus gaudij atq; lætitiæ, & humiliare animas nostras in iciunio: clangorẽq; tubarũ intelligere & scenopegias spiri-
Psal. 38.c tuales, in quibus dicimus: Aduena sum ego & peregrinus sicut oñes patres mei. Hæ sunt uerę solẽnitates dei, quas cõsequentius quis Pentateuchũ disserẽs interpretabitur. Prima uirtus est sacerdotis, non tantum docere quæ nouerit, sed oñes dei festiuitates custodire: ut possit alijs custodiẽda præcipere quæ & ipse obseruauerit.
Malach. 2.b Sacerdotũ aũt officiũ esse legis habere noticiã, & in Malachia discimus, qui ait: Labia sacerdotis custodiẽt scientiã, & legẽ requirent ex ore eius: quia angelus dñi exercituũ est. a ¶ *Et sabbata mea sanctificabunt etc.*] Adhuc sacerdotibus præcipitur. In quibus obseruandũ, q̃d nõ dixe-
Isa. 1.d rit absolute: & sabbata sanctificabũt, uel iuxta Esaiã: Neo-
Mat. 12.d menias & sabbata uestra odit anima mea, sed cũ distinctione sabbata mea. Vnde & in euangelio scriptũ est: Sacerdotes in tẽplo sabbatũ uiolant & absq; culpa sunt: nõ sabbatũ dei, sed sabbatũ literæ, sabbatũ Iudæorũ: quod recte uiolant qui sunt genus electũ, regale, sacerdotale. Porrò sabbatũ quod sanctificatũ est: illud intelligamus
Psal. 94.b quod & Apostolus docet relictũ esse populo dei, de quo dicitur: Si intrabunt in requiem meam: quod Hebraice sabbatũ nominatur. Sanctificat aũt sabbatum dei, qui nõ portat onus peccati in sabbato: nec dicit: Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Qui talis est, nõ colligit li- C
1. Cor. 3.c gna in sabbato: nec superædificat fundamẽto Iesu Christi ligna fœnũ, & stipulam: nec accendit ignẽ qui inutilẽ consumat materiã, & die sabbati in uno permanet loco: nec foras egreditur, sed quasi columna in tẽplo dei positus permanet, super quo Ioãnes scribit in
Apo. 3.d Apocalypsi: qui uicerit, faciã illum columnam in tẽplo dei mei, & foras nõ egredietur amplius. Quodq; sequitur: Et ad mortuũ hominem non ingredientur ne polluanti, pprie sacerdotalis officij est, morticina nõ tangere, ut qui pro aliorum uitijs deprecatur, ipse ad altare mũdus accedat. De quibus mortuis & saluator loquitur in euangelio: Dimitte mor-
Mat. 8.c tuos ut sepeliant mortuos suos. Isti cõtaminantur in patre mortuo, quãdo relinquunt creatorẽ suũ: & in matre mortua, de ecclesia recedẽtes: in filio quoq; & filia, q̃d aliud ad cogitationes, aliud ad opera pertinet, quod significantius Græce dicitur: τὰ νοητὰ τῶν ἀσωμάτων. Fratrẽ quoq; & sororẽ, q codẽ renatus est spiritu, si putauerit mortuũ contaminat in
D eo: ita duntaxat si soror uirgo permanserit: nec ullius uiri fuerit maculata cõplexu. Ex quibus intelligimus priuilegiũ uirginale, q̃d cuiuslibet uiri contactus, perfectã auferat puritatẽ, quæ utrũ recte perperã ne dicta sint lectoris arbitrio relinquamus. Naturæ quoq; super hoc probatur affectus, ut ordine charitatis, iuxta quod scriptum est: Ordinate in me charitatẽ: post rerum parentẽ
Can. 2.d deum, carnis quoq; pater diligatur & mater: filius & filia: frater & soror: ita dũtaxat si de domo nõ exierit: nec in alterius transierit potestatẽ. Postq̃ aũt sacerdos fuerit emundatus purificationis ordine quæ in Mosaica lege cõscripta est: septẽ dies numerabunt ei, uel perfectus numerus pœnitudinis, uel post consummationẽ mundi, quando ad uerã transimus ogdoadẽ, ut introeat sancta sanctorũ, hoc est eñ interius atriũ, & possit ministrare in sanctuario: & semper offerre pro peccato cõscientiæ uictimã: nec ullum tẽpus sit quo nõ recordetur maculatũ se fuisse super patre & matre, filio & filia, fratre & sorore. Multa quippe facere cõpellimur in seculi huius angustijs cõstituti: uel cõditione carnis uel fragilitate naturæ. Qui aũt talis extiterit, ut ministret in sanctuario, & atriũ ingrediatur interius, & offerat semper deo sacrificiũ, ita ut uerus sacerdos sit, imò imitator eius, de quo scriptũ
Esa. 72.d est: Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchisedec: iste nullam habebit hæreditatẽ, nisi deum qui est hæreditas eius: nec accipiet possessionem in Israel, hoc est inter uulgus ignobile, sed sacerdotalem, ut dicat de eo dominus: Ego sum hæreditas & ego possessio eorũ.
Psal. 106.d Quem cum inuenerint, loquentur ac dicent: Tenebo eum & non dimittam illum, & psallent cum propheta: Pars mea dominus. b ¶ *Victimã & pro peccato etc.*] Pro uictima & sacrificio, quod Hebraice dicitur חטאת Aquila & Symmachus interpretati sunt donũ. Rursum pro uoto quod Septuaginta ἀφόρισμα, hoc est separationẽ transtulerunt: Aquila & Symmachus & Theodotio ἀνάθημα interpretati sunt, quod Hebraice dicitur חרם Et considerandum quod omnia quæ nunc per prophetam dominus loquitur: per Moysen ante iam dixerit.

Quæren

A Quærendumq; cur eadem quæ dicta sunt repetat: Vt uidelicet quæ in mentibus hominũ sunt uel legendi negligentia, uel audiendi cõtemptu & obliuione deleta uiua uoce innouentur: quæ nõ sit scripta calamo & atramento, sed spiritu & uerbo dei. Vnde & saluator nullũ uolumẽ doctrinę suæ proprium de reliquit, quod in plerisq; apocryphorum delyramẽta confingunt: sed patris & suo spiritu quotidie loquitur in corde credentiũ. Et hæc erit respõsio aduersum eos qui calumnianẽ prophetas, cur quæ in Pentateucho cõtinentur, in suis uoluminibus replicẽt. Victimã igit & pro peccato & pro delicto siue ignorantia comedẽt sacerdotes, de quibus scri-
Osee 4.b ptum est: Peccata populi mei comedent. Nec tantũ gaudendũ est ad oblationẽ munerũ: quantũ timendum ad honoris condemnationẽ, si eo abutamur indigne. Primitiua iuxta literã sunt animantiũ & inanimantiũ quæ prima nascunt & quę primũ terra gignit. Primitiæ quo-
B que ciborũ nostrorũ sacerdotibus offeruntur, ut nihil gustemus nouarũ frugũ, nisi sacerdos ante gustauerit. Hoc aũt facimus, ut reponat sacerdos benedictionẽ & oblationẽ nostrã in domo sua: siue ut ad imprecationẽ suam dominus benedicat domibus nostris. Grãdis dignitas sacerdotũ: sed grandis ruina eorũ si peccãt. Lætemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimiori bus corruisse. Neq; eiñ solum pro nostris delictis reddemus rationẽ: sed pro omniũ quorum abutimur donis, & nequaq̃ sumus de eorũ salute soliciti. a ¶ *Omne morticinum & captum à bestia, de auibus etc.*] Et iuxta literã, omni
Psal. 44.b generi electo, regali & sacerdotali, quod ,pprie ad Christianos refert, qui uncti sunt oleo spirituali, de quo scriptum est: Vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis: hæc præcepta conueniunt, ut mortici-
Act. 15.d num nõ comedat tam de auibus q̃ de pecoribus, cuius nequaq̃ sanguis effusus est, quod in Actibus apostolorum dicitur suffocatũ: & quę necessario obseruãda, apostolorũ de Hierusalem epistola monet: & captũ à bestia, quia & ipsum similiter suffocatũ est: & cõdemnat sacerdotes qui in turdis, ficedulis, gliribus & cæteris huiusce
1. Reg. 25.f modi hæc auiditate gulę non custodiunt. Possumus aũt iuxta Anagogen morticinum dicere, in quo animæ sanguis emortuus est, & imitatur Nabal Carmelũ qui interpretatẽ stultus: & audita ira Dauid pauore cõtremuit, & mortuũ est cor eius in eo. Captus aũt à bestijs, quarũ ne morsibus lanietur, propheta suspirat dicens. Ne tra-
Psal. 73.d das bestijs animã confitentem tibi: ille dicendus est qui aduersarij leonis morsibus deuoratur: & pardi qui nõ mutat uarietatẽ suam, & ursæ quæ raptis sæuit catulis, & luporũ Arabiæ & reliquarũ bestiarũ: quas in uarietate dæmonum accipimus. Aues aũt illas esse dicimus quæ ponunt in cœlum os suum: & illa pecora, quæ prona in terramq; uergentia, uentri tantũ & his quæ sub uentre sunt seruiunt. Cap. XLV.

C Vmq; cœperitis terram diuidere in possessionẽ: separate primitias domino etc.] post ceremonias sacerdotũ cultumq; eorũ & cibum: quæ debeant sumere, quæ uitare: nunc terræ sanctæ facit descriptionẽ & antequam omnem in tribus diuidat, de cunctis tribubus iubet eligi locũ, qui in longitudine habeat uigintiquinq; mi- C
lia, & in latitudine decẽ milia. Et quia nõ est positũ cubitorũ siue pedũ aut ulnarũ: subintelligi dat significare calamũ qui erat in manu uiri & habebat mẽsuræ sex cubitos & sextã partẽ unius cubiti: id est πλαστῶν. Diligens
supputet lectior quot calami mille passus faciant, & quã multa milia in longitudine fuerint & latitudine. Post quã descriptionẽ, rursus præcipit ut de sanctificata terra quæ electa est ex omnibus tribubus Israel: id est uiginti quinq; miliũ calamorũ in longitudine, & decẽ miliũ in latitudine: eligaẽ ad ædificandũ sanctuariũ, id est templũ dñi, alia intrinsecus terra, quingentorum calamorũ
D per circuitũ: hoc est duum miliũ. Et ne forsitan ædificio templi ædes aliæ iungerẽtur: præcipit ut quinquaginta cubitis per circuitũ terra sit uacua in suburbana: uel ut Symmachus & Theodotio & Lxx. transtulerũt in termi num & separationẽ & spaciũ. Hac definitione finita: alia ex integro separandæ sanctificationis mẽsura præcipit, ut uigintiquinq; miliũ calamorũ in lõgitudine, & latitudine decem miliũ, post superiorẽ mensurã terra alia metiatur: in qua nequaq̃ sit templum: id est sanctũ, sed sanctũ sanctumq; sanctorũ, & habitẽt in ea sacerdotes, qui accedunt ad ministeriũ dñi. Habitent aũt eo tẽpore, qũ sacerdotali funguntur officio, & sit ipsa ut diximus possessio uigintiquinq; milium calamorũ in longitudine & decẽ milium in latitudine. Porrò leuitæ qui sacerdotibus seruiunt & habent propria ministeria, accipient locum ad ædificanda uiginti gazophylacia: iuxta Aquilam, exedras: iuxta Symmachũ, thalamos: iuxta Theodotionem, gazeras: siue ut Septuaginta transtulerũt, ciuitatem. Per quod intelligimus, separatũ quendam locum ad habitationẽ leuitarũ, urbis uocabulo nũcupari: qui locus quinq; milia habeat calamorũ in latitudine, & uigintiquinq; milia in lõgitudine. Hæc aũt omnia: id est sanctuariũ, & alterũ sanctuariũ, sanctũq; sanctorũ, & habitacula sacerdotũ, & domus leuitarũ qui ministrant sacerdotibus, appellantur loca separata & consecrata in ministerium & in sanctificationẽ domui Israel. Post quadruplicẽ terræ sanctæ descriptionẽ: ponitur quinta diuisio. Princeps siue dux populi accipiat hinc & inde: hoc est ex utraq; parte sanctuarij in possessionẽ suã, & in urbe uersur: respiciatq; eius possessio ad separatum templo locum & faciem urbis: sitq; à latere maris: hoc est ab occidente usque ad alterum latus maris: latitudinem habens, quam inferius in descriptione tribuum singularum propheta describit. Denique sequitur: In longitudine autem iuxta unamquamque partem quam singulæ tribus accipiunt, à termino occidentali, id est maris, usque ad terminum orientalem: qui ubi finiatur, in tribuum descriptione noscemus. Et hæc erit possessio ducis siue principis in terra Israel. Hæc interim dicta sint, ut simplex historiæ sermo noscatur. Cæterum si uoluerimus comparare spiritualibus spiritualia, & iuxta quosdam interpretes ad altiora conscendere, qui asserunt figuram futurorum esse præsentia, & omnia quæ dicuntur pertinere ad cœlestem Hierusalem, quæ est mater omnium nostrum & ecclesiam primitiuorum: non quidem difficile erit dicere quæ dicta sunt ab

alijs

Universidad de Deusto Biblioteca

A alijs: sed ueremur ne huiusmodi expositionem prudēs lector nequaquam recipiat. Vnde ad præsens tempus & ad ecclesiam quæ nunc laborat in mundo & ad cœlestia festinat referenda sunt omnia, ut de uniuerso mūdo eligantur: alij in possessionem dei qui sanctum possideant: alij qui ad maiora proficerint teneant sancta sanctorū. In ministris quoque ordo diuersus est sacerdotum & leuitarū: quorum alij orationibus suis atq; uirtutibus quotidie sacrificia offerunt deo: alij in secundo & minori gradu sunt ut eis ministrēt, & per eos qui ad uirtutum culmina conscenderunt, & ad extremum sit dux siue princeps, qui tantum possit: ut contra unam tribum possessionem accipiat: uniusq; meritum compenset merita plurimorum: & primum dum uersatur in seculo, de mari usq; ad
B mare latitudinē possideat: deinde ab occidente siue à mari usq; ad orientem: ut præsentia derelinquēs ad futura festinet: & habeat certam possessionem suam, & nequaquam principes aliena desiderent, & una quæq; tribus suā partē teneat: Quod proprie ad episcopos & presbyteros referri potest: quibus dicitur: ut non uastent atq; depopulentur ultra populum dei: nec terram Israel hæreditate possideant: sed unusquisq; habeat possessionem suam quæ gradui illius constituta est. Viginti quinq; autem milia referuntur ad sensus, quæ quater posita sunt. Porrò decem milia ad perfectam scientiam: ut in altero simplex tantum teneatur historia: in altero etiam de theologia & supernis uirtutibus disputetur: quia decenarius perfectus est numerus. Illud quoq; considerandum, quod sacerdotes qui in maiori gradu sunt constituti, uiginti quinq; milia possideant in longitudine, & decem milia in latitudine. Leuitæ autem, id est inferior gradus, eundem quidem numerum habeat in longitudine, hoc est uiginti quinque milia: sed latitudo ipsorum quinario numero finiatur. Vnde & uiginti tantum tenent gazophylacia: in quo numero offeruntur munera Esau. Princeps uero qui uere princeps in populo est, & meretur ducis nomen accipere, hinc inde accipit possessionem sanctuarij ex omnibus uidelicet qui ei uoluntate subiecti sunt: & urbis habitator est: multorumq; salutem, suam mercedem facit. In priori templo, quod dicitur sanctuarium, quingeni per singula latera calami describuntur: & rursum quinquaginta cubiti, quibus omnis sacerdotum possessio separatur. In secundo aūt sanctuario, ubi sunt sancta sanctorum, latitudo templi & spacium non describitur, sed incertus numerus est. Quod quidē & in C
possessione principis inuenimus, qui absq; ullo numero habet possessionem in populo Israel, dum profectus uniuersorum redundat ad principem: & discipulorum salus, præmium magistrorum est.

Et erit ex hoc sanctificatum, quingentos per quingētos quadrifariā per circuitum, & quinquaginta cubitis suburbana eius per gyrū. Et à mensura ista mensurabis lōgitudinem uigintiquinq; miliū, & latitudinē decem miliū, & in ipso erit templū (siue sanctificatio) sanctumq; sanctorum. Sanctificatum de terra, erit sacerdotibus ministris sanctuarij qui accedunt ad ministerium domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. Viginti quinq; milia longitudinis, & decem milia latitudinis. Leuitæ autem qui ministrant domui: ipsi possidebūt uiginti gazophylacia (pro quibus Lxx. transtulerunt: ipsi tenebunt ciuitatem ut habitent.) Et possessionem ciuitatis dabitis quinq; milibus latitudinis, & longitudinis uigintiquinq; milibus secundum separationem sanctuarij omni domui Israel. Principi quoq; hinc & inde de separatione (uel primitijs sanctuarij in possessionem ciuitatis contra faciem separationis sanctuarij, & cōtra faciem possessionis urbis à latere maris usq; ad mare, & à latere orientis usq; ad orientem, longitudinis autem iuxta unamquanq; partem à termino occidentali usq; ad terminum orientalem, terræ erit ei possessio in Israel: & non populabuntur (siue uastabunt) ultra principes populū meum: & terram dabunt domui Israel secūdum tribus eorum. Hæc dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite: & iudicium & iustitiam facite: separate confinia uestra à populo meo, ait dominus deus.

a ¶ *Hæc dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes Israel: iniquitatem et rapinas intermittite: & iudicium, etc.*] Pro rapinis Septuaginta miseriam transtulerunt: pro cōfinijs, oppressionem. Est autem sensus. Quia accepistis partē uestram ō principes, scriptura dicēte: Principi quoque hinc inde in separationē sanctuarij possessionē ciuitatis, sub auditur dabitis: & tāta est uestra potentia, ut unius tribus partem acceperit uestra possessio: idcirco præcipio atq; cōmoneo, ut sufficiat hucusq; iniquitatē fecisse & rapinas, dum aliena inuaditis atq; diripitis. Et quia scriptum est: D
Dimitte malum & fac bonum: econtrario, iudicij facite atq; iustitiam, iudicātes pupillo & iustificātes uiduam, separate uestra cōfinia à populo meo: ne uidelicet terminos transferatis. Et quia ipsa uicinia lædit humiliorem, qui superciliū maioris & potentioris non potest sustinere. Hoc interim dictum sit ad illius temporis populum. Cæterum & nostris principibus præceptum poterit coaptari, qui in morem Pharaonis & Aegyptiorum opprimunt filios Israel per potentiam: nec meminerunt scriptum: Ducem te constituerunt, ne eleueris: sed esto inter eos quasi unus ex ipsis. Et illud quod in euangelio ὑπὸ λεπτῶν dominus loquitur: Si autem dixerit seruus ille in corde suo, moratur dominus meus uenire, & cœperit percutere seruos & ancillas, comedere & bibere, & inebriari: ueniet dominus serui illius in die qua non putat, & hora qua nescit, & diuidet eum, & partem eius ponet cum infidelibus. Discipulos quoq; suos in euangelio secundum Matthæum his præceptis erudit: Scitis quoniam principes gentium dominantur eorū: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: Non sic erit inter uos: sed qui uoluerit in uobis magnus esse, fiat minister: & qui uoluerit esse primus, sit omnium seruus: sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare: & dare animam suam redemptionem pro pluribus. Multa sunt si uoluero de sacris scripturis reuoluere: ubi maiorum superbia coerceatur, & ad humilitatem omnes domini prouocantur dicētis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

¶ Commentarij decimitertij in Ezechielem prophetam finis.

Diui

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVMDECI- C
mum Commentariorum Ezechielis ad Eustochium prooemium.

QVod in principio tēpli Ezechielis debui dicere, nunc præpostero ordine in fine dictu rus sum, illius uersiculi memor: Hic labor ille domus, & inextricabilis error. De quo et in alio loco idē poeta decantat: Vt quondā Creta fertur labyrinthus in alta Parietib. textū cæcis iter, ancipitemq; Mille uijs habuisse dolū: qua signa sequendi Falleret indeprensus & irremeabilis error. Ita & ego istarum scripturarū ingressus oceanū & mysteriorum dei, ut sic loquar labyrinthum: de quo scriptū est: Posuit tenebras latibulum suum, & nubes in circuitu eius: perfectam quidem scientiam ueritatis mihi uendicare non audeo, sed nosse cupientib. aliqua doctrinæ indicia præbuisse, non meis uiribus, sed Christi misericordia: qui errantib. nobis ipse dolos tecti ambagesq; resoluit: cæca regens spiritu sancto uestigia: quem sequentes, ad portū explanationum prophetæ Ezechielis peruenire poterimus: in quem extremus, id est quartusdecimus liber est. Quem si orante te uirgo Christi Eustochium ad finem usq; perduxero: & dominus uitæ huius concesserit spacium, transibo ad Hieremiam, qui unus nobis remanet prophetarum: cuius interpretatio, mei quidem laboris & tuarum orationum, sed proprie Christi erit clementiæ.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Ezechielem prophetam Liber decimusquartus.

Stathera iusta, etc.] Hic locus iuxta Lxx. nō cohæret, & penitus intelligi nō potest: dum non solū numeros mēsurarum,
B sed etiam nomina cō mutarūt. Pro ephi em interpretati sunt mensuram, generale nomen pro speciali: & pro bato chœnica: pho mer quoq; Hebraico qui Græce dicitur ὁμὼρ transtulerunt gomor: rursumq; probato chœnica. Dicamus ergo iuxta Hebraicum & literam: & quid nobis uideatur, in singulis apertius explicemus. Stathera quæ Hebraice dicitur mozene, מאזני in his intelligitur quæ appēduntur. Epha autem quæ in Græco sermone corrupte dicitur ὒφι, ad mensuram pertinet uariarum frugum. Verbi gratia, tritici, hordei, leguminum. Porrò batus, qui Hebraice dicitur bath בת eadem mensura est quæ & ephi: & in speciebus tantum liquidis, uini & olei, & istiusmodi. Corus triginta habet modios: & in utraq; mēsura, hoc est tam aridarum quàm liquentium tenet principium. Decima pars cori in his quæ modio mensurantur, appellatur epha, id est tres modij, & decima pars cori in speciebus liquidis, uocatur batus siue uadus: ut eiusdem mensuræ sit epha & batus. Porrò siclus qui Græce dicitur στατὴρ, uiginti habet obolos. Mina uero quæ appellatur mna, habet siclos sexaginta: qui faciunt obolos mille ducentos. Quod autem dicitur, uiginti sicli & uigintiquinq; sicli, & quindecim sicli minam faciunt: lectorem turbare non debet. Idcirco enim difficultas in numeris ponitur ut intentum animum faciat auditoris. Vnde & multa dicuntur in parabolis & ænigmatibus: ut qui habet aures audiendi, audiat. Omnisq; prophetia in obscuritate continet ueritatem, ut discipuli intrinsecus audiant: uulgus ignobile & foris positum, nesciat quid dicatur. Præcipit ergo scriptura diuina, ut iusta sint pondera, dicens: Non erit in marsupio tuo mensura grandis & minor: stathera uera & iusta erit uobis, & mensura uera & iusta erit uobis. Et in Prouerbijs dicitur: Stathera grandis & minor, abominabile est utrūq; in conspectu dei. Quæ quidem nō solum in commercijs & in usu quotidianæ uitæ nobis est obseruādum, sed in omnibus custodienda iustitia: dicente scriptura: Sermonibus tuis facies statheram & appendiculū: ut & in uerbis & in opere & cogitationib. omnia pondere & ratione faciamus. Obolum autem hoc est uicesimam partem sicli siue statheris esse minimam portiūculam, in alio loco legimus: Eius qui fidelis est, totus mundus diuitiarum: illius aūt qui infidelis est, neq; obolus. Quasi alijs uerbis dixerit: Infidelis nihil in mundo possideat: sed etiam minima indiget portione. De quo alijs uerbis in euangelio dicitur: Non egredietur inde, nisi reddat nouissimū quadrantem, hoc est etiam extremū nummū & minutū. Legimus decem mnas singulis seruis ad negociandū traditas: & in alia parabola inter seruos talenta diuisa: & debitorem quingentorū denariorū & quinquaginta: & operarios uineæ qui singulos accipiunt denarios: & mulierē uiduam quæ drachmam perdiderat, & uix eam lucernæ accensione reperit. Quæ omnia quē sensum habeant, non est huius tēporis disserere. *b* ¶ *Et hæ sunt, etc.*] Et hic mutatis nominibus mensurarum in Lxx. editione confusa sunt omnia: ut quid dicatur, non possit intelligi. Qui enim supra pro ephi mensuram, & pro bato chœnica dixerant: & pro coro gomor: pro siclo appendiculū: & hic pro ephi posuere mensurā: pro coro nunc gomor nunc ipsum corum: & in mensura olei pro bato τετύλλω, id est cyathū. Dicamus igit primum iuxta literam: Λεκάδα, hoc est decimam partem omnium frugū, Leuiticæ tribui populus ex lege debebat.

Leu. 19.g

Pro. 11.d

D

Eccl. 28.d

Matth. 5.d

Luc. 19.b
Mat. 25.b
Luc. 7.f
Mat. 20.a
Luc. 15.b

Psal. 43.c

Esa. 1.c

Eccl. 32.d

Luc. 12.f

Mat. 20.d

Mat. 11.d

A bat. Rursum ex ipsis decimis, Leuitę, hoc est inferior ministrorum gradus, decimas dabat sacerdotibus: & hæc est quæ appellat ἀντιδεκάτη. Erant quoq; & aliæ decimæ, quas unusquisq; de populo Israel in suis hortis separabat, ut comederet eas cū iret ad tẽplum in urbe Hierusalẽ & in uestibulo tẽpli: & sacerdotes ac leuitas inuitarent ad cõuiuia. Et tam autẽ & aliæ decimæ, quas pauperib. recõdebãt: quæ Græco sermone appellãt πτωχοδεκάται. At uero primitiua quæ de frugibus offerebant, non erant speciali numero definita, sed offerentiũ arbitrio derelicta. Traditionẽq; accepimus Hebræorũ nõ lege præceptã, sed magistrorũ arbitrio inolitã: qui plurimũ, quadragesimam partẽ dabat sacerdotibus: qui minimũ, sexagesimã: inter quadragesimam & sexagesimã licebat offerri quodcũq; uoluissent. Quod igitur in pentateucho dubiũ derelictũ est, hic specialiter definit propter sacerdotũ auaritiã, ne amplius à populo exigant in primitijs deferendis, id est, ut sexagesimã
B partẽ offerant eorũ quæ gignunt è terra. Si enim corus qui Hebraice appellatur הומר & à Lxx. dicit gomor, triginta habet modios: tã in aridis speciebus, q̃ in liquẽtibus, Epha quoq; & batus iuxta quod supra diximus, decima pars est cori: præcipiturq; ut sexta pars tã ephi q̃ bati detur sacerdotibus in primitijs offerendis, quæ de tribus modijs dimidiũ facit modium: perspicue supputat, sexagesimam partẽ primitiarũ sacerdotes accipere debere. Hæc interim iuxta literã, & iuxta Hebraicam ueritatẽ, & sensisse, & audisse sufficiat. Nunc reuertamur ad intelligentiã spiritualẽ: in qua primũ quærẽdũ, quo-
Pro. 3.b modo dicatur: Honora dñm de tuis iustis laboribus: & da ei de fructib. iustitiæ tuæ: ut impleantur cellaria tua frumento, & uino torcularia tua redũdent: ut postq̃ obtuleris primitias laborũ tuorũ atq; uirtutũ, & dixeris:
Deut. 28.d Ecce nũc ego attuli tibi primitias frugũ terræ, quas dedisti mihi dñe, merearis audire: Benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in agro: benedicti filij uteri tui, & genimina terræ tuæ, & fructus iumẽtorũ tuorũ, & cætera: &
Ephe. 1.a posideas (iuxta Apostolũ) omnem benedictionẽ spiritualiũ in cœlestibus in Christo: dũ quicquid habes, nõ tuæ putas esse uirtutis, sed eius misericordię, qui fruges dedit. Et si quidẽ tantam habuerimus scientiã scripturarũ, ut mystica quæq; pãdamus: & doceamus homines, id est rationale animal: damus primitias frumẽti nostri. Si aũt post Anagogen, purã tantũ sequamur historiam, quæ simplices nutrire potest: iuxta illud quod scriptũ
Psal. 35.b est: Homines & iumẽta saluos facies dñe: damus primitias hordei nostri: quod hordeũ scuit Isaac, sed in terra alienigenarũ: & ortũ est ei centuplũ. Qui hordei dat primitias, potest dicere: Dñs pascit me, & nihil mihi deerit:
Psal. 22 in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquas refectiõis educauit me. Qui aũt rationalia pascit animãtia: uertit sententiã, & dicit: Præparasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Et postq̃ olei & uini obtulerit primitias, iũgit & loquitur: Impinguasti in oleo caput meũ: & calix tuus inebrians q̃ præclarus est: illo oleo quod absq; fece mundissimum, ad lucernam dñi præparat. Quod qui præparauerit, exhilarat facies eius
C in oleo, oleo exultationis quo unctus est Christus præ
Psal. 51.b participib. suis: & effectus oliua, cũ ppheta cãtabit: Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei. Et illo uino quod de uera uite redundat in torcularib. saluatoris, dicente
Ioan. 15.d dño: Ego sum uitis, uos aũt propagines: pater meus agricola. De his torcularibus tres psalmos legimus: octauum, & octogesimũ, & octogesimũ tertiũ: qui oẽs ad ecclesię sacramẽta referũtur. Et in ueteri quidẽ lege, absq; mẽsura erãt & numero primitiæ: nõ enim ad mensurã
Ioan. 3.d deus spiritum dabat. In secunda aũt ædificatione templi, quod Ezechielis prophetia continet, certa mensura est, id est sexagenarius numerus, quo mundus expletur: &

HEB. tem ephi de coro frumenti: & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoq; olei: batus olei, decima pars cori est: & decem bati corũ faciunt: quia decem bati implẽt corum.

SEPTVAG. tem mensuræ de gomor tritici: & sextam partem ephi de coro hordei: & præceptum olei cotylem, id est, cyathum, olei decem cotyles: quia decem cotyles sunt gomor.

Et ârietẽ unũ de grege ducẽtorũ de his quæ nutrit Israel in sacrificiũ, & in holocaustũ, & in pacifica ad expiãdũ p eis, ait dñs deus: Oĩs populus terræ tenebit primitijs his principi in Israel. Et sup principe erũt holocausta, & sacrificiũ & libamina, in solẽnitatib. & î calẽdis, & in sabbatis, & in uniuersis solẽnitatib. domus Israel. Ipse faciet p pctõ sacrificiũ, & holocaustũ & pacifica, ad expiãdũ p domo Israel

dicitur nobis: In qua mensura mensi fueritis, remetiet Mat. 7.d uobis. a ¶ *Et arietem unum, etc.*] Supra dixit quota pars eorũ quæ appenduntur, mẽsuræ quoq; tam aridarum specierũ q̃ liquentiũ debeat offerri principi: nũc eundẽ
D primitiarũ in animantib. ordinẽ tenet: ut unũ de grege ducentorũ arietũ iubeat offerri, quos nutrit Israel in sacrificiũ, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiãdum pro populo Israel, ait dñs deus. Quod nos interpretati sumus, de his quæ nutrit Israel: In Hebraico scriptũ est מרעשה quod Aquila & Symmachus interpretant ἀπὸ τῶν ὑδάτων: Lxx. & Theodot. ἀπὸ τῆς πότιστρίας: quorum alterũ de irriguis, alterũ de carnalib. siue piscinis sonat: ut uidelicet primitiæ principis, non alibi nisi in irriguis nutriantur. Et quomodo in superiorib. legimus sexagesimam partẽ debere offerri principi de his quæ appenduntur, & quæ mensuræ subiacent: sic nunc ducentesima pars animantiũ iubetur offerri: & huiuscemodi legis præceptis, oẽm populum esse subiectũ: ut offerat duci siue principi, quod uidelicet per illũ holocausta, & sacrificia, & libamina, in singulis solennitatib. offerãtur pro populo, & expiet domus dei. Ex quo animaduertendũ, quod quomodo populus debitor est primitiarũ offerendarũ principi, sic princeps debitor est populi offerre pro eo uictimas: quẽ iuxta tropologiã non aliũ intelligere possumus, nisi dñm saluatorẽ. Iste est qui de ducentis animantib. susc ipit arietẽ: siue ut significantius Hebraicus sermo demõstrat ἐσκιαμένον, quod ad cũcta animantia, & nõ proprie ad arietẽ referri potest: & suscipit animal uel arietẽ, q̃ nutritus est in locis irriguis, sanctarũ uidelicet scripturarũ: & potest dicere: Dñs pascit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquas refectionis educauit me. Hæc erãt irri
Gen. 30.f gua, imò hi canales, ad quos & Iacob ducebat pecora sua, ut in ipsis biberẽt atq; conciperent: & iuxta uirgarũ colorẽ, fœtus æderẽt dño. Pro sacrificio, hoc est, θυσίᾳ, Aquila & Symmachus donũ interpretant: quod in Hebraico dicitur מנחה & proprie nõ pertinet ad hostiã, sed ad ea quæ ex similia, & polenta, & oleo offeruntur in sacrificio. Holocaustũ uero est, quod totũ offertur deo: & sacro igne consumit. Pacifica, quãdo reconciliamur
2. Cor. 5.d deo: & pro nobis Apostolus loquitur: Precamur pro Christo, reconciliamini deo: Et in alio loco, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Iste autem princeps

A ceps, cui primitiæ de animantibus offeruntur, ipse est & rex: ut in crucis quoq; titulo demonstrat, Hebraicis & Græcis literis ac Latinis. Nitentibusq; Iudæis, ut deponeretur titulus triumphalis, gentiũ in Pilato turba
Ioan. 19.d respondit: Quod scripsi, scripsi. Sub principe, inquit, erunt. Pulchre sacerdotalis dignitas commonet, cui subiecta sit officio: ut sciat se sacrificium & libamina quæ offerunt ex uino, pro populo offerre debere in cũctis solennitatibus: tam uidelicet in kalendis, id est, neomenijs, q̃ in sabbatis: qũ tenebris cũcta operiẽtibus, lunaris exordiũ luminis est, & in requie sabbatorũ: ut faciat uidelicet p peccato ad expiandũ pro domo Israel, quæ est ecclesia dei uiuẽtis, columna & firmamentũ ueritatis. Ista est emi domus dei uiuẽtis & domus Israel, quæ expiatione suorũ indiget peccatorũ. a ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Totũ capitulũ posui, ne diuisum per singula legẽtis animũ cõturbaret. Et primũ de interpretationis uarietate dicendũ est. Vbi nos interpretati sumus,
B in quatuor angulis crepidinis altaris: Lxx. trãstulerũt, & super quatuor angulos templi, & super altare. Et ubi nos diximus, pro unoquoq; qui ignorauit & errore deceptus est: illi posuerũt, pro ignorante & pro paruulo. In eo quoq; ubi nos diximus, & sacrificiũ ephi per uitulum, & ephi per arietẽ faciet, & olei hin per singula ephi: illorũ editio tenet, & sacrificiũ & coctionẽ uitulo, & coctionẽ arieti dabis, & olei hin coctionis. In extremo quoq; uersiculo, ubi nos diximus: in sacrificio & in oleo: illi dixerũt, sicut in manaa, sicut in oleo. In primo inquit, mense & prima die mensis: haud dubium, quin nisan significet: sumes uitulũ de armento, non qui domi nutritus sit, sed qui in armento, hoc est, de grege & numero plurimorũ. In septima quoq; eiusdẽ mẽsis die, quæ duæ solẽnitates, hoc est, primi mẽsis prima dies, & eiusdem septima, in lege Mosaica non habentur. Quar
Exodi 12.c tumdecimũ aũt diem mensis, quo pascha celebrat, & Moyses præcepit obseruandũ, qñ septẽ diebus azyma comedimus. Quartã uerò solennitatẽ de qua dicit: septimo mense, quintadecima die mensis in solennitate, & cætera: uidetur mihi significare scenopegiã, quã hic sine nomine posuit. Curramus ergo ad singula, & quid nobis uideat, breuiter disseramus. Esse solẽnitates spiri
Col. 2.c tuales, & Apls docet: Ne ergo quis nos iudicet in cibo & potu, aut in parte solennitatis, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt umbra futurorũ. Et sic per Esaiam lo-
Esa. 1.d quitur deus: Neomenias uestras, & sabbata uestra, & diem magnũ non suscipio: iciuniũ, & ferias, & neomenias, & solẽnitates uestras odit anima mea. Manifestum est, q̃ qui solennitates oderit Iudæorũ, suas diligat, sabbarum uidelicet quod relictum est populo dei: ut uidemus quæ à deo donata sunt nobis, & loquamur, nõ in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia cõparantes. In præsenti em seculo quod in maligno positũ est, dies bonos uidere nõ possumus, sed in nouo: de quibus diebus in carmine Mosaico spiritus sanctus canit: Memẽto dierũ anti-
Deut. 32.d quitatis, intellige annos generationis generationũ. De quibus & sanctus loquebat in psalmo: Nocte in corde
Psal. 76.b meo meditabar. Et iterũ: Et annos æternos in mente habui & meditatus sum. Qui istũ non suscipit intellectũ, respondeat quõ illud possit exponere quod Esaias de futuro & nouo seculo uaticinat: Erit mensis in mense, & sabbatum ex sabbato, & ueniet omnis caro adorare dñm, qñ ueri a-
Ioan. 4.c doratores nequaquã
Esa. 65.c adorabunt in monte Garizim, nec in Hierusalem, sed in spiritu & ueritate, qñ erit cœlum nouũ, & terra noua: & liberabit omnis
Rom. 8.d creatura à seruitute corruptionis, in libertatẽ filiorũ dei, & sol septies tantũ lumẽ accipiet, & luna soli cõparabit. Accessimus enim ad montẽ Sion, qui interpretat speculam, & ad ciuitatẽ dei uiuentis Hierusalẽ cœlestẽ, & ad milia angelorũ solennitates. De qua solennitate loquit & alius propheta: Quid facietis in diebus cõgregationis,
Osee 9.a & in diebus solẽnitatis dñi: Hoc est illud quod & alibi
„D dicit. Celebra Iuda festiuitates tuas, redde uota tua. Si
Num 1.d ergo didicimus solẽnitates spirituales, cõsequenter docebimur & uictimas spirituales. Assumit uitulus de armẽto, siue taurus ut interpretatus est Symmachus, liber & nullo pressus iugo, hoc est onere peccatorũ: & immaculatus, qui peccatũ non fecit, nec dolus inuẽtus est in ore eius: uitulus nouellus, cornua efferens & ungulas, ut in ipso mundet & expiet sanctuariũ. Et tollet, inquit, sacerdos de sanguine eius quod erit pro peccato omniũ: qui alijs uerbis agnus appellat in Exodo & in Euãgelio, baptista Ioanne dicẽte: Ecce agnus dei, q̃ tol-
Ioan. 1.d lit peccatũ mũdi. Sanguis aũt ipse est preciosus, in quo redimimur in passione dñi saluatoris, cuius carnibus alimur, & cruore potamur: quo tanguntur quatuor anguli crepidinis altaris: quod Theodotio ipsum uerbũ Hebraicũ posuit עזרה siue ἐσχάρᾳ, id est, tẽpli, ut Lxx. trãstulerunt, ut sanctificet domus & altare. Vniuersa em̃ mundi elementa hoc sanguine sanctificant: ut cum quis expiatus fuerit atq; mũdatus, ingrediat portã atrij interioris, & posit dñi arcana cognoscere, & cõsequẽter uenire ad septimã diẽ mẽsis primi, & cõsequi requiẽ, & dño offerre sacrificiũ tam pro ignorantia, de qua Dauid lo-
Psal. 24.b quit: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris: q̃ pro paruulo qui cũ ad perfectũ uiri mensuram peruenerit, destruet ea quæ paruuli sunt, & loquit cõfidenter: Dũ essem paruulus, quasi paruulus loque-
1. Cor. 13.c bar, quasi paruulus sapiebã. Siue pro eo qui errore deceptus est, & nõ tam uolũtate, q̃ boni opinione peccauit. Cõpleus aũt duabus solennitatib. primi mẽsis, hoc est, primæ diei & septimæ eius, uenit ad quartũdecimũ diem mensis in quo paschæ solẽnitas est, de qua scriptũ est: Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus. Tũc
1. Cor. 5.b comedimus septẽ diebus azyma in requie & securitate rerũ omniũ, qñ fermentũ maliciæ & nequiciæ destruen

A tes, manducemus azyma synceritatis & ueritatis: prin
cipe nostro cuncta hæc pro nobis offerēte, & primū pro
seipso. Susceptū eum corpus humanū, & per peccatū de
struxit peccatū: qui pro nobis dolet & portat infirmita
tes nostras, deinde pro domo sua, qđ in Lxx. scriptum
est, sed in Hebraico nō habet, id est, pro
ecclesia, & pro omni
populo terræ, uniuer
so uidelicet humano
genere. Saluator est
enī omniū hominū,
& maxime fideliū, &
ipse est propiciatio p
peccatis nostris, & nō
solū pro nostris, sed
pro omni mūdo. Ob
lato aūt uitulo pro u
niuerso populo ter
ræ, in septē diebus re
liquis dñicæ passiōis
septē uituli & septē a
rietes immaculati of
ferūt quotidie, ut ho
locausto & igne dñi
co concrement. Septē
aūt uituli & septē arie
tes sunt, qui configu
rant dñicæ passioni:
ut imitent uerū uitulū & uerū arietē, & sanguine marty
rū per septē dies totius mūdi peccata purgent. Hircus
quoq; caprarū offert pro peccato quotidie, septē uide
licet diebus. Attendendū q; diligētius, q in sacrificio e
phi per uitulū, & ephi p arietē & olei hin offerunt quæ
B lege præcepta sunt. In oblatione aūt hirci, nec ephi, nec
(ut Lxx. trāstulerūt) coctio ponit, qui pro ephi, πέμμα,
hoc est, coctionem interpretati sunt. Hin uerō quæ olei
certa mensura est, de qua ante iam diximus, assumit in
sacrificio uituli & arietis, ut fomentū luminis sempiter
ni, & requiē laboris, & lassitudinis sanitatē, post placa
tionē peccatorū accipere possimus. In septimo quoq;
mēse, quintadecima mēsis die, hoc est, scenopegiarum,
idē oblationis & sacrificiorū ordo seruandus est, tam
p peccato q̄m pro holocausto, & in sacrificio & in oleo:
ut festiuitatē dñi fugatis tenebris & orto lumine olei cō
sequamur: clariores q; habeamus solennitates, in qui
bus nobis omnia peccata donantur. Cap. XLVI

H*Aec dicit dominus deus: Porta, etc. & sacrificiū ephi per a
rietē, etc.*] Vbi nos interpretati sumus ephi, quæ
est decima pars cori: Lxx. trāstulerūt πέμμα, qđ
in nostra lingua coctionē sonat. Et ubi nos diximus, sa
crificiū, illi ipsum Hebraicū posuere uerbū מנחה quod
Aquila, donum uel sacrificium: Theodotio, sacrificium
transtulit. Et interim priusq̄ quid ista significent, disse
ramus: ipsa scripturæ προφραστικὸς uerba pandenda
sunt. Porta, inq̄t, atrij interioris sex diebus, de quibus
scriptū est: Sex diebus operaberis, & facies omnia ope
ra tua: erit clausa, nec quælibet porta, sed quæ respicit
ad Orientē, unde oritur sol iusticiæ. Porrō die sabbati,
id est, septimo, in quo requies est, aperiet per singulas
hebdomadas, & rursū cōpletis diebus triginta, q̄n alte
rius mēsis finis, & alterius exordiū est, idest neomenia,
die uidelicet kalendarū aperiet, ut quod priuilegiū ha
bet septimus dies in hebdomada, hoc habeat priuile
giū mēsis exordium. Cur aūt aperiat die septimo & die
kalendarū porta interioris atrij quæ respicit ad Orien
tē, sequens sermo monstrabit. Et intrabit, inquit, prin
ceps p uiā portæ deforis atrij uidelicet exterioris, & sta
bit in limine portæ interioris atrij, quæ respicit ad Oriē
tem, nec ingredietur atriū interius, sed illo stante, alij sa C
cerdotes faciēt pro ipso holocaustū, quā oblationē in
terpretatus est Symmachus, & pacifica, siue quæ ad sa
lutē pertinent, ut postq̄ hostia principis, sacro igne sue
rit cōcremata, & dux reconciliatus deo, tūc adorare pos
sit super limen portæ
interioris atrij in quo
steterit & egrediatur.
Quid igitur? Post e
gressionem principis
statim porta claudet?
Nequaq̄, sed aperta
erit usq; ad uesperā,
ut post principē, om
nis populus terræ a
doret cōtra ostiū por
tæ illius, adoret aūt in
sabbatis & in kalēdis
qñ aperit porta. Et qa
supra dixerat: Faciēt
sacerdotes holocau
stū eius & pacifica e
ius, nec significauerat
holocaustorū nume
rū, nūc infert: Holo
caustū aūt hoc offeret
princeps dño in die
sabbati. Offeret autē
non per se, sed per sa
cerdotes, de quibus scriptū est: Et facient sacerdotes ho
locaustū eius & pacifica eius: sex, inquit, agnos imma
culatos, & arietē immaculatū, ita ut sacrificiū arietis mē
sura ephi sit, quæ Hebraicē appellat̄ נסך Sex aūt agnis
sit sacrificiū quod offerre potuerit manus eius qui of
fert: & per singula ephi, erit olei mēsura quæ appellatur
hin. kalendarū aūt, hoc est, neomeniarū dies, hoc habe
bit priuilegiū amplius à die sabbati, ut uitulus immo
let de armēto, siue taurus immaculatus. Cætera aūt, hoc
est, sex agni immaculati & aries immaculatus & sacrifi
cia eorū, ritū sabbati possidebunt, ita duntaxat ut sicut
in ariete ephi offertur sacrificij, id est, similæ & hin olei,
ita offerat & in uitulo. Hæc perspicuitatis causa sint po
sita, nūc spirituale sensum dño donante referemus. Sex
diebus quibus operamur in mundo, porta orientalis
atrij interioris clausa nobis est. Postq̄ autē uenerimus
ad diem septimū, id est, ad diem sabbati in quo æterna
requies est, siue ad diem kalendarū, quando post cæcā
noctē, & horribiles tenebras, lucis exordium est, aperit
nobis porta orientalis, & si quis nostrū per merita uir
tutū, ducis nomen & dignitatē fuerit cōsequutus: per
uiam uestibuli portæ deforis, hoc est per mundi huius
labores, & portam ecclesiæ, quæ adhuc in terrenis fini
bus posita est, ingredietur, non interius atrium: hoc e
nim in præsenti loco scribitur, sed ad limen portæ inte
rioris, & stabit in ea. Sin autē princeps in præsenti scri
ptura non ingreditur atriū interius, sed stat in limine
eius: nulli dubiū est nunc ex parte nos uidere, & ex par
te cognoscere, & necdum reuelata facie gloriā dñi con
templari. Denicq̄ stante principe in limine portæ atrij
interioris, cæteri sacerdotes, quibus hoc officium dele
gatū est, quos possumus intelligere uirtutes angelicas,
facient pro ipso holocaustum & pacifica. Indigemus e
nim misericordia dei, & omnis creatura ad cōparatio
nem creatoris immunda est, & diuino igne purganda,
quo & Esaiæ prophetæ purgata sunt labia: ut postq̄ per *Esa. 6.b*
sacrificiū pacē receperit, tunc in limine cōstitutus, ado
ret omnipotentiā dei, & se atrij interioris ingressu fatea
tur indignum, & statim ingrediatur. Postq̄ autem qui
primus est, fuerit egressus, non claudet usq; ad uesperā
huius

A huius seculi ipsa porta interioris atrij, sed aperta erit: ut
populus quoq; terræ sit ad ostium, & adoret ad eum,
nequaquam omni tempore, sed quando requieuerit à
peccatis, & fugatis tenebris fidei, & scientiæ lumen acce
perit. Hoc autem ipsum holocaustum quod offert prin
ceps per sacerdotes
in die sabbati, sex a
gnorū immaculato
rū numero termina
tur, pro sex uidelicet
dieb. in quibus ope
ramur in mundo, &
arietē immaculatum
qui princeps gregis
est: ita ut per singulos
arietes offeratur in sa
crificio ephi, id est, de
cima pars cori. In a
gnorum autem sex sa
crificio, certa mensu
ra non ponitur, sed
quantumcunq; dede
rit manus eius qui of
fert, hoc est, pro ope
rū qualitate atq; men
sura. Olei autem hin offeret per singula ephi, hoc est,
Iudith. 25.d oleū quod sibi quinq; uirgines præpararunt, ut ungat
similam siue cōmisceat, & omnis oblatio dei plena sit
lumine ueritatis, & exhilaretur facies offerentis oleum.
Die autem kalendarū, hoc est die tricesimo, quādo pri
mogenita & leuitæ numerantur in lege præter omnem
Israel, de quibus supra diximus: offertur uitulus imma
culatus de armento: super quo plenius in priori capi
tulo differimus, & agni sex, & arietes immaculati, &
B cætera quæ offerūtur in sabbatis, ut æternam requiem
consequamur, & mereamur audire: Euge serue bone,
quia in paucis fidelis fuisti, super multa te constituam,
intra in requiem dñi tui: & non solum ad portam inte
rioris atrij peruenire, sed etiam penetralia eius intrare
Psal. 91.c possimus, & illud opere possidere: Plantati in domo
dñi, in atriis dei nostri florebunt. *a* ¶ *Cunq; ingreditur princeps, etc.*] Princeps ille de quo supra dictum est: Et
intrabit princeps per uiam uestibuli portæ deforis, per
eandem portā ingrediatur & per eandē egrediatur: li
beri enī arbitrij est, & potestatē habet ponēdi animam
suam, & rursum resumendi eam: tamq; ad nos ueniēs,
quām ad cœlestia conscendens, eadē maiestatis suæ uti
tur libertate. Denicq; non quærit nundinas, nec solenni
tates, nec differentiā ullam obseruat dierū, quia omne
tempus, ei festiuitas est. Populus aūt in nundinis tantū
& in solennitatib. ingreditur & egreditur, & non per
eandē uiam, sed per alteram atq; alteram. Scriptum est
enī: Et cum intrabit populus terræ in conspectu domi
ni in solennitatibus: qui ingreditur per portam Aqui
lonis ut adoret, egrediatur per uiam portę meridianę,
& qui ingreditur per uiam portæ meridianæ, egredia
tur per uiam portæ Aquilonis: non reuertetur per uiā
portæ per quā ingressus est, sed è regione illius egredie
Gen. 19.d tur. Quod non solū his præcipitur qui egrediuntur de
Luc. 9.g Sodomis, & dicitur eis: Ne respicias retrorsum: neq; il
lis qui manū mittunt ad aratrum, ut non respiciant ea
quæ post tergum sunt: sed in domo quoq; domini con
stitutis, iubetur ne post terga respiciant, & reuertantur
ad egena & infirma elementa, & incipientes spiritu, car
ne consumentur, sed ut de spiritualibus quoq; ad ma
Philip. 3.c iora procedant, & dicant cū Apostolo: Præteritorū ob
liuiscens, & in priora me extendens: ut nequaquam
ex parte prophetent, sed ueniant ad perfectum: iuxta
eam tamen perfectionem quam potest capere humana
naturæ, ut intelligamus illud euangelicum: Et uos cum C
oīa feceritis, dicite: serui inutiles sumus, quod debui *Luc. 17.c*
mus facere, fecimus. Vnde & Apostolus in eadem epi
stola de duab. lōquitur perfectionibus, quasi imperfe
ctus eñ scribit: Non quia iā accepi, aut quasi iam per- *Phil. 3.c*
fectus sim: persequor
aūt si apprehendam,
in quo & cōprehēsus
sum à Christo. Sta
timq; quasi perfectus
loquitur: Vnum aūt,
posteriorum obliui
scens, ad ea quæ in
priora sunt me exten
dens, iuxta propositū persequor ad bra
uium supernæ uocationis. Quotquot er
go perfecti sumus, hoc sapiamus. Quomo
do enim potest stare
sententia, ut qui dixe
rat, non quia iam ac
cepi, aut quia iā per
fectus sum, audeat di
cere: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus? Ex
quo perspicuū est omnem hominē, & uniuersam crea
turā, quamuis ad perfectionem uenerit, tamen indige
re misericordia dei, & plenam perfectionē ex gratia, nō
ex merito possidere. Præcipitur itaq; populo terræ, ut si
ingreditur per portā Aquilonis ut adoret, egrediat per
uiā portæ meridianę. Quis est iste populus cui hoc præ
cipitur: Nempe gentiliū: ut qui derelinquens portam
Aquilonis, à quo exardescunt mala super terram, in
gressus fuerit templum, non egrediatur nisi per uiam D
portæ meridianæ, ad portam luminis, ad portam calo
ris, ad portā in qua sponsus cubat in meridie. Denicq;
dicitur in eodem Canticocanticorū: Surge Aquilo, & *Cant. 4.d*
ueni Auster. Qui uero ingreditur per uiam portæ meri
dianæ, egrediatur per uiā portæ Aquilonis. Quis nam
ille est populus: scilicet Iudæorū, qui derelinquens por
tam uiæ luminis, uadit ad portā Aquilonis, de quo di
citur Aquilo uētus durissimus. Nam & olla Hieremiæ à *Hier. 1.c*
facie Aquilonis accenditur. Dicamus & aliter: Per por
tam Aquilonis ingreditur, qui peccata dimittit, & egre
ditur per portā meridianā, qui uirtutes sequitur. Et eō
trario, si iustus lapsus fuerit in peccatis, ingreditur qui
dem per portā meridianā, sed egreditur per uiam por
tæ Aquilonis. Princeps aūt, inquit, in medio eorū erit,
ingredientiū scilicet & egredientium, iuxta illud quod
scriptū est: Medius inter uos stat, quem uos ignoratis. *Ioan. 1.d*
Et Apostolus: An ignoratis quia Christus in nobis est? *2.Cor. 13.b*
Sin aūt ignorantib. dicitur, quod medius inter eos stet
Christus, quanto magis scientibus? Sed cū inter scien
tes Christus steterit: tunc corpus mortuum fiet propter
peccatū, & spiritus uiuens propter iustitiā. Ingredit aūt
princeps cum ingredientibus, & egreditur cum egre
dientibus, utrorūq; uirtutis atq; peccati testis assistens.
In nundinis ergo & in solennitatibus, sabbatorū uide
licet & kalendarū, & uniuersæ festiuitatis, de qua in an
terioribus locuti sumus, tam in uitulo, quām in ariete
per singula ephi offerentur in sacrificio. In agnis uero
nō erit certus numerus, nec uoluntati dimissum arbi
triū, sed uirib. quis utetur & bono conscientiæ: ut quan
tū potest, non quantū uult offerat, & super omnia olei
hin per ephi singula, ut ungatur similа & lucerna accen
datur in conspectu dñi: & qui eo utitur, possit dicere: E- *Psal. 51.b*
go aūt sicut oliua fructifera in domo dñi. *b* ¶ *Cum autē fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut, etc.*] Vbi nos legi

A mus, immaculatum: & in Hebraico scriptum est תְּמִימ Aquila, perfectum interpretatur. Et ubi Lxx. מִנְחָה Theodotio, sacrificiū: Aquila & Symmachus, donum transferunt. Pro eo aūt quod nos diximus, spontaneū, Septuaginta ὁμολογίαν, id est, confessionē, uerterunt, & pro principe, ducē: hoc enim נָשִׂיא significat. Adhuc autē sermo de principe ē, de quo Esaias loquitur: Ecce testimoniū in gentibus dedi eū, principem & præceptorem in gentibus. Et Ezechiel: Et ego dñs ero eis in deū: Et David princeps in medio eorū. Cum igitur iste princeps fecerit spontaneū, & dixerit: Voluntaria siue spōtanea oris mei beneplacita fac dñe: Spontaneum autem holocaustum, ut totum se offerat deo, & pacifica uoluntaria, quod in prioribus inuenitur, scriptū est enim: Et facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: Et de spontaneis ac uoluntarijs, quibus nūc dicitur, omnino reticetur: ut non necessitate faciant, sed uoluntate: post holocaustum offerat pacifica, & reconcilietur deo. Vnde & uirginitas maior est nuptijs, quæ non exigitur nec redditur, sed offertur. Pro pacificis, quæ Hebraice dicuntur שְׁלָמִים Lxx. salutaria interpretantur: ut ipsa reconciliatio pacificorū, salus sit offerentis. Cum ergo fecerit princeps, aperietur ei porta, uel iuxta Lxx. aperiet sibi portā quæ respicit ad Orientem: illam uidelicet portam, de qua scriptū est: Hæc porta dñi, iusti intrabunt per eā, & unde oritur sol iustitiæ. Et faciet, inquit, holocaustum suū & pacifica sua, de quibus nunc diximus. Faciet aūt quia spontaneū sacrificium est, & non alij pro eo facient sacerdotes, uidelicet sicut fieri solet in die sabbati. Ergo omni tempore holocaustū & pacificum quod offertur uoluntarie, reseratā habet portam dñi, nec obseruat sabbatū, sed oēs dies ei reputantur in requiem. Deniq; postquā obtulerint holocaustū & pacifica, statim egreditur & clauditur post eum ianua, siue claudit ianuā, ut seruetur principi priuilegiū suum, nec sacrificia eius populo misceantur. Et quia generaliter dixerat, spontaneū holocaustū aut pacifica uoluntaria dño, nec apposuerat taurū siue uitulum, & arietem uel ouem, hircumq; pro peccato, docet quod sit ipsum holocaustum: Agnū, inquiens, anniculum immaculatum faciet holocaustū, & non certis diebus, sed quotidie: nec qualibet hora, sed mane, mane faciet illum: per singula uidelicet mane, quando orto sole lucis exordium est. De quo mane Dauid loquit̄ in psalmo: Mane exaudies uocē meam, mane astabo tibi & uidebo. Et in alio loco: Ad uesperum demorabitur fletus, & in matutino lætitia. Et iterum: Deus deus meus, ad te de luce uigilo. Qui sit autem iste agnus immaculatus, si ue perfectus & anniculus, Esaias plenius docet, dicens: Sicut ouis ad uictimam ductus est, & sicut agnus in cōspectu tondentis se sine uoce, & nō aperuit os suum. Et Hieremias: Ego aūt sicut agnus innocens ductus ad uictimam, non cognoui. Et Ioannes baptista: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Iste est agnus qui immolatur in Aegypto: de cuius sanguine armant postes fidei, & exterminator excluditur. Anniculus aūt, quia prædicauit annū dñi acceptabilem, & diē retributionis. Nec miretur lector, si idem & princeps est & sacerdos, & uitulus & aries, & agnus: cū in scripturis sanctis pro uarietate causarū legamus eū dominū, & deum, & hominē, & prophetam, & uirgā, & radicē, & florem, & principem, & iudicē, & regē, iustum, & iustitiam, apostolum, & episcopum, brachiū, seruum, unigenitum, pastorē, filium, & puerum, unigenitū & primogenitum, ostium, uiam, angelum, sagittam, & sapientiam, & multa alia: quorum omnium, si uoluero testimonia dicere, prio libro indigēt. In holocausto itaq; istius agni immaculati & anniculi qui mane semper offertur, faciet ipse princeps sacrificiū, siue manaa: & similam, siue donū mane, mane sextam partem ephi, subauditur, similæ. Sexta autem pars ephi, dimidius modius est. Si enim ephi, decima pars cori est, id est, tres modij: nulli dubiū quin sexta pars ephi, dimidiū faciat modium. De oleo quoq; mēsuræ hin, tertia pars offertur: ut misceatur, siue aspergatur similæ sacrificiū deo, legitimum, iuge atq; perpetuum: quod nulla intermittitur die: sed omni tempore orto sole semper offertur, ut impleatur quod in fine capituli huius ponitur: Faciet agnū in sacrificiū, & oleum mane, mane holocaustū sempiternū. a ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Hucusq; sermo de principe, nunc de hæreditibus eius præcepta tribuuntur: imō de donis, hæreditate atq; legatis, quibus dare debeat, & quorū sit, uel ad tempus, uel æterna possessio. Si, inquit, filijs suis dederit uel donū, uel hæreditatem, ipsi possidebunt eā: quia eis successionis iure debetur, & de alio ad alium nō potest transire possessio. Sin aūt dederit uni seruorū suorum legati nomine, tamdiu habebit possessionē, quam diu uel septimus annus remissionis qui dicitur שְׁמִטָּה: uel iubileus, hoc est, quinquagesimus aduenit: quādo omnis emptio, atq; donatio reuertitur ad priores dños, ita ut seruus usum habeat pro tēpore, & proprietatem possessionis filij principis. Quod aūt sequitur: Et nō accipiet princeps de hæreditate populi per uiolentiā, siue ut Lxx. transtulerunt, ut opprimat eos: uel ut Aquila & Symmachus, ut affligat eos atq; cōtristet, sed de possessione sua hæreditatē dabit filijs suis: Sugillat non solū illius temporis sacerdotes & principes, sed nostri quoq; qui ditiores fiūt sacerdotes dignitate, & præter ea quæ sibi dñi dispositione debent, tollunt à pauperib. per uiolentiā, uel sub honoris nomine diuites spoliant: ut ipsis quoq; filijs suis quibus paterna debet hæreditas nil de beāt derelinquere, nisi quod sibi à parētib. derelictū est.

Ergo

A Ergo qui ditior est sacerdos quàm uenit ad sacerdotiū, quicquid plus habuerit, nō filijs debet dare, sed pauperib. & sanctis fratribus, & domesticis fidei, qui uincunt merita liberorū: ut reddat ea quę dñi sunt, dño suo, qui loquitur in euangelio: Quicquid uni istorū fecistis, mihi fecistis. Ipse em̄ in pauperibus suscipitur hospitio, uisitatur in carcere, nudus tegitur, sitiens bibit, famturat̄ esuriens. Vt nō dispergatur, inquit, populus meus à possessione sua. Si em̄ licentiā habuerit princeps, uel accipere, uel rapere, uel sub figura honoris tenere, quæ non sunt sua & liberis derelinquere: populus qui in nomine dei fuerat congregatus, dispergē in partes atq; lacerabit: siue iuxta legem, ne paulatim alterius hæreditas transeat ad alium, & pereat funiculus diuisionis, per quē sorte ad unumquēq; uenit hæreditas. Dispergit ergo populū dei, & auert ab eo possessionem fidei sempiternam: qui aliena dona uel bona, uel rapina, uel adulatione, uel blanditijs, uel prætextu religionis, filijs fratribusq; & consanguineis derelinquit. *a* ¶ *Et introduxit me, etc. Et dixit, inquit, etc.*] Hoc enim Hebraice significat זְבַח. Vir qui calamum tenebat manu & funiculum cementarij, quo ædificium metiretur. Introduxit, inquit, me per ingressum qui erat ex latere portæ, uel post tergū portæ. Nec posuit cuius portæ, Orientalis, australis, aut alterius plagæ, sed reliquit incertum: ut irem ad locum sanctuarij, & in gazophylacia, siue in cubicula sacerdotum, quæ respiciebant ad Aquilonē & ad mare, ad Septentrionem uidelicet & ad Occidentem, hanc habente scriptura sacra consuetudinē: ut pro situ terræ Iudææ, semper maré Occidentē uocet. Et considerandū quod locus sacerdotū ubi pro delicto, siue ignorantia & pro peccato coquuntur sacrificia, ne cruda offerant̄, in atriū exterius ad Aquilonē & Occidentē positus sit: unde uentus frigidissimus oritur, & ubi solis lumen occūbit. Ex quo ostenditur, quicquid ad eduliū pertinet: uel pro errore esse, uel pro peccato. Sin aūt & pro ignorantia offertur sacrificiū, quanto magis pro delicti conscientia? Vnde & Iob offerebat mane quotidie hostiā pro filijs suis, timēs ne per ignorantiā deliquissent. Quod aūt sequitur: Vt nō efferant in atriū exterius, & sanctificetur populus qui sanctificationi non fuerat præparatus: illud significat, ne facile non sanctificatis sancta tribuamus, nec mittamus (iuxta Euangeliū) margaritas ante porcos, nec de mus sanctū canibus. Deniq; Moyses tribus diebus ab omni immūditia, & ab uxorū cōplexu uult populū sanctificari, ut accedat ad montē Sina, & sanctificatus sancta suscipiat. Si aūt accessuri ad audiēda & suscipienda uerba dei sanctificari iubent̄ ab uxorib. manifestum est in lege illud apostolicū cōtineri: Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tēpus, ut uacetis orationi, & ex consensu abstinendū ab uxoribus, ut uacemus oratioui. Post hæc scriptū est: Et eduxit me in atrium exterius, & circunduxit me per quatuor angulos atrij, & ecce atriolū erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij, in quatuor angulis atrij atriola dispositā. Illuir quē sæpe comme morat, eduxit eū de loco sacerdotum qui uergebat ad Aquilonē: siue qui erat separatus, ubi coquūt sacerdotes pro delicto, & pro peccato, uel ignorantia, eduxit autem in atriū exterius. Ex quo intelligimus illud atriū de quo egressus est fuisse interius, & multa esse atria in scripturis sanctis, de quibus legimus: Qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. Et in Ioanne: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc atrio, & illas oportet me adducere & uocē meā audiēt, & fiet unū atriū, & unus pastor, hoc em̄ Græce αὐλὴ significat: qđ Latina simplicitas in ouile transtulit. Quādo aūt dicit, ex hoc atrio, ostendit esse & aliud, quod uel in gentiū turba ad distinctionem Israel, uel in cœlis ad separationē terreni atrij demonstratur, & pro qualitate meritorū unicuiq; officio atrium delegatum, super quo in anterioribus plenius disputatum est. Hoc autem atriū de quo nunc sermo est, per singulos angulos quatuor habebat atriola, quæ Lxx. minora uocant & nos pro facilitate sensus ὑποκορισικῶς, atriola diximus. Quadraginta cubitorū erant per longum, & triginta per latū. De quibus numeris in hoc eodē propheta disputasse me memini, quod aliud ad tribulationes & angustias, aliud ad persectam referatur ætatem. Vnde quadraginta diebus Moyses, & Helias, & dñs atq; saluator in eremo ieiunārūt, & ad sacerdotale officiū, non post uicesimumquintū ætatis annum, sed post tricesimū accedunt. Quamobrem & dñs triginta annorū erat, cū uenit ad baptismū, & in hoc eodem propheta tricesimus annus ponit̄ in exordio. Vbi igitur cibi, ibi & angustia atq; tentatio, per quæ parant̄ cibi. Et ubi in perfecti uiri uenerimus ætatem, ibi calcāda sunt omnia, & dicendum: Habentes uictū & uestitū, his contenti simus. Et si dederit mihi dñs cibū ad uescēdum, & uestem ad operiēdū. Vel certe illud: Esca uētri, & uenter escis, deus aūt & hunc & illa destruet. Neq; em̄ in futuro māducabimus & bibemus, sed illo uescemur pane qui de cœlo descendit, de quo in psalterio canit: Panem angelorum manducauit homo. Et: Meus cibus est, ut faciā uoluntatē eius qui misit me. Quod aūt mēsura una uoluntatē eius erat quatuor, quæ atrij maioris angulos possidebant, quatuor mundi significat plagas, qđ in sudore uultus nostri comedamus panem, & oīs labor uētri stercoriq; proficiat: quæ quatuor atriola, uel unus paries ambiebat, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrū, uel propinqua habebāt accubita, ut ubi cibi, ibi & mensarū præparatio. Et ne forsitan ignoraret

Universidad de Deusto
Biblioteca

A raret, ppheta quid essent quæ cerneret, dixit ad eū: Hæc est domus sublimarū, in qua coquent ministri dñi uictimas populi. Populi quidē uictimæ quæ offerunt, p delicto siue peccato & ignorātia, sunt alimēta & refrigeria sacerdotū: ut meminerint nihil aliud debere appetere, cū etiā in templo carnes ad eorum refrigeria præparatæ sint.

Cap. XLVII

ET conuerti me, etc. Et mensus est mille, torrētem, etc.] Pro quo Lxx. trāstulerūt: Et mēsus est mille, & non poterat pertrāsire, qm̄ ferebatur aqua instar præcipitis torrentis, qui transiri non potest. Aquæ istæ quę egrediebantur subter limen domus, id est templi nō ferebantur ad Aquilonem & ad Occidentē, sed ad Oriētem, & in latere tēpli dextro, id est, ad meridiē: ipsamq; meridiē non cuiuslibet loci, sed altaris. Ex quo perspicuū fit sacras esse aquas, & salutaris nostri significare doctrinā, iuxta illud qđ scriptū est: De Sion egredietur lex, & uerbū dñi de Hierusalē. Et in alio loco: Repleta sunt oīa scientia dñi, sicut aqua multa operiens mare. De his aquis & Zacharias propheta uaticinatus est, dicens: In die illo egredietur aqua uiuens de Hierusalē, & mediū eius in mare primū: mediū autē illius in mare nouissimū. De his aquis & ad Samaritanā dñs loquebatur: Si scires quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses eū, & dedisset tibi aquam uiuentē. Et iterū: Omnis qui bibit de aqua ista, sitiet denuo: qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in æternū. Et in tēplo clamabat atq; dicebat: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: hoc aūt dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eū. Istæ sunt aquæ de quibus propheta loquebatur in psalmo: Super aquas refectionis educauit me. Et Ezechiel: Assumā uos de gentibus & de terris, & aspergā super uos aquā mundam, & mundabimini ex omnibus immundicijs uestris. Apparuerunt em̄ fontes aquarū. Et in nonagesimosecundo psalmo canitur: Eleuauerūt flumina dñe, eleuauerūt flumina uoces suas à uocibus aquarū multarū. Mirabiles elationes maris. Istæ sunt aquæ Siloe quæ uadunt cū silentio, de quibus loquit Esaias: Hauritis aquas de fontib. saluatoris. Et psalmista: Benedicite dño de fontibus Israel. Et idem Esaias de dño saluatore: Iste, ait, habitabit in excelsa spelunca petræ fortissimæ. Panis ei dabitur, & aqua illius fidelis. Erupit em̄ in deserto aqua, & uallis in terra sitiēti. Diciturq; credentibus: Noli timere, quoniā redemi te, meus es tu, & si transieris per aquā, tecū ego sum. Et rursum: Qui sititis, ite ad aquā. Et per Hieremiā loquit deus: Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi lacus, qui aquā continere non possunt. Sicut igit̄ legimus in bonā partē aquas quæ egrediunt̄ de limine tēpli, & referunt ad doctrinā ecclesiæ, sic sunt aquæ amaræ, & aquę pessimę: ad quas Hierem. ppheta nos, phibet accedere, dicēs: Quid uobis & uiæ Aegypti, ut bibatis de aquis Geō: quæ Hebraice dicūt שיחור, id est, turbidæ atq; cœnosæ. De qb. iratus super hæreticis loquit deus: Ecce ego cibabo eos

Esa. 4.d
Ibid. 11.c
Zach. 24.b
B
Ioan. 4.b
Ioan. 7.f
Psal. 22.a
Sup. 36.c
Esa. 8.b
Ibid. 12.a
Psal. 67.f
Esa. 33.a
Esa. 43.a
Esa. 55.a
Hier. 2.c
Ibid. 9.e

angustijs, & dabo eis potū aquam fellis, in qua regnat draco Aegyptius, qui dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea, qui omne excelsum uidet, & ipse est rex eorū qui in aquis sunt. Vnde uir ecclesiasticus dñm deprecat & dicit: Saluū me fac dñe, qm̄ intrauerūt aquæ usq; ad animā meā. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, & tēpestas demersit me. Et iterum: Libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarū: nō me præcipitet tēpestas aquæ, nec absorbeat me, p/fundū, neq; urgeat super me puteus os suum. Et in alio psalmo: Nisi quia dñs erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Cū exurgerent homines in nos, forsitan uiuos deglutissent nos. Cū irasceretur furor eorū super nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Et sponsa in Cantico canticorū: Aqua multa nō poterit restingere charitatē, & flumina non demergent eā. Ista est aqua de qua dicit Osee: Contēpsit me Galaad ciuitas quæ operat̄ uanitates conturbans aquā, & fortitudo eius uitiparat. Quæ aqua alio nomine uocat̄ marah, hoc est, amaritudo: in qua lignū crucis mittit̄, & amara uertūtur in dulcia. Cōsidera legē Moysi, si intelligatur iuxta sensum carneū Iudæorū: quō amara sit, effodiēs oculū pro oculo, dentē pro dēte: uide in Thamar fornicationē, & Osee iunctū fornicariæ, Hieremiæ περίωμα, Moysi uxorē Aethiopissam, & interfectionem Aegyptij, & mille alia: quæ si intelligamus iuxta occidentē literā, & nō iuxta spiritū uiuificātē, amara sunt, & lectorē suū nō tam ædificant q̄ destruūt. Istæ igitur aquæ, quę egrediuntur de tēplo dñi, & pergūt ad Orientē, & descendūt in latus tēpli dextrum ad altaris meridiē, ubi spōsus conuiuas suos pascit & accubat. Quod aūt sequitur: Et eduxit me per uiā portæ Aquilonis, & conuertit ad uiā foras portā exteriorē, uiā quæ respiciebat ad Orientē: illud latenter ostendit, quod statim ad portā Orientalē peruenire nō possumus, nisi per uiā portæ Aquilonis lōgo circuitu perueniamus ad eā. Nisi em̄ uentū frigidissimū uicerimus calore fidei, & calcauerimus regiones eius, ut impleat in nobis illud Apostolicū: Deus aūt conteret sata nā sub pedibus uestris uelociter: portā per quā egrediuntur aquæ, & sunt à latere dextro, ingredi nō ualebimus. Et nota quod aquæ istæ quæ egrediunt̄ per portā Orientis: intantū leuas partes fugiunt, ut à dextris altaris ad meridiē pergere describant. Vir aūt, inquit, ille qui habebat funiculū in manu, cū me duxisset per portā Aquilonis forinsecus ad uiā, quæ respiciebat Orientē: & ipse quoq; esset in eodē loco, mensus est eiusdē aquæ mille cubitos, & transduxit me per aquā usq; ad talos: quos Aquila & Symmachus & Theodotio ἀσφαγέλας interpretati sunt, pro quibus Lxx. transtulerūt: & transiuit in aqua, aquā remissionis: quod intelligere possumus prima hominū significare peccata, quæ ingredientib. nobis aquas dñi dimittunt̄, & baptismi ostendunt gratiā salutarē, & initia sunt profectuū, tamen ipsa sublimia. Denicq; ad talos usq; pertingunt, qui plātæ calcaneoq; uicini sunt: qui patet morsib. colubri, dicente dño: Tu eius obseruabis caput, & ipse obseruabit tuum

CAPVT XLVII

ET cōuerti me ad portā domus, & ecce aquæ egrediebant̄ subter limē domus ad Oriētē, Facies enim domus respiciebat ad Orientē. Aquę aūt descendebāt in latus tēpli dextrū ad Meridiē altaris. Et eduxit me per uiā portæ Aquilonis: & conuertit me ad uiā foras portam exteriorem, uiam quæ respiciebat ad Orientē: & ecce aquę redundantes à latere dextro cum egrederet̄ uir ad Oriētem, qui habebat funiculū in manu sua: & mēsus est mille cubitos: & transduxit me per aquā usq; ad talos: (siue transiuit in aqua aquam remissionis). Rursumq; mēsus est mille: & transduxit me per aquam usq; ad genua (siue trāsiuit in aqua, aquā usq; ad fœmina). Et mēsus est mille, & traduxit me per aquā usq; ad renes: (siue & trāsiuit aquam usq; ad lumbos). Et mēsus est mille torrentē, quē non potui pertrāsire, qm̄ intumuerāt aquę profundæ torrentis, q nō poterat transuadari. Et dixit ād me: Certe uidisti fili hoīs, & eduxit me & cōuertit ad ripā torrētis (siue fluminis.) Cumq; me cōuertissem (siue cōuertisset,) ecce in ripa torrētis (siue fluminis) ligna multa nimis (siue arbores multæ nimis) ex utraq; parte. Et ait ad me: Aquæ istæ quæ egrediunt̄ ad tumulos sabuli orientis, quæ descendūt ad plana deserti (siue aqua ista quæ egredit̄ in Galilæā, quæ uergit ad orientē, & descēdit ad Arabiā) intrabūt mare: & exibūt, & sanabunt̄ aquæ. Et oīs anima uiuēs (uel animaliū) quæ serpit (siue serpentiū,) quocunq; uenerit torrēs (siue fluuius) uiuet: & erūt pisces multi satis postq̄ uenerint illuc aquæ istæ, & sanabunt̄, & uiuent omnia ad quæ uenerit torrēs (siue fluuius.) Et stabūt super illas piscatores ab Engaddi usq; ad Engallim siccatio sagenarū erit. Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ. In his autem quæ egrediunt̄ ripas, & sunt palustria, non sanabunt̄, sed in salinas dabunt̄. Et super torrentē (siue fluuiū) orietur in ripis eius ex utraq; parte omne lignū pomiferū (siue frugiferū) non defluet folium ex eo (siue non inueterascet ex eo) & non deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua (siue innouabūtur omnia) quia aquæ eius de sanctuario egredient̄, & erit fructus eius in cibū, & folia eius ad medicinā, (siue & ascensio eius ad sanitatem.) Hæc

Supra 8.a
B
Psal. 37.c
Philip. 2.d
Esaiæ 53.c
Psal. 123.a
Esaiæ 66.d

A tuum calcaneū. Et in psalterio de Iuda dicit̄ proditore:
Psal. 40.c Qui edebat panes meos, magnificauit sup me supplantationē siue calcaneū: hoc em̄ Græcū πτέρνη significat. Post mille aūt cubitos q peruenit̄ usq; ad talū, mensus est in alios mille cubitos in aqua, & transduxit me usq; ad genua. Post remissionē siquidē peccatorū & iter profectuū, qm̄ paululū de terrenis ad altiora conamur, flectimus dño genua, dicente Apō: Vt omne genu flectat̄ cœlestiū, terrestriū & infernorū: & omnis lingua confiteat̄: qm̄ dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Tertio mēsus est mille alios cubitos: & transduxit, inquit, me per aquam usq; ad renes. His em̄ gradibus ad sublimia puenimus: quæ tamen ipsa sublimia usq; ad lūbos & renes perueniūt, ut omnis in nobis ignobilis libido truncetur: & posideamus sanctificationē corporis, sine qua nemo uidet deū. Vnde & in hoc eodē propheta: A pedibus usq; ad lumbos deus igneus cernit̄. Indiget em̄ igne & purgatione opera lumborū, dicente iusto: Qm̄ lumbi mei repleti sunt illusionibus: per quos nobis & in die, & in noctiū phantasmate illudit inimicus. A lumbis uero usq; ad caput & uertice, preciosissimo metallo electri fulgore resplendet: ut nihil in se sordidum, nihil habeat uilitatis. Vnde nunc quarto dicit̄: Et mensus est mille, subaudit̄ cubitos torrentē: quod Lxx. nō transtulerūt, quē nō potui pertrāsire: multo melius q̄ Lxx. qui dixerunt, & nō poterat pertransire. Prophetа enim & omnis humana natura, post lumbos torrentem cogitationū, & incentiua in corde uitiorū, non potest pertransiri. Vir aūt ille qui indutus erat בדים & ductor prophetæ, liquido pertransijt: qui peccatū nō fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Causasq; reddit, cur propheta mille quartos cubitos nō potuerit ptransire: quoniam, inquit, intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui nō potest transuadari. Et quomodo scriptū est, gloriāte propheta: Torrentē pertransiuit anima nostra? Sed facile soluitur, si sciamus pro hoc scriptū esse in Hebræo: Torrēs pertransijt animā meā. De hoc torrente & Esaias loquit: Ecce ego inclino super eos sicuti fluuiū pacis, & sicut torrentem inundantē gloriā. Et in tricesimo quinto psalmo de sanctis dicit̄: In protectione alarum tuarū sperabunt. Inebriabunt̄ ab ubertate domus tuæ: & torrente deliciarū tuarum potabis eos: quoniā apud te fons est uitæ. Et in cētesimo uicesimoquinto: Conuerte dñe captiuitatē nostram, sicut torrēs in Austro. Et super saluatore: De torrēte bibet in uia. Quis enim hominū gloriari potest̄ castū se habere cor: uel ad cuius mentē per oculorū fenestras mors cōcupiscentiæ nō introi-

C
Sup. 29.d
& 23.c
Psal. 68.d
Ibid. 123
Cant. 8.c
Osee 6.e
בְּרֵחַ
Exod. 21.c
D
2. Reg. 13.c
Hier. 13
Num. 12
Exod. 2
Rom. 16.c
Gen. 3.a

bit: & (ut parū dicā) animi titillatio Mūdus em̄ in maligno positus est, & à pueritia appositū est cor hominis ad malū: ut ne unius q̄dē diei à natiuitatis suæ exordio, sine peccato sit humana cōditio. Vnde & Dauid cōfitet̄ in psalmo: Ecce em̄ in iniquitatib. conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Nō in iniquitatib. matris meæ uel certe meis, sed in iniquitatib. humanæ conditionis. Vnde & Apōs dicit: Regnauit mors ab Ādā usq; ad Moysen, etiā sup eos q nō peccauerūt in similitudinē præuaricationis Adæ. Quod cubitos genere masculino, & nō neutrali, cubita dicimus: iuxta regulā grāmaticorū: & in superiorib. docui, nō nos ignorātia hoc facere, sed cōsuetudine propter simplices quosq; & indoctos: quorū in cōgregatione ecclesiæ maior est numerus. a ¶ Et dixit ad me, etc.] Totū capitulū quanq; prolixū sit, simul ponere uolui: ne sensum legētis irrumperē, & lectiōis ordo diuisus in partes, audiētis intelligētiam cōturbaret. Primūq; dicendū, q̄ pro torrente in Hebraico dicit̄ נחל & Græco sermōe χειμάῤῥους appellat̄: Lxx. flumē transtulerūt. Deinde, p Galilæa, quæ Hebraice dicit̄ גלילה Aquila θλωὰς interpretatus sit: qđ tumulos significat arenarū, Symmachus μιτόειον: qđ possumus trāsferre cōfiniū. Pro Arabia quoq; Symmachus inhabitabilē: Aqla, humilia uel plana: Theodotio Arabas transtulerūt. Dicamus ergo qd nobis uideat in singulis. Vir ille q erat ductor Ezechielis, cōmonet prophetā, ut diligētius intueat & uideat, & occulta mysteria oculis mētis attendat. Vocat aūt filiū hominis, uel in figurā dñi saluatoris: etenim Ezechiel interpretat̄ fortitudo uel imperiū dei: uel certe ad cōmonitionē fragilitatis humanæ, ne obliuiscat̄ conditionis suæ, dū ei magna monstrant̄, & cōmonitū ducit atq; cōuertit ad ripā torrentis: ut qm̄ mediā profunditatē transire nō potuerat, saltē ea quę in ripis sunt recognoscat. Cūq; ait, me conuertissem, siue ille me cōuertisset, q ductor erat & monitor: ecce in ripa torrētis, siue fluuij, ligna multa, uel arbores plurimæ nimis ex utraq; parte. Torrēs iste q pro aquarū abūdantia ferē more torrētis: & suscipit de cœlo pluuias, de quo in prēterita diximus lectiōe: ipse à Lxx appellat̄ fluuius, eo q̄ ppetuas aquas habeat, nec de pluuijs hincinde collectas, sed de uiuo & ppetuo fonte manātes. De quo fluuio multa in scripturis sāctis legimus, sed in præsentiarū pauca dicenda sunt, ac primū illud: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et in alio loco: Flumen dei repletū est aquis, præparasti cibum eorum: quia sic est præparatio tua. Rursumq; pluraliter: Eleuauerūt flumina domine, eleuauerūt flumina uoces suas

C
1 Ioan. 1.d
Gen. 8.c
Psal. 50.d
D
Rom. 5.c
Psal. 45.a

A à uocibus aquarũ multarũ: Mirabiles elationes maris.
Esaiæ 43.c Et in Esaia: Faciã in deserto uiã, & in inuio flumina. Et in
ibid. 44 alio eiusdẽ loco manifestius: Apparebit in Sion fluuius
decurrẽs gloriosus in terra sitiẽti. Super hũc fluuiũ erãt
arbores plurimæ ex utraq; parte ripæ, ut inter duo scili
cet instrumẽta uetus & nouũ, clausus curreret fluuius.
Ligna aũt multa uel arbores plurimas & multas nimis,
illas arbitror, quas in paradiso scriptura commemorat
pomis uarijs abundare: docetq; propheta ductor præ
tuus & magister, & dicit: Aquæ istæ quæ egrediunt uel
in Galilæã gentiũ, iuxta Lxx. uel (ut uerius in Hebræo
continet) ad tumulos sabuli orientalis, & descendũt ad
plana deserti, uel ad Arabiã, intrabunt mare uel ad exi
tus maris, & sanabunt aquę. Aquas uel baptismi gratiã
uel euãgelicã significare doctrinã, dudũ diximus. Quæ
si egrediant de limine tẽpli dñi, & apostolicã teneant di
sciplinã: tumulos sabuli, steriles prius & infertiles faciũt
esse frugiferos: & omnia plana atq; deserta ita irrigant,
ut exprimãt in se Hierichontini fluuij sacramentũ: quẽ
4 Reg. 2.d Helisæus euãgelico & apostolico curauit sale: intantũ ut ubi
prius sterilitas fuerat & mors, ibi ubertas esset & uita.
Nec solũ deserta sanarũt, sed intrant mare orientale: ma
re uidelicet mortuũ, in quo nihil poterat esse uitale, &
mare amarissimũ, quod Græce λίμνη ἀσφάλτου, id est,
stagnũ bituminis uocat. Mirumq; in modũ aquis euan
gelicis aquæ sanant mortuæ: quæ ab eo q nihil in se ui
Ioan. 14.a tale habeãt, nomẽ mortis sortitæ sunt. Non eñ nouerãt
eum qui dicit: Ego sum uita & ueritas. Et reuera iuxta li
teram hucusq; nihil quod spiret & possit incedere præ
amaritudine nimia in hoc mari reperiri potest, nec co
chleolæ quidẽ paruiq; uermiculi & anguillæ, & cætera
animantiũ siue serpentiũ gña: quorũ magis corpuscula
possumus nosse q̃ nomina. Deniq; si Iordanis auctus
imbribus pisces illuc influẽs rapuerit, statim moriunt,
B & pinguibus aquis supernatãt. Cum hæc itaq; nihil uti
litatis habeãt, ut simplex sermo testat: etiam si facta fue
rint, quod stulta Iudæorũ superstitio credit: iuxta intelli
gentiã spiritualẽ dñi torrẽte curatæ, habebũt pisces plu
rimos, & uiuẽt omnia ad quæ torrẽs iste peruenerit: ita
עֵין גֶּדִי ut piscatores stent super ripas ab Engaddi usq; ad En
עֵין אֶגְלַיִם gallim: quorũ prius fontẽ siue oculũ hædi, sequẽs fontẽ
oculumue uitulorũ sonat. Engallim eñ in principio est
maris mortui, ibi Iordanis ingredit. Engaddi uero ubi
finit atq; consumit. Mare aũt mortuũ illud puto esse, de
Zach. 14.b quo Zacharias loquit: In die illa egredient aqua uiuens
de Hierusalẽ, & mediũ eius in mare primũ. Daniel quo
Dan. 7.a que in hæc uerba cõsentit: Videbã, & ecce quatuor uẽti
Psal. 92.a cœli innitebãt in mari magno. Et Dauid: Mirabiles ela
tiones maris. Et ex persona saluatoris in psalmo: Veni
in profundũ maris, & tẽpestas demersit me. Rex quoq;
Ægypti iuxta eundẽ Ezechielẽ draco appellat, q habi
tat in mari, & uentilat fluminib. quasi cornib. suis. Et ite
Psal. 103.c rũ: Hoc mare magnũ & spaciosum. Quod q̃ diu nõ su
sceperit in se aquas fluminis siue torrentis, omne quod
in se habet, mortificat: sed dñs, de quo dictũ est: Percu
tiet & curabit post duos dies, & in die tertio surgemus,
& uiuemus in cõspectu eius: ipse loquit in eodẽ, pphe
Osee 6.a ta Osee: Ego colligaui Ephraim, suscepi eum in brachio
meo: & nõ cognouerũt, quia sanaui eos in correptione
hominis, q uulneratus est propter peccata nostra, & in
Esaiæ 53.b firmatus, p iniquitatib. nostris. Disciplina pacis nostræ
super eum, & liuore eius sanati sumus. Ipse istud mare
quod est salsissimũ, & nimia amaritudine mortuũ, sua
ibid. 61.a morte sanauit, q dicit p Esaiã: Spiritus dñi super me, p
pter q̃ unxit me, euangelizare pauperib. misit me: sana
re eos q cõtriti sunt corde. Vnde & per Hieremiã clami
Hier. 3.g tat: Conuertimini filij conuertẽtes, & sanabo contritio
nes uestras. Dixit eñ populus impatiẽs, & dolorẽ uul
nerũ suorũ diutius ferre nõ sustinẽs: Trãsiuit æstas, per-
transijt messis, & nos saluati nõ sumus. Vnde respondit C
ei dñs: Nunquid resina nõ est in Galaad, aut medici nõ Hier. 8.g
sunt ibi? Quare nõ ascendit sanatio filiæ populi meæ? Et
ipse Hieremias uociferat & dicit: Sana me dñe, & sana
bor: saluũ me fac, & saluus ero. Deniq; angeli qui præsi
des erant populi Iudæorũ, eo tẽpore q̃ clamauit mul
titudo insipiens, & ait: Sanguis eius super nos & super Matt. 27.c
filios nostros. Et: Velum tẽpli scissum est, & omnia He
bræorũ sacramẽta reserata, responderũt præcipiẽti dño
atq; dixerunt: Curauimus Babylonẽ, & non est sanata: Hier. 51.d
relinquamus eam, urbem uidelicet confusionis atq; ui
tiorũ. Vnde & Iosephus in sua narrat historia: q postq̃
dñs crucifixus est, & uelum templi scissum est, siue limi
nare templi fractũ corruit: audita sit uox in adytis tem
pli uirtutũ cœlestiũ, Transeamus ex his sedibus. Hoc to
tũ non superfluo sed necessario dictũ sit: quia mare mor
tuũ, influente in se flumine dñi, dicit esse curatũ. Super
hoc mare ab Engaddi oculo & fonte hædi, q pro pecca
to semper offert, usq; ad Engallim fontem uitulorũ, qui
mactant dño, & imitant uitulum cornua efferentẽ & un
gulas, qui in typo saluatoris ad altare mactat, erunt pi- Matt. 4.c
scatores quibus loquit dñs Iesus: Venite ad me, & facia Hier. 16.c
uos piscatores hominũ. De quibus & Hieremias: Ecce
ego, inquit, mittã piscatores. Et plurimæ species, imõ ge Ioan. 21.c
nera piscium erunt in mari quondam mortuo. Quos pi
sces ad dexterã partem iubente dño extraxit Petrus, &
erant centum quinquagintatres, ita ut præ multitudi
ne eorum retia rumperentur. Aiunt autem qui de ani
mantiũ scripsere naturis & proprietate, qui ἁλιευτικὰ
tam Latino q̃ Græco didicere sermone, de quibus Op
pianus Cilix est poeta doctissimus, centũ quinquagin
tatria esse genera piscium, quæ omnia capta sunt ab apo
stolis, & nihil remansit incaptũ, dum & nobiles & igno
biles, diuites & pauperes, & omne genus hominum de
mari huius sæculi extrahit ad salutem. Quod aũt sequi- D
tur: In littoribus eius & in palustribus, siue in his quæ
extra littora egrediunt, aquæ non sanabunt: illud laten
ter ostendit, q̃ qui in Noe arca nõ fuerit, pereat regnan
te diluuio, & quos iste fluuius non attigerit, non susci
piant sanitatẽ, sed in salinas, inquit, dabunt, iuxta illud
quod scriptũ est: Pestilente flagellato, stultus sapientior Prou. 19.d
erit. Erudiunt enim bonos exemplapeiorũ. Siue in sali
nas dabunt, iuxta illud quod in euangelio scriptũ est: Mar. 9.g
Bonum est sal, si autẽ sal insipuerit, in nihil est uti
le, ut in perpetuũ frugibus careant & uirore. Quod &
urbs post ruinã sale conspersa demõstrat. Super torren
tem uero siue fluuiũ orietur in ripis eius ex utraq; par
te omne lignũ pomiferũ: siue ut oẽs uoce cõsona trãsitũ
lerunt, βρῶσιμον, quod cibum & esẽa tribuit, & quod
mandi potest: appellaturq; lingua Hebraica בראבל & Ezech. 47.c
nihil, iuxta Lxx. ueterascet in eo: sed quotidie innoua
buntur fruges eius, siue non defluet foliũ ex eo, & non
deficiet fructus eius, iuxta illud quod in primo psalmo
scriptũ est: Et erit tanq̃ lignũ quod plantatũ est secus de
cursus aquarũ, quod fructũ suum dabit in tẽpore suo,
& folium eius non defluet. Per singulos, inquit, menses
afferet primitiua: siue ut in Lxx. scriptũ est, Fructus eius
in renouatione sui primitiua dabit: ut oẽs credentiũ fru
ctus primitiæ sint, & singuli menses singulis apostolis
deputent. Hoc aũt eueniet, q̃ aquæ eius de sanctuario
egredient. Ne putemus ripariũ esse uel arborũ aut men
sium tantarũ frugum abundantiã, reddit causas uberta
tis, & infert: Quia aquæ eius de sanctuario egrediẽtur. Rom. 9.c
Non ergo uolentis neq; currẽtis, sed miserentis dei est.
Horum omniũ lignorum principatũ tenet lignũ uitæ,
quod intelligit sapientia, de qua scriptũ est: Lignũ uitæ Prou. 3.c
est omnibus credentib. in eam. Illudq; quod dicitur: Et
erunt fructus eius in cibũ, & folium eius ad medicinã,
diuinorum librorum sacramẽta demonstrat: quorum
alterum

A alterum pertinet ad literã, alterũ ad spiritũ, ut uerba sim
plicia intelligamus in foliis, in fructib. uero sensum la
tentẽ. Sicut enim scientia scripturarũ ducit ad regna cœ
Ioan. 6.c lorũ: & præbet nobis panẽ q̃ dicit: Ego sum panis q̃ de
cœlo descendi, sic folia eius moralẽ doctrinã continẽt,
& tribuũt sanitatẽ, ut
peccantiũ curẽt uul
nera. Pro foliis quæ
Hebraice dicunt עֲלֵה
propter uerbi & uocis
similitudinem, Lxx.
ascensionẽ transtule
rũt: quod & ipsum sic
edisseri potest, ut post
cibos fructuũ, uerbo
rũ monitis ad cęlestia
cõscendamus. a ¶ *Hæc dicit dominus deus, etc.*]
Pro eo quod nos di
ximus, quia Ioseph
duplicem funiculum
habet: Lxx. transtule
runt, augmentũ funi
יוֹסֵף culi. Etenim Ioseph in
terpretatur augmen
tum, rem intelligentes pro nomine, & lectoris animum
confundentes. Subtracta enim Leuitica tribu, & templi
sacrificijs delegata, remanebant undecim tribus: quarũ
tribus Ioseph diuisa est in duas, Ephraim & Manasse,
Iosue 17.d qui dixerunt ad Iosue filium Nun: Quare dedisti mihi
possessionem sortis & funiculi unius, cum sim tãtę mul
titudinis, & benedixerit mihi dñs? Quibus respondit
Iosue: Si populus multus es, ascende in syluam, & suc
cide tibi spacia in terra Pherezei & Raphaim, quia an
B gusta est tibi possessio mõtis Ephraim. Et iterũ: Dixitq;
Iosue ad Ephraim & Manasse: Populus multus es & ma
gnæ fortitudinis, nõ habebis sortẽ unam, sed transibis
ad montem: & succides tibi atq; purgabis ad habitan
dum spacia, & poteris ultra procedere, cum subuerteris
Chananæum: quem dicis ferreos habere currus, & esse
fortissimũ. Hoc propterea dixerim, quia nunc scriptu
ra cõmemorat Ioseph, hoc est, Ephraim & Manasse du
plicem habere funiculum. Singulæ autem tribus iuxta
multitudinem suam, æqualia accipiunt terræ spacia: ne
quaquam arbitrio diuidentis, sed sorte quæ in domini
Iosue 19.d potestate consistit. Deniq; & ipse Iosue, qui diuisor terrę
fuit, non propriam sibi separauit terram, ne optimam
elegisse uideretur, sed accepit à principibus omniũ tri
buum Thamnathsareth in monte Ephraim. b ¶ *Hic est autem terminus, etc.* Inter descriptionẽ terræ sanctæ duo
decim tribuũ Iosue filij Nun, & quæ nunc per Ezechie
lem fieri imperatur, hoc interest: q̃ ibi inter tribus sorte
Num. 34.b terra diuidit, hic dñi iubentis arbitrio delegat. In Nu
merorũ igitur libro, in quo omnis terra repromissio
nis per quatuor plagas breui sermone diuidit: ab aqui
lone, id est plaga septẽtrionali ista descriptio est. Porrò
ad septentrionalẽ partẽ à mari magno termini incipiẽt,
peruenientes usq; ad montẽ altissimũ, à quo uenient in
Hemath, usq; ad terminos Sedada: ibuntq; cõfinia usq;
Zephrona, & uillam Enan, siue Haser Enon: Dicuntq;
Hebræi septentrionalem plagã incipere à mari magno:
quod Palæstinæ, Phœnicis & Syriæ, quę appellatur Cœ
le, Ciliciæq; prætenditur littoribus, & per Ægyptũ ten
dit ad Libyam. Quod autem dicit: Peruenient termini
usq; ad montem altissimum, idem Hebræi autumant
uel Amanum montẽ significari uel Taurum: quod no
bis uidet uerius. A quo, inquit, uenies in Hemath, quæ
nũc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudelissimo
tyrannorum nomine cõmutato. Nam cognomentum
habuit Ἐπιφανὴς. Vsq; ad terminos, inquit, Sedada, q c
locus & in præsenti Ezechielis ponit lectione: Ibũt con
finia usq; Zephrona: quam urbẽ hodie Zephyriũ oppi
dum Ciliciæ uocãt. Hoc aũt quod sequit: Et uilla Enan:
pro quo in Hebraico scriptũ est חֲצַר עֵינָן siue Enan, &
præsens continet lo
cus. Et interim secun
dum historiã breui
ter strinxisse sufficiat,
& tam Numerorũ q̃
Ezechielis descriptio
nem sibi ex latere co
pulasse, ut prudens le
ctor intelligat in qui
bus uel eadẽ, uel uici
na, uel diuersa cõme
morarint. Nunc inter
pretatus nominib. sin
gulorũ, sequamur a
nagogen, & q̃d nobis
uideat in singulis, prę
bẽte dño disseramus.
Hethalon interpretat חֶתְלוֹן
incunabula mœroris:
Sedada latus eius, à la עֲדָדָה
tere, non à latitudine intellige: Hemath furor, qui Græ חֲמַת
cè χόλος: Berotha putei: Sabarim circuitus montium: בְּרוֹתָה
Damascus sanguis sacci, & oculi siue poculi. Domũ aũt סִבְרַיִם
siue atriũ Thicon, Symmachus interpretatur, atriũ me- זְבַרְשַׁיִם
dium: quod pergit ad terminos Hauran. Igitur Thicon תִּיכוֹן
medium sonat. Hauran, quam Lxx. in Græcum uertere חַוְרָן
sermonem, Hauranitidis, iracundiam. Haser aũt Enon, חֲצַר עֵינָן
quæ est terminus Damasci, in lingua nostra dicit atriũ
fontis. Septentrionalis igitur plaga incipit à mari ma
gno per uiam Hethalon, quod interpretatur incunabu D
la mœroris, & per pœnitentiã uenit ad Sedada, ubi est
ex latere declinatio. Intelligimus enim impendentẽ no
bis Hemath, hoc est indignationẽ dei: siue Hemath ue
ritate comperta, aperiuntur nobis putei Berotha: quos
foderunt principes, Abraham, Isaac, & Iacob: longoq;
circuitu peruenimus ad montes Sabarim: q positi sunt
inter Damascum, hoc est, sanguinem cilicij & cõfinium
Hemath, ut suprà diximus, ueritatis. Sicut eñ per mœ
rorem declinamus mala impendentia, & ex latere deui
tamus: sic post sanguinẽ & ciliciũ uitæ sanguinariæ, an
tequam ueniamus ad confinia Hemath, circuimus &
peruenimus ad montes, de quibus scriptũ est: Montes Psal. 124.c
in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Qui
locus appellatur atrium Thicon, hoc est atrium mediũ,
ut interpretatus est Symmachus: iuxta terminos Hau
ran, quod iracundiã sonat, & cum prophęta dicamus:
Iram dñi sustinebo, q̃n peccaui ei. Et à mari usq; termi Michee 7.b
nos Damasci, in quo & apostolus Paulus à furore Iudai Act. 9.a
co, & effusione ecclesiastici sanguinis, lumẽ cæcitate con
spexit, & assumpto cilicio persecutionis ueteris, euan
gelium prædicauit: ut peruenirent ad atrium fontis æter
ni, & in aquilone quondam positus apprehenderet ter
minum ueritatis. c ¶ *Porrò plaga orientalis de, etc.*] Pro
quo in Numerorum libro ita scriptum reperi: Inde Num. 34.b
metuentur fines contra orientalem plagam de uilla E
nan, hoc est, Haser Enon, usque Sephama: & de Se
phama descendent termini Rebla contra fontem: inde
peruenient contra orientem in mare Cenereth, & ten
dent usque ad Iordanem, & ad ultimum claudentur
mari. Suprà dixerat: Et erit terminus à mari usque ad
Haser Enon, terminus Damasci. A fine igitur septen
trionalis plagæ, hoc est, atrio Enan, rendunt fines iux
ta Numerorum librum usque Sephama, quam He
bræi Apamiam nominant, & de Apamia descendunt
termini

A termini in Rebla, quæ nunc Syriæ uocaꝫ Antiochia. Et ut ſcias Reblam hanc ſignificare urbẽ, quæ nũc in Syria cœle nobiliſsima eſt, ſequit: Cõtra fontẽ, quẽ perſpicuũ eſt ſignificari Daphnen: de quo fonte ſupradicta urbs, aquis abundantiſsimis fruit. Hic aũt locus à Cn. Pompeio, qui primus Iudæã Romano ſubegit imperio, militari manu cõſitus eſt, & ab eo iuxta fabulã poetarũ, Daphnes nomẽ accepit ob lauros & cypariſſos: quæ arbores in ipſo loco frequentiſsimæ ſunt. Inde, inquit, peruenietꝫ termini cõtra orientalẽ plagã ad mare Chenereth, uſqꝫ ad ſtagnũ Tyberiadis Mare aũt dicit, cũ habeat dulces aquas, iuxta idioma ſcripturarũ: quo cõgregatiões aquarũ appellant maria. Et tendẽt, inquit, termini uſqꝫ Iordanẽ, & ad ultimũ claudent mari, uel mari mortuo, uel ut alij putãt, lingua maris rubri: in cuius littore Ahila poſita eſt: ubi nunc morat legio & præſidiũ Romanorũ. Hoc iuxta Numerorũ librũ dictum ſit: iuxta Ezechielẽ uero de medio Hauran, quod eſt oppidũ Damaſci in ſolitudine, & de medio Galaad, q mõs Libani collibus copulatus, cecidit in ſortẽ Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, & eſt à tergo Phœnicis & Arabiæ,
B Gen. 31.c ad quem montẽ peruenit de Carris profectus Iacob, & cõprehenſus eſt à Laban, de quo & Hieremias loquit:
Hier. 22.b Galaad tu mihi initiũ Libani, quã cepit de Amorreorũ regione Galaad filius Machir, filij Manaſſe: finisqꝫ huius plagæ Iordanis fluuius diſterminãs & mare orientale: quod in hoc loco mare mortuũ, nõ linguã maris rubri intelligunt. Dicamus iuxta tropologiã: Poſt terminos aquilonis longo circuitu per Hethalon, & Sedada, & Berotha, Sabarim quoqꝫ, Thicon, & Hauran, & Damaſcũ, & atriũ Enon, ad Hemath uſqꝫ peruenit orientalis plaga, de medio iracundiæ Hauran, & de medio Damaſci, ſanguine uidelicet pœnitẽtiæ, & de medio Galaad, quod interpretat reuelatio, uel tumulus teſtimonij, ut poſt irã & pœnitentiã, ſpẽ ſalutis oſtẽdat: & de medio terræ Iſrael, quæ uiſionẽ cõtinet pacis, uſqꝫ ad dulciſsima Iordanis fluẽta pertingat: quæ longe ſeparato mari lumen orientis conſequit, ita ut fluuio Iordanis, q interpretat riuus iudicij, & oriẽtis termino finiat. Quod aũt in Lxx. ponit φοινικῶν ☉, id eſt palmeti, in Hebræo nõ habet: pro quo nos meriemini interpretati ſumus. Erroꝛqꝫ manifeſtus, quod pro הַבְּרוֹתָה literæ decepti ſimilitudine ר & ד legerũt הַבְּדוֹתָה
Num. 34.a Pro quo in Numerorum libro ita ſcriptum eſt: Incipiet à ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom, & habebit terminos contra orientẽ mare, qui circuibunt auſtralem plagam per aſcenſum ſcorpionis, ita ut tranſeant Senna, & perucnient in meridie uſqꝫ ad Cades barne: unde egredientur confinia ad uillam nomine Addar, & tendent uſqꝫ ad Aſemona: ibitqꝫ per gyrum terminus ab Aſemona uſqꝫ ad torrentem Aegypti, & maris magni littore finietur. Quod breuiter hoc ſignificat, ne per occaſionẽ Ezechielis, ad expoſitionem uideamur Numerorum tranſiſſe latiſsimam. A ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom, & mari rubro terminum circuire, & per aſcẽſum ſcorpionis, & per Senna & Cades barne & atriũ Addar: C
& ab Aſemona peruenire uſqꝫ ad torrentẽ Aegypti: qui iuxta urbem Rhinocorurã mari influit. Hic uero terminus plagæ auſtralis, hoc eſt meridianæ incipit à Thamar: quæ urbs in ſolitudine eſt, quã & Salomon miris operibus extruxit: & hodie Palmyra nuncupat, Hebræoqꝫ ſermone תַּמָּר dicit, quæ in lingua noſtra palmã ſonat: uſqꝫ ad aqꝫs cõtradictiõis Cades, quã in deſerto eſſe nõ dubiũ eſt, & torrẽs ingrediẽs mare magnũ, hoc quod Aegypti Palæſtinæqꝫ prætẽdit litoribus, & hæc eſt plaga auſtralis ad meridiẽ. Poſt plagam ergo aquilonis & orientis, qñ ortus nobis fuerit ſol iuſtitiæ, accipimus meridianã plagã, qñ totũ nobis deſuper lumen infundit, & cum Abrahã inimus cõuiuiũ, & inebriamur ui
Gen. 19.d no quod lætificat cor hominis, cũ Ioſeph & fratrib. eius.
Pſal. 193.b Incipit aũt iſta poſſeſsio, & hi termini à Thamar: à palma uidelicet uictoriaqꝫ uitiorũ, uſqꝫ ad aquas contradictionis. Semper eñ uirtutib. contradicit. Vnde & prædicationi euangelicæ, Iudæi contra Paulũ diſſerẽtes, in
Act. 15.d toto orbe aſſerũt contradici. Et in euãgelio legimus, Symeone dicẽte: Hic erit in ruinã & in reſurrectionẽ mul-
Luc. 2.c torũ, & in ſignũ cui contradicet. Omnis aũt cõtradictio
D eſt ſanctitatis, quod interpretat Cades, dicente Pſalmiſta: Concutiet dñs deſertũ Cades: quod uidelicet primũ
Pſal. 28.b nõ habebat dñi ſanctitatẽ, ſed concuſſum eſt atqꝫ cõmotum, ut reciperet hoſpitẽ deũ qui dicit: Super quem re-
Eſaiæ 66.b quieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietũ & trementẽ uerba mea? Poſt deſertũ Cades uſqꝫ ad mare magnũ in meridie plagæ auſtralis torrẽs eſt, de quo ſuprà diximus: q non de terra, ſed de cœlo pluuias habet diuerſarũ uirtutũ uarietate collectas. b ¶ *Et plaga maris, etc.*] Hæc eſt plaga maris de qua manifeſtius & breuius ſcribit Numerorũ liber. Plaga aũt occidentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine concludet, hoc eſt, de mari uſqꝫ ad mare: ad torrentẽ uidelicet Rhinocoruræ, q influit in mare, uſqꝫ ad eum locũ qui eſt cõtra Hemath urbem Syriæ, de qua ſuprà diximus. Occidẽs aũt iuxta leges tropologiæ ſemper in mari eſt, ſemper in ſalo & fluctibus, ubi quotidie naufragia ſuſcitant: & miſerorũ neces, & diuitiarũ & mercĩũ amiſsio, & tamẽ cũ hæc oĩa patientia fregerimus, uenimus per directũ ad Hemath, hoc eſt, ad dñi ueritatẽ, qui uictis perſecutionibus, æterna nobis præmia repromiſit. c ¶ *Et diuidetis, etc.*] Per hoc capitulũ diſcimus, & decutit ſuperciliũ Iudæorũ, nihil inter Iſrael & gentiũ populũ eſſe diuiſum. Si eñ aduenis & alienigenis cum his qui ſunt de populo Iſrael, hoc eſt indigenis terra diuidit: nulli dubium eandem eſſe hæreditatem populi gentium & populi Iudæorum: ſi tamen conuerſi fuerint ad cultũ dei Iſrael, quod proprie nomen poſsidet Chriſtianũ, habentibus Iudæis legis literam, & nobis ſpiritũ: illis tenẽtibus membranas, & nobis eũ qui eſt ſcriptus in mẽbranis. Et apud Moyſen ſorte terra diuiditur: hic autẽ, ut diximus, dñi iudicio delegatur: unaqꝫ poſſeſsio eſt aduenæ & Iſraeli, & in ſingulis tribubus datur hæreditas iubente dño deo.

Et hæc

Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terræ Iſrael: Iordanis diſterminans, ad mare orientale metiemini plagam orientalẽ. Plagã aũt auſtralis, meridiana à Thamar uſqꝫ ad aquas contradictionis (ſiue ad aquas Mariboth: hoc enim contradictio ſiue Ἀναντιγαμὸς, hoc eſt, iurgia ſonat.) Cades quoqꝫ & torrens uſqꝫ ad mare magnũ, hæc eſt plaga ad meridiẽ auſtralis. Et plagã maris, mare magnũ à confinio per directũ, donec uenias Hemath, hæc eſt plaga maris. Et diuidetis terrã iſtam uobis per tribus Iſrael, & metietis eam in hæreditatẽ uobis & aduenis qui acceſſerunt ad uos, qui genuerint filios in medio ueſtri, & erunt uobis ſicut indigenæ inter filios Iſrael, uobiſcum diuident poſſeſsionem in medio tribuum Iſrael. In tribu autem quacunqꝫ fuerit aduena, ibi dabitis poſſeſsionem illi, ait dominus deus.

A Et *hæc nomina tribuum, etc.*] Deſcripta terræ ſanctæ poſſeſsione tam iuxta præſentẽ Ezechielis prophetiam ꝙ̃ iuxta Numerorũ librum, nunc ſingularũ tribuum à plaga orientali uſqꝫ ad plagam occidentis, id eſt, maris poſſeſsio deſcribitur, & primũ fines accipiũt ab aquilone iuxta uiam Hethalon pergentibus Hemath, atrium ſiue Haſer Enon terminũ Damaſci ad aquilonem iuxta Hemath, de quibus ante iã diximus. Incipit autem primũ tribus Dan, ſecunda Aſer, tertia Neptalim, quarta Manaſſe, quinta Ephraim, ſexta Ruben, ſeptima Iudæ, hoc eſt à ſiniſtra parte: & completur numerus ſeptenarius: Deinde primitiæ ſacerdotum & leuitarũ domini in medio, ſanctumqꝫ ſanctorum. Vrbs quoqꝫ ipſa deſcribit per ſingula latera in quadrum, quatuor milia & quingentos habens calamos. Suburbana quoqꝫ ſacerdotũ & leuitarum per ordinẽ deſcribuntur, & poſſeſsio principis. Rurſumqꝫ à parte dextera ſuccedunt quinqꝫ tribus à plaga
B ſimiliter orientis uſqꝫ ad plagã occidentis: quarũ prima eſt Beniamin, ſecũda Symeon, ſuã ſpecialiter habens poſſeſsionẽ, & nequaqꝫ ut prius mixtã cũ Iuda: tertia Iſachar: quarta Zabulon, quinta Gad, portęqꝫ ciuitatis ternę per ſingulas plagas, & nomẽ ipſius ciuitatis, quod in fronte pontificis auri lamina continet. De quib. uniuerſis in ſuis diſſeremus locis. Hocqꝫ notandũ, ꝙ quadragintaocto ciuitatũ quæ
Num. 25.d in Numerorũ uolumine tribui Leuiticæ dant ad habitandũ cũ ſuburbanis ſuis, hic ſilent nomina, & ciuitates fugitiuorum: quarum tres trans Iordanem, Boſor uidelicet & Ramoth & Gaulon in duabus & dimidia tribu datæ ſunt: & tres intra Iordanẽ, Cades uidelicet, & Sichem, & Cariatharbæ. Neqꝫ enim opus erat in deſcriptione myſtica, & habitatione ſanctorũ & couerſatione perfecta, fugituorũ deſcribi auxilia: quibus Iſrael indiguit adhuc in terra poſitus, & per multos labores atque diſcrimina ad hanc ciuitatẽ uenire feſtinans, & in
Pſal. 38.c ſingulis ſanctis loquens: Aduena ſum atqꝫ peregrinus
Ibid. 119.b ſicut omnes patres mei. Et in alio loco: Habitaui cũ habitantibus Cedar: multum peregrinata eſt anima mea.

b ¶ Et *ſuper terminum Iuda à plaga orientali uſque ad plagam maris, erunt primitiæ, etc.*] Superfluum eſt diſſerta diſſerere, & in quibus ſuprà laborauimus, quaſi non ſint dicta iterum laborare. Poſt ſeptem tribuum terminos, ab oriente uſqꝫ ad occidentem deſcribuntur primitiæ: quarũ latitudo teneat uigintiquinqꝫ M. calamorũ: longitudo uero ſicuti tenent ſingulæ tribus ab oriente uſqꝫ ad mare: cuius longitudinis incertus eſt numerus. Neqꝫ enim in ſingularũ deſcriptione tribuũ, mẽſura deſcripta eſt. Sin autem latitudo habet uigintiquinqꝫ milia calamorum, conſtat datur multo maiorẽ eſſe numerũ longitudinis, quę ſemper maior eſt latitudine. In medio au C
tem ſanctuarium ponitur iuxta primitias quæ ſunt domino ſeparatæ, longitudinis uigintiquinqꝫ milium calamorum, & latitudinis decem milium, quæ legens nihil aliud poſſum dicere, niſi illud Apoſtoli: O profun- Rom. 11.d
dum diuitiarũ ſapientiæ ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Et in alio
loco: Vt poſsitis com Epheſ. 3.d
prehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum, ſcire etiam ſupereminẽtem ſciẽtiæ charitatẽ Chriſti, ut impleamini in omnẽ plenitudinem dei. Vigeſimumquintum aũt numerum referri ad ſenſus, de quibus dictũ eſt: Senſum diuinum poſsidebitis, & decem milium ad perfectã conſummatamqꝫ uirtutẽ quæ decalogo ueteris inſtrumenti ad euangelicum perueniat ſacramentum, & prius breui ſermone perſtrinximus, & hic ex parte cõmonebimus. Si eñ D
ab uno addens numero, ad quatuor per uenias, denarium im

CAPVT XLVIII

Et Thæc nõmina tribuũ, à finibus aquilonis iuxta uiã Hethalon pergentib. Hemath atrium Enon, termi nus Damaſci ad aquilonẽ iuxta Hemath, et erit ei à plaga oriẽtali mare, Dan una. Et à termino Dan à plaga orientali uſqꝫ ad plagam maris, Aſer una. Et ſuper terminum Aſer à plaga orientali uſqꝫ ad plagã maris, Neptalim una. Et ſuper terminum Neptalim à plaga orientis uſque ad plagam maris, Manaſſe una. Et ſuper terminũ Manaſſe à plaga orientali uſque ad plagam maris, Ephraim una. Et ſuper terminũ Ephraim à plaga orientali uſqꝫ ad plagam maris, Ruben una. Et ſuper terminũ Ruben à plaga orientali uſqꝫ ad plagam maris, Iuda una. Et ſuper terminum Iuda à plaga orientali uſqꝫ ad plagam maris erunt primitiæ quas ſeparabitis, uigintiquinqꝫ milia latitudinis & longitudinis, ſicuti ſingulę partes à plaga oriẽtali, uſqꝫ ad plagam maris, & erit ſanctuarium in medio eius. Primitiæ quas ſeparabitis domino, lõgitudo uigintiquinqꝫ milibus, & latitudo decem milibus. Hę aũtem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum, ad aquilonem longitudinis uigintiquinqꝫ milium, & ad mare latitudinis decem milia, ſed & ad oriẽtẽ latitudinis decem milia, & ad meridiem longitudinis uigintiquinqꝫ milia, & erit ſanctuarium dñi in medio eius. Sacerdotibus erit ſanctuarium de filijs plebis numerum: atqꝫ ita fiet ut & uetus teſtamentum conſtringatur in nouo, & nouum in ueteri dilatetur.

c ¶ *Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum, etc.*] Quatuor primitiarum ſanctuarij deſcribuntur plagæ, quæ non ad populum, nec ad uulgus ignobile, neqꝫ ad leuitas inferiorem gradum, ſed proprie ad cultum pertinẽt ſacerdotum: aquilonis uidelicet & occidentis, & orientis, & auſtri: & per partes profectuum ordo narratur, ut aquilonis frigora relinquentes, ueniamus ad occidentem: quod ſcilicet occidant nobis uitia atqꝫ intereant, & inde tranſcendamus ad orientem: ortoqꝫ nobis ſole iuſtitiæ, ueniamus ad meridiem, in quo clariſsimum lumen atqꝫ perfectũ eſt, & tam ab aquilone uſqꝫ ad mare, ꝙ̃ ab oriente uſqꝫ ad meridiem uigintiquinqꝫ milia longitudinis, & latitudinis decẽ milia ſint: ut ubiqꝫ eadem longitudinis & latitudinis menſura ſeruetur. Sanctuarium autem, id eſt templum domini in medio erit primitiarum ſacerdotalium: & æquo latere ex omni parte uallabitur. Et quod dixerat: Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum: ne communi uocabulo omnes ſacerdotes uindicarent ſibi huius loci poſſeſsionem & ceremonias obſeruandas, ponit ſpecialiter inferens: Sacerdotibus ſanctuarium erit de filijs Sadoch, qui inter- צָדוֹק
pretatur iuſtus, de quo dicitur: Iuſtus dominus & iuſti- Pſal. 10.b
tias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Pro quo Sadoch, Septuaginta ſcribunt Sadduc. Iſte Sadoch loqui
tur in euangelio: Non enim pater iudicat quenquã, ſed Ioan. 5.d
omne iudicũ dedit filio. Et de hoc ſub nomine Salomonis myſtice propheta decantat: Deus iudiciũ tuum regi Pſal. 71.a
da, & iuſtitiã tuam filio regis. Illi aũt ſacerdotes, domini ſanctuariũ poſsidebunt, & cuſtodient ceremonias eius:

qui

A qui non errauerunt cum errarent filij Israel atq; leuitæ, de quibus in superioribus disputatum est, qui nõ offerunt uictimas, sed priuilegio nominis & erroris sui humilitate contenti, semper loquunt in corde: Iniquitatẽ meã ego agnosco, & peccatũ meũ contra me est semper: Audiat hoc sacerdotalis gradus, & Arrianæ pseutionis ardore superatus, ac uere postea fidei, ne opibus carnis & potentia colla submittens, sufficere sibi si non expellat ex templo, si pristini nominis umbram quandam & imaginem teneat, & nõ resupinus ructãs delicias, quasi immaculatus & purus de excelso throno nobis imperitiæ suæ, & barbaræ garrulitatis ructet nauseã. Erũt inquit, eis primitię de primitijs terrę: hoc est sacerdotibus: & q nõ errauerũt cũ errarent filij Israel & leuitæ. Primitiæ aũt de primitijs sicut decimarum decimæ, sanctumq; sanctorum iuxta terminũ leuitarũ, ut habeãt quidem leuitæ confinia sacerdotũ, sed umbilicũ, id est medium eius & ipsam possessionem tenere non ualeant.

B *a* ¶ *Sed & leuitis similiter, etc.*] Quod nos uertimus in prophanum, pro quo Aquila βέβηλον, Symmachus & Theodotio λαϊκὸν transtulerunt, Lxx. dixere προτείχισμα, quod antemurale possumus dicere. Prophanũ autem & laicum, id est uulgare, quod omni populo habitare passim licet. Illud aũt quod dixerũt Lxx. nec mensurabitur, nec auferetur, pro eo quod nos diximus, non mutabit, nec transferetur, sensum non habere, perspicuũ est. Describitur quoq; leuitarũ possessio quæ uicina quidem est finibus sacerdotũ, & eadẽ habet spacia in longitudine & in latitudine pro multitudine leuitarũ, quæ habet paucitas sacerdotum, sed tamen proprijs utitur terminis, & intelligit se à sacerdotali gradu esse disiunctam, ad decutiendã superbiam ministrorum: qui ignorantes humilitatem status sui ultra sacerdotes, hoc est presbyteros intumescunt: & dignitatem non merito, sed diuitijs existimãt. Certe qui primus fuerit ministrorum: quia per singula concionatur in populos, & à pontificis latere non recedit, iniuriam putat si presbyter ordinetur: & nõ meminit mensarũ & uiduarum minister, in obsequiũ se & ministerium non solum sacerdotum, sed & uiduarum & pauperum delegatum. Et non uenundabunt, inquit, ex eo, neq; mutabunt, ut permaneat leuiticæ distributionis æterna possessio, nec uineatur precio meritum dignitatis, nec ab alio transferamus ad aliũ: quia quę sanctificata sunt dño, non sunt eorum quibus data sunt, sed eius cuius nomine possidentur. Quinq; milia autem quæ supersunt in latitudine: per uigintiquinque milia, subauditur longitudinis, prophana erunt urbis, ut cunctis habitare liceat Israelitis, omniq; de plebe, non quod immunda sint, aut aliquid inhabitatione terræ sanctæ contaminatum, putridum putetur & sordidũ: sed quod præter sacerdotes omnibus in eis habitare permissum sit. Per quæ intelligimus cuncta quæ referimus ad sensus, hoc est ad corporis uoluptates: quæ usu, & auditu, tactu, odore, & sapore capimus esse prophana, & templi sanctimoniã nõ habere, nec sacerdotale esse priuilegium, sed laicæ utilitatis. Ciuitas aũt erit in medio, de qua scriptum est: Flumi- Psal. 45.a
nis impetus lætificat ciuitatem dei. Et: Non Matt. 5.b
potest ciuitas abscondi super montem posita: de qua dicemus in consequentib. προτείχισμα, hoc est, antemurale: & διάστημα, id est spacium: quod Lxx. pro suburbanis interpretati sunt: quẽ sensum in hoc loco habeant, ignoramus.

b ¶ *Et hæ mensuræ eius, etc.*] Quod dicit, Et hæ mensuræ eius, subaudiendum est, ciuitatis. In fine enim præteriti capituli positum est: Et erit ciuitas in medio eius, id est, terræ. Primumq; à plaga septẽtrionali incipit, & è regione ponit plagam meridianã. Rursumq; par reddit pari: ut orientali plagæ ecõtrario ponat occidentalem, id est, mare: sin gulaq; latera ciuitatis habeant quatuor milia & quingẽtos calamos, q faciunt supputatim undecim milia passuũ & octogintaquinq;, ut simul omnis urbs sicut in fine huius uoluminis scribit, p circuitũ habeat decẽ & octo milia calamorũ, q faciũt quadragintaquatuor milia passuũ & trecẽtos quadraginta. Vnde & quadragesimus quartus psalmus qui inscribit, In finem pro his qui commutabuntur: & pertinet ad Idida, id est, ad amabilem domini, siue ut interpretatus est Aquila, pro lilijs, Symmachus q; pro floribus ecclesiæ, quæ urbs domini est, continet sacramenta, de qua scribitur in eodem psalmo: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. Et iterũ: Om- Matt. 23.c
nis gloria filiæ regis intrinsecus, ut non sit similis sepulchris forinsecus dealbatis, sed & intus & foris omnia lauet paropsidis. Cumq; recesserimus ab aquilone uento frigidissimo, trasimus ad meridiem: & post ortum in nobis lumen scientiæ, occasum fortitudinum formidamus, nequaquam præterita sed futura considerãtes, nec habentes certam uirtutis possessionem, sed quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in tentationẽ Matt. 5.b
quam ferre non possumus. *c* ¶ *Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem, etc.*] Pro suburbanis quæ Hebraice dicuntur מגרש rursum Septuaginta διάστημα, id est, spacium transtulerunt. Quod autem dicitur, ducenti quinquaginta per singulas plagas, subauditur calami, qui sena cubita habent & unum palmum, & per singula latera faciunt passus sexcentos decem & septem paulo minus, & in communi mille calamos: habentes passus duo milia quadringentos sexaginta octo, quæ spacia muros per circuitum ambiunt ciuitatis, ut inter urbem & ea quæ reliqua sunt diuidant. Ex quo ostenditur nullum de his spacijs ad exercendum opera ciuitatis capiendorumq; fructuum habere licentiam, sed uacare ab usu & opere hominum: ut circummuralia urbis sponte nascentium uirgultorum atq; herbarum, & cæterorum

A cæterorũ quæ terra gignit habeãt amœnitatẽ. *a* ¶ *Quod aũt reliquum, etc.*] Post urbis sanctæ descriptionẽ & suburbana eius, reliquã partẽ primitiarũ sanctuarij decẽ milia calamorũ in orientẽ, & alia decẽ milia ad occidentẽ tendentiũ, delegari his q opera ciuitatis exercẽt ad uarios usus, & quibuscunq; urbs indiget: ut scilicet serant, & ex frugibus quæ in hoc terræ nascunt spacio uescant operarij, qui uel mœnia urbis extruũt, uel interrupta & ruinosa restituunt, ut habeat ciuitas cultũ suũ, & sarta tecta, cũ popo scerit necessitas, instaurent. Et hæc nõ solũ in Israel, uel in possessione terræ sanctæ spiritualiter ecclesiæ mysterio cõtinent, sed in Romano quoq; fieri, pbamus imperio: ut quædam uillæ sint pertinẽtes ad iura urbiũ uel regia munificentia, uel hæreditatibus & donatiõe multorũ: ne scilicet paulatim ædificia collabantur, & ædes publicæ quæ ornamẽto sunt ciuitati, longa uexent incuria. Operarij aũt, inquit, siue qui seruiunt in operibus ciuitatis, erũt ex omnibus tribubus Israel, ut nullus se ab opere ciuitatis immunẽ putet, sed oẽs certatim extruant ecclesiã. Quod in taberna culo quoq; factũ legimus, ut pro uarietate uiriũ, alius aurum & argentũ, coccum, byssum & purpurã, uariaq; & diuersa subtegmina: alij pelles & caprarũ offerant pilos: & cum essent dona diuersa pro qualitate substãtiæ, unum donantiũ esset pręmium: imò maius eorum qui parua quidẽ obtulerint, sed maiora p uiribus, in exemplum uiduæ pauperis quæ duo minuta in gazophylacij dona mittebat, & dñi est iudicio laudata dicentis: Ve- Luc. 12.d
re dico uobis, quia uidua hæc pauper plus cæteris misit: nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera dei, hæc aũt ex eo quod deest illi omnem uictum suum quem habuit misit. Sicut ergo diximus de operibus ciuitatis: sic illud breuiter perstringendũ est, q oẽs primitiæ sanctuarij & possessio ciuitatis pariter supputata per quadrum, contineat milia ducenta quadraginta sex & partem tertiã. Si enim uigintiquinq; milia calamorum qui senos cubitos habent & palmũ unũ, faciunt nostra, hoc est, Romana sexaginta & unũ milia & sexcẽtos sexaginta septẽ passus: nulli dubiũ est, hęc in quadruplũ supputata superiorẽ efficere numerũ. Ex quo perspicimus omnia intelligẽda spiritualiter, ecclesiæ possessionẽ multo latiorẽ esse cæteris fuit quondã in Iudæa, qui ne accepere quidẽ partes terræ sanctæ, sed ex singulis tribubus quadraginta octo ciuitatũ, non ex pleno possessionẽ, sed habitationẽ & hospitia susceperũt: ut ipsi quoq; qui uidentur laici, nec peruenisse ad sacerdoralem & Leuiticũ gradum: tamen si operent in dñi ciuitate, uescant de sancta terra, terra mitiũ, terraq; credentiũ: quorũ unus loquebatur: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Psal. 26.d

b ¶ *Quod aũt reliquum, etc.*] De hoc principe suprà plenius disputatũ est, & quod tantũ solus acciperet quantum una tribus: Nunc autem aliud discimus, quod ex cunctis tribubus quicquid reliquũ fuerit, hic solus accipiat, ut nulla tribus sit quę principi dona nõ offerat: nõ aliunde, sed ex primitijs, quę tẽplo & sanctuario & delegatis urbis partib. seruiũt. Hoc est enim quod dicit: E regione siue cõtra faciẽ uigintiquinq; miliũ primitiarum usq; ad terminũ orientalẽ siue usq; ad terminũ maris, ut sint primitiæ inter septem & quinq; tribus, & in ipsis primitijs ciuitas & suburbana eius, & in medio ciuitatis sanctuariũ tẽpli. Sed et de possessione Leuitarũ & de possessione ciuitatis quicqd reliquũ est, principi deputabitur: eritq; pars extrema septẽ tribuũ uicina primitijs & ciuitati & tẽplo in tribu Iuda, & pars extrema q; tribuum eodem iure quo suprà in tribu Beniamin, ipsa extrema pars ad principẽ pertinebit. Ex quo scripturæ sanctæ sacramẽta mirãda sunt, & cogitanda magis q̃ eloqo proferenda. In priori eñ diuisione terrarũ trans Iordanẽ per Moysen duabus tribubus Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manasse terra diuisa est, intra Iordanem aũt per Iosue filium Nun, & Eleazarũ filiũ Aaron, Iudas possedit ab austro, & Ephraim & Manasse tribus dimidia, ab aquilone. Postea uero de Silo missis exploratorib. per singulas tribus, & descriptione terræ allata ad Iosue & Eleazar, Beniamin iuxta Iudam ab austro, & iuxta Ephraim & dimidiã tribum Manasse accepit possessionẽ. Secunda tribus Symeon hæreditatẽ accepit in tribu Iuda: ut impleretur quod scriptum est de Leui & Symeon: Diuidam eos in Iacob, & dispergã eos Gen. 49.b
in Israel. Tertia Zabulon Galilęã accepit, in qua est mõs Thabor. Quarta Isachar, ubi est Iezrael usq; ad Iordanem. Quinta Aser usq; ad montẽ Carmelum qui immittit mari magno Tyrumq; & Sidonẽ. Sexta Neptalim, in Galilæa usq; ad Iordanem, ubi Tyberias, quæ olim appellabat Chenereth. Septima Dan usq; Ioppen: ubi sunt turres Hailon & Selebi, & Emaus, quæ nũc appellatur Nicopolis: licet postea legerimus, q ceperint sibi transcensis alijs tribub. urbẽ Lesem in tribu Dan, quæ hodie appellat Paneas. Cum hæc se ita habeant, & inter priorẽ tribuum descriptionẽ, & quæ nũc habetur tanta diuersitas sit: hoc cõsideremus quomodo & in præsenti descriptione & præterita inter tribũ Iuda & Beniamin urbs & templũ collocatũ sit. Et in priori quidem descriptione Iudas erat ab austro, & Beniamin ab aquilone: hic uero ecõtrario fit, ut Iudas sit ab aquilone & Beniamin ab austro: post quem secũdus est Symeon, tertius Isachar, quartus Zabulon, quintus Gad: quinq; uidelicet tribus, sicut in consequentibus dicitur: Scriptũ est enim. *c* ¶ *Et reliquis tribubus, etc.*] Quod in quinq; & septem tribubus semper in fine ponitur una: subintelligitur uel pars, uel possessio, uel hæreditas: licet Aquila & Symmachus interpretentur genere neutrali τὸ ὅριον, quod significat terminũ. Illudq; breuiter attendendum in extrema quinq; tribuum, tribus Gad quæ in priori

D Num. 32 Iosue 13.d Iosue 15.d Iosue 18.d

A descriptione fuit trans Iordanem, ponit in eam partem quam prius Iudas tenuit: ad plagam uidelicet austri in meridiē: & esse terminū de Thamar usq; ad aquas contradictionis Cades, hæreditatē cōtra mare magnū. Thamar ipsam de qua iam diximus, quā nunc Palmyrā uocāt, & olim à Salomone constructa est: palma enim Hebræo sermone Thamar appellatur, ab eo quod ibi palmæ sint plurimæ, quidā putant hoc sortitam uocabulum. Quodq; sequit: Vsq; ad aquas cōtradictionis Cades, hæreditas contra mare magnū: pro quo Lxx. transtulerunt, de Theman & aqua Marimoth Cades, hæreditas usque ad mare magnum: illud est obseruandum in Hebraico eundem sermonem מריבה quia ambiguus sit, & hæreditatem sonare, & torrentem, & hic magis torrentem accipi debere quàm hæreditatem. Iste est enim torrens qui ingredit mare magnum Rhinocoruræ: ut anté iam diximus. Cades autem, quæ in libro Iosuæ appellatur Cades Barne, in deserto est, qđ

B

מריבות extenditur usq; ad urbem petrā: Marimoth uero, quod interpretatur contradictionis, nō uocabulum loci est: ut plerique æstimant, sed aquarum, in quibus populus domino contradixit, & Moyses offendit deum, dicente

Psal. 105.e psalmo: Tentauerunt eum ad aquam contradictionis, & afflictus est Moyses propter eos. Omnisq; terræ sanctæ hæreditas ab australi plaga usq; ad terminos Aegypti, Rhinocorura & torrente finitur. Et quia Gad interpretatur tentatio, in possessione eius de palmetis transimus ad aquas contradictionis usque Cades, quæ interpretatur sancta, ut intelligamus nos etiam post uictoriam mundi debere esse sollicitos, & semper in metu, & recordari illius uersiculi: Tentatio est uita hominum super terram: & ad sanctitatem aduersarijs impugnantibus peruenire: sicq; obtinere uictoriam, ut é uicino torrentem plenum imbrium contemplemur.

a ¶ *Et egressus ciuitatis, etc.*] De ambitu ciuitatis quod per latera singula in quadrum quatuor milia quingentos calamos habuerit, præteritus sermo narrauit, qui faciunt decem & octo milia calamorum, ut in præsenti capitulo quoq; positum est, id est, quadraginta quatuor milia passuum, & trecentos quadraginta passus. Nunc scribitur per singula latera, hoc est, per undecim milia passuum, & octoginta quinq; passus, ternas fuisse portas: quas Aquila, Symmachus & Theodotio ἀνεξόδους, Lxx. διεκβολὰς uocant, nos interpretati sumus egressus & exitus ciuitatis. Illudq; primū breuiter admonendum, easdē tribus in circuitu tabernaculi ita castrametatas, ut ad orientē fuerit Iudas, Isachar, & Zabulon filij Liæ: & ad meridiē Ruben, Symeon, Gad, duo filij Liæ & tertius filius Zelphæ ancillæ Liæ. Ad occidentem uero Ephraim, & Manasses, & Beniamin, duo uidelicet filij Rachelis: quia Ioseph pro tribu Leui quæ sacrificijs deputata est, in duas tribus Ephraim & Manasse diuisa est. Ad aquilonem aūt Dan & Aser & Neptalim: quorū primus & tertius filij sunt Balæ ancillæ Rachelis: secundus filius Zelphæ ancillæ Liæ ignobiles, & ad aquilonē positi: quippe qui ex ancillarū inter se dissidentiū stirpe generati sint. Hoc iuxta Numerorum librum & descriptionē tabernaculi quæ iubente deo Moysi ordinata est. Nostra uero urbs quæ est ciuitas magni regis, cuius artifex & conditor est deus, de qua & psalmista canit: Nunquid Psal. 86.a Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: aliam habet tribuū in terra sancta descriptionem & mensuram ciuitatis & possessionis ordinē & plagas tribuum singularum. Primum enim plagæ aquilonis opponuntur tres portæ siue exitus ciuitatis: quorū est primogenitus Ruben, & Iudas regiæ stirpis autor, & Leui, super cuius nomine in tabernaculo & sacrorū descriptione nil dictum est, ut primogenita possidentes quasi genus regale & sacerdotale, aquilonis frigora contemnamus. Secūdo uero ad orientem est Ioseph, Beniamin, & Dan: ambo filij Rachel, & unus Balæ ancillæ eius. Ad meridiē uero Symeon, Isachar, & Zabulon: qui tres Liæ filij sunt. Porrò ad occidētē Gad, Aser, & Neptalim: quorū priores duo filij Zelphæ sunt ancillæ Liæ: tertius filius Balæ ancillæ Rachelis. Quis sapiens, & intelligit hæc: intelligēs & cognoscet ea? Quia rectæ uiæ dñi, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores uero corruēt in illis. Has duodecim portas siue exitus, pro qualitate meritorū atq; uirtutū singulis tribub. sub apostolicis & patriarcharū nominibus arbitror delegatas. De quib. & in Apocalypsi Ioannis apertius scribit, & multa diuinarum scripturarū sacramenta testantur. Et necesse est ut talis ciuitas decē & octo milium per circuitū teneat calamorū, sub quo numero & in duodeuigesimo psalmo lex naturalis est scripta, gratiaq; euangelij describit: quibus ecclesia, id est, urbs saluatoris extructa est. Nomen quoq; ipsius ciuitatis nequaquam erit, ut prius Hierosolyma quæ interpretatur uisio pacis: sed adonai sama, quod in Latinū יהוה שמה sermonē uertitur dominus ibidem: qui recedat nunq; ab ea, ut à priori populo antè discesserit, dicens ad discipulos: Surgite, abeamus hinc. Et ad Iudæos: Relinquet uobis domus uestra deserta: sed æternā habeat possessionem, & sit ei ipse possessio, ijsdem discipulis repromittens: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi.

Ioan. 14.d Matt. 23.d

Commentariorum in Ezechielem finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN LIBRVM
COMMENTARIORVM DANIELIS
ad Pammachium & Marcellam,

Prooemium.

CONTRA prophetam Danielem duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso cuius inscriptus est nomine esse compositum, sed à quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Iudæa, & non tam Danielem uentura dixisse, quàm illum narrasse præterita. Denique quicquid usque ad Antiochum dixerit, ueram historiam continere: si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. Cui solertissimè responderunt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus uoluminibus, id est, octauodecimo, & nonodecimo, & uicesimo. Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est, uicesimosexto: & ante hos ex parte Methodius. Verùm quia nobis propositum est non aduersarij calumnijs respondere, quæ longo sermone indigent: sed ea quæ à propheta dicta sunt nostris disserere, id est, Christianis: illud in præfatione commoneo, nullum prophetarum tam apertè dixisse de Christo. Non enim solum scribit eum esse uenturum, quod est commune cum cæteris: sed etiam quo tempore uenturus sit docet, & reges per ordinem digerit, & annos enumerat, ac manifestissima signa prænunciat. Quæ quia uidit Porphyrius uniuersa completa, & transacta negare non poterat, superatus historiæ ueritate, in hanc prorupit calumniam: ut ea quæ in consummatione mundi de Antichristo futura dicuntur, propter gestorum in quibusdam similitudinem, sub Antiocho Epiphane impleta contendat. Cuius impugnatio testimonium ueritatis est. Tanta enim dictorum fides fuit, ut propheta incredulis hominibus non uideatur futura dixisse, sed narrasse præterita. Et tamen si cubi se occasio in explanatione eiusdem uoluminis dederit, calumniæ illius strictim respondere conabor, & philosophiæ artibus imò maliciæ seculari, per quam subuertere nititur ueritatem, & quibusdam præstigijs clarum oculorum lumen auferre, explanatione simplici contraire, Itaque obsecro uos Pammachi φιλομαθέστατε, & Marcella unicum Romanæ sanctitatis exemplar, iunctos fide & sanguine, ut conatus meos uestris orationibus adiuuetis, ut dominus atq; saluator pro causa sua: suo sensu, meo ore respondeat, qui loquitur ad prophetā: Aperi os tuū, & implebo illud. Si enim cum apprehensi fuerimus ante iudices & tribunalia, monet ne cogitemus quid respondere debeamus: quanto magis contra aduersarios blasphemantes, sua potest bella bellare, & in seruis suis uincere? Vnde & psalmi plurimi illud Hebraicum quod in titulis ponitur לַמְנַצֵּחַ pro quo Septuaginta transtulerūt In finem: magis pro uictoria continent. Aquila enim interpretatus est τῷ νικοποιῷ, hoc est, ei qui præbet uictoriam. Symmachus τῷ νίκην, quod proprie triumphum palmamq; significat. Sed & hoc nosse debemus, inter cætera Porphyrium de Danielis libro nobis obijcere: idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebræos, sed Græci sermonis esse commentum: quia in Susannæ fabula contineatur, dicente Daniele ad presbyteros, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, quam etymologiam magis Græco sermoni conuenire quàm Hebræo. Cui & Eusebius & Apollinarius pari sententia responderunt: Susannæ Belisq; ac draconis fabulas non contineri in Hebraico, sed partem esse prophetiæ Habacuc filij Iesu de tribu Leui, sicut iuxta Septuaginta interpretes in titulo eiusdem Belis fabulæ ponitur: Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel, filius Abda, conuiua regis Babylonis: quum Danielem & tres pueros de tribu Iuda fuisse, sancta scriptura testetur. Vnde & nos ante annos plurimos quum uerteremus Danielem, has uisiones obelo prænotauimus, significantes eas in Hebraico non haberi. Et miror quosdam μεμψιμοίρους indignari mihi: quasi ego decurtauerim librum: quum & Origenes, & Eusebius, & Apollinarius, alijq; ecclesiastici uiri & doctores Græciæ, has, ut dixi, uisiones nō haberi apud Hebræos fateantur,

A necſe debere reſpondere Porphyrio pro his,quæ nullam ſcripturæ ſanctæ autoritatem præbeant. C
Illud quoq; lectorem admoneo,Danielem non iuxta Septuaginta interpretes, ſed iuxta Theodotionem eccleſias legere,qui utiq; poſt aduentũ Chriſti incredulus fuit:licet eum quidam dicãt Hebionitam,qui altero genere ludæus eſt. Sed & Origenes de Theodotionis opere in editione uulgata aſteriſcos poſuit,docẽs defuiſſe quæ addita ſunt, & rurſus quoſdam uerſus obelis prænotauit, ſuperflua quæq; deſignãs.Cumq; omnes Chriſti eccleſiæ tam Græcorũ q̃ Latinorũ Syrorumq; & Aegyptiorum hanc ſub aſteriſcis & obelis editionem legant,ignoſcant inuidi labori meo, qui uolui habere noſtros quod Græci in Aquilæ & Theodotionis ac Symmachi editionibus lectitant.Et ſi illi in tantis diuitijs doctrinarum non contemnunt ſtudia hominum ludæorum: cur Latina pauperta deſpiciat hominem Chriſtianum?Cuius ſi opus diſpliceat,certe uoluntas recipienda eſt.Verùm iam tempus eſt ut ipſius prophetæ uerba texamus,non iuxta conſuetudinem noſtram proponentes omnia,& omnia diſſerẽtes,ut in duodecim prophetis fecimus: ſed breuiter & per interualla ea tantum quæ obſcura ſunt explanantes,ne librorum innumerabilium magnitudo lectori faſtidium faciat.Ad intelligendas autem extremas partes Danielis,multiplex Græcorũ hiſtoria neceſſaria eſt: Suetorij uidelicet, Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Poſidonij, Claudij Theonis,& Andronici cognomento Alipij,quos & Porphyrius eſſe ſequutũ ſe dicit: Ioſephi quoq; & eorum quos ponit Ioſephus,præcipueq; noſtri Liuij,& Pompei Trogi atq; Iuſtini, qui omnẽ extremæ uiſionis narrant hiſtoriam:& poſt Alexandrum uſq; ad Cæſarem Auguſtum Syrię & Aegypti,id eſt Seleuci & Antiochi & Ptolemæorum bella deſcribunt. Et ſi quando cogimur literarũ ſecularium recordari,& aliqua ex his dicere quæ olim obmiſimus:nõ noſtræ eſt uoluntatis, ſed (ut ita dicam) grauiſſimæ neceſſitatis, ut probemus ea quæ à ſanctis prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tam Græcorum quàm Latinorum & aliarum gentium literis contineri.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN DANIELEM PROPHETAM
Liber unus.

ANNO *tertio regni Ioakim regis Iuda, uenit,etc.*] Ioakim filius Ioſiæ, cuius tertiodecimo anno ꝓphetare orſus eſt Hieremias, ſub quo & Olda mulier prophetauit:ipſe eſt qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit ſuper tribum Iuda & Hieruſalẽ annis undecim. Cui ſucceſsit in regnũ filius eius Ioachin cognomento Iechonias:qui tertio menſe regni ſui die decimo captus eſt à ducibus Nabuchodonoſor,ductuſq; eſt in Babylonem, & in loco eius conſtitutus eſt Sedechias filius Ioſiæ patruus eius: cuius anno undecimo Hieruſalem capta atque ſubuerſa eſt. Nemo igitur putet eundẽ in Danielis principio eſſe Ioakim q in Ezechielis exordio Ioachin ſcribitur.Iſte enim extremã ſyllabã kim habet, ille chin. Et ob hanc cauſam in euangelio ſecundum Matthæum una uidetur deeſſe generatio:quia ſecunda τεσσαρεσκαιδεκαδες in Ioakim deſinit filio Ioſiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioakim.Quod ignoranſ Porphyrius,calumniã ſtruit eccleſiæ, ſuam oſtendens imperitiã,dũ euangeliſtæ Matthæi arguere nitit falſitatẽ. *b* ¶ *Et tradidit,etc.*] Quodq; traditus ſcribitur Ioakim,monſtrat nõ aduerſariorũ fortitudinis fuiſſe victoriã, ſed dñi uoluntatis. *c* ¶ *Et partem uaſorum,etc.*] Terra Sennaar locus eſt Babylonis,in quo fuit campus Dura, & turris quam uſq; ad cœlum hi qui ab oriente mouerãt pedes ſuos,ædificare conati ſunt. Vnde & à confuſione linguarũ locus nomẽ accepit Babylon,quæ in linguã noſtrã transfert confuſio. Simul & animaduertendũ ſecundum anagogen, q̃ rex Babylonis non potuerit uniuerſa dei uaſa trãsferre,& in idolo qđ ſibi finxerat collocare, ſed partẽ uaſorum domus dei, quæ intelligenda ſunt dogmata ueritatis. Si enim cunctos philoſophorũ reuoluas libros,neceſſe eſt ut in eis reperias aliquã partẽ uaſorum dei. Vt apud Platonẽ, fabricatorẽ mundi deũ, ut apud Zenonẽ Stoicorũ principẽ, inferos & immortales animas:& unũ bonũ,honeſtatẽ:ſed quia iungũt mendaciũ ueritati,& naturæ bonũ multis perdũt malis,ideo partem uaſorũ domus dei,& non omnia uaſa integra atq; ꝓfecta cepiſſe memorant. *d* ¶ *Et ait rex,etc.*] Pro Aſphanes in editione uulgata ἀβεισθοὶ ſcriptũ reperi, & ꝓ φοβθομμὶν, quod Theodotio poſuit, Lxx. & Aquila,electos tranſtulerũt:Symmachus Parthos,pro uerbo nomen gentis intelligẽs:quod nos iuxta editionẽ Hebræorum quæ κατ' ἀκρίβειαν legitur,in tyrãnos uertimus: maxime

A maxime quia præcedit de regio ſemine. Vnde & arbitrantur Hebræi,Danielem & Ananiam & Miſael & Azariam fuiſſe eunuchos:impleta illa prophetia quæ ad Ezechiam per Eſaiam prophetam dicitur: Et de ſemine tuo tollent,& faciẽt eunuchos in domo regis. Si autem de ſemine regio fuerunt, nulli dubium quin de genere fuerint Dauid. Niſi fortè huic ſenſui illud contrarium ſit quod ſequitur : Pueros ſiue iuuenes in quibus nulla eſſet macula, ut doceret eos literas & linguam Chaldæorũ.Philo arbitratur linguam Hebrẽorum ipſam eſſe Chaldaicã,quia Abraham de Chaldæis fuerit.
Eſaie 39.d
Quod ſi recipimus, quęrendũ eſt,quomodo nunc Hebrẽi pueri linguã quam nouerãt doceri iubeanť: ni ſi forte iuxta quorundam opinionẽ duas Abraham linguas, & Hebrẽorum & Chaldæorũ ſciſſe dicamus. *a* ¶ *Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorum,etc.*]
B Non ſolum præpoſitus eunuchorum ſiue magiſter,& ut alij trãſtulerunt ὁ ἀρχιδυνάſτης ſanctis immutat
Gen. 41.f
nomina, ſed & Pharao Ioſeph in Aegypto appellauit,Saphanatphaneth,nolentes eos in terra captiuitatis uocabula habere Iudęorum.Vnde prophęta dicit in pſalmo:
Pſal. 136.a
Quomodo cantabimus canticũ domini in terra aliena?Porrò dñs in bonã partem nomina mutat antiqua,& ex reb. imponit uirtutũ uocabula.
Gen. 17.a
ut Abram appellaret Abrahã, & Sarai Sarã. In euãgelio quoq;
Mar. 3.b
quondã Simon Petri nomen accepit, & filij Zebedęi appellati ſũt filij tonitrui: quod nõ ut pleriq; putãt boanerges,ſed emẽdatius legiť Benereem. *b* ¶ *Propoſuit aũt, etc.*] Qui de menſa regis & de uino potus eius non uult comedere ne polluatur: utiq; ſi ſciret ipſam ſapientiam atque doctrinam Babyloniorum eſſe peccatum, nunquam acquieſceret diſcere quod nõ licebat. Diſcunt autem non ut ſequantur, ſed ut iudicent atq; conuincant. Quomodo ſi quiſpiã aduerſus mathematicos uelit ſcribere imperitus μαθήματος, riſui pateat,& aduerſũ philoſophos diſputans,ſi ignoret dogmata philoſophorũ. Diſcunt ergo ea mente doctrinam Chaldęorum,qua & Moyſes omnem ſapientiam Aegyptiorum didicerat. C
c ¶ *Dedit autem deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu principis,etc.*] Qui propter peccata maiorum ductus eſt in captiuitatẽ, propter uirtutũ ſuarũ magnitudinẽ ſtatim mercedem recepit.Propoſuerat enim in corde ſuo ut nõ pollueretur de mẽſa regis,& epulis regijs præpoſuerat uiles cibos : idcirco gratiam & miſericordiã in conſpectu principis eunuchorum accepit,domino largiente. Ex quo intelligimus pro neceſsitate rerum, ſi quãdo diliguntur ſancti ab infidelibus,dei eſſe miſericordiæ non bonitatis hominum peruerſorum. *d* ¶ *Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem,& dentur nobis legumina ad ueſcendũ,etc.*] Incredibilis fidei magnitudo non ſolum ſibi corpulentiam polliceri eſu uilioris cibi, ſed & tempus ſtatuere. Non eſt ergo temeritatis, ſed fidei, ob quã regias dapes contemſerunt. *e* ¶ *Pueris autem his dedit deus ſcientiã,etc.*] Nota quod deus dederit ſanctis pueris ſcientiam & diſciplinam ſecularium literarum in omni libro & ſapientia. Pro quo Symmachus interpretatus eſt artem grãmaticam, ut cuncta quæ legebant intelligerent, & ſpiritu dei de Chaldæorũ ſcientia iudicarent. Daniel hoc extra tres pueros habebat inſigne, qđ uiſiones & ſomnia q̃bus per ſymbola quædam & ænigmata futura monſtrantur,ſagaci mente cernebat: ut quod alij uidebant in phantaſmate, hic oculis cordis aſpiceret. *f* ¶ *Completis itaque diebus quos dixerat rex ut introducerentur,introduxit eos præpoſitus eunuchorum,etc.*] Completos dies,triennij tẽpus intellige,quod rex conſtituerat, ut enutriti tribus annis,poſtea ſtarent in conſpectu regis. *g* ¶ *Et omne uerbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis rex,etc.*] Pro hariolis & magis, uulgata editio ſophiſtas & philoſophos tranſtulit: non iuxta hanc philoſophiam & ſophiſticam diſciplinam,

quam Græcorum eruditio pollicetur, sed iuxta doctri-
nam gentis barbaræ, qua usq; hodie Chaldæi philoso-
phantur. a ¶ *Fuit autem Daniel usq; ad annum primum Cyri regis.*] Dicemus in consequentibus, quomodo qui usq; ad annum primũ regis Cyri hic fuisse describitur: post-
ea tertio anno eiusdẽ Cyri regis, & primo Darij fuisse memoret.

CAP. II

IN anno secundo regni Nabuchodonosor, uidit Nabuchodonosor, etc.] Si post tres annos pueri ingressi sunt in cõspectu eius, ut ipse præceperat: quomodo nunc secundo anno regni sui somniũ uidisse narrat? Quod ita soluunt Hebræi: secundum hic annum dici regni eius omnium gentium barbararum: non Iudææ tantum & Chaldæorum, sed Assyriorum quoque & Aegyptiorum & Moabitarum & reliquarum nationum, quas domino cõcedente superarat. Vnde & Iosephus in decimo Antiquitatũ scribit libro: Post an-
B num secundum Aegyptiæ uastitatis, rex Nabuchodonosor uidit mirabile somniũ, & conterritus est spiritus eius, & somniũ eius fugit ab eo. Vidit rex impius somnium futurorum, ut interpretante sancto quod uiderat, deus glorificaretur: & captiuorũ deoq; in captiuitate seruientium sit grande solatiũ. Hoc idem in Pharaone legimus: non quod Pharao & Nabuchodonosor uidere meruerint, sed quod Ioseph & Daniel digni extiterint qui interpretatione eorum omnibus præferrentur. c ¶ *Præcepit ergo rex ut conuocarentur harioli, & magi, et malefici, etc.*] Quos nos hariolos, cæteri ἐπῳδοὺς interpretati sunt, id est incantatores. Ergo uidentẽ mihi incantatores esse, qui uerbis rem peragũt. Magi qui de singulis philosophantur. Malefici qui sanguine utuntur & uictimis, & sæpe contingunt corpora mortuorũ. Porrò in Chaldæis γαζαβλιαλόγους significari puto, quos uulgus mathematicos uocat. Consuetudo aũt & sermo cõmunis, magos pro maleficis accipit: qui aliter habẽtur apud gentem suam, eo quòd sint philosophi Chaldæorum: & ad artis huius scientiam reges quoq; & principes eiusdem gentis omnia faciunt. Vnde & in natiuitate domini saluatoris ipsi primum ortum eius intellexerunt: & uenientes in sanctam Bethlehem, adorauerunt puerum, stella desuper ostendente. d ¶ *Et dixit ad eos rex: Vidi somniũ, & mente confusus ignoro, etc.*] Vmbra quædam, & ut ita dicam, aura somnij atque uestigium remansit in corde regis: ut referentibus alijs possit reminisci eorum quæ uiderat, & nequaquam eum deciperent mentientes. e ¶ *Responderunt Chaldæi regi Syriacè: Rex in æternum uiue, etc.*] Hucusque quæ lecta sunt, sermone narrantur Hebræo. Ab hoc loco usque ad uisionem anni tertij regis Balthasar quam Daniel uidit in Susis, Hebraicis quidem literis, sed lingua scribuntur Chaldaica: quam uocat hic Syriacam.

f ¶ *Nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis uos, & domus uestræ, etc.*] Comminatus est pœnam, D
proponit & præmia, ut si potuerint somnium dicere, consequenter credat etiam his quæ incerta sunt: hoc est quid significet somnium. Quod si non potuerint ea dicere, de quibus rex in plerisque confusus poterat recordari, etiam futuræ interpretationis perdant fidem. Denicq; sequitur:

g ¶ *Somnium itaq; dicite mihi, ut sciam quod interpretationem quoq; eius ueram loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt: Non est homo super terram, etc.*] Confitẽtur magi, confitentur harioli, & omnis scientia secularis literaturæ: præscientiam futurorum non esse hominum, sed dei. Ex quo probatur, prophetas dei spiritu loquutos qui futura cecinerunt. h ¶ *Quo audito rex in furore & in ira magna præcepit ut perirent, etc.*] Quærunt Hebræi, cur Daniel & tres pueri non sint ingressi ad regem cum alijs sapientibus: & prolata sententia iubeantur perire cum cæteris. Quod ita edisserunt, ut eo tempore quo rex præmia & dona & honorem maximum promittebat, ire noluerint, ne impudenter diuitias & dignitatem Chaldaicam uiderentur

A uiderentur appetere. Aut certe ipsi Chaldæi inuidentes gloriæ eorum & scientiæ, soli ingressi sunt quasi soli præmia percepturi, & postea in periculo uoluerint habere consortes quos in spe gloriæ refutauerant. a ¶ *Et interrogauit eum qui à rege acceperat potestatem, etc.*] Sciẽtes Chaldæi quod decuplum super cunctos hariolos & magos qui erãt in uniuersa Chaldæa Daniel & tres pueri sapierent & intelligerẽt, cælauerunt eos interrogationem regis, ne præferrẽtur sibi in interpretatione somnij: Et ob hanc causam interrogauit Daniel de crudelitate sententiæ qui causam periculi sui nesciebat. b ¶ *Cũ ergo rẽ indicasset Arioch Danieli: Daniel ingressus rogauit regẽ ut tempus daret, etc.*] Daniel tempus postulat: non quo tractatione & sagacitate mẽtis occulta perquireret, sed quo occultorum dñm precaretẽ. Et ideo Ananiam et Misaelem & Azariã iungit ad preces, ne solus de suo merito uideat præsumere: ut quorũ erat commune discri-
B men, communis esset & oratio. c ¶ *Tũc Daniel per uisionẽ nocte mysterium reuelat, etc.*] Somnium regis suo discit somnio: imò & somnium & interpretationem eius, dei reuelatione cognoscit: qđ dæmones ignorabãt, sapiẽtia seculi scire nõ poterat. Vnde & apostoli mysteriũ quod cunctis retro generationibus fuerat ignoratum, domino reuelante cognoscunt. d ¶ *Et Daniel benedixit deo cœli & locutus ait: Sit nomen domini, etc.*] Ad distinctionem eorũ qui uersantur in terra, & dæmoniacis artibus atq; præstigijs terrena deludunt: Daniel deo cœli benedixit. Dij enim qui non fecerunt cœlũ & terram peribunt. e ¶ *Et ipse mutat tempora & ætates & transfert regna, etc.*] Non ergo miremur si quando cernimus & regibus reges & regnis regna succedere, quæ dei gubernantur & mutantur & finiuntur arbitrio. Causasq; singulorum nouit ille qui conditor omnium est, & sæpe malos reges patitur suscitari, ut mali malos puniant: simulq; suboste-
dit & generali disputatione præparat auditorem, somnium quod uidit esse de mutatione & successione re-
Pro. 1.d gnorũ. f ¶ *Dat sapientiam sapientibus, etc.*] Iuxta illud qđ scriptum est: Audiet sapiẽs & apponet sapientiam. Qui
Matth. 25.c enim habet, dabitur illi, & animæ quæ feruet amore sa-
Sap. 1.d pientiæ libenter spiritus dei infunditur. In peruersam autem animam non introibit sapientia. g ¶ *Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, etc.*] Cui
Rom. 11.d deus reuelat profunda & potest dicere: O profundum

lonis. Et interrõgauit eum qui à rege acceperat potestatem, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cũm ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem ut tempus daret sibi ad solutionem indicãdam regi. Et ingressus est ad domum suam, Ananiæq; & Misaeli & Azariæ socijs suis indicauit negocium, ut quærerent misericordiam à facie dei cœli super sacramento isto, & non perirent Daniel & socij eius cum cæteris sapientibus Babylonis. Tunc Dãnieli per uisionem nocte mysterium reuelatum est. Et Dãniel benedixit deo cœli, & locutus ait: Sit nomen domini benedictum à seculo & usq; in seculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt. Et ipse mutat tẽpora & ætates, & transfert regna atq; constituit. Dãt sapientiam sapientibus & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Tibi deus patrum nõstrorum confiteor teq; laudo, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi. Et nunc ostẽdisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. Post hęc Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat rex ut perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: Sapiẽtes Babylonis ne perdas. Introduc me in cõspectum regis, & solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem & dixit ei: Inueni hõminem de filijs transmigrationis Iudæ qui solutionem regi annunciet. Respondit rex & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltasar. Pũltas ne uere potes indicare mihi somniũ quod uidi & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege ait: Mysterium quòd rex interrogat, sapientes, magi

diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei: Iste habitante in se spi-
ritu scrutat etiam profunda dei, & in profundo animæ
suæ fodit altissimos puteos, & omnẽ terram egerit quæ
profundas aquas operire consueuit: seruatq; mandatũ
dei, dicens: Bibe aquam de tuis uasis, & de puteorum Pro. 5.d
tuorũ fonte. Quodq; sequit: Nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est: Tenebræ significant ignorantiam, & lux scientiam atq; doctrinam. Itaq; deum ut peruersa nõ cælant, ita recta amb-
iunt atq; circũdant. Siue ita interpretandum est, quod tenebrosa mystica quæq; & profunda significẽt: iuxta illud quod legimus in Prouerb. Intelligit quoq; parabolã & tenebrosum sermonẽ, hoc ipsum significat qđ in psal-
mis legimus: Tenebrosa aqua in nubib. Psal. 1.b
aeris. Qui eñ ad excelsa conscendit, & terrena deserens, instar auiũ tenuissimũ aerẽ & ætheria quæq; desiderat: iste nubes efficitur, ad quam ueritas dei peruenit, & quæ super sanctos pluere D
consueuit: repletusq; multitudine scientiæ, habet multas aquas in corde suo tenebrosas & inuolutas caligine: quam solus Moyses ingreditur & loquitur deo facie ad faciem, de quo scriptũ Exod. 33.b
est: Posuit tenebras latibulum suũ. b ¶ *Tibi deus patrum, etc.*] Ne Psal. 17.b
fui uideatur meriti quod impetrauit, refert ad patrum iustitiam & ad ueritatem dei, qui seminis eorum etiam in captiuitate miseretur. i ¶ *Et nunc ostẽdisti, etc.*] Quod quatuor rogant, uni ostendit: ut & arrogantiam fugiat ne solus impetrasse uideatur, & agat gratias quod mysteriũ somnij solus audierit. k ¶ *Sapientes, etc.*] Imitatur clementiam dei, qui pro persecutoribus deprecatur, & nõ uult eos perire propter quos fuerat ipse periturus. l ¶ *Inueni hominem, etc.*] Dei gratiam ad suam refert diligentiam: & inuenisse se dicit, cum Daniel ultro se obtulerit ut introduceretur ad regem: in quo ῥητῶς ostendi tur nunciorũ, qui cũ bona nunciant, sua uideri uolũt. Qui aũt solutionem somnij repromittit, utiq; ante narraturus est somniũ. Et nota quod de filijs Iuda sit Daniel, nõ sacerdos: sicut in fine Belis fabula cõtinet. m ¶ *Putas ne, etc.*] Seruat ordinẽ quæstionis, ut primũ somniũ quod se magi ignorare respõderant, & postea interpretationem quærat somnij: ut cũ somniũ audierit, & quæ uiderat recognouerit, tũc credat & interpretationi quæ uariam recipit coniecturã. n ¶ *Mysterium, etc.*] Pro aruspicib. quod nos uertimus: in Hebræo גזרין habetur

A quod solus Symmachus θεὸς interpretatus est, quos Græci solent πανοσκόπτες appellare, qui exta inspiciunt ut ex his futura prædicant. Mysterium autem uocans ordinem somnij reuelati, ostendit quicquid occultum est & ab hominibus ignoratur, posse mysterium nũcupari. Tollit quoque regi prauam suspicionem, ne humana æstimet inueniri posse solertia qđ dei solius notitię reseruatur. a ¶ *Sed est deus in cœlo reuelans mysteria.*] Frustra igitur ab hominib. quæris in terra quod deus solus nouit in cœlo. Et occulte retrahẽs eum à multorũ deorum cultu, ad unius dei notitiam dirigit. b ¶ *Qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor quæ uentura sint nouissimis temporibus, etc.*] Absq; adulationis uitio ueritate sociata blãditur ut regi: qđ illi à deo mysteria sint reuelata quæ nouissimis temporibus sint uentura. Nouissimi autẽ dies, aut ex eo numerãdi sunt tempore quo Danieli somnium reuelatũ
B est usq; ad consummationem mũdi. Aut certe hoc sentiendum est quod uniuersa interpretatio somnij tẽdat ad finem in quo imago statuaq; quæ cernitur conterenda est. c ¶ *Somnium tuum & uisiones capitis, etc.*] Nõ dixit uisiones oculorum tuorum: ne quid putaremus esse corporeum, sed capitis. Sapientis enim oculi in capite eius: in principali uidelicet cordis, iuxta illud quod in euangelio legimus. Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ uidebunt. Et: Quid cogitatis in cordib. uestris. Alij uero huius occasione capituli τὸ ἡγεμονικὸν non in corde, sed iuxta Platonem in cerebro suspicãtur. d *Tu rex cogitare cœpisti, etc.*] Pro eo quod est post hæc soli Lxx. dies nouissimos transtulerũt. Quod si ita legitur, sollicitius requiramus ubi dies nouissimi scripti sunt, & redarguamus eos qui mundum non putant periturum. Nunquam enim dies appellarẽtur nouissimi si mũdus esset æternus. Quodq; dicitur: Tu rex cogitare cœpisti: indicat causas somnij quod idcirco ei deus futurorum mysteria reuelauerit, quia ipse rex uoluerit scire uentura, & ut Nabuchodonosor diuinæ inspirationis miret gratiã non solum quid in somno uiderit, sed ante somnium quid tacitus cogitarit exponit.
Matth. 5. g e ¶ *Et qui, etc.*] Illud quod in euangelio legimus: Qui solem suum oriri facit super malos & bonos, etiam super Nabuchodonosor intelligimus esse completũ. Tãta est enim clementia omnipotentis dei, ut etiam Nabuchodonosor dispensationis suæ qua mundum regit mysteria reuelaret. Interrogemus eos qui diuersas asserunt esse naturas, cuius naturæ Nabuchodonosor intelligant, bonæ an malæ. Si bonæ, cur impius dicit? Si malæ (ut certum est) cur malo atq; terreno, id est χοϊκῷ, sua deus sacramenta mõstrauit? f ¶ *Mihi quoq; nõ, etc.*] Putauerat rex noticiã futurorũ solertia mẽtis humanæ posse cõprehendi: & ideo sapientes Babylonis interfici iusserat. Ergo Daniel eos excusat q dicere non potuerũt: & ipse inuidiam fugit, ne quis æstimet eum quæ dicturus est propria dixisse sapientia. Causa autem reuelationis propheticæ regis est desideriũ, qui uoluit uẽtura cognoscere. Ergo honorat regẽ quando propter illius scientiam sibi à deo dicit mysteria reuelata. Et hoc cõsiderandum quod somnia in quib. aliqua uentura signantur, & quasi per nubilũ ueritas demõstratur, nõ D pateant coniectorib. & humanæ mentis arbitrio, sed dei solius scientiæ. g ¶ *Tu rex, etc.*] Pro statua, id est εἰνδρειάντι, quod solus interpretatus est Symmachus, cæteri imaginem transtulerunt: uolẽtes hoc nomine similitudinẽ ostendere futurorũ. Sequamur interpretationẽ ꝓpheticam, & Danielis uerba interpretantes: quæ ab illo breuiter dicta sunt, latius exponamus. h ¶ *Caput, inquit, aureum tu es, etc.*] Per quod ostenditur primum regnum Babyloniũ auro preciosissimo comparatum. i ¶ *Et post te, etc.*] Medorum uidelicet atq; Persarum: quod argenti habet similitudinem, minus priore & maius sequente. k *Et regnum tertium, aliud æneum, etc,*] Alexandrum significat & regnum Macedonum, successorumq; Alexandri. Quod recte æneum dicitur. Inter omnia enim metalla æs uocalius est & tinnit clarius, & sonitus eius longe lateq; diffunditur: ut non solum famam & potentiam regni, sed & eloquentiam Græci sermonis ostẽderet. l ¶ *Et regnum quartum, etc.*] Regnum aũt quartũ quod perspicue pertinet ad Romanos, ferrũ est quod cõminuit & domat omnia: sed pedes eius & digiti ex parte ferrei & ex parte sunt fictiles, quod hoc tempore manifestissime cõprobat. Sicut enĩ in principio nihil Romano imperio fortius & durius fuit: ita in fine rerũ nihil imbecillius, qñ & in bellis ciuilib. & aduersum diuersas natiões, aliarum

A aliarum gentium barbararum indigemus auxilio. In fine autem horum omnium regnorum auri, argenti, æris & ferri, abscissus est lapis dominus atq; saluator, sine manibus, id est, absq; coitu & humano semine de utero uirginali: & contritis omnibus regnis, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram: quod Iudæi & impius Porphyrius male ad populum referũt Israel, quem in fine seculorum uolũt esse fortissimum & omnia regna conterere & regnare in æternum. a ¶ *Deus magnus ostendit, etc.*] Rursum reuelationem somnij non sui dicit meriti, sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & doceret regẽ quod deus esset solus colendus. b ¶ *Tunc rex Nabuchodonosor cecid. etc.*] Hunc locũ calumniatur Porphyrius, qđ nunquam superbissimus rex captiuũ adorauerit: quasi non & Lycaones ob signorũ
dt. 13. b magnitudinem Paulo & Barnabæ uoluerint hostias immolare. Error ergo gẽtiliũ,
B qui oĩe quod supra se est deos putãt, scripturę nõ debet imputari, quæ simpliciter refert uniuersa quæ gesta sunt. Sed & hoc possumus dicere, qđ causas adorãdi & immolandarũ hostiarũ & incensi atq; sacrificij ipse rex exposuerit dicens ad Danielem. c ¶ *Vere deus, etc.*] Ergo nõ tam Danielem quãm in Daniele adorat deum qui mysteria reuelauit. Qđ & Alexandum magnum regem Macedonũ, in pontifice Iudæa fecisse legimus. Quẽ si displicet hoc, dicendum est Nabuchodonosor signorũ magnitudine & stupore confusum quid faceret ignorasse: ut qui dominum uerũ intelligebat & dominum regum, & seruum eius adoraret & illi adoleret incensum. d ¶ *Tunc rex Danielem, etc.*] Et in hoc calumniator ecclesiæ propheram reprehendere nititur, quare nõ recusarit munera, & honorem Babylonium libenter susceperit: non cõsyderans ideo regem uidisse somniũ, & interpretationis mysteria per puerum reuelata, ut Daniel cresceret, & in loco captiuitatis princeps omnium fieret Chaldæorum, & dei omnipotentia nosceretur. Quod quidem & in Ioseph apud Pharaonem & Aegyptum factum legimus: Et in Mardocheo apud Assuerum: ut in utraq; gente haberent captiui & peregrinantes Iudæi solatia, uidentes hominem gentis suæ Aegyptiorum esse principem uel Chaldæorum. e ¶ *Daniel autem postulauit à rege &c. etc.*] Non obliuiscitur eorum cum quibus dominũ deprecatus est, & qui secum periclitati fuerant. Itaq; facit eos iudices prouinciarum: ipse autem à latere regis non recedit.

Gen. 41. c
Hest. 8. d

C

D

CAP. III

NAbuchodonosor rex fecit statuam auream, etc.] Verlox obliuio ueritatis: ut qui dudum seruũ dei quasi deum adorauerat, nũc statuam sibi fieri iubeat, ut ipse adoret in statua. Quod autem aurea sit & infiniti ponderis: illud in causa est, D ut stuporem uidentibus creet, & res inanimata adoret ut deus, dum unusquisq; suã consecrat auaritiam. Datur autem per occasionem captiuorũ barbaris nationibus salutis occasio: ut qui primũ per Danielis reuelationem potentiam cognouerant unius dei: in triũ puerorum quoque fortitudine discant mortẽ contemnere & idola non colere. g ¶ *Et statuit eam in campo, etc.*] Pro Dura Theodotio, Deira, Symmachus Doraũ, Septuaginta πρίσολον transtulerunt, quod nos uuariũ uel cõclusum locum dicere possumus. h ¶ *Itaq; Nabuchod. etc.*] Excelsa perculosius stãt, & citius corruũt quæ sublimia sunt. Principes congregãtur ad adorandũ statuam, ut per principes seducant & gẽtes. Qui enĩ diuites sunt & potentes, dũ timent carere diuitijs & potentia, facilius supplantant. Seductis autẽ magistratibus, subditi populi maiorum exemplo pereũt.

Et præ-

Universidad de Sevilla Biblioteca

quam posuerat Nabuchodonosor rex. Et prēcō clamabat ualenter: Vobis dicit̄ populis, tribubus & linguis, in hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, & uniuersi generis musicorum: cadentes adorate statuam auream quā constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non cadens adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Pōst hæc igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi tribus & linguæ adorauerunt statuam auream quam cōstituerat Nabuchodonosor rex. Statimq; & in ipso tēmpore accedentes uiri Chaldæi accusauerūt Iudæos. Dixeruntq; Nabuchodonosor regi: Rex in æternum uiue: tu rex posuisti decretum ut omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ, & psalterij & symphoniæ & uniuersi generis musicorum, prosternat se ut adoret statuam auream. Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sūnt ergo uiri Iudæi quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sedrach, Misac & Abdenago, qui contempserunt decretum tuum: Deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti non adorant. Tunc Nabuchodonosor rex in furore & ira præcepit ut adducerentur Sedrach, Misac & Abdenago. Qui confestim adducti sunt in conspectu regis: pronunciansq; Nabuchodonosor rex, ait eis: Veré ne Sedrach, Misac & Abdenago, Dēos meos non colitis, & statuam auream quam constitui non adoratis? Nunc ergo si estis parati quacunq; hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij & symphoniæ, omnisq; generis musicorum: Prōsternite uos & adorate statuam quam feci, quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: Et quis est deus qui eripiat uos de manu mea? Respondentes Sedrach, Misac & Abdenago, dixerunt regi: Nābuchodonosor rex, nō oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quē colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ō rex liberare. Quod si noluerit

A a ¶ Et prēco clamabat ualenter, uobis dicitur populis, tribubus & linguis, in hora, qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ & citharæ, etc.] Non quo omnes populi uniuersarum nationum in campo Dura potuerint congregari & adorare statuam auream, sed quo in principibus cunctarum gentium omēs gentes & populi adorasse credantur. Omnem scripturam sanctam mēte percurrens, nisi tamē mē fallit obliuio, nequaquam reperio quod sanctorū quisquam deum cadens adorauerit: sed quicunq; idola & dæmones & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare: ut in præsenti loco non semel sed crebrius. Et in euangelio diabolus loquitur ad dominum: Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me. Sed & hoc dicendum: omnes hæreticos qui fulgore eloquentiæ secularis falsum dogma componunt, aureamstatuā facere, & quantum in se est persuasione compellere, ut cadentes adorent idolum falsitatis. b

Matth. 4. b

B ¶ Post hæc igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, etc.] Eodem sensu accipiendum quo supra: ut omnes populos intelligamus in principibus. Neq; enim adesse uniuersæ simul poterant nationes. c

¶ Statimq; in ipso tempore accedentes uiri Chaldæi accusauerunt Iudæos. Dixerūtq; Nabuchodonosor regi: Rex in æternū, etc.] Quos præpositos in Babylone regis operibus inuidebant & offendebantur peregrino cultu & auersione idolorum, nacti occasionem criminantur ad regem. Denicq; sequitur: d

¶ Sunt ergo uiri Iudæi quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abdenago qui contempserunt decretum tuum, etc.] Et quodammodo sic loquūtur: Quos prætulisti nobis & captiuos uel seruos, principes esse fecisti: hi elati in superbiam, tua præcepta contemnunt, deos tuos nō colunt, & statuam auream quā erexisti non adorant. Quod in principio huius uisionis diximus, hic manifestius approbat, alios esse deos Nabuchodonosor & aliam statuam auream quam in cultu sui iussit erigi, nam in consequentibus ipse rex loquitur: e

C

¶ Deos meos non colitis, & statuam auream quam, etc.] Alij hanc dicunt scripturæ sanctæ consuetudinem, ut unum idolum appellet pluraliter, ut est illud in Exodo de uitulo: Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et in Regum uolumine: Hieroboam ponens aureum uitulū in Bethel, idola fecisse narratur. Ecōtrario multa dæmonia singulari numero appellant̄, ut in Esaia: Inclinat se & adorat illud & uotū faciens dicit, deus meus es tu. f

Exod. 32. a

3. Reg. 12. g

Esa. 44. c

¶ Prosternite uos & ado. etc.] Quanquam in furore præceperit adduci pueros, tamē dat spacium pœnitudinis: ut si ceciderint & adorauerint, prior culpa ueniam cōsequatur: sin autem adorare cō tēpserint, præsens pœna sit fornacis ardentis. g

¶ Et quis est deus qui, etc.] Ille uidebitur cuius seruum dudū adorasti, quem uere deum deorum et dominum regum esse dixisti. h

D

Nabuchodonosor rex, nō, etc.] In Hebræo non habet regē, sicut in Lxx. ne adulari uiderentur impio, aut regem uocare eū qui ad iniqua cōpelleret. Quod si quis cōtentiosus regem quoque legerit: dicemus eos nō procaciter regem ad effusionē sui sanguinis ,puocare, sed ita reddere regi honorem debitū, ut dei cultus non lædat. Quod autem ait: Nō oportet nos de hac re respōdere tibi: Ille sensus est: non debes audire uerba quorum tam rebus ipsis probabis fortitudinē atque constantiam. i

¶ Ecce enim deus noster, etc.] Vnde se putauerat terrere pueros, inde cernit in eis materiam fortitudinis. Nec in longum differunt, sed in præsens sibi pollicentur auxilium dicentes: Ecce enim deus noster quem colimus, ipse nos & de eo quod minaris incendio & de tuis potest manibus liberare. k

¶ Quod si noluerit, etc.] Pulchre ad id quod dixerāt: Potest eripere nos: nō intulit cōtrariū, si non potuerit, sed si noluerit: ut nō impossibilitatis dei, sed uoluntatis sit si perierint,

Notum

noluerit: notum tibi sit rex qūia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus. Tunc Nābuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius commutatus est super Sedrach, Misac & Abdenago. Et præcepit ut succenderetur fornax septuplū quàm incendi consueuerat, & uiris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis pedibus Sedrach Misac & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et cōfestim uiri illi uincti braccis suis & tiaris & calciamentis & uestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis urgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò uiros illos qui miserant Sedrach, Misac & Abdenago interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres Sedrac, Misac & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Et ambulabant in medio flammæ laudantes deum & benedicentes domino. Stans autem Azarias orauit sic: aperiensq; os suum in medio ignis ait: Benedictus es dōmine deus patrum nostrorum: & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & uniuersa opera tua uera, & uiæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua uera. Iudicia enim uera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: quia in ueritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimūs enim & inique egimus recedentes à te & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audiuimus nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. Omnia ergo quæ induxisti super nos, & uniuersa quæ fecisti nobis, in uero iudicio fecisti: et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorū & pessimorum præuaricatorumq; et regi iniusto & pessimo ultra omnē terram. Et nunc non possumus aperire os. Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis & his qui colunt te. Ne quæsumus tradas nos in perpetuū propter nomen tuū: & ne dissipes testamentū tuū, neq; auferas misericordiā tuā à nobis ,ppter Abraham dilectū tuū, & Isaac seruū tuū et Israel sanctum tuū, quibus locutus es pollicens quod multiplicares semē eorū sicut stellas cœli & sicut arenā quæ est in littore maris. Quoniàm dñe imminuti sumus plusq̄ oēs gētes, et sumus humiles in uniuersa terra hodie ,ppter pctā nostra, & nō est in tēpore hoc princeps & propheta & dux neq;

A a ¶ Notum tibi sit rex, quia deos tuos non colimus & statuam auream, etc.] Siue statuam, ut Symmachus: siue imaginem auream, ut cæteri transtulerunt, uoluerimus legere, cultores dei eam adorare non debēt. Ergo iudices & principes seculi qui imperatorum statuas adorant & imagines: hoc se facere intelligant qđ tres pueri facere nolentes placuerunt deo. Et notāda proprietas, deos coli, imaginem adorari dicunt, quod utrunq; seruis dei non cōuenit. b

¶ Tunc Nabuchodonosor repletus est etc.] In quibusdam psalmis tituli prænotant̄, Pro his qui commutabuntur. Sermo igitur commutationis ambiguus est, & de bono in malum, et de malo in bonū. Neque enim commutatio uultus Nabuchodonosor bonæ parti poterit coaptari: Licet quidam & inscriptionem psalmorum de bono ad malū referāt: quod hi qui naturaliter debuerāt intelligere deum, cōtra Christum & sanctos eius perturbatiōe mētis & furore mutati

B sunt. c

¶ Et præcepit ut succēderetur fornax, etc.] Quasi nō posit simplex & solitus ignis trium puerorum cōsumere corpora: sed furor & ira quæ infamiæ proxima est, modum tenere non potest. Et uult eos multiplicis pœnæ commi-natione terrere quos paratos uidebat ad mortem. d

¶ Et confestim uiri illi uincti braccis suis & tiaris & calciamētis & uestibus, missi sunt in me. etc.] Pro braccis quas Symmach. ἀναξυρίδας, interpretatus est: Aquila & Theodotio saraballa dixerunt, & non ut corrupte legitur saraba-ra. Lingua aūt Chal-

סִרְבָּל dæorū saraballa crura hominū uocantur & tibiæ, & ὁμωνύμως etiam braccæ eorum quibus crura teguntur & tibiæ, quasi crurales & tibiales appellatæ sunt. Tiara autē uerbum Græcum est & usu uersum in latinū. De quo Vergilius: Sceptrumq; sacerq; tiara. Est autem genus pileoli quo Persarū Chaldæorumq; gens utitur. e

¶ Porrò uiros illos qui miserant Sedrach, Misac, etc.] Eos uiros scilicet de quibus supra dixerat: Et uiris fortissimis de exercitu suo, iussit ut ligatis pedibus Sedrach, Misac & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentem. Nō ergo fortuito quoscunq; ministros perdidit Nabuchodonosor, sed uiros fortes de exercitu suo & ad bella promptissimos: ut non solum miraculum pertimesceret, sed exercitus sui damna senturet. f

C

¶ Viri autem hi tres Sedrach, Misac & Abdenago ceciderunt in medio flammæ laudantes deum, etc.] Grande miraculum, ligati mittūtur in fornacē & cadunt in medium ignis præcipites: ardēt uincula quibus ligati sunt, & uictorum corpora timens flamma nō tangit. Hucusq; Hebræi legunt: media quæ sequuntur usq; ad finem cantici triū puerorum, in Hebraico non habētur: De quibus ne omnino præteriisse uideamur, pauca dicenda sunt. g

¶ Benedictus es domine deus patrum nostrorum: & laudabile, etc.] Quando diuersis premimur angustijs, ex toto cordis hoc loquamur affectu: & quicquid nobis acciderit, iuste nos sustinere fateamur, ut complea-tur in nobis illud qđ scriptum est: Exultauerunt & lætatæ sunt filiæ Iudæ in omnib. iudicijs tuis domine. h

Psal. 96. b

¶ Peccauimus enim iniquè egimus recedentes à te & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audiuimus nec obseruauimus nec fecimus sicut, etc.] Et certe tres pueri non peccauerūt, nec eius ætatis erant quando ducti sunt in Babylonem, ut propter sua uitia punirētur. Ergo quomodo hi ex persona populi loquuntur, sic illud Apostoli legendum est: Non enim quod uolo hoc ago, sed quod nolo illud operor, & cætera quæ in eodem loco scripta sunt. i

Rom. 7. c

¶ Quoniam domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, & sumus humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra, & non est in tempore hoc princeps & pro. etc.] His uersiculis utendum est, si

quando

A quando ecclesiæ propter peccata populi, sanctorũ uirorum & magistrorũ qui in lege dei doctissimi sunt sustinẽt penuriam, & quando in persecutionibus nõ offertur sacrificiũ & oblatio. Quidam hũc locum, & ad cœlestem referunt Hierusalẽ quod animæ ad terrena delapsæ, & in loco lachrymarum & confessionis positæ, plangant antiqua delicta, & cætera quæ prophetalis sermo complectitur, sed hæc non recipit ecclesia dei. a

a ¶ Sed in anima cõtrita & spiritu humilitatis suscipiamur, si. etc.] Et ex præsenti loco & ex eo qđ sequit: Benedicite spiritus & animæ iustorum dño: Et in psal-

Psal. 5. d mis: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus nõ despicit: sunt qui aliũ uelint esse spiritum in homine excepto spiritu sancto & aliam animam. Sed laborandum eis erit, quomodo absq; carne & gratia spiritus sancti duę substantiæ & duo interiores homines in uno homine esse dicantur. b ¶ *Et nõ cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem naphtha & stupa, etc.*] Salustius scribit in historijs quod naphtha sit genus somitis apud Persas, quo uel maxime nutriantur incendia. Alij ossa oliuarum quæ projiciuntur cum amurca arefacta, naphthã appellari putant: Vnde & Græce πυρίνη dicitur, ab eo quod πῦρ, id est, ignem nutriat. c ¶ *Angelus autem domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, et excussit flammam ignis de fornace, & fecit, etc.*] Oppressa perturbationibus anima & uarijs molestijs occupata, cum hominum desperauerit auxilium, & tota ad dominum fuerit mente conuersa, descendit ad eam angelus domini, scilicet sermo diuinus & excutit flammæ æstuãtis ardores: ut ne quaquã ignita iacula inimici cordis nostri arcana penetrẽt, nec illius fornace claudamur. d ¶ *Benedicite omnia opera domini domino laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: lau. etc.*] Generali laudatione præmissa, quod omnis creatura debeat laudare dominum: in consequẽtibus per partes singulas cohortatur angelos & cœlos, aquas atq; uirtutes, solem & lunam, imbrem & rorem, spiritum, ignem & æstũ, frigus & cauma, & cætera quæ longum est texere: ita ut fontes quoq; & maria & cete & uolucres bestiasq; et pecora ad laudem domini prouocet & filios hominũ, & post omne hominum genus Israelem & de ipso Israel sacerdotes & seruos domini, spiritus animasq; iustorum, sanctos & humiles corde: Et ad extremũ Ananiam, Azariã, Misaelẽ: qui ad laudem dñi præsenti beneficio prouocant. Omnis aũt creatura non uoce, sed opere laudat dominum, quia ex creaturis consequenter creator intelligitur, & in singulis operibus atq; effectibus dei magnificentia demonstratur.

neq; holocaustum, neq; sacrificium, neq; oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarũ coram te, ut possimus inuenire misericordiam. Sed in anima contrita & spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ: & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine, & confundãtur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in omni potentia tua, & robur eorum cõteratur, & sciant quia tu es dominus deus solus & gloriosus super orbem terrarum. Et nõ cessabant qui miserant eos ministri regis succẽdere fornacem naphtha, & stupa & pice & malleolis: & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadragintanouem, & erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angẽlus autem domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem & excussit flammam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis quasi uentum roris flantem: & non tetigit eos omnino ignis neq; contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi uno ore laudabant & glorificabant & benedicebant deum in fornace dicentes: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum: & laudabile & superexaltatum in omnib. seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ: & superlaudabilis & supergloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui: & superlaudabilis & superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim: & laudabilis & superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento cœli: & laudabilis & gloriosus in secula. Benedicitẽ omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite cœli domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes uirtutes domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite sol & luna domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite stellæ cœli domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite imber & ros domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnis spiritus dei domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite ignis & æstus domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite frigus & æstus domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite rores & pruina domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite gelu & frigus domino

Mat. 11. d d ¶ *Benedicite sancti & humiles corde domino: laudate. etc.*] Humilitatem cordis habere, & præsens uersiculus docet: & illud quod in euangelio dicitur: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus uestris. Cordis autem illa est humilitas, quæ in alio loco paupertas spiritus appellatur: ut non erigamur superbia, nec ficta gloriam humilitate quæramus: sed toto corde inclinemur. Hucusque de Theodotionis æditione pauca perstrinximus confessionis & laudum trium puerorum quæ non habentur in Hebræo: exinde sequamur Hebraicam ueritatem.

B b ¶ *Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit & surrexit propere, & ait optimatibus suis: Nonne tres uiros mi. etc.*] Punitis principibus, rex corripitur ut uiuens glorificet deum. Interrogat autem optimates suos: quorum accusatione & consilio tres pueros in ignem fornacis miserat: ut illis respondentibus se misisse tres pueros in fornacẽ, iste eis nunciet & ostendat. c ¶ *Qui respondentes regi dixerunt: Vere rex: Respondit rex & ait: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos & ambulãtes in medio ignis etc.*] Rursum dicam: O quàm sapiens ignis, quàm inenarrabilis dei potentia: uinculis stricta sunt corpora, uruntur uincula, corpora non uruntur. Speciẽ autem quarti quem similem dicit filio dei, uel angelũ debemus accipere, ut Lxx. transtulerunt, uel certe ut plerique arbitrantur dominum saluatorẽ. Sed nescio quomodo rex impius dei filium uidere mereatur. Ergo iuxta Symmachum qui interpretatus est: Species autem quarti similitudo filiorum, non dei, sed deorum, angeli sentiendi sunt qui & dij, & deorum uel dei filij sæpissime nuncupantur. Hoc iuxta historiam. Cæterũ in typo præfigurat iste angelus siue filius dei, dominum nostrum Iesum Christum qui ad fornacem descendit inferni: in quo clausæ & peccatorum & iustorum animæ tenebantur, ut absque exustione & noxa sui eos qui tenebantur inclusi mortis uinculis liberaret. d ¶ *Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sedrach, Misac, & Abdenago serui dei excelsi: egredimini & uenite etc.*] Pauore perterritus, non per nuncios quærit à pueris, sed ipse eos ex nomine uocat, seruos dei excelsi appellans, & petens ut ad se egrediantur, quos uinctos in fornacem miserat. e ¶ *Benedictus deus Sedrach, Misac, & Abdenago: qui misit angelum suum & eruit seruos suos etc.*] Quem supra filium dei, hic angelũ uocat, quam quam in superioribus similitudo filij dei non ueritas appellata sit. Rursum ergo Nabuchodonosor dei confessionem recipit & damnatis idolis laudat tres pueros, qui noluerunt seruire & adorare omnem deum, excepto deo suo: & miratur quod sanctos dei ignis tangere non potuerit. Quod autem ait: f ¶ *A me ergo propositum est hoc decretum ut omnis populus, tribus & lingua quecunque locuta fuerit blasphemiam contra deum, etcet.*] Quidã pessime ad diabolum referunt, quod in consummatione & fine mundi, etiam ipse recipiat nostrum dei & omnes ad pœnitentiam cohortetur: & hunc uolunt esse

A regem Niniue qui nouissime descendit de throno superbiæ, & humiliatus præmia consecutus sit. *a* ¶ *Tunc rex promouit Sedrach etc.*] Qui dicunt supra tres pueros non iudices prouinciarum, sed præfectos operum singulorum fuisse in Babylone: hic uolunt etiã eos prouinciarũ iudices cõstitutos. *b* ¶ *Nabuchodonosor rex etc.*] Epistola Nabuchodonosor in prophetæ uolumine ponitur: ut nõ fictus ab alio postea liber sicut sycophanta mentitur, sed ipsius Danielis esse credatur.

CAPVT IIII

EGo Nabuchodonosor etc.] Historia quidem manifesta est, & nõ magna interpretatiõe indiget: q̃ ob offensam dei Nabuchodonosor uersus in amentiã septem annis inter bruta animalia uixerit: & herbarũ radicibus alitus sit: ac postea misericordia dei restitutus in regnũ laudauerit & glorificauerit regẽ cœli: quia omnia opera eius uera: & uiæ eius iudicia: & gradientes in superbia potest humiliare. Sed qui uolunt per Nabuchodonosor contrariã intelligere fortitudinem: de qua dominus loquitur in euangelio: Videbam satanam quasi fulgur cadentem de cœlo: & Ioannes in Apocalypsi, q̃ draco cadens in terrã tertiam partem stellarũ secum traxerit. Et Esaias: Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur? asserũt nequaq̃ potuisse fieri, ut fœno per septẽ annos uesceretur homo qui nutritus est delicijs: & septẽ annis absq; ulla laceratiõe corporis sui, inter bestias uixerit. Et quo modo amenti homini per septem annos imperiũ reseruatum sit, regnum q̃ potentissimũ absq; rege tanto tempore fuerit: aut si alius illi successerit in regnũ: cuius uecordiæ æstimandus sit, ut cederet imperio, quod tanto tempore possidebat: præsertim cũ historiæ Chaldæorũ nihil tale cõtineant: nec potuisse fieri: ut qui de minoribus scripserant, maiora reticerent. Hæc aũt omnia quærant & replicent: ut cum historia non steterit, per Nabuchodonosor diabolus significetur. Quod nos nequaq̃ recipimus, ne omnia quæ legimus, umbræ uideãtur & fabulæ. Quis enim amentes homines non cernat instar brutorũ animantiũ in agris uiuere locisq; syluestribus? Et ut cuncta prætereã, cum multo incredibiliora & Græcæ & Romanæ historiæ accidisse hominibus prodiderint: Scyllam quoq; & Chimeram, Hydram atq; Centauros, aues & feras, flores & arbores, stellas & lapides factos ex hominibus narrent fabulæ: quid mirum est si ad ostendendam potentiam dei, & humiliandam regũ superbiam, hoc dei iudicio sit patratum? Quietus eram

Luc. 10.c

Apo. 12.d

Esa. 14.d

in domo mea, & florens in palatio meo, siue in thrõno, ut interpretatus est Theodotio. Domũ autem diaboli, qui sensum sequuntur contrarium, mundum istum intelligunt. De quo in euangelio ipse loquitur ad saluatorem: Hæc omnia mihi tradita sunt. Et apostolus dicit: Mundus in maligno positus est. *d* ¶ *Somnium uidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in etc.*] Respondeãt quale somniũ uiderit contraria fortitudo: nisi forte omne quod in hoc mũdo habere uidetur umbra & somnium est. *e* ¶ *Et uisiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum ut etc.*] Nota q̃d & Nabuchodonosor uisiones non oculorum & cordis, sed capitis nouerit: quia propter gloriam seruorũ dei, futurorum illi mysteria reuelãtur. *f* ¶ *Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel: cui nomẽ Baltasar etc.*] Excepti Septuaginta trãslatoribus, qui hæc omnia nescio qua ratione præterierunt: tres reliqui, collegam interpretati sunt. Vnde iudicio magistrorum ecclesiæ, æditio eorũ in hoc uolumine repudiata est: & Theodotionis uulgo legitur: quæ & Hebræo & cæteris translatoribus congruit. Vnde & Origenes in nono Stromatum uolumine asserit se quæ sequuntur ab hoc loco in propheta Daniele, non iuxta Septuaginta interpretes: qui multum ab Hebraica ueritate discordant, sed iuxta Theodotionis æditionem differere. *g* ¶ *Qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: & somnium coram ipso locutus etcæt.*] Pro eo quod hic dicitur, deorum sanctorum, lingua Chaldaica qua scriptus est Daniel legimus אֱלָהִין קַדִּישִׁין quod deos sanctos, & non deum sanctum significat: ut Theodotio interpretatus est. Nec mirum si erret Nabuchodonosor: & quicquid super se cernit, non deum, sed deos arbitretur. Denique & in consequentibus: Baltasar, inquit, princeps hariolorum, quem ego scio quod spiritum deorum sanctorũ habeas in te. Baltasar princeps hariolorum siue incantatorũ, ut alij interpretati sunt. Non mirum si princeps hariolorum omnium constitutus sit: qui ad præceptum regis sapientiam didicerat Caldæorum: & decuplum omnium sapientior fuerat inuentus. Quæramus ab his qui in hac uisione non recipiunt historiam: quis iste sit Nabuchodonosor qui somnium uiderit: & quis Daniel qui somnium eius ediserat, & uentura prædicat: & quomodo hic ipse Daniel, qui utiq; iuxta eos, sancta intelligenda est fortitudo: à Nabuchodonosor princeps hariolorum

Mat. 11.b

1. Ioan. 5.d

B

C

D

A rum eius cõstituitur, & collega appellatur? *a* ¶ *Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia etc.*] Non de Nabuchodonosor rege Chaldæorum, sed de omnibus impijs propheta loquitur. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani: qui non uirtutum magnitudine, sed sua eleuantur superbia: & ideo excidũtur & corruunt. Vnde bonum est illud sectari quod dñs docet in euangelio: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quod autem ait iuxta Theodotionẽ, τὸ κύτος, id est, altitudo eius, siue κυφέαι, ut postea ipse interpretatus est, id est dominatio: pro quo nos uertimus, aspectus eius: idem contemptores historiæ calumniantur, quod ne quaquam dominatio Nabuchodonosor regis orbem terrarum possederit. Neq; enim Græcis & Barbaris, cunctisq; septẽtrionis & occidentis nationibus imperauit, sed tantum orientis prouincias tenuit: id est Asiam, non Europam & Libyã. Ex quo intelligi uolunt cuncta ad diabolum referenda esse: cum hæc omnia nos hyperbolice dicta deberamus accipere, ob superbiam regis impij, qui tantum gloriatur in Esaia: ut cœlum se tenere tacteret: & orbem terrarum quasi nidum & oua uolucrum. *b* ¶ *Et ecce uigil etc.*] Pro uigili Theodotio ipsum Chaldaicum uerbum posuit עִיר quod per tres literas ע & י & ר scribitur: significat autem angelos quod semper uigilent: & ad dei imperium sint parati. Vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur angelorum officia. Et de domino dicitur: Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. Denicq; in consequentibus legimus: In sententia uigilum, hoc est angelorum determinatum: & sermo sanctorũ & petitio. Consuetudo autem Græci Latiniq; sermonis ἐγεργὺ uocat, quæ per multicolorem arcum ad terras descendere dicitur. *c* ¶ *Tunc Daniel cuius nomen etcæt. tacitus cogitare etc.*] Tacitus intellexit Daniel somniũ esse contra regem: & timorẽ cordis uultus pallore signabat: dolebatq; pro eo qui ei plurimũ honoris detulerat. Et ne uideretur insultare atque lætari contra hostem regem: denique detestans id quod intelligebat loquitur ad eum. *d* ¶ *Domine mi rex etc.*] Videns ergo Nabuchodonosor eum metuere: ne sibi strum quid atq; contrarium cõtra regem dicere uideretur: cohortatur eum ut simpliciter & uere loquatur quod intelligit, nec quicquam metuat. *e* ¶ *Arborẽ quam uidisti sublimem atq; robustam, cuius altitudo pertingit etc.*] Absque regis iniuria explicat ueritatem: ut non eum superbiæ sed potentiæ uideatur arguere. *f* ¶ *Et uinciatur ferro etc.*] Et supra similiter scriptum est. Quærunt ergo à nobis qui historiæ contradicunt: quomodo in uinculo ferreo, & æreo fuerit Nabuchodonosor: aut quis eũ uinxerit, & compedibus alligauerit: cum perspicuum sit omnes furiosos ne se præcipitent, & alios ferro inuadant, catenis ligari. *g* ¶ *Hæc est interpretatio sen. etcæt.*] Austeritatem sententiæ, uerborum temperat blandimentis: ut cum dura præcesserint, mitioribus repromissis releuet animum territi. Denicq; infert,

Videbãm, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia: magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum: aspectus illius erat usq; ad terminos uniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca uniuersorũ in ea. Subter eam habitabãt animalia & bestiæ: & in ramis eius conuersabantur uolucres cœli: & ex ea uescebatur omnis caro. Videbã in uisione capitis mei super stratũ meum. Et ecce uigil & sanctus de cœlo descendit, clamauitq; fortiter, & sic ait: Succidite arborẽ, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ quæ subter eã sunt & uolucres de ramis eius. Veruntamẽ germen radicũ eius in terra sinite: & alligetur uinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt: & rore cœli tingatur: & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano cõmutetur, & cor feræ detur ei: & septem tẽpora mutentur super eum. In sententia uigilum decretũ est: & sermo sanctorũ & petitio, donec cognoscant uiuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominũ: & cuicunq; uoluerit, dabit illud: & humillimũ hominẽ constituet super eũ. Hoc somniũ uidi ego Nabuchodonosor rex. Tu ergo Balthasar interpretationẽ narra festinus: quia omnes sapientes regni mei nõ queunt solutionẽ edicere mihi. Tu aũt potes: quia spiritus deorum sanctorũ in te est. Tũnc Daniel cuius nomen Balthasar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi hora una: & cogitationes eius cõturbabãt eũ. Respondẽsq; rex ait: Baltasar somniũ & interpretatio eius nõ cõturbet te, Rñdit Baltasar & dixit: Domine mi rex, somniũ hoc his qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborẽ quã uidisti sublimẽ atq; robustam, cuius altitudo pertingit ad cœlũ: & aspectus illius in omnẽ terrã: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius: & esca omniũ in ea: subter eã habitantes bestiæ agri, & in ramis eis cõmorantes aues cœli: tu es rex, quia magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit & peruenit usq; ad cœlum: & potestas tua in terminos uniuersæ terræ. Quod autem uidit rex uigilem & sanctum descendere de cœlo & dicere: Succidite arborem & dissipate illam: attamen germen radicum eius in terra dimittite: Et uinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cœli conspergatur: & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora commutentur super eum. Hæc est interpretatio sententiæ altissimi, quæ peruenit super dominũ meum regẽ: Ejcient te ab hominibus & cum bestijs ferisq; erit habitatio tua: & fœnum ut bos comedes: & rore cœli infunderis. Septem quoq; tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus super regnum hominum: & cuicunque uoluerit det illud. Quod autem præcepit quod relinqueretur germẽ radicum eius, id est arboris: Regnum

Psal. 36.c

Mat. 11.d

Psal. 102.d

C

D

a ¶ *Regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris etc.*] Vnde hi qui historiæ contradicunt & uolunt diabolo reddi pristinam dignitatem, in hoc loco uelificant: quod post torméta, post efferationẽ, post herbarum & scenicibos, & septẽ annorũ circulos, confiteatur dominũ & sit qui prius fuerat. Qui respondere debẽt quomodo cõgruat ut angeli qui nunq̃ corruerant, eũ rursus principẽ habeant qui per pœnitentiã sit reuersus. b ¶ *Quamobrem rex &c. & peccata tua eleemosynis redime etc.*] Si prædixit sententiã dei quæ non potest immutari, quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperũ, ut dei sentẽtia cõmutetur: Quod facile soluit Ezechiæ regis exemplo quem Esa. 38. a Esaias dixerat esse moriturũ: & Niniuitarũ, quibus dictũ est: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertẽt. Et tamẽ ad preces Ezechiæ & Ninue, dei sentẽtia cõmutata est: non uanitate iudicij, sed corũ cõuersione, q̃ meruere indulgentiã. Alioquin & in Hier. 18. a Hieremia loquit deus se mala minari super gentẽ: & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agenti se asserit polliceri: & si mala fecerit, dicit se suã mutare sententiã: nõ in homines, sed in opera quæ mutata sunt. Neque enim deus hominibus, sed uitijs irascitur: quæ cũ in homine nõ fuerint, nequaquã punit quod mutatum est. Dicamus & aliter: Fecit quidẽ Nabuchodonosor iuxta Danielis consiliũ misericordias in pauperes: & idcirco usq̃ ad mensem duodecimũ in eum est dilata sentẽtia: Sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriat & dicit: Nõne hæc est Babylon magna, quã ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei c bonũ misericordiæ perdidit malo superbiæ. c ¶ *Forsitan ignoscet deus delictis tuis. Hæc omnia etc.*] Cum beatus Daniel præscius futurorũ de sententia dei dubitet: rem temerariã faciũt, qui audacter peccatoribus indulgentiã pollicentur. Et tamen sciendũ quod si Nabuchodonosor bona opera facienti uenia repromittit: multo magis alijs promittitur, qui leuiora peccata commiserunt. Legimus & in Hieremia præceptum populo Iudæorũ, ut orent pro Babylonijs: quia in pace eorum sit pax captiuorum. d ¶ *Cum adhuc sermo esset in regis ore, uox etc.*] Arrogans gloriatio statim punitur à domino. Et ideo differtur sententia, ne uideatur misericordia in pauperes minime profuisse. Sed statim ut locutus est per superbiam perdidit regnum quod ob eleemosynas fuerat reseruatum. e ¶ *Donec scias quod etc.*] Magna miserię cõsolatio: quãdo in tormentis positus scit prospera secutura: quanquam Nabuchodonosor tanti furoris sit & amentiæ, ut malorum tempore bonorum quæ ei deus promiserat, nõ fuerit recordatus. f ¶ *Ego Nabuchodonosor oculos meos etc.*] Nisi oculos leuasset ad cœlum sensum pristinum nõ recepisset. Quãdo autem dicit sensum sibi redditũ, ostendit non formam se amisisse, sed mentem. g ¶ *Et regnum eius in generatione & generatione etc.*] Si hoc quod in scripturis dicitur: in generatione, simpliciter accipimus pro eo quod est in omnia futura tẽpora: nulla quæstio est: Sin aũt (ut sæpe diximus, generatio, & generatio, duas generationes significat, legis, & euangelij: quærendũ est, quõ Nabuchodonosor dei sacramenta cognouerit. Nisi forte hoc dicamus, quod postq̃ oculos ad cœlum leuauit, & recepit pristinum statum, & exaltauit & benedixit deum uiuentem in sempiternum, etiam hoc nõ ignorauerit. h ¶ *Iuxta uoluntatem enim suam facit etc.*] Et hoc loquitur quasi homo seculi Non enim quod uult, hoc facit: sed quod bonum est, hoc uult deus. Nabuchodonosor autem sic locutus est, ut dum potentiam dei prædicat, iusticiam eius uideatur arguere, quod immerito pœnas sustinuerit. i ¶ *Et optimates mei, & magistratus mei requisierunt me etc.*] Ergo iuxta eos qui historiæ contradicunt: omnes angelicæ fortitudines requisituræ sunt diabolum: & in tantam crescit potentiam, ut qui quondam aduersus deum superbierat maior futurus sit, quàm fuit ante peccatum. k ¶ *Nunc igitur etc.*] Intellexit Nabuchodonosor, quare septennij pœnas sustinuerit, & idcirco se humiliatum, quia contra deum superbierit.

Regnũm tuum tibi manebit postq̃ cognoueris potestatem esse cœlestẽ. Quamobrẽ consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime & iniquitates tuas misericordijs pauperũ: Forsitan ignoscet deus delictis tuis. Hæc omnia uenerũt super regẽ Nabuchodonosor. Post duodecim mensiũ finem in aula Babylonis deambulabat. Respondit q̃ rex, & ait: Nõne hæc est Babylon ciuitas magna quã ego ædificaui in domũ regni robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cũm adhuc sermo esset in ore regis, uox de cœlo irruit: Tibi Nabuchodonosor rex regnũ tuũ transijt à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes: & septem tempora mutabuntur super te. Dõnec scias quod dominet excelsus in regno hominũ: & cuicunq; uoluerit, det illud: Eadem hora sermo cõpletus est super Nabuchodonosor: & ex hominibus abiectus est, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus eius infectũ est, donec capilli eius in similitudinẽ leonum crescerent, & ungues eius quasi ungues auium. Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui: & sensus meus redditus est mihi: & altissimo benedixi: & uiuentem in sempiternũ laudaui & glorificaui: quia potestas eius, potestas sempiterna. Et rẽgnũ eius in generatione, & omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. Iuxta uoluntatem enim suam facit tam in uirtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decoremq; perueni, & figura mea reuersa est ad me. Et optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in meum regnum restitutus sum: & magnificentia amplior est addita mihi. Nũc igitur ego Nabuchodonosor laudo, et magnifico, et glorifico regem cœli: quia omnia opera eius uera, & uiæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

CAPVT V.

A *Baltasar rex fecit etc.*] Sciendum est hunc esse filium Nabuchodonosor, ut uulgo legentes arbitrantur: sed iuxta Berosum, qui Chaldæã scripsit historiã, & Iosephum, qui Berosum sequitur: Post Nabuchodonosor qui regnauit annis quadraginta tribus, successisse in regnũ eius filiũ qui uocabatur Euilmarodach: de quo Here. 21. scribit Hieremias, q̃d in primo anno regni sui leuauerit caput Iechonias regis Iudæ, & eduxerit eũ de domo carceris. Refert idem Iosephus, quod post mortem Euilmarodach, in regnũ patris successerit filius eius Neglisar, post quẽ rursum filius eius Labosordach: quo mortuo Baltasar filius eius regnum tenuerit: quem nunc scriptura cõmemorat: quo interfecto à Dario rege Medorum, qui Cyri regis Persarum auunculus fuit & Cyro Persa: quę duo regno Esaias a-
B scensorẽ bigæ, cameli, Hier. 21. c & asini uocat, destructũ esse imperiũ Chaldæorũ. Quod quidẽ & Xenophon in Cyri maioris scribit infantia: & Pompeius Trogus, & multi alij q̃ barbaras scripsere historias. Hunc Darium in Græcis uoluminibus quidã Astyagen, alij Astyagis filiũ putant, & alio apud eos appellari nomine. Vnusquisq; aũt principũ uocatorũ iuxta suã bibebat ætatẽ. Siue ut cæteri interpretes trãstulerunt: Bibebat ipse rex uinũ corã cũctis principib. quos uocauerat. b ¶ *Præcepit ergo iam temu. &c.*] Tradunt Hebræi huiusce modi fabulã: usq; ad septuagesimũ annũ, quo Hieremias captiuitatẽ populi Iudæorũ dixerat esse soluendã, de quo & Zacharias in principio uoluminis sui loquitur: irritã putans dei pollicitationẽ Baltasar, falsumq; promissum: uersus in gaudiũ, fecerit grãde cõuiuiũ: insultãs quodammodo spei Iudæorũ, & uasis tẽpli dei: sed statim ultio cõsecuta est. Q̃d aũt Baltasaris patrẽ Nabuchodonosor uocat, nõ facit errorẽ scientib. sanctę scripturę cõsuetudinẽ: qua patres, oẽs proaui, & maiores uocant. Et hoc considerandũ, q̃d sobrius ista nõ faciat, sed temulentus: oblitusq; pœnæ quæ Nabuchodonosor proauũ illius cõsecuta est. c ¶ *Bibebant uinum etc.*] Quanta stultitia, in aureis uasis bibentes, deos ligneos laudabãt & lapideos. Quãdiu uasa fuerũt in idolio Babylonis, nõ est iratus dñs: uidebant eẽ rem dei secundũ prauã quidẽ opinionẽ, tamen diuino cultui cõsecrasse: postq̃ aũt humanis usibus diuina cõtaminãt, statim pœna sequit post sacrilegiũ. Laudãt aũt deos suos, insultantes deo Iudæorũ, q̃d illis uictoriã tribuẽtibus, bibebãt in uasis eius. Iuxta Tropologiã, hoc dicendũ est, q̃d omnes hæretici & doctrina contraria ueritati, quæ assumit uerba prophetarũ, & testimonijs diuinæ scripturæ abutitur ad sensum suum: & dat bibere his quos decipit, & cũ quibus fornicata est: tollat uasa templi dei, & inebrietur in eis, & non deũ cuius uasa sunt: sed deos laudet aureos & argenteos, & æneos & ferreos, ligneosq; & lapideos. Aurei mihi uidentur hi qui seculari ratione cõpositi sunt. Argentei, qui habent eloquij uenustatẽ: & Rhetorica arte cõstructi sunt. Qui aũt inserunt fabulas poetarũ & uetustis utũtur traditionibus: habentes inter se multã uel elegãtiæ uel stultitiæ differentiã: isti uocantur ærei & ferrei. Qui aũt penitus inepta proponunt, lignei appellantur & lapidei. Quos omnes in duas partes Deuteronomiũ di- Deu. 27. d uidit scribens: Maledictus qui facit sculptile & cõflatile opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito. Abscondunt enim omnes hæretici: & o- D periunt mendaciorũ suorum dogmata, ut sagittent in obscuro rectos corde. a ¶ *In eadem etc.*] Pulchre dixit: In eadem hora, sicut & supra legimus de Nabuchodonosor: cũ adhuc sermo esset in ore regis, uox de cœlo ruit: ne ob aliud sibi illata supplicia, sed ob blasphemi-

Baltasar rex fecit grande cõuiuium optimatibus suis mille: & unusquisq; secundum suam bibebat ætatẽ. Præcẽpit ergo iam temulentus, ut afferrentur uasa aurea atq; argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Hierusalem, ut biberent in eis rex, optimates eius, uxoresq; eius, & concubinæ. Tunc allata sunt uasa aurea quæ asportauerat de templo quod fuerat in Hierusalẽ: & biberũt in eis rex & optimates eius, uxores & concubinæ illius. Bibebãt uinũ & laudabant deos suos aureos & argenteos, & æreos, ferreos ligneosq; & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis cõtra candelabrũ in superficie parietis aulæ regię. Et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis cõmutata est, & cogitationes eius cõturbabant eum, & cõpages renum eius soluebantur, & genua eius adinuicem collidebantur. Exclamauit itaq; rex fortiter ut introducerent magos, Chaldæos, & haruspices. Et proloquẽs rex ait sapientibus Babylonis: Quicunq; legerit scripturã hanc, & interpretationẽ eius manifestam mihi fecerit, Purpura uestietur: & torquẽ auream habebit in collo: Et tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt scripturam legere, nec interpretationẽ indicare regi. Vnde rex Baltasar satis conturbatus est, & uultus illius immutatus est. Sed & optimates eius turbabantur. Regina aũt pro re quę acciderat regi & optimatibus eius, domũ conuiuij ingressa est: & proloquẽs ait: Rex in æternum uiue: non

nõ te conturbẽt cogitationes tuæ, neq; facies tua immutẽt. Eſt uir in rẽgno tuo qui ſpiritũ deorum ſanctorũ habet in ſe. Et in diebus patris tui ſapiẽtia & ſcientia inuentæ ſunt in eo: Nam & rex Nabuchodonoſor pater tuus, principem magorum, incantatorum, Chaldæorũ, & haruſpicũ conſtituit eum. Pater inquam tuus ò rex: quia ſpiritus amplior, & prudentia intelligentiaq; & interpretatio ſomniorum, & oſtenſio ſecretorum, ac ſolutio ligatorum inuentæ ſunt in eo, hoc eſt, in Daniele: cui rex impoſuit nomen Baltaſar. Nunc itaq; Daniel uocetur, & interpretationẽ narrabit. Igitur introductus eſt Daniel corã rege. Ad quẽ prefatus rex ait: Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iudææ: quẽ adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniã ſpiritũ deorũ habeas: et ſcientia intelligentiaq; ac ſapientia ampliores inuẽtæ ſunt in te. Et nunc ingreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes magi, ut ſcripturã hanc legerent, & interpretationẽ eius indicarent mihi, & nequiuerunt ſenſum huius ſermonis edicere. Porrò ego audiui de te quod poſſis obſcura interpretari, & ligata diſſoluere. Si ergo uales ſcripturã legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura ueſtieris, & torquẽ aurea circa collum tuũ habebis: & tertius in regno meo princeps eris. Ad quæ rẽſpondens Daniel ait corã rege: Munera tua ſint tibi rex: & interpretationẽ eius oſtendã tibi. O rex, deus altiſſimus regnũ & magnificentiã, gloriã & honorẽ dedit Nabuchodonoſor patri tuo, & propter magnificentiã quã dederat ei, uniuerſi populi, tribus & linguæ tremebant & metuebant eum. Quos uolebat, interficiebat: & quos uolebat, percutiebat: quos uolebat, exaltabat, & quos uolebat humiliabat. Quando aũt eleuatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam: depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt, & à filijs hominum eiectus eſt: ſed & cor eius cum beſtijs poſitũ eſt: & cum onagris erat habitatio eius. Fœnũ quoq; ut bos comedebat: & rore cœli corpus eius infectum eſt: donec cognoſceret quod poteſtatem haberet altiſſimus in regno hominũ, & quemcunq; uoluerit, ſuſcitabit ſuper illud. Tũ quoq; filius eius Baltaſar non humiliaſti cor tuum cũ ſcires hæc omnia: ſed aduerſum dominatorẽ cœli eleuatus es: & uaſa domus eius allata ſunt coram te: & tu & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ, uinum bibiſtis in eis. Deosq; aureos & argenteos, & æreos, ferreos ligneosq;, & lapideos, qui non uident, neq; audiunt, neq; ſentiunt, laudaſti. Porrò deum qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes uias tuas, non glorificaſti. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus quæ ſcripſit hoc quod exaratum eſt. Hæc eſt autem ſcriptúra quæ digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares. Et hæc inter pere ex ea, & quicunque raptus fuerit, intelligitur in manu dei non fuiſſe. *e* ¶ *Tũ quoque filius eius Baltaſar etc.*] Proauus tuus, quia eleuatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam: depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt: & reliqua. Et tu igitur cum hæc de parente cognouiſſes, & ſcires quod ſuperbis reſiſtit deus: humilibus autem dat gratiam: non debueras aduerſus dominatorem cœli eleuare cor tuum, & inſultare maieſtati illius, & ea facere quæ feciſti. Hunc locum quidam ad Antichriſtum referunt, quod imitatus patris ſui diaboli ſuperbiam, contra deum erectus ſit. Sed quærendum eſt ab eis, quis ſit Daniel qui ei ſcripturam dei interpretatur, & qui Medi & Perſæ occidentes eum, & ſuccedentes in regnum eius. Nulli enim dubium, quin poſt Antichriſtũ ſancti regnaturi ſint. *f* ¶ *Hæc eſt autem ſcriptura quæ digeſta eſt, mane, Thecel, Phares. etc.*] Tria tantum uerba in pariete ſcripta ſignauerat: Mane, thecel, Phares: quorum primum, numerum: ſecundum, appenſionem: tertium diuiſionem ſonat. Non ſolum ergo lectione opus fuit, ſed interpretatione eorũ quæ legerat: ut intelligeret quid hæc uerba prædicerent: quo ſcilicet numeraſſet deus regnum illius atque compleſſet, & appendiſſet in ſtathera iudicij ſui: & ante eum iugularet gladius, quam natura diſſolueret, & imperium eius in Medos diuideretur & Perſas. Cyrus enim, ut ante iam diximus, rex Perſarum iuncto ſibi Dario auunculo, ſubuertit imperium Chaldæorum.

Tunc

a ¶ *Tunc iubente rege etc. quod haberet poteſtatem tertius in regno etc.*] Siue tertiæ partis regni. Accepit autem inſigne regium, torquẽ & purpurã: ut Dario qui erat ſucceſſurus in regnum fieret notior, & per noticiã honoratior. Nec mirum ſi Baltaſar audiens triſtia, ſoluerit præmiũ quẽ pollicitus eſt. Aut enim longo poſt tempore credidit uẽtura quæ dixerat: aut dum dei prophetam honorat, ſperat ſe ueniã cõſecuturũ. Quã ſi non impetrauit, maius fuiſſe credendũ eſt ſacrilegiũ in deũ q̃ honorem in hominem. *b* ¶ *Eadem nocte interfectus eſt Bal. etc.*] Ioſephus ſcribit in decimo Iudaicæ antiquitatis libro: obſeſſa Babylone à Medis & Perſis, Dario uidelicet & Cyro, in tãtã ueniſſe Baltaſar regẽ Babylonis obliuionẽ ſui, ut celeberrimũ iniret conuiuium, & in uaſis tẽpli biberet & obſeſſus uaretur epulis. Vnde poteſt ſtare hiſtoria, quẽ eadẽ nocte ſit captus atq; iugulatus: dum oẽs aut uiſionis interpretationis q̃ pauore terrentur: aut occupati ſunt feſtiuitate & ebrietate conuiuij. Quẽ aũt uincente Cyro rege Perſarũ, & Dario rege Medorũ, ſolus Darius ſucceſſiſſe in regno ſcribitur: ordo ætatis & propinquitatis, & regni eſt. Darius enim ſexaginta duorũ annorũ erat: & maius regnũ Medorũ q̃ Perſarũ legimus, & auunculus qui prior erat iure naturæ, ſucceſſor regni debuit numerari. Vnde & in uiſione quæ cõtra Babylonẽ in Eſaia legitur: poſt multa quæ longũ eſt ponere, hæc futura narrant: Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos qui argentũ nõ quærant, nec aurũ uelint: ſed ſagittis paruulos interficiãt, & lactantibus uteris nõ miſereant. Et Hieremias: Sanctificate, inquit, cõtra eam gentes, reges Mediæ, duces eius, & uniuerſos magiſtratus eius, cunctamq; terrã poteſtatis illius. Et in cõſequentibus: Filia Babylon quaſi area, tempus trituræ eius: adhuc modicũ & ueniet tẽpus meſſionis eius. Quod aũt in cõuiuio capta ſit Babylon quã hortatur ad pugnã, manifeſtius ſcribit Eſaias: babylon dilecta mea, facta eſt mihi in miraculum: pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes & bibentes, ſurgite principes, arripite clypeũ. CAP. VI.

Lacuit Dario etc. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas etc.] Ioſephus (de quo ſupra diximus) huius loci ſcribens hiſtoriã, ita locutus eſt. Darius autem qui Babyloniorum deſtruxit imperium, iuuante ſe & pariter dimicante Cyro propinquo ſuo, annum uitæ agebat ſexageſimum ſecundum, quando cepit Babylonem: eratq; filius Aſtyagis, qui alterõ apud Græcos uocabatur nomine: tulitq; ſecum Danielem prophetam, & adduxit in Mediã, & unũ fecit è tribus principibus, qui uniuerſo regno eius præerant. Ex quo intelligimus ſubuerſa Babylone, Darium reuerſum eſſe ad regnum ſuum in Mediã, ſecumq; adduxiſſe Danielem in honore eodẽ, quo à Baltaſar prouectum acceperat. Nec ambiguum eſt, audiſſe eum ſignum atq; portentũ, quod Baltaſari accideret: & interpretationẽ quam Daniel expoſuerat, & quomodo Medorũ regnum Perſarumq; prædixerit. Nemo ergo perturbeẽ, quod nũc in regno Darij, nunc in regno Cyri, Daniel fuiſſe dicatur. Pro Dario, Lxx. Artaxerxen interpretati ſunt. Qẽ aũt ordo præpoſterus eſt, ut ante ſub Dario narreẽ hiſtoria q̃ ſub Baltaſar, qẽ poſtea lecturi ſumus, qui à Dario interfectus eſt: illud uideẽ mihi in cauſa, quod ſtatim hiſtoriam hiſtoriæ copulauit. In fine enim ſuperioris dixerat uiſiõis: Et Darius Medus ſucceſſit in regnũ, annos natus ſexaginta duos. Sub hoc igitur Dario q̃ interfecit Baltaſar hæc geſta ſunt quę dicturi ſumus. *d* ¶ *Porrò rex cogitabat conſtituere eum etc.*] Pro principibus quod Symmachus tranſtulit, Theodotio τραπεζικὸς: Aquila σωματικὸς interpretatus eſt. Cũq; quærerẽ q eſſent iſti principes τραπεζικοί, uel σωματικοί, in Lxx. æditione legi manifeſtius, qui dixerũt: Et duos uiros quos cõſtituit cum eo, & ſatrapę centum uiginti. Quia igitur inter duos principes, inter quos erat tertius, hunc primum facere rex cogitabat: inuidiæ & inſidiarum nata occaſio eſt. Quærebant occaſionem ut inuenirẽt Danieli ex latere regis. Et in hoc loco Hebræi tale neſcio quid ſuſpicantur, latus regis, regina eſt, uel concubinæ eius, cæteræq; uxores, quæ ex latere dormiunt. Quærebant ergo occaſionem in rebus huiuſcemodi, ſi in ſermone, tactu, nutu, internuncio poſſent accuſare Danielem. Sed nullam inquiunt, cauſam & ſuſpicionem reperire potuerunt: quia eunuchus erat, & eum in re ſtupri arguere non potuerunt. Hoc illi dixerint, qui propter occaſionem unius uerbi longas ſolent fabulas texere. Nos interpretemur ſimpliciter qẽ nullam occaſionẽ aduerſus eum repererint, in qua regi noxius fuerit, eo quod fidelis eſſet: & omnis culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo. Pro ſuſpicione Theodotio & Aquila ἐμβλάκημα interpretati ſunt: quæ Chaldaice שחיתה dicitur eſſatha. Cumq; ab Hebræo quærerẽ quid ſignificaret: reſpondit uim uerbi ſonare δῆλεαρ quam nos illecebram ſiue σφάλμα, hoc eſt, errorem dicere poſſumus. Porrò Euripides in Medea ἀμπλακιὰς, per π, & non per β, ἁμαρτίας, id eſt peccata appellat. *e* ¶ *Dixerũt ergo uiri illi: Non inuentemus etc.*] Felix cõuerſatio in qua inimici nullam reperiũt occaſionem niſi forte in legitimis dei. *f* ¶ *Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei: Dari rex in æternum ui. etc.*] Pulchre dixit, ſurripuerunt: Non enim hoc locuti ſunt quod agere cogitabant: ſed per honorẽ regis, inimico moliuntur inſidias.

A *a* ¶ *Eſt uir in regno qui ſpiritum deorum ſanctorum etc.*] Præter Symmachum, qui Chaldaicam ueritatem ſecutus eſt: cæteri ſpiritum dei interpretati ſunt. *b* ¶ *Et in diebus etc.*] Patrem uocat Nabuchodonoſor (ut ſupra diximus) proauum eius, ſecundum conſuetudinem ſcripturarum. Imitanda autẽ eſt ſancti uiri & inter barbaros conuerſatio, cum regis auia uel mater pro uirtutum magnitudine tantis eum laudibus eleuet. *c* ¶ *Ad quæ reſpondens Daniel ait etc.*] Æmulemur Danielẽ, regis dignitatẽ & munera cõtemnentem: qui abſq; precio Mat. 10.d proferens ueritatem, iam illo tempore præceptum euangelicum B ſequebatur: Gratis accepiſtis, gratis date. Alioquin & triſtia nũciantem, indecens erat libenter dona ſuſcipere. *d* ¶ *Qũos uolebat, interficiebat etc.*] Nabuchodonoſor proaui ponit exemplũ: ut & dei iuſticiam doceat, & propter ſuperbiã etiam pronepotem ſimilia ſuſtinere confirmet. Si aũt Nabuchodonoſor quos uolebat, interficiebat: & quos uolebat, percutiebat: quos uolebat, exaltabat: & quos uolebat, humiliabat: in huiuſcemodi honoribus & percuſſionibus, exaltatione & humiliatione, nõ eſt dei prouidentia, nec præceptum, ſed eorũ uoluntas qui percutiunt quos uoluerint, & exaltant, & reliqua. Pro. 21.d Quod cũ ita ſit, quærendum eſt: quo ſenſu illud legatur: Cor regis in manu dei: quocunq; uoluerit, illud declinabit. niſi forte ſanctũ quemq; dicamus regem: cuius Rom. 6.d non regnat peccatum in mortali corpore: & cuius ideo ſeruaẽ cor: quia in manu dei eſt. quicquid autẽ in manu dei patris fuerit iuxta euangelium, nullus poteſt ra

Universidad de Deusto

A a ¶ *Nūc itaq; rex etc.*] Perſpicuū fit quod ſupra diximus, unum regnū fuiſſe ſub Dario & Cyro Medorū atq; Perſarum. b ¶ *Quod cum Daniel etc.*] De omni ſcriptura ſancta celeri memoria congregandū eſt, ubi λύμματα, quæ latine dicūt mœniana uel tecta, ſiue ſolaria: & ὑπερῶα, id eſt, cœnacula legerimus. Nam & dñs noſter paſcha celebrat in cœnaculo. Et in Actibus apoſtolorū ſupercentū uiginti animas credentiū ſpiritusſanctus deſcendit in cœnaculo. Et nūc Daniel regis iuſſa contemnens, & in deo habēs fiduciā, nō orat in humili loco, ſed in excelſo: & feneſtras aperit contra Hieruſalē, ubi erat uiſio pacis. Orat aūt ſecundū præceptū dei: dictaq; Salomonis, qui cōtra templū orandum eſſe admonuit. Tria autem tempora quibus deo flectenda ſunt genua: tertiā horam, ſextā & nonā, eccleſiaſtica traditio intelligit. Denique tertia hora deſcendit ſpiritusſanctus ſuper apoſtolos. Sexta uolēs Petrus comedere, ad orationē aſcēdit in cœnaculū. Nona, Petrus & Ioānes pergebāt ad tēplū. c ¶ *Viri igitur etc.*] Ex hoc loco diſcimus, ne temere nos offeramus periculis: ſed quātū in nobis eſt inſidias declinemus. Vñ & Daniel nō in foro, non in plateis faciebat contra regis imperium, ſed in abſcōdito: ut ueri domini dei omnipotentis iuſſa non negligeret. d ¶ *Rex nūq; etc.*] Tacent de Danielis nomine: ut cū rex generaliter ſe iuſſiſſe reſponderit, uerbo ſuo teneatur: ne aliter ſuper Danielem faciat q̄ locutus eſt. e ¶ *Verus etc.*] Crebrius annotamus: ubicunq; dicitur, regnū Medorū atq; Perſarū: ut ſoluamus difficillimam quæſtionē, qua nunc ſub Dario nunc ſub Cyro Daniel fuiſſe memoratur. f ¶ *Tunc reſponden. etc.*] Vt maior ſit indignitas cōtemnētis eū qui regis iuſſa cōtemnit, dicūt eſſe captiuū. g ¶ *Quod uerbum etc.*] Intellexit ſe propria reſponſione eſſe deceptum: & quod cauſa inſidiarū eſſet inuidia. Itaq; ne contra ſuā legē facere uideretur: nō autoritate regia, ſed ratione atq; cōſilio uult Danielē de diſcrimine liberare. Et intantum nititur & laborat, ut rex potentiſſimus uſq; ad ſolis occaſum cibum nō accipiat, & illis tanta in malo pertinacia eſt: ut nec uolūtate regis moueantur nec iniuria. h ¶ *Viri autem illi intelligentes.*] Sicut rex intelligebat principes accuſare propter inuidiam: ſic & illi intelligebāt regis animū, quod uellet Danielem de præſenti morte eruere. Vnde iuxta legem Medorum atq; Perſarum, dicunt regis iuſſa non poſſe fieri irrita. i ¶ *Tunc rex præcepit etc.*] Cedit multitudini, & cōſentientibus aduerſarijs, mortē amici non audet negare: quod q; ipſe obtinere non potuit, dei tradidit potētiæ. Nec ambigue loquitur: ut dicat, ſi potuerit liberare te: ſed audaciter & confidenter: Deus, inquit, tuus quem colis ſemper ipſe te liberabit. Audierat enim tres pueros qui inferioris à Daniele gradus erant flāmas uicīſſe Babylonias: & Danieli multa myſteria reuelata: unde & diligebat eū hominemq; captiuū habebat in honore maximo. k ¶ *Allatusq; eſt lapis unus, & poſitus ſuper os etc.*] Obſignauit anulo ſuo lapidem, quo os laci clauditur, ne quid cōtra Danielem molian tur inimici. Credidit enim eum dei potentię, & qui de leonibus ſecurus eſt, de homin. pertimeſcit. Obſignat autem & anulo optimatū ſuorum: ne quid ſuſpicionis contra eos habere uideretur. l ¶ *Et abijt rex in domum ſuam etc.*] Quāta regis beneuolentia, ut cibū nec die nec nocte caperet: ſomniū oculis non concederet: ſed cum periclitante propheta ipſe penderet affectu. Si autē rex neſciens deum, hoc facit pro alſ

magiſtratus & ſatrapę, ſenatores & iudices, ut decretū imperatoriū exeat & edictū: ut omnis qui petierit aliquā petitionem à quocūq; deo & homine uſq; ad triginta dies niſi à te rex, mittatur in lacū leonū. Nūnc itaq; rex confirma ſententiā, & ſcribe decretū, ut non immutetur quod ſtatutū eſt à Medis atq; Perſis: nec prę uaricari cuiq; liceat. Porrò rex Darius propoſuit edictū & ſtatuit. Quod cū Daniel cōperiſſet, id eſt conſtitutā legē, ingreſſus eſt domum ſuā, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo cōtra Hieruſalē, tribus tēporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, cōfitebaturq; corā deo ſuo ſicut ante facere cōſueuerat. Viri igitur illi curioſius inquirentes, inuenerūt Danielem orantē & obſecrantē deum ſuū. Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto. Rex, nunqd nō conſtituiſti: ut omnis homo qui rogaret quenq; de dijs & hominibus uſq; ad dies triginta niſi à te rex, mitteretur in lacū leonū? Ad quos reſpondens rex ait: Vērus eſt ſermo iuxta decretum Medorū atq; Perſarum, quod prævaricari nō licet. Tūnc reſpōdentes dixerunt corā rege: Daniel de filijs captiuitatis Iudeæ nō curauit de lege tua & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua. Quod uerbū cum audiſſet rex, ſatis conſtriſtatus eſt, & pro Daniele poſuit cor ut liberaret eum: & uſq; ad occaſum ſolis laborabat ut erueret illum. Viri autēm illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum eſt atq; Perſarū: ut omne decretum quod conſtituerit rex nō liceat immutari. Tūnc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus quem colis ſemper ipſe liberabit te. Allatusq; eſt lapis unus, & poſitus ſuper os laci: quem obſignauit rex anulo ſuo, & anulo optimatū ſuorum, ne quid fieret contra Danielem. Et abijt rex in domum ſuam, & dormiuit incœnatus: cibiq; non ſunt allati coram eo: inſuper & ſomnus receſſit ab eo. Tūnc rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit: Approp inquansq; lacui Danielem tero, quem uult de diſcrimine liberari: quanto magis nos pro peccatis propriſ inedia, & uigilijs debemus deum ad clementiam flectere? m ¶ *Tunc rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum per. etc.*] Lacum uocat depreſſam in altum foueam, uel arentem ciſternam, in qua leones nutriebantur. Feſtinus autem primo diluculo pergit ad lacum, credens eum uiuere. Lacus autem Latine, aquarum dulcium congregatio nuncupatur: ut Lacus Benacus, & Larius, & cæteri: quem Græci λίμνην, id eſt ſtagnum uocant. n ¶ *Appropinquansq; lacui: Danielem uoce lachryma etc.*] Cordis affectum lachrymis indicat, & oblitus regiæ dignitatis uictor ad captiuum, dominus currit ad ſeruum.

Mt. 14.b Act. 1.c

1.Reg. 8.c

Act. 3.d B

Ibid. 10.b

Ibid. 3.d

Daniel

A a ¶ *Daniel ſerue etc.*] Viuentem uocat, ad diſtinctionem deorū gentilium: qui ſimulacra ſunt hominū mortuorum. b ¶ *Deus tuus etc.*] Non quod dubitet de dei potentia: de quo ſupra dixerat, Deus tuus quē colis ſemper ipſe liberabit te: ſed ambiguā ſententiā temperat: ut cum Daniel illæſus apparuerit: quāto res incredibilior eſt tanto aduerſum principes iuſtior indignatio ſit. c ¶ *Rex in æternum uiue etc.*] Honorat honorantem ſe: & ei uitā imprecatur æternam. d ¶ *Deus meus etc.*] Nō leonum feritas immutata eſt: ſed rictus eorum & rabies concluſa eſt ab angelo, & idcirco clauſa: quia propheta bona opa præceſſerāt: ut nō tam gratia liberatiōis ſit, q̄ iuſtitiæ retributio. Has autem uoces omnis ſanctus uir proferat qui ereptus eſt de ore leonum inuiſibiliū, & de lacu inferni: quia credidit in deū ſuum. B c ¶ *Tūc Darius rex etc.*] Sicut Nabuchodonoſor ſcribentē linguis & gentibus, quidam interpretatus eſt in contrarias fortitudines, ita & Darium interpretatur, quod omnes ad pœnitentiam prouocet. Et quærit utrū hoc in iſto mundo futurū ſit, an in altero: uel certe poſt alios mundos. Quæ nos pro delyramētis & caſſis ducētes fabulis: hoc ſolū dicimus: ideo ſigna fieri per ſeruos dei apud barbaras nationes: ut unius dei cultus & religio prædicetur. f ¶ *Porrò Daniel etc.*] Ergo quod ſupra legimus in fine primę uiſionis: Fuit aūt Daniel uſq; ad annū primū Cyri regis: nō uitæ illius tēpus accipiendū eſt. Siquidē in ultima legimus uiſione: Anno tertio Cyri regis Perſarū, uerbum reuelatū eſt Danieli cognōmēto Baltaſar: ſed hoc ſignificat, qđ uſq; ad primū annum Cyri regis, qui Chaldæorū deſtruxit imperiū, Daniel potēs fuerit in Chaldæa: poſtea uero à Dario in Medos translatus ſit.

CAP. VII.

ANno primo Baltaſar regis etc.] Hæc pericope, quam nūc conamur exponere, & ſequēs, de qua dicturi ſumus: priores ſunt iuxta hiſtoriā q̄ duæ ſuperiores. Iſta em & ſequēs, primo & tertio anno Baltaſar regis accidiſſe memorant: illa aūt quæ ante ſuperiorē lecta eſt, nouiſſimo anno, imò nouiſſima die regni Baltaſar ſcribitur. Et hoc nō ſolū in Daniele, ſed in Hieremia quoq; & Ezechiele legimus: ſicut in locis ipſis ſi uita comes fuerit, docere poterimus. Sed in ſuperiorib. ordo ſequit hiſtoriæ: qđ ſub Nabuchodonoſor & Baltaſar & Dario ſiue Cyro mirabiliū ſignorū acciderit. In his uero narrantur ſomnia quæ ſingulis ſint uiſa tēporibus quorum ſolus propheta cōſcius eſt, & nullā habēt apud barbaras nationes ſigni uel reuelationis magnitudinē, ſed tantū ſcribuntur, ut apud poſteros eorū quæ uiſa ſunt memoria perſeueret. b ¶ *Videbā in uiſione mea nocte etc.*] Quatuor uentos cœli, quatuor arbitror angelicas poteſtates: quibus principalia regna cōmiſſa ſunt, iuxta illud qđ in Deuteronomio legimus: Quādo diuidebat altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorū dei. Pars aūt domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. Mare autē mundum iſtum ſecularemq; ſignificat, ſalſis amariſq; fluctibus redundantē ſicut dominus in parabola ſagenæ miſſæ in mare interpretat. Vnde & draco rex dicitur omniū quæ in aquis ſunt, & cuius ſecundum Dauid in mari confringuntur capita. Et in Amos legimus: Si deſcēderit in profundū maris, ibi mandabo draconi, & mordebit eum. Quatuor aūt beſtias, quæ aſcendebāt de mari: & erant diuerſæ inter ſe, angelo differente noſcamus. Hæ, inquit, quatuor beſtiæ magnæ, quatuor regna cōſurgent de terra. Quatuor autem uenti qui pugnabant in mari magno: ideo uēti cœli eſſe dicunt: quia unuſquiſq; angelus facit pro eo regno quod ſibi creditū eſt. Et hoc notandum quod regnorū ſeritas atq; crudelitas, beſtiarū nomine demonſtret. i ¶ *Prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ etc.*] Regnū Babylonium propter ſæuitiā & crudelitatē, ſiue propter luxuriā, & uitā libidini ſeruientē: non leo, ſed leæna appellatur. Aiunt enim hi qui de beſtiarū ſcripſere naturis, leænas eſſe ferociores, maxime ſi catulos nutriant, & ſemper geſtire ad coitū. Quod autem habebat alas aquilæ, ſuperbiam ſignificat regni potētiſſimi: cuius princeps loquitur per Eſaiam: Super ſydera cœli ponam thronum meum: & ero ſimilis altiſſimo. Vnde dicitur ad eum: Si alte feraris ut aquila, inde te detrahā. Alioquin ut leo inter beſtias, ita aquila inter aues regnum tenet. Sed & hoc dicendum, aquilam multo tēpore uiuere, & regnum Aſſyriorū multis ætatibus fuiſſe dominatū. Quod autem euulſæ ſunt alæ eius, id eſt, leænæ ſiue aquilę, cætera regna ſignificat: quibus prius imperabat & uolitabat in mundo. Et ſublata eſt, inquit, de terra: ſubuerſo uidelicet imperio Chaldæorum. Quodq; ſequitur: Et ſuper pedes quaſi homo

Amos 9.a

Pſal. 73.c

Eſa. 41.d

Hier. 39.a Ezech. 17.a

mo

A mo stetit, & cor eius datum est ei: Si de Nabuchodonosor intelligimus, perspicuū est quod postq̄ perdidit regnū, & potentia eius ablata est: rursum in pristinū statū restitutus sit, & nō leæna, sed hominē se esse didicerit, & cor receperit qđ amiserat. Sin aūt generaliter de regno Chaldæorū hoc sentiendū est, q̄ interfecto Baltasar, & Medis Persisq̄ imperio succedētibus, Babylonij homines & humilis fragilisq̄ naturę se esse intellexerint, Nota ordinē: qui in imagine caput aureū dicit, hic leæna appellatur.

a ¶ Et ecce alia bestia similis. ur. etc.] Bestia secūda urso similis, ipsa est de qua in uisione statuæ legimus: Pectus eius & brachia de argēto. Hæc ob duritiā & ferocitatē urso comparatur. Rigidū enim & parcioris uictus, in morē Lacedæmoniorū, regnū Persarū fuit: ita ut in pulmēto sale uteretur & cardamo. Legamus Cyri maioris infantiā. Quodq̄ dicitur: In parte una stetit: sic Hebræi interpretātur, nihil eos aduersum Israel crudele gessisse. Vnde & in Zacharia propheta, equi albi appellant. Tres aūt ordines siue uersus qui erant in ore eius & in dentibus: quidā sic interpretatus est, ut regnū Persarū in tres principes diceret fuisse diuisum: sicut in περικοπῇ Baltasar & Darij legimus, tres fuisse principes: qui centum uiginti satrapis præfuerint. Alij aūt, tres reges post Cyrū fuisse Persarū autumāt, & quæ illis sint nomina reticēt. Nos uero cum post Cyrum qui regnauit annis triginta, sciamus apud Persas regnasse Cambysen filiū eius & fratres magos, & deinde Dariū: cuius secundo anno cœptū est ædificari templum in Hierusalē. Quintū, Xerxen filiū Darij: sextum, Artabanū: septimū, Artaxerxen: qui μακρόχειρ, id est longimanus cognominatus est: octauū Xerxen, nonum Sogdianū: decimū, Dariū cognomento νόθον: undecimum, Artaxerxen: qui appellatus est μνήμων, id est recordans: duodecimū, aliū Artaxerxen, qui & ipse cognominatus est Ochus: tertiumdecimū, Arsen Ochi filiū: quartumdecimū, Dariū Arsami filiū: qui ab Alexandro Macedonū rege superatus est: Quomodo tres reges Persarū fuisse dicemus: nisi forte legamus aliquos segnissimos, quos ex historijs reperire nō possumus. Ergo tres ordines in ore regni Persarū, & in dētibus eius, tria regna debemus accipere: Babyloniorū, Medorum atq̄ Persarū: quæ in unū redacta sunt regnū. Quodq̄ refert. Et sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas: Illud tēpus significat, quādo sub Asuero, quē Lxx. Artaxerxen uocant, ad suggestionē Aman Agagitæ, una die omnes Iudæi iussi sunt trucidari. Et pulchre non ait: deuorabat eos, sed sic dicebant ei: ut conatus tantum fuerit, & nequaquam rei exitus sit consecutus.

b ¶ Post hoc aspiciebam & ecce alia quasi pardus etc.] Tertium regnū Macedonum, de quo in statua legimus: Venter & fœmora eius ex ære: pardo bestiæ uelocissimæ & ὁρμητικῇ cōparatur: quæ præceps fertur ad sanguinem: & saltu in mortem ruit. Et alas habebat quatuor. Nihil enim Alexandri uictoria uelocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari usq̄ ad Indicū oceanum, & Gangen fluuium: non tam pręlijs, quàm uictorijs percurrit, & in sex annis partem Europæ, & omnē sibi Asiā subiugauit. Quatuor aūt capita eosdē dicit duces eius, qui postea successores regni extiterunt: Ptolemæum, Seleucū, Philippum, Antigonū. Quodq̄ additur: Et potestas data est ei: ostendit, nō Alexādri fortitudinis, sed domini uoluntatis fuisse.

c ¶ Post hoc aspiciebā in uisione no. etc.] Quartū qđ nūc orbē tenet terrarū imperiū Romanorū est, de quo in statua dicitur: Tibię eius ferreæ: pedū quædam pars ferrea: quædam fictilis: & tamē ipsius ferri ex parte nūc meminit: dentes eius ferreos & magnos esse cōtestans. Satisq̄ miror, quod cum supra leænam & ursum & pardum in tribus regnis posuerit: Romanum regnū nulli bestiæ comparārit: nisi forte ut formidolosam faceret bestiā, uocabulū tacuit: ut quic

Aspiciebā donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor eius datū est ei. Et eccē bestia alia similis urso in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius, & sic dicebāt ei: Surge comede carnes plurimas. Post hōc aspiciebā, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat auis quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Pōst hoc aspiciebā in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atq̄ mirabilis et fortis nimis: dētes ferreos habebat magnos, comedēs atq̄ cōminuens, et reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis aūtem erat cæteris bestijs quas uiderā prius. Et hābebat cornua decē. Considerābā cornua, et ecce cornu aliud paruulum ortū est de medio eorum, et tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, et os loquens ingentia.

Supra 2.a

Zach. 1.g

B

quid ferocius cogitauerimus in bestijs, hoc Romanos intelligamus. Hoc quod hic tacitū est, Hebrei in psalmis dictū putant. Deuastauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam. Pro quo in Hebræo habet: Omnes bestiæ agri lacerauerunt eam: dum in uno imperio Romanorum, omnia simul regna cognoscimus: quæ prius fuerant separata. Illud autem quod sequitur: Comedens atq̄ comminuens, & reliqua pedibus suis conculcās: significat omnes nationes, uel interfectas ab eis, uel tributo & seruituti subiugatas.

Psal. 79.d

D

d ¶ Dissimilis autem erat cæteris bestijs quas etc.] In prioribus enim bestijs singula formidinum signa, in hac omnia sunt.

e ¶ Et habebat cornua etc.] Porphyrius duas posteriores bestias, Macedonum & Romanorum, in uno Macedonum regno ponit & diuidit: Pardum uolens intelligi ipsum Alexandrum: bestiam autem dissimilem cæteris bestijs, quatuor Alexandri successores, & deinde usq̄ ad Antiochum cognomēto Epiphanen: decem reges enumerat, qui fuerunt sæuissimi: ipsosq̄ reges non unius ponit regni. Verbi gratia: Macedoniæ, Syriæ, Asiæ, & Aegypti, sed de diuersis regnis unum efficit regum ordinem: ut uidelicet ea quæ scripta sunt: Os loquens ingentia: non de antichristo, sed de Antiocho dicta credātur.

f ¶ Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, et tria de etc.] Frustra Porphyrius cornu paruulū, quod post decē cornua ortū est, Epiphanen Antiochū suspicatur: & de decem cornibus tria euulsa cornua, sextum Ptolemæum cognomento Philometorem: & septimum Ptolemæum Euergetem, & Artaxiam regem Armeniæ: quorum priores multo anteq̄ Antiochus nascerētur mortui sunt. Cōtra Artaxiam uero dimicasse quidem Antiochum nouimus: sed illum in regno pristino permansisse. Ergo dicamus quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderūt: in cōsummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges: qui orbem Romanū inter se diuidant: & undecimum surrecturū esse regem paruulum, qui tres reges de decem regibus superaturus sit: id est, Aegyptiorum regem, & Aphricæ, & Aethiopiæ: sicut in cōsequentibus manifestius dicemus. Quibus interfectis etiam septem alij reges uictori colla submittēt. Et ecce, ait, oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto. Ne eū putemus iuxta

A iuxtā quorundam opinionē, uel diabolum esse uel dæmonem, sed unum de hominibus: in quo totus satanas

2. Thes. 2.a habitaturus sit corporaliter. Et os loquens ingentia. Est enim homo peccati filius perditionis, ita ut in templo dei sedere audeat, faciens se quasi deum.

a ¶ Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit etc.] Simile quid & in Ioannis Apocalypsi legimus: Post hæc statim fui in spiritu, & ecce thronus positus erat in cœlo & sup thronū sedēs: & qui sedebat, similitudinem habebat lapidis iaspidis & sardinis, & iris erat in circuitu throni similis aspectu smaragdino: & circa thronum alij throni uiginti quatuor: & super uiginti quatuor thronos, uiginti quatuor senes sedentes, amicti uestib. cādidis: & sup capita eorū, coronas aureas: & de throno egrediebāt fulgura & uoces,

Apo. 4.b

B & tonitrua: Et septē lāpades ardētis ignis in cōspectu throni: quæ septē sunt spiritus dei. Et in cōspectu throni, sicut mare uitreum similе crystallo. Multi igitur throni quos uidit Daniel, hi mihi uidentur esse, quos Ioannes uiginti quatuor thronos nuncupat. Verus autem dierum ille est, qui apud Ioannē solus in throno sedet. Filius quoq̄ hominis, qui uenit ad uetustum dierum, ipse est, qui

Apo. 5.d apud Ioānem, leo dicitur de tribu Iuda, radix Dauid, & cætera his similia. Hos thronos esse reor, de quibus Paulus apostolus loquitur: Siue throni, siue dominationes. Et in euangelio legimus: Vos autem sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus

Coloss. 1.c Mat. 19.d Israel. Sedens autem & uetustus dierum dicitur deus, ut æterni iudicis habitus demonstretur. Vestimentum eius quasi nix candidum: & capilli capitis eius, quasi lana munda. Et saluator transformatus in monte, & gloriam diuinæ maiestatis assumens, in candidis uidetur

Mat. 17.a uestibus. Quodq̄ capilli eius lanæ mundissimæ comparantur, purum ostenditur syncerumq̄ iudicium: & nullam personam in iudicando recipiens. Senex quoque describitur ut maturitas comprobetur sententiæ.

1. Cor. 11.b Thronus eius flamma ignis, ut peccatores tormentorum magnitudinem pertimescant, & iusti saluentur: sic tamen quasi per ignem. Rotæ eius ignis accensus siue

Ezech. 1.a currus eius. Et in Ezechiel quadrigæ sedens inducitur

Deu. 4.d deus, & omnia dei flāmea sunt. De quo & alibi dicitur: Deus ignis consumens est: ut lignum, fœnum, stipulam

Psal. 96.a arsura in die iudicij nouerimus. Et in psalmis legimus: Ignis ante eum præcedet: & inflammabit in circuitu omnes inimicos eius. Fluuius igneus rapidusq̄ egrediebatur à facie eius, ut peccatores traheret in gehennam.

b ¶ Milia milium ministrabant ei: etc.] Non quo iste ministrorum dei numerus diffinitus sit, sed quo maiorē multitudinē humanus sermo explicare nequiuerit. Ista sunt milia, & istæ myriades, de quibus in psalmis legimus:

os loquens ingentia. Aspiciēbā donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix: et capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamma ignis: rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusq̄ egrediebatur à facie eius. Miliā milium ministrabant ei: et decies milies centena milia assistebant ei. Iūdicium sedit, et libri aperti sunt. Aspiciebām propter uocē sermonū grandium, quos cornu illud loquebat. Et ūidi qm̄ interfecta esset bestia et perisset corpus eius, et traditū esset ad cōburendum igni: aliarū quoq̄ bestiarū ablata esset potestas: et tēpora uitę cōstituta essent eis usq̄ ad tēpus & tēpus. Aspiciebam ergo in uisione noctis: & eccē cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat: Et usq̄ ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, et dedit ei potestatē, & honorem, & regnum. Et omnes populi, tribus, et linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus: ego Daniel territus sum in his, & uisiones capitis mei conturbauerunt me. Accessi ad unum de assistentibus, et ueritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationē sermonū, et docuit me. Hæ

c ¶ Iudicium sedit, & libri aperti etc.] Conscientiæ, & opera singulorum in utrāq̄ partē, uel bona uel mala omnibus reuelantur. Bonus liber ille est: quem sæpe legimus, liber uiuentium. Malus liber qui in accusatoris tenetur manu: qui est inimicus & uindex, de quo & in Apocalypsi legimus: Accusator fratrum nostrorum. Liber iste terrenus est, de quo & propheta dicit: in terra scribantur.

Apo. 12.d

d ¶ Aspiciebam propter uocem etc.] Dei iudicium uenit propter humiliandam superbiam: Idcirco Romanum delebitur imperium: quia cornu illud loquebatur grandia.

Hiere. 17.b

D

e ¶ Et uidi quoniam interfecta esset bestia & perisset corpus eius etc.] In uno Romano imperio, propter antichristum blasphemātem, omnia simul regna delenda sunt: & nequaquam terrenum imperium erit, sed sanctorū conuersatio, & aduentus filij dei triumphantis, de quo dicitur.

f Ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis uenie. etc.] Qui in somnio Nabuchodonosor, lapis scribitur abscissus sine manibus: & creuisse in montē magnum, & comminuisse testam, ferrum, æs, argentum, & aurum: nunc sub persona filij hominis introducitur: ut assumptio carnis humanæ significetur in filio dei, iuxta illud quod in Actibus apostolorum legimus: Viri Galilęi quid statis aspicientes in

Act. 1.b cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum: sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

g ¶ Et usq̄ ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu etc.] Totum quod dicitur, oblatum eum omnipotenti deo: & accepisse potestatem & honorem, & regnum, iuxta illud apostoli accipiendum est: Qui cum in forma

Philip. 2.a dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens: in similitudinem hominū factus: & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usq̄ ad mortem, mortem autem crucis. Quæ cuncta si hæresis Arianorū pio ueller aduertere sensu, nequaquàm filio dei calumniam inæqualitatis moueret.

h ¶ Et omnes populi tribus, & linguæ ipsi seruient: etc.] Hoc cui potest homini conuenire, respondeat Porphyrius: aut quis iste tam potens sit, qui cornu paruulū quē Antiochū interpretatur, fregerit atq̄ contriuerit. Si responderit, Antiochi principes à Iuda Machabæo fuisse superatos, docere debet quomodo cum nubibus cœli ueniat, quasi filius hominis: & offeratur uetusto dierū, & detur ei potestas & regnū, & omnes populi, tribus ac linguæ seruiāt illi, & potestas eius æterna sit, quæ nullo fine claudatur.

Hæ

finem uoluminis, Hebraice legimus. CAP. VIII.

Anno tertio regni Baltasar regis uisio apparuit mihi etc.] Post duos annos superioris reuelationis, hæc uisio: Illa enim in primo anno Baltasar: hæc in tertio cernitur. Vnde infert: Post id quod uiderã in principio.

Hæ quãtuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna quæ cõsurgent de terra: Suscipient aũt regnum sancti dei altissimi. Et obtinebunt regnũ usq; in seculum & seculũ seculorum. Post hæc uolui libenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis ualde ab omnibus & terribilis nimis. Dentes & ungues eius ferrei: comedebat & comminuebat: & reliqua pedibus suis conculcabat, & de cornibus decẽ quæ habebat in capite: & de alio quod ortũ fuerat, ante quod ceciderant tria cornua, & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquẽs grandia, & maius erat cæteris. Aspiciebã, & ecce cornu illud faciebat bellũ aduersus sanctos, & prævalebat eis donec uenit antiquus dierum: & iudicium dedit sanctis excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerũt sancti. Et sic ait. Bestia quarta, regnũ quartũ erit in terra: quod maius erit omnibus regnis: & deuorabit uniuersam terrã, & cõculcabit, & comminuet eam. Porrò cornua decẽ ipsius regni, decẽ reges erũt: & alius cõsurget post eos: & ipse potẽtior erit prioribus, & tres reges humiliabit: & sermõnes cõtra excelsum loquetur. Et sanctos altissimi cõteret, & putabit qd posſit mutare tẽpora & leges. Et trãdẽtur in manu eius usq; ad tẽpus, & tempora, & dimidiũ temporis. Et iudiciũ sedebit ut auferatur potentia: & cõteratur, & dispereat usq; in finẽ. Regnũ autẽ & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlũ, detur populo sanctorũ altissimi: cuius regnũ, regnum sempiternũ est, & omnes reges seruient ei & obediẽt. Hũcusq; finis uerbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar: & facies mea mutata est in me: uerbum autem in corde meo conseruaui.

CAP. VIII

Anno tertio regni Baltasar regis, uisio apparuit mihi. Ego Daniel post id quod uideram in principio, uidi in uisione mea, cũ essem in Susis castro, quod est in Elam regione. Vidi aũtem in uisione me esse super portam Vlai. Et leuãui oculos meos & uidi. Et ecce aries unus stabat ante paludem (siue ante portam, quod Hebraice dicitur אוּבָל) habens cornua excelsa, & unum ex celsius altero atq; succrescens. Postea uidi arietem cornibus uidelicet & imagine: tamen ne ipsa quidem uidere possumus sine oculis eleuatis. Arietem, Darium uocat auunculum Cyri: qui post Astyagen patrem regnauit in Medis. Cornu autem unum excelsius altero atq; succrescens, ipsum Cyrum significat qui post Astyagen auum maternum cum auunculo Dario, quem Græci κυαξάρην uocãt, Medis imperauit & Persis.

A a ¶ *Hæ quatuor bestiæ magnæ quatuor sunt etc.*] Quatuor regna, de quibus supra diximus, fuere terrena. Omne enim quod de terra est, reuertetur in terram: sancti autẽ nequaquam habebunt terrenum regnum, sed cœleste. Cesset ergo mille annorum fabula. Ecclē. 4.d

b ¶ *Et obtinebunt regnum etc.*] Si hoc de Machabæis intelligitur, doceat, qui ista cõtendit quomodo regnum eorum perpetuum fuit. c ¶ *Et sermones contra excelsum etc.*] Siue ut interpretatus est Symmachus: Sermones quasi deus loquetur: ut qui dei assumit potentiam, uerba quoq; diuinæ sibi uendicet maiestatis. d ¶ *Et sanctos altissimi conteret, etc.*] Præsentia bitur enim antichristus contra sanctos & superabit eos. In tantã q; erigetur superbiam, ut leges dei & cæremonias mutare conetur, & eleuetur supra omne quod dicitur deus, religionẽ cunctam suæ subijciens potestati. e ¶ *Et tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium etc.*] Tempus annum significat: Tempora iuxta Hebraicũ sermõis proprietatem, qui & ipsi duos simul numerum habent, duos annos præfigurant. Dimidium autem temporis, sex menses: quibus sancti potestati antichristi permittendi sunt: ut condemnentur Iudæi qui nõ credentes ueritati susceperunt mendacium. De quo tempore & saluator in euangelio loquitur: Nisi abbreuiati essent dies illi, nequaquam salua esset omnis caro. Nõ conuenire hæc temporã Antiocho in extrema uisione dicemus. Mat. 24.d

f ¶ *Et iudicium sedebit ut auferatur potentia, & conteratur, etc.*] Hoc de Antiocho, id est de cornu paruulo, quod grandia loquebatur: quia regnum eius destruendum sit in perpetuum. g ¶ *Regnum autem & potestas, & magnitudo re. etc.*] Hoc loquitur de Christi imperio quod sempiternum est. h ¶ *Hucusq; finis uer.*] Istius uerbi atq; sermonis, quem mihi in præsenti uisione domus reuelauit. i ¶ *Ego Daniel multum in cogitationibus meis cont. etc.*] Hactenus liber Danielis Chaldaico Syriacoq; sermone conscriptus est. Cætera quæ sequuntur usq; ad

B

C

D

l ¶ *Vidi in etc. in Elam regione etc.*] Siue ut Symmachus interpretatus est, ciuitate: à qua etiã regio nomẽ accepit ut à Babylone, Babyloniã, & ab ab Elã, Elamitæ: p̃ qua Lxx. Elimaidem regionem interpretati sunt. Susis autem metropolis est regionis Elamitarum, in qua Daniel secundum historiam Iosephi, turrim extruxit excelsam, & quadro ædificatam marmore: tantæq; magnitudinis & pulchritudinis, ut usq; in præsens uideatur esse noua. In eaq; regũ Persarum atque Medorũ conduntur reliquiæ: & custos siue ędituus, ac sacerdos eiusdem loci Iudæus est. Cum essem in Susis castro, non quo castrũ ipsa sit urbs, ut diximus, metropolis & potentissima, sed quo tanta firmitate ædificata, ut castrũ esse uideatur. m ¶ *Vidi autem in uisione me esse super etc.*] Pro quo Aquila trãstulit, sup Vbal Vlai. Theodotio, super Vbal: Symmachus, super paludẽ Vlai. Lxx. super portã Vlai. Sciendum est autem Vlai, nomen esse loci siue portæ, ut in Troia, σκαιὰς porta: & apud Romanos, Carmentalis dicitur, habentes singulæ ex proprijs causis origines nominum. n ¶ *Et leuaui oculos &c.*] Quamuis in somnis uideant, quæ uidentur in umbra

אוּבָל
אוּלַי

A tiæ Persicæ rex fuit, & quem superauit Alexander Philippi filius, rex Macedonum. Quod aũt Darius iste rex potentissimus & ditissimus fuerit, tã Græcæ, quàm Latinæ, ac Barbaræ narrant historiæ. a ¶ *Et ego intelligebam. etc.*] Ex superioribus enim uisionibus in quibus secũdum regnum per arietẽ & hircum significatum est: etiam nunc intelligit, quod Medorum atq; Persarum cernat imperium. b ¶ *Et audiui unum, etc.*] Pro altero nescio quo, qd Symmach. interpretatus est τινὶποτε, quẽ nos secuti sumus: Aquila & Theodotio, & Lxx. φιλμωνὶ ipsũ uerbum Hebraicum posuerunt. Nomẽ ergo angeli tacẽs generaliter unumquemliber de angelis indicauit. c ¶ *Vsquequo uisio, etc.*] Vnus angelus interrogat alterum angelum usq; ad quod tẽpus dei iudicio sub Antiocho rege Syriæ, templũ futurũ sit desolatum, & simulacrũ Iouis staturum in tẽplo dei: iuxta id qd subiunxit, dicens: Et sanctuarium, & fortitudo conculcabitur. d ¶ *Et dixit ei: Vsq; ad uesp. etc.*] Legamus Machabęorum libros, & Iosephi historiã, ibiq; scriptũ reperiemus: centesimo quadragesimotertio anno à Seleuco, qui primus regnauit in Syria post Alexandrum, ingressum Antiochum Hierosolymã, & uniuersa uastasse: reuersumq; anno tertio, in tẽplo posuisse statuã Iouis, & usq; ad Iudam Machabæum, id est, usq; ad annũ centesimum quadragesimumoctauum, per annos uastationis Hierusalem sex, contaminationis aũt templi tres, duo milia trecentos dies, & tres menses esse completos, post quos templũ purgatum est. Quidam pro duobus milib. trecentis, duo milia ducentos legunt, ne sex anni & tres menses supereſſe uideant. Hunc locum plerique nostrorum ad antichristũ referunt, & quod sub Antiocho in typo factũ est, sub illo in ueritate dicũt esse complendũ. Quod aũt infert: Mundabitur sanctuarium, Iudæ Machabæi significat tempora: qui de uico Modin filijs ac propinquis secum annitentibus, & multis de populo Iudæorum Antiochi duces superat: iuxta Emaus, quæ nunc Nicopolis dicitur. Quod audiẽs Antiochus qui contra principem principum surrexerat, id est, do

B

C

minum dominantium, & regẽ regum in Elimaide, quę regio Persarũ est: templũ Dianæ spoliare cupiens, quod habebat preciosa donaria, & ibi quoq; amisso exercitu sine manib. contritus est, id est, tristitiæ morbo periit. Vespere autem & mane, successionẽ diei noctisq; significat. e ¶ *Factum, etc.*] Videbat uisionẽ per picturã & imaginẽ, & illius intelligentiã ne sciebat. Non ergo omnis qui uidet, intelligit: quõ si scripturam sanctam legamus oculis, & corde non intelligamus. f ¶ *Et ecce ste ti in con. etc.*] Non enim uiri sunt angeli, sed in specie uidentur uirorum. Sicut Abraham ad quercũ Mambre tres uiri sunt uisi, qui utiq; uiri non erant, è quibus unus adoratur ut dñs. Vnde & saluator loquitur in euangelio: Abraham uidit diem meum: uidit, & lætatus est. g ¶ *Et audiui, etc.*] Virũ istũ qui præcepit Gabrieli, ut Danielem faceret intelligere uisionem, Iudæi Michaelẽ autumant. Consequẽter autem quia uisio de prælijs erat: regũq; certaminibus, imõ regnorum successionibus: Gabriel qui præpositus est prælijs, huic officio mãcipatur. Gabriel enim in linguam nostram uertitur, fortitudo uel robustus dei. Vnde & eo tempore quo erat dñs nasciturus, & indicturus bellum dæmonibus, & triũphaturus de mundo: Gabriel uenit ad Zachariam & ad Mariã. Et postea in psalmis legimus de dño triumphante: Quis est iste rex gloriæ dñs fortis & potens, dñs fortis in prælio, ipse est rex gloriæ. Vbicunq; autem medicina & sanatio necessaria est, Raphael mittitur, qui interpretatur, curatio uel medicina dei, hoc uidelicet nominis interpretatione significante qd in deo sit medicina uera: Si cui tamen placet Tobiæ librum recipere. Porrò ubi populo prospera promittũtur, & ἱλασμὸς, quod nos propiciationem uel expiationem possumus dicere, necessaria est: Michael dirigitur, qui interpretatur, quis sicut deus: ut scilicet intelligatur: quia propiciationem uel expiationẽ nullus possit offerre nisi deus. h ¶ *Et ait ad me: Intellige, etc.*] Et Ezechiel, & Daniel, & Zacharias: quia sæpe inter angelos esse se cernunt: ne eleuẽtur in superbiam, & angelicę, uel

Gen. 18.d

Luc. 1.d

Psal. 23.d

Tob. 5.d

A naturæ, uel dignitatis se esse credant: admonentur fragilitatis suæ, & filij hominum nuncupantur, ut homines se esse nouerint. a *Et tetigit me, etc.*] Propheta qui pauore lapsus, quadrupes & pronus iacebat in terra: ad tactū angeli erigitur, ut possit absq; formidine audire & intelligere quæ dicūt.

b ¶ *Ego ostēdam ti. etc.*] Ne quis me putet, p̄prium sensum ponere: Gabrielis exponētis uisionem prophetæ, uerba discamus.

c ¶ *Aries quem uid. etc.*] Darius uidelicet filius Arsami, in quo Medorum & Persarū regnum destructū est. Porrò hircus caprarum qui ueniebat ab occidente, & propter nimiam uelocitatem terram tangere nō uidebatur, Alexander est, rex Græcorū: qui subuersis Thebis, in Persas arma corripuit, & apud Granicum fluuium inito certamine, Darij duces superauit: & ad extremum ipsum percussit arietē, & duo eius confregit cornua, Medos atq; Persas: misitq; eum sub pedib.

B suis, & utrūq; cornu suo subiugauit imperio. Cornu aūt grande, ipse est rex primus Alexander, quo tricesimo secūdo ætatis suæ anno mortuo in Babylone, surrexerunt pro eo quatuor duces eius q sibi imperiū diuiserunt. Aegyptum enim Ptolemæus Lagi filius tenuit: Macedonas Philippus, qui & Arideus frater Alexādri: Syriam & Babylonem & omnia regna orientis, Seleucus Nicanor. Asiæ regnauit Antigonus. d ¶ *Sed non in fortit. etc.*] Nullus enim magnitudini Alexandri potuit coęquari. e ¶ *Et post regnum eorum, etc.*] Consurget Antiochus ἐπιφανὴς filius Seleuci, qui & Philopater appellatus est. Qui cum obses fuisset Romæ, & nesciēte senatu, per dolum cepisset imperium, contra Ptolemæum Philometorē dimicauit, hoc est, contra meridiem, & contra Aegyptios. Rursumq; ad Orientē contra eos qui res nouas in Perside moliebantur, ad extremū contra Iudæos dimicans: capta Iudæa ingressus est Hierosolymam: & in templo dei simulacrū Iouis Olympij statuit, & usq; ad fortitudinē cœli, id est, filios Israel, qui angelorum uallabantur auxilio, erexit magnificentiam suam: ita ut de sanctis plurimos idololatriæ subijceret, & uelut stellas cœli conculcaret pedib. suis. Atq; ita factū est, ut & Meridiē & Orientē, id est Aegyptum & Persidem suo teneret imperio. Quodq; ait: Vsq; ad principem fortitudinis magnificatus est: hoc significat quod erectius sit cōtra deum, & sanctos illius persecutus sit, & tulerit ὑφαιρεσιν, id est, iuge sacrificiū, quod mane offerebatur & uespere, & polluerit atq; deiecerit locū sanctificationis eius. Et hoc non sua uirtute, sed propter peccata populi. Atq; ita factum est, ut ueritas prosterneretur in terram: & cultu idolorum florente, dei religio conquiesceret. f ¶ *Tu ergo, etc.*] Exposita Gabriel angelus uisione, quam supra ut potuimus disserimus, ponit in fine: Tu ergo signa uisionem, quia post dies multos erit. Ex uerbo ostendēs signaculi obscura esse quę dicebātur, & nō patere multorum auditui: nec posse ante intelligi, nisi rebus & operibus impleantur. g ¶ *Et ego Daniel, etc.*] Hoc est illud quod in Genesi de Abrahā legimus: quod postquam dominū audierit loquētem sibi, terram & cinerem esse se dixerit. Ergo Daniel ad uisionis horrorē languisse & ægrotasse se dicit: Et cum surrexisset fecisse se opera quæ sibi à rege fuerant imperata, reddens omnibus omnia, & euāgelicū illud sciens: Reddite quæ sunt cæsaris, cæsari, & quæ sūt dei, D deo. h ¶ *Et stupebant, etc.*] Si nō erat qui interpretaret, quomodo supra interpretatus est angelus? Sed quod dicit, hoc est, reges audierat, & eorū nomina nesciebat, futura cognouerat: & quo tēpore futura essent, dubius fluctuabat. Itaq; quod solum facere poterat, stupebat ad uisionem, & dei scientiæ cuncta relinquebat.

tēpore finis complebit uisio. Cumq; loquereť ad me, collapsus sum pronus in terram: & tētigit me, & statuit me in gradu meo. Dixitq; mihi: Egō ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis, qm̄ habet tēpus finē suū. Arietē quē uidisti habere cornua duo, rex Medorum est atq; Persarū. Porrò hircus caprarū, rex Græcorū est: & cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod aūt fracto illo, surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gēte eius cōsurgēt, sed nōn in fortitudine eius. Et pōst regnū eorū cū creuerint iniquitates, consurget rex impudēs facie, & intelligēs propositiones, & roborabit̄ fortitudo eius, sed nō in uirib. suis, & supra quàm credi potest uniuersa uastabit & prosperabitur & faciet: & interficiet robustos, & populum sanctorum secundum uoluntatē suam, & dirigeť dolus in manu eius, & cor suū magnificabit, & in copia rerū oīm occidet plurimos, & contra principē principum consurget, & sine manu conteret̄. Et uisio uespere & mane quæ dicta est, uera est. Tū ergo signa uisionem: quia post dies multos erit. Et ēgo Daniel langui & ægrotaui per dies. Cūq; surrexissem, faciebam opera regis. Et stūpebam ad uisionē, & non erat qui interpretaretur.

Cap. IX

IN anno primo Darij filij Asueri de semine Medorū, qui imperauit super regnū Chaldæorum, anno uno regni eius: Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum: de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad dominum deum rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere. Et orauī

CAP. IX

IN anno primo Darij, etc.] Hic est Darius, qui cum Cyro Chaldæos Babyloniosq; superauit, ne putemus illū Darium, cuius secundo anno tēpsum ædificatū est: quod Porphyrius suspicatur, ut annos Danielis extendat, uel eum qui ab Alexandro Macedonū rege superatus est. Addit ergo nomen patris, additq; uictoriā: quia primus de semine Medorū, subuertit regnū Chaldæorū, ut auferat propter similitudinem nominis lectionis errorē. k ¶ *Ego Daniel, etc.*] Prædixerat Hieremias septuaginta annos desolationis templi: post quos rursus uenirет populus in Iudæam, & ædificareť tēplū & Hierusalē: quæ res Danielē non facit negligentē, sed magis prouocat ad rogandū: ut quod deus per suam promisit clementiam, per horū impleat preces, ne negligentia & superbia pariant offensam. Deniq; in Geneli legimus centum uiginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluuiū: qui quia tanto tempore, hoc est, centū annis noluerunt agere pœnitentiam, nequaquam expectat ut & uiginti alij compleant̄, sed infert ante quod postea fuerat comminatus. Vnde & ad Hieremiam dicitur ob duriciam

A ritiam cordis populi Iudæorum: Ne ores p̄ populo hoc, quia non audiam te. Et ad 1.Reg.16.a Samuel: Vsq; quo luges super Saul, & ego abieci eum? In cinere igitur & sacco postulat impleri quod promiserat deus: nō quo esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentiā, & negligentia pareret offensam. c ¶ *Obsecro domine deus magne & terribilis, etc.*] Aduersus eos qui tua præcepta contemnunt. b ¶ *Custodiens pactum & misericordiam, etc.*] Non ergo quod pollicet̄ deus statim futurū est, sed in eos sua promissa complet, qui custodiunt mādata illius. c ¶ *Peccauimus, inique egimus, impie egimus, etc.*] Peccata populi: quia unus è populo est, enumerat ex persona sua, quod & Apostolū in epist. ad Romanos facere legimus. Rom.5.c d ¶ *Tibi domine iustitia, nobis autem cōfusio faciei, etc.*] Iuste enim patimur, qđ meremur.

B e ¶ *Tibi domino deo nostro misericordia & , etc.*] De quo supra dixerat, ubi domine iustitia: nunc quia dominus nō solum iustus, sed & misericors est, dicit: Tibi dñe misericordia, ut post sententiam iudicantis eum prouocet ad clementiam. f ¶ *Et stillauit super nos.*] Non totam in nos effudisti iram quam ferre non poteramus, sed stillam furoris tui: ut correpti in plaga, reuertemur ad te. g ¶ *Maledictio & detestatio quæ scripta est in, etc.*] In Deut.27.b Deuteronomio maledictiones & benedictiones dei legimus: quę postea dictę sunt in monte Garizim & Ebal super iustos & peccatores. h ¶ *Omne malum hoc uenit super nos, & non rogauimus, etc.*] Grandis duritia ut & in plagis positi, deum non rogarent: quod & si rogarunt, ideo non rogarunt, quia non sunt reuersi ab iniquitatibus suis. Reuersio autem ab iniquitate, est cogitare ueritatem dei. i ¶ *Et uigilauit dominus sup malitiam, & adduxit eam super nos, quoniam iustus dominus, etc.*] Quādo p̄pter peccata corripimur, uigilat sup nos deus, & uisitat nos. Quando uero à deo deserimur, & nō iudicamur, indigniq; sumus correptione domini, tunc dormire dicit. Vnde & in psalmis legimus: Surrexit quasi dormiēs dominus, & quasi crapulatus à uino. Malicia enim nostra inebriat deū: quæ quando in nobis corripitur, euigilare dicitur, & de sua ebrietate cōsurgere, ut nos peccato ebrios euigilare faciat iustitiæ. k ¶ *Et nunc domine deus noster, qui eduxisti populum tuū de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen, etc.*] Memor est antiqui beneficij, ut ad si D milem deum clementiā prouocet. l ¶ *Ostende faciē tuam super sanctuarium tuum quod desertum, etc.*] Imple opere quod sermone pollicitus es, uicinum tempus desolationis impletur. m ¶ *Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & uide desolationem nostram & ciuitatem, etc.*] ἀνθρωποπαθῶς hæc loquitur, ut quando exaudiamur, inclinare deus uideatur aurē suam: quādo respicere nos deus dignatur, aperire oculos suos: quando uero auertit faciem suam, & oculis eius & aurib. uidemur indigni. n ¶ *Cumq; ad huc loquerer, etc.*] Ergo, ut supra diximus, nō populi tantum peccata sed & sua replicat, quia unus è populo est. Siue humiliter cum peccatum ipse non fecerit se iungit populo peccatori, ut ex humilitate ueniam

oraui dominum deū meū, & confessus sum & dixi: Obsecrō dñe deus magne & terribilis: Custōdiens pactum & misericordiam diligentibus te & custodientib. mandata tua. Pēccauimus, inique egimus, impie egimus, & recessimus & declinauimus à mādatis tuis atq; iudicijs. Nō obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patrib. nostris, omniq; populo terræ. Tibi dñe iūstitia, nobis autē confusio faciei, sicut est hodie uiro Iuda et habitatoribus Hierusalē & omni Israel: his q propè sunt, & his qui procul in uniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorū in quibus peccauerunt in te. Dñe nobis confusio faciei: regibus nostris, principibus nostris, & patrib. nostris qui peccauerunt. Tibi dōmino deo nostro misericordia & propiciatio: quia recessimus à te, & non audiuimus uocem dñi dei nostri, ut ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas: & omnis Israel præuaricati sunt legē tuam, & declinauerunt ne audirent uocem tuam. Et stillauit supēr nos māledictio & detestatio quę scripta est in libro Moysi serui dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos, & super principes nostros, qui iudicauerunt nos ut superinducerent in nos magnū malum: quale nunquā fuit sub omni cœlo, secundū quod factū est in Hierusalē sicut scriptum est in lege Moysi: Omne mālum hoc uenit super nos, & non rogauimus faciem tuam dñe deus noster, ut reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus ueritatē tuam. Et ūigilauit dominus super maliciam, & adduxit eam super nos, quoniam iustus dominus deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit. Non enim audiuimus uocē eius. Et nūnc domine deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus: dñe in omnem iustitiam tuam, auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalē, & à monte sancto tuo: propter peccata enim nostra & iniquitates patrū nostrorū, Hierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui & preces eius. Et ostēnde faciem tuam super sanctuarium tuū quod desertū est. Propter temetipsum inclina deus meus aurē tuam & audi, aperi oculos tuos & uide desolationem nostram & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine: attēde & fac, nec moreris propter temetipsum deus meus, quia nomē tuū inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum. Cūmq; adhuc

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A consequatur. Nota quod hic dixerit, confiterer peccata mea. In multis enim sanctæ scripturæ locis confessio nō pœnitentiam sed laudem sonat. *a* ¶ *Adhuc me loquente, etc.*] Principium uocat præteritam uisionem, quā hæc sequitur: & grādis orationis effectus est, impletaq; promissio dñi qui ait: Ad huc te loquēte dicam ecce assum. Videt autem Gabriel non angelus uel archangelus, sed uir: ut nequaquam sexum, sed nomen uirtutis ostenderet. *b* ¶ *Cito uolans tetigit me in tempore sacrif. etc.*] Volare dicitur, quia ut uir apparuerat, & in tempore sacrificij uespertini: qa oratio prophetæ à sacrificio matutino usque ad sacrificium uespertinū perseuerat, & propterea dei in se flexit misericordiam. *c* ¶ *Et docuit me, etc.*] Tam obscura est uisio, ut propheta angeli doctrina indigeat. *d* ¶ *Daniel nunc egressus sum ut do. etc.*] Nūc ad te missus sum, & egressus sum nō à facie dei ut ab eo recederē, sed B ut ad te uenirem. *e* ¶ *Ab exordio, etc.*] Vt rogare cœpisti, statim impetrasti misericordiam dei, & egressa est sentētia: & ego idcirco missus sum, ut exponerem tibi quæ ignoras: quia uir desideriorū es, siue amabilis & dei amore dignus: ut Salomō appellatus est idida, siue uir desideriorum, quod pro desiderio tuo dei secreta audire merearis & esse conscius futurorum. *f* ¶ *Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige, etc.*] Si Danieli dicitur, diligenter attende ut audias & intelligas quod uides, quid nos facere oportet quorum oculi ignorantiæ tenebris & caligine uitiorum obcæcati sunt. *g* ¶ *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super urbem sanctam, etc.*] Quia propheta dixerat: eduxisti populum tuū & nomen tuum inuocatum est super ciuitatem tuam, & super populum tuum, propterea expersona dei loquitur Gabriel: Nequaquā populus dei est, sed populus tuus: nec urbs sancta dei, sed sancta, ut dicis tibi. Simile quid & in Exodo legimus, qñ deus lo
Exod. 32.b quitur ad Moysen: Descende, peccauit enim populus tuus, hoc est, non populus meus quia me deseruit. Quia igitur postulas pro Hierusalem, & oras pro populo Iudæorum: audi quid in septuaginta annorū hebdomadibus futurum sit populo tuo, & urbi tuæ quæ sequuntur. Scio de hac quæstione ab eruditissimis uiris uarie disputatum, & unumquēq; pro captu ingenij sui dixisse quod senserat. Quia igit periculosum est de magistrorum ecclesiæ iudicare sentētijs, & alterum præferre alteri: dicā quid unusquisq; senserit, lectoris arbitrio derelinquens, cuius expositionē sequi debeat. Affrica-

nus in quinto temporū uolumine, de septuaginta hebdomadib. hæc loquutus ad uerbū est. Capitulū quod in Daniele de septuaginta hebdomadib. legimus multa & mirabilia continet, quæ nunc lōgum est dicere: ergo quod ad præsens opus pertinet, de temporib. disserendū est. Nullicq; dubium quin de aduentu Christi prædicatio sit: qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit, post quē cōsummata sunt delicta: & finē accepit peccatū, & deleta est iniquitas: & annunciata iustitia sempiterna, quæ legis iustitiā uinceret: & impleta est uisio & prophetia, *Luc. 16.d*
quia lex & prophetæ usq; ad baptistam Ioannem, & unctus est sanctus sanctorū: quē omnia priusq; Christus humanū corpus assumeret, sperabantur magis quàm tenebantur. Dicit aūt ipse angelus septuaginta annorum hebdomadas, id est, annos quadringentos nonaginta: ab exitu sermonis, ut respondeatur & ut ædificetur Hierusalē, D
uicesimum Artaxerxis regis Persarū annum habere principium. Neemias quip *Neem. 1.d*
pe huius pincerna, si cut in Esdræ libro legimus, rogauit regē, accepitq; responsum ut ædificaret Hierusalem. Et iste egressus est sermo qui extruēdæ urbis & circundandæ muris daret licentiam, quæ usq; ad illud tēpus uicinarum gentiū patebat incursibus. Siquidē ad Cyri regis imperiū, qui uolentib. reuerti Hierosolymā dederat potestatē, Iesus pontifex & Zorobabel: & postea Esdras sacerdos & cæteri qui cū eis proficisci uoluerant, templum & urbē, & muros eius ædificare conati sunt, prohibentib. in circuitu nationibus, ne impleret opus, quasi hoc rex non iussisset. Mansit itaq; impersectū opus usq; ad Neemiam & uicesimū annū regis Artaxerxis: quo tēpore regni Persarū, cētū & quindecim anni fuerant euoluti: captiuitatis aūt Hierusalē, centesimus octogesimus & quintus annus erat, & tunc primū Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalē: cui operi præ fuit Neemias, & ædificata est platea, & muri circundati: & ex illo tēpore si numerare uelis, septuaginta annorū hebdomadas usq; ad Christū poteris inuenire. Quod si harū principiū ab alio tēpore uoluerimus sumere, & tempora non concurrent, & multa reperiemus contraria. Nam si à Cyro & prima eius indulgentia, qua Iudæorū est laxata captiuitas, septuaginta numerent hebdomadę: cētū & eo amplius inueniemus annos, qui sta tutū lxx. hebdomadarū excedāt numerū: & multo plus si ex qua die loquutus est Danieli angelus: additq; amplior numerus, si captiuitatis exordiū uolueris hebdo

madarum

A madarū habere principiū. Permansit em̄ regnū Persarum usq; ad initiū Macedonū, annis ducentis triginta, & ipsi Macedones regnauerunt annis trecētis: atq; exinde usq; ad annū quintūdecimū Tyberij Cæsaris, quādo pássus est Christus: numerant anni sexaginta: qui si mul faciunt annos quingentos nonaginta, ita ut centū superfint anni. A uicesimo autē anno Artaxerxis regis usq; ad Christū, cōplentur hebdomadæ septuaginta: iuxta lunarē Hebræorū supputationē: qui menses non iuxta solis, sed iuxta lunæ cursum numerant. Nā à centesimo & quintodecimo anno regni Persarū, quādo Artaxerxes rex eiusdē imperij uicesimū regni sui habebat annum, & erat octogesimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, usq; ad ducentesimā secundā olympiadē: & secūdū eiusdē olympiadis annū Tyberijq; Cęsaris annū quintūdecimū. colliguntur anni quadringenti septuaginta quinq;, qui faciunt annos Hebraicos quadringētos nonaginta iuxta lunares, ut diximus, mēses. Qui secūdū illorū supputationē possunt facere per singulos mēses dies uigintinouē & semis, ita ut solis circulus per annos quadringētos nonaginta plus habeat dies trecentos sexagintaquinq; & quartā diei partē, & per duodecim menses singulorū annorū undecim dies & quarta diei pars amplius reperiat. Vnde Græci & Iudæi per octo annos triū mēsiū ἐμβολίσμους faciūt. Si em̄ octies undecim & quartā partē uolueris supputare, nonaginta dies, hoc est, tres menses efficies, & in quadringentis septuagintaquinq; annis octonarij, reperient anni quinquagintanouē & mēses tres, qui simul faciunt plus minusue annos quindecim, quos si quadringētis septuagintaquinq; annis uolueris addere, septuaginta annorū facies hebdomadas, hoc est, simul annos quadringētos nonaginta. Hæc Affricanus eisdē uerbis quib. expressimus loquutus est. Trāseamus ad Eusebiū Pāphili, qui in octauo libro διαγγελικῆς ἀποδείξεως tale ne
B scio quid suspicat. Non mihi uidet frustra septuaginta hebdomadarū facta diuisio: ut primū diceret septē, deinde sexagintaduę, & ultima adderet hebdomada una, quæ & ipsa in duas partes secta est. Scriptū est em̄: Scies & intelliges ab exitu sermonis: ut respōdeat & ædificet Hierusalē usq; ad Christum ducē hebdomadas septē, & hebdomadas sexagintaduas. Et post alia quæ narrauit in medio, ponit in fine: Et cōfirmabit testamētū pluri mis hebdomada una. Hæc nō frustra & absq; inspiratione dei angelū respōdisse manifestū est. Quæ obseruatio cautā atq; sollicitā uidet expetere rationē: ut lector diligēter attēdat, & causam diuisionis inquirat. Sin aūt necesse est nos dicere qd̄ sentimus, iuxta aliā expositionē quæ in præsenti uersat lectione, in eo qd̄ angelus ait, ab exitu sermonis ut respondeat & ædificet Hierusalē usq; ad Christū ducē: nō alios arbitramur q̄ principes, qui post hāc, pphetiam & reuersionē de Babylone Iudaico populo præfuerūt, hoc est, ἀρχιερεῖς & pōtifices quos Christos ab eo quod uncti sunt scriptura cognominat: quorū princeps fuit Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & q̄ fuerūt usq; ad aduentū dñi saluatoris. Hosq; significat & uaticiniū prophetale, dicēs: Ab exitu sermonis, ut respondeat & ædificet Hierusalē usq; ad Christū ducē, hebdomadæ septē & hebdomadæ sexagintaduæ, id est, ut septē hebdomadæ & postea sexagintaduæ, quę faciūt annos quadringentos octoginta tres à Cyro numerent. Ac ne uideamur procacē tm̄ ferre sentētiā, & nō pbare quæ dicimus: numeremus eos qui post Iesum filiū Iosedech usq; ad aduētū dñi populo præfuerūt Christi, id est, uncti in pontificatū. Primus igitur, ut ante iā diximus, post Danielis prophetiā, quæ facta est sub Cyro rege postq̄ de Babylone reuersus est populus, Iesus filius Iosedech fuit sacerdos magnus: & Zorobabel filius Salathiel, qui tēpli fundamēta iecerūt, impeditoq;

opere à Samaritis & alijs in circuitu nationibus, septē C
hebdomadarū anni cōpleti sunt, id est, quadraginta & nouē, in quibus imperfectū opus tēpli fuit, & quas prophetia à reliquis sexaginta duabus hebdomadib. separat. Denicq; & Iudæi in euangelio ex hac opinione loquunt ad dñm: Quadraginta & sex annis ædificatū est *Ioan. 2.d*
templū hoc, & tu in tribus dieb. fuscitabis illud? Totē anni sunt à primo anno Cyri regis, qui libertatē dedit uolentib. Iudæis reuerti in patriā, usq; ad sextū annum Darij regis, sub quo templi opus omne completū est. Porrò Iosephus & alios tres annos addidit, in quibus πρίβολοι tēpli & quædā alia quæ remanserant perfecta sunt: qui additi quadraginta sex annis, faciunt annos quadragintanouē, id est, septē annorū hebdomadas. Reliquas aūt sexaginta duas hebdomadas ab eiusdem Darij septimo anno enumerāt. Quo tēpore Iesus filius Iosedech, & Zorobabel iā maioris ætatis populo præerant: sub quibus pphetauerūt Aggeus & Zacharias: post quos Esdras & Neemias de Babylone uenientes, muros urbis extruxerunt, tenēte pontificatū Ioachim filio Iesu cognomento Iosedech: post quē succesit in sacerdotiū Eliasub, ac deinde Ioiade, & postea Ioannes: post quē Iaddus, cuius ætate Alexander rex Macedonū condidit Alexandriā, ut Iosephus in antiquitatū libris loquit̄: uenitq; Hierosolymā, & uictimas in tēplo immolauit. Mortuo aūt Alexandro cētesima tredecimā olympiade, anno ducētesimo trigesimosexto regni Persarū: quod cœperat primo anno quinquagesimæ quintæ olympiadis, quo tēpore Cyrus rex Persarū Babylonios Chaldæosq; superauit, & post mortē Iaddi sacerdotis, qui sub Alexandro tēplo præfuit, susceptit pontificatū Onias: quo tēpore Seleucus subiugata Babylone, diadema totius Syriæ & Asiæ capiti suo imposuit, anno duodecimo mortis Alexandri. In quod tēpus supputātur oēs anni à Cyri imperio, ducēti quadragintaocto. Ex qua ætate scriptura Machabæorū regnū Grācorum D
enumerat. Post Oniam præfuit Iudæis pontifex Eleazarus. Quo tēpore Lxx. interpretes scripturas sanctas Alexandriæ dicunt̄ in Græcū uertisse sermonē: post quē alter Onias cui succesit Simon: quo regēte populum, Iesus filius Sirach. scripsit librū qui Græce παναρετὸς appellat̄, & à plerisq; Salomonis falso dicit̄. Cui succesit in pontificatū alius Onias, quo tempore Antiochus Iudæos dijs gētiū immolare cogebat. Quo mortuo, Iudas Machabæus purgauit tēplū, & idolorū simulacra contriuit. Cui succesit frater Ionathan: & post eū rexit populū Simon frater utriusq;: in cuius morte ducentesimus septuagesimus septimus regni Syrię impletus est annus, & usq; ad hoc tēpus Machabæorū primus liber historiā continet. Supputanq; à primo anno Cyri regis Persarū usq; ad finē primi Machabæorū uoluminis & mortē Simonis pontificis, anni quadringenti uigintiquinq;. Post quē Ioānes tenuit pōtificatū annis uigintinouē: quo mortuo Aristobulus uno anno præfuit populo: qui primus reuersus de Babylone, diadema insigne regiæ potestatis cū honore pontificatus assumpsit. Huius successor fuit Alexander, rex pariter & pōtifex, qui rexit populū annis uigintiseptē. Et hactenus à primo anno Cyri regis & captiuorū reditu, qui in Iudæā uenire uoluerūt, supputant̄ anni quadringēti octoginatres: quos septē & sexaginta duæ hebdomadæ, id est, sexagintanouē simul efficiūt. Et hoc oīi tēpore pōtifices rexerūt populū Iudæorū, quos ego nūc arbitror uocari Christos duces. Mortuo aūt nouissimo eorū Alexādro, huc atq; illuc in uarias partes absq; ullo duce gēs Iudæorū seditionib. uexabat̄: intīm ut Alexādra, quæ & Salome uocabat̄, eiusdē Alexādri uxor, obtineret imperiū, & pōtificatū qdē Hircano filio reseruaret: Aristobulo aūt alteri filio regnū traderet, qd̄ obtinuit annis de-

A cē. Pugnātib. aūt cōtra se inteſtina ſeditione germanis, & gentē Iudæorū in diuerſa ſtudia trahentibus, ſuper-
uenit Cn. Pōpeius dux Romani exercitus: captaq; Hie-
roſolyma, uſq; ad adyta tēpli ingreſſus eſt, quæ uocabā-
tur ſancta ſanctorū, uictūq; Ariſtobulū Romā miſit, ſer-
uans triūpho ſuo, & pontificatū Hircano fratri eius tra-
didit. Tunc primū gens Iudæorū Romanis facta eſt tri-
butaria. Poſt quē Herodes filius Antipatris interfecto
Hircano, regnū Iudæorū ſenatus cōſulto accepit, & pri-
mus alienigena Iudæis præfuit. Qui pontificatū quoq;
nequaq; iuxta legē Moyſi mortuis parentib. tradebat li-
beris, ſed alienis: & nec ipſis multo tēpore, niſi ob gra-
tiā & preciū, diuinæ legis iuſſa contēnens. Ponit & aliā
idē Euſebius explanationē, quā ſi uoluerimus in Lati-
nū ſermonē uertere, extendemus libri magnitudinem.
Hæc eſt ergo interpretationis eius ſententia: A ſexto an
no Darij qui poſt Cyrū & Cambyſen filium eius regna
uit in Perſis, quando tēpli opera cōſummata ſunt: uſq;
ad Herodē & Cæſarē Auguſtū, numerat hebdomadas
ſeptē & ſexagintaduas: quæ faciūt annos quadringen-
tos octogintatres, quando Chriſtus, hoc eſt, Hircanus
nouiſſimus pontifex de genere Machabæorū ab Hero
de iugulatus eſt. Et ceſſauit iuxta legē dei pontificū ſuc-
ceſsio. Ciuitatē quoq; & ipſum ſanctuariū ſub duce Ro
mano, Romanus uaſtauit exercitus, ſiue ipſe Herodes
qui per Romanos indebitū in Iudæos arripuit impe-
riū. Quodq; infert: Cōfirmabit eīm pactū multis hebdo
mada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia &
ſacrificiū: ſic interpretat, quod Herode regnante apud
Iudæā & Auguſto apud Romanos, Chriſtus natus ſit:
qui tribus annis & ſex menſib. iuxta euangeliſtā Ioan-
nē euangeliū prædicauit, & cōfirmauit ueri dei cultum
multis: haud dubiū quin apoſtolis & credentibus, qñ
poſt paſsionē dñi in dimidia rurſum hebdomada defe-
B cit hoſtia & ſacrificiū. Quicquid eīm in tēplo poſtea fa-
ctū eſt, non fuit ſacrificiū dei, ſed cultus diaboli, cunctis
Matth. 27.c in cōmune clamātibus: Sanguis eius ſuper nos & ſuper
filios noſtros. Et hoc: Non habemus regē niſi Cęſarem.
Quē locū in chronica eiuſdem Euſebij: quā ante annos
plurimos in Latinā linguā uertimus, diligēs lector ple-
nius ediſſertū poterit inuenire. Quod aūt à perfectio-
ne tēpli uſq; ad decimū Auguſti imperatoris annū quā
do interfecto Hircano Herodes Iudæā obtinuit: ſeptem
& ſexaginta duæ hebdomadæ, id eſt, quadringēti octo-
gintatres ſupputent anni, ſic poſſumus approbare: ſe-
xageſimæ ſextæ olympiadis primo anno, hoc eſt, Darij
ſexto, cōpleta eſt tēpli ædificatio: & centeſimæ octoge-
ſimæ ſextæ olympiadis anno tertio, id eſt, Auguſti deci-
mo: Herodes in Iudæos cepit imperiū: qui faciunt an-
nos quadringentos octogintatres, per ſingulas olym-
piades quadriennio ſupputato. Dicit idem Euſebius &
aliā opinionē, quæ ex parte nō reprobat, quod plerisq;
unā hebdomadā annorū in ſeptuaginta annos exten-
dant: per ſingulos hebdomadæ annos, decēnio ſuppu-
tato. Et uolūt à paſsione dñi uſq; ad Neronis imperiū
annos eſſe triginta quinq;, quando cōtra Iudęos Roma
na primū arma cōmota ſunt, & hanc eſſe dimidiā heb-
domadā annorū ſeptuaginta. Poſtea uero à Veſpaſia-
no & Tito & deinceps quādo Hieroſolyma tēplūq; ſuc
cenſum eſt: uſq; ad Traianū, alios eſſe annos triginta-
quinq;, & hāc eſſe hebdomadā de qua angelus loquit
Danieli: Cōfirmabit aūt pactū multis hebdomada una.
In totū eīm orbē per apoſtolos euangeliū prædicatū eſt,
qui uſq; ad illud tēpus perſeuerauerūt, tradentib. eccle
ſiaſticis hiſtorijs Ioannē euangeliſtā uſq; ad tēpora ui-
xiſſe Traiani. Sed neſcio quomodo ſuperiores hebdo-
madas ſeptem & ſexagintaduas per ſeptenos annos, &
hanc unā per denos, id eſt, ſeptuaginta annis poſsimus
accipere. Hæc Euſebius. Hippolytus aūt de eiſdem heb
domadib. opinatus eſt ita: Septē hebdomadas ante re- C
ditū populi ſupputat, & ſexaginta duas poſt reditū, uſ-
que ad natiuitatē Chriſti, quarū tēpora oīno nō con-
gruūt. Si quidē regni Perſarū ducēti & triginta ſuppu-
tant anni, & Macedonū trecēti: & poſt illos uſq; ad nati
uitatē dñi, anni triginta, hoc eſt ab initio Cyri regis Per
ſarū uſq; ad aduentū ſaluatoris, anni quingēti ſexagin
ta. Nouiſſimā quoq; hebdomadā ponit in conſumma
tione mundi: quā diuidit in Heliæ tēpora & antichriſti,
ut tribus & ſemis annis ultimę hebdomadę dei notitia
confirmet. De qua dictū eſt: Confirmabit pactū multis Dan. 9.f
hebdomada una, & tribus alijs annis ſub antichriſto
deficiet hoſtia & ſacrificiū. Aduenięte aūt Chriſto & ini
quū ſpiritu oris ſui interficiente, uſq; ad conſummatio
nē & finē perſeueret deſolatio. Apollinarius aūt Laodi-
cenus omni præteritorū tēporū ſe liberans quæſtione:
uota extēdit in futurū, & periculoſe de incertis profert
ſententiā. Quæ ſi forte hi qui poſt nos uiſturi ſunt ſtatu
to tēpore cōpleta non uiderint, aliā ſolutionē quærere
cōpellent, & magiſtrū erroris arguere. Dicit ergo, ut uer
bū è uerbo interpreter, ne calūniā uidear facere nō di-
centi. In quadringentis nonaginta annis peccata & om
nia quæ ex peccatis oriunt uitia cōprimenda: poſt quæ
uentura ſint bona, & reconciliandū deo mundū in ad-
uentu Chriſti filij eius. Ab exitu eīm uerbi, qñ Chriſtus
de Maria generatus eſt uirgine, uſq; ad quadrageſimū
nonū annū, id eſt, finē ſeptē hebdomadarū, Iſraelis ex-
pectata pœnitētia. Poſtea uero ab octauo Claudij Cæſa
ris anno, contra Iudæos Romana arma correpta. Trice
ſimo eīm iuxta euangeliſtā Lucā anno ætatis ſuæ, cœpit Luc. 3.c
in carne dñs euangeliū prædicare: & iuxta Ioannem e- Ioan. 2.abc
uangeliſtā, per tria paſchata duos poſtea impleuit an- & 11.g
nos: & exinde ſex Tiberij ſupputantur anni & quatuor
C. Cæſaris cognomento Caligulæ: & octo Claudij, id
eſt, ſimul anni quadragintanouē, qui faciunt hebdoma D
das annorū ſeptē. Cum aūt quadringenti trigintaqua-
tuor anni poſt hoc fuerint euoluti, id eſt, ſexagintaduæ
hebdomadæ: tunc ab Helia qui uenturus eſt iuxta ſer- Luc. 1.b
monē dñi ſaluatoris: ut reſtituat cor patrū ad filios, in
ultima hebdomada ædificandā Hieruſalē & templum,
per annos tres & ſemis, uenturumq; antichriſtū: & iu-
xta Apoſtolū ſeſſurū in templo dei, & interficiendū ſpi 2. Theſ. 2.b
ritu dñi ſaluatoris, poſtquam contra ſanctos dimicauē
rit, atq; ita fieri, ut media hebdomada confirmet teſta-
mentū dei cū ſanctis, & rurſum media ceſſationē uicti-
marū eſſe pronunciet ſub antichriſto: qui ponet abo-
minationē deſolationis, id eſt, idolū & ſtatuam proprij
dei in templo, & erit extrema uaſtitas & condemnatio
populi Iudæorū: qui ſpreta ueritate Chriſti, receperunt
antichriſti mendaciū. Aſſerit autem idem Apollinarius
hanc ſe temporum capere coniecturā: quia Affricanus
ſcriptor tēporū, cuius ſupra expoſitionē poſui: ultimā
hebdomadā in fine mundi eſſe teſtet, nec poſſe fieri ut
iunctæ diuidantur ætates, ſed omnia ſibi iuxta prophe
tiā Danielis eſſe tempora copulanda. Clemens uir eru-
ditiſsimus, presbyter Alexandrinæ eccleſiæ, paruipen-
dens annorū numerū, à Cyro rege Perſarū uſq; ad Ve
ſpaſianū & Titum imperatores Romanos: ſeptuaginta
annorū hebdomadas dicit eſſe completas, id eſt, annos
quadringentos nonaginta, additis in ipſo numero
duobus milib. trecentis diebus, de quibus ſupra dixi-
mus: Perſarumq; & Macedonū & Cæſarū tēpora in his
hebdomadib. enumerare conat, cum iuxta diligentiſ-
ſimā ſupputationē, à primo anno Cyri regis Perſarum
atq; Medorū in quo imperauit & Darius: uſq; ad Ve
ſpaſianū & euerſionē tēpli, ſupputent anni ſexcenti tri-
ginta. Origenes cū propoſuiſſet hoc idē capitulū, horta
tus eſt nos ut quæramus quod nō intelligimus, & quia
non habebat locū allegoria in qua eſt libera diſputatio,
hiſtoriæ

A hiſtoriæ ueritate concluſus: hæc in decimo Stromatum
uolumine breuiter annotauit. Studioſius requirenda
ſunt tēpora à primo anno Darij filij Aſueri uſq; ad ad-
uentū Chriſti, quot anni ſint: & quæ in illis geſta dican-
tur: & uidendū eſt an ea poſsimus aduentui dñi coapta
re. Tertullianus quid dixerit, ex eo libro quē contra Iu
dæos ſcripſit, noſſe poterimus: cuius uerba breuiter po
nenda ſunt. Vnde igitur oſtendemus, quia Chriſtus ue
nit intra ſexagintaduas hebdomadas? Numeremus à
primo anno Darij: quoniā ipſo tempore oſtendit Da-
nieli uiſio ipſa. Dicit enim ei: Intellige & cōſyce à proph
tatione ſermonis reſpondere me tibi hæc. Vnde à pri-
mo anno Darij debemus computare, qñ hanc uidit ui-
ſionē Daniel. Videamus igitur anni quō impleant uſq;
ad aduentū Chriſti. Darius annis regnauit decē & no-
uem. Artaxerxes annis quadraginta. Ochus qui & Cy-
rus, annis uigintiquatuor. Argus anno uno. Darius a-
lius, qui & Melas nominatus eſt, annos uigintiunū. Ale
xander Macedo annis duodecim. Deinde poſt Alexan
drum qui & Medis & Perſis regnauerat, quos deuice-
rat, & in Alexandriā regnū ſuum firmauerat, quādo &
nomine ſuo eam appellauit: poſt eum regnauit illic in
Alexādria Soter annis triginta quinq;: cui ſucceſsit Phi
ladelphus, regnans annis triginta octo: poſt hunc Euer
getes regnauit annis uigintiquinq;, deinde Philopater
annis decē & ſeptē: & poſt hunc Epiphanes annis uigin
tiquatuor. Item alius Euergetes annis uigintinouē. So-
ter annis triginta octo. Ptolemæus annis triginta ſeptē.
Cleopatra annis uiginti, menſibus quinq;. Item Cleo-
patra conregnauit Auguſto annis tredecim. Poſt Cleo-
patrā Auguſtus alijs annis quadraginta tribus impera
uit. Nam omnes anni Auguſti imperij fuerunt numero
quinquaginta ſex. Videamus aūt quoniā in quadrage-
B ſimo primo anno imperij Auguſti, q poſt mortē Cleo-
patræ imperauit, naſcit Chriſtus. Et ſuperuixit idē Au-
guſtus ex quo natus eſt Chriſtus, annos numero quin
decim. Et erunt reliqua tempora annorū in diem nati-
uitatis Chriſti in annū Auguſti quadrageſimū primum
poſt mortē Cleopatræ, anni quadringenti triginta ſeptē
menſes quinq;. Vnde adimplent ſexagintaduę hebdo-
madæ & dimidia, quæ efficiunt annos quadringentos
triginta ſeptē, menſes ſex in diem natiuitatis Chriſti. Et
manifeſtata eſt iuſtitia æterna, & unctus eſt ſanctus ſan
ctorū, id eſt Chriſtus, & ſignata eſt uiſio & prophetia, &
dimiſſa ſunt peccata, quæ per fidē nominis Chriſti om
nibus in eum credētibus tribuunt. Quid eſt aūt quod
dicit ſignari uiſum & prophetiā: quoniā oēs prophetæ
nunciabāt de ipſo q̄ eſſet uenturus, & pati haberet. Igi-
tur quoniā impleta eſt prophetia per aduentū eius: pro
terea ſignari uiſionē & prophetiā dicebat: qñ ipſe eſt
ſignaculū omnium prophetarū, adimplēs omnia quæ
retro de eo prophetæ nunciabant. Poſt aduentū enim
& paſsionem eius, iam nō eſt uiſio neq; prophetia quæ
Chriſtum nunciet eſſe uenturū. Et poſt paululū: Videa-
mus, inquit, quid aliæ ſeptem & dimidia hebdomadæ
quæ ſunt ſubdiuiſæ in abſciſsione priorū hebdomada-
rum, in quo actu ſint adimpletæ. Poſt Auguſtū eīm qui
ſuperuixit poſt natiuitatē Chriſti, anni quindecim effi-
ciunt. Cui ſucceſsit Tyberius Cæſar, & imperiū habuit
annis uigintiduobus, menſibus ſeptē, diebus uiginti-
octo. Huius imperij decimoquinto anno patitur Chri-
ſtus, annos habēs quaſi triginta cū pateret. Item Caius
Cæſar qui & Caligula, annis tribus, menſib. octo, die-
bus tredecim. Nero annis nouem, menſibus nouē, die
bus tredecim. Galba menſibus ſeptem, diebus uiginti-
octo. Otho menſibus tribus, diebus quinq;. Vitellius
menſib. octo, dieb. uigintiocto. Veſpaſianus anno pri-
mo imperij ſui debellauit Iudęos: & fiunt anni numero
quinquaginta duo menſes ſex. Nam imperauit annis un
decim: atq; ita in diem expugnationis ſuæ, Iudæi imple C
uerunt hebdomadas ſeptuaginta prædictas à Daniele.
Hebręi quid de hoc loco ſentiāt breui ſermone pſtrin-
gam, fidem dictorū his à quib. dicta ſunt derelinquēs.
Dicamus igit̄ πολεμϕρασικῶς, ut ſenſus manifeſtior fiat.
O Daniel, ſcito q̄ à die hac qua tibi nunc loquor: erat
aūt annus primus Darij, qui occidit Balthaſar, & regnū
Chaldæorū in Perſas Medoſq; tranſtulit: uſq; ad ſeptua
geſimā annorum hebdomadā, hoc eſt annos quadrin
gentos nonaginta, hæc populo tuo per partes accidēt.
Primum propiciabitur tibi deus, quæ nunc magnope
re deprecaris: & delebitur tibi peccatū, & finem accipiet
præuaricatio. Nūc enim urbe deſerta & templo uſq; ad
fundamenta deſtructo, in luctu eſt populus cōſtitutus:
ſed non poſt grande tempus inſtaurabit. Et non ſolum
hoc fiet in his ſeptuaginta hebdomadibus, ut ædificet
ciuitas, & templum inſtauret, ſed naſcet Chriſtus, id eſt
iuſtitia ſempiterna. Et ſignabit uiſio & propheta: ut ne-
quaq; propheta inueniat in Iſrael, & ungat ſanctus ſan-
ctorum. De quo in pſalterio legimus: Propterea unxit
te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ conſortib. tuis. Qui
& in alio loco dicit de ſe: Sancti eſtote, quia & ego ſan-
ctus ſum. Scito igitur quoniā à die qua tibi nūc loquor
& dei ſermone promitto: q̄ reuertat populus & Hieru-
ſalem inſtauret, uſq; ad Chriſtū ducem & perpetuā deſo
lationē templi, hebdomadæ numerent ſexagintaduæ:
necnon & aliæ ſeptem hebdomadæ, in quibus iuxta or
dinē ſuū duæ res fient, de quibus & ante iam dixit, q̄ re
uertatur populus & ædificet platea à Neemia & Eſdra.
In fine ergo hebdomadarū complebitur dei ſentētia in
anguſtia temporū, quando rurſum deſtruet templum
& capietur ciuitas. Nam poſt ſexagintaduas hebdoma
das occidet Chriſtus: & non erit eius populus qui eum
negaturus eſt, ſiue ut illi dicūt, non erit illius imperium D
quod putabat ſe redempturū. Et qd dico de Chriſto oc
cidendo & populo penitus deſerendo auxilio dei: cū ci
uitatē & ſanctuariū diſſipaturus ſit populus Romanus
cum duce uēturo Veſpaſiano? Quo mortuo tranſactis
ſeptem hebdomadis, id eſt annis quadragintanouem,
Aelius Hadrianus, à quo poſtea de ruinis Hieruſalem
urbs Aelia condita eſt, rebellantes Iudæos, Timo Ruffo
magiſtro exercitus pugnāte, ſuperauit. Et tunc deficiet
hoſtia & ſacrificiū: & uſq; ad conſummationē mundi &
finē perſeuerabit deſolatio. Nec nos, inquiunt, moueat
q̄ primū numerent ſeptē hebdomadæ, & poſtea ſexa-
gintaduæ: & rurſum una, quæ in duas partes diuiditur:
Eſt enim hoc idioma ſermonis Hebraici, & antiquorū
ſermonis Latini, ut anté minorē numerum ſupputent,
& poſtea maiorē. Verbi gratia, nos iuxta proprietatem
linguæ noſtrę nunc dicimus: Abraham uixit annis cen
tum ſeptuaginta quinq;: illi econtrario loquunt: Vixit
Abraham annis quinq; & ſeptuaginta & centum. Non
igitur ut legitur ita impletur, ſed ut totū pariter ſuppu-
tetur, ita finem accipit. Nec ignoramus quoſdam illorū
dicere, quod una hebdomada, de qua ſcriptū eſt: Con-
firmabit pactum multis hebdomada una, diuidatur in
Veſpaſiano & in Hadriano: q̄ iuxta hiſtoriam Ioſephi
Veſpaſianus & Titus trib. annis & ſex menſibus pacem
cum Iudæis fecerint. Tres aūt anni & ſex menſes ſub Ha
driano ſupputantur, quando Hieruſalem omnino ſub
uerſa eſt, & Iudæorū gens cateruatim cæſa: ita ut Iudææ
quoq; finibus pellerentur. Hæc loquuntur Hebræi, nō
magnopere curantes à primo anno Darij regis Perſa-
rum, uſq; ad extremam ſubuerſionē Hieruſalem, quæ
ſub Hadriano eis accidit, ſupputari Olympiades cen-
tum ſeptuagintaquatuor, id eſt annos trecentos nona-
ginta ſex, qui faciunt hebdomadas Hebraicas nonagin
tanouem & annos tres, quando Cochebas dux Iudęo-
rum oppreſſus eſt, & Hieruſalē uſq; ad ſolū diruta eſt.

A *Anno tertio Cyri regis Persarum, etc.*] Et quomodo in fine primæ legimus uisionis: Fuit aũt Daniel usq; ad annũ primũ Cyri regis: Fuisse ergo eũ apud Chaldæos in pristina dignitate purpura byssoq; uestitum, usq; ad annum primum Cyri regis intelligimus, quando subuertit Chaldæos: & postea cœpit esse cum Dario filio Assuer de semine Medorũ, qui imperauit super regnum Chaldæorum. Aut certe iam Dario mortuo, cuius anno primo septuaginta hebdomadarum sacramẽta cognouerat: nunc tertio anno regis Cyri hæc uidisse narratur. Et uerũ uerbum & fortitudo magna. Siue dei, qui ista facturus est: siue prophetæ, qui hæc intelle cturus est. *b* ¶ *In diebus illis ego Daniel lug.*] Hoc docemur exemplo, tempore ieiunij à cibis delicatioribꝫ abstinere: quod ego puto nunc dici panẽ desiderabilem, nec carnem comedere, nec uinum bibere. Insuper & unguenta nõ quærere. Qui mos apud Persas & Indos hodie quoq; seruat, ut pro balneis utant unguẽtis. Tres autem iunxit hebdomadas affligẽs animã suam: ne transitoria & fortuita uideatur deprecatio. Secundum anagogen uero hoc dicendum est, q̃ qui in luctu est & spõsi luget absentiam, nõ comedit panem desiderabilem qui de cœlo descendit, neq; soli dum capit cibum, qui intelligitur in carne, nec bibit uinum, quod lætificat cor hominis, nec exhilarat faciem
Psal. 103.b in oleo, iuxta illud quod in psalmis legimus: Vt exhilaret faciem in oleo. Hoc autem ieiunium impetrabiles facit lachrymas, quando sponsus fuerit ablatus ab ea. Recte quoq; Daniel audet dominum deprecari: quia iam ex parte primo anno regis Cyri, Iudæorũ fuerat laxata captiuitas. *c* ¶ *Die autem uicesima quarta mensis primi, etc.*] Et Ezechiel iuxta fluuium Chobar uidit uisionem ma-
Matt. 3.d gnam. Et domino saluatori & Baptistæ Ioanni super fluenta Iordanis aperiuntur cœli. Vnde eorũ delyramenta conticescant, qui umbras & imagines in ueritate quę rentes, ipsam conantur euertere ueritatem, ut flumina & arbores & paradisum putent allegoriæ legibus se debere subruere. *d* ¶ *Et leuaui oculos meos, etc.*] Eleuationẽ opus est oculorum, ut uisionem mysticam cernere ualeamus. *e* ¶ *Et ecce uir unus uestitus lineis.*] Pro lineis quod interpretatus est Aquila: Theodotio βαισσλίῳ posuit: Septuaginta, byssina: Symmachus ἐμπείρτα, id est, præcipua. Pro eo autẽ quod nos iuxta Hebraicum C
uertimus, ecce uir: Symmachus posuit, quasi uir: non enim uir erat, sed uiri habebat similitudinem. *f* ¶ *Et renes eius accincti auro obryzo.*] Pro quo in Hebræo legitur ומתניו quod Aquila ita interpretatus est: Et lumbi eius accincti erant colore ὡφάζ. *g* ¶ *Et corpus eius quasi chrysolithus.*]

Caput X

ANnõ tertio Cyri regis Persarum uerbum reuelatum est Danieli, cognomento Balthasar, & uerbũ uerum & fortitudo magna, intellexitq; sermonem. Intelligentia enim est opus in uisione. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & uinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum donec complerentur trium hebdomadarum dies. Diẽ autem uicesima & quarta mensis primi, eram iuxta fluuium magnum, qui est Tigris. Et leuãui oculos meos, & uidi. Et ecce uir unus uestitus lineis. Et renes eius accincti auro obryzo. Et corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius uelut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt usque ad pedes quasi species æris candentis, & uox sermonum eius ut uox multitudinis. Vidi autẽm ego Daniel solus uisionem: porrò uiri qui erant mecum non uiderũt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus uidi uisionem grandem hanc, & nõ remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui: nec habui quicquam uirium. Et audiui uocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciẽ meam, & uultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea & super articulos manuum mearum. Et dixit ad mẽ: Daniel uir desideriorum, intellige uerba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumq; dixisset ad me sermonem istum, steti tremens. Et dixit ad mẽ: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligẽdum ut te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt uerba tua: & ego
ut sui generis corpus aspiciens nequaquam paueat.

h ¶ *Et dixit ad me: Daniel, etc.*] Congruenter uir desideriorum uocatur, qui instantia precum & afflictione corporis, ieiuniorumq; duricia cupit scire uentura, & dei secreta cognoscere. Pro uiro desideriorum, Symmachus interpretatus est uirum desiderabilem. Omnis enim sanctus haberis in se animæ pulchritudinem, amatur à domino. *i* ¶ *Et dixit ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti, etc.*] Vicesimaquarta die mẽsis primi, id est Nisan, expletis tribus hebdomadibus, hoc est uiginti diebus & uno, cernit hanc uisionem, & audit ab angelo, quòd ex die primo quo orare cœperit, & affligere se in conspectu dei, exaudita sunt uerba eius. Quæritur, si statim exauditus est, cur nõ statim ad eum missus sit angelus. Data est ei per moram occasio amplius deum deprecandi, ut ex eo quod plus desiderat per laborem, plus audire mereatur. Quod autem ait: Et ego ingressus sum ad uerba tua: hunc habet sensum: Postquam tu cœpisti bonis operibus & lachrymis atque ieiunio

A ieiunio dei inuocare misericordiam, & ego accepi occasionem ut ingrederer in cõspectu dei, & orarem pro te.
a ¶ *Princeps autem regni Persarum, etc.*] Videtur mihi hic esse angelus cui Persis credita est, iuxta illud quod in
Deut. 32.a Deuteronomio legimus: Quãdo diuidebat altissimus gentes, & dissemina-
bat filios Adam: statuit terminos gẽtium iuxta numerum angelorum dei. Isti sunt principes de quibus & Paulus apostolus
1 Cor. 2.b loquitur: Sapientiam loquimur inter perfectos, quã nullus principum seculi huius cognouit. Si enim cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent. Restitit autem princeps, id est, angelus Persarum, faciens pro credita sibi prouincia, ne captiuorum omnis populus dimitteretur. Et forsitan cum prima die ex quo posuit cor suum propheta ad intelligẽdum, exauditus sit à deo: idcirco non statim missus est angelus qui ei dei indul-
B gentiã nũciaret, quia uiginti & uno diebus restitit ei princeps Persarum, enumerãs peccata populi Iudæorũ, quod iuste tenerẽtur captiui, & dimitti nõ deberent. *b* ¶ *Et ecce Michael unus, etc.*] Resistente Persarum angelo precibus tuis & meæ legationi qui orationes tuas deo offerebam, uenit in adiutorium mihi angelus Michael, qui præest populo Israel. Principes autem primos, archangelos intelligimus. *c* ¶ *Et ego remansi ibi iuxta regem Persarum.*] Regem Persarum angelum, id est principem uocat: & ostendit quod iuxta Michaelem sit paululum moratus, qui contra principem Persarum loquebatur.

d ¶ *Veni autem ut docerem te quæ uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus, quoniam adhuc uisio in dies, etc.*] Quod Daniel deprecatus est, hoc à deo meretur audire, quid futurũ sit populo Israel: non in uicino tempore, sed in nouissimis diebus, id est in consummatione seculi. Domine mi, in uisione tua conuersa sunt interiora mea in me. Sic Theodotio interpretatus est, iuxta illud quod in centesimo secundo psalmo legimus: Benedic anima mea domino, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Prius enim quàm uisionẽ dei uidere mereamur, interiora nostra foras aspiciunt: cum autem uiderimus uisionem dei, conuertentur in nos interiora nostra, & toti in illis sumus. De quibus & in alio loco scribitur:
Psal. 44.c Omnis gloria eius filiæ regum ab intus in fimbrijs aureis. *e* ¶ *Cumq; loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere, etc.*] Nisi enim confortasset eum tactus quasi filij hominis, & pauor recessisset ex corde, sacramenta dei audire non poterat, & idcirco nunc ait: Quia confortasti me, loquere domine. Tu enim fecisti ut possim & audire & sentire quæ loqueris. *f* ¶ *Et ait, Nunquid scis quare uenerim ad te? Et nũc reuertar ut prælier aduersus principem Persarũ.*] C
Quod dicit hoc est: Veni quidem ut docerem te exauditas preces tuas, sed reuersurus sum rursum, ut pugnem cõtra principem Persarum in conspectu dei, qui non uult populum tuum de captiuitate laxari. *g* ¶ *Cum enim egrederer, apparuit, etc.*] Ego, inquit, egrediebar de conspectu dei ut tibi nunciarem quæ uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus: licet adhuc non sim securus, stante Persarum principe, & contradicente tuis precibus ac meæ legationi. Et ecce princeps Græcorũ, id est, Macedonum uenie-
bat & ingressus est in conspectu dei, ut accusaret Persarũ principem atque Medorum, ut in locum eorum regnũ Macedonum succederet. Et reuera mira sacramenta dei. Laxato enim de captiuitate populo Iudæorum, Persarum regnum atque Medorum, interfecto Dario subuertit Alexander rex Macedonum, & D
princeps Græcorum uicit principem Persarum. *h* ¶ *Veruntamen annunciabo, etc.*] Hic ordo lectiõis est: Adhuc res in dubio est. Te enim precante
dñm, & me offerente orationes tuas, stat è regione princeps Persarum: & non uult populum tuum de captiuitate laxari. Ego autem quia uenit princeps Græcorũ, & interim pugnat contra principem Persarum, habens illic Michaelem in adiutorium, donec illi inter se dimicant, referam tibi quæ deus mihi futura prædixerit, & tibi narranda præceperit. Nulliq; oriat scrupulus quare pro principe Macedonũ, principem Græcorum dixerit, hoc est ἑλλωίωυ. Alexander enim rex Macedonũ primũ subuersa Græcia & subiecta potestati suæ, in Persas arma corripuit. *i* ¶ *Et nemo est adiutor meus in omnibus his, etc.*] Ego sum, inquit, angelus ille qui offero deo orationes tuas: & nullus est alius qui adiutor meus sit rogandi pro uobis deum, nisi Michael archangelus, cui creditus est populus Iudæorum. Et interim hoc tempore ego & princeps Græcorũ cõmuni labore aduersum Persarũ principẽ dimicamus. Reuoluendę sunt ueteres historiæ, & considerandæ ne fortè illud tempus significet, quando Persæ à Græcis uicti sunt. Iuxta editionem uulgatam usq; ad finem libri una putat uisio, quę anno tertio Cyri regis Persarũ apparuit Danieli. Porrò iuxta Hebraicã ueritatẽ, separata sunt quæ sequuntur, & scripta ordine præpostero. De cuius causis suprà diximus. Non enim sub Cyri anno tertio: sed sub Darij primo, qui subuertit Balthasar, narrantur ista quæ scripta sunt.

CAP. XI

EGo autẽm ab anno primo Darij Medi stabam, ut confortarer & roborarer, *etc.*] Ego, inquit Daniel, ab anno

A anno primo regis Darij qui subuertit Chaldæos: & me de manu inimicorũ quantum in se fuit liberauit, ob cu stodiam meam etiam lacũ leonum suo signãs anulo, ne me aduersarij interficerent: stabam in conspectu dei, & rogabã eius clementiã pro eo qui me diligebat, ut confortaretur, uel ipse uel regnũ eius & roboraretur. Cumq; in oratione persisterem, hęc dño respondente cognoui. Cõsuetudinis aũt prophetarũ est repente personas introducere sine ulla præfatione uerborũ: ut est illud in psalmo tricesimoprimo: cum cũ rogasset dñm propheta & dixisset: Tu es refugium meum à tribulatione mea quę circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me: repente

ut confortaret & roboraret. Et nũc ueritatẽ annunciabo tibi. Et eccẽ tres adhuc reges stabunt in Perside, & quartus ditabit opibus nimijs super oẽs: & cum inaluerit diuitijs suis, concitabit oẽs aduersum regnũ Græciæ. Surgẽt uero rex fortis, & dominabit potestate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cũ steterit contere regnum eius, & diuidet in quatuor uẽtos cęli, sed nõ in posteros eius, neq; secundũ potentiã illius qua dominatus est. Lacerãbit enim eius regnũ etiã in externos, exceptis his. Et confortãbit rex Austri. Et dẽ principibus eius prævalebit super eum, & dominabit ditione. Multa enim dominatio eius. Et post finẽm annorũ fœderabunt. (Siue ut Theodotio

persona dei introducitur respondentis: Intellectum tibi dabo, & instruã te in uia hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Ergo & nunc narrante propheta, ab anno primo Darij Medi, stabam & deprecabar ut confortaretur & roboraretur eius imperium, deus repente respondit. a ¶ *Et nunc ueritatem annunciabo, etc.*] Estq; sensus: Quia uis nosse de Persarum regibus quid futurum sit, audi ordinẽ rerum, & ausculta quod quæris. b ¶ *Et ecce tres adhuc reges stabunt, etc.*] Quatuor reges post Cyrum dicit in Perside resurrecturos, Cambysen filium Cyri, & Smerdem magum, qui Pantapten filiam Cambysis duxit uorem. Qui cum à septem magis fuisset occisus, & in locum eius Darius suscepisset imperium, eadem Pantaptes nupsit Dario, & ex eo Xerxen genuit filium, qui potentissimus rex & ditissimus, aduersum Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea gesit quæ Græcorum narrant historiæ. Succendit enim Athenas sub principe Callia, bellumq; eo tempore gestum est in Thermopylis, & apud Salaminam naуale certamen, quando Sophocles & Euripides clari habebantur: & Themistocles in Persas fugiens, hausto tauri sanguine perijt. Frustra igitur quidam Darium regem quartum, qui ab Alexandro superatus est, scribit: qui non quartus, sed quartusdecimus post Cyrum Persarum rex fuit: quem septimo imperij sui anno & superauit & occidit Alexander. Et notãdum quod quatuor post Cyrum regibus Persarum enumeratis, nouẽ prætulerit & transierit ad Alexandrum. Non enim curæ fuit spiritui prophetali historiæ ordinem sequi, sed præclara quæq; perstringere. c ¶ *Surget uero rex fortis, etc.*] Perspicue de Magno Alexandro rege Macedonum loquitur: qui Philippi filius fuit: hic enim Illyricis Thracibusq; superatis, uicta Græcia, Thebisq; subuersis, transiuit in Asiam, & fugatis Darij ducibus, urbem Sardis cepit: posteaq; capta India, & urbe Alexandria condita, cum triginta & duos ætatis haberet annos, & duodecimum imperij annum, in Babylone ueneno perijt. d ¶ *Et diuidetur, etc.*] Post Alexandrum in quatuor uentos cœli, Orientem uidelicet & Occidentem, Meridiem & Septentrionem, regnum illius diuisum est. In Aegypto enim primus regnauit Ptolemęus Lagi filius, id est ad Meridiem. In Macedonia Philippus, qui Arideus frater Alexandri, id est ad Occidentem. Syriæ & Babylonis & superiorum locorum, Seleucus Nicanor, id est, ad Orientem. Asiæ & Ponti cæterarumq; in ipsa plaga prouinciarũ Antigonus, id est, ad Septentrionẽ. C

Hæc secundũ totius orbis plagas dicimus. Cæterũ qui in Iudæa est, ad Aquilonẽ Syriam, & ad Meridiẽ Aegyptum habet. Quod aũt ait: Sed nõ in posteros eius: hoc *Matt. 2.d*
significat, quod liberos nõ habuerit: sed regnum ipsius in alienos laceratũ sit: excepto fratre Philippo qui Macedonas tenuit. Neq; secundum potentiã illius qua dominatus est. Diuisum enim in quatuor partes regnũ imbecillius fuit: dum aduersum se dimicant, & intestino furore bacchantur.

c ¶ *Lacerabitur enim, etc.*] Pręter regna quatuor Macedoniæ, Asiæ, Syriæ, Aegyptiæ: etiam in alios obscuriores & minores reges Macedonũ regnũ laceratum est. Significat aũt Perdicã & Crateron & Lysimachũ. Nam Cappadocia, & Armenia, Bithynia, & Heraclia, Bosphorusq;, & aliæ prouinciæ de potestate Macedonũ recedẽtes, diuersos sibi reges constituerũt. f ¶ *Et confortabitur rex Austri.*] Ptolemæũ indicat filiũ Lagi, qui primus regnauit in Aegypto: & uir prudentissimus fortissimusq; ac ditissimus fuit, & tantæ potentiæ, ut Pyrrhum regẽ Epirotarũ expulsum restitueret in regnũ, Cyprumq; obtinuerit & Phœnicen: & uicto Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni sui partẽ, quæ ab Antigono fuerat ablata restituerit: Cariã quoq; obtineret, & multas insulas urbesq; D
& regiones: de quibus nõ est huius temporis scribere. Idcirco aũt cætera regna dimittens, Macedoniæ uidelicet & Asiæ: tantum de Aegypti & Syriæ narrat regibus: quia in medio Iudæa posita, nunc ab illis, nunc ab istis regibus tenebatur. Et scripturæ sanctæ propositum est, non externam absq; Iudæis historiam texere, sed eam quæ Israeli populo copulata est. g ¶ *Et de principibus eius prævalebit, etc.*] Iste est Ptolemæus Philadelphus, secũdus rex Aegypti, filius Ptolemæi superioris: sub quo Lxx. interpretes Alexãdriæ scripturam sanctam in Græcum dicuntur uertisse sermonem: qui & Eleazaro pontifici multa Hierosolymã, & in templi donaria uasa transmisit: cuius bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus, idẽ apud Græcos orator & philosophus, tantæq; potentiæ fuisse narratur, ut Ptolemæum patrem uinceret. Narrãt enim historiæ habuisse eum peditum ducenta milia, equitum uiginti milia, curruũ uero duo milia, elephantos quos primus eduxit ex Aethiopia, quadringentos. Naues longas quas nunc liburnas uocant, mille quingentas: alias ad cibaria militum deportanda mille: auri quoq; & argenti grande pondus, ita ut de Aegypto per singulos annos quatuordecim milia, & octingenta talenta argenti acceperit, & frumenti artabas, quæ mensura tres modios, & tertiam modij partem habet, quinquies & decies centena milia. h ¶ *Et post finem annorum, etc.*] Primum Syriæ regnauit (ut diximus) Seleucus cognomento Nicanor. Secundus Antiochus, qui appellatus est Soter. Tertius est ipse Antiochus, qui uocabatur θεός, id est deus. Iste aduersus Ptolemæũ Philadelphũ, qui secundus imperabat Aegyptijs, gesit bella cũ plurima: & totis Babylonis atque Orientis uiribus dimicauit. Volens itaq; Ptolemæus Philadelphus post multos annos molestum finire certamen, filiam suam nomine Berenicen, Antiocho uxorẽ dedit: qui de priore uxore

nomine

A nomine Laodice, habebat duos filios: Seleucũ, qui cognominatus est Callinicus, & alterũ Antiochum. Deduxitq; eam usq; Pelusium: & infinita auri & argẽti milia donis nomine dedit. Vnde φερνοφόρος, id est, dotalis appellatus est. Antiochus aũt Berenicen consortẽ regni habere se dicẽs: & Laodicen in concubinæ locũ, post multũ temporis amore superatus, Laodicen cũ liberis suis reduxit in regiã. Quæ metuẽs ambigui uiri animũ, ne Berenicen reduceret, uirũ per ministros ueneno interfecit: Berenicen aũt cũ filio q ex Antiocho natus erat, Icadioni & Gẽneo Antiochiæ principib. occidẽdã tradidit: filiũq; suũ maiorẽ Seleucum Callinicũ in patris loco regẽ constituit. Et hoc est quod nũc dicitur: Post multos ãnos Ptolemæus Philadelphus & Antiochus θεὸς faciũt amicitias: & filia Austri regis, hoc est, Ptolemæi uenit ad regẽ Aquilonis, id est, ad Antiochũ, ut inter patrẽ ac
B uirũ iũgat amicitias. Et nõ poterit, inquit, obtinere, nec semẽ illius stare in regno Syriæ: sed & ipsa Berenice, & qui eam adduxerunt interficientur. Rex quoq; Antiochus qui confortabat eam, hoc est, per quem poterat prævalere, ueneno uxoris occisus est. a ¶ *Et stabit de germine, etc.*] Occisa Berenice, & mortuo Ptolemæo Philadelpho patre eius in Aegypto, frater illius & ipse Ptolemæus cognomẽto Euergetes, tertius successit in regnũ, de plantatione & de germine radicis eius, eo q esset germanus: & uenit cum exercitu magno, & ingressus est prouinciam regis Aquilonis, id est, Seleuci cognomento Callinici, qui cũ matre Laodice regnabat in Syria: & abusus est eis, & obtinuit: intantũ ut Syriam caperet & Ciliciã, superioresq; partes trans Euphraten, & propemodum uniuersam Asiam. Cumq; audisset in Aegypto seditionẽ moueri, diripiens regnum Seleuci, quadraginta milia talentorum argenti tulit, & uasa preciosa simulachraq; deorũ, duo milia quingenta: in quibus erant & illa quæ Cambyses capta Aegypto in Persas portauerat. Deniq; gens Aegyptiorum idololatriæ dedita, quia post multos annos deos eorũ retulerat, Euergeten eum appellauit, & Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandam tradidit, & Xanthippo alteri duci prouincias trans Euphraten. b ¶ *Filij aũt eius, etc.*] Post fugam & mortem Seleuci Callinici, duo filij eius Seleucus cognomẽto Ceraunus, & Antiochus qui appellatus est Magnus, prouocati spe uictorię & ultione parentis, exercitu cõgregato aduersus Ptolemæum Philopatorem arma corripiunt. Cumq; Seleucus maior frater, tertio anno imperij esset occisus in Phrygia per dolum Nicanoris & Apaturij: exercitus qui erat in

Theodotio interpretatus est: Et post annos illius cõmiscentur.) Filiaq; regis Austri ueniet ad regẽ Aquilonis, facere amicitiã, & non obtinebit fortitudinẽ brachij, nec stabit semen eius: & tradet ipsa, & qui adduxerũt eam iuuenes eius, & qui confortabunt eam in temporibus. Et stãbit de germine radicũ eius plantatio, & ueniet cũ exercitu, & ingredietur prouinciã regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & deos eorum & sculptilia, uasa quoq; preciosa auri & argẽti captiua ducet in Aegyptũ: ipse prævalebit aduersus regẽ Aquilonis. Et intrabit in regnũ rex Austri, & reuertetur ad terrã suam. Filij aũtem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinẽ exercituum plurimorũ, & ueniet properans & inundans, & reuertetur & concitabitur: et egredietur cum robore eius, et exaltabit cor eius. Et prõuocatus rex Austri, egredietur et pugnabit aduersum regẽ Aquilonis, et præparabit multitudinẽ nimiam, et dabitur multitudo in manu eius. Et capiet multitudinẽ, et exaltabit cor eius: quia deijciet multa milia, sed non prævalebit. Et cõuertetur rex Aquilonis, et præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius, et in fine temporum annorumq; ueniet, properans cum exercitu magno et opibus nimijs. Et in temporibus illis multi consurgẽt aduersum regem Austri. Filij quõque prævaricatorum populi tui extollentur

Syria Antiochũ fratrẽ eius cognomento Magnũ de Ba C
bylone uocauit ad regnũ. Et propterea nunc infert, q duo quidẽ filij prouocati sunt: & congregauerũt multitudinẽ exercituũ plurimorum. Sed q unus Antiochus Magnus uenerit de Babylone in Syriã quæ eo tempore tenebat à Ptolemæo Philopatore filio Euergetis: q quartus regnauit in Aegypto. Cumq; pugnasset aduersum duces eius, imõ proditiõe Theodotij obtinuisset Syriam, quæ per successionẽ iã à regib. Aegypti tenebat, in tantam uenit audaciã cõtempta luxuria Philopatoris & magicis artib. quibus inseruire dicebatur: ut ultrò Aegyptijs bellũ conaret inferre. c ¶ *Et prouocatus rex, etc.*] Ptolemæus enim cognomẽto Philopator amissa Syria proditione Theodotij, congregauit plurimam multitudinẽ: & ingressus est aduersus Antiochũ Magnum, quem nũc regẽ Aquilonis uocat: iuxta situ Aegypti & Iudææ prouinciæ: idem enim locus pro qualitate regionis, alteri ad Austrum, alteri ad Aquilonem situs est. Verbi D
gratia: Si de Iudæa dicamus, Aegyptijs ad Aquilonẽ, Syrijs ad Austrum est. Inito ergo certamine iuxta oppidum Raphiæ, quod in foribus Aegypti est, omnẽ Antiochus amisit exercitũ: & per deserta fugiens, penè captus est. Cumq; cepisset Syriam, ad extremum fœdere & quibusdam conditionibus pugna finita est. Et hoc est quod scriptura nunc dicit: Deijciet multa milia Ptolemæus Philopator, sed nõ prævalebit. Aduersarium enim suum capere non potuit. Quodq; sequitur: d ¶ *Et conuertetur rex, etc.*] Antiochum Magnum significat, qui contempta Ptolemæi Philopatoris ignauia, eo q deperiret Agathocleã psaltriam: fratremq; eius & ipsum Agathoclen haberet concubinum, quem postea Aegypti ducem constituit, incredibilem de superioribus locis Babylonis exercitum congregauit. Et Ptolemæo Philopatore mortuo, aduersum filium eius, qui tunc quatuor annorum erat, & uocabat Ptolemæus ἐπιφανὴς, rupto fœdere mouit exercitũ. Tantæ enim dissolutionis & superbiæ Agathocles fuit, ut subditæ prius Aegypto prouinciæ rebellarẽt: ipsaq; Aegyptus seditionibus uexaret, Philippus quoq; rex Macedonũ & Magnus Antiochus pace facta, aduersum Agathoclen & Ptolemæũ Epiphanẽ dimicarẽt: sub hac conditione, ut proximas ciuitates regno suo singuli de regno Ptolemæi iungerent. Et hoc est quod nũc dicit, multos cõsurgere aduersus regẽ Austri, Ptolemęum scilicet Epiphanen, qui erat ætate puerili. e ¶ *Filij quoq; prævaricatorũ populi, etc.*] Pugnantibus contra se Magno Antiocho & ducibus Ptolemæi, in medio Iudæa posita in contraria studia scindebatur: alijs Antiocho, alijs

Ptolemæo

A Ptolemæo fauentibus. Denicq; Onias sacerdos assumptis Iudæorũ plurimis fugit in Aegyptũ, & à Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionẽ quę Heliopoleos uocabatur: & concedente rege, templum extruxit in Aegypto simile templi Iudæorũ: quod permãsit usq; ad imperiũ Vespasiani, annis ducẽtis quinquaginta. Ipsa autem urbs quæ uocabatur Oniæ, dimicantibus postea aduersus Romanos Iudęis, ad solũ usq; deleta est, & necq; urbis necq; tẽpli ullũ restat uestigiũ. Sub occasione igit Oniæ põtificis infinita examina Iudæorũ Aegyptũ cõfugerũt. Eo tẽpore & Cyrenæorũ multitudine repleta est. assẽrebat enim Onias se Esaiæ implere uaticinium scribentis: Erit altare dñi in Aegypto, & titulus dñi in terminis eius. Et hoc est quod nũc dicit: Filij præuaricatorũ populi tui, q dereliquerũt legẽ dñi: uolẽtes in alio loco præter q̃ iussum erat deo uictimas immolare, extollent in superbiã & uisionẽ: hoc est, dñi preceptũ se implere iactabũt. Sed corruent: quia & templum & urbs postea destruentur.

Esaiæ 19.b

B Cumq; Antiochus teneret Iudæam, missus Scopas Aetolus, dux Ptolemæi partium, aduersus Antiochũ fortiter dimicauit: cœpitq; Iudæam, & optimates Ptolemæi partium secum abducens, in Aegyptum reuersus est.

a ¶ *Et uenient rex aquilonis, etc.*] Antiochus enim uolens Iudæam recuperare & Syrię urbes plurimas, Scopam ducem Ptolemæi iuxta fontes Iordanis, ubi nunc Paneas condita est, inito certamine fugauit, & cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sidone. Ob quem liberandum misit Ptolemæus duces inclytos Eropem, & Menoclem, & Damoxenũ. Sed obsidionẽ soluere nõ potuit: donec fame superatus Scopas, manus dedit, & nudus cum socijs dimissus est. Quodq; ait: Comportabit aggerem: illud significat, q̃ præsidium Scopæ in arce Hierosolymorũ adnitentibus Iudæis, multo tempore oppugnarit, & ceperit alias urbes, quæ prius à Ptolemæi partibus tenebant, Syriæ, Ciliciæ, & Lyciæ. Eo em tempore captę sunt Aphrodisias & Solœ & Zephyrion & Mallos & Anemuriũ & Selenus & Coracesium & Coricus & Andriacæ & Limyra & Patara & Xanthus: & ad extremũ Ephesus, de quibus uniuersis & Græca & Romana narrat historia. Quodq; intulit: Et stabit in terra inclyta, & consumetur siue perficiet in manu eius. Terram inclytam, siue ut Lxx. interpretati sunt, uoluntatis, hoc est, quæ complaceat deo, Iudæam significat, & proprie Hierusalem, in qua honorifice susceptos eos qui partium Scopæ erant persecutus est. Pro terra inclyta, quod interpretatus est Aquila, quem nos in hoc loco secuti sumus: Theodotio ipsum Hebraicũ uerbum posuit צבי, pro quo Symmachus uertit terrã fortitudinis.

b ¶ *Et ponet faciem suam, etc.*] Hoc est Ptolemæum: siue illud, hoc est regnum eius. Volens Antiochus nõ solum Syriam & Ciliciam & Lyciam & alias prouincias quæ Ptolemæi fuerant partium possidere: sed in Aegyptum quoq; regnum suum extendere, filiam suam Cleopatrã per Euclem Rhodium septimo anno regni adolescentis despondit Ptolemæo, & tertio decimo anno tradidit data ei dotis nomine omni Cœlesyria & Iudæa. Filiam aũt fœminarũ per πλεονασμὸν uocat, ut est illud poeti cum: Sic ore locuta est: Vocemq; his aurib. hausi. c ¶ *Et nõ stabit, etc.*] Neq; enim obtinere potuit Aegyptũ, quia lentur ut impleant uisionẽ & corruãt. Et ueniet rex aquilonis, & cõportabit aggerẽ, & capiet urbes nouissimas, & brachia austri non sustinebunt, & consurgent electi eius ad resistendum, & nõ erit fortitudo. Et faciet ueniẽs super eum iuxta placitũ suũ, & non erit qui stet contra faciem eius, & stabit in terra inclyta, & consumet in manu eius. Et ponet faciẽ suam ut ueniat ad tenendum uniuersum regnũ eius, & recta faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei, ut euertat illũ. Et nõ stãbit nec illius erit. Et conuertet faciẽ suam ad insulas: & capiet multas, & cessare faciet principẽ opprobrij sui, & opprobriũ eius conuertetur in eum. Et conuertet faciẽ suam ad imperiũ terræ suæ, & impinget & corruet & non inuenietur. Et stãbit in loco eius uilissimus et indignus decore regio, et in paucis diebus conteret: nõ in furore nec in prælio. Et stabit in loco eiũs despectus, & nõ tribuet ei honor regius, & ueniet clam & obtinebit regnũ in fraudulẽtia. Et brachia pugnãtis expugnabunt à facie eius & conterent: insuper dux fœderis. Et post amicitias cũ eo faciet dolum, & ascẽdet, & superabit in modico populo. Et abundantes & uberes urbes ingredietur, & faciet quæ nõ fecerũt patres eius & patres patrũ eius: rapinas & prædã & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit, & hoc usq; ad tempus. Et cõcitabit fortitudo eius, & cor eius aduersus regem austri in exercitu magno. Et rex austri prouocabit ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis, & non stabunt, quia inibunt aduersum eum consilia. Et comedentes panẽ cum eo conterẽt eum, exercitusq; eius opprimet, & cadent interfecti plurimi. Duorum quoq; regũ cor erit ut male faciant, & ad mensam unam mendaciũ loquentur, & nõ proficiẽt, quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terrã suam cũ opibus multis. Et cor eius aduersum testamentũ sanctum, & faciet & faciet quę non fecerunt patres eius, & patres patrũ illius. Nullus enim Iudæorũ absq; Antichristo in toto unquã orbe regnauit, & cõtra firmissimas cogitationes sanctorum inibit consiliũ, facietq; uniuersa usq; ad tẽpus, donec eum dei uoluntas facere ista permiserit. a ¶ *Et conci tabitur, etc.*] Hæc Porphyrius interpretat de Antiocho, q aduersus Ptolemæũ sororis suæ filiũ profectus est cum exercitu magno. Sed & rex austri, id est duces Ptolemęi prouocabunt ad bellum multis auxilijs & fortibus nimis, & nõ poterũt resistere Antiochi consilijs fraudulentis, qui simulabit pacẽ cũ fororis filio, & comedet cũ eo panẽ, & postea occupabit Aegyptũ. Nostri aũt secundũ superiorẽ sensum interpretant omnia de Antichristo, q nasciturus est de populo Iudæorũ, & de Babylone ueniturus, primũ superaturus est regẽ Aegypti, qui est unus de tribus cornib. de quib. iam antea diximus. b ¶ *Duorum quoq;, etc.*] Nulli dubiũ est quin Antiochus pacẽ cũ Ptolemæo fecerit, & inierit cũ eo conuiniũ, & dolos machinatus sit, & nihil profecerit, quia regnũ eius nõ potuerit obtinere, sed à militib. Ptolemæi eiectus sit. Verũ ex eo quia scriptura nunc dicit duos fuisse reges, quorũ cor fuerit fraudulentũ, ut sibi mutuo malefacerent: hoc secundũ historiã non potest demõstrari. Ptolemęus em paruus ætate erat, & deceptus Antiochi fraude, illi malum cogitare qui potuit? Vnde uolunt nostri hæc omnia referre ad Antichristũ & ad regẽ Aegypti, quem primũ superaturus est. c ¶ *Et cor eius, etc.*] Siue ut alius interpretatus est, & cõminabuntur ei. Et Græca & Romana narrat historia: postq; reuersus est Antiochus expulsus ab Aegyptijs, uenisse eum in Iudæam, hoc est aduersus testamentũ sanctũ, & spoliasse templum, & auri tulisse q̃ plurimũ: positoq; in arce præsidio Macedonum, reuersum in terrã suam. Et post biennio rursum contra Ptolemæũ exercitũ congregasse, & uenisse ad austrum. Cumq; duo fratres Ptolemæi Cleopatræ filij, quorum auunculus erat, obsiderent Alexandrię, legatos uenisse Romanos, quorũ unus M. Popilius Lenas, cum eũ stantem inuenisset in littore, & senatusconsultũ dedisset, quo iubebat ab amicis populi Romani recedere, & suo imperio

A consummationem mundi: respondet quod & in priori historia ubi de regibus Persis dicebat, quatuor tantum reges post Cyrum Persarum posuerit, & multis in medio transilitis, repente uenerit ad Alexandrũ regẽ Macedonum, & hanc esse scripturæ sanctæ consuetudinẽ, non uniuersa narrare, sed ea quæ maiora uideantur exponere. Cumque multa quæ postea lecturi & exposituri sumus, sup Antiochi persona conueniant: typum eum uoluntAntichristi habere: & quæ in illo ex parte præcesserint, in Antichristo ex toto esse complenda. Et hũc esse morem scripturæ sanctæ, ut futurorum ueritatem præmittat in typis, iuxta illud quod de domino saluatore in septuagesimoprimo psalmo dicitur, qui prænotatur Salomonis: & omnia quæ de eo dicuntur, Salomoni nõ ualent cõuenire. Neq; enim permansit ille cũ sole & ante lunã generationis generationũ, necq; dominatus est à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum: nec omnes gentes seruierunt ei, neq; ante solem permansit nomẽ eius:

B nec benedicte sunt in ipso omnes tribus terræ, neq; omnes gentes magnificauerunt eum. Ex parte aũt & quasi in umbra & imagine ueritatis in Salomone præmissa sunt, ut in dño saluatore perfectius implerentur. Sicut igitur saluator habet & Salomonem & cæteros sanctos in typum aduentus sui, sic & Antichristus pessimum regem Antiochũ, qui sanctos persecutus est templumq; uiolauit, recte typum sui habuisse credendus est. Sequamur igitur expositionis ordinẽ: & iuxta utramq; explanationem, quid aduersarijs, quid nostris uideatur, breuiter annotemus. Stabit, inquiũt, in loco Seleuci frater eius Antiochus Epiphanes, cui primum ab his qui in Syria Ptolemæo fauebant non dabatur honor regius: sed postea simulatione clementiæ obtinuit regnum Syriæ. Et brachia pugnantis Ptolemæi & uniuersa uastantis, expugnata sunt à facie Antiochi atq; contrita. Brachia autem fortitudinẽ uocat: unde & manus appellatur exercitus multitudo. Et non solum, ait, Ptolemæum uicit fraudulentia, sed ducem quoq; fœderis: hoc est Iudam Machabæum superauit dolis. Siue quod dicit hoc est: Cum ipse obtulisset pacem Ptolemæo, & fuisset dux fœderis, postea est ei molitus insidias. Ptolemęũ autem hic non Epiphanen significat, qui quintus regnauit in Aegypto, sed Ptolemæum Philometorẽ, filium Cleopatræ sororis Antiochi: cuius hic auũculus fuit. Et cũ post mortẽ Cleopatræ Eulalius eunuchus nutritius Philometoris & Leneus Aegyptũ regerẽt, & repetererẽt Syriã, quã Antiochus fraude occupauerat: ortũ est inter auunculum & puerũ Ptolemæum prælium. Cumq; inter Pelusium & montem Casium cõmisissent: uicti sunt duces Ptolemæi. Porrò Antiochus parcẽs puero, & amicitias simulans, ascẽdit Memphim, & ibi ex more Aegypti regnum accipiens: pueriq; rebus se prouidere dicẽs, cum modico populo omnem Aegyptum subiugauit sibi, & abundantes atq; uberrimas ingressus est ciuitates. Fe-

perio esse contẽtus, & ille ad amicorũ responsionẽ con
silium distulisset: orbem dicitur fecisse in arenis baculo
quẽ tenebat in manu, & circũscripsisse regẽ, atq; dixisse:
Senatus & populus Romanus præcipiũt ut in isto loco
respondeas quid consilij geras. Quibus dictis ille per-
territus ait: Si hoc pla
cet senatui & populo
Romano, recedendũ
est: atq; ita statim mo-
uit exercitũ. Percussus
aũt dicitur esse, nõ q̃
interierit, sed q̃ omnẽ
arrogantiæ perdide-
rit magnitudinẽ. De
antichristo nullus am
bigit quin pugnatu-
rus sit aduersus testa-
mentũ sanctum: & pri
mum contra regẽ Ae-
gypti dimicãs, Roma
norum pro eius auxi
lio terreat. Hæc autem
sub Antiocho Epipha
ne in imagine præces-
serunt, ut rex scelera-
tissimus qui persecu-
tus est populũ dei præ
figuret Antichristũ, q̃
Christi populũ perse-
cuturus est. Vnde multi nostrorum putant ob sæuitiæ
& turpitudinis magnitudinem, Domitium Neronem
Antichristum fore. *a* ¶ *Et reuertetur & indignabitur, etc.*]
1 Mach. 1.b Hæc plenius in Machabæorum gestis legimus, quod
B post quam eum de Aegypto pepulerunt Romani, indi
gnans uenerit contra testamentum sanctuarij, & ab his
inuitatus sit qui dereliquerant legem dei, & se ceremo-
nijs miscuerant ethnicorum. Quod plenius complen-
dum est sub Antichristo, qui indignabitur contra testa-
mentum dei, & cogitabit aduersum illos quos uult le-
gem dei derelinquere. Vnde significantius interpreta-
tus est Aquila: Et cogitabit ut deseratur pactum sanctua
rij. *b* ¶ *Et brachia ex eo, etc.*] Pro brachijs alius inter-
pretatus est semina, ut significaret stirpem & progeniẽ.
Volunt autem eos significari qui ab Antiocho missi
sunt post biennium quàm templum expoliauerat, ut
tributa exigerent à Iudæis, & auferrent cultum dei: & in
templo Hierusalem, Iouis Olympij simulachrũ, & An-
tiochi statuas ponerent: quas nunc abominationẽ de-
solationis uocat, quando ablatum est holocaustum &
iuge sacrificium. Quæ uniuersa in typo Antichristi, no-
stri præcessisse contendunt, qui sessurus est in templo
dei, & se facturus ut deum. Iudæi aũt hoc nec de Antio-
cho Epiphane, nec de Antichristo, sed de Romanis in-
telligi uolunt, de quibus suprà dictum est: Et uenient
trieres siue Itali atq; Romani, & humiliabitur. Post mul
ta, inquit, tempora de ipsis Romanis qui Ptolemæo ue
nere auxilio, & Antiocho comminati sunt, consurget
rex Vespasianus, surgent brachia eius, & semina Titus
filius cum exercitu, & polluent sanctuarium, auferẽtq;
iuge sacrificium, & templum tradent æternę solitudini.
quippe & quos nos trieres & Romanos in-
terpretati sumus, Hebræi Italos uolunt intelligi atq; Ro
manos. *c* ¶ *Et impij in testamentum, etc.*] Et hoc in Macha
bæis legimus, q̃ quidã simulauerint se legis dei esse cu-
stodes, & postea cum gentibus pactum fecerint: alij ue-
ro permanserint in religione, quod & Antichristi tẽpo-
ribus futurũ arbitror, quando refrigescet charitas mul
Matt. 24.b torum. De quibus dñs loquitur in Euangelio: Putas fi-
lius hominis ueniens inueniet fidem super terram?

& faciet & reuertetur in terrã suam. Statuto tempore re-
uertẽ & ueniet ad austrum, & non erit priori simile no
uissimũ. Et uenient super eum trieres & Romani, & per
cutietur. Et reuertẽtur & indignabit contra testamentũ
sanctuarij, & faciet ac reuertẽ & cogitabit de his qui de-
reliquerunt testamentũ sanctuarij. Et brachia ex eo sta-
bunt & polluent sanctuariũ fortitudinis: & auferẽt iuge
sacrificiũ, & dabunt abominationẽ in desolationẽ: Et im
pij in tẽstamentũ simulabunt fraudulenter. Populus au-
tem sciens deum suum obtinebit & faciet. Et docti in po
pulo docebunt plurimos, & ruent in gladio & in flam-
ma & in captiuitate & in rapina dierum. Cumq; corruẽ-
rint subleuabunt auxilio paruulo, & applicabunt eis plu
rimi fraudulenter. Et de eruditis ruẽt ut conflent & eli-
gantur & dealbentur usq; ad tempus præfinitũ, quia ad-
huc aliud tempus erit. Et faciet iuxta uoluntatem suam
rex

d ¶ *Et docti in populo, etc.*] Quanta Iudæi ab Antioch o C
passi sunt, Machabæorũ libri referunt, & triumphi eo-
rum testimonio sunt: qui pro custodia legis dei flãmas,
& gladios, & seruitutẽ, & rapinas, & pœnas ultimas su-
stinuerunt. Quæ futura nemo dubitet sub Antichristo,
multis resistentib. po
tentię eius, & in diuer
sa fugientibus. Quæ
Hebræi in ultima e-
uersione templi, quæ
sub Vespasiano & Ti-
to accidit, interpretan
tur, fuisse plurimos
de populo qui scirent
dñm suum, & pro cu-
stodia legis eius inter
fecti sunt. *e* ¶ *Cumq; corruerint, etc.*] Paruu-
lum auxiliũ Matth a- 1 Mach. 2.b
thiam significari arbi
tratur Porphyrius de
monte Modin: q ad-
uersum duces Antio-
chi rebellauit, & cultũ
ueri dei seruare cona-
tus est. Paruũ aũt, in-
quit, auxilium uocat,
quia occisus est in prę
lio Matthathias: &
postea Iudas filius eius qui uocabatur Machabæus pu
gnans cecidit, & cæteri fratres eius aduersariorũ fraude
decepti sunt. Lege Machabæorũ libros. Hæc, ait, omnia
idcirco sunt facta, ut probentur & eligant sancti, & deal
bentur usq; ad tempus præfinitũ, quia in aliud tempus
erat dilata uictoria. Sub Antichristo paruũ auxiliũ no- D
stri intelligi uolunt, quia congregati sancti resistunt ei,
& utentur auxilio paruulo, & postea de eruditis cor
ruent plurimi. Et hoc fiet ut quasi conflentur in fornace
& dealbentur & eligantur donec ueniat tempus præfi-
nitum, quia uera uictoria in aduentu Christi erit. He-
bræorum quidam hæc de Seuero & Antonino princi-
pibus intelligunt: qui Iudæos plurimum dilexerunt.
Alij uero de Iuliano imperatore: quod quando op-
pressi fuerint à Caio Cæsare, & in captiuitatis angustijs
multa perpessi, ille consurgat: Iudæos amare se simu-
lans, & in templo eorum immolaturum se esse promit-
tens: in quo paruam spem auxilij habebunt, & applica
buntur illis gentilium plurimi, non in ueritate, sed in
mendacio. Pro idolorum enim cultu, eius simulabunt
amicitias. Et hoc facient ut qui probati sunt, manifesti
fiant. Tempus enim ueræ saluris eorum & auxilij futu- 1 Cor. 11.d
rum esse Christum, quem falso putant esse uenturum,
cum sint recepturi Antichristum. *f* ¶ *Et faciet iuxta uo-
luntatem, etc. perpetrata est quippe definitio.*] Siue ut alius in-
terpretatus est, In ipso enim erit consummatio. Ab hoc
loco Iudæi dici de Antichristo putant, quod post Iulia-
ni paruum auxilium surrecturus sit qui faciat iuxta uo
luntatem suam, & eleuetur contra omne quod dicitur
deus, & aduersum deum deorum loquatur magnifica:
ita ut sedeat in templo dei, & seipsum faciat deum, & di
rigatur uolũtas eius donec compleatur ira dei, quia in
ipsa erit cõsummatio. Quod quidẽ & nos de Antichri-
sto intelligimus. Porphyrius aũt & cæteri qui sequun-
tur eum de Antiocho Epiphane dici arbitrantur, q̃ cre
ctus sit contra cultum dei, & in tantam superbiam ue-
nerit, ut in templo Hierosolymis simulachrũ suum po-
ni iusserit. Quodq; sequit, Et diriget donec compleatur
ira: quia in ipso erit consummatio: sic intelligunt, tã diu
eũ posse donec irascat ei deus, & ipsum interfici iubeat.

Siquidem

A Siquidẽ Polybius & Diodorus qui bibliothecarũ scri-
bunt historias, narrant eum nõ solum contra deum fe-
cisse Iudææ, sed auaritiæ facibus accensum, etiã templũ
Dianæ in Elimaide, q̃ erat ditissimũ spoliare conatũ:
oppressumq; à custodibus templi, & uicinis circũ gen-
tibus, & quibusdam
phantasijs atq; errori
bus uersum in amen-
tiã, ac postremũ mor-
bo interijsse: & hoc ei
accidisse cõmemorãt,
quia templum Dianæ
uiolare conatus sit.
Nos aũt dicimus etiã
si acciderit ei, ideo ac-
cidisse, qa in sanctos
dei multã exercuerit
crudelitatẽ, & pollue-
rit templũ eius. Non
enim pro eo quod co
natus est facere, & a-
cta pœnitentia desiuit
implere, sed ꝓ eo q̃d
fecit punitus esse cre-
dendus est. *a* ¶ *Et deum patrum suorũ, etc.*]
Pro eo quod nos in-
terpretati sumus, Et
erit in concupiscẽtijs
fœminarũ: Lxx. tran-
stulerũt, & cõcupiscen
tijs mulierũ nõ subia-
cebit. Rursum ꝓ deo
quod habeba-
B tur in Hebraico, Aqla
transtulit, deum forti
tudinum: Lxx. deum fortissimũ. Quia uero in Hebrai-
co pro eo quod nos diximus: & erit in concupiscentijs
fœminarũ, ambigue positũ est: dicente Aquila qui uer-
bum expressit ẽ uerbo: τὴν ὠὸν θεὸν τῶν πατέρων αὐτοῦ
καὶ σωὸν θ, καὶ ὠὸν ἐπιθυμίαν γυναικῶν, καὶ ὠὸν πάντα θεὸν ἀ
σωὸν θ, id est, Super deum patrum suorum non intel-
liget, & super concupiscentiam fœminarũ, & super om-
nem deum non intelliget. Quibus uerbis intelligitur
eum habere concupiscentiam fœminarũ, & non habe-
re. Si legerimus & intellexerimus ἀπὸ κοινοῦ, & super cõ
cupiscentiam fœminarum non intelliget, de Antichri-
sto facilior interpretatio est: quod ideo simulet castita-
tem, ut plurimos decipiat. Sin autem ita legerimus, &
super concupiscentiam fœminarũ: ut subaudiatur erit:
Antiochi personæ magis coaptabitur qui luxuriosissi-
mus fuisse dicitur, & in tantũ dedecus per stupra & cor
ruptelas uenisse regiæ dignitatis, ut mimis quoque &
scortis publice iungeretur, & libidinem suam populo
præsente compleret. Deum Mauzim ridicule Porphy-
rius interpretatus est, ut diceret in uico Modin, unde
fuit Matthathias & filij eius, Antiochi duces, Iouis po-
suisse statuam, & compulisse Iudæos, ut ei uictimas im-
molarent: id est, deo Modin. Quod autem sequitur, Et
deum quem ignorauerunt patres eius colet: hoc magis
Antichristo q̃ Antiocho conuenit. Legimus enim An-
tiochum idolorum Græcię habuisse cultum, & Iudæos
atq; Samaritas ad ueneratione suorũ deorum com-
pulisse. Necnon & hoc quod infert, Et faciet ut muniat
Mauzim cum deo alieno quem cognouit, & multipli-
cabit gloriã, & dabit eis potestatẽ in multis, & terrã diui
det gratuito: Theodotio ita interpretatus est: Et aget hęc
ut muniat præsidia cum deo alieno: & cum eis ostende-
rit, multiplicabit honorẽ, & dominari eos multis faciet,
& terram diuidet gratis. Pro præsidijs, cõfugia interpre C
tatus est Symmachus: quod Porphyrius ita edisserit: fa
ciet hæc omnia ut muniat arcem Hierusalem, & in cæte-
ris urbibus ponat præsidia, & Iudæos doceat adora-
re deum alienum: haud dubium quin Iouem signi-
ficet. Quem cum illis
ostenderit, & adoran
dum esse persuaserit:
tũc dabit deceptis ho
norẽ & gloriam pluri
mam, & faciet cæteris
qui in Iudæa fuerint
dominari, & pro præ
uaricatione possessio
nes diuidet, & dona
distribuet. Antichri-
stus quoq; multa de-
ceptis munera largie
tur, & terrã suo exerci
tui diuidet: quosq; ter
rore nõ quiuerit, sub-
iugabit auaritia. *b*
¶ *Et in tempore, etc.*]
Pro quo interpreta-
tus est Symmachus,
Et multa milia cor-
ruent: Theodotio, Et
multa milia infirma-
bunt. Multas aũt cor-
ruere iuxta Aquilam
uel urbes uel regiões
uel prouincias intelli
ge. Et hęc Porphyrius
ad Antiochũ refert, q̃ D
undecimo anno reg-
ni sui rursus contra so
roris filium Ptolemæum Philometorem dimicauerit.
Qui audiens uenire Antiochũ, congregauit multa po-
pulorum milia. Sed Antiochus quasi tempestas ualida
in curribus & in equitibus, & in classe magna ingressus
sit terras plurimas, & transeundo uniuersa uastauerit:
ueneritq; ad terram inclytam, id est Iudæam, quã Sym
machus terram fortitudinis interpretatus est: pro qua
Theodotio ipsum uerbum Hebraicũ posuit & ar-
cem munierit de ruinis murorum ciuitatis, & sic perre
xerit in Aegyptum. Nostri aũt ad Antichristũ & ista re-
ferentes, dicunt quod primũ pugnaturus sit contra re-
gem austri: id est, Aegypti, & postea Libyas & Aethio-
pas superaturus: quæ de decem cornibus tria contrita
cornua suprà legimus: & quia uenturus sit in terram Is-
rael, & multę ei uel urbes uel prouinciæ daturę manus.
c ¶ *Hæ autem fole saluabuntur, etc.*] Antiochus, aiunt, fecti-
nans contra Ptolemæũ regem austri, Idumæos & Moa
bitas & Ammonitas qui ex latere Iudææ erant non teti-
git, ne occupatus alio prælio, Ptolemæum redderet for
tiorem. Antichristus quoq; Idumæam & Moabitas ac fi
lios Ammon, id est Arabiam relinquet intactam: quia
illuc sancti ad deserta confugient. *d* ¶ *Et mittet manum
suam, etc.*] Hæc Antiochum ex parte fecisse legimus. Sed
quod sequitur, Per Libyas & Aethiopias transibit: ma-
gis nostri asserunt Antichristo conuenire. Antiochus
enim Libyam quam plericq; Africam intelligũt, Aethio
piamq; non tenuit: nisi forte quia in ipso climate sunt
prouinciæ Aegypti & longe per deserta uicinæ: captis
Aegyptijs etiam istæ prouinciæ conturbatæ sint. Vnde
nõ dicit quod ceperit eas, sed per Libyas Aethiopiasq;
transierit. *e* ¶ *Et fama turbabit eum, etc.*] Et in hoc loco Por
phyrius tale nescio quid de Antiocho somniat: Pugnãs
inquit contra Aegyptios, & Libyas Aethiopiasq; per-

A transiens, audiet sibi ab aquilone & ab oriente prælia concitari: unde & regrediens capit Aradios resistentes, & omnẽ in littore Phœnicis uastauit prouinciam. Consestimq; pergit ad Artaxiã regẽ Armeniæ, qui de oriẽtis partib. mouebat, & interfectis plurimis de eius exercitu, ponet tabernaculum suũ in loco Apadno, qui inter duo latissima situs est flumina, Tigrim & Euphratem. Cumq; hucusq; peruenerit, in quo monte inclyto sederit & sancto, dicere non potest: quanq; inter duo maria cũ sedisse probare nõ potest, & stultum sit duo Mesopotamiæ flumina, duo maria interpretari. Montẽ aũt inclytũ idcirco prætulit, quia sequutus est Theodotionis interpretationẽ, qui ait: inter media maria super montem Sabin sanctum. Cumq; Sabin nomẽ montis uel Armeniæ uel Mesopotamiæ putet: quare sit sanctus dicere non potest: etiam hac licentia mentiendi possumus nos addere quod ille conticuit, sanctũ dici montẽ, quia iuxta errorem Armeniorum sit idolis cõsecratus. Et ueniet, inquit, usq; ad summitatẽ ipsius montis in Elimaide prouincia, quæ est ultima Persarum ad oriẽtem regio: ibiq; uolens templũ Dianæ spoliare, quod infinita donaria habebat: fugatus à barbaris est, qui mira ue
B neratione phanũ illud suspiciebant, & mortuus est mœrore consumptus in Tabes oppido Persidis. Hæc ille in suggillationẽ nostri artificiosissimo sermone cõposuit: quæ etiam si potuerit approbare, nõ de Antichristo dicta sed de Antiocho, quid ad nos, qui non ex omnibus scripturarũ locis Christi probamus aduentum, & Antichristi mendacium? Pone enim hæc dicta de Antiocho, quid nocet religioni nostræ? Nũquid & in superiori uisione ubi in Antiocho prophetia cõsummata est, aliqd de Antichristo dicit? Dimittat itaq; dubia, & in manifestis hæreat: dicatq; quis sit ille lapis, qui de monte abscissus sine manibus, creuerit in montem magnũ, & orbem impleuerit, & quadriformẽ imaginem cõtriuerit, qui sit ille filius hominis qui cum nubibus uẽturus sit, & staturus ante uetustũ dierũ, & dandũ sit ei regnũ qđ nullo fine claudatur: omnesq; populi, tribus ac linguę, ipsi seruituri sint. Hæc quæ manifesta sunt præterit, & de Iudæis asserit prophetari, quos usq; hodie seruire cognoscimus. Et dicit eum qui sub nomine Danielis scripsit librum, ad refocillandam spem suorũ fuisse mentitum. Non quo omnem historiam futuram nosse potuerit, sed quo iã facta memoraret, & in ultimæ uisionis calumnijs immoratur, fluminа ponens pro mari, & montem inclytũ & sanctum Apadno, quem ubi legerit, nullam potest proferre historiam. Nostri autem extremum uisionis huius capitulũ super Antichristo sic exponũt, quod pugnans contra Aegyptios Libyasq; & Aethiopias, & tria cornua de decem cornibus conterẽs, auditurus sit de aquilonis & de oriẽtis partibus, aduersum se bella consurgere, quod ueniens cum magna multitudine ut cõterat & interficiat plurimos, figat tabernaculũ suũ in Apadno iuxta Nicopolim, quæ prius Emaus uocabat, ubi incipiunt Iudææ prouinciæ mõtana consurgere. Denicq; inde se erigens usq; ad montem Oliueti, Hierosolymorum regio ascenditur, & hoc esse quod nunc scriptura dicit: Et cum fixerit tabernaculũ suum in montanæ prouinciæ radicib. inter duo maria: mare C uidelicet quod nunc appellat mortuũ ab oriẽte, & mare magnum, in cuius littore Cæsaria, Ioppe, Ascalon, & Gaza sitæ sunt. Tunc ueniet usq; ad summitatẽ montis eius: hoc est montanæ prouinciæ, id est uerticẽ montis Olueti, qui inclytus uocat: quia ex eo dñs atq; saluator ascendit ad patrẽ, & nullus antichristo poterit auxiliari contra se dño resistẽte. Et asserũt ibi antichristũ esse periturũ unde dñs ascendit ad cœlos. Apadno uerbum compositũ est, quod si diuidas, intelligi potest θρόνος αὐτοῦ, id est solij sui. Et est sensus: Et figet tabernaculum suũ & thronũ suũ inter maria sup montem inclytũ & sanctũ. אַפַּדְנוֹ

multitudine magna ut cõterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculũ suũ in Apadno, inter duo maria super montẽ inclytũ et sanctũ, et ueniet usq; ad summitatẽ eius & nemo auxiliabitur ei.

Cap. XII

IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui, & ueniet tempus quale non fuit ex eo quo gentes esse cœperunt usq; ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in uitam æternam, & alij in opprobrium, ut uideant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti

Hunc locũ Symmachus ita interpretatus est: ἡ ἐκτρωθεῖσα σκιωειὰ ἱπποσασὶν αὐτὴ μεταξὺ τῶν θαλασσῶν εἰς τὸ ὄρος τῆς σιωὰμιως τὸ ἅγιον, ἡ ἧξε ἕως ἄκρε αὐτ. quod in Latino sonat, Et extẽdet papiliones equitatus sui inter maria, super montẽ fortitudinis sanctũ, & ueniet usq; ad uerticẽ montis. Theodotio uero sic uertit: ἡ σκηνὴ τὴν σκιωὴν αὐτ ἐν ἀφαδανῷ, ἀνὰ μέσον τῶν θαλασσῶν ἐπ ὄρος σαβιμ ἅγιον, ἡ ἥξει ἕως μέρος αὐτ. id est, Et figet tabernaculũ suum in Aphadano inter maria in mõte Sabin sancto, & ueniet usq; ad partẽ eius. Aquila ita: Et plantabit tabernaculũ prætorij sui in ἀφαδανῷ inter maria, in mõte Sabin glorioso & sancto, & ueniet D usq; ad finẽ eius. Soli Lxx. omni se nominis quæstione liberantes, interpretati sunt: Et statuet tabernaculũ suũ tunc inter maria & montẽ uoluntatis sanctũ, & ueniet hora consummationis eius. Quos Apollinarius secutus de nomine Apadno omnino conticuit. Hoc ideo prolixius posui, ut & Porphyrij ostendã calumniã: qui hæc omnia ignorauit, aut nescire se finxit, & scripturæ sanctæ difficultatẽ, cuius intelligentiã absq; dei gratia & doctrina maiorũ sibi imperitissimi uel maxime uendicant. Notandũ aũt φ p literã Hebræus sermo non habeat, sed pro ipsa utat ב cuius uim Græcũ φ sonat. In isto tantũ loco apud Hebræos scribat quidem ב sed legatur p. Quod aũt Antichristus ueniat usq; ad summitatem mõtis sancti & inclyti: & ibi pereat: Esaias plenius loquitur: Præcipitabit dominus in mõte sancto faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes, & eum qui dominatur cunctis populis, & unctionem quæ uncta est contra uniuersas nationes.

CAP. XII

IN *tempore autem illo, etc.*] Hactenus Porphyrius utcunque se tenuit, & tam nostrorũ imperitis, quàm suorũ male eruditis imposuit. De hoc capitulo quid dicturus est, in quo mortuorum describitur resurrectio: alijs suscitatis in uitam æternam, & alijs in opprobrium sempiternum? Nec potest dicere qui fuerint sub Antiocho sul gentes quasi splendor firmamenti, & alij quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed quid non facit pertinacia? Quasi contritus coluber eleuat caput, & morituras in eos qui morituri sunt uenena diffundit. Et hoc, inquit, de Antiocho scriptum est, qui uadens in Persidem, Lysiæ qui Antiochiæ & Phœniciæ præerat, reliquit exercitum, ut aduersum Iudæos pugnaret, urbemq; eorum Hierusalem subuerteret: quę omnia narrat Iosephus historię autor Hebrę: quod talis fuerit tribulatio, qualis nunquam

A nunquam, & tempus aduenerit quale non fuit ex quo gentes esse cœperunt usque ad illud tempus. Reddita autem uictoria, & cæsis Antiochi ducibus, ipsoq; Antiocho in Perside mortuo: saluatus est populus Israel, omnes qui scripti erant in libro dei: hoc est, qui legem fortissime defenderunt, & econtrario qui deleti sunt de libro: hoc est qui præuaricatores extiterũt legis, & Antiochi fuerunt partium. Tunc, ait, hi qui quasi in terræ puluere dormiebant, & operti erant malorum pondere, & quasi in sepulchris miseriarum recondíti, ad insperatam uictoriam de terræ puluere surrexerunt, & de humo eleuauerũt caput, custodes legis resurgentes in uitam æternam, & præuaricatores in opprobrium sempiternum. Magistri autem & doctores qui legis notitiam habuerunt, fulgebunt quasi cœlum, & qui inferiores populos exhortati sunt ad custodiendas ceremonias dei, ad instar astrorum splendebunt in perpetuas æternitates. Ponit quoque historiam de Machabæis, in qua dicitur mul-
1 Mach. 2. b tos Iudæorum sub Matthathia & Iuda Machabæo ad eremum confugisse, & latuisse in speluncis, & in cauernis petrarum: ac post uictoriam processisse. Et hæc μεταφορικῶς quasi de resurrectione mortuorum esse prędicta. Tempore autem Antichristi talem tribulationem
B fore, qualis nunquam fuit ex eo quod gentes esse cœperunt, uerius intelligitur. Ponimus enim uicisse Lysiam, qui uictus est, & penitus oppressos Iudæos esse, qui uicerunt: Nunquid fuit talis tribulatio, qualis eo tempore quo Hierusalem capta est à Babylonijs, templumq; subuersum, & omnis populus ductus in captiuitatem? Oppresso igitur Antichristo, & spiritu saluatoris extincto: saluabitur populus qui scriptus fuerit in libro dei, & pro diuersitate meritorum alij resurgent in uitam æternam, & alij in opprobrium sempiternum. Magistri autem habebunt similitudinem cœli, & qui alios erudierunt, stellarum fulgori comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi & alios erudias: tacitusq; sermo doctrinæ alium non ædificans, mercedem operis recipere non potest. Quem locum Theodotio & uulgata editio ita expressit: Et intelligentes sul gebunt quasi splendor firmamenti, & de iustis plurimi quasi stellæ in æternum & ultra. Solent nonnulli quærere, Vtrum doctus sanctus, & simplex sanctus, eãdem mercedem habeant, & unam in cœlestibus mansionẽ? Vnde nunc iuxta Theodotionem dicitur: quod docti similitudinem cœli habeant, & absque doctrina iusti, stellarum fulgori comparentur: tantumq; sit inter eruditam sanctitatem & sanctam rusticitatẽ, quantum cœlum distat & stellę. *a* ¶ *Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum usque ad tempus statuum, etc*] Qui Danieli multiplicem reuelauerat ueritatem, ipsa occulta esse significans quæ loquutus est, præcepit ut inuoluat sermones, & signet librum ut legant plurimi, & quærant historiæ ueritatem, & propter obscuritatis magnitudinem diuersa opinentur. Quod autem ait: Pertransibunt: id est percurrent plurimi: multorum significat lectionem. Solemus enim dicere: Percurri librum, pertransiui histo-
Esaiæ 29. d riam. Quod quidem & Esaias de obscuritate sui uoluminis loquitur: Et erunt sermones libri istius, quasi uer

ba uoluminis signati: quod si dederint homini nescienti literas, dicẽtes ei, lege: Respondebit, nescio literas. Sin autem dederint illud homini scienti literas & dixerint: Lege librum: Respondebit, nõ possum legere: signatus est enim. Et in Apocalypsi Ioannis liber uidetur signa- Apoc. 5. b
tus sigillis septem intus & foris. Cumque nullus posset signacula illius soluere, ait Ioannes: Flebam nimis. Et uenit ad me uox dicens: Ne plores: Ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum & soluere signacula eius. Librũ autem illum potest soluere qui scripturarum sacramenta cognouit, & intelligit ænigmata & uerba tenebrosa, propter mysteriorum magnitudinem, & interpretatur parabolas: & occidentem literam transfert in spiritum uiuificantem. *b* ¶ *Et uidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: unus hinc super ripam fluminis, etc.*] Vidit Daniel duos angelos stantes ex utraque parte super ripam Babylonij fluminis, qui cum hic ponatur absque nomine: secundum præteritam uisionẽ puto eum esse Tigrim, qui Hebraice dicitur חִדֶּקֶל & tamen non interrogat eos qui stabant super utramque ripam: sed eum quem in principio uiderat, qui indutus erat uestibus lineis siue byssinis, quod Hebraice dicitur בַּדִּים Et hic ipse angelus stabat super aquas fluminis Babylonij, suo eas calcans pede. Ex quo intelligimus superiores duos angelos quos D uidit stantes super ripam, & non interrogat nec putat scisitatione condignos, angelos esse Persarum atque Græcorum. Hunc autem esse angelum clementissimũ, qui orationes Danielis in cõspectu dei obtulerat, quando ei uiginti & uno diebus Persarum angelus resistebat. Interrogabat autem hæc mirabilia quæ in præsenti uisione dicuntur, quo complenda sint tempore: quod Porphyrius more suo de Antiocho, nos de Antichristo interpretamur. *c* ¶ *Et audiui uirum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dexteram & sinistram suam in cœlum, & iurasset per uiuentem in æternum, etc.*] Tempus, & tempora, & dimidium temporis, tres & semis annos interpretatur Porphyrius, quod & nos iuxta scripturarum sanctarum idioma nõ negamus. Nam & suprà legimus, quod septem tempora transierint Nabuchodonosor: id est, septem anni efferationis eius, & in uisione quatuor bestiarum scriptum est: leonis, & ursi, pardi, & alterius bestiæ, cuius nomen tacetur, quæ regnum significat Romanorum: & postea de Antichristo, quod reges humilier, & sermones contra excelsum loquatur, & sanctos altissimi conterat: & putabit, ait, quod possit mutare tempora & leges. Et tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iudicium sedebit, ut auferatur potentia & conteratur, & dispereat usque in finem. Et manifeste de aduentu Christi atque sanctorum dicit: Regnum autem & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient. Si itaque superiora quæ perspicue de Antichristo scripta sunt, refert Porphyrius ad Antiochum, & ad tres & semis annos: quibus templum dicit fuisse desertum, ergo & hoc quod sequitur: Regnum eius sempiternum, & omnes reges seruient ei,

Universidad de Sevilla Biblioteca

A & obediens, debet probare super Antiocho: uel ut ipse putat, super populo Iudæorum: quod nequaquam sta-
Iosephus lib. 12. cap. 10 re manifestum est. Legimus in Machabæorum libris: Iosephus quoq; in eandem cõsentit opinionem, quod tribus annis templum pollutum fuerit in Hierusalem, & in eo Iouis idolum steterit sub Antiocho Epiphane, centesimo quadragesimoquinto anno regni Macedonũ, à Casleu mense eiusdem anni nono, usque ad mensem nonũ, centesimi quadragesimioctaui anni, qui faciunt annos tres. Sub Antichristo autem non tres anni, sed tres & semis, hoc est mille, ducenti nonaginta dies, desolationis templi sancti & euersionis futuri esse dicuntur. *a ¶ Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur, etc.*] Quando, inquit, populus dei dispersus fuerit: uel Antiocho persequente, ut uult Porphyrius, uel Antichristo, ut nostri uerius probant, tũc hæc omnia complebuntur.

B *b ¶ Et ego audiui, & non intellexi, & dixi: Domine mi, quid erit post hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clausi signatiq; sunt sermones usq; ad tempus consummationis. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabũtur, etc.*] Vult propheta intelligere quod uiderat, imò quod audierat, & futurorum cupit cognoscere ueritatem. Audierat enim regum bella diuersa, & inter se prælia, & multiplicem historiam, sed nomina non audierat singulorum. Si autem propheta audiuit & non intellexit: quid facient hi qui signatum librum & usq; ad tempus consummationis, multis obscuritatibus inuolutum, præsumptione mentis edisserunt? Cum autem, inquit, finis aduenerit, impij non intelligent, & qui docti fuerint disciplina dei, ipsi intelligere poterunt. In peruersam enim animam non introibit sapientia, nec potest se infundere corpori, quod peccatis subditum est.

c ¶ *Et à tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille, ducẽti nonaginta, etc.*] Hos mille ducentos nonaginta dies, Porphyrius in tempore Antiochi, & in desolatione templi dicit completos, quam & Iosephus & Machabæorum (ut diximus) liber, tribus tantum annis fuisse commemorant. Ex quo perspicuum est, tres istos & semis annos, de Antichristi dici temporibus, qui tribus & semis annis, hoc est, mille, ducentis, nonaginta diebus, sanctos persequuturus est, & postea corruiturus in monte inclyto & sancto. A tempore igitur χωλιλειτουργιας, quod nos interpretati sumus iuge sacrificium, quando Antichristus orbem obtinens, dei cultum interdixerit, usque ad internecionem eius, tres & semis anni, id est, mille, ducenti & nonaginta dies complebuntur. *d ¶ Beatus qui expectat & peruenit usque ad dies mille, trecentos, trigintaquinq;, etc.*] Beatus, inquit, qui interfecto Antichristo, dies supra numerum præfinitum quadragintaquinq; C
præstolatur: quibus est dominus atque saluator in sua maiestate uenturus. Quare autem post interfectionem Antichristi, quadragintaquinq; dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est: nisi forte dicamus: Dilatio regni sanctorũ, patientiæ comprobatio est. Porphyrius hunc locum ita edisserit, ut quadragintaquinq; dies qui super mille ducentos nonaginta sunt, uictoriæ contra duces Antiochi tempus significent, quando Iudas Machabæus fortiter dimicauit, & emundauit templum: idolumq; contriuit, & uictimas obtulit in templo dei. Quod recte diceret, si Machabæorum liber, tribus & semis annis templum scriberet fuisse pollutum & non tribus. *e ¶ Tu autem Daniel uade ad præfinitum, etc.*] Pro quo Theodotio ita interpretatus est: Tu autem uade & requiesce, & resurges in ordine tuo consummatione dierum. Quo uerbo ostẽditur omnẽ prophetiam uicinam esse resurrectioni omnium mortuorum: quando & propheta surrecturus est. Et frustra Porphyrius, quæ in typo Antiochi de Antichristo dicta sunt, uult omnia referre ad Antiochum. Cuius calumniæ (ut diximus) plenius respondent Eusebius Cæsariensis, & Apollinarius Laodicenus, & ex parte disertissimus uir martyr Methodius, quæ qui scire uoluerit, in ipsorum libris poterit inuenire. Hucusque Danielem in Hebræo uolumine legimus: cætera quæ sequuntur usque in finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

1 Mach. 4

D

Hier. 29.

Caput XIII

ET erat uir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim, & accepit uxorem nomine Susannam filiam Helkiæ, pulchram nimis, & timentem dominum. Et parentes eius iusti, edocuerunt filiam suam iuxta legem Moysi. Erat autem Ioakim diues ualde, & erat ei pomarium uicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant Iudæi, eo quod esset honorabilior omniũ. Et constituti sunt duo senes de populo iudices in anno illo. De quibus loquutus est dominus, quia egressa est iniquitas

CAP. XIII

ET *erat uir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim, etc.*] Expositis ut potuimus quæ in Danielis libro iuxta Hebraicum continentur, ponam breuiter quid Origenes in decimo Stromatum suorum libro de Susannæ & Belis fabulis dixerit, cuius hæc uerba sunt, quæ locis suis subnotabis. *g ¶ Et parentes eius iusti edocuerunt filiam suam iuxta legem Moysi, etc.*] Hoc utendum est testimonio ad exhortationem parentum, ut doceant iuxta legem dei, sermonemq; diuinum non solum filios sed & filias suas. *h ¶ Erat autem Ioakim diues ualde, & erat ei pomarium, uicinum domui suæ, etc.*] Referebat Hebræus istos esse Ahab & Sedechiam, de quibus scribit Hieremias: Faciat te dominus sicut Ahab & Sedechiam, quos frixit rex Babylonis in igne propter iniquitatem quam fecerant in Israel, & adulterarant uxores ciuium suorum. *i ¶ De quibus loquutus est dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senibus iudicibus, qui uid. etc.*] Pulchre de presbyteris peccatoribus non ait: Qui regebant populum, sed qui uidebantur regere. Qui enim bene præsunt populo, regunt populum: qui autem tantum nomen habent iudicũ, & iniuste

A iniuste præsunt populo, regere uidẽtur populũ magis quàm regant. *a ¶ Et deambulabat in pomario uiri sui, & uidebant eam, etc.*] Quod Græci uocant παῤῥησίαν, nos perturbationẽ magis quàm passionem rectius interpretamur. Hæc igitur perturbatio & cupido libidinis titillauit, imò percussit corda seniorum. Sed ut in animis eorum iaceret fundamentum, & cogitarent desyderata complere, ipsi euerterunt sensum suum: quo subuerso, oculi eorum inclinati sunt, ut cœlestia non uiderent, nec recordarẽt iudiciorũ iusto rũ, siue dei, siue honestatis siue naturę, quę omnib. ad bonum insita est. *b ¶ Et ecce Susanna, etc.*] Ante iã dictũ est quod facto mane inambularet Susanna. Nec incongruum est ad placandos eos qui oñium quæ
B gerimus de scripturis sanctis quærunt exempla: hunc inambulandi locum assumere: qđ recte quis ad uegetandum corpusculum deambulet. Quem locum, inquit, de Lxx. editione nunc posui: quo dicto Origenes ostendit cætera se non iuxta Lxx. interpretes disseruisse. *c ¶ Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & etc.*] Qui ad summitatem perfectæ uirtutis uenerit, nunquam dicit sibi imminere dispendium, si adulterorum manus non effugerit, dicentium: Assentire nobis, & commiscere nobiscũ. Alioquin & si nolueris, dicemus testimonium contra te, quod fuerit tecum iuuenis, & hac de causa dimiseris puellas à te. Humanæ quippe fragilitatis est, mortem timere, quæ infertur pro iustitia: nisi forte angustiam interpretabimur, non imminentis quitas de Babylone à senibus iudicibus, qui uidebantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioakim, & ueniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario uiri sui, & uidebant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum, neq; meminissent iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo uulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi uicissim dolorem suum. Erubescebãt enim indicare sibi concupiscentiam suam, uolentes concumbere cum ea, & obseruabant quotidie sollicitius uidere eam. Dixitq; alter ad alterum: Eamus domum, quia prandij hora est. Et egressi recesserunt à se. Cumq; reuertissent, uenerunt in unum, & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in commune statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem cum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri, & nudiustertius. (Vel secundum Septuaginta. Et eccẽ Susanna inambulabat iuxta consuetudinem) cum duabus solis puellis, uoluitq; lauari in pomario: Aestus quippe erat, & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum & smigmata & ostia pomarij claudite ut lauer. Et fecerunt sicut præceperat, clauseruntq; ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum, ut afferrent quæ iusserat. Nesciebatq; senes intus esse absconditos. Cũm autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos uidet, & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscũ. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ mihi sunt undiq;. Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, nequaquàm effugiam manus uestras. Sed melius mihi est absque opere incidere in manus uestras, quàm peccare in conspectu domini. Et exclamauit uoce magna Susanna. Clamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit unus ad ostia pomarij & aperuit. Et cum audissent clamorem in pomario famuli domus, irruerunt per posticum, ut uiderent quid nam esset. Postquàm autem senes locuti sunt, erubuerunt serui uehementer, quia nunquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumq; uenissẽt populus ad uirum eius Ioakim, uenerũt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam ut interrem in pomario famuli domus, irruerunt per posticum, ut uiderent quid nam esset. Postquam, etc.] Magna uox erat, non aeris

mortis, sed opprobrij & ignominiæ, qua perfundenda erat, illis accusantibus atq; dicentibus: Fuit cum illa iuuenis, & idcirco dimisit puellas. *d ¶ Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, nequaquam effugiã manus, etc.*] Peccatum mortem uocat. Sicut ergo ei qui facit adulteriũ, mors est adulterium: sic omne peccatum quod ducit ad mortẽ, mors appellandum est. Et totiens mori credimur quotiens peccamus ad mortem. Vn de econtrario totiens resurgimus & uiuificamur, quotiens uitæ digna opera facimus. *e ¶ Sed melius mihi est absq; opere incidere in manus uestras, quàm peccare in conspectu domini, etc.*] In Græco non habet ἀπερισπάστου, id est, melius, sed ἀπροσπάτου, quod bonũ interpretari possumus. Vnde eleganter non dixit: Melius mihi est D
incidere in manus iniquorum presbyterorum, quàm peccare in conspectu domini, ne uideretur comparatione peccati qđ erat bonum, hoc appellare melius. Sed bonum est, inquit, mihi non facere malum, & incidere in manus uestras ne peccem in conspectu domini. Non ergo per comparationem legendum est: Melius mihi est incidere in manus uestras quàm peccare in conspectu domini: Sed absolute: Bonum est mihi non facere malum, & incidere in manus uestras, ne peccem in conspectu domini. *f ¶ Et exclamauit uoce magna Susanna: Clamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit unus ad ostia pomarij & aperuit. Et cum audissent clamorem in pomario famuli domus, irruerunt per posticum, ut uiderent quid nam esset. Postquam, etc.*] Magna uox erat, non aeris

percussione & clamore faucium, sed pudicitiæ magnitudine, per quam clamabat ad dominum. Vnde & sancta scriptura in exclamatione seniorum nō apposuit magnam uocem. Sequitur enim: Clamauerunt & senes aduersus eum. a ¶ *Exclamauit autē Susanna uoce magna & dixit, etc.*] Cordis affectus, & mentis pura confessio, & bonum conscientiæ, uocem eius fecerant clariorem. Vnde magna erat exclamatio eius deo, quæ ab hominibus non audiebatur. b ¶ *Cumq; duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris: cuius, etc.*] Quo sermone ostenditur: non intrasse in Danielem spiritum sanctum: sed eum qui erat in illo, & quiescebat, propter ætatis infirmitatem: nec sua poterat opera demonstrare, data occasione pro sancta fœmina à domino suscitatum. c ¶ *Et exclamauit uoce magna: Mundus sum à sanguine huius etc.*] Suscitato in se spiritu sancto & quæ puer deberet dicere suggerente, uox eius magna erat. Et notandum sicubi in scripturis sanctis, peccatoris uox magna uocatur. d ¶ *Cumq; diuisi essent alter ab altero uocauit unum de eis, etc.*] Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis uolumine non haberi: debemus diligenter inquirere nomina, πρῖνα καὶ πρῖνα quę latini ilicem & lentiscum interpretantur, si sint apud Hebræos, & quam habeant etymologiam, ut à πρίνω, sectio siue serratio dicatur lingua eorum. Quod si nō fuerit inuentum, necessitate cogemur, & nos eorum acquiescere sententiæ, qui Græci tantum sermonis hanc uolūt esse πρωτοτυπίαν, quæ Græcam habeat tātum etymologiam & Hebraicam nō habeat. Quod si quis obstēderit duarum istarum arborum scissionis & sectionis in Hebræo stare etymologiam, tūc poterimus etiam hanc scripturam recipere. e ¶ *Exclamauit autem omnis synagoga uoce magna, & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum, etc.*] Si interfecit eos omnis synagoga, uidet illa opinio refutari, de qua supra

ut interficerent eam: & dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helkiæ uxorem Ioakim. Et statim miserunt, & uenit cum parentibus, & filijs, & uniuersis cognatis suis. Porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserūt, ut discooperiretur, erat enim cooperta, ut uel sic satiarentur de decore eius. Flebant igitur sui & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitq; ad eam adolescens qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Porrò nos cum essemus in angulo pomarij, uidentes iniquitatem, cucurrimus ad eos & uidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprēdere, quia fortior nobis erat, & apertis ostijs, exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemus, interrogauimus quis nam esset adolescens, & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclāmauit autem Susanna uoce magna, & dixit: Deus æterne qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimonium. Et ecce ego morior, cum nihil horum fecerim quæ isti malicioſe composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus uocem eius. Cumq; duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris: cuius nomen Daniel. Et exclāmauit uoce magna: Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Israel non iudicantes, neque quod uerum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes: Veni & sede in medio nostrum, & iudica nobis, quia tibi deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos abinuicem procul, & dijudicabo eos. Cūmq; diuisi essent alter ab altero, uocauit unum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc uenerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente domino: Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si uidisti eam, dic sub qua arbore uideris eos colloquentes sibi. Qui ait: sub schino. Dixitq; ei Daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini, accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo, iussit uenire alium, & dixit ei: Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur uobis, sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem uestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: sub prino. Dixitq; ad eum Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini, gladium habens, ut fecet te medium & interficiat uos. Exclāmauit autem omnis synagoga uoce magna, & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. Et fecerunt eis sicut male egerant aduersum proximum: ut facerent secundum legem Moysi, & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helkias autem & uxor eius laudauerunt deum pro filia sua Susanna cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa & deinceps.

Cap. XIIII

ET rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius. Erat quoq; Daniel conuiua eius, & honoratus super omnes amicos eius. Erat autem idolum apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per singulos dies similæ artabæ duodecim & oues quadraginta: uini quoq; amphoræ sex. Rex quoq; colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum. Porrò Daniel adorabat deum suum. Dixitq; ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed uiuentem deum qui creauit cœlum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et ait rex ad eum: Non uidetur tibi Bel esse uiuens deus? An non uides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens: Ne erres rex: Iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, nec comedit aliquando. Et iratus rex uocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est iste qui comedat impensas has, moriemini: si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel: quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta uerbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus, & paruulis, & filijs. Et uenit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone escas, & uinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo. Et cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, uel Daniel qui mentitus est aduersum nos. Contemnebant autem, quia fecerant sub mēsa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper & deuorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel. Præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege, & egressi clauserunt ostium, & signantes annulo regis, abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filij eorum, & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Salua ne sunt signacula Daniel? Qui respondit: Salua rex. Statim cum aperuisset ostia, aspiciens rex super mensam, exclamauit uoce magna: Magnus es Bel, & non est apud te ullus dolus. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimentum, animaduerte cuius uestigia sunt hæc. Et dixit rex: Video uestigia uirorum & mulierum & infantiū. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes, & uxores, & filios eorum, & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis, qui subuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant illum Babylonij. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit deus uiuens. Adora ergo eum. Dixitq; Daniel regi: Dominum deum meum adoro: quia ipse est deus uiuens, iste autem non est deus uiuens. Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absq; gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitq; massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit Daniel: Ecce quem colebatis. Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt uehementer, & congregati aduersum regem dixerunt: Iudæus factus est rex, Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum uenissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum

pra diximus secundum Hieremiam, qđ ipsi essent presbyteri Ahab & Sedechias, nisi forte hoc quod scriptum est: Interfecerunt eos, sic interpretemur pro eo quod est, regi Babylonis occidendos tradiderūt. Sicut & nos dicimus, quod Iudæi interfecerint saluatorem: non quo ipsi percusserint, sed quo tradiderint occidendum, & succlamantes dixerint: Crucifige, crucifige eum. a ¶ *Helkias autem & uxor eius laudauerunt deum pro filia sua Susanna cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, etc.*] Digne quasi sancti laudant deū, non quia liberata est de manu presbyterorū Susanna, hoc enim nō satis laudabile est, nec magni discrimini, si non esset liberata: sed quia non est inuēta in ea res turpis. b ¶ *Statimq; cū aperuisset ostia aspiciens rex super mensam: exclamauit uoce magna: Magnus es Bel, & non est apud te ullus dolus. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimentum, animaduerte, etc.*] Hoc quod scriptura nunc dicit: Exclamauit uoce magna: quia de idolatra & ignorāte deum dicitur: uidetur obseruatiōem nostram subuertere, qua dum asseruimus uocem magnam in sanctis tantum reperiri. Qđ soluet facile qui hanc historiam in libro Danielis apđ Hebræos dixerit non haberi. Si quis autē potuerit eam approbare esse de canone, tūc quærendum est quid ei respondere debeamus.

FINIS.

mum tuum. Vidit ergo rex quod irruerent in eum uehementer, & necessitate compulsus, tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. Porrò in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues, & tunc non data sunt eis, ut deuorarẽt Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitq; angelus domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non uidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in uertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue dei, tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei deus, & non dereliquisti diligentes te. Surgensq; Daniel, comedit. Porrò angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo ut lugeret Danielem, & uenit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit uoce magna rex dicens: Magnus es domine deus Danielis, & extraxit eum de lacu leonum. Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

FINIS

INDEX CHARTARVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C
D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
aa bb cc dd ee Omnes terniones.

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM
& Nicolaum Episcopium, Anno
M D L I I I

Universidad de Sevilla Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de